This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

IOANNIS GERHARDI

THEOLOGI QVONDAM IENENSIS

CELEBERRIMI

LOCORVM THEOLOGICORVM

TOMVS QVINTVS

DENVO EDIDIT

PLVRIMISQVE ANIMADVERSIONIBVS

AVXIT

IO. FRIDERICVS COTTA

THEOLOGVS TVBINGENSIS.

TVBINGAE

IMPENSIS IO. GEORGII COTTAE.

MDCCLXVI.

IOANNIS GERHARDI

LOCORVM THEOLOGICORVM TOMVS QVINTVS

EDIDIT

PLVRIMISQVE ANIMADVERSIONIBVS AVXIT

IO. FRIDER. COTTA

THEOLOGVS TVBINGENSIS

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
72660
ASTOR, LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS.
1897.

TVBINGAE

IMPENSIS IO. GEORGII COTTAE.

MDCCLXVI.



IO. FRIDERICI COTTAE

S. THEOL. DOCTORIS
ET
IN ACADEMIA TVBINGENSI PROF. PVBL. ORD.

PRAEFATIO.

Exhibeo tibi, Lector benevole, *locorum theologicorum*, a Io. Gerhardo olim editorum, tomum quintum, qui continuat id, quod in præcedentibus tomis cœptum erat.

Animo quidem conſtitueram, volumini huic præmittere diſſertationes quasdam, graviſſima doctrinæ cœleſtis capita, in tomo quarto pertractata, ex hiſtoria præſertim eccleſiaſtica, eaque tum antiquiori, tum recentiori illuſtrantes, quemadmodum in præfatione tomi quarti, anno ſuperiore editi, promiſeram. Sed gravibus inductus rationibus, quas heic non commemorabo, mutavi poſtea conſilium, multoque ſatius eſſe duxi, ea, quæ ad hiſtoriam doctrinæ chriſtianæ pertinent, peculiari ultimoque reſervare volumini, quod operi Gerhardiano ſi Deus

vitam vireſque benigniſſime conceſſerit, ſuo tempore adiungetur. In eo quippe hiſtoriam dogmatum theologicorum, eundo per præcipua doctrinæ ſanctioris capita, ſuccincte iuſtoque ordine enarrabo, operam ſimul daturus, ut ea, quæ in prioribus quatuor tomis de *Deo*, de *ſacroſancta trinitate*, itemque de *Chriſto* hominum redemtore, ex hiſtoriarum monumentis diſſerui, ubi id opus eſſe videbitur, ſuppleam novisque adaugeam acceſſionibus. Subiungam quoque nonnulla, quæ in prioribus GERHARDI tomis plane fuerunt prætermiſſa, ſpeciatim ea, quæ ad controverſiam de *proceſſione Spiritus ſancti*, Græcos inter atque Latinos inde a quamplurimis ſeculis acriter agitatam, propius ſpectant. Hiſtoriam eius ex cœtus Romani doctoribus DIONYS. PETAVIUS & MICHAEL LEQUIEN, ex theologis Reformatis GERH. IO. VOSSIUS, IO. FORBESIUS, FRID. SPANHEMIUS, FRID. ADOLPH. LAMPIUS, ex Arminianis ſeu Remonſtrantibus ADRIAN. A CATTENBURG, ex Anglis THOMAS SMITHUS, ex noſtris vero DANNHAVERUS, MEISNERUS, GUNDLINGIUS, HEINECCIUS, cancell. PFAFFIUS aliique viri doctiſſimi luculenter enarrarunt. Eos tamen reliquiſſe, in quibus & alii ſua ingenia exercere queant, ex vero pronunciavit celeberrimus Ienenſium theologus, qui & ipſe certaminis huius hiſtoriam egregie illuſtravit, IO. GEORG. WALCHIUS (*).

Generatim de ſtudio hiſtoriæ dogmatum dudum obſervarunt viri in hiſce litteris verſatiſſimi, illud tam amplum eſſe totque difficultatibus obnoxium, ut nihil fere hanc in rem ſcribi queat, quod perfectum ſuisque numeris abſolutum, atque ita comparatum ſit, ut nullus plane ſpicilegio locus relinquatur. Unde ſufficere poſſe arbitror, ſi in tanta rerum dicendarum copia primas duntaxat lineas, utut duriore penicillo efformatas ducam, aliisque viris, maiori eruditionis adparatu inſtructis gloriam luculentioris tractationis lubens relinquam. Quodſi ullibi, heic certe locum invenit egregium illud nobiliſſimi cuiusdam poëtæ effatum:

Nil ſcribitur totum. Quis hoc mare
effundet?
Multum valent reciſa parva de magnis.
Momenta rerum, & quæ argumenta ſunt ſumma,
Sufficerit tractaſſe. Nullus abſolvet.

Dum

(*) Vid. eius *narrationem primam controverſiae de proceſſione Spiritus ſancti p. 5.*

Dum vero hiſtoriæ dogmatum, cuius nonnulla in præcedentibus operis Gerhardiani tomis dedi ſpecimina, mentionem heic facio, non poſſum ſilentio præterire ea, quæ de ea celeberrimus Lipſienſium theologus, Io. August. Ernesti, occaſione diſſertationis meæ *de Chriſto hominum redemtore*, volumini quarto præfixæ, monenda cenſuit.

Exiſtimat vir doctiſſimus (*), hiſtoriam Arianiſmi, in *diſſertatione* modo *excitata* a me traditam, iuſto breviorem eſſe, ſi cum hiſtoria recentiorum controverſiarum, quam ibidem enarravi, comparetur. Et ſane iure meritoque deſiderari id poſſet, niſi graviſſimum hocce hiſtoriæ eccleſiaſticæ momentum alibi, & quidem in *adpendice* ad *tom. III. loc. theolog. p.* 332. inde a §. *XIII.* uſque *ad* §. *XVII.* uberius iam pertractaſſem. Ibidem enim de Arianis eorumque erroribus, variisque, in quas poſt concilium Nicænum diviſi fuerunt, ſectis, nec non de ſcriptoribus eccleſiaſticis, qui veritates divinas contra eorum inſultus maſcule propugnarunt, ea, quæ neceſſaria videri poterant, in medium attuli. Atque ad hunc ipſum tomum Gerhardiani operis ablegavi lectores meos in *diſſertatione* iam *citata*, & quidem *p.* 12. *not.* (3) Nolui enim ea, quæ de hocce argumento alibi iam dicta erant, ibidem repetere. Conferenda tamen ſunt, quæ ipſe Gerhardus *tom. I. loc. theolog. part. II. cap. VII.* §. *CLXXXVIII.* & *CLXXXIX. p.* 295. *ſeqq.* de hæreſi Arianorum commentatus eſt.

Urget quidem laudatiſſimus vir, non ſufficere, ſi errores horum hæreticorum, nec non ea, quæ contra illos olim acta ſcriptaque fuerunt, recenſeantur, ſed oſtendendum ſimul eſſe, quomodo notiones doctrinæ cœleſtis, ab Arianis impugnatæ, hac ipſa occaſione magis magisque fuerint amplificatæ diſtinctiusque determinatæ, quin & rationibus in medium adductis confirmatæ atque ſtabilitæ. Nec prætermitti poſſe hancce tractationem, ſi quidem hiſtoria dogmatum in doctrina ſanctiore, ſpeciatim in controverſiis cum neo-Arianis aliquam præſtare debeat utilitatem.

Verum liceat, pace viri doctiſſimi, paucis regerere, nec hocce momentum a me penitus fuiſſe prætermiſſum. In *adpendice* enim, quam modo excitavi, & quidem

(*) Vid. eiusdem *neue theologiſche Bibliothek tom. II. part. II.*

quidem circa finem §. *XIII. p.* 333. obſervavi, „ in concilio Nicæno ſtabilitam fuiſ-„ ſe veritatem cœleſtem, quod *filius patri ſit* ομουσιος, oppoſitumque hæreſi Aria-„ næ ſymbolum fidei, quod cum ipſi ſynodo Nicænæ ſuam debeat originem, *Ni-„ cænum* fuerit *adpellatum.* In hacce fidei formula, a patribus Nicænis ſancita, „ Chriſtum adpellari *filium Dei unigenitum, & ex patre natum ante omnia ſecula:* „ *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non factum:* „ *conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt.* „ His mox ſubiunxi ſequentia verba: „ Atque hac ratione fides recte ſentientium de trinitate non tantum denuo „ adſerta fuit atque ſtabilita, ſed & clarius expoſita atque illuſtrata „. Cumque ſymbolum Nicænum abunde nos doceat, ομουσιαν filii, antiquiſſimis temporibus dogma characteriſticum catholicorum fuiſſe, in notula textui ſubiecta lectorem remiſi ad ea, quæ de uſu huius vocis in *obſervatione ad p.* 241. a me dicta ſunt, ubi ſimul oſtendi, tempore concilii Nicæni non novam fuiſſe hanc loquendi rationem, ut nonnullis viſum eſt, ſed duntaxat renovatam. Ipſe quoque GERHARDUS de vocis huius, a patribus Nicænis, dedignante eandem ARIO, quaſi conſecratæ, ſignificatu uſuque orthodoxo luculenter diſſeruit *tom. III. loc. III. cap. II.* §. *L -- LIII* (*). Quod vero ad rationes orthodoxorum attinet, quibus ſententiam ſuam de ομουσια ſeu *identitate naturæ atque eſſentiæ* filii cum eſſentia patris, eaque non *ſpecifica*, ſed *numerica*, ſuperſtruxerunt, easdem in hiſtoria dogmatis ſtudio omiſi, partim quod inſtituti mei brevitas id haud permittebat, partim vero, quod hæc tractatio ad theologiam dogmatico - polemicam propius ſpectare mihi videbatur.

Sed mitto iam Arianos, quorum errores fortiter olim debellarunt doctores catholici, meque converto ad ea doctrinæ de Chriſto capita, de quibus nonnulla atten-

(*) GERHARDO ex ſcriptoribus recentiſſimis iungi meretur ven. CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHIUS in *dem Entwurf einer vollſtændigen Hiſtorie der Kezereyen, part. II. p. 617. ſeqq.* ubi præcipua momenta, ad quæ heic attendendum eſt, egregie ſolideque pertractantur. Idem vir doctiſſimus *loc. cit. p. 622. not. (2)* auctores, qui de voce ομουσιος eiusque auctoritate ac ſignificatione expoſuerunt, recenſuit, quibus IO. FORBESIUS, in *inſtruct. hiſtorico-theolog. libr. I. cap. V.* §§. *3-5. p. m. 14. ſeqq.* & MICH. WALTHERUS in *diſſertat. de fidei Nicaenae antiquitate, veritate & neceſſitate*, quæ eiusdem *diſſertationibus theolog.* a cel. HOFFMANNO iunctim editis inſerta eſt, §§. *27, 30, 37, 38, & 42.* addi merentur. Ut alios taceamus.

attentione noſtra omnino digna, adnotavit vir celeberrimus. Conſtat, ad ſtatum exinanitionis Chriſti ipſam eiusdem *conceptionem* vulgo referri a theologis noſtris, tanquam primum huius exinanitionis gradum. Atque hanc in theologorum ſcholis receptam ſententiam & ego in tradenda hiſtoria doctrinæ de exinanitione Chriſti ſecutus ſum (*), deque eiusdem conceptione primo diſſerui loco, quoniam ea primum fuit humanitatis Chriſti, ad quam proprie exinanitio pertinet, initium, vel, ut eandem rem aliis verbis efferam, quoniam in ipſa conceptione ſervator Chriſtus ſe exinanire cœpit.

Obſervat vero vir doctiſſimus, diſcrepantes quoque theologorum de hocce argumento ſententias commode heic a me commemorari potuiſſe. Neque enim defuiſſe, qui iure meritoque negaverint, conceptionem Chriſti in utero virginis Mariæ ad eiusdem exinanitionem referendam eſſe. Ex iis, qui hoc fecerunt, laudat b. BAUMGARTENIUM, virum poſt fata quoque celeberrimum, cuius ſententiæ & ipſe ſuum adiicit calculum, hac innixus ratione, quod natura tantum humana ſeſe exinaniverit, quod quidem, antequam exſiſteret, facere haud potuerit.

Si dicendum, quod res eſt, quæſtio iſta: *an conceptio Chriſti pertineat ad ſtatum exinanitionis, nec ne*? ita mihi videtur eſſe comparata, ut pro diverſa vocis acceptione & adfirmari queat & negari. Quodſi enim vocabulum *conceptionis* ſumamus in ſenſu eccleſiaſtico, prout ipſam *incarnationem* ſeu adſumtionem humanitatis in ſe, denotat, prout fecit laudatiſſimus BAUMGARTENIUS (**), iure meri-

(*) Vid. diſſert. meam hiſtorico-theolog. *de ſtatibus & officio Chriſti mediatorio*, *tom. IV. loc. theol.* inſertam, *§. XIII. p. 67.*

(**) Vid. eiusdem *evangeliſche Glaubens-Lehre tom. II. p. 297. & 298.* ubi hæc leguntur verba: *die Menſchwerdung an und vor ſich ſelbſt kan zu den Stuffen der Erniedrigung nicht gerechnet werden: indem ſowohl die Art derſelben durch eine wunderthætige Empfængnis vom heiligen Geiſt, als auch die dabey vorgegangene perſönliche Vereinigung der menſchlichen Natur mit der Gottheit des Sohns GOttes, eine Erhöhung der menſchlichen Natur ausgemacht, und keine Erniedrigung derſelben genannt werden kan.* Loquitur itaque vir iudicioſiſſimus de λογυ ασαρϗυ *incarnatione* in ſe ſpectata, in qua, ut recte monet, exinanitionis forma conſtitui prorſus nequit; licet ea, quæ incarnationem proxime ſunt inſecuta, ad exinanitionis

meritoque negatur, eandem primum exinanitionis Chriſti gradum conſtituere. Per hanc ipſam enim incarnationem humana Chriſti natura non fuit exinanita, ſed potius exaltata atque ad ſummum dignitatis gradum evecta, ſiquidem verbi ſempiterna hypoſtaſis facta eſt carnis ſeu naturæ humanæ hypoſtaſis, prout antiquiſſimi cœtus chriſtiani doctores myſterium hocce expreſſerunt. Si vero *conceptionem* Chriſti non præciſe *in ſe* ſpectemus, ſed prout cum eadem coniuncta fuit commoratio per menſes novem in utero matris *Luc. II.* 6. *Ebr. II.* 14. omnino adfirmare licet, inde ab hac conceptione initium exinanitionis Chriſti repetendum eſſe. Chriſtus enim, qui homo verus ſimulque verus Deus erat, ut embryo in utero materno conſtitutus, aliorum infantum more naturalibus obnoxius fuit infirmitatibus, ſtatum eius humilem ſatis ſuperque demonſtrantibus. Atque hac ratione ſententias in ſpeciem diverſas facile inter ſe conciliari poſſe, prorſus perſuaſum habeo. Nec conſultum eſſe arbitror, ut ex qualicunque ſententiarum ſeu potius verborum diſcrepantia nova effingatur controverſia. Sequamur potius auream iſtam, quam viri moderationis theologicæ ſtudioſi, nobis ſuppeditant regulam, operam dandam eſſe, ut controverſiæ theologorum non tam augeantur, quam potius minuantur.

Attingit quoque vir doctiſſimus diſſertationem meam *de redemtione eccleſiæ ſanguine Chriſti facta*, tomo IV. operis Gerhardiani inſertam, notatque inter alia, formulam iſtam loquendi, a ſcriptoribus ſacris uſurpatam, *tropicam* eſſe, nec aliud vocabulo *ſanguinis* denotari, quam *mortem* ſervatoris *acerbiſſimam*. Huic enim redemtionem noſtram adſcribendam eſſe, non vero *ſanguini qua tali.* Addit, negle-

ctam

nanitionis ſtatum, omnino pertineant. *Die Umſtænde und næchſten Folgen der Menſchwerdung gehören zur Erniedrigung*, ſcribit vir laudatiſſimus, in *der Unterſuchung theologiſcher Streitigkeiten tom. II. p.* 309. Conſentiunt hac in re antiquiores noſtri theologi, qui magna cum præciſione argumentum hocce pertractarunt. Diſtinxerunt enim inter unionis *actum* & *ſtatum*, ſive inter *unitionem* & *unionem*. Quod ad *actum* unionis ſeu *unitionem* attinet, illa vocatur *incarnatio*, qua ὁ λογος ſive filius Dei divinam ſuam naturam cum humana natura perfectiſſime univit, qui quidem actus fuit tranſitorius; cum contra *unio* ſtricte ſic dicta denotet ſtatum naturarum in unitione iam coniunctarum, qui quidem ſtatus permanens eſt perpetuoque durat. Atque ab hoc ipſo *ſtatu*, in quo Chriſtus, tanquam perſona συνθετος in ipſo utero Mariæ exſiſtere cœpit, exinanitionis initium recte repetunt theologi noſtri.

ctam olim fuiſſe hancce obſervationem, atque exinde enatas eſſe miras iſtas de ſanguine Chriſti quæſtiones, a doctoribus ſcholaſticis in medium adlatas, nec non ſuperſtitioſas de hoc argumento ſententias, quæ in Suevia revixerint, indeque late propagari cœperint (*).

Equidem facile largior, phraſin biblicam, Chriſtum *ſanguine* ſuo nos redemiſſe, *tropicam* eſſe. Dudum hoc obſervarunt theologi, quorum veſtigia & ego ſecutus ſum in *excitata diſſertatione §. V. p.* 82. Verum quod per *ſanguinem* Jeſu Chriſti, vel potius eius effuſionem nihil aliud denotetur, quam *mors* Chriſti longe acerbiſſima, uti quidem exiſtimat vir doctiſſimus, de eo quidem valde multumque dubito. Neque enim in morte duntaxat, quam ſubiit generis humani redemtor, effudit pretioſiſſimum ſanguinem ſuum, ſed in aliis quoque occaſionibus. Septem enim vicibus eiusmodi effuſionem factam eſſe, e ſanctioribus litteris colligere licet. Effudit quippe ſervator ſanguinem ſuum I) *in circumciſione*, *Luc. II.* 21. II) in *agone*, ubi ſudorem emiſit ſanguineum, *Luc. XXII.* 44. III) in *flagellatione*, *Matth. XXVII.* 26. *Marc. XV.* 15. *Joan. XIX.* 1. IV) in *coronatione* ſpinis, ſanctiſſimum eius caput pungentibus, peracta, *Matth. XXVII.* 29. *Ioan. XIX.* 2. V) in *detractione veſtium*, qua vibices vulnerum recruduerunt, *Matth. XXVII.* 31. *Marc. XV.* 20. VI) cum *manus* eius *pedesque perfoderentur*, *Pſ. XXII.* 17. ac denique VII) in *apertione lateris*, lancea militis facta, *Ioan. XIX.* 34. Hinc in eam ingredior ſententiam, per *ſanguinem* Ieſu Chriſti, ſeu eius effuſionem συνεκδοχικως intelligi *omnia* παθηματα, quæ ſervator optimus pro nobis noſtrique loco ſubiit, adeoque & *mortem*, ſeu, ut eandem rem aliis verbis, in theologorum ſcholis receptis, exprimam, illam obedientiæ Chriſti partem, quæ alias *paſſiva* dicitur. Unde & phraſes *ſanguine* Chriſti redimi, atque eiusdem redimi *paſſione*,

 prorſus

(*) Vid. eiusdem *biblioth. theolog. tom. VI. part. II. p.* 121. ubi hæc leguntur verba: *Der ganze Ausdruck von dem Blute Chriſti iſt tropiſch, und bedeutet den ſchmerzhaften Tod Chriſti: durch den hat Chriſtus genug gethan, der hat die Erlöſung zuwege gebracht, nicht das Blut als Blut. Wenn man das vom Anfange bemerket hätte, ſo würden alle wunderliche Fragen der Scholaſtiker weggefallen ſeyn, und alle abergläubiſche Meynungen von dem Blute Chriſti, welche wieder in Schwaben aufgelebet ſind, und ſich von dar weiter ausbreiten wollen.*

proſſus æquipollere, alibi obſervavimus (*). Quod vero effuſioni *ſanguinis* Ieſ Chriſti ſanctior ſcriptura haud raro noſtram adſcribat redemtionem, hæc procul du bio cauſſa eſt, quia iſta paſſionis pars præ reliquis eximia, inſignis, maximequ fuit conſpicua, a qua tamen reliquæ neutiquam ſunt ſeparandæ. Quod & de *mon te* Chriſti, per quam reconciliati dicimur Deo, *Rom. V.* 10. notandum eſſe cenſec

Cæterum lubens meritoque viro celeberrimo meum adiicio calculum, quar do ait, *ſanguini in ſe ſpectato* redemtionem eccleſiæ adſcribi haud poſſe. Tribu tur potius eidem, quatenus eſt ſanguis novi fœderis *pro nobis* effuſus, adeoque ve ri *pretii* habuit rationem, quo eccleſia ex infernalis genii captivitate liberata, iuſt tiæque divinæ pleniſſime ſatisfactum eſt. Idem vero & de *morte* Chriſti pronur ciandum, quæ, utut acerbiſſima, tamen, ſi IN SE ſpectetur, redimere nos hau potuit, ſed quatenus fuit mors *vicaria* & *ſatisfactoria*, ſeu *pretium* redemtionis pr hominibus a Chriſto perſolutum, idque ſufficientiſſimum. Chriſtus enim dedit an mam ſuam λυτρον αντι πολλων, *Matth. XX.* 28. mortemque volens lubensque *no ſtri loco* ſuſtinuit, ut peccata mortalium ſacrificio hocce cruento expiaret.

Antequam argumentum de ſanguine Chriſti dimittam, de quæſtione vexa tiſſima: *an unica ſanguinis Chriſti gutta ſufficere potuerit redimendis hominibus?* pau ca ſubiungam. Dixi hanc in rem nonnulla in *diſſertatione* ſæpius *excitata de redem tione eccleſiæ* &c. *§. XXIX.* & *XXX.* oſtendique, certo ſenſu quæſtionem iſtan adfirmari poſſe. Verum vir doctiſſimus in eorum deſcendit ſententiam, qui hanc ce propoſitionem in præciſione dogmatica ſpectatam, minus adcuratam eſſe cen ſent (**). Unde meam hac de re ſententiam paucis heic exponam.

Ingenue fateor, hancce quæſtionem, quæ in ſcholis theologorum mover ſolet, quæſtionibus minus neceſſariis atque inutilibus merito accenſendam eſſe Neque enim quærendum heic, *quid fieri potuerit*, ſed potius, *quid fieri voluerit Deus*, & quid re ipſa factum fuerit. Certum vero eſt atque extra omnem litis aleam poſitum, Deum voluiſſe ſatisfieri iuſtitiæ ſuæ, non per unicam ſanguinis guttulam, vel per unum alterumve opus Chriſti, ſed per plura coniunctim, ac nominatim per paſſiones & mortem filii ſui cruentam, ita, ut omnia παθηματα

ſimu

(*) Vid. *diſſertat.* ſæpius *excitatam §. V. p. 82.*

(**) Vid. eiusdem *bibl. theol.* modo laudatam *p. 121.*

ſimul ſumta unum *ἱκανὴν* & abſolutiſſimam infinitæ ſatisfactionis rationem conſtituant.

Qnum vero diverſis cœtus chriſtiani doctoribus, iisque tum antiquioribus, tum recentioribus, ſententia iſta de *unius guttulæ ſanguinis Chriſti efficacia*, inuſitata haud ſit (*), nec megalander LUTHERUS ab hocce adſerto fuerit alienus,

(*) Ex antiquioribus S. BERNHARDUS, abbas Clarævallenſis in Gallia, ſeculo XII. clarus, ſponſum ſanguinis, oculis mentis ſibi oſtenſum, contemplatus, in haſce voces adfectu plenas erupit: *Cum poſſet gutta, redemit unda.* Vid. eius *ſerm. XXII. in Cant.* Plura, quæ huc ſpectant loca, non tantum ex BERNHARDO, ſed & ex CHRYSOSTOMO, AUGUSTINO, LEONE, cognomine *magno*, aliisque congeſſit IO. GABR. DRECHSLER in *quaeſtione: num una gutta ſanguinis Chriſti ſatisfacere potuerit pro mundo? ſect. I. §. VII. p. 9. ſeqq.* Add. QUENSTEDIUM in *ſyſtem. theolog. part. III. fol. 467. ſeqq.* Cumprimis huc ſpectat *bulla* CLEMENTIS VI. antiſtitis Romani, gente Galli, *ad archiepiſcopum Tarraconenſem eiusque ſuffraganeos*, Avenione VI. Kalend. Februar. anno *MCCCXLII.* Ibi enim de Chriſto hominum redemtore inter alia hæc leguntur verba: *Non corruptibilibus auro & argento, ſed ſui ipſius, agni incontaminati & immaculati, pretioſo ſanguine nos redemit, quem in ara crucis innocens immolatus non guttam ſanguinis modicam, quae tamen propter unionem ad verbum pro redemtione totius humani generis ſuffeciſſet, ſed copioſe veluti quoddam profluvium noſcitur effudiſſe, ita ut a planta pedis uſque ad verticem capitis nulla ſanitas inveniretur in ipſo.* Habetur hæc bulla non tantum in *extravag. comm. libr. V. tit. IX. cap. 2. de pænit. & remiſſ.* ſed & apud ODORICUM RAYNALDUM in *annalib. eccleſiaſt.* ad *ann. MCCCXLIX.* & cardinalem DE AGUIRRE in *collect. concil. Hiſpan. tom. III. fol. 612. ſeqq.* alibique. Recuſa etiam fuit ab EUSEBIO AMORT in *notitia indulgentiarum, part. I. fol. 80.* itemque a CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIO, cancellario quondam Tubingenſi, qui notas lectu digniſſimas textui ſubiecit, ediditque Tubingæ *MDCCLIV.* Atque ad hancce bullam digitum intendere patres concilii Tridentini in decreto *de indulgentiis*, alibi iam obſervavimus. Eandem ſententiam amplexi ſunt doctores ſcholaſtici, tum antiquiores, veluti THOMAS DE AQUINO, IO. BONAVENTURA, pater purpuratus, PETR. PALUDANUS, IO. CAPREOLUS, aliique; tum recentiores, ex quibus eminent ROB. BELLARMINUS & VINCENTIUS LUDOV. GOTTI, ambo eccleſiæ Romanæ cardinales. Plures nolo adlegare, qui phalangem ſcholaſticorum heic in aciem producere poſſem, ſi opus id eſſet. Id potius vel tribus notandum heic venit, cœtus Romani ſectatores ſententiam iſtam ævo ſcholaſticorum, ut ex ſupra dictis patet, longe antiquiorem, quod una ſanguinis Chriſti guttula ſufficiens λύτρον ſit, eum duntaxat in finem amplexos eſſe, ut exinde theſaurum eccleſiæ, qui indulgentiarum eſt, exſtruerent.

In

nus (*), cuius veſtigia & alii magni nominis theologi non Suevi duntaxat, ſed & vel maxime Saxonici heic ſint ſecuti (**), id duntaxat in quæſtionem heic venit, quonam ſenſu iſta adſertio, ſine praiudicio veritatis divinæ in ſanctioribus litteris revelatæ, admitti tolerarique queat? Atque ad hanc quæſtionem adplicanda ſunt ea, quæ in *adlegata diſſertatione* hanc in rem leguntur.

Obſervavi ibidem, ſententiam eorum theologorum, qui tantum valorem tantamque efficaciam unicæ guttulæ ſanguinis Ieſu Chriſti adſcribunt, minime admittendam eſſe, ſi ad *conſilium Dei* idque iuſtiſſimum ſapientiſſimumque, prout par eſt, heic attendamus. Detexerunt iſtud conſilium Moſes ac prophetæ in variis de Chriſto vaticiniis, quæ non guttulam, ſed copioſam ſanguinis a Chriſto effundendi copiam, quin ipſam mortem cruentam inferunt. Atque ad hocce Dei conſilium toties provocarunt, tum ipſemet ſervator Chriſtus, tum ſanctiſſimi eiusdem legati. Memorabilis cumprimis eſt locus *Act. IV.* 26. *ſeqq.* ubi hæc leguntur ver-

In huncce enim theſaurum reliquam ſanguinis a Chriſto profuſi copiam repoſitam eſſe contendunt, aiuntque, eundem per Petrum, quem primum eccleſiæ Romanæ præſulem eſſe perperam ſupponunt, eiusdemque ſucceſſores diſpenſari pro partiali, vel totali peccatorum remiſſione. Confictus fuit iſte theſaurus a tenebricoſis ſcholæ doctoribus, ſed explicatius traditus a CLEMENTE VI. pontifice Romano in bulla, quam modo excitavimus. Vid. IO. MORINUM *de adminiſtratione ſacramenti pœnitentiae libr. X. cap. XVI. ſeqq.* CHRIST. LUPUM *oper. tom. VI. fol. 262. ſeqq.* IO. MABILLONIUM in *praefat.* ad *acta ſanct. ord. Bened. tom. V. num. 107. ſeqq.* & vel maxime EUSEB. AMORTUM, *loc. excitato.*

(*) LUTHERUS in explicatione germanica prioris Petri epiſtolæ, ad locum *1 Petr. I. 18, 19.* ſequentem in modum commentatus eſt: *Welches iſt nun der Schaz, damit wir erlöſet ſind? nicht vergænglich Gold oder Silber, ſondern das theure Blut des Sohnes GOttes. Der Schaz iſt ſo köſtlich und edel, daß es kein Menſchen Sinn und Vernunft begreiffen kan, alſo daß nur ein Træpflein von dieſem unſchuldigen Blute übrig genug wære geweſen für aller Welt Sünde.* Vid. *tom. II. oper. Ienens. Germ. f. 333. a.*

(**) Sufficiat ex iis heic adlegaſſe IO. HENR. URSINUM, MEISNERUM, HULSEMANNUM, SCHERZERUM, DANNHAUERUM, QUENSTEDIUM & C. M. PFAFFIUM. Aliter tamen heic ſentiunt cœtus Reformati doctores, IO. CROCIUS, TURRETTINUS, HEIDEGGERUS, & cumprimis IOSUA PLACÆUS, theologus quondam Salmurienſis, qui eandem multis argumentis in medium adlatis impugnavit in *theſ. theolog. de theſauro & indulgentiis eccleſ. Romanae, part. I. §. IV. ſeqq.*

verba: *Conſpirant orbis reges, coëuntque optimates contra dominum, contraque eius unctum. Coierunt enim profecto adverſus ſanctum tuum filium Ieſum, quem unxeras, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Iſraëliticis*, ποιησαι οσα η χειρ σου και η βουλη σου προωρισε γενεσθαι, *ad faciendum, quæcunque tu tua manu conſilioque facienda deſtinaſti.*

Quodſi vero a conſideratione *conſilii* huius *decretique divini* mentem tantisper abſtrahamus, atque ad *infinitam perſonæ* nos redimentis *dignitatem*, *ſanguinisque*, quo redemti ſumus, *pretioſitatem* unice reſpiciamus, adſertionem iſtam theologorum, quod *una guttula ſanguinis Ieſu Chriſti ſufficiens fuerit ad nos redimendos*, omnino admittendam minimeque improbandam eſſe, cenſeo. Erat enim, prout in *excitata diſſertatione* copioſius oſtendi, *ſanguis* Ieſu Chriſti infinitis prærogativis inclutus. Erat ſanguis non nudi *hominis*, nec *prophetæ* tantum, aut *ſancti* alicuius; ſed ſanguis *filii Dei proprius*, *Act. XX.* 28. adeoque non tantum ſanguis vere *humanus*, ſed & inſimul vere *divinus*, per & propter unionem perſonalem, atque exinde reſultantem apoteleſmatum communicationem. Proinde hoc ſaltim reſpectu effectus redemtionis non dependet a *quantitate* ſanguinis pro nobis effuſi, ſed ab eiusdem *qualitate*. Mundat ſanguis Ieſu Chriſti, non quia largiter & ſæpius eſt effuſus, ſed quia, uti iam dixi, ipſius Dei filiique Dei ſanguis eſt, 1 *Ioan. I.* 7.

Licet vero, prout ex dictis patet, adſertio iſta de *unius guttulæ ſanguinis Chriſti efficacia*, certo ſenſu omnino admitti queat, minus tamen adcurata eſt. In hocce enim argumento de valore ſanguinis ſeu perpeſſionum Chriſti *conſilium decretumque* Dei cum conſideratione *qualitatis perſonæ* Chriſti componendum, non autem unum ab altero divellendum eſt. Unde & recte iudicarunt viri acutius cernentes, locutionem iſtam in ſcholis theologorum uſitatam catachreſticam atque impropriam eſſe (*). Divina enim Chriſti natura paſſionibus Chriſti humanis, (quibus

(*) Ex eorum, qui hoc fecerunt, numero laudandi heic veniunt Clozius *de doloribus Chriſti p. 170. ſeqq.* C. M. Pfaffius in *commentariolo in textum extrav. comm. libr. V. tit. IX. de pœnit. & remiſſ. cap. 2. verba de infinito pretio ſanguinis Chriſti p. 19.* &, qui primo nominandus erat loco, b. Baumgartenius in *der Unterſuchung theologiſcher Streitigkeiten, tom. II. p. 283.* ubi hæc verba exſtant: *Es wird nicht geſtritten: ob der Ausdruck, daß*

bus omnino & præcipua quadam ratione *mors* eius *cruenta* accenſenda eſt) non ſeorſim, ſed coniunctim ſumtis infinitum valorem pretiumque addidit. Nec ſanctior ſcriptura *δικαιωμα iuſtitiæ perfectæ opus*, quo redemtio noſtra procurata eſt, guttæ duntaxat ſanguinis Chriſti, ſed perfectæ eiusdem obedientiæ uſque ad mortem crucis adſignavit. *Reconciliati ſumus Deo per mortem filii eius*, inquit gentium apoſtolus, *Rom. V.* 10. & rurſus: *reconciliavit nos in corpore carnis ſuæ per mortem, Coloſſ. I.* 22.

Miſſa hac controverſia, quæ ad infinitum unius guttulæ ſanguinis Chriſti valorem ſpectat, ad eas obſervationes a viro doctiſſimo *novæ bibliothecæ theologicæ p.* 113. *ſeqq.* inſertas progredior, quæ notis meis textui Gerhardiano paſſim ſubiectis ſunt oppoſitæ.

Prima, quam vir celeberrimus *loc. cit.* in medium profert, obſervatio eſt litteraria, ſeu potius critica, ſpectatque ad auctorem librorum *de vocatione gentium*. Circumferuntur quidem ii ſub nomine Ambrosii, epiſcopi Mediolanenſis, ſeculo quarto clari, cui Gerhardus quoque eosdem paſſim in *locis* ſuis *theologicis* adſcribit. Sed repugnat ſtili diverſitas, repugnant non pauca a ſeculo, quo Ambrosius floruit, plane aliena. Unde & doctiſſimi monachi Benedictini congregationis S. Mauri, qui novam eandemque elegantem operum Ambroſianorum editionem ſumma cura adornarunt, eandemque Pariſiis an. *MDCLXXXVI.* & *MDCXC.* fol. luci publicæ expoſuerunt, libros hoſce ex editione ſua haud immerito excluſerunt. Plerique eruditorum eosdem Prospero cuidam tribuunt, quorum veſtigia & ego in *notis* ad Gerhardi *tom. IV. loc. theolog. p.* 179. & 209. ſecutus ſum.

Dum hanc meam ſententiam recenſet vir celeberrimus, id ſimul adnotandum cenſuit, nondum ad liquidum eſſe perductum, quod hocce antiquitatis monumen-

daß uns Chriſtus mit einem einigen Blutstropfen hætte erlöſen kænnen, nicht in einem unſchuldigen Verſtande gebraucht werden kænne, alſo einer Entſchuldigung fæhig ſeye? Das geben wir zu, wenn man die Worte als eine bloſe Dichter-oder Redner Vorſtellung und als uneigentlich ausgedrukt annimt, ſo kan dergleichen gar wohl entſchuldiget und ſo erklæret werden, daß kein gefæhrlicher Irrtum damit behauptet werde; daraus aber nicht folgt, daß die Sache, die in eigentlicher Bedeutung dadurch bezeichnet wird, richtig ſey und eingeræumet werde.

nonnullorum a PROSPERO (quo nomine procul dubio is a me intelligitur, qui gente *Aquitanus* erat) ſit profectum. PASCHASIUM enim QUESNELLUM hocce opuſculum LEONI cognomine *magno* vindicaſſe, idque operibus huius praeſulis Romani a ſe editis inſeruiſſe, atque rationibus maxime probabilibus comprobaſſe, PROSPERUM *Aquitanicum* pro auctore librorum *de vocatione gentium* haberi haud poſſe.

Aſt fateor, me huic QUESNELLI ſententiae adſtipulari haud poſſe (*), ſed iis me adſociare, qui libros iſtos PROSPERI cuiusdam opus eſſe iudicant. Suffragatur enim huic ſententiae codicum manuſcriptorum fides (**). In eo tamen facile adſentior QUESNELLO nec non doctiſſimo *bibliothecae theologicae* auctori, quod libri iſti PROSPERO *Aquitanico* adſignari prorſus nequeant (***). Obſtat enim, quo minus id fieri queat, diſcrimen nonnullorum dogmatum ab iis, quae PROSPER ille, gente *Aquitanus*, magna animi contentione paſſim in ſcriptis ſuis propugnavit. Eligenda igitur prae ceteris videtur ſententia GERARDI IO. VOSSII (°), qui PROSPERUM, epiſcopum Aurelianenſem (°°), opuſculi iſtius auctorem eſſe adſeruit, cui GUIL. CAVEUS (°°°), aliique viri eruditi ſunt ſuffragati. Niſi forte dicere malis, auctorem horum librorum prorſus eſſe incognitum.

Sed

(*) Abbas ANTHELMI in peculiari diſſertatione eaque ſatis copioſa ſententiam QUESNELLI ſub examen vocavit, atque oſtendere adniſus eſt, PROSPERUM *Aquitanicum* auctorem eſſe operis, quod inſcribitur *de vocatione gentium*. Utriusque partis argumenta recenſuit LUDOV. ELLIES DU PIN dans *la nouvelle bibliotheque des auteurs eccleſiaſtiques, tom. IV. p. m. 190. ſeqq.* ubi quidquid hanc in rem dici poteſt, exhauſit vir doctiſſimus.

(**) Plures eiusmodi codices, eosque antiquiſſimos, in quibus hi libri PROSPERO tribuuntur, laudat GERARDUS IO. VOSSIUS in *hiſtoria pelagianiſmi, libr. I. cap. XX. p. 71.*

(***) Rationibus gravibus hoc ipſum dudum comprobarunt viri eruditi. Lectu cumprimis digna ſunt, quae hanc in rem diſſeruit laudatiſſimus DU PINIUS *loco excitato p. 194.*

(°) Vid. VOSSIUM *loc. cit. p. 72.*

(°°) Huius PROSPERI Aurelianenſis diſertam mentionem facit SIDONIUS *libr. VIII. epiſt. XV.* Subſcripſit is conciliis Vaſenſi & Carpentoractenſi annis *DXXVII.* & *DXXIX.* celebratis.

(°°°) Vid. eiusdem *hiſtoriam litterariam ſcriptor. eccleſiaſt. vol. I. p. 436. b.* edit. recentiſſ.

Sed pergo vel tandem ad ea, quæ ad theologiam dogmatico-polemicam pertinent, maiorisque ſunt momenti.

Heic vero primo loco ſe mihi offert argumentum arduum de lapſu primorum noſtrorum parentum, *tomo IV. locor. theolog. p.* 294. a b. GERHARDO pertractatum, qua occaſione & meam hac de re ſententiam ea, qua fieri debet, modeſtia expoſui, eandemque lectorum ſubieci examini. Obſervavi inter alia (*), progenitores humani generis inſtigante cacodæmone, qui ſpeciem ſerpentis alicuius adſumſerit, lapſos eſſe, nec admitti poſſe b. GERHARDI aliorumque ſententiam, ſtatuentium, auctorem lapſus fuiſſe ſerpentem naturalem a diabolo OBSESSUM. Inter ea, quæ huic ſententiæ oppoſui argumenta & hoc erat, quod obſeſſio diabolica in brutis animantibus locum habere nequeat, ſiquidem ea ex parte *obſeſſi* ſupponat peccatum, quod in animantia ratione deſtituta, adeoque & ſerpentem, haud cadat.

Hæc ratio, *loco excitato* uberius a me expoſita, viro celeberrimo non ſatis videtur firma. Quum enim genius infernalis, permiſſione ſupremi numinis rebus naturalibus abuti queat, prout & homines ſubinde facere ſoleant, nihil obſtare arbitratur, quo minus cacodæmon ſerpente naturali ad ſeducendos primos noſtros parentes abuti olim potuerit (**).

Verum, ſi vir alias iudicioſiſſimus ad ſtatum quæſtionis, prout par eſt, heic attendiſſet, procul dubio ipſemet, me non monente, facile perſpexiſſet, hanc obiectionem vim argumenti, quo uſus ſum, haud infringere. Neque enim de eo quæſtio eſt: an ſpiritus infernalis rebus a Deo creatis, ac ſpeciatim brutis animantibus ABUTI queat? Hoc enim facile concedi poteſt. Sed quæſtionis cardo in eo vertitur: an cacodæmon brutorum animantium corpora OBSIDERE poſſit? item-

(*) Vid. *not. ad p.* 296.

(**) Vid. eiusdem *theologiſche Bibliothek vol. VI. part. II. p.* 115. ubi hæc leguntur verba: *Wenigſtens dachten wir nicht, daß der erſte Grund* (quem ſupra indicavi) *ſicher genug wäre. Dann da der Satan auf göttliche Zulaſſung andere Dinge in der Natur misbrauchen kan, wie es auch die Menſchen thun; ſo ſehen wir eben nicht, warum er das nicht auch bey einer natürlichen Schlange habe thun können.*

itemque: an ſerpens ſeductor, qui *Genes. cap. III.* commemoratur, fuerit *verus & naturalis ſerpens, at a diabolo* OBSESSUS, *ſeu ἐνεργούμενος* (*)? Hancce quæſtionem in *animadverſionibus* meis ad GERHARDUM (**) negavi. Ea enim, uti abunde conſtat, eſt OBSESSIONIS *corporalis* conditio, ut non niſi in creaturis ratione præditis peccatique labe infectis (***) locum habere queat. Hinc HOMINES obſideri dicuntur, quia hos obſidendi ius habet diabolus, & quidem *propter peccatum*, 1 *Ioan. III.* 8. Aſt *de brutis* ratione deſtitutis ſerpentibusque, quatenus aliquam brutorum ſpeciem conſtituunt, dici haud poteſt, quod a diabolo corporaliter obſideantur, quoniam in ea, ut modo dixi, peccatum non cadit. Perſpexerunt hancce difficultatem ſolvi neſciam theologi quidam recentiores iique acutisſimi, inque eam deſcenderunt ſententiam, *occupari* potuiſſe ſerpentem a cacodæmone, *obſideri* non potuiſſe (*). Nec defuerunt, qui nomine *ſerpentis*, *Genes. III.* 1. *ſeqq.* 2 *Cor. XI.* 3. ſerpentem non naturalem atque a malo genio agitatum, ſed *perſonatum*, nempe ſolum diabolum, ſerpentis forma ac forſitan prorſus ſingulari indutum intellexerunt (**); quorum ſententiæ & ego lubens meritoque ſub-

c ſcri-

(*) Ita formandum eſſe quæſtionis ſtatum, ex ipſis b. GERHARDI verbis, quæ *tom. IV. p. 295, 296.* leguntur, ſatis patet. *Nos*, inquit *loc. cit. nec nudum, nec mere allegoricum, ſed diabolo* OBSESSUM *ac ſtipatum ſerpentem hic deſcribi ſtatuimus:* Eadem fere ratione AUGUSTUS PFEIFFERUS, theologus quondam Lipſienſis, ſuam hac de re exprimit ſententiam: *Serpens ſeductor*, inquit, *fuit verus & naturalis ſerpens, at a diabolo* OBSESSUS, *ſeu ἐνεργούμενος.* Vid. eiusdem *dubia vexata ſcripturae ſacrae, loc. VI. qu. I. p. 21.* qui & *loc. cit. p. 22.* GLASSIUM, FRANZIUM, CALOVIUM, aliosque theologos laudat idem ſentientes.

(**) Vid. notam ampliſſimam, quam *tom. IV. loc. theol. p. 296. ſeqq.* ſubiunxi.

(***) Scilicet obſeſſio phyſica ſeu corporalis *peccatum* in *obſeſſo* ſupponit; unde vulgo definiri ſolet a theologis, quod ſit *actio ſpiritus impuri, qua is permittente, &* PECCATA ANTEGRESSA *vindicante Deo, corpora hominum ingreditur, intra eadem ſecundum ſubſtantiam ſuam habitat, & in illis operatur.* Vid. HOLLAZIUM in *examine theolog. acroamat. part. I. cap. IV. quaeſt. XXX. p. 400.* edit. noviſs.

(*) Ita ſuam hac de re mentem expreſſit b. ISRAEL GOTTLIEB CANZIUS, ſingulare quondam academiæ Tubingenſis decus, in *compendio theologiae purioris, p. 386.*

(**) Hanc ſententiam amplexi ſunt recentiores maxime theologi iique præſtantiſſimi, ſpeciatim b. Io-

 REIN-

ſcribo. Eandem enim & veritati, & ſolvendis, quæ in hocce argumento occurrunt, difficultatibus arbitror eſſe longe convenientiſſimam.

Sed progredior iam ad aliam controverſiam in theologorum ſcholis olim agitatam, eam nimirum, quæ ad impeccabilitatem Chriſti hominis eiusdemque cauſam reſpicit. Cum enim Chriſtus veram adſumſerit naturam humanam, pravitas autem originalis naturæ humanæ poſt lapſum intime inhæreat, & ordinaria ratione ad omnes eius poſteros propagetur, diſputatum olim fuit: *qui fieri potuerit, ut redemtor mundi, qui in Adami lumbis iam exſtitit, ab omni labe immunis naſceretur?* Dixi hanc in rem nonnulla in *notis* ad GERHARDI *tom. IV. loc. X. §. CIII. p. 150. ſeqq.* ubi, miſſis otioſorum, quos vocant, hominum quæſtionibus atque adſertionibus, ab aliis iam notatis (*), tres de hac quæſtione recenſui ſententias, ſiquidem nonnulli noſtrorum theologorum maſſæ illius, ex qua corpus Chriſti fuit efformatum, *præſervationem*, alii eiusdem *purificationem*, alii denique novam huius maſſæ in utero virginis Mariæ *creationem*, vi Spiritus S. momento factam, ſtatuerunt. Quod ad ultimam hanc ſententiam attinet, eandem *loco citato p.* 351. confutavi, nec quidquam in contrarium heic obiicit vir doctiſſimus. Proinde nihil aliud ſupereſſe videtur, quam ut dicamus, ſubſtantiam ſeminalem producendæ aliquando humanæ Chriſti naturæ inſervituram, inque ipſo Adamo, tanquam capite generis humani iam exſiſtentem, aut *præſervatam* fuiſſe a peccato, aut *purificatam* a Spiritu ſancto. Neutrum tamen, ob varias, quæ utramque ſententiam premunt, difficultates ſtatui poſſe, *loco excitato* obſervavi, inque eam vel tandem ingreſſus ſum ſententiam, ſubſtantiam ſeminalem, producendæ humanæ Chriſti naturæ aliquando inſervituram, fuiſſe quidem in Adamo, ſed non ut capite *morali* ac *repræſentativo* generis humani, ſed duntaxat ut capite *naturali*, eandemque nullo unquam

REINHARD. RUSIUS in peculiari diſſertat. *de ſerpente ſeductore*, Ienæ habita, b. ROMANUS TELLERUS in *animadverſionibus* ad HOLLAZIUM *p. 400. ſeqq.* IO. ERNEST. SCHUBERTUS in *inſtitut. theolog. dogmat. part. II. cap. I. §. LXXXIX. p. m.* 74. IAC. CARPOVIUS in *theolog. revelata dogmat. tom. I. §. 1191. p. 704. ſeqq.* aliique.

(*) Recenſuerunt easdem IO. ADAMUS OSIANDER in *ſyſtem. theol. exercitat. LXIII. LXIV.* & poſt eum MICHAEL WALTHERUS in diſſertatione prorſus egregia *de Chriſti hominis* ἀναμαρτησίᾳ, Vitembergæ *MDCXC.* habita.

unquam peccato fuiſſe contaminatam, adeoque nec *præſervatione*, nec *ſanctificatione* opus habuiſſe.

Audiamus iam, quid ad infirmandam hancce theſin in medium proferat vir doctiſſimus.

Ait, ſe ſententiam iſtam a me adoptatam facile admiſurum, ſi modo firmioribus inniteretur rationibus, ac quidem eæ ſint, quæ a me in medium fuerint adlatæ. Ecquis enim, ita pergit laudatiſſimus vir, ſibi hodie perſuadeat, materiam, conceptioni Chriſti ſuo tempore inſervituram, in ipſo Adamo iam exſtitiſſe? Addit, diſcrimen inter caput *naturale* & *morale* generis humani aliud fundamentum haud habere, quam mentis abſtractionem. Subiungit vel tandem, omnem, quæ in homine deprehendatur, materiam ex cibo ac potu, qui, ſecundum teſtimonium ſervatoris noſtri, impuri haud ſint, ſuam ducere originem; nec ulla concipi aut explicari poſſe ratione, quomodo in corpore humano impuritatem quandam peccaminoſam contrahere queant (*).

Verum hæc non ita comparata eſſe deprehendo, ut meam deſtruant ſententiam. Ad ſingulas, quas modo commemoravi, obiectiones ordine reſpondebo.

Ad *primam* quod attinet, mirum mihi videtur, quod vir doctiſſimus receptam in theologorum ſcholis ſententiam, *ab initio iam exſtitiſſe ſeminalem Chriſti ſubſtantiam in ipſo Adamo*, in dubium revocet. Nonne omnes, quotquot ſunt, homines in primo iſto generis humani parente exſtiterunt, ſi non *actu* & *perſonaliter*, ut in ſcholis loquuntur, tamen *potentia*, atque *ſeminaliter*, quatenus in ipſo, tanquam totius ſpeciei radice continebantur (**)? Quis inde excipiat Chriſtum, qui

(*) Verba, quibus *loc. cit. p. 116.* utitur vir clariſſimus, ita ſe habent: *Wir wolten dem Hr. D. in der Hauptſache gerne recht geben: aber nicht um der Gründe willen, die er anführet. Warum ſoll die Materie ſchon in Adams Leibe geweſen ſeyn? Wer kan das heut zu Tage noch glauben? Der Unterſchied zwiſchen dem* capite naturali *und* morali *iſt auch eine bloſſe Abſtraction, u. ſ. w. Alle Materie, die in dem Menſchen iſt, kömmt aus der Speiſe und dem Tranke; die ſind nach Chriſti Zeugniſſe rein. Was ſie in dem menſchlichen Leibe für eine ſündliche Unreinigkeit bekommen ſolle, und habe, læſſet ſich weder begreifen noch deutlich erklæren.*

(**) Vid. *Act. XVII. 26.*

qui carnis ſanguinisque particeps factus eſt ſicut alii infantes (*), & nobis, ut concilium Chalcedonenſe habet, eſt ομουσιος. Et quid aliud innuunt ſacræ ſcripturæ oracula, in quibus dicitur, Chriſtum fuiſſe *filium Adami* (**), eſſe & *ex patribus ſecundum carnem* (***), eſſe *ſemen Abrahæ* (*) *germen*que *Davidis* (**), quam quidem hoc, ſacratiſſimam carnis Chriſti *ſubſtantiam ſeminalem* olim iam exſtitiſſe in Adamo, atque ab eodem per patres veteris teſtamenti ad Mariam virginem fuiſſe traductam? Nec ab hac doctrina abludunt ea, quæ de opere creationis tradunt recentiores quidam philoſophi, illuſtris LEIBNITII veſtigia ſecuti. Ex eorum enim mente, omnes ſubſtantiæ (ad quas & ſeminalis Chriſti ſubſtantia referenda eſt) a Deo, cuius actio eſt infinita, ſimul fuerunt creatæ; ut aliæ condi haud poſſint. Quodſi enim hodienum Deus ullas *novas* exſiſtere iuberet *ſubſtantias*, hic ipſe conatus actionem argueret finitam, qualis in Deo locum habere nequit. Nec generatio dici poteſt novæ ſubſtantiæ productio, cum potius ſit elevatio ſubſtantiæ ex ſtatu *ſeminali* in ſtatum maturiorem. Nolo plura hanc in rem addere, ſed philoſophis hæc aliaque huius generis plura diſcutienda relinquo. Sufficit mihi, paucis heic oſtendiſſe, ſententiam eorum, qui ſtatuunt, ſeminalem carnis Chriſti ſubſtantiam una cum cæteris ſtatim AB INITIO exſiſtere cœpiſſe, ſeu, ut veterum noſtrorum theologorum loquendi formula heic utar, Chriſtum æque ac alios homines fuiſſe in lumbis Adami, tanquam ſtirpis, radicis & capitis generis humani, minime ita comparatam eſſe, ut nemo eruditorum eidem hodie ſuum præbere queat adſenſum.

Pergo ad *ſecundam* viri clariſſimi obiectionem, quæ ad diſtinctionem inter caput *naturale* & *morale* ſeu *fœderale*, in theologorum ſcholis receptam, qua & ego in *notis* ad GERHARDI *tom. IV. p.* 351. uſus ſum, ſpectat. Dixi *loc. cit.* ſubſtantiam Chriſti ſeminalem exſtitiſſe quidem in Adamo, ut capite *naturali* generis humani, ſed non ut capite *morali*, ſiquidem deſtinata fuerit formando eiusmodi *capiti*, quod Adamo contradiſtinguitur, *Rom. V.* 14.

Verum

(*) *Ebr. II. 14.* (**) *Luc. III. 38.* (***) *Rom. IX. 5.*

(*) *Gal. III. 16.* (**) *Ier. XXXIII. 15.*

Verum hancce diſtinctionem vel eam ob rationem heic attendendam haud eſſe arbitratur vir celeberrimus, quia mera mentis *abſtractione* innitatur (*).

Equidem nolo inficias ire, aliquam mentis abſtractionem heic locum habere, quando Adamum, primum hominem, ex duplici latere conſideramus, ex uno, quatenus fuit caput *naturale*, ex altero autem, quatenus caput *morale*, ſeu *fœderale* ac *repræſentativum* generis humani exſtitit. Interim tamen duo heic præcipue notanda veniunt. *Primum* eſt, quod abſtractiones generatim ſpectatæ, ſi, prout fieri debet, inſtituantur, minime contemnendæ, ſed ſubinde ſint neceſſariæ, inſignemque præſtent uſum (**), licet earum abuſus, qui in ſcriptis doctorum ſcholaſticorum ſubinde deprehenditur, iuſtam commereatur reprehenſionem. *Alterum* eſt, quod diſtinctio inter caput *naturale* & *morale*, de qua heic ſermo eſt, non ſit inane cerebri figmentum, ut fortaſſis quiſpiam exiſtimare poſſet, ſed in re ipſa fundamentum habeat, quin & ſolvendis quæſtionibus difficilibus egregie inſerviat.

Adamum fuiſſe caput *naturale* generis humani, vix quiſquam chriſtianorum negaverit. Fuit enim, teſte ſcriptore ſacro, primus hominum 1 *Cor. XV.* 45, 47. parens communis non Iudæorum duntaxat, uti fingit ISAACUS PEYRERIUS, ſed & gentilium, immo omnium hominum, quippe qui in ipſo *virtualiter* aut *ſeminaliter* exſtiterunt *Act. XVII.* 26. *Ebr. II.* 11.

Nec tantum *naturalis*, ſed & *moralis* ac *fœderalis* capitis perſonam ſuſtinuiſſe Adamum, vel exinde colligi poteſt, quoniam in Adamo, transgreſſore legis divinæ, omnes peccaviſſe, omnesque labem originalem cum actualibus peccatis ex Adamo traxiſſe dicuntur *Rom. V.* 12, 18, 19. Plura, quæ dici hanc in rem poterant, brevitatis ſtudio prætermitto. Unicum hoc adiicio, ſine χέσει iſta, qua Adamus conſideratur ut caput *fœderale* ac *repræſentativum* totius generis humani, quæſtionem difficilem de imputatione peccati Adamitici omnibus hominibus facta,

(*) *Der Unterſcheid zwiſchen dem* capite naturali *und* morali *iſt auch eine bloſe Abſtraction, u. ſ. w.* inquit vir doctiſſimus *loc. cit. p. 116.* Optaſſem tamen, ut ſuam de hac diſtinctione mentem uberius expoſuiſſet.

(**) Dudum hoc obſervarunt philoſophi, ex quibus heic laudaſſe ſufficiat illuſtr. BILFINGERUM in *dilucidat. philoſ.* §. *CCLXIII. p. 255.* edit. ſecundæ.

vix enodari poſſe. Quodſi enim a conſideratione iſta *capitis fœderalis*, cuius perſonam Adamus ex diſpoſitione atque ordinatione divina geſſit, penitus abſtrahamus, nullum conſenſus, qui ex parte poſterorum Adami requirebatur, inveniri poteſt fundamentum. Unde non tantum antiquiores, ſed & recentiores quidam iique magni nominis theologi doctrinam iſtam de Adamo, capite non ſolum *naturali*, ſed etiam *morali* poſteritatis ſuæ, in ſcriptis ſuis propugnarunt graviterque inculcarunt (*).

Supereſt *tertia* viri celeberrimi exceptio, ſupra iam p. XIX. indicata, quam breviter heic diluam. Urget is, concipi haud poſſe, quomodo materia labem poſſit

(*) Ex iis, qui hoc fecerunt, cumprimis nominari heic meretur theologus prorſus eximius, SIGISMUNDUS IACOB. BAUMGARTENIUS, qui argumentum hoc egregie ſolideque pertractavit in *der evangeliſchen Glaubenslehre, tom. II. p. 532. 533.* Oſtendit ibidem vir laudatiſſimus *primo* quidem, in quonam conſiſtat imputatio peccati primi, mentemque ſuam hiſce verbis ediſſerit: *Was die Beſchaffenheit dieſer Zurechnung des peccati Adamitici betrift, ſo beſtehet dieſelbe darin, daß GOtt das Verhalten des erſten Menſchen anſiehet, achtet und beurtheilet, als ein allgemeines Verhalten des ganzen menſchlichen Geſchlechts, folglich alle einzele Perſonen deſſelben daran Antheil nehmen. Welches Rom. V. 12, 14, 15-19. ausdrücklich angezeiget wird* &c. Differit quoque *ſecundo* loco de *fundamento* huius imputationis, & quidem ſequentem in modum: *Der Grund dieſer ſittlichen Zurechnuug beſtehet in dem Verhæltnis aller einzelen Menſchen gegen den Adam, als ihren Gevolmæchtigten, ihren Sachwalter, Deputirten und ſittliches Oberhaupt: welcher in dem Verhalten gegen GOtt wæhrender Prüfungszeit das ganze menſchliche Geſchlecht vorſtellet, ſo daß ſein Betragen dem ganzen menſchlichen Geſchlecht vortheilhaft oder nachtheilig werden müſſen.* Atque hunc nexum *moralem* imputationis, a nexu *naturali* diſtinctum, in ſubſequentibus uberius exponit vir laudatiſſimus. Nec his abſimilia ſunt, quæ hanc in rem ſcripſerunt: b. BUDDEUS in *inſtitut. theol. dogmat. libr. III. cap. I. ſ. XVI. p. 728. ſeqq.* b. cancell. PFAFFIUS in *den academiſchen Reden über die Grundlehren der chriſtlichen Religion, p. 123.* & inprimis *p. 128.* IO. ERNEST. SCHUBERTUS in *inſtitut. theolog. dogmaticae ſ. XCVIII.* IAC. CARPOVIUS in *theologia revel. dogm. tom. I. ſ. 1117. p. 655.* & §. *1216. p. 717.* THEODOR. CHRISTOPH. LILIENTHALIUS in *der guten Sache der gættlichen Offenbahrung, part. IV. cap. IX. ſ. 117. p. 951. ſeqq.* aliique ex noſtris theologis, quibus ex eccleſiæ Reformatæ doctoribus IO. MARCKIUS in *hiſtoria paradiſi illuſtrata, libr. II. cap. VII. ſ. X. p. 385. ſeqq.* & DAN. WYTTENBACHIUS, in *tentamine theolog. dogmat. tom. I. ſ. 763. p. 577.* addi merentur.

poſſit contrahere, cum omnis materia ex cibo & potu oriatur (*), qui, ſecundum effatum ſervatoris, hominem inquinare nequeant.

Sed non ſatis attendiſſe videtur vir alias iudicioſiſſimus, ſermonem heic non eſſe de ea *materia*, ex qua *corpus* hominis *animale* hodie eſt compoſitum; ſed de *ſubſtantiis ſeminalibus*, in ipſo Adamo iam latentibus, efformandæ humanæ naturæ aliquando inſervituris. *Materiam* iſtam, ex qua corpus humanum conſtat, per uſum legitimum cibi potusque, ad conſervationem hominis a Deo ordinatorum, non pollui, omnes fatentur. Vid. *Matth. XV.* 17. *Marc. VII.* 15. Verum, quod ad *ſubſtantias* iſtas *ſeminales*, de quibus heic ſermo eſt, attinet, eæ in primis noſtris parentibus legem divinam migrantibus & de fructu arboris vetitæ comedentibus (**), pecca-

(*) *Alle Materie, die in dem Menſchen iſt*, inquit vir clariſſimus, *kommt aus der Speiſe und dem Tranke.* Neſcio vero, an hoc de ipſis quoque *ſubſtantiis ſeminalibus* intellectum velit. Hæ ſane non oriuntur ex cibo & potu, ſed ab ipſo Deo ſtatim ab initio SIMUL fuerunt creatæ. Potentiſſimum illud verbum יהי FIAT! ſine ulla temporis ſucceſſione a ſupremo numine pronunciatum, omnes ſubſtantias SIMUL exſiſtere iuſſit. Relinquitur tantum PRIUS & POSTERIUS *relationum* intuitu, non reſpectu *temporis*. Vid. b. ISRAELIS GOTTLIEB CANZII *compendium theologiae purioris p. 606.* nec non eius *annotationes* ad hocce *compendium*, a doctiſſimo eius filio GEORG. BERNHARD. CANZIO, ex manuſcripto deſideratiſſimi parentis ſui cum præfatione mea editas, *p. 565.*

(**) Patet ex his, adſertionem viri doctiſſimi, quod cibus ſit *purus* atque innoxius nullamque adeo labem humano corpori inferre queat, non eſſe univerſaliter veram, ſed ſuas pati exceptiones. Ecquis enim dubitaverit, dari cibos corpori hominis maxime nocivos? Talis procul dubio fuit fructus arboris vetitæ, qui toti humanæ naturæ labem intulit. Atque exinde commodiſſima reddi poteſt ratio, cur Deus, qui ſine ratione obiectiva nunquam agit, pro inſigni ſua ſapientia atque bonitate erga homines, ſpeciatim arboris cognitionis, non vero alterius cuiusdam arboris in horto plantatæ fructus comedere ſerio prohibuerit, *Geneſ. II. 16. 17.* Neceſſarium quoque erat, ut Deus homines in paradiſum intromittens iisdem vim letalem fructus illiciti indicaret, ne ſpecie arboris deciperentur. Neque enim ii ſcire poterant, quinam fructus ſalubres ſint, quinam nocivi, niſi revelatione divina, aut longo rerum uſu. Ita & Alexander M. Macedonibus ſuis, quibus fructus Indici prorſus erant incogniti, ficus cuiusdam fructus δηγμον ποιει και δυσεντεριαν, *alvum mordet paritque dyſenteriam*, απειπηκευξε μη εσθιειν, *edixit, ne comederent.* Vid. THEOPHRASTUM *libr. IV. hiſtor. plantar. cap. III.*

peccato fuerunt infectæ mirumque in modum corruptæ (*). Unde & corruptio iſta naturalis ex Adamo in eiusdem poſteros, hoc eſt omnes homines, per generationem tranſiit. Adficit illa, teſte ſcriptura ſacra, tum animam, tum corpus hominis, efficitque, ut nullis etiam exemplis corrupti, tamen natura noſtra ad mala feramur.

Vix concipi poteſt, qui ex unico Adami peccato, eſuque de arbore vetita, tam horrenda totius naturæ noſtræ corruptio oriri potuerit, niſi ſtatuamus, fructum iſtius arboris virus mortiferum continuiſſe, idque totam hominis naturam mox pervaſiſſe eandemque penitus corrupiſſe.

Atque hoc ipſo veneno malo, immo peſſimo eoque velociſſimo, tota hominis natura *omnesque ſubſtantiæ ſeminales* in Adamo latentes, ſtatim fuerunt infectæ, ſi diſceſſeris a *ſacratiſſima carnis* CHRISTI *ſeminali ſubſtantia.* Quem ad modum enim incomparabilis ille generis humani redemtor, primis noſtris parentibus ſtatim poſt lapſum promiſſus, peccare non potuit in *ſtatu maturo*; ſic & immunis a peccato fuit in *ſtatu* ſuo *ſeminali.* Exſtitit quidem *ſeminaliter* in ipſo iam Adamo, ſed non ex benedictione prima *Gen. I.* 28. quæ ad *naturæ* regnum ſpectat, ſed vi benedictionis ſecundæ *Gen. III.* 15. quæ *gratiæ* regno præeſt. Exſtitit in Adamo, ſed tantum ut capite *naturali* generis humani, ut alibi iam obſervavi, non vero ut capite *fœderali* ac *repræſentativo.* Neque enim Adamus ipſius nomine pactum cum Deo iniit, ſed nomine generis humani *naturaliter* ab ipſo propagandi. Chriſtus autem *naturaliter* genitus haud fuit, *Luc. I.* 34, 35. Proinde eius ſubſtantia, peccante Adamo, peccato infecta cenſeri nequit. Exſtitit denique Chriſtus in ipſo iam Adamo, ſed ut caput *ſecundum*, capiti *priori*, Adamo nimirum, qui *poſterioris* typus erat *Rom. V.* 14. oppoſitum *Rom. V.* 18, 19. 1 *Cor. XV.* 45, 47. Uno verbo, alia ſubſtantia ſeminalis eſt, cæteras ſanctificatura, alia vero ſanctificanda olim.

Plura de hocce argumento, quod theologorum ingenia olim plurimum exercuit, dici poſſent, niſi temporis brevitas, adpropinquantibus iam nundinis Lipſienſibus, id prohiberet.

Cæterum

(*) Lucem ex hac obſervatione accipiunt oracula ſcripturæ ſacræ *pſalm. LI. 7. Ioan. III. 6.* aliaque.

Cæterum quæcunque hactenus a me dicta ſunt, non ex inconſulto contradicendi ſtudio, non ex moroſa ſemel tradita mordicus defendendi pertinacia, ſed ex firma animi mei perſuaſione ſinceroque veritatis amore ſunt profecta. Hoc nimirum veritati officium me debere intellexi, ut, quoad fieri a me potuit, haud invita eadem veritate, adſertiones meas, in notis præcedenti volumini operis Gerhardiani ſubiectis, in medium adlatas uberius, ubi id opus eſſe videbatur, explicarem, easdemque ſolidius confirmarem, atque ab exceptionibus ſpecioſis, quæ in *nova bibliotheca theologica* contra easdem motæ ſunt, ea, qua fieri debet, modeſtia vindicarem. Haud ægre id feret, uti omnino ſperare licet, eruditiſſimus diarii iſtius litterarii auctor, vir veritatis ſtudioſiſſimus mihique amiciſſimus, cuius in rem ſacram ac litterariam merita eaque prorſus eximia dudum veneror, mecumque venerantur omnes, quotquot æquum rebus pretium ſtatuere didicerunt.

Atque ſic vel tandem ad id revertor, unde digreſſus ſum, nimirum ad GERHARDI noſtri *locos theologicos*, quorum *tomus quintus* in conſpectum orbis eruditi iam prodit. Complectitur ille tria doctrinæ ſanctioris capita. Agit enim I) de *peccatis actualibus*; II) de *libero arbitrio*, hoc eſt de viribus humanis poſt lapſum adhuc reliquis, ac denique III) de *lege Dei* generatim ſpectata. Singulos hoſce chriſtianæ fidei articulos non tantum perſpicue, & pro more ſuo, erudite ac ſolide, ſed & copioſius, quam alias facere conſueverat, pertractavit vir beatæ memoriæ, nihilque eorum facile prætermiſit, quæ vel ad adcuratam veritatum divinarum expoſitionem ſolidamque earum confirmationem, vel ad errorum veritatibus iſtis adverſorum confutationem pertinere videbantur. Multa quoque paſſim adſperſit ex theologia patriſtica deſumta, veterumque ſcriptorum eccleſiaſticorum, qui *patrum* nomine veniunt, teſtimonia, veritates cœleſtes confirmantia atque illuſtrantia, magno ſubinde numero in medium adduxit. Qua ipſa ratione non tantum ſe in ſcriptis patrum veteris eccleſiæ egregie verſatum eſſe luculenter demonſtravit vir eruditiſſimus, ſed & hiſtoriæ dogmatum, quæ nobiliſſimam hiſtoriæ eccleſiaſticæ partem conſtituit, inque controverſiis theologicis, ſpeciatim iis, quæ nobis cum cœtus Romani doctoribus intercedunt, inſignem præſtat utilitatem, lucem adfundit minime contemnendam.

Vix opus eſſe arbitror, ut de iis, quæ egomet in nova hac editione præſtiti, vel ſaltim præſtare adniſus ſum, multa dicam. Quilibet enim, qui hocce volu-

men paullo adcuratius perlegerit, quid in eo a me fuerit præſtitum, ipſemet facile perſpiciet. Hoc certo adſeverare poſſum, me eandem, quam in prioribus tomis a me editis poſui induſtriam, in huius quoque voluminis editione adhibuiſſe, idque ſerio egiſſe, ut commodis eorum, quibus opus hoc Gerhardianum in pretio eſt, quantum a me fieri poterat, conſulerem. Non tantum textum b. auctoris a quamplurimis, quibus præcedentes editiones, ac cumprimis Hamburgenſis, mirum in modum ſcatebant, vitiis ſollicite purgavi, ſed & adnotationes Gerhardi poſthumas marginique adſcriptas, quæ in editione Hamburgenſi textui erant illatæ, nexumque rerum tractandarum haud parum turbabant, e textu eliminavi, iisdemque locum convenientem in notis textui ſubiectis adſignavi, ita tamen, ut adpoſito Gerhardi nomine, a meis clare ſatis diſtinguerentur.

Quod ad adnotationes a me profectas attinet, eæ varii ſunt generis. Nonnullæ ſunt exegeticæ, atque nonnullis ſcripturæ ſacræ oraculis, a b. Gerhardo excitatis, lucem quandam adfundunt. Aliæ ad theologiam dogmatico-polemicam, quin & moralem, utramque enim coniunctim olim tractabant theologi, propius ſpectant. Aliæ denique ad hiſtoriam controverſiarum tum antiquiorum, tum recentiorum, nec non hiſtoriam litterariam pertinent. Non opus eſſe arbitror, ut easdem ſigillatim heic commemorem, cum ex *conſpectu locorum*, *capitum & contentorum*, volumini huic ſubiuncto, facile cognoſci queant. Id unicum adiicio, me ea, quæ in *adpendice* huius voluminis *pag.* 388. de *legibus divinis poſitivis univerſalibus* brevius dicta ſunt, alio tempore aliaque occaſione, ſi quidem vita ſuppetet, uberius pertractaturum eſſe.

Quodſi forte uni alterive, qui hæc noſtra leget, alicubi peccaſſe, vel a vero aberraſſe videar, bene monenti facile adſentiar. Non enim is ſum, qui exiſtimationi meæ, ſi quam commeritus eſſem, quidquam detrahi putem ingenua peccati erroriſque confeſſione, ac ſeria emendatione.

Atque ita finem vel tandem impono longiori huic præfationi. Faxit ſupremum in cœlis numen, ut ſanctioris diſciplinæ alumni ex noſtro qualicunque labore, b. Gerhardi manibus ſacro, commoda quam plurima, fructusque ampliſſimos uberrimosque percipiant.

Scribebam Tubingæ d. XIV. menſis Aprilis A. O. R. MDCCLXVI.

IO.

IO. GERHARDI
LOCORVM THEOLOGICORVM
TOMVS QVINTVS,

IN QUO

CONTINENTVR HAEC CAPITA

I. DE PECCATIS ACTVALIBVS.

II. DE LIBERO ARBITRIO.

III. DE LEGE DEI.

LOCUS XI.

DE

PECCATIS ACTVALIBVS.

PROOEMIUM.

§. I.

Connexio cum loco præcedente.

Innumera illa peccatorum actualium ſoboles originalis peccati matrice concepta pravæ concupiſcentiæ obſtetricatu in lucem editur; ut non minus fœcundum ſit originale peccatum, quam comitiſſa illa Hollandica, Mathildis nomine, quæ unico partu trecentos ſexaginta quinque liberos mirabiliter enitebatur, de qua ex annalibus Flandriæ Gvicciardinus, Eraſmus, Ludov. Vives & Wolffg. cent. XIII. pag. 554. (quam tamen comparationem cave latius extendas, quam ad fœcunditatis paritatem.) Quemadmodum *mala arbor fert malos fructus*, Matth. VII. 17. Luc. VI. 43. *ex fonte venenato ſcaturiunt aqua*[illegible] *venenatae*, Jerem. VI. 7. *ex amara radice* [illegible]*rities in ramos ſurſum protruditur*; Hebr. XII. 15. ita quoque ex innata cordis pravitate, velut ex fonte venenato & radice amariſſima, procedunt omnis generis innumera peccata, Matth. XV. 19. malæ arboris fructus peſſimi.

CAPUT I.

DE NATVRA PECCATI ACTVALIS TRACTAT.

§. II.

Peccata actualia unde dicta.

Fructus hi dicuntur peccata *actualia* ad *originalis* peccati differentiam; ut enim iſtud dicitur *originale*, quia una cum naturæ noſtræ origine in nobis hærere incipit, ita hæc dicuntur *actualia* ab *agendo*, quod non ſint nobis innata, nec in omnibus æqualia; ſed quod a nobis agantur, factis ſcilicet, dictis ac cogitatis. Inde Auguſtinus lib. XXII. contra Fauſtum cap. 27. peccatum actuale definit, quod *ſit dictum vel factum vel concupitum contra legem aeternam*: & lib. II. de conſenſu evangeliſt. cap. 4. quod *ſit legis transgreſſio*. Quas Auguſtini definitiones

nes τῶν ἀμφοῖν amplectimur, ac proinde injuriam nobis facit Bellarminus, quando ſcribit, lib. I. de amiſſ. grat. & ſtatu peccati cap. 1. *tantam eſſe aliquorum ex Lutheranis vel imperitiam, vel impudentiam, ut priorem Auguſtini definitionem tacito ejus nomine inter errores numerare non vereantur.* Colorem huic accuſationi ex eo quærit, quod Heshuſius in lib. de ſexc. error. Pontif. loc. IV. numer. 1. ſcripſerat: *Pontificii hoc modo definiunt plerumque peccatum, quod ſit vel dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei.* Reſp. non ipſam definitionem, ſed vitioſam definitionis adplicationem improbat Heshuſius, quod Pontificii eam tanquam generalem peccati definitionem acceptant, & ad originale peccatum etiam adcommodant, quæ tamen actualium tantum peccatorum eſt definitio, ut recte notat Bonaventura in comm. I. ſent. diſt. 35. art. 1.

An omnia peccata voluntaria?

§. III. Ibidem Bellarmino in Auguſtini definitione mentio *voluntarii* videtur deſiderari: cui objectioni ita reſpondet, *quod haec vocula ex aliis definitionis partibus facile poſſit colligi, cum nihil ſit proprie contra legem, niſi id, quod eſt voluntarium, & cum lex proprie non detur niſi iis, qui habent uſum liberi arbitrii.* Reſp. 1.) *Omne peccatum eſſe voluntarium,* dicit Auguſtinus lib. de vera relig. cap. XIV. Idem tamen recte addit lib. III. contra Julianum cap. 5. *de actuali peccato id intelligendum eſſe, non de originali,* quod non debebat prætermittere Bellarminus. 2.) Si vero in genere dicatur, nullum eſſe peccatum, niſi *voluntarium,* hoc eſt, niſi κατὰ προαίρεσιν conſulto & actione propriæ voluntatis committatur, ſequetur originalis peccati negatio; ideo Pelagianis iſtud axioma tribuit Auguſtinus de hæreſ. cap. 15. & 88. libr. IV. ad Bonifacium cap. 7. lib. II. de bono perſever. cap. 15. & 11. libr. II. de grat. & peccat. origin. cap. 6. & 13. 3.) Quid, quod nec omnia actualia peccata ſunt voluntaria, eo ſcilicet modo ac ratione, quod a ſcientibus & volentibus committantur, cum ſint quædam delicta ignorantiæ, & peccata infirmitatis? 4.) Interim omne actuale peccatum dici poteſt *voluntarium* hoc modo ac reſpectu, quatenus opponitur coactioni: peccat homo *voluntarie,* id eſt, non coactus, ſed libere. 5.) Si originale peccatum alicubi ab Auguſtino dicitur *voluntarium,* id ſubtili iſta ratione explicat, quia a mala voluntate primi hominis eſt ortum; libr. I. retract. cap. 13. quia in ipſa hominis voluntate ſedem habet, & quia natura depravata illi peccato in adulta ætate conſentit. 6.) Cum vero nomine *voluntarii* Bellarminus intelligat id ſolum, quod *actu* voluntarium eſt, & diſerte addat, *legem proprie non dari niſi iis, qui habent uſum liberi arbitrii;* Pelagianorum caſſibus ſemet ipſum implicat; cum enim infantes uſu liberi arbitrii deſtituantur, utique ex hac hypotheſi peccatum proprie dictum in eis nullum habebit locum. 7.) Quo referendum etiam iſtud, quod Bellarminus hanc Auguſtini definitionem *(peccatum eſt vel dictum vel factum vel concupitum contra legem aeternam)* pro generali definitione peccati acceptat; nam cap. 2. illud peccatum, quod in primo capite definierat, in *originale* & *actuale* peccatum diſtinguit. Ex quo promte colliget Pelagianus; infantes nihil faciunt, vel dicunt, vel concupiſcunt contra legem æternam, cum lex proprie non detur niſi iis, qui habent uſum liberi arbitrii: ergo in infantibus nullum eſt proprie dictum peccatum. 8.) Quare rectius ab evangeliſta peccatum in genere definitur, quod ſit ἀνομία, 1 Joh. III. 4. quæ definitio miranda brevitate veram & propriam peccati rationem exprimit, quod ſcilicet ſit aberratio a lege, ſive non congruentia cum lege, ſive ea in ipſa natura hæreat, (ut peccatum originis) ſive in dictis, factis ac concupiſcentiæ motibus inveniatur, (ut omnia actualia peccata) quin & ſua latitudine peccatum omiſſionis hæc definitio complectitur, quod itidem eſt ἀνομία. Meritiſſime igitur Johanni hoc tribuitur, quod de voce ἀυταυτὸς a ſe excogitata ſcribit Scaliger exercit. CCLXV, ſectione 2. *eam admirabili ambitu ſignificatus definitum illud ſuum exprimere.*

Explicatio definitionis apoſtolicae

§. IV. Peccatum *formaliter* eſt defectus; omnis autem defectus eſt in quodam ente, omnis pri-

vatio

ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία.

vatio in quodam ſubjecto, omne malum eſt in quodam bono: proinde & peccatum, quod eſt ens

privativum.

Illud formale peccati, videlicet ipſa privatio ſeu defectus exprimitur a Johanne per τὸ *μόριον στερητικὸν α*, & habet rationem *generis* in definitione. Porro cum privationes rectiſſime declarentur & intelligantur collatione habituum; utpote quando dicimus, tenebras eſſe privationem lucis, & vero norma juſtitiæ ſeu conformitatis cum Deo archetypo ſit *νόμος* ipſa lex, ideo differentia peccati *ſpecifica* ſumitur ab illa lege, ut inde evadat definitio a contrario, quæ in privationibus deſcribendis eſt optima, cum *νόθῳ* tantum *λόγῳ* intelligantur. Peccatum eſt *ἀνομία*, hoc eſt, diſcrepantia, aberratio, deflexio a lege, ſive in ipſa natura ſive in actionibus ea inveniatur, quinimo quod *ἄνευ νόμου* fit, ut ἐθελοθρησκεῖαι, itidem *ἀνομίας* nomine venit. Denique cum lex obliget ad obedientiam, vel ad pœnam, ideo facile inde colligitur, cum hac *ἀνομίᾳ reatum* ſive obligationem ad pœnam indiſſolubili nexu conjunctam eſſe.

Definitio peccati Philippea.

§. V. Mirandam illam exactiſſimæ definitionis brevitatem evolvere voluit Philippus in definitione illa, quam in colloquio Wormatienſi anno MDXLI. Eccio oppoſuit, Lutheri calculo prius adprobatam. *Peccatum eſt vel defectus, vel inclinatio, vel actio pugnans cum lege Dei, offendens Deum, damnata a Deo, & faciens nos reos aeternae irae Dei & poenarum praeſentium ac aeternarum, niſi fiat remiſſio propter Filium mediatorem.* Ex qua definitione de qualibuscunque veterum deſcriptionibus, quarum complures exſt[illegible], facile judicari poteſt.

Definitiones veterum.

Ambroſius libr. de parad. cap. VIII. *Peccatum eſt legis divinae praevaricatio & coeleſtium inobedientia praeceptorum.* Auguſtinus lib. I. ad Simplicianum, quæſt. 1. *Peccatum eſt averſio a conditore & ad inferiora condita converſio.* de duabus animabus contra Manich. cap. XI. *Peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi, quod juſtitia vetat.* lib. de Geneſ. ad lit. imperf. cap. 1. *Peccatum eſt pravus liberae voluntatis aſſenſus.* libr. de vera religione cap. XVI. *Peccatum eſt adpetere ea, quae Chriſtus contemſit, aut fugere, quae ille ſuſtinuit pro ſalute noſtra.* de fide contra Manich. (*) cap. VIII. *Peccare nihil aliud eſt, niſi in veritatis praeceptis, vel in ipſa errare veritate.* libr. I. de libero arbitrio cap. XVI. *Peccata omnia hoc uno genere continentur, cum quisque avertitur a divinis vereque manentibus, & ad mutabilia atque incerta convertitur.* Chryſoſtomus in cap. XVIII. Matth. *Peccatum eſt Deo non obedire.* Damaſcenus IV. orthod. fidei cap. 23. τῆς ἐντολῆς ἡ παράβασις ἁμαρτία ἐστιν. Anshelmus ſuper 2. Hebr. *Peccatum eſt vel facere vetita, vel non facere juſſa.* Cæterum *non fuit piis veteribus propoſitum, exactam in illis pronunciatis conſtituere definitionem, quae complecteretur totum illud, quod peccati nomine cenſetur; ſed voluerunt ponere quasdam deſcriptiones, non dialectice complectentes totam naturam definiti; ſed quomodocunque convenientes illi materiae, de qua in certis quibusdam diſputationibus & homiliis loquuntur:* Verba ſunt Chemnitii p. I. locor. theol. loc. VII. cap. 3.

An omnis ἀνομία ſit peccatum?

§. VI. Frivolum eſt, quod Andradius Payva lib. III. defenſ. fid. Trid. & Bellarminus libr. I. de amiſſ. grat. & ſtatu peccat. cap. 1. ut & libr. V. cap. 14. obvertunt, *non omnem ἀνομίαν eſſe peccatum, cum peccata naturae & artis itidem ſint quaedam ἀνομία, quibus haec generaliſſima Iohannis definitio non minus conveniat.* Reſp. non de quacunque *generaliſſime* accepta *ἀνομίᾳ* apoſtolus loquitur, ſed de diſcrepantia a norma legis divinæ, id quod docet tam *ſubjecto* quam *praedicato* propoſitionis additus articulus, qui certam hic notari *ἀνομίαν*, & plenam

(*) Librum *de fide contra Manichaeos* EVODIO Vzalenſi adjudicant codices manuſcripti, unde & eundem inter ſcripta AVGVSTINI ſuppoſititia jure meritoque referunt monachi Benedictini congregationis S Mauri in editione *operum* AVGVSTINI, quam dederunt, *tom. VIII.* in adpendice.

plenam tradi peccati definitionem, (reciprocam ſcilicet) evidenter arguit. Tit. II. 14. dicimur a Chriſto ἀπὸ πάσης ἀνομίας redemti : quam ineptus interpres erit, qui de erratis artium vel naturalibus corporum defectibus eo loco cogitare voluerit?

CAPUT II.
ΟΝΟΜΑΤΟΛΟΓΙΑΝ HUJUS PECCATI PROPONIT.

§. VII.

Notatio ſive etymologia verbi.

Hiſce occaſione apoſtolicæ & Auguſtinianæ definitionis præmiſſis ad propriam actualium peccatorum rationem & varias eorundem ſpecies explicandas accedemus, quam tractationem a vocabuli interpretatione & συνωνυμίας evolutione ordiemur. *Peccare* ſecundum Ciceronem paradox. III. *eſt tanquam lineas tranſilire.* Apud veteres Latinos ſpecialiter dicebatur *Peccatus pro adulterio, quaſi dicas, pellicatus*, vide Gellium libr. XIII. noct. Attic. cap. 19. *Delictum quaſi derelictum; qui enim delinquit, quid derelinquit, niſi bonum*, interprete Auguſtino libr. III. qq. ſuper Levit. quæſt. 20. *ἁμαρτία unde dicta ſit*, Auguſtinus ibidem *ſibi non occurrere dicit.* Deducitur autem ab ἁμαρτάνειν, quod eſt ἄσκοπα τοξεύειν ſeu τοῦ σκοποῦ ἀποτυγχάνειν, unde Suidas ἁμαρτίαν definit τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἀποτυχίαν. Quidam ſtatuunt ἁμαρτίαν dictam quaſi ἁμαρπτίαν ab ἀ ςερητικῷ & μάρπτειν, quod eſt *aſſequi* : [illegible]educunt a μὴ & ἀρτάω, cum ſit *quiddam* [illegible]*ongruum.* Eodem modo παράβασις a παραβαίνειν, παράπτωμα a παραπίπτειν, *praetercadere*, cum ſcilicet ultra rectam juſtitiæ lineam cadimus : vel a παράπτεσθαι, quod eſt *temere* & aberrante manu *aliquid tangere*, ἀδικία a ςερήσει τῆς δίκης, ἀσέβεια ab α & σέβεσθαι, ἀποςασία ab ἀφιςᾶναι &c.

Synonymia.

§. VIII. Porro cum actualium peccatorum ſeges ſit largiſſima & variæ eorundem differentiæ, inde tam variæ peccati adpellationes præſertim in hebræa ac græca linguis occurrunt, quarum propriam ſignificationem obſervare non abs re erit. Colligit eas maxima ex parte Chemnitius part. I. locorum theolog. loc. VII. cap. 2. pag. 524. cujus veſtigia ſequemur. Hebræis uſitatæ ſunt hæ adpellationes. 1.) חֵטְא, חֲטָאָה, חַטָּאָה & חַטָּאת a radice חָטָא *aberravit, deviavit, deflexit*, ſcilicet a ſcopo & norma. LXX. varie reddiderunt, commodiſſime autem per ἀνομίαν. Uſurpatur tum de originali, tum de actualibus peccatis Pſ. LI. 3. 4. 5. &c. Obſerva locum Jud. XX. 16. ubi proprie uſurpatur : *Iaculabantur funda ad capillum, neque aberrabant.* Quidam huc referunt Job. V. 24. *viſitabis tabernaculum tuum & non peccabis*, id eſt, non aberrabis ab eo, ſed facile id invenies. 2.) עָוֹן *iniquitas, perverſitas*, a radice עָוָה *curvus fuit*, proprie igitur curvitatem notat, uſurpatur tam pro malo culpæ, quam pro malo pœnæ, tam pro originali, quam pro actualibus peccatis. 3.) פֶּשַׁע *transgreſſio* a פָּשַׁע quod proprie ſignificat *pactum transgredi.* 2 Reg. VIII, 20. *In diebus ejus defecit Edom ab imperio Iuda.* 4.) שְׁגָגָה *inconſideratio, incogitantia*, notat proprie peccata ignorantiæ vel infirmitatis, quæ LXX. vocant παραπτώματα καὶ ἀγνοίας a שׁגג *inconſiderate egit.* 5.) זָדוֹן *ſuperbia, ebullitio cordis*, a זוד *intumuit, ſuperbivit*, notat igitur ea peccata, quæ ex contumacia & προαιρέσει committuntur. 6.) אָשָׁם *abominandum ſcelus*, vel etiam *abominationem*, id eſt, reatum peccati notat; quandoque uſurpatur pro victima, quæ pro delicto expiando immolatur, a radice אָשַׁם, quod ſignificat *fieri aliis abominationi*, ut cum flatu quodam ipſum deteſtentur. LXX. plerumque reddunt πλημμέλειαν. 7.) רֶשַׁע *improbitas, inquietudo*, a רָשַׁע *impie & ſeditioſe egit*, notat igitur voluntaria & continuata delicta. 8.) מֶרֶד *defectio, deſertio, ἀποςασία*, a radice מָרַד *a ſuperiore recedere*, abjicere dominationem ſuperioris, quia peccatum eſt averſio a ſummo bono Joſ. XXII. 22. *Iſrael cognoſcet in defectione aut transgreſſione contra Iehova.* 9.) מְשׁוּבָה

averſio

averſio a שוב, quia per peccatum homo a creatore ſuo avertitur, 10.) רע *malum* a radice רעע *malus fuit*, הרע *male egit*. 11.) מעל *transgreſſio*, uſurpatur proprie de peccatis voluntariis contra conſcientiam & ex contumacia perpetratis, a מעל *tranſcendit*, oppoſuit ſe illi, cui debebat eſſe inferior ac obediens.

§. IX. LXX. interpretes in vet. & apoſtoli in nov. teſt. his utuntur adpellationibus: 1.) ἁμαρτία & ἁμάρτημα, quæ voces ſunt generales, tam *originale*, quam *actualia* peccata denotantes. Matth. I. 21. *Chriſtus ſalvum faciet populum ſuum* ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν *ab omnibus omnino peccatis*. 2.) παράπτωμα, *lapſus*, *transgreſſio* proprie notat actualia peccata, & quidem ea, quæ ex infirmitate committuntur. Gal. VI. 1. *Si praeoccupatus fuerit homo delicto aliquo*. 3.) ἀνομία, generale nomen eſt, quamvis *a lege aberrationem* denotans 1. Joh. III. 4. ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. 4.) παρακοὴ, *inobedientia*, notat delicta voluntaria. 5.) παράβασις, *transgreſſio*, quamvis peccati actualis ſpeciem comprehendit. 6.) ἀδικία, *injuſtitia*, *iniquitas*, proprie notat peccatum actuale regnans. 7.) ἀσέβεια, *impietas*, proprie notat peccata contra primam decalogi tabulam. 8.) ἀποστασία, *defectio*, proprie notat extremum peccati gradum, videlicet totius religionis abnegationem. 9.) πλημμέλεια, *ſcelus*, *flagitium*, in vet. teſt. tantum occurrit, metaphoricum eſt ab exundatione fluviorum obvia quævis deſtruente petitum; Auguſtinus format a πλὴν & μέλει. 10.) κακία, πονηρία. 1. Cor. V. 8. conjunguntur, & opponitur eis εἰλικρινεία καὶ ἀλήθεια fidei vitæque ſinceritas. 11.) ἥττημα, *diminutio*, *defectus*, ab ἥττασθαι victum eſſe, quia peccatores ſuccumbunt carnis & ſatanæ tentationibus. 12.) ὀφειλήματα, *debita*, quia peccata ſunt debitæ obedientiæ neglectus, ac propterea pœnæ debitores nos coram Deo conſtituunt. 13.) πταίειν, *offendere*, *impingere*, uſurpatur de peccatis quotidianis ex infirmitate commiſſis. Jac. III. 2.

Differentiae adpellationum.

§. X. Videamus quaſdam vocabulorum iſtorum differentias ab aliis adſignatas. Demoſthenes in orat. περὶ στεφάνου· ἀδικεῖ τὶς ἑκὼν, ἐξήμαρτε τὶς ἄκων. Sed ἁμαρτίας vox generaliter in Spiritus ſancti lingua uſurpatur. Phavorinus: ἐξήμαρτε εἰς Θεὸν, ἐξύφειλεν εἰς ἀνθρώπους; Atqui in homines etiam ἁμαρτίαν committi ſcriptura docet, Matth. XVIII. 15. ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ἀδελφός. 1. Cor. VI. 18. ὁ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. Hieronymus in cap. II. Epheſ. *Quaerimus quid interſit inter* παραπτώματα & ἁμαρτίας? *ajunt enim, quod* παραπτώματα *quaſi initia peccatorum ſint, cum cogitatio tacita ſubrepit, & ex aliqua parte conniventibus nobis, necdum tamen nos impulit ad ruinam. Peccatum vero eſſe, cum quid opere conſummatum pervenit ad finem. Atqui lapſus Adae vocatur* παράπτωμα, Rom. V. 18. *& primi motus concupiſcentiae dicuntur* ἁμαρτία. Rom. VII. 5. &c. Auguſtinus lib. III. quæſtionum ſuper Levit. quæſt. 20. παράπτωμα *delictum notat*, πλημμέλεια *negligentiam*. Ibidem: *Peccatum & delictum ſi inter ſe nihil differrent, & ſi unius rei duo nomina eſſent, non curaret ſcriptura tam diligenter unum eſſe utriusque ſacrificium: fortaſſis igitur peccatum eſt perpetratio mali, delictum autem deſertio boni, quia in damnabili vita aliud eſt declinare a bono, aliud facere malum, ſicut in laudabili aliud declinare a malo, aliud facere bonum.* Beda in cap. VI. Lev. *Quidam putant, delictum eſſe levius peccato.* Bellarminus libr. I. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. c. 1. *Peccatum eſt nomen operationis malae, quae opponitur operationi virtutis: vitium autem eſt nomen habitus mali, qui opponitur virtuti, ut virtus habitum ſignificat.* Atqui hoc diſcrimen in lingua ſacroſancta non attenditur, quippe quæ per lapſum etiam eos peccatores conſtitutos pronunciat, qui non peccarunt actualiter in ſimilitudinem prævaricationis Adæ, Rom. V. 19. Quos tamen omnes peccaſſe ibidem apoſtolus pronunciat v. 12. Peccatum igitur phraſi ſcripturæ non tantum actiones legi contrarias, nec vitioſos tantum habitus, ſed in genere quamvis ἀνομίαν notat, ſive ea naturæ inhæreat, ſive in ipſis actionibus conſpiciatur.

Homonymia peccati.

§. XI. Excutienda etiam ὁμωνυμία vocis; peccatum ſumitur 1.) pro *tota* relatione, id eſt, pro peccato & reatu ſimul, idque dupliciter; *primo* pro vitioſitate in natura vel actionibus *formaliter* hærente & reos iræ divinæ ac pœnis obnoxios reddente, cujus ſignificationis exempla in ſcripturis paſſim ſunt obvia. *Deinde* pro peccato, non quidem *formaliter* inhærente, ſed imputato, & reatu ſive pœnis illam peccati alieni imputationem conſequentibus. Sic *Chriſtum, qui non novit peccatum*, 1. Petr. II. 23. (hoc eſt, in cujus natura vel actionibus nulla vitioſitas *formaliter* inhærens & propria fuit) *Deus pro nobis fecit peccatum*, 2. Cor. V. 21. (hoc eſt, imputavit ei Deus peccata noſtra, ſarcinam peccatorum noſtrorum & pœnarum peccatis noſtris debitarum ipſius humeris impoſuit, Eſa. LIII. 12. 1 Petr. II. 24.) Quam explicationem probat antitheſis in iſto loco: *eum qui non novit peccatum, Deus pro nobis fecit peccatum, ut juſtitia Dei efficeremur in ipſo.* Quemadmodum Chriſti juſtitia nobis imputatur, ita peccata noſtra Chriſto ſunt imputata. Quemadmodum per illam juſtitiæ Chriſti imputationem a pœnis peccatorum noſtrorum liberamur: ita per illam peccatorum noſtrorum imputationem Chriſtus pœnis, quæ nobis debebantur, factus fuit obnoxius. Vide Chryſoſtomum in iſtum locum. 2.) συνεκδοχικῶς pro *parte* tantum relationis; idque iterum dupliciter: *primo* pro *fundamento* tantum, hoc eſt, pro vitioſitate naturæ vel actionibus inhærente abſque reatus connotatione. Deut. XXIV. 16. *Unusquisque pro peccato ſuo morietur.* 2. Cor. V. 21. *Chriſtus non novit*, 1. Petr. II. 22. *non fecit peccatum.* *Deinde* pro *termino* tantum, hoc eſt, pro reatu; Gen. XLIII. 9. *Tibi peccabo omnibus diebus*, hoc eſt, reus ero peccati per totam vitam. Exod. V. 16. *Peccat populus tuus*, id eſt, peccati reus habetur, & ideo duriter affligitur. Quo referri poteſt illa peccati ſignificatio, quando pro ſacrificiis peccato expiando deſtinatis uſurpatur, cujus ſignificationis exempla in Levitico occurrunt quamplurima. Oſeæ IV. 8. *Peccata populi mei comedunt*, hoc eſt, ſacrificia, interprete Auguſtino lib. III. contra duas epiſt. Pelag. cap. 6. Hebr. XII. 4. peccatum videtur *ſpecialiter* ſumi pro falſa religione.

Epitheta atrocium peccatorum ex veteribus.

§. XII. Pii veteres, præſertim Auguſtinus, atrocia epitheta peccato addunt, quæ merito iſtius odium animis noſtris inſtillare debent. Auguſtinus tract. XLIX. in Johan. *Peccatum eſt mors animae.* libr. I. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. XI. *Peccata ſunt tenebrae animarum.* De contrit. cord. cap. VII. *Peccata ſunt animarum ligamina*, lib. qq. vet. & nov. teſtam. quæſt. XLII. *Peccata in ſcripturis dicuntur ſpinae.* de ovibus cap. IX. *Peccando inimicum ſe quis facit Deo.* De præſent. Dei ad Dard. cap. VII. *Peccando nos elongamus a Deo.* Ambroſius epiſtol. XVIII. *Nullum gravius onus, quam peccatorum ſarcina & pondus flagitiorum.* Nazianzenus orat. funeb. in patrem: εἷς θάνατος ἡ ἁμαρτία, ψυχῆς γὰρ ὄλεθρος. Deſcriptionem fœditatis, quam ſcriptura peccato tribuit, vide medit. noſtr. III. Vere tam magnum malum eſt peccatum, quam magnum bonum eſt is, a quo per peccatum avertimur. At Deus eſt incomprehenſibile bonum; ex quo ſequitur, non poſſe a nobis comprehendi, quantum malum ſit mortale peccatum, per quod a Deo receditur. In ſcholis uſitatum eſt, *peccatum vocare nihil*, non quod ſit ens *negativum*, ac nihili faciendum, ſed 1) propter *defectum, quia peccatum formaliter eſt corruptio boni, non aliquod per ſe ſubſiſtens.* 2) Propter *defectum, quia peccatum annihilat hominem, & deficere facit a vero eſſe.* 3) Propter *deſpectum, quia vilem facit hominem & praemio indignum*, quas rationes adſignat Bonaventura in comp.

Peccatum aliud originale, aliud actuale. Synonyma actualium peccatorum.

§. XIII. Prima peccati (in homine conſiderati, nam de diabolorum peccato hic non agitur) prima, inquam, peccati diviſio eſt in *originale* & *actuale*. De priori peccati ſpecie egimus in ſuperioribus; de poſteriori dicendum reſtat. *Actualia* peccata Spiritus ſanctus nominat *opera carnis*, Galat. V. 19. *malæ arboris fructus*

malos,

malos, Matth. VII. 17. & 18. Luc. VI. 43. *mala, quae profert malus homo ex malo cordis theſauro*, Matth. XII. 34. *malas cogitationes, verba & actiones, quae ex corde procedunt*, Matth. XIX. 19. *peccata, quae in ſimilitudinem praevaricationis Adae perpetrantur*, Rom. V. 14. μιάσματα τῦ κόσμου, 2 Petri II. 20. σαρκικὰς ἐπιθυμίας. 1 Petri II. 11. *Peccata, quae inhabitans peccatum & prava concupiſcentia parit atque operatur*, Rom. VII. 17. Jac. I. 15. *opera tenebrarum*. Eph. V. 11. *actiones veteris hominis*, Col. III. 9. *opera mortua*, Hebr. VI. 1. *opera mala*, Col. I. 21. *opera iniqua*, 2 Petr. II. 8. *opera iniquitatis*, Jud. v. 15. *opera infructuoſa*, Eph. V. 11. *quorum finis mors eſt* Rom. VI. 21. &c. In vet. teſtam. actualia peccata dicuntur *via mala, res Belial, prævaricationes* &c. Harum adpellationum quædam reſpiciunt *cauſam* peccati proximam, videlicet ipſam naturæ corruptionem; quædam ipſum formale, videlicet ἀνομίαν; quædam denique *effectum* & conſequens, videlicet iram Dei, temporales & æternas pœnas reſpiciunt. Auguſtinus in enchirid. cap. XLIV. & L. vocat *addita ac propria peccata*, cap. LXIV. *activa commiſſa*. Chryſoſtomus *fœnus debiti ab Adamo inducti poſterioribus peccatis auximus*. Bernhardus homil. de paſſ. vocat *perſonalia peccata*, quia cuique perſonæ ſunt propria, ſicut originale toti humanæ naturæ eſt commune, unde dicitur naturale.

CAPUT III.
DE CAUSIS ACTUALIUM PECCATORUM EORUMQUE EFFECTIBUS.

§. XIV.

Cauſa actualium peccatorum.

Cauſae peccatorum actualium tres ſunt: I.) Corruptio naturæ per lapſum protoplaſtorum in nos introducta. Matth. XV. 19. &c. II.) Suggeſtiones ſatanæ, qui ad peccata variis modis homines impellit. 1 Paral. XXI. 1. *Satan incitavit Davidem, ut numeraret populum.* Joh. XIII. 2. *Diabolus miſerat in cor Judae Simonis Iſcariotae, ut Chriſtum traderet.* Act. V. 3. *Cur implevit ſatanas cor tuum, ut mentireris Spiritui ſancto?* III.) Mundi ſcandala Matth. XVIII. 7. *Vae homini, per quem ſcandalum venit.* Rom. XII. 2. *Nolite conformari mundo.* Obſerva autem, 1.) cauſæ efficientis nomen hic ſumi ἐν πλάτει; etenim ſi ἀκρίβειαν philoſophicam ſectari velimus, recte dictum eſt a Dionyſio Areopag. lib. de div. nominib. (*) *Malum carere tum eſſentia, tum fine, tum efficiente:* & ab Auguſtino libr. XII. de civ. Dei cap. 7. *Mali cauſam non tam efficientem, quam deficientem, quaerendam eſſe;* quod Thomas libr. III. contra gentes cap. 10. ita effert: *Cauſa per ſe defectus non eſt aliquid poſitivum, ſed alius defectus; qualis enim cauſa per ſe, talis & effectus.* Idem p. III. quæſt. 75. artic. 1. *Peccatum eſt actus inordinatus, ex parte actus poteſt habere cauſam per ſe, ex parte inordinationis habet cauſam eo modo, quo negatio vel privatio habet cauſam.* Negationis autem alicujus duplex poteſt adſignari cauſa: a.) defectus cauſæ, hoc eſt, ipſius cauſæ negatio eſt cauſa negationis ſecundum ſe ipſam; ad remotionem enim cauſæ ſequitur remotio effectus. b.) Cauſa adfirmationis, ad quam ſequitur negatio, eſt per accidens cauſa negationis conſequentis. Sed cum inordinatio peccati non ſit ſimplex *negatio*, ſed *privatio* ejus, quod ineſſe debebat, neceſſe eſt, quod talis inordinatio habeat cauſam agentem per accidens. 2.) Primam inter has tres cauſas eſſe *interiorem*, tertiam *exteriorem*, ſecundam & exteriorem & interiorem ſimul. *Ecce inimicus ille*, (ait Bernhardus III. de ſept. pan. col. 183.) *quem nec videre poſſum, quanto minus cavere, nunc aperte & violenter, nunc occulte & fraudulenter, ſemper autem malitioſe & crudeliter impugnat & perſequitur nos.* 3.) Ac proinde primam ex his eſſe immediatam, propriam & adæquatam actualium peccatorum cauſam; diabolus ſuggerere quidem poteſt, ſed cogere non poteſt: quod ipſum etiam de mundi ſcandalis eſt ſtatuendum.

§. XV.

(*) Libros, qui ſub DIONYSII nomine circumferuntur, *Areopagitæ* perperam adſcribi, hodie inter omnes conſtat.

§. XV. Atque hic eſt triplex ille cerberus, qui ſuo latratu nobis aſſidue moleſtus eſt, videlicet caro, ſatanas & mundus. Auguſtinus lib. II. de peccato origin. cap. 37. *vitii auctor eſt diaboli decipientis calliditas & hominis conſentiens voluntas.* Bernhardus ſerm. LXXXV. ſuper Cantic. col. 743. *Impulſor diabolus eſt, impulſor mundus, impulſor homo. Quid iſte homo ſit, quaeris? quisque ſui. Noli mirari, uſque adeo homo impulſor ſibi eſt & ſuimet praecipitator, ut non ſit, quod ab altero impulſore formides, ſi ipſe a te proprias contineas manus. Diabolus livore malitiae, mundus vento vanitatis, homo ſemet ipſum pondere ſuae corruptionis impellit.* Idem in medit. devotiſſ. cap. XIV. col. 1200. *Inimici mei animam meam circumdederunt, corpus ſcilicet, mundus & diabolus. A corpore fugere non poſſum, nec ipſum a me fugare: circumferre illud neceſſe eſt, quoniam alligatum eſt mihi, perimere non licet; ſuſtentare cogor, & cum illud impinguo, hoſtem meum adverſum me nutrio. Mundus vero circumcingit & obſidet me utique, & per quinque portas, videlicet per quinque corporis ſenſus, ſagittis ſuis me vulnerat. Diabolus, quem videre non poſſum, & ideo minus ab eo mihi cavere, tetendit arcum ſuum, & in eo paravit ſagittas ſuas, ut vulneret me repente &c. Caro ſuggerit mollia, mundus vana, diabolus amara. Ad hos igitur tres fontes omnium peccatorum cauſae revocandae, Deo autem cauſas lapſuum adſcribere nefas eſt. Si quis a juſtitia & pietate deficit, ſuo in praeceps fertur arbitrio, ſua concupiſcentia trahitur, ſua perſuaſione decipitur, nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil Spiritus ſanctus, nec in tali negotio quicquam divinae voluntatis intervenit.* Auguſtinus ad art. ſibi falſo impoſ. art. X. qua de re plura diximus in loco de providentia.

§. XVI. Illa naturæ corruptio & voluntatis humanæ perverſio, quæ eſt interior & propria peccati cauſa, poteſt in plura membra docendi cauſa dividi; comprehenditur enim iſto nomine: 1.) ipſa concupiſcentia prava. Jac. I. 15. *Concupiſcentia cum conceperit, peccatum parit.* 2.) Voluntatis conſenſus. Matth. V. 28. *Qui adſpicit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt cum ea in corde ſuo.* 3.) Ignorantia & caligo mentis. 1 Tim. I. 13. *Fui blaſphemus & perſecutor, ſed ignorans feci.* 4.) Infirmitas carnis. Matth. XXVI. 41. *Spiritus quidem promtus, caro autem infirma.* 5.) Voluntaria ac deſtinata animi malitia. Hebr. X. 26. *Voluntarie peccantibus jam non relinquitur pro peccatis hoſtia.* 6.) Habitus vitioſi per crebros actus contracti. Rom. II. 5. *Secundum duritiem tuam & cor pœnitere neſcium cumulas tibi iram.* 7.) Ipſum peccatum ſæpe alterius peccati cauſa eſt, ut oſtendimus alibi Eſa. V. 18. *Vae illis, qui attrahunt iniquitatem funibus mendacii & velut funibus plauſtri peccatum.*

Peccati cauſæ per accidens.

Ex *accidenti* peccatorum cauſæ ſunt objecta externa in ſenſus incurrentia, & ad ſui abuſum pellicientia. Gen. III. 6. *Vidit mulier, quod bona eſſet arbor ad veſcendum ac deſiderabilis oculis &c.* Quin & ipſa lex Dei ſancta ac juſta per accidens peccatum auget, ea, quæ carni grata ſunt, prohibendo, ac ea, quæ diſplicent, præcipiendo. Rom. VII. 8. *Occaſionem accipiens peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam; ſine lege enim peccatum erat mortuum, &c.*

Effectus actualium peccatorum.

§. XVII. *Effectus* peccatorum actualium varii ſunt. I.) Conſcientiæ dolor. Gen. III. 10. *Adamus poſt lapſum audiens Dei vocem extimeſcit.* Nimirum fataliter angor omne nefas ſequitur. Chryſoſtomus in 1 Tim. I. *hujusmodi eſt natura peccati: habet, antequam perpetretur, aliquam voluptatem; ubi vero conſummatum fuerit, voluptas illa ceſſat atque marceſcit, ſubit autem continuo mœſtitudo ac triſtitia ingens.* Idem homil. LXIV. in Geneſ. *Sicut ebrius, quando multum vini ingurgitat, nullum ſentit a vino damnum; poſtea autem ſentit, quantum ſit damnum: ita & peccatum, donec conſummetur, obtenebrat mentem & quaſi denſa nubes ita mentem corrumpit. Deinde conſcientia inſurgit, & quovis accuſatore mentem gravius arrodit, monſtrans facti abſurditatem.* Exemplum memorabile extat apud Dionem in vita Neronis, qui interfecta matre fugiens omnia

per-

perhorreſcebat, ſi catulus paululum latraret, aut caneret gallina, aut virgultum moveretur. II.) Ira Dei, orat. Manaſſis v. 5. *Intolerabilis eſt ira tua, quam peccatoribus minaris.* III.) Animæ curvitas, obliquitas & macula. Quemadmodum enim is, qui faciem a ſole avertit, manet averſus, donec iterum ad eundem ſolem faciem convertat; & digitus ſponte curvatus curvitatem retinet, donec iterum per actum contrarium dirigatur: ſic & voluntas, quæ per actum peccati a Deo receſſit, in receſſu permanet, donec iterum per pœnitentiam ad Deum accedat. IV.) Reatus, quem quidam duplicem ſtatuunt, reatum *culpae*, (qui eſt dignitas odii, indignitas gratiæ & meritum pœnæ) & reatum *pœnae*, (qui eſt ordinatio ſive obligatio ad pœnam.) Quamvis enim prava actio ſemel peracta tranſeat, tamen ipſa actionis iniquitas in conſpectu Dei permanet, diligenter obſervatur, & veluti in libro ſcribitur, hinc illa piorum ſuſpiria: *delictorum meorum ne recorderis amplius, dele iniquitates meas*, &c. V.) Vitioſi habitus ad alia peccata inclinantes; fœcundum enim eſt peccatum, non ibi deſinit, ubi incipit. *Qui peccat, fit peccati ſervus*, Joh. VIII. 34. VI.) Omnis generis pœnæ temporales & æternæ. Nunquam antecedentem ſceleſtum deſeruit pede pœna claudo. Thomas p. II. q. 82. art. 1. *Cum peccatum ſit actus inordinatus, manifeſtum eſt, quod, quicunque peccat, contra aliquem ordinem agit, & ideo conſequens eſt, quod ab ipſo ordine deprimatur, quae quidem depreſſio pœna eſt. Unde ſecundum tres ordines, quibus ſubditur humana voluntas, triplici pœna homo poteſt puniri. 1.) Subditur humana natura ordini propriae rationis; 2.) ordini exterioris hominis gubernandi; 3.) univerſali ordini divini regiminis. Quilibet autem horum ordinum per peccatum pervertitur, unde homo triplicem incurrit pœnam, unam a ſe ipſo, quae eſt conſcientiae morſus, aliam ab homine, tertiam a Deo.*

Effectus per accidens.

§. XIIX. Per *accidens* peccatis actualibus competit, quod pœnitentia accedente cautiorem hominem reddunt, & miſericordiam Dei erga nos commendant. Rom. V. 20. *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia.* Rom. VIII. 28. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum:* ubi gloſſa addit, etiam ipſa peccata. Lutherus in comment. cap. XX. Geneſ. *Non ſolum mala paſſiva, quae nobis irrogantur, in bonum cedunt, ſed etiam activa, quae nos ipſi facimus;* quod deſumſit ex veteribus. Auguſtinus in ſoliloq. cap. XXVIII. *Electis omnia cooperantur in bonum, etiam ipſa peccata: nimirum non ex natura ſua, ſed ex Dei virtute & ſapientia,* quod Chryſoſtomus declarat *exemplo medici, cujus ſolertia ex veneno facit medicinam.* Alii utuntur hoc ſimili: quemadmodum ſtercore in ſe turpi ac fœtido pinguefacti agri fœcundantur: ita peccata noſtra ex immenſa Dei gratia ſalutaria fiunt illis, qui agnita eorum fœditate & humiliores redduntur & cautiores. Lactantius lib. VI. cap. 24. *Muta quoque animalia cum fraude capiuntur, ſi aliquo ſe modo in fugam extricaverint, fiunt poſtmodum cautiora, vitantque ſemper ea omnia, in quibus dolos inſidiasque ſenſerint: ſic hominem pœnitentia cautum ac diligentem facit ad evitanda peccata, in quae ſemel fraude deciderit.* Anshelmus de menſur. [illegible]is. *Bonitas Dei malis noſtris novit bene uti, ſaepe faciens defectus noſtros ad augmentum humilitatis prodeſſe, ut verum ſit, quod ſepties in die cadit juſtus, & fortior reſurgit.* Savanarola ſuper Pſalm. XXXI. *Nonne ſcribit apoſtolus:* diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum? *Nonne eis ille caſus cooperatur in bonum, unde & humiliores efficiuntur & cautiores?* Quo pertinet πολυθρύλλητον illud Gregorii: *Deus occultam mentis ſuperbiam ſaepe corrigit per manifeſtam carnis ruinam,* & illud ejusdem: *O felix culpa, quae tantum meruit redemtorem,* quod omnino de *accidentario* peccati effectu intelligendum: proprium peccati effectum reſpiciendo rectius diceretur: o miſera culpa, quæ talis redemtoris nos feciſti indigos.

CAPUT IV.
DE VARIIS SPECIEBUS PECCATORUM ACTUALIUM.

§. XIX.

Diviſiones actualium peccatorum.

Diviſiones actualium peccatorum variæ ſunt ac multiplices, quas colligere vel ideo prodeſt, ut agnoſcamus, quam vere pronunciaverit regius pſaltes Pſalm. XIX. 13. *Delicta quis intelligit?* & apoſtolus Jacobus III. 2. πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. Ratione *cauſae* efficientis: 1.) Quædam peccata ſunt voluntaria, quædam involuntaria. 2.) Horum (puta involuntariorum) quædam committuntur ex ignorantia, quædam ex infirmitate; illa vero (voluntaria) ex deſtinata animi malitia & contumacia perpetrantur. Ratione ipſius *actus*. 1.) Quædam ſunt peccata commiſſionis, quædam omiſſionis. 2.) Quædam conſiſtunt in averſione a Deo, quædam in converſione ad creaturas. Ratione *cauſae* & *effecti* ſimul quædam ſunt tantum peccata, quædam ſunt peccata & ſimul cauſæ ac pœnæ peccatorum. Ratione *ſubjecti*. 1.) Quædam ſunt interiora, quædam exteriora. 2.) Quædam ſunt peccata cordis, quædam oris, quædam operis. Ratione *objectorum*. 1.) Quædam peccata committuntur contra Deum, quædam contra homines. 2.) Quædam contra primam, quædam contra ſecundam decalogi tabulam perpetrantur. 3.) Quædam ſunt extra corpus, quibusdam vero in proprium corpus homo peccat. 4.) Quædam ſunt peccata carnis, quædam ſpiritus. Ratione *adjunctorum* quædam peccata ſunt occulta, quædam manifeſta. Ratione *graduum*. 1.) Quædam ſunt atrocia delicta in cœlum clamantia, quædam vero ſunt talia, quæ Deus longanimitate ſua diſſimulat. 2.) Quædam ſunt capitalia, quædam ex illis orta. 3.) Quædam ſunt aliis majora ac graviora. Ratione *modi*, quo peccatis participamus, quædam ſunt noſtra, quædam aliena. Ex *accidenti*. 1.) Quædam ſunt venialia, cum ſua natura omnia ſint mortalia, (mortifera) 2.) Quædam ſunt regnantia, quædam non regnantia. 3.) Quædam ſunt per ſe peccata, quædam propter aliud. 4.) Quoddam eſt peccatum mortuum, quoddam vivens. 5.) Quoddam peccatum manens, quoddam remiſſum. 6.) Quædam peccata ſunt remiſſibilia, quoddam vero irremiſſibile. De ſingulis diviſionum iſtarum membris latius agemus.

CAPUT V.
DE PECCATIS VOLUNTARIIS ET INVOLUNTARIIS.

§. XX.

Peccata alia voluntaria, alia involuntaria.

Prima diviſio erat hæc: quædam peccata ſunt *involuntaria*, videlicet quæ ex ignorantia vel infirmitate, quædam *voluntaria*, quæ ex deſtinata animi malitia & contumacia perpetrantur. Auguſtinus lib. LXXXIII. quæſt. q. 26. *Peccata aliqua ſunt infirmitatis, alia imperitiae, alia malitiae.* Fundamenta hujus diviſionis exſtant in ſequentibus ſcripturæ locis. Num. XV. 27. *Si anima una per imprudentiam peccaverit, offeret capram anniculam in ſacrificium pro ſuo,* v. 28. *& ſacerdos animam illam, quae per imprudentiam peccavit, reconciliabit per ſacrificium pro peccato ſuo, nimirum pro ignorantia coram Domino,* v. 30. *Anima vero, quae in manu excelſa aliquid commiſerit, is Dominum blaſphemat, peribit de populo ſuo;* v. 31. *quia verbum Jehovae ſprevit, & praeceptum ejus irritum fecit.* Pſalm. XIX. 13. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.* v. 14. *& prohibe me a ſuperbiis.* Peccata *involuntaria* ἀκούσια dicuntur ea, quando quis ex infirmitate carnis per imprudentiam, vel ex ignorantia peccat. Num. XV. 24. 25. 27. 28. 29. vocantur שְׁגָגָה LXX. vocant ἁμαρτίαν ἀκούσιον. Pſalm. XIX. 13. vocantur שְׁגִיאוֹת LXX. παραπτώματα.

'oluntaria dicuntur, quæ quis ſcienter & poſito committit. Num. XV. 30. dicun- ła בְּיָד רָמָה ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας. Pſalm. 4. dicuntur זֵדִים peccata ſuperbiæ.

[XI. Peccatorum *κατ' ἄγνοιαν καὶ ἀκκ-* :ommiſſorum exempla paſſim obvia ſunt ɔturis. Gen. XX. 2. Abimelech rex Gerar Saram v. 6. dicit ad eum Deus in ſomnio: *iovi, quod in perfectione cordis tui feciſti prohibui itaque te,* מֵחֲטוֹ־לִי *ne peccares* Lev. IV. 2. *Anima, quae peccaverit per m.* (ignorantiam vel imprudentiam) Num. . 15. conſtituuntur *urbes refugii illis, qui int aliquem per errorem.* Act. III. 17. *'ratres, quod per ignorantiam feciſtis.* . I. 13. *Miſericordiam conſecutus ſum, gnorans feci.* De hoc peccati genere lo- ır multa ſcripturæ dicta 1 Reg. VIII. 46. l. VI. 36. Eccleſ. VII. 21. *Non eſt homo, n peccet.* Prov. XX. 9. *Quis poteſt dicere, is ſum a peccato?* Gal. VI. 1. *Si praeoc- is fueris homo delicto aliquo ἔν τινι πα- ώματι, eum καταρτίζετε.* Jac. III. 2. ὶ πταίομεν ἅπαντες. Auguſtinus de pec- erit. & remiſſ. c. XVII. *Ignorantia & in- is vitia ſunt, quae impediunt voluntatem, veatur ad faciendum opus bonum, vel ab malo abſtinendum.*

XII. De peccatis ἑκουσίως, ex deſtinata ma- προαιρέσει ac contumacia admiſſis (quæ .icuntur peccata contra conſcientiam) lo- ır hæc dicta: Rom. VI. 15. *Num pecca- , quia non ſumus ſub lege? abſit.* Tit. III. *laereticum poſt unam atque alteram admo- m devita;* v. 11. *ſciens, quia ſubver- talis καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος io judicio condemnatus.* 2 Petr. III. 5. *Vo- neſciunt, quod cœli erant prius &c.* m huc referunt dicta Heb. VI. 4. & ſeq. . ſed oſtendemus ſuo loco, de peccato in um ſanctum in illis proprie agi, quod eſt ſſibile, cum reliqua delicta voluntaria ſint ibilia, & remittantur, ſi per pœnitentiam reſurgatur. Levit. VI. 1. & ſeqq.

§. XXIII. Cæterum duplex ignorantia eſt, quædam *facti*, quædam vero *juris*, quædam *invincibilis*, quædam vero *adfectata*; illa quodammodo excuſat & minuit peccati gravitatem, hæc vero minime. Luc. XII. 48. *Servus, qui non cognovit voluntatem domini, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Auguſtinus de grat. & lib. arb. c. III. *Gravius peccat homo ſciens quam neſciens; nec tamen ideo confugiendum eſt ad ignorantiae tenebras, ut in eis quisque requirat excuſationem: aliud eſt enim neſciviſſe, aliud ſcire noluiſſe. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur: noluit intelligere, ut bene ageret. Sed & illa ignorantia, quae non eſt eorum, qui ſcire nolunt, ſed eorum, qui tanquam ſimpliciter neſciunt, neminem ſic excuſat, ut ſempiterno igne non ardeat.* In quæſt. vet. ac nov. teſt. q. LXVII. *Non omnis ignorans immunis eſt a pœna, ille autem ignorans poteſt excuſari a pœna, qui, a quo diſceret, non invenit.* lib. I. retract. c. 13. *Illa, quae immerito dicuntur non voluntaria peccata, quod vel a neſcientibus vel a coactis perpetrantur, non omnino poſſunt ſine voluntate committi; quoniam & ille, qui peccat ignorans, voluntarie utique peccat, quod cum faciendum non ſit, putat eſſe faciendum. Et ille, qui concupiſcente adverſus ſpiritum carne, non ea, quae vult, facit, concupiſcit quidem nolens, & in eo non facit, quod vult; ſed ſi vincitur, concupiſcentiae conſentit volens & in eo non facit (niſi) quod vult, liber ſcilicet juſtitiae, ſervusque peccati.* Inde eſt, quod Thomas p. II. q. 76. art. 2. diſtinguit inter *ignorantiam* & *neſcientiam*. Neſcientia notat ſimplicem ſcientiæ negationem, dum ſcilicet alicui deeſt ſcientia eorum, quæ aptus natus eſt ſcire.

Duplex ignorantia.

§. XXIV. Porro peccatum ex deſtinata malitia perpetratum longe gravius eſſe, quam infirmitatis peccata, tripliciter probat Thomas p. II. q. 78. artic. Primo *peccatum principaliter conſiſtit in voluntate; quanto ergo motus peccati magis proprius voluntati, tanto peccatum gravius caeteris paribus. In peccato ex malitia*

Peccatum malitiæ gravius eſt, quam peccatum ignorantiæ vel infirmitatis.

malitia voluntas ex ſe ipſa movetur, paſſio eſt quidem extrinſecus impulſus. Secundo *paſſio, quae inclinat voluntatem, cito tranſit; ſed habitus, quo homo ex malitia peccat, eſt qualitas permanens.* Tertio, *qui peccat ex malitia, eſt male diſpoſitus quantum ad ipſum finem, qui eſt principium in operabilibus, & ſic ejus defectus eſt periculoſior.*

CAPUT VI.
DE PECCATIS COMMISSIONIS ET OMISSIONIS.

§. XXV.

Quædam peccata commiſſionis, quædam omiſſionis.

Secunda peccatorum actualium diviſio erat iſta: quædam peccata ſunt *commiſſionis*, quædam *omiſſionis*. Fundamentum hujus diviſionis exſtat in ipſa lege divina, quæ non ſolum prohibet malum, ſed etiam præcipit bonum: non ſolum jubet recedere a malo, ſed etiam mandat facere bonum: utique ergo non ſolum mala committendo, ſed etiam bona omittendo contra legem peccatur. Jac. IV. 17. *Scienti bonum & non facienti, peccatum eſt.* Matth. XXV. 42. *Eſurivi & non cibaſtis me, ſitivi & non potaſtis me &c.* 1. Joh. III. 17. *Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ejus indigum, concluſerit autem viſcera ſua erga ipſum, quomodo caritas Dei in eo manet?* Reatus iſtius peccati deſcribitur Matth. III. 10. VII. 19. *Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, exciditur & in ignem mittitur.* Matth. XXV. 30. *Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores.* Luc. XII. 47. *Servus, qui cognovit voluntatem domini, nec praeparavit ſe, vapulabit multis.* Luc. XIII. 7. *Succide arborem infrugiferam.* Joh. XV. 2. *Omnem palmitem, non ferentem fructum, tollet Pater cœleſtis. Si non paviſti, occidiſti:* Ambroſius. *Terreant te haedi ad ſiniſtram conſtituti, non quia rapuerunt, ſed quia non paverunt.* Nazianzenus.

An peccatum omiſſionis voluntarium?

§. XXVI. Peccatum omiſſionis quidam conſtituunt duplex: quandoque enim omittuntur bona, quandoque detrectantur adverſa; illud procedit ex prava concupiſcentia, quæ voluntatem inclinat ad iſtam omiſſionem; hoc ex perverſo timore. Diſputant autem Scholaſtici, quomodo hoc peccatum omiſſionis ſit voluntarium? Quidam ſtatuunt, quod in omni peccato ſit aliquis actus interior voluntatis illicitus, vel exterior imperatus. *Interior*, ut velle omittere, ſive velle non facere, quod præceptum eſt, aut velle ſuſpendere actum, quem tenetur facere, aut velle facere actum incompoſſibilem actui, (qui non poteſt uno eodemque tempore fieri cum illo actu) ad quem tenetur. *Exterior*, ut operatio alicujus ea hora, qua tenetur aliquid facere, quo impeditur ab eo, quod facere tenetur. Quidam contra diſputant, non requiri ad peccatum omiſſionis talem actum *poſitivum*, ipſum enim non facere, quod præceptum, eſſe peccatum omiſſionis; quorum ſententia veritati magis conformis. Thomas p. II. q. 71. art. 5. *Si intelligatur in peccato commiſſionis illud ſolum, quod per ſe habet rationem peccati, ſic peccatum omiſſionis quandoque eſt cum actu interiori, quandoque abſque omni actu interiori vel exteriori. Si vero in peccato omiſſionis intelligantur etiam cauſae vel occaſiones omittendi, ſic neceſſe eſt in peccato omiſſionis aliquem actum eſſe.* Occamus & ſecutus ipſum Biel II. ſent. diſt. 42. inſcite diſputant contra Thomam. *Nemo* (inquiunt) *peccat in eo, quod vitari non poteſt: ſed qui tenetur hoc velle illud facere, non potuit vitare illam omiſſionem, nam ex hypotheſi non cogitat de eo; ergo non peccat omittendo.* Ideoque præferunt opinionem Alexandri Alenſis, quod peccatum omiſſionis ſit actus *poſitivus interior* voluntatis, vel certe non ſine tali. At huic argumento rectiſſime reſpondet Thomas per limitationem: *Nemo peccat in eo, quod vitare non poteſt, nimirum ſi illam impoſſibilitatem non inciderit ex ſua culpa, alias non procedit haec regula, ut ſi quis voluntarie ſe praecipitaret in foveam, unde exire non poſſet.*

§. XXVII.

An peccatum omiſſionis & commiſſionis differant ſpecie?

§. XXVII. Quærunt inſuper: *an peccatum omiſſionis & commiſſionis ſpecie differant?* Reſp. Thomas p. II. q. 72. art. 6. *Peccata diſtinguuntur & materialiter & formaliter.* Materialis *peccati differentia attenditur ſecundum naturalem ſpeciem actuum*: formalis *ſecundum ordinem ad finem proprium. Si loquimur de ſpecie peccati omiſſionis & commiſſionis materialiter, differunt ſpecie: ſi vero loquimur de ſpecie peccati omiſſionis & commiſſionis formaliter, ſic non differunt ſpecie, quia ad idem ordinantur, & ex eodem motivo procedunt: avarus & rapit & non dat ea, quae dare debet; ſemper enim negatio fundatur ſuper aliqua adfirmatione.* Hæc Thomas. Poteſt etiam quæſtio hoc modo ſolvi: de peccato poſſumus loqui vel *concretive* vel *abſtractive.* Peccatum abſtractive ſumtum denotat privationem; peccatum concretive ſumtum notat non tantum privationem, ſed etiam habitum vel actum ſubſtratum: priore conſideratione peccatum omiſſionis & commiſſionis non differunt; utrobique enim eſt ἀνομία ac privatio, ſed poſteriore conſideratione utique differunt, alius enim actus eſt in peccato commiſſionis, alius in peccato omiſſionis.

CAPUT VII.
DE PECCATIS IN AVERSIONE A DEO ET CONVERSIONE AD CREATURAS.

§. XXVIII.

Quædam peccata conſiſtunt in averſione a Deo, quædam in converſione ad creaturas.

T*ertia* diviſio peccatorum actualium ſuccedit. Quædam peccata conſiſtunt in *averſione* a Deo, quædam in *converſione* ad creaturas. *At*, inquis, *omne peccatum eſt averſio a ſummo bono, quomodo ergo talis peccatorum diviſio locum habebit?* Reſp. ex Scoto II. ſent. diſt. 37. quod *averſio a fine ultimo poſſit intelligi dupliciter, formaliter & virtualiter.* Formaliter, *quando in avertendo habet ultimum finem pro objecto poſitive vel privative.* Poſitive, *ut ſcilicet voluntas nolit illum finem actu poſitivo, & hoc nolle eſt odiſſe Deum.* Privative, *ut ſcilicet non velit, cum deberet velle ultimum finem, & tale non velle eſt omittere illud praeceptum*: Diliges Dominum Deum tuum. Virtualiter, *quando avertitur ab aliquo neceſſario ad conſequendum ultimum finem; haec averſio virtualis eſt communis omni peccato mortali.*

§. XXIX. Quicunque inordinato amore convertitur ad creaturas, is eodem actu ſe avertit a Deo; interim tamen formaliter averſio a Deo diſtinguitur a converſione ad creaturas: illa enim attenditur ratione termini *a quo*, hæc vero ratione termini *ad quem*. Jer. II. 13. *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt, fontem aquae vivae, & effoderunt ſibi ciſternas, ciſternas confractas, quae non continent aquas. Initium peccati eſt ſuperbia*; Eccleſ. X. 15. nimirum per averſionem a Deo, ita enim exponitur verſu proxime præcedente: *Initium ſuperbiae eſt defectio hominis a Deo & a creatore ſuo cordis averſio. Viciſſim, radix omnium malorum eſt avaritia*; 1. Tim. VI. 10. nimirum per inordinatam converſionem ad creaturas. Lombardus II. ſent. diſt. 42. lit. K. *Utrumque recte dictum eſſe intelligitur,* (ſcilicet quod ſuperbia ſit omnis peccati initium, & quod cupiditas omnis peccati initium) *ſi genera peccatorum ſingulorum, non ſingula generum utraque locutione includi intelligantur, nullum quippe genus peccati eſt, quod interdum ex ſuperbia non proveniat; nullum etiam, quod ex cupiditate aliquando non deſcendat: ſunt enim nonnulli hominum, qui ex cupiditate fiunt ſuperbi, & aliqui ex ſuperbia fiunt cupidi.* Bonaventura II. ſent. diſt. 42. art. 3. q. 2. tractat hanc quæſtionem: *utrum peccatum habeat* (poſſit) *dividi per averſionem & converſionem tanquam per diverſas differentias?* quam hoc modo decidit: *Averſio accipitur dupliciter, primo ut dicit deordinationem circa actum con-*

verſionis, deinde ut dicit actum a converſione diſtinctum. Primo modo converſio non ponit numerum cum averſione, nec faciunt diverſa peccata, imo illa duo eſſentialiter clauduntur in omni peccato mortali; nam converſio non eſt culpa, niſi quia inordinata; nec eſt inordinata, niſi quia avertitur homo a Deo, cui deberet inhaerere tanquam fini ultimo: ſecundo modo accepta averſio conſtituit diverſum peccati genus, hoc enim modo averti eſt odio habere. Et quia ut plurimum averſio in peccato accipitur, tam prout dicit deordinationem a Deo tanquam a fine, quam prout dicit motum inordinatum contra Deum; hinc eſt, quod converſio & averſio potius comparantur ad peccatum, ſicut differentiae conſtituentes, quam ſicut differentiae dividentes.

CAPUT VIII.

DE PECCATIS, QUÆ SIMUL SUNT CAUSA ET POENA PECCATORUM.

§. XXX.

Quædam ſunt tantum peccata, quædam ſimul peccata & cauſa ac pœna peccatorum.

Prodeat *quarta* peccatorum diviſio. Quædam ſunt tantum *peccata*, quædam ſunt ſimul & *peccata* & *cauſa* ac *poena* peccatorum. *Sic prava concupiſcentia*, docente Auguſtino lib. V. contra Julian. c. 3. *eſt peccatum, quia ineſt illi inobedientia adverſus dominatum mentis; & eſt pœna peccati, quia reddita eſt meritis inobedientiae; & cauſa peccati, defectione conſentientis vel contagione naſcentis. Sic pleraque peccata actualia* (excepto primo primorum parentum peccato) *ſunt pœnae peccatorum praecedentium &* (excepto ultimo cujusque hominis peccato) *cauſae ſequentium; miris enim atque miſeris modis homo peccans laqueis ſatanae ita involvitur atque conſtringitur, ut ex uno peccato in aliud prolabatur.* Auguſtinus in Pſalm. 57. *Criniculis peccatorum ſuorum quisque conſtringitur; peccata non ſolum vincula ſunt, ſed & criniculi. Criniculi ſunt, quia fiunt intorquendo, hoc eſt, quod peccata peccatis connectebas. Vae his, qui trahunt peccata ſua, ſicut reſtem longam. Eſaias clamat:* Quid hoc aliud eſt, quam væ his, quorum manus connectunt iniquitatem? &c. *Primum peccatum ſuperbia eſt, ultima poena eſt ignis aeternus; inter illud primum peccatum & hanc ultimam poenam media quae ſunt, & peccata ſunt, & poenae peccatorum: tam multa enim, dicit apoſtolus, fieri ab eis, quae peccata ſunt deteſtabilia, & tamen poenas eas dicit &c.* Gregorius in c. I. Ezech. homil. XI. *Peccatum, quod per poenitentiam citius non deletur, aut peccatum eſt & cauſa peccati, aut peccatum & poena peccati, aut peccatum ſimul & cauſa & poena peccati.* Vide Lombardum II. ſent. diſtinct. 36. per tot.

Quomodo peccatum unum cauſa alterius.

§. XXXI. Modi, quibus peccatum unum eſt cauſa & pœna alterius, a Chemnitio numerantur quatuor parte I. locorum pag. 636. 1.) *Ut cauſa efficiens, per accidens ſcilicet, quando effundit fidem, gratiam & Spiritum ſanctum.* 2.) *Ut cauſa diſponens, quia actus malus relinquit diſpoſitionem inclinantem ad ſimiles actiones.* 3.) *Ut cauſa materialis, ſicut gula eſt materia luxuriae, ebrietas ἀσωτίας.* 4.) *Ut cauſa finalis, ut cum quis ad explendam vindictam committit homicidium.* Vide diſp. ſuperiorem de providentia §. CXL. (*)

CAPUT IX.

(*) Vid. *tom. IV. locor. theolog. p. 131.* edit. noſtræ; ubi quæſtio: *quo modo Deus peccata peccatis puniat?* breviter quidem, ſed ſolide pertractatur. Occaſionem eidem dedit hæreſis *Pelagiana*, ſeculo quinto exorta, quæ gravia eccleſiæ chriſtianæ vulnera inflixit. Floruit eodem ſeculo Augustinus, inclutus ille Hipponenſium epiſcopus, qui ut cum aliis veritatis cœleſtis hoſtibus, ita & cum *Pelagianis* certamina iniit, variique generis ſcripta iisdem oppoſuit. Eminet inter iſta liber Auguſtini *de natura & gratia* anno CCCCXV. exaratus, in cujus *cap. XXII.* inter

CAPUT IX.

DE PECCATIS INTERIORIBUS ET EXTERIORIBUS; ITEM DE PECCATIS CORDIS ORIS ET OPERIS.

Quædam peccata interiora, quædam exteriora.

§. XXXII.

Quintam & ſextam diviſionem conjungemus. Quædam peccata ſunt *interiora*, quædam *exteriora*: quædam ſunt peccata *cordis*, (ipſa ſcilicet interiora) quædam *oris*, quædam *operis* (puta exteriora) Matth. XV. 19. *Ex corde exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiae.* Auguſtinus in enchirid. ad Laurent. cap. LXIV. *Peccata activa corde, ore, opere, committuntur.* Lactantius lib. VI.

inter alia obſervavit celeberrimus iſte præſul, *Deum peccata peccatis punire*, provocans ad effata Paulina *Rom. I. 24, 26.* exſtantia. Negavit vero hocce adſertum JULIANUS, Pelagii partibus addictus, contenditque, *peccatum* non poſſe ſimul eſſe *pœnam*, quia *illud* ſit voluntarium, *hæc* autem involuntaria, & a Deo immittantur, quod in peccato ſecus ſeſe habeat. Addidit, *traditionem* illam, de qua Paulus *loc. cit.* loquitur, de nuda *deſertione* divina, qua gratiam ſuam a peccatoribus auferat, intelligendam eſſe. Sed reſpondit eidem AUGUSTINUS, illud quidem peccatum, quod ſimul pœnæ rationem haud habeat, eſſe voluntarium, aliter vero comparatum eſſe cum peccato, quod a Deo in pœnam immittatur. Subjunxit & hoc, *traditionem* illam, cujus gentium apoſtolus *loc. cit.* facit mentionem, plus involvere, quam nudam aliquam *deſertionem*. Vid. ejusdem *libr. V. contra Julianum cap. III.* ex quo locum quendam ſupra §. XXX. recitavit GERHARDUS noſter. Conferenda etiam, quæ in aliis libris, verb. grat. *libr. I. retractat. cap. XIV. XV. XVI. contra mendacium ad Conſentium cap. XV.* itemque *de gratia & libero arbitrio, ad Valentinum, cap. XX.* nec non in *enarrat. ad pſalm. LVII. de prædeſtinat. ſanctorum cap. X.* & in opere imperfecto *contra Julianum, libr. I. fol. 37. ſeqq.* hac de re ſcripſit. Eandem ſententiam, *peccata* nimirum ſubinde *peccatorum pœnas eſſe*, propugnavit quoque GREGORIUS I. *magnus* a rebus geſtis dictus, atque exeunte ſeculo ſexto clarus, *moralium libr. XXV. cap. IX.* & *homiliarum in Ezechielem, libr. I. homil. XI. p. 24, 25.* Horum veſtigia preſſerunt poſtea doctores ſcholaſtici, ex quibus cumprimis heic laudandus eſt PETRUS LOMBARDUS, *magiſter ſententiarum* eapropter vulgo vocatus, quia latinorum de rebus ſacris ſententias congeſſit, atque inprimis ſcienter colligavit. Vid. ejus *libr. II. ſentent. diſt. 36.* ubi adſerit, *quædam eſſe ſimul peccata & pœnam peccati; quædam peccata & cauſſam peccati; alia vero & cauſſam & pœnam peccati.* Subjungit LOMBARDUS ſubtilem hancce quæſtionem: *an peccatum, in quantum peccatum eſt, ſit pœna peccati?* quæ anſam dedit Scholaſticis, eundi in partes. Integram controverſiæ hujus ſcholaſticæ hiſtoriam alibi, Deo volente, dabimus. Rationes vero tum eorum, qui adfirmant, Deum peccata peccatis punire, tum eorum, qui id negant, luculenter ediſſeruit C. M. PFAFFIUS, in peculiari de hoc argumento diſſertatione, Tubing. *MDCCXLIII.* edita, *art. II. & III. p. 10. ſeqq.* Equidem nihil obſtare videmus, quo minus hanc dicendi rationem: quod *Deus peccata peccatis puniat*, quam & majores noſtri in *form. conc. art. XI. p. 820.* aperte profiteri haud dubitarunt, & nos hodie retineamus, præſertim cum nonnullæ loquendi formulæ huic ſimillimæ in ipſis ſanctioribus litteris deprehendantur; verb. grat. *Rom. I. 26, 28.* itemque *Ezech. XX. 24, 25. 39.* Nihilo tamen minus cum grano ſalis accipienda eſt hæc locutio, atque adcurate explicanda, ne a recta veritatis via heic aberremus. Scilicet Deus *peccata*, ſeu potius hominem propter peccata, *peccatis punit*, duplici cumprimis ratione; & quidem *I*) permittendo *aliorum peccata*, hujus hominis peccata vindicantia, ut per quod quis peccat, per idem puniatur & idem. Ita DEUS furem fure, latronem latrone punit, ſecundum *catech. maj. p. 464.* quæ eſt pœna talionis. *II*) Subtrahendo gratiam ſuam *peccanti ipſi*, eundemque derelinquendo, quo fit, ut peccata ampliora haud impediantur. Ex quo intelligitur, non tam ipſa peccata, quam potius ſubtractionem gratiæ divinæ & derelictionem peccatoris, eſſe pœnas peccatorum.

Cæterum de hac ipſa gratiæ divinæ, qua quis ſe indignum reddidit, ſubtractione, ac derelictione peccatoris ſequentia paucis notamus:

I) Sub-

lib. VI. inſtit. cap. 13. *Nemo ſine delicto eſſe poteſt, quamdiu indumento carnis oneratus eſt, cujus infirmitas triplici modo ſubjacet dominio peccati, factis, dictis, cogitationibus.* Gregorius in 1. Reg. c. XIII. *Cogitando, vel loquendo, vel faciendo omne peccatum committitur.* Bernhardus in parv. ſerm. XXX. col. 444. *Eſt vetuſtas in corde, in ore, in corpore: in quibus tribus modis peccavimus, cogitatione, locutione & opere. In corde ſunt deſideria carnalia & ſecularia, id eſt, amor carnis & amor ſeculi. Similiter in ore eſt gemina vetuſtas, arrogantia & derogatio. Item gemina in corpore, flagitia & facinora, haec omnia ſunt imago veteris hominis.*

Peccata interiora duplicia.

§. XXXIII. Peccata exteriora quodammodo cognoſcuntur etiam a non renatis, cum fœditatem ſuam ipſamet conſpicuam reddant; ſed interiora cordis peccata ſunt a cognitione hominis nondum renati remota & abſcondita, nec niſi legis divinæ luce manifeſta fiunt. Sunt autem duplicia interiora peccata; quædam ſunt carnis *ſuggeſtiones*, ut pravæ cogitationes, ac primi concupiſcentiæ motus, quibus nondum accedit conſenſus & delectatio: quædam vero ſunt carnis *delectationes*, quando pravos illos concupiſcentiæ motus fovemus, eisque delectamur, quin & de perficiendis illis carnis deſideriis cogitamus. Poſterioris generis cogitationes eſſe peccata, itidem aliquo modo cognoſcit ratio; ſed prioris generis cogitationes, hoc eſt, carnis ſuggeſtiones peccata eſſe, non niſi legis divinæ luce & Spiritus ſancti irradiatione cognoſci poteſt; excutiemus igitur de eis quæſtiones duas. *Primo*, an deſideria illa carnis ad originale, an vero ad actualia peccata ſint referenda? *Deinde* an ſint vere & proprie dicta peccata, præſertim in renatis?

§. XXXIV. *Priorem* quæſtionem adcurate explicat Chemnitius p. II. loc. c. 8. memb. 3 & 4. p. 630. *Obſervetur*, inquit, *cogitationes aliquando pertinere ad peccatum originale, ut cum tantum ſunt ſuggeſtiones; aliquando ad peccatum actuale, quando ſcilicet ſignificant deliberationem ſeu propoſitum, ut* 1 Cor. XIII. 5. caritas non cogitat malum, *(nam a malis cogitationibus originaliter loquendo non eſt libera)* Joh. XI. 53. Cogitaverunt interficere Chriſtum. &c. *Concupiſcentia eſt peccatum originale, fit autem peccatum actuale juxta ſcripturam hoc modo:* Col. III. 5. vivere in concupiſcentia mala: Rom. VI. 12. obedire deſideriis: 2 Tim. III. 6. agitari variis deſideriis. p. 633. *Quia originale peccatum definitur carentia juſtitiae originalis & pravo habitu, ſive vitioſa inclinatione virium hominis ad malum, rectiſſime poteſt ita tradi & intelligi haec differentia: quod quicquid praeter carentiam illam & habitum inclinantem eſt in homine, quod erumpat in actum aliquem pugnantem cum lege Dei, ſive fiat hoc actus & operis debiti omiſſione, ſive actus & operis indebiti commiſſione, vocatur actuale peccatum. Veteres tradunt hos peccati gradus: 1.) fomes ſive depravatio inhaerens, quae complectitur etiam defectus: 2.) ſuggeſtiones cogitationum & adfectuum, id eſt, quando depravatio originalis movet ſe aliqua inclinatione: 3.) delectatio: 4.) conſenſus: 5.) ipſum opus. Ex his gradibus primi hominis duo* per-

I) Subtractionem iſtam id non efficere, ut Deus pro cauſſa & auctore peccati haberi debeat, ſiquidem ſubtractio non operatur peccatum, ſed illud duntaxat non impedit, idque ex juſto Dei judicio.

II) Deum in præſenti hac vita nunquam ſubtrahere hominibus peccatoribus gratiam ſuam *in totum*, ſed ſaltim *in tantum*; ſiquidem peccatores, quam diu vitam hancce agunt, nunquam gratia divina, vel externa, vel interna, ita deſtituuntur, ut prorſus reſipiſcere nequeant. Provocamus ad exemplum Pharaonis, quem, poſt indurationem, Deus adhuc per miracula eaque præſtantiſſima in rectam reducere viam adlaboravit. Provocamus porro ad memorabile exemplum Judæorum induratorum, quibus nihilominus evangelium tum a Chriſto, tum ab ejus apoſtolis fuit prædicatum. Provocamus denique ad gentiles, *Rom. I. 23. ſeqq.* e quibus, utut graviſſimis involuti eſſent criminibus, tamen nonnulli per prædicationem evangelii fuerunt converſi. *1. Cor. VI. 9. ſeqq.*

pertinent ad originale, reliqui tres ad actuale peccatum. Hæc Chemnitius.

An ſuggeſtiones carnis ad originale, an vero ad actualia peccata pertineant?

§. XXXV. Rectiſſime quidem contra Scholaſticos, qui diſputant, peccatum originale eſſe malum otioſum, fomitem quieſcentem & torpidam qualitatem, a Luthero aſſert. III. & Chemnitio hæc ita diſſeruntur; interim tamen cum inclinationes illæ ſtricte loquendo ſint actiones, præſertim vero cum apoſtolus Rom. VII. 8. diſerte teſtetur, ἁμαρτίαν ἐνοικοῦσαν κατεργάζεσθαι πᾶσαν ἐπιθυμίαν *operari omnem concupiſcentiam*, non erit abſurdum, quin nec a Lutheri & Chemnitii ſententia alienum, etiam hos primos concupiſcentiæ motus quodammodo ad actualia peccata referre. Attendantur igitur ſequentia theoremata. 1) In adultis ita cohærent peccatum originale & actualia, ut non facile ſit homini contentioſo oſtendere punctum (ut ita loquar) mathematicum, in quo diſtinguantur. 2.) Malum originale non eſt res otioſa vel torpida qualitas. 3.) Sed in malo originali ſemper ſunt actualia peccata, cum fomes ſit res viva & perpetuo movens. 4.) Originale peccatum eſt tanquam *cauſa*, actuale tanquam *effectus*. Hæc omnia totidem verbis Chemnitius. Quare cum pravi concupiſcentiæ motus ſint proprium, perpetuum & inſeparabile originalis peccati effectum per emanationem ab eo profluens, ideo κατ' ἡμᾶς ad originale peccatum referuntur, cum tamen κατ' ἀκρίβειαν logicam ad actualia peccata pertineant, quippe quorum definitio eis proprie competit. Lombardus II. ſent. diſt. 30. lit. G. *Originale peccatum, cum non ſit actuale, non eſt actus ſive motus animae vel corporis. Si enim actus eſt animae vel corporis, actuale utique peccatum eſt: ſed actuale non eſt, non eſt ergo actus vel motus*, lit. H. ex Auguſtino ſerm. XLV. de temp. *Concupiſcentia vitium eſt, quod parvulum habilem concupiſcere facit, adultum etiam concupiſcentem reddit.* Dicamus ergo, quod pravæ concupiſcentiæ motus, reſpectu mentis (regeneratæ) ſint paſſiones, unde dicuntur παθήματα; reſpectu carnis actiones, unde dicuntur ἐπιθυμίαι, Gal. V. 24.

CAPUT X.

DE CONCUPISCENTIA IN RENATIS AN SIT PECCATUM?

An concupiſcentia prava in renatis ſit peccatum?

§. XXXVI.

Poſterior quæſtio majoris eſt momenti & proinde diligenti examine digna: *an ſcilicet primi illi pravae concupiſcentiae motus ſint coram Deo vere & proprie peccata, etiamſi conſenſus & deliberatio mentis eis nondum accedat?* Obſerva, concupiſcentiam ſumi tripliciter: 1.) Pro facultate concupiſcibili, quæ eſt potentia naturalis per ſe bona, qua primus homo in ſtatu innocentiæ etiam inſtructus fuit. 2.) Pro concupiſcentiæ ἐνεργείᾳ bona & ordinata, qualis eſt appetitus cibi in famelico, bonitatem æſtimo ratione objecti, ordinationem reſpectu modi. 3.) Pro concupiſcentia mala, idque iterum tripliciter. a.) Pro ipſa *habitualiter* inhærente concupiſcentia, qualis eſt poſt lapſum. b.) Pro primis ejus motibus & actibus, quibus nondum accedit plenus conſenſus. c.) Pro malis concupiſcentiæ fructibus, quos per conſenſum rationis parit. Removeantur ergo prius cognatæ quæſtiones. I.) Non quæritur, an concupiſcentia illa ſit peccatum, cui accedit conſenſus, delectatio & proſecutio ejus rei, ad quam pravi motus inclinant? eam enim peccatum eſſe concedunt Pontificii; licet addant minus recte, eſſe ex ſua natura peccatum veniale. II.) Nec quæritur, an pravi illi concupiſcentiæ motus fuerint actu ſecundo in homine ante lapſum? id enim itidem nobiſcum negant. III.) Nec quæritur, an rebellio illa carnis contra ſpiritum ſit pœna originalis peccati? id enim itidem concedunt Pontificii. IV.) Nec quæritur, an illæ peccati originalis reliquiæ

& pœnæ, videlicet ignorantia, difficultas, propenſio ad malum, prava concupiſcentia, poſſint dici vulnera naturæ & materiale peccati, languor naturæ & fomes peccati ? id enim itidem adſerunt Pontificii. V.) Nec quæritur, an primi illi concupiſcentiæ motus, quibus nondum accedit conſenſus, reddant actu homines renatos coram Deo reos iræ & mortis æternæ ? id enim diſerte negamus, ac cum apoſtolo dicimus, *nullam eſſe damnationem in his, qui ſunt in Chriſto.* Rom. VIII. 1. Tota ergo quæſtio in eo verſatur, an illa concupiſcentia, quæ in renatis poſt baptiſmum reliqua, hoc eſt, an concupiſcentia habitualiter inhærens ut & primi ejus motus ſint ex ſe & ſua natura remoto gratiæ umbraculo peccatum, hoc eſt, quoddam malum culpæ pugnans cum lege divina, etiamſi ex accidenti, videlicet propter Chriſtum non imputetur renatis, hoc eſt, non conſtituat eos actu reos coram Deo & morti æternæ obnoxios ? Adfirmamus nos, negant Pontificii.

Argumenta partis adfirmantis.

§. XXXVII. *Adfirmantem* quæſtionis partem demonſtramus his argumentis, quorum priorem claſſem depromemus ex VI. VII. & VIII. capp. Rom. I.) Quicquid ſcriptura in propria ſede hujus articuli vocat peccatum, illud eſt vere & proprie dictum peccatum: atqui ſcriptura concupiſcentiam in propria ſede hujus articuli vocat peccatum; ergo eſt vere & proprie dictum peccatum. *Major* eſt evidens, quia in articulis fidei τὸ ῥητὸν arcte tenendum, præſertim in propria ipſorum ſede, ut oſtendimus in tract. de interp. ſcripturæ. Bellarminus lib. I. de ſac. euchar. cap. 9. col. 489. *Dogmata praecipua non niſi propriis verbis tradi ſolent in divinis literis : tropi enim locum habent vel in prophetis ad rem obſcurandam, vel in laudationibus ad rem ornandam, vel denique in cohortationibus ad rem amplificandam, non autem in dogmatibus, quae praeciſe credi aut ſervari debent.* col. 492. *Communis regula explicandae ſcripturae haec eſt, ut nunquam dimittamus proprium verborum ſenſum, niſi cogamur ab aliqua alia ſcriptura, vel ab a articulo fidei, aut certe a communi totius ſiae explicatione : alioquin enim peribit fide remanebit ſola opinio de rebus divinis, & rietur porta infinitis erroribus.* cap. 12. 524. *Senſus proprius & literalis ſemper e gendus, niſi evidenter probetur contra Neque debent a nobis petere adverſarii, cu quamur proprium verborum ſenſum : ſimile id eſſet, ac ſi quis peteret ab iis, qui ſunt i nere, cur ſequantur viam communem & tri nemo enim ſanus id quaerit, vel cur ingredi per portam, non feneſtram.* Hæc omnia larminus.

1. Concupiſcentia vocatur peccatum.

§. XXXVIII. *Minor* propoſitio itidem Apoſtolus enim Rom. VI. VII. VIII. non ſe ſed aliquoties concupiſcentiam carnis vocat catum. Rom. VI. 2. *Qui mortui ſumus pe quomodo adhuc vivemus in illo?* v. 6. *Vetu ſter homo crucifixus eſt, ut deſtruatur c peccati, ut ultra non ſerviamus peccato. Qui mortuus eſt, juſtificatus eſt a peccato.* v *Exiſtimate vos mortuos peccato.* v. 12. *regnet peccatum in corpore veſtro, ut obe concupiſcentiis ejus;* v. 13. *Nec exhibeatis bra veſtra arma iniquitatis peccato.* v. 14. *catum vobis non dominabitur.* v. 16. *Servi ejus, cui obeditis, ſive peccati ad mortem.* v. 17. *Fuiſtis ſervi peccati.* v. 18. *Liber peccato.* v. 19. *Exhibuiſtis membra ſervire μίᾳ εἰς ἀνομίαν* &c. Rom. VII. 5. *Paſſione catorum operabantur in membris.* v. 7. *tum non cognovi, niſi per legem.* v. 8. *ſine peccatum erat mortuum.* v. 9. *Cum veniſſet datum, peccatum revixit.* v. 11. *Peccatu duxit me.* v. 13. *Peccatum, ut adpareat tum, per bonum mihi operatum eſt mortem fiat ſupra modum peccans per peccatum.* v *Ego venundatus ſub peccatum.* v. 17. & *Quod habitat in me peccatum.* v. 23. *Lex p in membris.* v. 25. *Carne ſervio legi pe* Rom. VIII. 2. *Lex ſpiritus liberavit me a peccati.* v. 3. *Damnavit peccatum in c* v. 10. *Corpus mortuum eſt propter pecc* Ribera Jeſuita comment. in Hebr. XII. *Con ſcentiam carnis adverſus ſpiritum apoſtolus*

adpellare peccatum. Bellarminus libr. V. de grat. & ſtat. peccati cap. 5. col. 367. *Apo-* Rom. VI. 7. *concupiſcentiam carnis, quam quoque ipſe, quamvis juſtificatus & ſan-* *experiebatur, peccatum frequenter ad-* . Firma igitur ſtabit *concluſio*, concupi-im eſſe vere & proprie dictum peccatum. erus Jeſuita exam. relat. Hunn. c. XIII. §. ia. *Sceleratum eſt, modum loquendi &* l *rem ipſam verum & per ſe ſcripturas* *item tanquam blaſphemum & inauditum* *itum traducere.*

tiones *mini.*

§. XXXIX. Excipit Bellarminus lib. V. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. c. 10. *Tum in ſexto, tum in ſeptimo capite ſaepius concu-* *tiam adpellari peccatum, ſed improprie,* *guram metonymiae, quod ſit cauſa pecca-* *ei obediatur.* Reſp. repetimus regulam ſu- traditam, non licere in articulis fidei di- e a proprietate verborum, niſi ipſa ſcri- oſtendat improprietatem, eamque ipſamet at. Proferat igitur Bellarminus cauſas ſa- gentes, quæ nos cogant a verborum pro- te hic recedere, præſertim cum tot diſtin- icibus apoſtolus concupiſcentiam adpellet um & nuſpiam addat, *metonymice* ita vo- I.) *Apoſtolus* (ait Bellarminus) *non ad-* *ſſe proprie peccatum.* Reſp. imo vero, non addidit eſſe *metonymice* peccatum, re- tur, eſſe proprie dictum peccatum. Nati- rborum ſignificatio tamdiu locum habet, per tropos ad aliam transferatur. Pela- id omnia loca, quæ ipſis opponuntur, pa- one poſſent reſpondere, nuſpiam addi. proprie ea ſint intelligenda: recognoſcat minus ſua verba paulo ante producta. *Colligitur evidenter ex ſcripturis metony-* *peccati in hoc loco ſignificatio; ſcripturae* *teſtantur, vocem* peccati *eſſe ambiguam,* *nc accipi pro culpa, nunc pro pœna,* *eſt culpae effectus, nunc etiam pro cauſa* *i, nunc denique pro ſacrificio, quod eſt* *i expiatio.* Reſp. non ſufficit oſtendere uitatem alicujus vocabuli; ſed oſtendendum eſt in eo ipſo loco *metonymice*, non autem *proprie* uſurpari, ut docuimus in tract. de interp. ſcript. Ex ipſis ergo apoſtolici contextus viſceribus demonſtrandum erat, *metonymicam* ſignificationem excluſa propria hic debere nos ſequi. Repetat Bellarminus ſua verba ex I. de ſacram. euch. cap. 11. col. 518. *Non negamus, in verbo calix* (in verbis cœnæ) *eſſe tropum, ſed tropum ibidem clariſſime explicatum, quod de tropo, qui conſtituitur in voce* corpus, *dici non poteſt.* III.) *Scriptura docet peccata proprie dicta vere tolli in juſtificatione, nec minus conſtat, concupiſcentiam in juſtificatione non tolli: ergo loca ſcripturae, quae concupiſcentiam vocant peccatum, improprie exponenda eſſe ex ipſis ſcripturis conſtat.* Reſp. error cumulatur errore. Peccata in baptiſmo ac juſtificatione ita tolluntur, non ut penitus non ſint, ſed ut non imputentur. Chriſtus tollit peccatum originale, at num id propterea ex omnibus actu penitus ſublatum? anabaptiſticum hoc eſt. Plura hac de re ſuo loco. IV.) *Teſtatur apoſtolus hoc peccatum eſſe in corpore, non in mente.* Rom. VI. 12. Peccatum non regnet in mortali veſtro corpore. Rom. VII. 8. Non habitat in me, *hoc eſt, in carne mea,* bonum. *Jam vero peccatum proprie dictum non poteſt eſſe in corpore, ſed in mente; ibi enim eſt injuſtitia, ubi poteſt habere locum juſtitia, quis vero juſtitiam ponet in membris carnis? Ergo aperte ſignificat apoſtolus, concupiſcentiam non proprie, ſed figurate eſſe peccatum.* Reſp. nomine carnis apoſtolus hoc loco non intelligit tantum corpus, vel ſenſitivum adpetitum, vel *inferiorem* (quam ita vocant) animæ partem, ſed ſeſe totum, quatenus adhuc ſub vetuſtate carnis eſt conſtitutus, vel ut ipſe loquitur, *carnalis & ſub peccatum venundatus* Rom. VII. 14. quod ipſum ſuo loco uberius confirmabimus. Repetat Bellarminus ſua verba ex lib. V. de amiſſ. gratiæ & ſtat. pecc. cap. 15. *Vitium concupiſcentiae potiſſimum reſidet in carne, hoc eſt, in parte hominis inferiore, quae potiſſimum ſenſualitas dicitur, ut docuimus ex apoſtolo* Rom. VII. *Certum negandum non eſt, etiam in parte ſuperiore ſimile vitium inveniri: nam ea quoque*

pars prona eſt ad concupiſcendos honores, inanem gloriam &c. *quocirca apoſtolus* Gal. V. *inter opera carnis refert etiam haereſes, idololatriam.* Hæc Bellarminus.

§. XL. Argumento huic primo robur addimus tale. Quicquid ſcriptura ipſa proprie accipiendum eſſe docet, illud utique in propria ſignificatione acceptandum erit: at ſcriptura ipſa docet, concupiſcentiam proprie peccatum dici; ergo *peccati* nomen in propria ſignificatione hic acceptandum. *Major* extra omnem dubitationis aleam poſita. *Minorem* ſic confirmamus: apoſtolus concupiſcentiam vocat aliquid *non bonum*, Rom. VII. 16. ſed *malum*, v. 15. ac illud malum deſcribit tum privative *perficere bonum non invenio*, v. 18. tum poſitive, *quod odi malum, illud ago*, v. 19. Ubi adpellat tale malum, quod odio dignum, quod crucifigendum Rom. VI. 6. mortificandum ac deſtruendum, ibid. quod nos coram Deo miſeros reddit, Rom. VII. 24. & a quo liberari quisque pius ſeriis gemitibus orat. v. 25. Excipit Bellarminus, *concupiſcentiam, etſi non ſit proprie peccatum, tamen eſſe corruptionem quandam incitantem ad malum, ideoque dici non bonum, ſed malum, tum privativum, tum poſitivum.* Reſp. concupiſcentia non eſt tantum malum *pœnae*, ſed etiam malum *culpae*. Omne malum, quod Dei & piorum odio dignum, quod deſtruendum ac mortificandum, quod coram Deo nos miſeros in vita ſpirituali reddit, eſt malum culpæ: at concupiſcentia eſt tale malum; ergo eſt malum non tantum pœnæ, ſed etiam culpæ. *Major* eſt evidens; omne enim malum pœnæ, qua tale & quod ſimpliciter tale, eſt a Deo, ac proinde non odio Dei vel piorum dignum.

2. Concupiſcentiæ competit definitio peccati.

§. XLI. Argumentum II.) Cui propria definitio peccati competit, illud proprie peccatum eſt: εὔδηλον. Atqui concupiſcentiæ competit propria peccati definitio; ergo concupiſcentia proprie eſt peccatum. *Minorem* confirmo, ἡ ἁμαρτία ἐϛὶν ἡ ἀνομία, 1 Joh. III. 4 concupiſcentia eſt ἀνομία Rom. VII. 7. *concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: non concupiſces*; ergo eſt catum. Ne exiſtimes, ſyllogiſmum hunc i cunda figura adfirmatum nihil concludere; ſerva, *majorem* eſſe reciprocam, cum ſit d tio eſſentialis: omne peccatum eſt ἀνομία omnis ἀνομία eſt peccatum. Excipit Bella nus, *concupiſcentiam hic non accipi pro fo ſed pro actu voluntario concupiſcendi, probatum ex contextu apoſtolico; cum enim ſtolus dixiſſet, legem non eſſe peccatum, ia cauſam peccati, ſed eſſe cauſam cognitionis cati, probavit ex eo, quod non cognoſci homines actus interiores, ut deſiderium u vel rei alienae eſſe peccata, niſi lex dixiſſet, concupiſces: tum ex loco evangelii,* Matth. V Qui aſpicit mulierem ad concupiſcendum jamdum mœchatus eſt cum ea in corde *quod Chriſtus dixit contra Phariſaeos, qu cebant, interna flagitia non eſſe peccata patet ex* Joſepho XII. antiq. cap. 13. *& R Kimchi* in Pſalm. LXVI. 17. Quo refert B minus emphaſin verborum: *mœchatus eſt in de ſuo*, & ex illis colligit, *non carnis, ſed dis concupiſcentiam in lege eſſe prohib* Reſp. 1.) in decalogo non tantum volunt concupiſcendi actum, ſed etiam primos vi concupiſcentiæ motus prohiberi, ſuo loco c demus. 2.) Illam concupiſcentiam lege p beri hoc loco aſſerit apoſtolus, quam non rat, niſi ex lege pro peccato agnoſcere; ja ro voluntarium concupiſcendi actum eſſe p tum, utique ex naturæ lumine abſque coll tione legis agnoſci poteſt, & ſaniores ethn agnoverunt, quod ex ſcriptoribus ethnicis, ſertim Platone, Ariſtotele & Seneca conſpic 3.) *Judaei homines, valde literales & craſſi intelligebant mentalem mœchiam, homici & furtum etiam cum conſenſu rationis co ctum eſſe peccatum*, ſcribit Stapletonus in dot. Rom. VII. p. 364. *Magni peccatores que prohibente lege neſciunt voluntarios concupiſcentiae motus eſſe peccata:* ſcribit p. 362. Atqui apoſtolus Paulus etiam ante ad Chriſtum converſionem non erat adeo li lis & craſſus, nec tantus peccator, ut vol ria illa interiora delicta agnoſceret eſſe pec

Phil. III. 6. *ſecundum juſtitiam, quae in lege eſt, converſatus ſine querela.* 2 Tim. I. 3. *Servio Deo a progenitoribus in concupiſcentia pura.* Act. XXIII. 1. *Omni conſcientia bona converſatus ſum ante Deum, uſque in hodiernum diem.* Stapletonus in antid. p. 369. *Apoſtolus converſatus eſt in omni bona conſcientia coram Deo;* ergo veram coram Deo, non externam tantum juſtitiam coluit: p. 370. qui in omni conſcientia bona converſatur ante Deum, ejus intima cordis pravitate non ſcatent, ſed plane pura ſunt. 4.) Illam concupiſcentiam eſſe peccatum & lege prohiberi, aſſerit hoc loco apoſtolus, de qua v. 15. pronunciat, quod eam non velit, ſed odio proſequatur: v. 17. quod ipſe eam non operetur, id eſt, quod non delectetur ea, ac pleno & deliberato conſenſu eam operetur: v. 18. quæ in carne habitat: v. 23. quæ repugnat legi mentis, & captivat hominem lege peccati, quæ eſt in membris. Atqui hæc omnia non deliberatis, ſed primis concupiſcentiæ motibus conveniunt. 5.) Et quam frequentes æquivocationes in voce *peccati* & *concupiſcentiae* conſtituentur, ſi locum habeat Bellarmini explicatio? Ad quod frigide reſpondetur, æquivocationes non obſcurare, ſed ornare ſententiam; id enim tum demum de æquivocationibus dici poteſt, ſi in laudationibus ad rem ornandam, vel in cohortationibus ad rem amplificandam adhibeantur; ſed ad dogmatum tractationem ineptæ ſunt æquivocationes, niſi prius explicentur. 6.) Non de aliis hominibus, ſed de ſe ipſo apoſtolus pronunciat, quod concupiſcentiam peccatum eſſe non cognoverit, niſi per legem; contrarium ergo inde colligitur, videlicet non de voluntario concupiſcendi actu, (quem in peccatorum numero habendum eſſe non ignoravit apoſtolus) ſed de primis pravæ concupiſcentiæ motibus hoc loco agi. 7.) Chriſtus legem divinam a Phariſaicis corruptelis Matth. V. purgans, oſtendit, non tantum deliberatæ concupiſcentiæ deſideria, ſed etiam primos ejus motus lege prohiberi v. 22. *Quiſquis iraſcitur fratri ſuo temere, obnoxius erit judicio;* ubi nomine iræ comprehendit omnes interiores motus in mente, voluntate & corde non congruentes cum norma quinti præcepti. Matth. V. 28. oſtendit, ſexto præcepto prohiberi omnem concupiſcentiam veneream in mente, corde & voluntate, in ſenſibus, in nutibus, geſtibus, ſermone &c. expreſſe nominat cor, viſum & concupiſcentiam, ſub quibus reliqua comprehendit hebraica *ſynecdoche*, quia in quinto præcepto illos gradus nominatim expoſuerat. Præpoſitio πρὸς non limitat concupiſcentiam cordis ad voluntarium actum; ſed indicat talem intelligi adſpectum, unde cor interius titillatur, & libidine accenditur, vel quando cor libidine æſtuans oculis ſe prodit, & quærit concupiſcentiam oculorum, ut inde libido cordis paſcatur & magis inflammetur, perinde ut 1. Joh. II. 16. concupiſcentia carnis & concupiſcentia oculorum conjunguntur. 8.) Falſum igitur eſt & ἀσύςατον, quod Bellarminus dicit, *non carnis, ſed cordis concupiſcentiam in lege prohiberi;* quia ſcriptura cordis nomine intelligit omnes animæ potentias, & nomine carnis intelligit totum hominem ſub vetuſtate carnis adhuc conſtitutum: ideoque & carnis & cordis concupiſcentiam lex accuſat, quod plenius ex ſequentibus intelligetur, quando demonſtrabimus, quod cum lege Dei: *non concupiſces*, etiam primi concupiſcentiæ motus vere pugnent; hac vice Bellarmini veſtigia ſequemur & argumenta ex VI. VII. & VIII. capp. Rom. deducta ab ipſius corruptelis vindicare pergemus.

Argumenta ex epiſt. ad Romanos.

§. XLII. Argumentum III.) Illam concupiſcentiam peccatum eſſe, & lege prohiberi, apoſtolus aſſerit, per quam & propter quam adhuc *erat carnalis & contra ſuam voluntatem ſub peccatum venundatus*, Rom. VII. 14. Atqui illa eſt concupiſcentia carnis, per quam nondum accedente voluntatis conſenſu, imo contra voluntatem homo peccator conſtituitur, quod patet ex v. 15. *quod odi, illud facio.* v. 16. *quod nolo, illud facio.* v. 19. *non quod volo, bonum, hoc facio.* Ergo etiam concupiſcentia carnis, hoc eſt, primi concupiſcentiæ motus, ſi vel maxime non accedat conſenſus, ſunt peccata, & lege Dei prohibentur. Bellarminus regerit: 1.) *quoſdam ex veteribus*

ſtatuere, quod apoſtolus loquatur non de ſe ipſo & aliis regeneratis, ſed in perſona impiorum, qui ab ipſo peccati fomite in varia flagitia pertrahuntur, interim tamen rationis lumine ea quodammodo agnoſcunt ac deteſtantur. At hoc nimis dilutum, verba & circumſtantiæ textus evidenter refellunt iſtam expoſitionem, quam Auguſtinus contra Pelagianos ſcribens jampridem improbavit, & a ſe primo uſurpatam poſtea retractavit. Stapletonus in antid. ad hunc locum. *Ego carnalis ſum, ait in ſua & hominis regenerati perſona apoſtolus.* Quin & ipſe Bellarminus ei non multum tribuit, præfert enim poſteriorem. Aliter igitur excipit: 2.) *legem non ſervari a juſtificatis, quantum ad finem, hoc eſt, quantum ad perfectionem, quae eſt finis praecepti, ac propterea proprie non eſt in praecepto, licet interim optime ſervetur, quatenus opus eſt ad vitandum peccatum.* Stapletonus in antid. ad v. 16. hoc ita proponit. *Primum concupiſcentiae motum lex prohibet, non per modum obligationis, ſed per modum doctrinae, quia hic eſt finis & perfectio legis, ut omni concupiſcentia prava careamus, quod non impletur in hac vita, ſed in altera.*

An lex quædam prohibeat tantum per modum doctrinæ.

§. XLIII. Mirifica hæc eſt diſtinctio & ipſi ſubjecto diſtinguendo repugnans; legis enim genuina & propria natura eſt, non tantum docere, quid ſit bonum, ſed etiam ad bonum obligare; non docere tantum, quid ſit peccatum, ſed etiam illud prohibere. Audiamus ergo, quibus coloribus eam pingat Bellarminus. *Sciendum eſt*, inquit, *in praeceptis interdum ſignificari ſolum media ad aliquem finem, ut cum dicitur, pugna contra hoſtes, fac medicinam aegroto: haec enim ſunt media, illud ad victoriam, hoc ad ſanitatem. Interdum autem ſignificari ſimul finem & media, ut ſi quis dicat, vince hoſtes, ſana aegrotum: Hic enim non ſimul imperantur pugna & curatio, quae ſunt media, ſed etiam indicatur finis, victoria & ſanitas. Caeterum obligatio praecepti proprie in mediis, quae imperantur, conſiſtit, non in fine; & praevaricator eſt, qui media negligit, non qui finem non aſſequitur. Neque enim peccat, cui dicitur, vince hoſtes,*
vincat, modo viriliter pugnet, neque is
cui dictum eſt, ſana aegrotum, etiamſi
non poſſit, modo curet appoſite ad ſana
finis enim in praecepto indicari poteſt, im
non poteſt. Praeceptum igitur: non co
ſces, *ejus generis eſt, ut ſimul media &*
comprehendat. Media ſunt, reſiſtere co
ſcentiis, eisque nunquam aſſentiri, nu
cedere: atque haec obligant, ut qui non
rit, continuo reus exiſtat: finis eſt, f
concupiſcentias exſtirpare, atque id effici
nullus in carne motus oriatur contra ra
Hunc autem finem lex proponit, ut in
mus, quo ſit nobis Deo juvante tende
non ut rei ſimus, ſi id non faciamus, q
cere in poteſtate noſtra non eſt, & quod
licitatem futurae vitae, non ad obliga
praeſentis pertinet. Sic enim Auguſtin
in epiſt. CC. ad Aſelicum: *Hoc*, inquit,
ſtit dicendo, non concupiſces, *non q*
valeamus, ſed ad quod proficiendo ten
Et lib. I. de nupt. & concup. cap. 29. *I*
boni facit, qui facit quod ſcriptum e
concupiſcentias tuas non eas: *ſed non p*
quia non implet, quod ſcriptum eſt: no
cupiſces. *Ad hoc ergo dicit lex:* non c
ſces, *ut nos in hoc morbo jacere intel*
medicinam gratiae quaereremus, & in
cepto ſciremus, & quo debeamus in hac
litate conari, & quo poſſit a nobis illa
ma immortalitate perveniri. His præmi
jungit Bellarminus talem dicti apoſtolic
phraſin: *Lex ſpiritualis eſt, hoc eſt, ſ*
les omnino requirit, ut perfecte etiam
finem ſervetur: ego vero carnalis ſum,
nondum ſum totus ſpiritualis, qual
poſt reſurrectionem; venundatus ſub p
hoc eſt, redemtionem corporis adhuc exſ
Sic ergo apoſtolus legem ſpiritualem: n
cupiſces, *non omnino perficiebat, qua p*
huc carnalis erat, nec tamen peccabat,
non obliget ad non ſentiendos carnis mot
ad non conſentiendum eis.

§. XLIV. Hanc ipſam diſtinctionem Bellarminus libr. II. de monach. cap. 13. c

obtinere poſſit, legem in hac vita perfecte leri poſſe; ſed reſpondemus confictæ huic dictioni ſequentibus membris. 1.) Bellarmi- ſibi ipſi repugnat. Si cordis tantum, hoc voluntaria non autem carnis concupiſcentia ege: *non concupiſces*, eſt prohibita, (quod reſponſione ad argumentum noſtrum ſecun- aſſeruit Bellarminus) cur hoc loco diſputat, m primos concupiſcentiæ motus, hoc eſt, m carnis concupiſcentiam lege prohiberi? ἀσύςατον eſt dicere, quod lex quædam ibeat per modum obligationis, quædam ve- antum per modum doctrinæ. Omnis enim hibitio eſt obligatio; quicquid ergo lex pro- t, per modum obligationis prohibet: lex docet, ut quid faciendum fugiendumve ſit, ifeſtet, ac proinde non contenta eſt nuda σι, ſed requirit etiam πρᾶξιν; legis forma onſiſtit in obligatione, cum ſua natura ſit dam norma, menſura atque regula; quic- l ergo docet, ad illud etiam obligat. 3.) Nec m ad media, ſed ad ipſum finem lex obli- quocunque modo finis legis accipiatur. *In- us* finis legis eſt perfecta ac omnibus numeris luta rectitudo, juſtitia, & cum Deo arche- conformitas. 1 Tim. I. 5. *Finis praecepti aritas de corde puro, conſcientia bona & fi- on ficta.* Ad hunc finem utique lex obligat, omnia legis mandata ἀνακεφαλαιοῦται in dato de dilectione. Rom. XIII. 8. *Qui pro- um diligit, legem implevit.* v. 9. *Nam non terabis, non occides, non furaberis, non di- falſum teſtimonium, non concupiſces, & ſic eſt aliud mandatum, in hoc verbo ἀνακε- αιοῦται*, velut ſub unum caput redigitur. *ges proximum tuum ſicut te ipſum.* Matth. . 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex to- rde tuo, & in tota anima tua, & in tota e tua.* v. 38. *Hoc eſt maximum & primum datum.* v. 39. *Secundum autem eſt ſimile : diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* . *In his duobus mandatis univerſa lex pen- & prophetae.* Si ad hunc internum fi- lex non obligaret, nullo modo obligaret, omnia reliqua, ad quæ obligat, in hoc uno aritate mandato comprehendantur. Finis legis *externus* eſt conſecutio vitæ æternæ, ad illam itidem lex obligat; ideo enim perfectam obedientiam ab homine requirit, ut per illam conſequatur vitam æternam; obligando igitur ad perfectam obedientiam, etiam ad vitam æternam obligat. Matth. XIX. 17. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Luc. X. 25. Legisperito quærenti, *quid faciendo vitam aeternam conſequi poſſit*, reſpondet Chriſtus. v. 26. *In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?* v. 27. mandatum dilectionis ἀναγινώσκοντι reſpondet v. 28. *Hoc fac & vives.* Proprie igitur loquendo vitam æternam lex promittit, ad conſecutionem vitæ æternæ obligat. 4.) Quare cum mandatum de non concupiſcendo ad internum legis finem pertineat, utique ad ipſum non concupiſcere lex obligat; ἄτερ γραφῆς aſſeritur τὸ non concupiſcere pertinere tantum ad finem, quem lex monſtrat, & non ad media, ad quæ lex obligat, cum pertineat ad perfectam illam juſtitiam, quam lex requirit. 5.) Cujus loci eſt obſervatio illa, quod apoſtolus mandatum de non-concupiſcendo uno eodemque cenſu habet cum mandatis de non-mœchando, de non-occidendo. Rom. XIII. 9. ut ergo lex obligat ad non-mœchandum, ad non-occidendum; ita quoque obligabit ad non-concupiſcendum. Atqui obligat ad non-mœchandum, ad non-occidendum &c. tanquam ad media conſequendi vitam æternam; ergo eodem modo obligabit ad non-concupiſcendum. Omnibus Dei præceptis additur generalis iſta clauſula: *Maledictus, qui non permanſerit in omnibus, quae ſcripta ſunt in libro legis.* Deut. XXVII. 26. Gal. III. 10. quicquid ergo in lege ſcriptum, ſub pœna æternæ maledictionis nos obligat. 6.) Similia, quæ Bellarminus adfert de milite, qui obligatur tantum ad ſtrenue pugnandum, non ad vincendum: de medico; qui obligatur ad adpoſite curandum, non ad ſanandum, ſunt diſſimilia & ab hoc loco aliena. In nullius militis viribus unquam fuit ita pugnare, ut ſemper vincat; in nullius medici viribus unquam fuit, ita curare, ut ſemper ſanet: atqui lex data eſt homini ante lapſum perfectis viribus inſtructo, per quas potuit perfectam illam obedientiam præſtare, ut nec pri-

primos concupiſcentiæ motus ſentiret. Invertimus ergo ſimilia iſta hoc modo. Quemadmodum miles, in cujus viribus eſt vincere, obligatur, ut non ſolum ſtrenue pugnet, ſed etiam vincat: medicus, in cujus viribus eſt ſanare, obligatur, ut non ſolum adpoſite curet, ſed etiam ſanet: ita primus homo per legem obligatus fuit, non ſolum ut poſt concupiſcentias ſuas non iret, ſed etiam ut non concupiſceret. Eadem obligatio adhuc durat: quamvis enim illæ vires per lapſum ſint amiſſæ, tamen legis obligationi inde nihil decedit, quod declarari poteſt exemplo debitoris, qui propria culpa ad extremam paupertatis lineam redactus, ſolvendo non eſt, nihilo tamen minus ad ſolvendum obligatur; quo pertinet dictum Thomæ Aquin. theſi 26. allatum, quod pronunciatum iſtud (*nemo peccat in eo, quod vitare non poteſt*) cum hac limitatione ſit accipiendum; ſi illam impoſſibilitatem non inciderit ſua culpa, perinde ut quis ſponte in foveam ſe præcipitat, ex qua ſuis emergere viribus nequit. 7.) Auguſtini dicta nondum illud probant, quod ex eis Bellarminus exſculpere voluit. Auguſtinus dicit, *nos non poſſe illam legem de non-concupiſcendo in hac vita implere;* Bellarminus vult ex illis demonſtrare, *nos non teneri*, ut præceptum illud impleamus, quæ certe non ſunt ἰσοδυναμοῦντα. Auguſtinus dicit, *in vita aeterna olim perfecte legem illam a nobis implendam*, nuſpiam autem addit, in hac vita nos ad eam non obligari. Imo vero quia Auguſtinus dicit, *ex lege morbum noſtrum cognoſci, & ad quaerendum animae medicum nos ablegari*, utique præſupponit, legis iſtius obligatione nos teneri: ita enim ſcribit epiſt. CC. ad Aſellicum. *Utilitas legis eſt, ut hominem de ſua infirmitate convincat, & gratiae medicinam, quae in Chriſto eſt, implorare compellat.* lib. I. de nupt. & concup. c. 29. dicit, *multum boni a renatis fieri, interim tamen legem ab eis non perfici, hoc eſt, perfecte impleri; quod nulla ſophiſtica everti poterit.*

§. XLV. Sed enim ne in concedendo nimis largus videatur Bellarminus, poſtquam late diſputaverat, etiam primos concupiſcentiæ motus aliquo modo lege Dei prohiberi, ſubjungit, *probabile etiam eſſe, quod alii docent, p* pto: non concupiſces, *non prohiberi ullo motus involuntarios, ſed aſſenſum tantum* des hominum illorum intemperiem, omni gunt & pingunt pro arbitrio, ne genuina ptura ſententia agnoſcatur: modo conc primos concupiſcentiæ motus lege Dei prol mox audies id non ſolum negantem, ſed argumentis evertentem, κεῖται, ὃ κεῖται. modo vero probat, tantum voluntariam & aſſenſu conjunctam pravam concupiſcentia ge Dei prohiberi? 1.) *Ab apoſtolo vocatu lex mentis* Rom. VII. 23. *quia non carn menti data eſt.* Reſp. lex mentis intelligitu penſio hominis per ſpiritum renati ad perf obedientiam legi præſtandam, ut ſuo loco demus: falſum eſt, non carni, ſed ment tum datam legem, imo vero toti homi data eſt, perinde ut originalis juſtitia om virium rectitudo erat. 2.) *Omnia de praecepta intelliguntur de actionibus liberis neque voluntariis. Ergo & hoc praecept non-concupiſcendo.* Reſp. & *antecedens* & ipſa *connexio*. Illud, quia Chriſtus Ma præceptum de non-occidendo ita interpre ut oſtendat, etiam primos ad iram mot prohiberi; hoc, quia quod κατὰ ῥητὸν rum in reliquis præceptis obſcurius, id in præcepto de non-concupiſcendo redditur feſtius, qua de re alibi plura.

§. XLVI. Argumentum IV.) Mens Pau Spiritum renata & lex Dei idem volebant. VII. 16. Si autem quod nolo, illud facio, ſentio legi, quoniam bona eſt; atqui men ſtoli nolebat ſentire motus concupiſcentiæ: etiam legi Dei motus illi repugnabant. Auguſtinus ſerm. V. de verb. apoſt. *Quid o lex?* non concupiſces: *& ego nolo conc re, non implet legem infirmitas mea, ſed laudat voluntas mea.* Bellarminus hic lu eſt, 1.) reperit ſuam diſtinctionem inter bitionem *finis* & *mediorum*, quam excu ſuperius. 2.) Dicit, *conſenſum apoſtoli c ge in eo conſiſtere, non quod rem eandem aut nolint Paulus & lex, ſed quod Paulu aut nolit id, quod lex jubet eum velle, h*

concupiſcentiis reſiſtere. Reſp. non ſolum hoc requirit lex, ut concupiſcentiis reſiſtatur, ſed etiam ut non concupiſcatur; utrumque vult apoſtolus per Spiritum ſanctum regeneratus, ſed quia adhuc ex parte ſub vetuſtate carnis conſtitutus, ideo quod non vult, nec adprobat, illud nihilominus facit, hoc eſt, carnis concupiſcentias ſentit. 3.) *Facilius dici,* aſſerit, *& apoſtoli mentem & legem nolle concupiſcentiam ut objectum, interim apoſtolum concupiſcendo legem non transgredi, cum non voluntarie concupiſcat, perinde ut caedes involuntaria non eſt contra legem.* Reſp. ſi illud ſolum, quod actu voluntarium, eſt transgreſſio legis, tollentur omnia ignorantiæ & infirmitatis peccata: ſi illud ſolum, quod actu voluntarium, eſt peccatum, negabitur in univerſum originale peccatum. De cæde involuntaria dicetur ſuo loco. Adde, quod hæ Bellarmini ſolutiones ſeſe invicem evertant. Si enim primi concupiſcentiæ motus etiam involuntarii lege prohibentur, non poteſt conſenſus ille legis & mentis conſtitui ἐν τῷ reſiſtere concupiſcentiis, & ſic reſponſio ſecunda tollit primam. Viciſſim, ſi mens apoſtoli & lex Dei nolunt concupiſcentiam ut objectum, utique rem eandem nolunt, & ſic reſponſio tertia evertit ſecundam.

§. XLVII. Argumentum V.) Conqueritur apoſtolus, volenti ſibi bonum facere, malum adjacere, Rom. VII. 21. utique ergo concupiſcentia eſt tale malum, quod perfectam legis impletionem excludit, & per conſequens eſt peccatum. Bellarminus primo conqueritur *de obſcuritate hujus loci,* poſtea addit, *ſenſum hunc eſſe: Invenio, legem bonum quoddam eſſe mihi volenti facere, id eſt, volenti bene operari, & ſecundum legem vivere, ideo autem invenio, legem eſſe quoddam bonum, quia malum concupiſcentiae mihi adjacet; dum enim ab una parte malum adjacens incitat ad peccatum, ab altera lex Domini retrahit a peccato, itaque non poſſe* (ait) *ex hoc loco effici, quod lex ſervari non poſſit, aut quod concupiſcentia involuntaria peccatum ſit.* Reſp. quidam verba, *invenio legem,* ſejungunt a ſequentibus, eorumque talem reddunt paraphraſin; ſic mecum comparatum eſt, ita ut lex per conditionem accipiatur. Alii ita explicant: comperior, volenti mihi facere bonum, hanc legem, (ſcilicet impoſitam eſſe) quod mihi malum adjaceat. Ambroſius *legem Moſis* aſſerit *voluntati ſuae dare conſenſum contra peccatum, quod in carne habitat,* quam explicationem ſequitur Auguſtinus lib. I. contra duas epiſtolas Pelagian. c. 10. Theophylactus ita reddit: *Invenio legem faventem volenti mihi quod bonum eſt facere, ſed non facienti, quoniam adjacet mihi malum.* Eraſmus τὸ ὅτι accipit εἰδικῶς hoc ſenſu: *Dum conor parere legi bonae, & vincente cupiditate pertrahor ad malum, ſentio, malum illud in me eſſe, non in lege.* Quicquid ſit, illud malum, de quo apoſtolus conqueritur, quod ſibi adhæreat, dubitari non poteſt, quin ſit concupiſcentia, quæ cum volenti facere bonum adhæreat, & in perfecta boni impletione eum impediat, utique peccatum erit. Nervum argumenti conſtituimus in illa boni ac mali oppoſitione. Bellarminus per malum adjacens intelligit malum pœnæ, ſed oppoſitio boni & mali evidenter oſtendit, malum culpæ hic intelligendum eſſe. Vocabulum *legis* accipimus de lege peccati in membris hærente, juxta expoſitionem v. 23.

§. XLVIII. Argumentum VI.) Quicquid repugnat legi mentis, (per Spiritum regeneratæ) & captivat hominem in lege peccati, illud utique peccatum eſt: at talis eſt concupiſcentia; Rom. VII. 23. ergo eſt peccatum. Bellarminus excipit, *non omne, quod legi repugnat, eſſe peccatum, quod extra controverſiam eſſe pronunciat.* At, o bone, hoc non ſolum controverſum, ſed etiam manifeſte falſum eſt, ſiquidem definiente apoſtolo ἡ ἁμαρτία ἐςὶν ἡ ἀνομία 1 Joh. III. 4. quicquid ergo ἀνομία eſt, illud etiam eſt peccatum, juxta vulgatiſſimum canonem: *cui definitio competit, ei etiam definitum erit tribuendum;* τέλειος γὰρ ὁρισμός ἐςιν ὁ ἀντιςρέφων πρὸς τὸ ὁριςὸν, docente Damaſceno capit. VIII. dialect. Vidit ergo Bellarminus hoc non eſſe extra controverſiam, ideo etiam nititur id probare. 1.) *Peccator repugnat legi, & tamen homo peccator non eſt proprie*

An omne, quod repugnat legi, ſit peccatum?

peccatum. Reſp. miſera vero ſophiſticatio. Peccator repugnat legi, non qua homo, ſed qua peccator. Quicquid ergo in homine repugnat legi, hoc eſt, quicquid recedit a regula legis, cum qua deberet congruere, illud eſt peccatum, intellige *formaliter*; alia enim ratio eſt, ſi illam ἀνομίαν ſumas *materialiter*, ut connotetur ſubjectum, cui ἀνομία & peccatum inhæret. Novit hoc Bellarminus tam exacte, quam ſuos digitos, cum lib. I. de amiſſ. gratiæ & ſtat. peccati capite I. ipſe diſtinguat inter *materiale* peccati, (quod vocat ſubſtantiam, non ſatis commode) & inter *formale* peccati: (quod vocat propriam ejus rationem) *ſubſtantia peccati*, ait, *eſt actio aliqua voluntaria, vel voluntaria actionis omiſſio. Ratio peccati eſt ipſa declinatio & receſſio a regula in illa actione vel ejus omiſſione.* Hæc ibi Bellarminus, cui tamen hoc loco confuſione *materialis* & *formalis* ſophiſticari libuit. 2.) *Lex injuſta repugnat legi juſtae, & lex unius principis legi alterius contraria eſt, neutra tamen proprie peccatum.* Reſp. lex injuſta opponitur legi juſtæ *contradictorie*, peccatum opponitur legi *privative*, hæc non erant confundenda. Leges poſitivas quod attinet, earum alia eſt ratio, quam divinæ legis; illæ enim ratione circumſtantiarum variari poſſunt, hæc vero eſt æterna & immutabilis regula. His præſuppoſitis reſpondet Bellarminus ad argumentum: *Concupiſcentia repugnat legi, non ut actio recedens a regula, cum poſſet & deberet regulae congruere, ſed repugnat, ut lex contraria impellens ad malum, quo modo etiam legi repugnat diabolus & quicquid incitat ad legis transgreſſionem.* Reſp. ſubordinata non ſunt ſibi invicem opponenda; concupiſcentia & peccatum eſt, quia recedit a legis regula, & impellit ad peccatum, quia cum conceperit, peccatum parit. Invertimus igitur ſolutionem Bellarmini. Quemadmodum lex præcipiens mala non ſolum ἀνομίας cauſa, ſed etiam ipſa eſt ἄνομος, (æquivoce enim tantum lex eſt & ſolo nomine talis, quæ mala præcipit) quemadmodum diabolus impellens ad peccatum non ſolum eſt cauſa peccati, ſed etiam ipſemet peccator: ita concupiſcentia carnis non ſolum eſt peccati actualis cauſa, ſed etiam ipſa eſt peccatum. Verba, quæ Bellarminus attexit: *quicquid incitat ad legis transgreſſionem*, inſidioſa ſunt; intelliguntur enim objecta externa, quæ cum ſua natura ac per ſe non incitent ad peccatum, ſed tantum ex *accidenti*, quatenus prava concupiſcentia in homine deliteſcens eis irritatur, non erant huc referenda.

§. XLIX. Argumentum VII.) Quicquid homines in vita ſpirituali coram Deo miſeros reddit, & a quo non niſi per Chriſtum liberantur, illud peccati loco habendum: At concupiſcentiæ competit illud; Ergo & hoc Rom. VII. 24. *Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* v. 25. *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Excipit Bellarminus, *ineptiſſimum eſſe hoc argumentum, cum apoſtolus loquatur de miſeria poenae, & liberationem a corpore mortali expetat.* Reſp. notanter additur in *majore* poſitione noſtri argumenti, illud demum eſſe malum culpæ, quod hominem in vita ſpirituali & coram Deo miſerum reddit, & a quo non niſi Dei gratia per Chriſtum liberatur; hæc omnia malo pœnæ non poſſunt tribui, ut patet. In tribulationibus gloriabatur apoſtolus, Rom. V. 3. ſed propter concupiſcentiam in carne hærentem tam miſerabiliter ejulatur. ταλαιπωρία *ut plurimum* ſumitur de miſeria culpæ. Rom. III. 16. ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Apoc. III. 17. οὐκ οἶδας, ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος καὶ ὁ ἐλεεινὸς καὶ πτωχὸς καὶ τυφλὸς καὶ γυμνὸς, quæ omnia de ſpirituali nuditate, cœcitate & miſeria intelliguntur. Recte dicit Bellarminus, *apoſtolum expetere liberationem a corpore mortali & paſſionibus obnoxio*, ſed addenda etiam erat cauſa, quare eam liberationem apoſtolus expetat? Nimirum quia *corpus propter inhabitans peccatum eſt mortuum*: Rom. VIII. 10. hoc eſt, morti ſubjectum, nec ſolum temporali, ſed etiam æternæ morti obnoxium eſſet, niſi fieret remiſſio peccati propter Chriſtum, ad quam reſpexiſſe apoſtolum ſequens verſiculus docet: *Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum*, & Rom. VIII. 1. cauſam ſubjicit, quare peccatum in carne habitans non reddat pios morti æternæ obnoxios, nimirum quia per fidem ſunt in Chriſto, & per Spiritum

actiones

actiones carnis mortificant: *Nulla damnatio eſt his, qui ſunt in Chriſto, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum.*

§. L. Argumentum VIII.) Qui bonum facit, non autem perficit, nondum perfecte implet legem: atqui apoſtolus de ſe & omnibus renatis teſtatur, quod bonum quidem faciant, non autem perficiant: Rom. VII. 18. *velle mihi adjacet, perficere autem bonum non invenio:* ergo nondum perfecte implent legem, videlicet propter adhærentem concupiſcentiam; & per conſequens concupiſcentia illa legis perfectam impletionem prohibens eſt peccatum. Excipit Bellarminus, *ut quis peccet non faciendo aliquid, requiri, ut debeat & poſſit illud facere, jam vero carne non concupiſcere non eſt in noſtra poteſtate.* Reſp. obligatio legis non æſtimanda ex ſtatu hominis poſt lapſum, ſed ex donis & viribus, quas in primo homine ad legem præſtandam accepimus. Sane per originale peccatum miſeræ huic peccandi neceſſitati (ut Auguſtinus & Bernhardus loquuntur) ſubjecti ſumus, ut non poſſimus non concupiſcere; interim tamen legis rigori ac debito noſtro nihil inde decedit, quod exemplo debitoris ad paupertatem propria culpa redacti ſuperius declaravimus, & ſuo loco in articulo de lege declarabimus uberius.

§. LI. Argumentum IX.) Quicquid eſt inimicitia adverſus Deum & mors, hoc eſt, mortis cauſa, illud eſt peccatum: at *φρόνημα τῆς σαρκὸς eſt inimicitia adverſus Deum;* Rom. VIII. 7. & *mors* v. 6. ergo eſt peccatum. Excipit Bellarminus, *nomine φρονήματος hoc loco intelligi non ipſam concupiſcentiam, ſed curam & ſollicitudinem nimiam providendi ea, quae carni grata & commoda, quam apoſtolus a ſeſe removet:* quo nomine temeritatem noſtram Bellarminus accuſat, quod omnia confundamus, ac miſceamus, & argumenta petamus ex illis locis, quæ nihil ad rem faciunt. Reſp. per τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς intelliguntur adfectus, ſenſus, intelligentia & ſapientia hominum carnalium, qui nondum ſunt regenerati, & adfectus, ſtudia ac cogitationes carnis in ipſis renatis, de quo φρονήματι apoſtolus pronunciat, quod ſit inimicitia adverſus Deum, hoc eſt, quod legi non ſolum non ſubjiciatur, ſed etiam Deo & ipſius legi hoſtiliter adverſetur, ut apoſtolus ſe ipſum explicat. Illud φρόνημα, illum adfectum carnis apoſtolus non omnimode a ſe removet, quia jam ante confeſſus fuerat, ſe nondum totum ſpiritualem, ſed ex parte adhuc carnalem, hoc eſt, ſub carnis vetuſtate conſtitutum aliquatenus adhuc eſſe. Rom. VII. 14. Negat autem ſe in carne eſſe, vel ſecundum carnem ambulare, hoc eſt, illud τῆς σαρκὸς φρόνημα perficere, illi adfectui carnis indulgere, ſe negat; per Spiritum vero illas carnis ἐπιθυμίας ſeſe mortificare adſerit, atque alios renatos ad illud ipſum cohortatur. Gal. V. 24. Quare cum τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς etiam primos concupiſcentiæ motus tanquam certam quandam ſpeciem complectatur, non eſt, quod ab inimicitia illa adverſus Deum & legem Dei pravæ concupiſcentiæ motus liberi pronuncientur.

§. LII. Atque hæc eſt prior claſſis argumentorum ex VI. VII. & VIII. Rom. deſumta, ſuccedat poſterior ex aliis ſcripturæ locis depromta, in cujus ἐργασίᾳ itidem veſtigia Bellarmini ſequemur.

Gen. VI. Cuncta cogitatio cordis tantum mala.

I.) Gen. VI. 5. *Cuncta cogitatio cordis tantum mala omni tempore:* Gen. VIII. 21. *ab adoleſcentia.* Si figmentum cordis humani tantum malum omni tempore, utique etiam concupiſcentia prava a peccati adcuſatione non poterit abſolvi. Excipit Bellarminus, *deſcribi peccatum actuale illorum, qui vixerunt ante diluvium; quod ambulaverint ſecundum carnem, & quae carnis ſunt, tantum cogitaverint.* Ubi etiam pronunciatum tale ponit, quod peccatum originale penitus negat: *pronitas ad malum* (ait) *eſt vulnus ex peccato originali relictum, ſed non eſt proprie peccatum, niſi in actum voluntarium prodeat.* Subſume. *In infantibus pronitas illa nondum erumpit in actum voluntarium. Ergo carent peccato proprie dicto.* Reſp. Moſes ipſum actualium peccatorum fontem hac gnoma monſtrare voluit, qualis ſcilicet ſublato Dei Spiritu humana natura manſerit, videlicet talis, qualis ex ſe & ſua natura eſt poſt lapſum, tota carnalis:

cunque

cuimque Noacho cum ſuis ex arca egreſſo eadem verba repetantur, manifeſtum eſt, non poſſe ad illos ſolos, qui vixerunt ante diluvium, ea referri, ſed in genere concionantur de natura hominum poſt lapſum, qualis in ſe ſit, ſi extra regenerationem ac renovationem Spiritus conſideretur. Hebræa veritas ſic habet Gen. VI. 5. כָּל־יֵצֶר מַחְשְׁבֹת לִבּוֹ רַק רַע כָּל־הַיּוֹם *omne figmentum cogitationum cordis tantum malum omni die.* Verba valde ſunt emphatica: 1.) *Cordis* nomine Spiritus S. in ſcriptura præſertim vet. teſt. non ſolum *adpetentem*, ſed & *rationalem* animæ facultatem intelligit, unde cordi non adfectus ſolum, ſed etiam intellectum ac voluntatem tribuit, quo ſenſu cordis vocem hoc loco accipi, patet ex cogitationibus, quæ cordi tribuuntur, perinde ut Matth. XV. 19. Chriſtus pronunciat, ex corde διαλογισμὺς πονηρὺς ἐξέρχεσθαι. 2.) Huic ergo cordi hominum tribuit Moſes יצר & חשב. Prius vocabulum proprie ſignificat *formare, effigiare, imaginari, cogitare*, ac tribuitur figulo vaſculum aliquod formanti. Poſterius ſignificat *cum intentione animi* cogitare, διαλογίζεσθαι. Exod. XXXV. 32. uſurpatur de artificibus tabernaculi ſingulari induſtria operas ſuas pertexentibus. Ergo duobus hiſce vocabulis comprehenduntur omnes motus ac cogitationes cordis, ſive ſint primi illi ac involuntarii motus, ſive ſingulari induſtria & animi intentione eliciti, perinde ut hæc vocabula eodem ſenſu conjunguntur: 1. Paral. XXVIII. 9. *Omnia corda inquirit Dominus, & omne figmentum cogitationum intelligit.* Unde ipſi Rabbini pravam concupiſcentiam vocare ſolent יֵצֶר הָרַע figmentum malum. 3.) Omnes haſce cordis cogitationes Spiritus S. vocat *malas*, hoc eſt, legi Dei non conformes, ſed peccato infectas, & ad actualia peccata impellentes. Quamvis enim vocabulum רַע uſurpetur quandoque de malo *poenae*, tamen circumſtantiæ hujus loci evidenter oſtendunt, de malo *culpæ* hoc loco accipiendum eſſe, cum in deſcriptione cauſarum diluvii hic verſetur Spiritus ſanctus. 4.) Figmentum cogitationum dicitur רַק *tantum* malum, quod nimis dilute interpres latinus vertit cogitationem cordis eſſe *intentam ad malum;* eſtque particula tum ſionis, tum *extenuationis*, docente Förſte lexico. Senſus igitur erit, quod figmentu gitationum totum ac ſemper malum uſque viſſimum motum. 5.) Malum eſt omni vel ut exponitur Gen. VIII. 21. מִנְּעֻרָיו *ab i tia ejus*, (hominis) Vox נער & de puero infante in ſcriptura uſurpatur: quam ergo mum incipit infantia noſtra, imo quam pri incipiunt dies noſtri, figmentum cogitatic cordis eſt malum. Vides egregiam peccati ginalis (cujus perpetuum & inſeparabile effe eſt prava carnis concupiſcentia) deſcriptic in hoc Moſaico dicto nobis proponi, Polycarpi manuductionem ſecuti hactenus poſuimus.

Pſalm. X ab occulti munda m

§. LIII. II.) Pſalm. XIX. 13. conqueritur pſaltes: *Delicta quis intelligit? ab occultis munda me:* & Pſalm. LI. 12. *Cor mundum ſibi creari petit.* Ergo agnoſcit adhærentes peccatorum ſordes & numerum lictorum ſuam effugere notitiam fatetur. pit Bellarminus, *haec loca nec ad peccatum ginale nec ad concupiſcentiam in renatis ullo do pertinere, cum in juſtificatione peccata o remittantur; cum concupiſcentia non ſit re culta, & cum non ſit orandum pro involu riis concupiſcentiae motibus, docente Augu* epiſt. CC. *loqui ergo Davidem de peccatis v libus & occultis mortalibus.* Reſp. 1.) pecca remittitur non ut non ſit, ſed ut non imp tur, qua de re plura ſuo loco. 2.) Prava concupiſcentia eſt abſconditum cordis pecca & non niſi a renatis per lucem legis divinæ gnoſcitur. Pſalm. XC. 8. noverat David co piſcentias pravas peccata eſſe, ſed quoties v ſos illos motus ſenſerit, ignorare ſe profite quæ duo ſophiſtice confundit Bellarminus. telligunt renati, ſe peccatum habere, ſed ties & quam graviter peccaverint, non int gunt. 3.) Non eſſe orandum pro motibus cupiſcentiæ pravæ etiam involuntariis, nunq perſuadebit nobis Bellarminus, cum Moſes abſcondito peccato, & David de occultis del

conquerantur; Pſalm. XC. 8. XIX. 13. præſertim cum apoſtolus de lege peccati in membris hærente tam miſerabiliter lamentetur Rom. VII. 24. Auguſtini verba hæc ſunt. *Incipit homo ſecundum gratiam in interiori homine renovari, ut mente agat, quod amat, nec carni conſentiat agenti, quod odit, id eſt, ut omnino non concupiſcat, ſed ut poſt concupiſcentias ſuas non eat: quod quidem tam magnum eſt, ut, ſi omni modo fieret, & quamvis inſint, dum ſumus in corpore mortis hujus, deſideria peccati, nulli eorum tamen adhiberemus conſenſum, non eſſet, unde diceremus Patri noſtro, qui eſt in cœlis:* Dimitte nobis debita noſtra &c. Oſtendit Auguſtinus tantum abeſſe, ut legi de non-concupiſcendo perfectam præſtare poſſimus obedientiam, ut etiam pravis concupiſcentiis ſæpius adhibeamus conſenſum, unde quotidie nobis orandum ſit pro debitorum, hoc eſt, quotidianorum etiam actualium peccatorum condonatione. Ex hypotheſi igitur, atque ea quidem in hac vita per naturam impoſſibili, non autem abſolute, pronunciat Auguſtinus, pro remiſſione pravorum concupiſcentiæ motuum non eſſe orandum, quos cum lege prohiberi diſerte ibidem teſtetur, quomodo ſimpliciter & abſolute negare poſſet, pro illorum remiſſione orandum eſſe? Adde, quod alibi diſerte teſtetur Auguſtinus, propter adhærentes defectus & peccati originalis reliquias quotidie orandum eſſe: *Dimitte nobis debita noſtra.* Sic enim ſcribit epiſtola XXIX. *Quamdiu caritas augeri poteſt, profecto illud, quod minus eſt, quam debet, ex vitio eſt, ex quo vitio non eſt juſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet, propter quod vitium ſi dixerimus, quod peccatum non habemus, mendaces ſumus &c. Propter quod etiam, quantumlibet perfecerimus, neceſſarium eſt nobis dicere,* dimitte nobis debita noſtra, *cum jam omnia dicta, facta, cogitata dimiſſa ſunt.* Idem de verb. apoſt. ſerm. II. *Sufficit, inquis, mihi, quod in baptiſmo accepi remiſſionem omnium peccatorum: nunquid quia deleta eſt iniquitas, finita eſt infirmitas? adhuc carnem fragilem portas &c. adhuc utique dicis, donec ſanentur languores tui:* Dimitte nobis debita noſtra.

Ier. XVII. pravum cor hominis.

§. LIV. III.) Jerem. XVII. 9. *Pravum eſt cor hominis & perverſum, quis cognoſcet illud?* v. 10. *Ego Iehovah ſcrutans cor, probans renes:* hic tanta cordis pravitas & perverſitas in homine ſtatuitur, quam ne ipſe quidem ſatis pernoſcere queat, quam eſſe peccatum quis negabit? Excipit Bellarminus 1.) *Cor pravum non eſſe cor inquinatum peccatis, ſed callidum ac difficile, ut penetretur: cum in hebraeo ſit* עָקֹב quod LXX. reddiderunt *βαθεῖαν καρδίαν.* Reſp. metuendum erit Bellarmino fulmen concilii Tridentini, ſi a verſione vulgata diſcedere voluit, quæ tamen hoc loco non eſt incommoda. עָקֹב deductum eſt *a planta* ſeu *calcaneo,* deſcribitur ergo cordis humani pravitas, metaphora ducta a via, quæ aſſidue calcatur, atque ex eo redditur non ſolum calloſa, aſpera & dura, ſed etiam calcando pervertitur. Hieronymus reddit *pravum;* Targum & Rabbini, *vafrum ac fraudulentum.* Münſterus *perverſum,* perinde ut Ezech. XXXVI. 26. dicitur *cor lapideum,* & Rom. II. 5. vocatur *σκληρότης καρδίας,* Marc. XVI. 14. Rom. XI. 25. Eph. IV. 18. vocatur *πώρωσις,* quaſi dicas, calloſitas cordis. Conqueritur igitur propheta, hominem quidem fuiſſe ab initio rectum a Deo creatum, ſed per peccatum rectitudine illa privatum, & in ejus locum cordis pravitatem ſucceſſiſſe. Deinde cor hominis dicit eſſe אָנֻשׁ *miſerum,* Tremellius & Junius *mortiferum,* Münſterus *praefractum & deſperatum,* ut ſignificetur, malum hoc eſſe inſanabile & morbum deſperatæ curationis, Jer. XV. 18. *plaga mea facta eſt incurabilis,* Mich. I. 9. *deſperata eſt plaga ejus. Eſt igitur* (interprete Chemnitio in locis p. 574.) *triſtiſſima deſcriptio corruptionis originalis, quod ſit deſperatae curationis, nec per naturam, nec per medicinam, nec per ulla opera ſanabilis, nec poſſit aboleri, niſi per mortem abſorptum fuerit, quod eſt mortale,* 1. Cor. XV. 53. Denique dicitur cor pravum eſſe מִכֹּל *ſuper omnia,* & quidem plus quam ſciri vel cogitari poſſit, unde Symmachus reddit *ἀνεξερεύνητον* & quidem ſu-

per omnia ita pravum ac perverſum, ut nemo præter Deum καρδιογνώςην illam perverſitatem ſatis intelligat. Vanum ergo eſt, quod Bellarminus negat, deſcribi hic cor inquinatum peccatis, ſed tantum callidum ac difficile, ut penetretur. Atqui illa calliditas ad malum, ac durities illa cordis, an non ſunt vere pravitas & peccatum? 2.) Dicit, *pronitatem ad malum hic cordi tantum tribui, quae proprie non ſit peccatum.* Reſp. profunda illa cordis pravitas & prona ad malum inclinatio quomodo non erit peccatum, cum ſit quaſi ſemen peccatorum omnium, quæ omnia potentia in ſe complectitur? rivuli venenati de veneno fontis teſtantur. 3.) Denique addit, *loqui prophetam de impiis, quorum cor vere pravum & immundum, cum contra de renatis dicatur, quod* ſint mundi corde: Matth. V. *quod* fide corda ipſorum purificata: Act. XV. *& finis legis dicitur* caritas de corde puro: 1. Tim. I. Reſp. contextus propheticæ concionis manifeſte oſtendit, non tantum de manifeſte ſceleratis & profligatæ impietatis hominibus, ſed in genere de omnibus prophetam loqui. v. 5. dicit, *maledictus, qui confidit in homine,* v. 7. *benedictus, qui confidit in Domino,* v. 9. & 10. ſubjicit, tam pravum & inſcrutabile eſſe cor hominis, ut non velit videri, quaſi Deo non confidat, ſed Deum ſcrutari cor, & renes probare: quin & ſe ipſum huic deſcriptioni includit, v. 14. *ſana me Domine, & ſanabor, ſalvum me fac, & ſalvus ero.* Deſcribitur igitur cor humanum, quale ſit ſua natura ex ipſa origine, vel priusquam per Spiritum regeneretur & mundetur, vel ubi amiſſo Spiritu ſibi relinquitur, vel ſi per ſe extra renovationem Spiritus in ipſis renatis conſideretur. Quamvis enim fide purificentur renatorum corda, hoc eſt, quamvis perfecta mundities Chriſti per fidem renatis imputetur; quamvis etiam Spiritus ſanctus per renovationem corda renatorum purificet, mundet ac ſanet: tamen illa renovatio, illa purificatio ac ſanatio in hac vita nunquam ita perfecta eſt, ut non oporteat eam quotidie augeri atque perfici. Inde eſt, quod diſcipulis Chriſti (qui utique erant per Spiritum ſanctum renati ac renovati) tribuitur adhuc quædam πώρωσις καρδίας. Marc. XVI. 14. & βραδύτης τῦ πιςεύειν, Luc. XXIV. 25. & in genere omnes renati, quamvis ſint mundi ac ſancti, tamen jubentur *ſe mundare ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, ac perficere ſanctificationem:* 2. Cor. VII. 1. ſunt & dicuntur azymi, ac nihilominus jubentur *expurgare vetus fermentum,* 1. Cor. V. 7. ſunt per Spiritum Dei renovati, nihilo tamen minus jubentur *ſe renovare ſpiritu mentis* Eph. IV. 23. *& induere novum hominem, qui ſecundum Deum creatus.* v. 24.

Matth. V. Dimitte nobis debita noſtra.

§. LV. IV.) Oratio dominica concludit omnes ſub peccato. Qui enim petit nomen Dei ſanctificari, regnum Dei advenire, & voluntatem Dei impleri, is eo ipſo fatetur, ſe nondum plene facere Dei voluntatem, nomen Dei adhuc in ſe ex parte pollui, & ſe propter peccatum ex parte ſervum diaboli confitetur. Argumentum eſt Lutheri in aſſert. art. II. tom. II. oper. latin. f. 297. Excipit Bellarminus, *inaniſſimam hanc objectionem eſſe, cum juxta Cyprianum perſeverantiam tantum in ſanctificatione & regnum gloriae haec oratio reſpiciat, & ad infideles hoc proprie ſpectet, quod voluntatem Dei impleri petimus:* urget etiam hoc, quod *Chriſtus Matth. XXVI. fieri voluntatem Dei petat.* Reſp. quicunque ita petit nomen Dei ſanctificari, regnum Dei advenire, & voluntatem Dei impleri, ut ſimul debita ſua ſibi dimitti petat, is eo ipſo fatetur, ſe non plene & ex omni parte Dei nomen ſanctificare & voluntatem ipſius implere: atqui omnes renati ita orant Dei nomen ſanctificari &c. Allegat Bellarminus Cypriani expoſitionem, eam ergo audiat. *Petimus & rogamus,* (ait Cyprianus in expoſ. orat. domin.) *ut qui in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo, quod eſſe cœpimus, perſeveremus, & hoc quotidie deprecamur. Opus eſt enim nobis quotidiana ſanctificatione,* (hoc Bellarminus omiſit) *ut qui quotidie delinquimus, delicta noſtra ſanctificatione aſſidua repurgemus.* Et poſtea: *Continua oratione & prece opus eſt, ne excidamus e regno cœleſti, ſicut Iudaei, quibus hoc promiſſum prius fuerat, exciderunt &c.*

Roga-

Rogamus, ut faciamus, quod Deus vult; quia nobis a diabolo obſiſtitur, quo minus per omnia noſter animus atque actus Deo obſequatur: oramus & petimus, ut fiat in nobis voluntas Dei, quae ut fiat in nobis, opus eſt Dei voluntate, id eſt, ope ejus & protectione, quia nemo ſuis viribus fortis eſt, ſed Dei indulgentia & miſericordia tutus eſt. Et poſtea: *Fieri petimus voluntatem Dei, ut in cœlo ita & terra, quod utrumque ad conſummationem noſtrae voluntatis pertinet & ſalutis. Nam cum corpus e terra, & ſpiritum poſſideamus e cœlo, ipſi terra & cœlum ſumus & in utroque, id eſt, corpore & ſpiritu, ut Dei voluntas fiat, oramus. Eſt enim inter carnem & ſpiritum colluctatio & diſcordantibus adverſus ſe invicem quotidiana congreſſio, ut non, quae volumus, ipſa faciamus, dum ſpiritus cœleſtia & divina quaerit, caro terrena & ſecularia concupiſcit, & ideo petimus impenſe, inter duo iſta ope & auxilio Dei concordiam fieri, ut dum & ſpiritu & carne voluntas Dei geritur, quae per eum tentata eſt, anima ſervetur. Denique quam neceſſe, quam providenter & ſalubriter admonemur, quod peccatores ſumus, qui pro peccatis rogare compellimur, ut dum indulgentia de Deo petitur, conſcientiae ſuae animus recordetur, ne quis ſibi quaſi innocens placeat, & ſe extollendo plus pereat, inſtruitur & docetur peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis jubetur orare.* Hæc omnia Cyprianus, quæ Lutheri argumentum ex oratione dominica deductum mirifice comprobant. Conjunge pulcerrimam expoſitionem Hieronymi Savanarolæ, quam in hanc dominicam orationem ſcripſit.

Luc. X. Vulneratus ſanatur paulatim.

§. LVI. V.) Chriſtus Matth. XIII. & Luc. X. in parabolis oſtendit, non continuo liberari hominem ab omni peccato, ſed paulatim, ac per hoc ſemper aliquid peccati purgandum remanere. Excipit Bellarminus, *ſcripturam, quando docet, hominem paulatim curari & proficere, non loqui de peccatorum remiſſione, ſed de curatione languoris ex peccato relicti.* Reſp. at ille languor naturæ, illa prava concupiſcentia eſt morbus quidam animæ, utique ergo peccatum. Languor ille eſt privatio ſanitatis ineſſe debitæ, illa ſanitas animæ erat rectitudo, integritas & plena cum lege conformitas; qualis ergo morbus, quale malum ſit iſte languor, ex oppoſito habitu rectiſſime cognoſci poteſt. Morbus corporis eſt tantum malum *pœnae.* Videatur Auguſtinus ſerm. II. de verb. apoſtoli.

Joh. XV. Palmes ferens fructum purgatur.

§. LVII. VI.) Chriſtus Joh. XV. 2. dicit, *diſcipulos eſſe purgandos*, quos tamen dixerat *eſſe mundos;* Joh. XIII. 10. ergo mundities inhærens in hac vita non eſt perfecta. Excipit Bellarminus, *purgationem in juſtificatis neceſſariam eſſe propter peccata actualia, quae quotidie ſubrepunt, non propter originale, quod perfecte remittitur in baptiſmo.* Reſp. imo vero peccata illa quotidiana ſunt fructus originalis corruptionis & de ea apertum ferunt teſtimonium. Remittitur quidem perfecte in baptiſmo peccatum originis, interim tamen non ita tollitur, ut nihil omnino de eo in carne reliquum maneat, c. per baptiſmum de conſecrat. diſt. IV. *Peccatum remittitur in baptiſmo non ut non ſit, ſed ut non imputetur*, ex lib. I. Auguſt. de nupt. & concup. c. 34. qua de re in articulo de baptiſmo uberius agemus. Auguſtinus tract. LXXX, in Joh. *Quis eſt in hac vita ſic mundus, ut non ſit magis magisque mundandus? ubi ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt; ſi autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Ergo propter inhabitans peccatum, mundities nondum eſt perfecta & numeris omnibus abſoluta. Hilarius in capite VII. Matth. *Ipſis apoſtolis verbo licet jam fidei emendatis atque ſanctificatis, non deeſſe tamen malitiam per conditionem communis nobis originis, docuit Dominus dicens: ſi vos cum ſitis mali, noſtis bona dare filiis veſtris &c.* quæ verba Hilarii allegat Auguſtinus libr. II. contra Julian. Ergo propter conditionem

nem communis originis, hoc eſt, propter reliquias peccati originalis apoſtoli ex parte adhuc erant mali atque immundi.

Gal. V. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum.

§. LVIII. VII.) Gal. V. 17. *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum.* Si in renatis adhuc caro concupiſcit adverſus ſpiritum, utique peccatum in ipſorum carne adhuc habitat. Excipit Bellarminus, *concupiſcentiam illam non eſſe proprie peccatum, dum ei ſpiritus reluctatur, cum non ſit niſi in carne, quae ſedes peccati eſſe non poſſit.* Reſp. Bellarminus & ſibi ipſi & textui apoſtolico manifeſte contradicit: lib. V. de amiſſ. grat. & ſtatu pecc. cap. 7. in reſp. ad arg. 2. ſic ſcribit: *In multis locis divinae ſcripturae ſine dubio per carnem intelliguntur omnes potentiae tum inferiores, tum ſuperiores per peccatum corruptae: unde etiam videmus ad Galatas V. inter opera carnis haereſes numerari* &c. Quibus diſerte hoc loco contradicit, *carnis* nomine ſolum corpus intelligens, quod proprie peccati ſedes eſſe nequeat, cum peccatum non in carne, ſed in mente quaeri debeat. Tria ergo falſa breviſſimis hiſce verbis complectitur Bellarminus: 1.) Concupiſcentiam carnis non eſſe peccatum, cum ei ſpiritus reluctatur. 2.) Concupiſcentiam pravam non eſſe in *mente*, ſed tantum in *carne*, cum diſertiſſime talia παθήματα carni hoc loco apoſtolus tribuat, quae non niſi menti conveniunt. 3.) Carnem non eſſe peccati ſedem, cum tamen originalis juſtitia, cujus defectus eſt peccatum, in toto homine ſedem habuerit: jam vero privatio & habitus ſunt in eodem ſubjecto; qua de re plura dicemus inferius, quando Bellarmini argumenta examinabimus. Rectius Stapletonus in antid. Rom. VII. 17. pag. 394. *Caro vel ipſum inferiorem & carnalem adpetitum, qui menti & ſuperiori rationi repugnat, vel carnalem aliquem & inordinatum adfectum in ipſa mente ac ſuperiori ratione ſignificare poſſe videtur.* Imo ipſemet Bellarminus c. 15. hujus libri rectius ſentit. *Negandum non eſt,* (inquit) *etiam in parte ſuperiore ſimile vitium* (pravae concupiſcentiae) *inveniri. Nam ea quoque animae pars prona eſt ad concupiſcendos honores, inanem gloriam & alias vanitates, & etiamſi nolimus, interdum parit ejusmodi deſideria. Quocirca Paulus* (Nota) *cum dixiſſet* Galat. V. carnem concupiſcere adverſus ſpiritum, *ſtatim enumerans opera carnis, nominavit non ſolum fornicationem, ebrietatem & alia id genus, ſed etiam idololatriam, haereſes, inimicitias* &c. quod diligenter notavit Auguſtinus lib. XIV. de civ. Dei c. 2. 3. & 4. ubi demonſtrat, *carnem interdum ſumi pro toto homine, qualis eſt ſine gratia Dei poſt lapſum Adae* &c. *Itaque concupiſcentiae vitium licet praecipue in ſenſualitate, tamen etiam in mente ſedem habet; Auguſtinus autem in libris contra Pelagianos ideo pene ubique loquitur de vitio ſenſualitatis, quia in ſenſualitate magis hoc vitium ſe prodit, non quod ignoraret etiam in mente locum habere.* Haec Bellarminus ſua caedens vineta, ut prolixiori reſponſo non ſit opus.

Ephеſ. IV. Renati jubentur renovari ſpiritu mentis ſuae.

§. LIX. VIII.) Renati jubentur *renovari ſpiritu mentis ſuae;* Eph. IV. 23. ergo ex parte adhuc ſub peccato & carnis vetuſtate ſunt. Bellarminus excipit, *vetuſtatem accipiendam eſſe pro malis ex peccato relictis, non autem pro peccato originis, cum* Auguſtinus lib. VI. cont. Julian. c. 5. *diſerte dicat, quod gratia perfecte hominem novum faciat.* Reſp. malum illud, ex primo primorum parentum peccato in nobis relictum, eſt ipſum originale peccatum, cujus reliquiae etiam in renatis manent, retenta originis ſuae natura. Finge per vetuſtatem carnis intelligi tantum mala poenae ex primo Adae peccato orta & in nos propagata; an non re-ipſa originale peccatum negabis. Auguſtinus l. d. perfecte hominem renovari dicit, ſed diſerte ſe ipſum explicat, quantum attinet ad liberationem ab omnibus omnino peccatis, non quantum ad liberationem ab omnibus malis; quod quo ſenſu velit accipi, ibidem uberius declarat. *Cur caro* (inquit) *conteritur a fidelibus, ſi nihil remanſit in baptiſmo, quod adverſus ſpiritum concupiſcat? cur conteritur a ſe ipſo templum Dei, ſi nihil ibi eſt, quod reſiſtat Spiritui Dei? Non autem tantum ineſſet, verum &*

gra-

graviter obeſſet, niſi reatus, qui nos obſtrinxerat, per remiſſionem peccatorum ſolutus eſſet. Et poſtea: *Quis autem ita ſit imprudens atque impudens, ita procax, pertinax, pervicax, ita poſtremo inſanus & demens, qui cum peccata mala eſſe fateatur, neget eſſe malam concupiſcentiam peccatorum, etiamſi adverſus eam concupiſcente ſpiritu peccata concipere ac parere non ſinatur.* (quale vero malum eſt? attende Bellarmine.) *Tale porro ac tam magnum malum, tantum quia ineſt, quomodo non teneret in morte, & pertraheret in ultimam mortem, niſi & ejus vinculum in illa, quae ſit in baptiſmo, remiſſione peccatorum omnium ſolveretur* &c. Idem libr. II. de meritis & remiſſ. peccatorum cap. VII. *Si in ipſo animo, qui eſt homo interior, perfecta in baptiſmo novitas fieret, non diceret apoſtolus:* Etſi exterior homo noſter corrumpitur, tamen interior renovatur de die in diem. *Profecto enim qui de die in diem renovatur, adhuc nondum totus eſt renovatus, & in quantum nondum renovatus, in tantum adhuc ſub vetuſtate eſt; & propter reliquias iſtius vetuſtatis,* dicit ibidem Auguſtinus, *ipſis etiam renatis ingemiſcendum: Si dixerimus, peccatum nos non habere* &c. Maneat ergo firmum fixum, vetuſtatem illam carnis, quæ adhuc in renatis ex parte reliqua eſt, non tantum malum *pœnae*, ſed etiam malum *culpae* eſſe: neque enim per regenerationem hominis deſinit vel omnino eſſe, vel eſſe id, quod ante regenerationem erat, ſed actu hominem reum facere deſinit. Vetuſtas illa carnis vocatur alibi *vetus homo*, Rom. VI. 6. ac tribuuntur ei ἐπιθυμίαι τῆς ἀπάτης: Eph. IV. 22. vocatur etiam *fermentum vetus, cui malitia ac nequitia tribuitur*, 1 Cor. V. 8. quæ omnia evidenter oſtendunt, illam vetuſtatem non tantum *pœnae*, ſed & *culpae* malum eſſe. 2.) Aliter igitur excipit Bellarminus, *vetuſtatem intelligendam eſſe de peccatis actualibus & malis habitibus inde contractis, quo ſenſu* Col. III. 9. *jubentur renati* expoliare veterem hominem cum ſuis actibus, & Eph. IV. 22. *jubentur* deponere ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem, *quod poſtea exponitur, deponendum eſſe mendacium.* Reſp. in his & ſimilibus dictis oſtenditur, qua ratione vetus homo deponi poſſit & debeat, nimirum pravis concupiſcentiis reſiſtendo, easque mortificando; nequaquam vero docetur, quod nomine veteris hominis tantum actualia peccata ſint intelligenda, ſiquidem mandatum illud de veteri homine exuendo, ac ſpiritu mentis renovando eſt perpetuum, nec ullum datur tempus in hac vita, quo renati iſtis cohortationibus non indigeant, quod evidenter arguit, per *veterem hominem* (qui alibi vocatur caro, vetus Adam, concupiſcentia carnis &c.) habituale aliquid perpetuo inhærens intelligi. Auguſtinus lib. XIV. de Trin. c. 17. *Iſta renovatio* (de qua ex Eph. IV. & Col. III. in præced. cap. diſſeruerat) *non momento uno ſit ipſius converſionis, ſicut momento uno ſit illa in baptiſmo renovatio remiſſione omnium peccatorum, ſed prima curatio eſt cauſam removere languoris, quod per omnium ſit indulgentiam peccatorum; ſecunda ipſum ſanare languorem, quod ſit paulatim proficiendo in renovatione hujus imaginis &c.*

Coloſſ. III. Mortificate membra ſuper terram.

§. LX. IX.) Renati jubentur mortificare membra veteris Adami, Col. III. 5. *Mortificate membra veſtra, quae ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiem, libidinem, concupiſcentiam malam & avaritiam.* Utique ergo peccatum adhuc in ipſorum carne habitat. Excipit Bellarminus, *per membra ſuper terram intelligi pravam concupiſcentiam, quae* Rom. VII. 23. *vocatur* lex membrorum, *haec ita mortificanda eſt, ne adſenſus ei praebeatur.* Reſp. rectiſſime, quid vero aliud inde ſequetur, quam in renatis adhuc de veteri homine aliquid ſupereſſe, quod mortificandum ſit & crucifigendum? Quemadmodum igitur Rom. VI. 6. corpus peccati jubetur deſtrui, ut non ſerviamus peccato, ita hoc loco membra ſuper terram jubentur mortificari, hoc eſt, pravis carnis adfectibus reſiſtendum eſt omni animi impetu, nec permittendum, ut regnet peccatum in nobis. Utique ergo peccatum in carne hæret, utique membra veteris hominis in renatis adhuc ſeſe movent. Auguſtinus lib. VI. contra Julian. cap. 5. *Quomodo* (renatus) *obtemperat* apo-

apoſtolo dicenti: Mortificate fornicationem, *niſi cum deſideria ejus, quibus non conſentit, expugnat, quae in benefacientibus & omnino non fornicantibus, nec conſenſione, nec opere, etſi non deſunt, tamen quotidie minuuntur.* Hæc deſideria peccata eſſe, ibidem multis oſtendit.

Hebr. XII. Deponite circumſtans peccatum.

§. LXI. X.) Hebr. XII. 1. jubentur renati deponere circumſtans peccatum, utique ergo peccatum in ipſorum carne habitat. Excipit Bellarminus *per circumſtans peccatum non poſſe intelligi pravam concupiſcentiam, quippe quae non poſſit deponi, ſed intelligi aliquod extrinſecum, videlicet occaſiones & pericula peccati, ſive ipſa peccata, quae nobis undique inſidiantur, ea dicuntur εὐπερίστατα, quia facile circumdant & obſident, ac opponuntur circumpoſitae nubi ſanctorum exemplorum.* Reſp. περίστασις juxta Varinum ſignificat θλίψιν πανταχόθεν εἰς ἀδημονίαν εἰσάγουσαν, mala, quæ undique ingruunt: ergo εὐπερίστατος ἁμαρτία eſt peccatum illud, quod omnes vires, omnia membra, adeoque totum hominem occupavit, ac proinde recte redditur ab Eraſmo peccatum tenaciter inhærens: particula εὖ uſurpatur *ἀντὶ τοῦ ἰσχυρῶς valide ac fortiter.* Alii vertunt ad circumcingendos nos proclive, quod itidem naturam peccati originalis explicat; ſemper enim nos captivare ac ſubjugare nititur, niſi viriliter reſiſtamus, ideo apoſtolus 1.) vocat ὄγκον onus ſeu gravamen, quia gravat naturam hominis ad Dei imaginem conditi, gravat etiam ac remoratur actiones, ad malum proclives, ad bonum tardos nos reddens. 2.) Docet, cum hoc peccato decertandum eſſe, ſiquidem lex peccati in membris repugnat legi mentis in renatis, & captivat eos (captivare nititur) Rom. VII. 23. 3.) Vocat εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, quod omnes vires ac facultates hominis invaſerit, iisdemque tenaciſſime inhæreat. Hoc peccatum apoſtolus jubet deponere, quantum ad ſtudium, conatum & deſiderium renatorum attinet, quamvis quoad actum in hac vita nunquam perfecte deponi poſſit, perinde ut veterem hominem exuere & deponere alibi jubemur, Eph. IV. 22. Col. III. 9. quod tamen in hac vita nunquam perfecte a nobis fieri poteſt. Bellarminus dicit, *per circumſtans peccatum intelligi ſine dubio aliquid extrinſecum, & tamen paulo poſt addit intrinſecas tentationes hoc nomine intelligi* (niſi forte ſphalma typographicum ſubſit) ſecutus Thomam Aquinatem *occaſiones & pericula peccandi hoc loco denotari* ſcribit, quæ tamen proprie non dicuntur deponi, cum illud ſolum deponatur, quod oneris inſtar nos gravat ac premit.

Jac. I. Ut ſimus initium aliquod creaturæ ejus.

§. LXII. XI.) Jacob. I. 18. *Genuit nos Deus verbo veritatis, ut eſſemus initium aliquod creaturae ejus.* Ergo nondum ſumus perfecte nova creatura, ſed reliquiæ peccati in hac vita manent in carne noſtra. Excipit Bellarminus 1.) *Lutherum imperite philoſophari, quod ideo dicamur initium, quia imperfecte juſtificemur, & ſemper aliqua ex parte peccatum in nobis maneat.* Reſp. evidens hæc eſt calumnia; nuſpiam dicit Lutherus, nos imperfecte juſtificari, ſed inhærentem juſtitiam noſtram dicit imperfectam eſſe propter adhærens peccatum. 2.) *Vocem ἀπαρχὴν non ſignificare initium, ſed primarium ac praecipuum, proinde Jacobum hoc velle, quod ſancti ſint primitiae, id eſt, pars perfectiſſima creaturae.* Reſp. anathemati Tridentino obnoxium ſeſe Bellarminus reddit, diſcedens a vulgata verſione. Conjungimus nos huic loco Rom. VIII. 23. *ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, renati accipiunt primitias Spiritus ſancti,* non perfectam plenitudinem, ſed primitias tantum. Ergo ſanctitas ipſorum in hac vita non eſt perfecta; (intellige ſanctitatem inhærentem) Rom. XI. 16. Nomine ἀπαρχῆς intelliguntur primitiæ juxta Leviticam legem ad totius maſſæ ſanctificationem oblatæ. Rom. XVI. 5. 1 Cor. XVI. 15. Epænetus dicitur primitiæ Achaiæ, quia primus ex Achæis ad Chriſtum converſus, ubi non habet locum explicatio de præcipua ac digniore parte. 3.) *Ex ſententia Lutheri ſequi, quod Chriſtus inchoate tantum, non perfecte reſurrexerit, cum dicatur primitiae reſurgentium,* 1 Cor. XV. 20.

XV. 20. Reſp. Chriſtus non dicitur primitiæ reſurgentium, quia præcipuus eſt inter eos, qui reſurrexerunt, (quod tamen veriſſimum eſt) ſed ratione *ordinis, cauſae, virtutis* atque *meriti*, quod enim alii reſurgunt, id Chriſti reſurrectioni acceptum ferendum, vox ἀπαρχῆς reſpicit ad legem Moſaicam de oblatione primitiarum, qua tota reliqua maſſa ſanctificabatur. Hoc ergo vult apoſtolus: ſi Chriſtus tanquam primitiæ mortem evitavit, certe nec reliqua maſſa Chriſto inſita morti ac corruptioni ſemper erit obnoxia, ſed tanquam grati Deo fructus ad exemplum primitiarum in vitæ æternæ horrea colligentur; ita ſe ipſe exponit apoſtolus v. 23. *Unusquisque in ſuo ordine, primitiae Chriſtus, deinde ii, qui ſunt Chriſti in adventu ejus.*

1 Joh. I. Si dixerimus, nos non habere peccatum &c.

§. LXIII. XII.) 1 Joh. I. 8. *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Ergo in omnibus renatis adhuc hæret peccatum, licet remiſſum & mortificatum. Excipit Bellarminus 1.) *loqui Johannem de peccatis actualibus minutis ac quotidianis.* Reſp. loquitur de utrisque, tum de reliquiis peccati originalis, tum de quotidianis delictis infirmitatis, quæ ſunt fructus atque *γεννήματα* originalis. Notanter dicit, renatos ἔχειν, *habere* peccatum: ergo proprie loquitur de peccato, ut ita dicam, ἑκτικῷ, habituali & perpetuo renatis inhærente, etiam tum, quando actualium delictorum ſibi non ſunt conſcii. Auguſtinus hanc ſententiam non ſolum ad actualia peccata, ſed etiam ad peccati originalis reliquias in renatis diſerte accommodat epiſt. XXIX. ad Hieronymum. *Quis ſine aliquo peccato? quis ſine aliquo vitio, id eſt, fomite quodam vel quaſi ſine radice peccati, cum clamet, qui ſupra pectus Domini recumbebat:* Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus. libro IV. contra duas epiſt. Pelag. cap. 10. tract. XLI. in Joh. &c. 2.) Addit Bellarminus, *poſſe fieri, ut ſaltem ad breve tempus careat aliquis omni peccato, etiam veniali, & tamen quia vere dicit* Job, cap. IX. Si juſtus fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea; *ideo de ſe ipſo nemo adfirmare poteſt, ſe non habere peccatum, quare recte Johannes non ait: ſi dixerimus, aliquem non habere peccatum, ſed* ſi dixerimus, quia nos non habemus peccatum. Reſp. omni tempore & de omnibus omnino ſanctis veriſſima eſt illa apoſtolica ſententia: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.* Unde alibi in genere pronunciat ſcriptura, quod *nemo coram Deo ſit innocens*, quod *nemo poſſit gloriari de munditie cordis ſui*, quod omnes cogantur precari: *Domine, dimitte nobis debita noſtra* &c. Pelagianam illam ſententiam, quod quidam ab hoc univerſali pronunciato apoſtolico ſint excepti, toties ac tam graviter damnat Auguſtinus in libris contra Julianum, contra duas epiſtolas Pelagianorum & alibi paſſim, ut mirum videatur, eam iterum in eccleſiæ proſcenium a Bellarmino adduci. Pelagianum etiam hoc eſt, quod magis ex humilitate, quam ex veritate, confitendum ſit, nos peccatum habere, qua de re ſic ſcribit Auguſtinus libr. de nat. & grat. cap. XXXIV. *Johannes propterea addit*, & veritas in nobis non eſt, *cum forte ſufficeret dicere, nos ipſos decipimus, niſi attenderet, quosdam putare dictum, nos ipſos decipimus, quia etiam de vero bono, qui ſe laudat, extollitur. Attende itaque*, & veritas in nobis non eſt, *manifeſte oſtendit, hoc omnino verum non eſſe*: ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, *ne humilitas conſtituta in parte falſitatis, perdat præmium veritatis.* c. XXXVI. *Si omnes ſanctos & ſanctas, cum hic viverent, congregare poſſemus & interrogare, utrum eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſponſuros putamus? utrum hoc, quod iſte* (Pelagius) *dicit, an quod Johannes apoſtolus? Rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſent, una voce clamaſſent:* ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus *&c. An illud humilius reſponderent forte, quam verius? Sed huic jam placet & recte placet, laudem humilitatis in parte non ponere falſitatis. Itaque hoc ſi verum dicerent, haberent peccatum, quod humiliter fatentur, quia veritas in eis eſſet. Si au-*

tem

[illegible] *nihilominus haberent peccatum, [illegible] in eis non esset.* Dictum [illegible] a Bellarmino, cuius genui[illegible]: tantis me Deus opprimit ter[illegible] ut etiam ea, quae pro defensione justi[illegible] possunt adferri, non veniant mihi in mentem. 4.) Denique [illegible] Bellarminus, *Chemnitium in eo [illegible] se praebere, quod [illegible] infantes & dormientes [illegible] de iis tantum [illegible], hoc est, qui [illegible].* Resp. imo [illegible] est, negans, univer[illegible]atum etiam ad infantes [illegible], ex quo promte sequi[illegible] renatos nondum adultos [illegible], se non habere pecca[illegible] adultos sæpius esse sine [illegible] quando dormiunt, nec ma[illegible] actuali peccato, & quando concu[illegible], aut quando ipsi ita resistitur, [illegible] ut consensum nondum rapiat. [illegible] Augustinus omnium sanctorum hanc esse [illegible]. Apostolus a renatis adultis [illegible] ut profiteantur se habere peccatum, [illegible] non negat, etiam illos habere pecca[illegible], qui usu rationis & sermonis destituti illud [illegible] possunt profiteri.

§. LXIV. Accedimus ad testimonia antiquitatis. Quamvis vero multa veterum dicta huc referri possent, videlicet ea, in quibus docent, in renatis adhuc peccatum habitare, legem Dei non posse in hac vita perfecte a nobis impleri, bona opera non esse omnibus numeris perfecta & absoluta, neminem esse sine peccato &c. tamen contenti erimus illis dictis, in quibus concupiscentiam in renatis reliquam peccatum vocant, & talia ei tribuunt, quæ non nisi peccato proprie dicto competunt. Augustinus lib. II. contra Julian. testimonia Cypriani, Hilarii, Gregorii Nazianzeni & Ambrosii adlegat, eum ergo audiemus, & quidem eo attentius, quo ægrius fert Bellarminus, nos ipsorum gaudere consensu, unde scribere non veretur, *Chemnitium suae impudentiae & nequitiae in pervertendis Cypriani & Hilarii dictis perpetuas in gehenna pœnas sine dubio luiturum.* Ambrosius in libro contra Novatianos: *Omnes homines sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in vitio est, ideo Pauli caro corpus mortis erat:* Ex his verbis ita colligit Augustinus: *Nunquid apostolus Paulus non erat baptizatus? aut aliquid ei vel originalium, vel propriorum, vel ignorantiae, vel scientiae remissum non fuerat peccatorum? Unde ergo talia loquebatur? Lex ista peccati, quae in membris est corporis mortis hujus, & remissa est regeneratione spirituali & manet in carne mortali: remissa scilicet, quia reatus solutus est sacramento, quo renascuntur fideles; manet autem, quia operatur desideria, contra quae dimicant & fideles &c. Sciebat,* (apostolus) *ejus gratia nos sanari ab isto concupiscentiali motu, qui nos ab ejus originali reatu, spirituali regeneratione salvavit.* (Hæc Augustinus opponit Pelagianorum argumento, quod *consequens videatur, si in baptizatis conjugibus aliquod malum remaneat, ex quo mali generentur, non omnia peccata in baptismo remitti;* respondet Augustinus ex Ambrosio, *etiam Paulum fuisse baptizatum, & tamen conqueri de lege peccati, concupiscentiam igitur remitti in reatu, manere in actu.*) Cyprianus in epist. de orat. dom. *Est inter carnem & spiritum colluctatio & discordantibus adversus se invicem quotidiana congressio, ut non ea, quae volumus, ipsa faciamus, dum spiritus cælestia & divina quaerit, caro terrena & secularia concupiscit.* (Augustinus monet observandum esse, quod *Cyprianus baptizatum populum instruat petere a Deo concordiam inter carnem & spiritum, quod tamen in hac vita non perficiatur, cum, eodem Cypriano in epist. de mortal. teste, Paulus apostolus ideo concupiscat dissolvi & cum Christo esse, ut nullis fieret peccatis & vitiis carnis obnoxius.*) Gregorius in apolog. *Intra nosmet ipsos propriis vitiis ac passionibus impugnamur, & die noctuque ignitis stimulis corporis humilitatis hujus & corporis mortis urgemur.* Augustinus iterum observare jubet, quod

[illegible] quod [illegible] peccatum.

l *de baptizato dicat Gregorius, cum pro- vitiis impugnari*, & addit: *Jamne diſcer-* (Juliane) *jamne perſpicis, jamne reſpicis, n baptiſmate fieri omnium remiſſionem pec- rum, & cum baptizatis quaſi civile bellum iorum remanere vitiorum? non enim talia vitia, quae jam peccata dicenda ſint*; (in- e cum reatu actuali conjuncta, ut ſe ipſum ıſtinus exponit, lib. I. de nupt. & concup. . & alibi paſſim) *ſi ad illicita opera ſpiri- concupiſcentia non trahat, & concipiat pa- ue peccatum: nec tantum extra nos ſunt etc. ra ſunt, paſſiones ſunt, vitia ſunt, fre- a, cohibenda, ſananda ſunt, & dum hic ur, eſſe non deſinunt. Venerandus Hila- ex peccato eſſe omnem carnem non cuncta- ſt dicere.* Pergit Auguſtinus & contra Pe- nos ex veteribus demonſtrat, *baptizatos are contra illud malum, cum quo nati ſunt, quod ſibi ipſi prioris vitae mala conſuetu- fecerunt.* Ambroſius ſuper Luc. LVIII. di- *diſſenſionem carnis & animae per praeva- ionem primi hominis in naturam ſe vertiſſe.* ꝛro de Iſaac & anima: *Bonus rector malos r reſtringit & revocat, bonos incitat. Bo- qui ſunt quatuor: prudentia, temperan- fortitudo, juſtitia: mali equi, iracundia, piſcentia, timor, iniquitas* (ex quo ita git Auguſtinus: *catholice iſtos equos intelli- s vitia noſtra, quae legi mentis ex lege ti reſiſtunt. Quare non in baptiſmate per- it? an nondum fateberis, quod reatus n perierit, infirmitas manſerit? Non rea- quo ipſa rea fuerant, ſed quo nos reos fe- t in malis operibus, quo nos traxerant. ita eorum manſit infirmitas, quaſi aliqua nimalia, quae infirmantur, ſed noſtra in- tas ipſa ſunt: nec in his equis malis iniqui- nominaſſe putandus eſt illam, quae dele- baptiſmo: illa namque peccatorum, quae us, fuit; quae cuncta remiſſa ſunt, atque no jam non ſunt, quorum reatus manebit, do ipſa fiebant atque tranſibant; iſtam ve- gem peccati, cujus manentis reatus in ſacro remiſſus eſt, propterea vocavit iniquita- quia iniquum eſt, ut caro concupiſcat ad- verſus ſpiritum, quamvis adſit in noſtra renova- tione juſtitia; quia juſtum eſt, ut adverſus car- nem ſpiritus concupiſcat.*) Idem in lib. de Para- diſo c. XII. *Sive delectationem intelligas, quae- dam eſt divino adverſa mandato & inimica ſen- ſibus noſtris; unde Paulus ait*: Video aliam le- gem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captivantem me in lege peccati. (Ex quo loco ita colligit Auguſtinus: *Qualem voluptatem dicat hic iſte doctor, in promtu eſt, quia ut in- telligeremus, adhibuit teſtimonium apoſtoli di- centis*: Video aliam legem in membris meis *&c. haec eſt voluptas illa*) Idem in lib. de ſacram. regenerationis: *Non ſatis eſt, ut moriantur vi- tia, niſi marceſcat corporis luxus, & omnium vinculorum carnalium compago ſolvatur &c. Nemo ſibi blandiatur. Non quod volumus, hoc agimus; ſed quod odio habemus, hoc facimus. Multa operatur in nobis peccatum: nobis relu- ctantibus redivivae plerumque voluptates reſur- gunt; luctandum nobis adverſus carnem eſt, lu- ctatus eſt adverſus eam Paulus.* (Addit Auguſti- nus: *attende Juliane, quomodo ex iſta lege pec- cati, ubi concupiſcentia carnis voluptasque con- tra propoſitum voluntatis agit ſuos impetus, cum excitatur, etiamſi actus non peragit, cum frenatur: attende, quomodo ex hac lege peccati omnem generari hominem & ideo trahere origi- nale peccatum, ſanctus eloquatur Ambroſius in eo ipſo de regeneratione libro.*) Idem ſuper Eſaiam: *Videamus, ne qua ſit poſt hujus vitae curriculum noſtra regeneratio. Sicut enim re- generatio lavacri dicitur, per quam deterſa colluvione peccatorum renovamur; ita regenera- tio dici videtur, per quam ab omni corpo- rae concretionis purificati labe, mundo ani- mae ſenſu in vitam regeneramur aeternam.* (Ex quo loco ita colligit Auguſtinus: *diſtinxit vir ſanctus & verax juſtificationem hujus vitae, quae fit per lavacrum regenerationis, & illius perfectionem, cum & noſtra corpora fuerint immortalitate renovata &c. vos Pelagiani hic vultis hominem perfici, atque utinam Dei dono, & non libero vel potius ſervo propriae volunta- tis arbitrio! Porro juſtificatio in hac vita nobis ſecundum tria iſta confertur. Prius lavacro re- gene-*

generationis, quo remittuntur cuncta peccata. Deinde congreſſione cum vitiis, a quorum reatu abſoluti ſumus. Tertio dum noſtra exauditur oratio, qua dicimus: Dimitte nobis debita noſtra.) Audiamus victorioſiſſimum Martyrum Cyprianum in epiſt. de mortalit. *Cum avaritia nobis*, inquit, *cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congreſſio eſt, cum carnalibus vitiis, cum illecebris ſecularibus aſſidua & moleſta luctatio eſt. Obſeſſa mens hominis & undique diaboli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit. Si avaritia proſtrata eſt, exſurgit libido: ſi libido compreſſa eſt, ſuccedit ambitio: ſi ambitio contemta eſt, ira exaſperat, inflat ſuperbia, vinolentia invitat, invidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abſcindit &c.* (Ex hoc loco ita colligit Auguſtinus: *Cyprianus nec avarus, nec impudicus, nec ambitioſus &c. erat, quia his malis motibus partim de origine, partim de conſuetudine, venientibus fortiter reſiſtebat, non acquieſcens eſſe, quod eum eſſe cogebant: nec ideo tamen in tam periculoſo laborioſoque certamine nullo telo feriebatur hoſtili, cum dicat* in epiſtola ſua de eleemoſynis: *Ne quisquam ſic ſibi de puro atque immaculato pectore blandiatur, ut innocentia ſua fretus, medicinam non putet eſſe adhibendam vulneribus, cum ſcriptum ſit:* Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabitur, mundum ſe eſſe a peccatis? *Et iterum in epiſtola ſua Johannes ponat & dicat:* ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus. *Si autem nemo eſſe ſine peccato poteſt, & quisquis ſe inculpatum dixerit, aut ſuperbus, aut ſtultus eſt, quam neceſſaria, quam benigna eſt divina clementia, quae cum ſciat, non deeſſe ſanatis quaedam poſtmodum vulnera, dedit curandis denuo ſanandisque vulneribus remedia ſalutaria.*) Audi & beatiſſimum Hilarium, ubi ſperet hominis perfectionem: *Dominus, ubi ait:* pacem meam do vobis, *docuit, nos in hoc terreni & morticini corporis habitaculo mundos eſſe non poſſe, niſi per [illegible]ionem cœleſtis miſericordiae emundationem conſequimur, poſt demutationem reſurrectionis terreni corporis noſtri, effecta glorioſiore natura.* Rurſus in eodem ſermone: *Ipſis*, inquit, *lis verbo licet jam fidei emundatis atque ſan catis, non deeſſe tamen malitiam, per conditi communis nobis originis, docuit dicens:* Si cum ſitis mali, noſtis bona dare filiis ve (Subjungit Auguſtinus: *Vides, quemadm venerabilis catholicus diſputator, nec in hac mundationem noſtram neget, & tamen h nam perfectionem ſperet, id eſt, perfectioris dationis in ultima reſurrectione naturam.*) I in hom. quadam de lib. Job. *Memores*, in *& conſcii, illa ipſa corpora noſtra omniun tiorum eſſe materiem, pro qua polluti & ſo nihil in nobis mundum, nihil innocens obtine gaudeamus nobis eſſe hoſtem, in cujus concerta dimicemus.* In expoſitione pſalmi I. dicit, *naturae noſtrae nos ferre ad peccandum.* (jungit Auguſtinus: *Vitia, cum quibus naſci accuſavit &c. Noſtra natura eſt primi ho praevaricatione vitiata.*) Idem in Pſalm. LI. *ipſa illa juſtitiae opera ſufficient ad perfectae titudinis meritum, niſi miſericordia Dei e in hac juſtitiae voluntate humanarum demut num & motuum non reputet vitia.* (Subj Auguſtinus: *Videsne hominem Dei ex illo nu eſſe beatorum, de quibus praedictum:* B vir, cui non imputavit Dominus peccatum? *fitetur enim etiam peccata juſtorum, magi adſerens in Dei miſericordia ſpem ponere, q de juſtitia ſua fidere.*)

§. LXV. Ex his omnibus adparet, vetere Auguſtino contra Pelagium adlegatos, con ſcentiam in renatis reliquam vocare 1.) pe tum, 2.) infirmitatem, 3.) iniquitatem, 4. bem, 5.) malos motus, 6.) vitia naturæ, delectationem divino mandato contrariam, tale malum, quod repugnet legi mentis, 9. le malum, cujus reatus in baptiſmo remi actus vero manet, 10.) propter quod cor noſtra ſint omnium vitiorum materia, 11.) litiam per conditionem communis originis n inhærentem, 12.) malum, propter quod co piorum eſt adhuc corpus mortis, 13.) pro vitia ac corporis paſſiones, 14.) tale malum quo etiam liberi renatorum naſcuntur pec

originali obnoxii, 15.) propter quod in hac vita non ſumus perfecte mundi &c. Quid ergo hic deſiderat Bellarminus? 1.) Graviter accuſat Chemnitium, quod *ea, quae in diſtinctis ſermonibus Cypriani habentur, conjungat.* Reſp. quid vero ſceleris in eo commiſit? nonne etiam ſcripturæ dicta invicem conferuntur? adde, quod Auguſtinum ſermones hos conjungentem ſequatur. 2.) *At Auguſtinus poſterius Cypriani dictum, quod nemo de puro atque immaculato corde ſibi blandiri debeat, eo fine adducit, ut probet, neminem in hac vita ita perfecte vivere poſſe, ut in nullum unquam labatur veniale peccatum. Chemnitius eo fine adducit, ut probet, etiam vitioſos illos motus carnis, quibus reſiſtitur, eſſe peccata.* Reſp. utrumque docet ex Cypriano Auguſtinus, remitti omnia in baptiſmo peccata, ac nihilominus cum vitiis carnalibus eſſe luctandum, in quo certamine ipſi renati telo hoſtili aliquando feriantur, ac propter ea non poſſint ſibi de puro & immaculato corde blandiri, proinde in futura demum vita plenam perfectionem eſſe ſperandam. Peccata illa infirmitatis quotidiana oriuntur ex carne, teſtantur igitur, in carne peccatum adhuc inhabitare; pravæ illæ cogitationes nobis invitis quandoque obrepentes teſtantur, cor adhuc pravum, nec omni ex parte immaculatum eſſe. Cyprianus illis motibus reſiſtebat, & tamen de immaculato ac puro pectore ſibi blandiri nolebat. 3.) *Auguſtinus vult ex Cypriani teſtimonio probare, eum, qui habuerit originale peccatum, poſſe nihilominus juſtitiam operari, cujus contrarium docet Chemnitius, omnia opera renatorum eſſe peccata.* Reſp. adducit Auguſtinus dictum Cypriani eo fine, ut probet, naturam humanam nihilominus juſtificationis per gratiam Dei capacem eſſe, interim addit, perfectionem juſtitiæ non eſſe in hac vita ſperandam, quod ipſum nos dicimus & propugnamus. 4.) *Veteres dicunt, ſi concupiſcentiis reſiſtimus, coronam nos obtinere; ergo concupiſcentiae pravae non erunt per ſe peccata.* Reſp. diſtinguendum id, quod *per ſe* rei competit, ab eo, quod ex *accidenti* ei demum tribuitur: pravæ concupiſcentiæ per ſe & ſua natura ſunt peccata, ſed credentibus in Chriſtum ex accidenti fiunt materia coronæ & gloriæ; quam multis interim ſunt materiæ ruinæ, quod evidenter arguit, per accidens demum concupiſcentiis hoc contingere, ut ſint coronæ materia. 5.) Reliqua dicta exponit Bellarminus de *quotidianis peccatis venialibus*, de *pronitate ad malum*, de *corruptione & de ordinatione quadam naturae*, de *infirmitate materialiter tantum legi adverſa &c. quorum nihil proprie ſit*, ſed ipſa dictorum evidentia pro nobis loquatur. 6.) Tandem atrocem addit calumniam, *Lutheranos ſtatuere, quod omnia renatorum opera ſint mortalia peccata.* Sed quis noſtrum ita unquam docuit vel ſcripſit? docemus, omnia piorum opera eſſe contaminata & immunda, ſed peccata mortalia eſſe nunquam docuimus; quinimo cum Bellarminus fateatur, nos retinere diſcrimen inter peccata *venialia* & *mortalia* libr. I. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. c. 4. qua conſcientia poteſt dicere, omnia piorum opera a nobis peccata mortalia vocari? qui quædam peccata vocat venialia, quomodo opera bona vocaret peccata mortalia?

§. LXVI. Audiamus alios ex veteribus, præſertim vero Auguſtinum, qui Pelagiana hæreſi excitatus adcurate hoc doctrinæ chriſtianæ caput pertractavit. Irenæus libr. V. contra hæreſes pag. 560. docet, *quemadmodum oliva neglecta tempore quodam in deſertum relicta & ſylveſtria fructificans ſecundum ſe oleaſter fit; ita homines in negligentia conſtitutos & concupiſcentias carnis tanquam ſylveſtria fructificantes ſecundum ſuam cauſam infructuoſos juſtitia conſtitui.* (Utique ergo etiam poſt baptiſmum manet peccatum in carne, quod ſi negligenter tractetur, ſui generis pravos fructus profert.) Macarius homil. XV. p. 188. *Si perſeveres dicere, poſt baptiſmum vitium non habere, ubi paſcatur aut collocetur in corde,* (ὀυκέτι ἔχειν νομὴν τὸ κακὸν τοῦ διαλογίζεσθαι ἐν τῇ καρδίᾳ) *ignoras, quot ab adventu Domini ad hoc uſque tempus baptizati ſunt, & nihilominus interdum prava cogitaverunt? &c. An non reperimus, poſt baptiſmum multa committi peccata, ac pleroſque delinquere? Poſt baptiſmum igitur pabulum habet praedo & licentiam ingrediendi atque agendi pro libitu.*

Scr-

Scriptum enim eſt : Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo : *verum dicis, diligo, & habeo Spiritum ſanctum. Habesne memoriam & amorem ac flagrans deſiderium erga Dominum? esne diu noctuque illic devinctus ? & ſiquidem hac dilectione praeditus es, purus es. Sin ea minus ſis praeditus, altera inquire, ubi ſe obtulerint negotia terrena, aut cogitationes turpes & pravae, an non ad haec declinaveris.* (εἰ μὴ πρὸς ταῦτα ὑποκλίνῃ) p. 225. *Peccatum, quod ſubiit, occulte & latenter in interiori homine ac mente operatur, atque cogitationibus repugnat: neſciunt tamen homines, quod aliena vi impulſi haec agant, ſed putant haec eſſe naturalia, &c.* Lege homiliam iſtam integram. Idem homil. XVI. pag. 231. *Malum in nobis operatur cum omni poteſtate & ſenſu, obſcœnas cupiditates ſuggerens.* pag. 236. *In nobis haeret malum eo, quod habitet in corde,* (ἡμῖν ἔςι κακὸν διὰ τὸ οἰκεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ) *& vires ſuas ibidem exſerat, ſuggerens cogitationes pravas & obſcœnas, nec permittens preces effundere puras, ſed captivam ducens mentem per hoc ſeculum, &c.* Hieronymus in cap. V. Matth. προπάθειαι *ſive primos motus culpam habere dicit, licet crimine non teneantur.* (Bellarminus excipit, *Hieronymum loqui non de concupiſcentia habitualiter inhaerente, ſed de primis motibus concupiſcentiae, qui nec omnino voluntarii nec omnino involuntarii;* quæ conceſſio nobis ſufficit, cum Bellarminus alibi diſerte ſcribat, nullum eſſe peccatum, quod non ſit voluntarium, & primos illos concupiſcentiæ motus involuntarios non eſſe peccata.) In epiſt. ad Creſiph. c. I. late probat, *nullum in hac vita ſine peccato eſſe poſſe.* Lib. I. in Amos. *Primum peccatum eſt, cogitaſſe quae mala ſunt : ſecundum cogitationibus acquieviſſe perverſis.*

§. LXVII. Prodeat tandem Auguſtinus. Is lib. V. contra Julian. c. 3. diſerte ſuam exponit ſententiam. Juliano enim diſputanti, quod concupiſcentia prava ſive cordis inobedientia laudabilis ſit, ſiquidem pœna peccati ſit, eo in loco ſic reſpondet. *Lauda etiam angelos malos, per quos Deus meritas pœnas irrogat peccantibus, qui tamen non ſunt niſi praevaricatores atque impii. Lauda cæcitatem cordis, quae fuit juſta pœna & ſimul grande incredulitatis mal[i] grandis cauſa peccati, &c. Sicut cæcit[u]dis, quam ſolus removet illuminator De[i] peccatum eſt, quo in Deum non creditu[r] pœna peccati, qua cor ſuperbum digna a[ni]verſione punitur, & cauſa peccati, cum [...] cæci cordis errore committitur : ita concu[piſcen]tia carnis, adverſus quam bonus concupiſ[cit spi]ritus, & peccatum eſt, quia ineſt illi ino[bedien]tia contra dominatum mentis, & pœna [pecca]ti eſt, quia reddita eſt meritis inobedientis, [& cau]ſa peccati eſt defectione conſentientis vel co[ntagio]ne naſcentis.* C. 4. *Diſcerne mala, quae [pa]tientiam ſuſtinemus ab illis malis, quae p[er con]ſcientiam refrenamus.* C. 5. Concupiſc[entiam] vocat *vitium, motum inobedientem, de qu[o apo]ſtolus dicat :* Video aliam legem in m[embris] meis. Ib. *Dum hic vivimus, ubi caro con[cupiſcit] adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus c[arnem], quantumlibet in iſto conflictu ſuperiores [...] tamen ſurrepentis voluptatis exceſſibus i[...] certe noſtrae cogitationis motibus & adfe[ctibus]* ſi dixerimus, quia peccatum non habem[us] ipſos ſeducimus. Libr. VI. contra Julian[.] *Quis ita ſit imprudens atque impudens, i[...] cax, pertinax, pervicax, ita poſtremo i[...] & demens, qui cum peccata mala eſſe fa[teatur] neget eſſe malam concupiſcentiam peccat[orum] etiamſi adverſus eam concupiſcente ſpirit[u pec]cata concipere ac parere non ſinatur ? Ta[...] ro ac tam magnum malum, tantum quia[...] quomodo non teneret in morte & pertrah[eret ad] ultimam mortem, niſi & ejus vinculum i[...] quae ſit in baptiſmo, remiſſione pecca[torum] omnium ſolveretur.* cap. 6. dixerat Auguſtin[us] *cupiſcentiam carnis dimitti in baptiſmo, [...] non ſit, ſed ut in peccatum non imputetu[r,] reatu ſoluto, tamen maneat :* ex eo col[ligit] Julianus, concupiſcentiam in renatis non a[...] eſſe malam; huic ita reſpondet Auguſtinu[s] *lia dicis, qualia dicenda ſunt eis, qui p[...] ptiſmum ſanctificatam & fidelem factam [...] concupiſcentiam adfirmant, in eis, in [...] regeneratis, manet tamen &c. Quamv[is] tus ejus, non quo ipſa rea erat, (nequ[e enim] aliqua perſona eſt) ſed quo reum hominem*

naliter faciebat, fuerit remiſſus atque vacuatus, abſit tamen, ut dicamus ſanctificari, cum qua neceſſe habent regenerati, ſi non in vacuum gratiam Dei ſuſceperunt, inteſtino quodam bello tanquam cum hoſte confligere, & ab ea peſte deſiderare atque optare ſanari. C. 8. *Non eſt nulla iniquitas, quando ſuperiora inferioribus turpiter ſerviunt, vel inferiora ſuperioribus contumaciter reluctantur, etiamſi vincere non ſinantur.* lib. II. de pecc. merit. & remiſſ. cap. 7. *Non ex qua hora quisque baptizatur, omnis vetus infirmitas ejus abſumitur, ſed renovatio incipit a remiſſione omnium peccatorum, & quantum quisque ſpiritualia ſapit, in tantum renovatur, &c. Profecto qui de die in diem renovatur, nondum totus eſt renovatus, & in quantum nondum eſt renovatus, in tantum adhuc ſub vetuſtate eſt.* tract. XLI. in Joh. *Quemlibet valde juſtum diſcutias in hac vita, quamvis jam ſit dignus juſti vocabulo, non eſt tamen ſine peccato. &c. Quare, inquit aliquis, non eſt perfecta libertas? quia* video etiam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ; non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi, illud facio: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. &c. *Ex parte libertas, ex parte ſervitus.* Ibid. *Nunquid quia in baptiſmo deleta eſt tota iniquitas, nulla remanſit infirmitas? ſi non remanſiſſet, ſine peccato hic viveremus. Quis autem audeat hoc dicere, niſi ſuperbus, niſi miſericordia liberatoris indignus? &c. Non dicit apoſtolus, non ſit, ſed* non regnet peccatum in corpore veſtro. *Quamdiu vivis, peccatum neceſſe eſt eſſe in membris tuis, ſaltem illi regnum auferatur, &c. atque hoc ipſum peccatum Deus in renatis odiſſe ibi dicitur.* Epiſt. XXIX. *Quamdiu caritas augeri poteſt, profecto illud, quod minus eſt, quam eſſe debet, ex vitio eſt, ex quo vitio non eſt juſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet, propter quod vitium ſi dixerimus*, peccatum nos non habere, mendaces ſumus, *propter quod etiam, quantumlibet profecerimus, dicendum eſt:* Dimitte nobis debita noſtra. Lib. I. de nupt. & concup. c. 25. *Si quaeritur, quomodo iſta carnis concupiſcentia maneat in regenerato, in quo univerſorum facta eſt remiſſio peccatorum, quandoquidem per ipſam ſeminatur, & cum ipſa carnalis gignitur proles parentis etiam baptizati, aut certe ſi in parente baptizato poteſt eſſe & peccatum non eſſe, cur eadem ipſa in prole peccatum ſit? ad haec reſpondetur, dimitti concupiſcentiam carnis in baptiſmo, non ut non ſit, ſed ut in peccatum non imputetur. &c. Eſt adfectio malae quaedam qualitatis ſicut languor, &c. cujus deſideriis non obedire praecipimur, ne regnet peccatum in corpore noſtro.* c. 27. *praeterit reatu, manet actu.*

§. LXVIII. Ex his manifeſte adparet, quo loco concupiſcentia carnis in renatis ab Auguſtino habeatur, vocat enim eam 1.) peccatum: 2.) tale malum, quod per continentiam refrenandum: 3.) quod in baptiſmo quidem remittatur, actu tamen maneat: 4.) dicit reatum non tolli ab ipſa concupiſcentia, ſed ab homine: 5.) vocat tale vitium, contra quod virtute pugnandum: 6.) iniquitatem: 7.) infirmitatem ſuccumbentem legi: 8.) motum inobedientem: 9.) languorem obluctantem ſaluti noſtræ: 10.) tale malum, quod ſimul peccatum & cauſa & pœna peccati: 11.) quod ideo tantum, quia ineſt, teneret in morte, niſi vinculum ejus in baptiſmo ſolveretur. &c. Quid contra hanc lucem Bellarminus? 1.) Accuſat Lutherum, quod *crimen falſi commiſerit, cum Auguſtinus nuſpiam dicat, concupiſcentiam ita manere in renatis, ut ſit peccatum, ſed non imputari, nec reos facere, nec eſſe peccatum.* Ulenbergius cauſa XIV. ſuæ *ἀποστασίας* (*) *addit, Philippum huuc ſuum errorem*

(*) Caspar Ulenbergius, qui deſerta religione evangelica, ad Romanenſium ſacra tranſiit, edidit libellum, cui titulus: *Graves & juſtæ cauſæ, cur Catholicis in communione veteris ejusque veri chriſtianiſmi conſtanter uſque ad vitæ finem perſeverandum ſit, cur item omnibus iis, qui ſe vocant Evangelicos, relictis erroribus ad ejusdem chriſtianiſmi conſortium ſit redeundum,* Colon. *MDLXXXIX.* 8. Vitam ejus copioſe, ſed intermixtis multis falſis ac fabuloſis narrationibus, deſcripſit Arnoldus Meshovius.

rem in conventu Wormatiano confeſſum. Reſp. utrumque dicit Auguſtinus, & manere in renatis concupiſcentiam, & ſua natura peccatum eſſe, licet in peccatum non imputetur: Lib. I. de nupt. & conc. c. 25. dicit, *dimitti concupiſcentiam in baptiſmo, non ut non ſit, ſed ut in peccatum non imputetur,* id lib. VI. contra Julian. cap. 6. ſic exponit: *non ab ipſa concupiſcentia, ſed ab homine baptizato reatum tolli, ipſam interim concupiſcentiam eſſe & manere malum, & quidem tale, quale eſt ſtultitia illa, qua baptizati non intelligunt ea, quae ſunt Spiritus Dei, quae certe peccatum eſt:* quin imo præcedente c. 5. probat, *concupiſcentiam pejorem eſſe illa ignorantia.* Synonyma igitur ſunt Auguſtino concupiſcentia & peccatum. 2.) Negat, *per reatum concupiſcentiae intelligi eum, qui ab ipſa oritur, & in ipſa fundatur; ſed reatum illum, quo ipſa facta eſt:* id quod Auguſtini dictis evidenter adverſatur: cum enim peccatum originale inprimis in illa concupiſcentia fundari Auguſtinus adſerat, quomodo non talem reatum huic concupiſcentiæ tribueret, qui ab ipſa oritur, & in ipſa fundatur? 3.) Diſputat, *concupiſcentiam dici peccatum, non quod ipſa in ſe & per ſe ſit peccatum, ſed quia eſt cauſa peccati, & quia materialiter tantum eſt peccatum:* Reſp. utrumque dicit Auguſtinus, quæ ergo ipſi ſunt ſubordinata & connexa, ea Bellarminus accipit ut oppoſita & disjuncta. 4.) Concedit, *concupiſcentiam eſſe malam, eſſe non ſanctam, eſſe deordinationem quandam & corruptionem; interim negat eſſe peccatum.* Reſp. conſideretur integra deſcriptio ex Auguſtino propoſita, & adparebit, non *poenae* tantum, ſed & *culpae* malum concupiſcentiam ab ipſo vocari. Ubicunque vero negat, concupiſcentiam eſſe peccatum, intelligit peccatum cum reatu actuali conjunctum; ſic enim ſe ipſum exponit lib. I. de nupt. & concup. c. 26. hoc eſt, *non habere peccatum, reum non eſſe peccati.* Auguſtinum imitatur Bernhardus ſerm. VI. de adventu Domini col. 12. *Dico vobis, genus illud peccati, quod toties conturbat nos, (concupiſcentias loquor & deſideria mala) reprimi quidem debet & poteſt per gratiam Dei, ut non regnet in nobis, ſed non ejicitur, niſi in morte.* ſerm. de cœn. Domin. col. 126. *In caſu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autem ſuper acervum lapidum & in luto, unde non ſolum inquinati, ſed etiam vulnerati, & graviter quaſſati ſumus. Lavari quidem cito poſſumus, ad ſanandum vero opus eſt curatione multa. Lavamur igitur in baptiſmo, & gratia haec nobis confertur, ne jam nobis concupiſcentia noceat, ſi tamen a conſenſu abſtineamus.*

§. LXIX. Quid, quod ipſi Pontificii huic noſtræ ſententiæ veritatis teſtimonium ferunt? Caſſander in conſult. art. II. *Ex Auguſtino & reliquis eccleſiaſticis ſcriptoribus convenit, eam concupiſcentiam, etiam poſt baptiſmum reliquam, apoſtolum & eum ſecutum Auguſtinum peccatum nonnunquam adpellare, non modo, quia ex peccato facta eſt, ſed quia eſt fomes peccati & dominationi mentis reſiſtit. Certe inſignis theologus aperte adſerit, etiam in regeneratis manere peccatum, etiamſi non imputetur. &c. Si peccati rationem in vitio illo & iniquitate, languore & morbo conſtituas, cui ſpiritu reſiſtendum eſt, ne illicitos actus gignat, non inepte peccatum dicitur. Sin peccati rationem in ipſa offenſa Dei & reatu, cui ex adverſo poena & damnatio reſpondet, ſitam intelligas, non eſt peccatum in regeneratis, quia niſi voluntas ei conſentiat, ad peccatum non deputatur.* (Idem & nos dicimus.) Driedo lib. I. de grat. & lib. arbit. *Originale peccatum ſolvitur quidem in hac vita regeneratione baptiſmi, non ut non ſit, ſed ut in culpam non deputetur.* Ludov. Vives in comm. Auguſt. de civ. Dei lib. I. c. 9. *Tam potentiſſime viſceribus noſtris inhaeret rei venereae cupiditas, ut ne cogitare quidem de explenda libidine poſſimus, quin voluptate neſcio qua occulta tangamur, quam plerique nimium veniale peccatum eſſe volunt.* Stapletonus in antid. Rom. VII. p. 363. *Aliquo ſenſu etiam ipſis renatis haec ipſa in ſe concupiſcentia, quoad primos ejus motus, pravaque deſideria in hoc praecepto* (non concupiſces) *continetur, non quod ſub*

Teſtimonia ipſorum adverſariorum.

poena

poena peccati mortalis aut venialis obliget hoc praeceptum, ſed quod doceat naturae morbum, & quaerere medicum, & quod ad quotidianum profectum docendo incitet. (Si concupiſcentia Dei præcepto prohibetur, quomodo non erit peccatum? fruſtra elabi conatur per diſtinctionem inter prohibitionem per modum *doctrinae* & per modum *obligationis.*) Ipſe Bellarminus fatetur paſſim, *concupiſcentiam eſſe legem membrorum repugnantem legi mentis, eſſe vitiatam animi potentiam, adſimilari canibus rabioſis, eſſe iniquitatem, in carne materialiter, in mente formaliter eſſe peccatum, eſſe vitium, repugnare virtuti, eſſe illicitam, odio haberi a Deo, repugnare legi Dei, non ſolum in carne, ſed etiam in mente ſedem habere, contra ſpiritum uſque ad mortem pugnare, impedire rationem, longe pejorem eſſe beſtiarum concupiſcentia &c.* Quomodo igitur negare poterit, eſſe in ſe & ſua natura peccatum? Cur diſcedit Bellarminus a Lombardo, qui II. ſent. diſt. lit. E. diſerte ſcribit: *Interior tentatio eſt, quando inviſibiliter malum nobis intrinſecus ſuggeritur, & haec tentatio aliquando fit ab hoſte, aliquando a carne. Nam & diabolus inviſibiliter mala ſuggerit, & ex carnis corruptione ſuboritur motus illicitus & titillatio prava, ideoque tentatio, quae ex carne eſt, non fit ſine peccato: quae autem eſt ab hoſte, niſi conſentiatur, non habet peccatum, ſed eſt materia exercendae virtutis?* lib. III. diſt. 17. lit. B. *in Chriſto caro non concupiſcebat contra ſpiritum, qui, ut Auguſtinus ait, nonnullum eſt vitium, cum caro concupiſcit adverſus ſpiritum.* lib. eod. diſt. 19. lit. C. *Adhuc exſpectamus redemtionem corporis, ſecundum animas vero jam redemti ſumus ex parte, non ex toto, a culpa, non a poena, nec omnino a culpa; non enim ſic ab ea redemti ſumus, ut non ſit, ſed ut non dominetur.*

Exceptiones Bellarmini contra rationes, concupiſcentiam peccatum eſſe probantes.

§. LXX. Diſpiciamus, quid ad rationes ex ſcriptura pro noſtra ſententia deductas Bellarminus reſpondeat. I.) *Motus concupiſcentiae etiam involuntarii ſunt illiciti: utique ergo & peccata.* Excipit Bellarminus, *eſſe illicitos, quia non liceat eis obedire, non quia non liceat eos invito animo pati.* Reſp. utroque modo ſunt illiciti, non ſolum ratione *conſenſus*, ſed etiam *in ſe* & *per ſe*, quia lege divina prohibentur. Utrumque lex dicit: *non concupiſcas, & poſt concupiſcentias tuas non eas.* Exemplum, quod Bellarminus adfert de eo, *qui per vim vel ignorantiam turpitudinem committit*, alienum eſt, quia carnis concupiſcentiæ, licet ſpiritui moleſtæ, carni tamen gratæ ſunt, & quid de involuntariis actualibus delictis ſtatuendum ſit, ſuo expoſitum dabitur loco. II.) Concupiſcentia per ſe trahit ad malum: ergo prohibetur non minus, quam ipſum malum. Excipit Bellarminus, *ipſum malum non prohiberi proprie, niſi quatenus eſt in poteſtate noſtra, illud committere vel cavere; ergo multo magis concupiſcentiam non aliter prohiberi.* Reſp. hac ratione omnia peccata, infirmitatis & ignorantiæ tollentur, quæ cavere in hac carnis fragilitate non poſſumus; ſufficit nos in primo homine vires illas talia cavendi olim accepiſſe. III.) Qui cogenti cupiditati non poteſt reſiſtere & ideo peccat, nihilominus vere & proprie peccat: ergo etiam is peccat, qui invitus carnis concupiſcentias ſentit. Excipit Bellarminus, *motus involuntarios concupiſcentiae nullo modo eſſe in noſtra poteſtate, ſed deſiderium peccati voluntarium eſſe in poteſtate noſtra, ſi non immediate, quando ſcilicet judicio divino deſerti non habemus vires, quibus cogenti cupiditati reſiſtere valeamus, tamen mediate, quia poſſumus a Deo auxilium gratiae petere.* Reſp. utrobique eſt par ratio. Quemadmodum Deus juſto judicio homines impœnitentes indurat & excœcat, ut voluntariis peccati deſideriis reſiſtere non poſſint, quæ tamen nihilominus vere & proprie ſunt peccata: ita quoque propter peccatum primorum parentum juſto Dei judicio in miſeram illam peccandi neceſſitatem incidimus, ut non poſſimus non ſentire pravos concupiſcentiæ motus, qui nihilominus ſunt vere & proprie peccata. IV.) Concupiſcentiam pravam Deus & renati odio proſequuntur, utique ergo eſt peccatum. Excipit Bellarminus, *concupiſcentiam odio haberi a Deo, & tamen non eſſe peccatum, ſed tantum malum.* Reſp. quodcunque malum

Deus odit, illud eſt malum *culpae:* mala enim *poenae* infliguntur a Deo, quomodo igitur ea Deus oderit? mala *poenae,* quatenus talia, non debent renati odiſſe, ſed patienti animo ſuſcipere ac perferre: adde, quod Bellarminus concilio Tridentino contradicat, quod ſtatuit, Deum nihil in renatis odiſſe. Ergo nec concupiſcentia in renatis odio habetur a Deo. Reſp. Bellarminus, *conſilium intelligendum eſſe de odio, quod redundet in perſonam; jam vero propter concupiſcentiam, quae eſt in renatis, Deus non odit ipſos renatos:* quod rectiſſime quidem dicitur, ſed non eſt ſententiæ concilii conforme; ea enim nobis oppoſita eſt, ac noſtram ſententiam anathemate percellit, qua ſtatuimus, in renatis vere & proprie dictum peccatum habitare, licet renatos non faciat actu reos & damnatos. Ergo aut Bellarminus ſententiam concilii non adſequitur, aut concilium non adſequitur noſtram. V.) Concupiſcentia non eſt a Deo; Atqui omnis pœna eſt a Deo: Ergo concupiſcentia non ſolum eſt malum *poenae,* ſed & *culpae.* Excipit Bellarminus, *etiam mortem non eſſe a Deo.* Reſp. Deus quidem mortem non fecit, Sap. I. 13. id eſt, abſoluto aliquo odio hominem morti non ſubjecit; interim tamen propter peccatum juſto ſuo judicio hominem fecit morti & variis calamitatibus obnoxium. Auguſtinus lib. I. contra Julian. cap. 7. *Mortem Deus intulit, non ut primus auctor, ſed ut peccati ultor.* Diſpar igitur hic eſt ratio. Mors eſt tantum *poena,* non autem *culpa,* ſed prava concupiſcentia eſt ſimul pœna & culpa, perinde ut quædam peccata actualia ſimul ſunt pœnæ præcedentium delictorum. VI.) Nulla pœna hujus vitæ eſt, quæ ob finem bonum expeti non poſſit; at concupiſcentia ob nullum finem recte expeti poteſt. Bellarminus excipit, *etiam ignorantiam rerum neceſſariarum ad ſalutem & tentationes ſatanae eſſe peccati poenas, quae tamen expeti non debeant.* Reſp. nos hoc argumento non utimur, cui tamen ita reſpondet Bellarminus, ut noſtram ſententiam confirmet. Si enim ignorantia rerum neceſſariarum ad ſalutem & concupiſcentia prava pari loco habendæ ſunt, utique concupiſcentia erit ſimul peccatum & pœna primi peccati; abſit enim, ut dicamus, illam mentis cæcitatem per primum Adæ peccatum in poſteros introductam non eſſe peccatum. Porro inter tentationes ſatanæ & carnis differentiam eſſe oſtendit Lombardus II. ſentent. diſt. 21. lit. E., VII.) Chriſtus in omnibus nobis ſimilis factus absque peccato: idem tamen concupiſcentiæ pravæ non fuit obnoxius. Excipit Bellarminus, *etiam ignorantiam noluiſſe Chriſtum adſumere, quae tamen non ſit peccatum, ſi ſit omnino involuntaria.* Reſp. ergone ignorantia illa per primum peccatum in omnes poſteros introducta peccatum non erit? quod igitur vel quale erit originale peccatum in infantibus? Obſerva autem, nervum argumenti fortius conſtringi, ſi addatur, quod Pontificii ſtatuant, ex ipſa materiæ conditione pravas concupiſcentias oriri, remoto ſaltem juſtitiæ originalis freno; illa igitur materiæ conditio aut non erit in Chriſto, & ſic non erit nobis ὁμοούσιος: aut addendum ei itidem aliquod juſtitiæ frenum, & ſic actu primo peccatum in ipſo erit. VIII.) Omnis ἀνομία eſt peccatum: prava illa concupiſcentia eſt ἀνομία. Excipit Bellarminus, 1.) *per jocum a multis hoc eludi,* qui ἐξουθενισμὸς ad ſophiſticas reſpondendi rationes pertinet. 2.) Concedit, *concupiſcentiam eſſe peccatum materialiter & largo modo, qua ratione etiam naturae & artis vitia dici poſſint peccatum, ſed argumentum noſtrum probat,* concupiſcentiam proprie & formaliter eſſe peccatum, quippe quod a norma legis divinæ recedat. 3.) Aliter igitur reſpondet, *non omne, quod diſſidet a legis norma, eſſe ἀνομίαν; ſed ipſam diſcordiam, ipſam repugnantiam ac receſſum formaliter eſſe peccatum, cum diabolus & voluntas humana etiam a lege divina diſſideant, nec tamen proprie ſint peccatum.* Reſp. quaſi vero hoc ignotum fuerit Chemnitio, qui in examine concilii propter luſum illum puerilem graviter Andradium exagitat. Ipſa per ſe concupiſcentia eſt motus indifferens, ſed quatenus vitioſitas ei inhæret, eatenus eſt ἄνομος, & eo reſpectu ἀνομία ei tribuitur. 4.) *Concupiſcentia repugnat legi, ſed non eſt ipſa formalis repugnantia, neque repugnat ut actio recedens a norma legis, neque ut potentia vel perſona, quae normam ſequi teneatur, ſed repugnat*

ut

enim ſimili ratione concludere: Rom. V. 12. *per unum hominem intravit peccatum in mundum*, v. 19. *per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi.* Ergo ille homo non fuit peccator; ergo illius inobedientia non fuit peccatum. 3.) Quin potius ſi concupiſcentia peccatum parit; ipſa peccatum erit, cum gignens & genitum, ſi non ſemper *ſpecie*, tamen *genere*, invicem communicent. 4.) Nec unius incluſio ſtatim eſt alterius excluſio, proinde non licebit colligere: concupiſcentia parit peccatum; ergo ipſa non eſt peccatum. 5.) Quin potius diſtinguit apoſtolus peccatorum gradus, & de actuali mortali peccato quærit, unde oriatur? reſpondet autem ex concupiſcentia prava, non a Deo oriri. Quamvis igitur in renatis concupiſcentia habitualiter inhærens, & primi concupiſcentiæ motus, quibus per ſpiritum reſiſtitur, non ſint actualia mortalia peccata; tamen inſcite ex eo infertur, quod plane nullo modo ſint peccata, hoc eſſet a negatione *ſpeciei* ad negationem *generis* procedere, quod *ἀφιλόσοφον*. 6.) Contrario modo Chriſtus procedit. Ex malis fructibus de malitia arboris judicandum eſſe docet, ex cogitationibus aliisvé pravis motibus de cordis pravitate nos convincit. &c. Matth. VII. 17. XV. 19. Luc. VI. 43. &c. 7.) Quid, quod ipſæ actualia mortalia peccata ſunt ſibi invicem cauſæ, nec tamen actualia mortalia in ſe & per ſe eſſe deſinunt? Eph. V. 18. *Ex vino* (vel ebrietate) *eſt ἀσωτία*, nihilo tamen minus & ebrietas & *ἀσωτία* ſunt actualia mortalia peccata; quanto minus ita licebit colligere: concupiſcentia concipiens & pariens peccatum actuale mortale profert; ergo ipſa nullo modo eſt peccatum. 8.) Auguſtini, Cyrilli & Bedæ commentationes in hunc locum nobis non adverſantur, adſerunt, concupiſcentiam parere peccatum, omne peccatum habere voluptatem quandam præviam, concupiſcentiam, cui reſiſtitur, parere coronam vitæ, quod nemo noſtrum negat, inde tamen nondum evincitur, concupiſcentiam ſua natura peccatum non eſſe.

§. LXXIII. II.) Rom. VII. 20. *Nunc ergo non operor illud, ſed, quod habitat in me, peccatum.* v. 18. *Scio enim, quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Ergo concupiſcentia in carne renatorum habitans & ad peccata impellens non eſt peccatum.* Reſp. mirum, qua arte ex hoc loco exſculpi poſſit, concupiſcentiam peccatum non eſſe, cum diſerte peccatum adpelletur. Excipit Bellarminus, *ſatis aperte id ex duobus colligi; nam* primo *dicit apoſtolus, motum concupiſcentiae non eſſe ſuum opus, ac per hoc non poſſe ſibi imputari; quo enim jure nihil imputari poſſit, quod meum non eſt?* Deinde *addit, hujusmodi malum non in ſe, ſed in carne eſſe; conſtat autem, carnem non eſſe capacem peccati proprie dicti.* Reſp. apoſtolus non negat abſolute & ſimpliciter, motus illos eſſe ſuum opus, ſed ſe (quatenus eſt regeneratus) illo opere non delectari pronunciat: v. 19. expreſſe dicit, ſe, quod nolit malum, hoc agere: quomodo ergo abſolute negaret, motus illos pravæ concupiſcentiæ ſuos eſſe? Ideo autem dicit, ſe illos non operari, quia eis non delectatur, qui ex ſpiritu nollet illos ſentire. Auguſtinus lib. I. de nupt. & concup. cap. 27. *Agit aliquid concupiſcentia carnis, etiam quando non exhibetur ei vel cordis aſſenſus, ubi regnet, vel membra, vel arma, quibus impleatur, quod jubet. Agit autem quid, niſi deſideria mala & turpia? hinc apoſtolus velut ex ſuae perſonae introductione nos inſtituit, dicens*: non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio, *id eſt, concupiſco, quia & nollet hoc facere, ut eſſet omni ex parte perfectus: verum quia concupiſcere nolebat, & tamen concupiſcebat, ſed eidem concupiſcentiae nequaquam conſentiendo ſerviebat, adjunxit atque ait:* nunc autem jam non ego operor illud, ſed quod habitat in me, peccatum. lib. I. contra duas epiſt. Pelag. c. 10. *dicit apoſtolus:* Nunc autem jam non ego operor illud, *ſed id*, quod habitat in me, peccatum. *Quid eſt*, nunc autem, *niſi jam nunc ſub gratia, quae liberavit delectationem voluntatis a conſenſione cupiditatis? Non enim melius intelligitur:* non ego operor, *niſi quia non conſentit exhibere membra ſua*

Non ego operor illud, ſed peccatum.

Rom. VII.

ſua arma iniquitatis peccato. Nam ſi & concupiſcit, & conſentit, & agit, quomodo non ipſe illud operatur, etiamſi ſe operari doleat, & vinci graviter ingemiſcat? ſer. V. de verb. apoſt. Non quod volo, ago; ſed quod odi, illud facio. *Quid facio? concupiſco. Etſi concupiſcentiae non conſentio, poſt concupiſcentias meas non eo, tamen adhuc concupiſco, & utique etiam in ipſa parte ego ſum. Non enim ego alius in mente, & alius in carne, ſed quid igitur ipſe ego? quia ego in mente, ego in carne. Non enim duae naturae contrariae, ſed ex utroque unus homo, quia unus Deus, a quo factus eſt homo.* Et poſtea. *Mihi malum adjacet, & hoc mihi. Num enim caro non mea, aut de alia ſubſtantia caro, aut de alio principio caro, aut anima ex Deo & caro de gente tenebrarum? abſit, &c.* Hæc omnia Auguſtinus, quæ ſunt immotæ veritatis. Cum enim ipſa illa concupiſcens caro ſit apoſtoli caro, quomodo motus concupiſcentiæ in carne ſuos eſſe abſolute negaret? num peccatum aliqua ſubſtantia ab ipſo apoſtolo aliena? Denique ſi nemini poteſt imputari, quod non eſt ſuum, hoc eſt, quod non agit deliberata mente, negabitur iterum *διαῤῥήδην* originale peccatum.

Quid carnis nomine Rom. VII. intelligatur.

§. LXXIV. Ad *poſterius* Bellarminianæ exceptionis membrum reſp. *carnis* nomine hic intelligi non ipſum corpus, nec inferiorem tantum animæ partem; (ut loquuntur) ſed totum hominem, quatenus ſub carnis vetuſtate adhuc conſtitutus eſt, uſitatiſſima ſcripturæ phraſi. Bellarminus expreſſe concedit, in multis ſcripturæ locis, utpote Joh. III. Galat. V. &c. per carnem intelligi omnes potentias tum inferiores, tum ſuperiores, per peccatum corruptas; negat vero, in hoc VII. capit. ad Rom. pro toto homine accipi, idque variis adductis in medium rationibus. 1.) *Apoſtolus non vere diceret*, non ego operor illud, *ſi per carnem totus homo intelligeretur; quomodo enim non ipſe operatur, quod ejus caro & animus, hoc eſt, ipſe totus operatur?* Reſp. ſane apoſtolus Spiritu renovatus non conſentiebat deſideriis carnis, ſed eis reſiſtebat. interim tamen ejus anima non minus, atque corpus ſub c vetuſtate adhuc quodammodo erat conſt Negat igitur apoſtolus, ſe operari motus concupiſcentiæ non ſimpliciter, (quia act ſunt ſuppoſiti, & caro concupiſcens erat pr apoſtoli caro) ſed reſpectu habito ad conſe mentis renovatæ. Diſtinguit inter ſubje *quod* & ſubjectum *quo*. *Non ego operor* ſcilicet mente, quatenus eſt regenerata: ſed catum illud operatur, hoc eſt, ego propter catum in carne adhuc reliquum. 2.) *Apo correctionis loco addit, non in ſe, ſed in ſua illud malum habitare. Ergo non erat in toto.* Reſp. ἐξήγησις eſt, non ἐπίπληξις *claratio*, non *correctio*. Quia enim ſpiritu tis renovatus motus illos concupiſcentiæ de batur, ideo ſe illos operari negat, puta, c nus ſpiritualis; faciebat enim illud, quod o quatenus carnalis, ſub peccatum venun v. 14. Opponit apoſtolus ſe ipſum ſpirit novatum peccato in carne adhuc habitant ergo oppoſitio ejusdem, ſed non ſecu idem, ut patet ex verſ. ſeqq. Si motus cupiſcentiæ plane nullo modo erant opus apoſtoli, quare propter eos ſeſe vocat miſ & ab iis liberari expetit? 3.) *Apoſtolus d diſtinguit mentem a carne, id eſt, unam p hominis ab altera.* Reſp. mentem a carn que diſtinguit, ſed nomine mentis intelligi mam totam, quatenus renovata eſt; carn mine eandem totam, quatenus adhuc ſub vetuſtate conſtituta. Ipſe Bellarminus c. XV jus libri agnoſcit, in ipſa renatorum mente eſt, ut ipſe loquitur, in parte animæ ſup inveniri vitium pravæ concupiſcentiæ. 4.) *ſtolus* ad Romanos c. VI. *in corpore mort malum eſſe dicit, & hoc loco a corpore li expetit. Ergo in ſolo corpore peccatum h* Reſpond. magna eſt in ſermone apoſtolic phaſis; opponit enim vitam præſentem, i venundati ſumus ſub peccatum, ac circu mus in nobis ipſis peccatum & mortem, vita næ, in qua perfecta erit renovatio totius nis, & ab omni peccato liberabimur, u ſolum non regnet in nobis, ſed & plan

ſit in nobis. Adpellat corpus mortis, quia propter peccatum adhuc in nobis habitans ſubjecti ſumus morti, quæ non ſolum definienda eſt deſtructione corporis, ſed etiam dolore ac miſeria animæ, e proprio ſuo domicilio egredi compulſæ. Chryſoſtomus ſerm. XIII. in epiſt. ad Rom. *Cum audis, quod dicit:* Quis me eripiet de corpore mortis hujus? *noli putare, quod carnem accuſet.* Auguſtinus lib. I. de nupt. & concup. c. 13. *Ad corpus mortis hujus intelligitur pertinere, ut alia lex in membris repugnet legi mentis, dum caro concupiſcit adverſus ſpiritum, etſi mentem non ſubjuget, quia & ſpiritus concupiſcit adverſus carnem.* Ubi obſerva juxta Auguſtinum, per *carnem, membra, corpus mortis, &c.* idem hic intelligi, quod Gal. V. per carnem ſpiritui repugnantem intelligitur. Jam vero fatetur Bellarminus Gal. V. *nomine carnis totum hominem, quatenus adhuc nondum plene renovatus eſt, intelligi, id quod etiam res ipſa demonſtrat; negari enim nulla veritatis ſpecie poteſt, etiam renatos a carne ſolicitari ad haereſes, ſuperbiam, avaritiam &c.* 5.) *Nomine mentis intelligit apoſtolus interiorem hominem, quo nomine anima intelligitur.* 2 Cor. IV. *nomine exterioris hominis corpus.* Reſp. interiorem illum hominem de die in diem renovari pronunciat apoſtolus, utique ergo nondum plene renovatus, & in quantum nondum renovatus, in tantum adhuc ſub vetuſtate (& ſub peccato) conſtitutus, ut recte colligit Auguſtinus lib. II. de peccat. merit. & remiſſ. c. 7. Per carnem ipſe Bellarminus intelligit non ſolum corpus, ſed etiam inferiorem animæ partem, jam vero illa inferior pars eſt realiter unum cum ipſa anima ἀμερίςῳ καὶ ἀθανάτῳ, quomodo igitur carnem & exteriorem hominem, Rom. VII. & 2 Cor. IV. eſſe ἰσοδυναμῦντα obtinebit? 6.) *Caro, cum in malam partem uſurpatur, non niſi impiis tribuitur.* Reſp. an non diſerte apoſtolus Rom. VII. 14. *ego adhuc carnalis ſum?* Galat. V. 17. (in ipſis renatis) *caro concupiſcit adverſus ſpiritum.* Quamvis igitur renati ſint per Spiritum ſanctum a reatu peccati & carnis dominio liberati; (quo reſpectu in carne eſſe negantur) tamen ex parte ſub carnis infirmitate adhuc laborant, & ad perfectam renovationem adhuc conſequendam adſpirant; (quo reſpectu carnales dicuntur.) 7.) *Auguſtinus itidem nomine carnis intelligit tantum corpus & partem inferiorem.* Reſp. Lib. II. de pecc. merit. & remiſſ. c. 7. diſerte ſcribit, *excepto etiam corpore in ipſo animo, qui eſt homo interior, non fieri perfectam novitatem, ac veterem hominem intrinſecus exui, novum intrinſecus indui.* lib. VI. contra Jul. c. 5. *Motibus ſuis anima, quos habet ſecundum ſpiritum, adverſatur aliis motibus ſuis, quos habet ſecundum carnem, & rurſus motibus ſuis, quos habet ſecundum carnem, adverſatur aliis motibus ſuis, quos habet ſecundum ſpiritum, & ideo dicitur* caro concupiſcere adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. *Sed propter hoc & de ipſa anima dictum eſt:* renovatur de die in diem. Sufficit nobis, juxta Auguſtinum lib. XIV. de civit. Dei c. 2. & alibi paſſim, *carnis* nomine Gal. V. totum hominem, quatenus ſub peccati jugo adhuc conſtitutus eſt, intelligi; jam vero ab illa concupiſcentia carnis etiam in ſuperioribus animæ viribus renati nondum ſunt plene ac plane liberi: utique ergo nomine *carnis* Rom. VII. itidem totus homo intelligitur, cum in perſona renatorum apoſtolus ibi loquatur. Ac ne ullum hac de re ſuperſit dubium, urgemus ſequentia argumenta: 1.) Ubicunque ſcriptura *carnis* nomine deſcribit naturæ humanæ corruptionem per peccatum introductam, intelligitur omnium animæ partium corruptio & contaminatio: jam vero nomine *carnis* Rom. VII. deſcribitur humanæ naturæ corruptio per peccatum introducta & ex peccato relicta; ergo. &c. 2.) Apoſtolus de renatis teſtatur 1 Cor. III. & VI. quod corpora ipſorum ſint *templa Spiritus ſancti,* non minus ut hoc loco Rom. VII. mente ipſos legi Dei ſervire dicit. Ergo non poteſt tale inter corpus & mentem renatorum diſcrimen conſtitui, quaſi mens tota renovata ſit, & totum corpus ſub vetuſtate adhuc conſtitutum, ſed *carnis, corporis* & *membrorum* nomine intelligitur *vetus* Adam, totus homo, quatenus adhuc carnalis; nomine *mentis* ac *ſpiritus* intelligitur *novus* homo, hoc eſt, itidem totus homo, quatenus renovatus eſt. 3.) Quando opera carnis

carnis Gal. V. enumerantur, talia carni παθήματα tribuuntur, quæ nec ſoli corpori, nec inferioribus animæ facultatibus tantum, ſed ipſi ſuperiori portioni, ut loquuntur, competunt, ut conſtat; jam vero de eadem carne renatorum loquitur apoſtolus Rom. VII. utique ergo nomine *carnis* totus homo, quatenus adhuc nondum plene in omnibus viribus renovatus eſt, intelligitur. 4.) Illam carnem apoſtolus intelligit, Rom. VII. cui poſtea c. VIII. 6. & 7. τὸ φρόνημα adſcribit; jam vero φρονεῖν eſt ſuperioris animæ facultatis proprium: ea igitur *carnis* adpellatione itidem comprehenditur. 5.) Quicquid adhuc in renatis indiget renovatione, id nomine *carnis* Rom. VII. intelligitur. *Connexio* patet, quia carnis nomine non ipſa ſubſtantia, ſed vetuſtas carnis renovanda accipitur. Jam vero renati indigent adhuc renovari Spiritu mentis Eph. IV. 23. Ergo carnis nomine ipſa quoque mens renatorum intelligitur, nimirum quatenus adhuc nondum plene renovata eſt. Hæc opponenda ſunt Stapletono, qui in antidot. cap. VII. Rom. p. 419. hanc ſententiam noſtram vocat *profanam & inauditam verborum novitatem*, p. 410. *abſurdum eſſe* addit, ac tragice eam exagitat. Vidit Bellarminus, ex ipſo textu ſententiæ noſtræ argumenta peti poſſe, ideo addit: *Etiamſi cogeremur nomine* carnis *intelligere omnes animae potentias, tamen omnino dicendum eſſet, nomen* carnis *in juſtificatis non pertinere ad voluntatem, ſive mentem, niſi quoad primos quosdam motus indeliberatos, ſed nec ſuperior animae pars peccati proprie dicti capax, ut praevenit ſuo motu judicium rationis; cum non poſſit eſſe juſtitia in parte animae inferiore vel etiam ſuperiore, ut praevenit judicium rationis. Ergo nec peccatum proprie dictum in ea erit.* Reſp. quo ergo relegabitur peccatum originale in infantibus, qui nondum habent rationis uſum? & quid ſibi volunt hæc verba, (partem animæ inferiorem, ut & ſuperiorem) quatenus ſuo motu judicium rationis prævenit, non eſſe capacem juſtitiæ? An non originalis juſtitiæ pars erat promtiſſima illa inferioris partis erga ſuperiorem ſubjectio, atque omnium animæ virium cum lege conformitas? utique!

§. LXXV. IV. Rom. VIII. 1. *Nihil damnationis eſt in iis, qui ſunt in Chriſto Jeſu. Ubi Apoſtolus dicit, etiamſi renati concupiſcentiam ſentiant, tamen nihil in eis eſſe condemnatione dignum.* Reſp. de ſuo hoc addit Bellarminus, quod in renatis nihil ſit condemnatione dignum, hoc eſt, propter quod juſto Dei judicio, ſi remoto gratiæ umbraculo in judicium eos vocare velit, condemnari poſſint. Apoſtolus hoc non dicit, quia ſuperiori capite in ſe & omnibus renatis peccatum adhuc habitare pronunciaverat, quod hic non negat. Sed οὐδὲν κατάκριμα illis metuendum pronunciat, hoc eſt, negat concupiſcentiam tale peccatum in illis eſſe, quod actu eos reos ac damnationi obnoxios reddat, nimirum quia ſunt in Chriſto, hoc eſt, per fidem hujus peccati condonationem impetrant, & quia non ambulant ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum, hoc eſt, quia concupiſcentiæ dominium non permittunt, ſed eam mortificant; inde & ideo non redduntur obnoxii damnationi, cum alias concupiſcentia ſua natura peccatum ſit, & per conſequens non remiſſum nec mortificatum damnationi obnoxium hominem facere poſſit. Frivolum eſt, quod Bellarminus regerit, *non opus fuiſſe ab apoſtolo doceri, quod renati nondum actu ac re ipſa damnati, cum ſententia damnationis feratur demum poſt hanc vitam.* Reſp. utique renati propter adhærens peccatum ſententiam damnationis ſæpius metuunt, ſeque propter illud reos iræ divinæ & æternæ damnationis conſtitui poſſe agnoſcunt; erigendi igitur erant hac conſolatione, quod non ſint venturi in judicium. *Qui non credit, jam judicatus eſt*, dicit Chriſtus Joh. III. 18. manifeſtatio interim extremo judicio reſervatur: eodem modo res ſe habet cum renatis, in illis οὐδὲν κατάκριμα, id quod ultimo demum die manifeſtabitur. Maneat ergo firmum fixum, in renatis nihil damnationis eſſe ob concupiſcentiam, cujus motibus repugnant, non quod ſua natura non ſit peccatum damnatione dignum, ſed quia propter Chriſtum reatus ejus dimittitur. Bellarminus hoc impugnat multis modis: 1.) *Reatus eſt peccati formale, ſub-*

Rom. VIII. Nihil damnationis in his, qui ſunt in Chriſto.

ſublato ergo in baptiſmo concupiſcentiae reatu, utique concupiſcentia deſinit eſſe peccatum. Reſpond. forma proprie dicta concupiſcentiæ & omnis peccati eſt ἡ ἀνομία, deflexio a norma legis. Quando Philippus & alii *formale* peccati dicunt eſſe reatum, non accipiunt formam ἀκριβῶς, ſed loquuntur de peccato, ut conſideratur in prædicamento relationis. Reatus proprie loquendo non eſt forma, ſed proprium conſequens peccati, ut in prædicamento qualitatis conſideratur. Adde, quod reatus non tollatur ab ipſa concupiſcentia, ſed a perſona; qua de re ſic ſcribit Auguſtinus lib. VI. contra Julian. c. 6. *Tollitur in baptiſmo reatus peccati, non reatus ejus, (concupiſcentiae,) quo ipſa rea erat, neque enim aliqua perſona eſt, ſed quo reum hominem originaliter faciebat, remiſſus fuit atque vacuatus.* Abſit autem, ut dicamus, eam ſanctificari, cum qua neceſſe habent regenerati, ſi non in vacuum gratiam Dei ſuſceperint, interno quodam bello tanquam cum hoſte confligere. 2.) *Reatus eſt omnino inſeparabilis ab eo, quod ſua natura dignum aeterna damnatione, cum ſit meritum pœnae.* Reſp. reatus non tollitur a concupiſcentia, ſed ab homine. Concedit Bellarminus, Deum odiſſe concupiſcentiam, & tamen renatos, in quibus eſt concupiſcentia, non odiſſe. Eodem modo nos dicimus, concupiſcentiam eſſe rem ſua natura damnatione dignam, & tamen renatos propter eam non damnari. Propria adjuncta non ſeparantur a re, quoad potentiam, bene tamen quoad actum reſpectu divinæ potentiæ. Sic ergo etſi concupiſcentia actu non damnet renatos, damnare tamen poſſet, ſi in ſe & per ſe conſideratur. Veteres hic utuntur exemplo Cananæorum, quorum jugum & imperium abſtulerat Deus a cervicibus Iſraëlitarum, nec tamen reliquias eorum univerſas penitus deleverat, ſed in materiam continui exercitii ad ſecuritatem Iſraëlitarum præcavendam eos ſuperſtites reliquerat. Bernhardus ſerm. de cœna Domini: *Licet damnationem abſtulerit Chriſtus, tamen ad humiliandos nos peccatum adhuc patitur in nobis, & graviter nos adfligere, ut ſentiamus, quid gratia nobis praeſtet, & ſemper ad illius gratiae auxilium recurramus.* 3.) *Deus nunquam remittit reatum, dum manet ejus fundamentum, quia judicium ejus ſecundum veritatem.* Reſp. quemadmodum peccata impiorum prætereunt *actu*, remanent *reatu*: (teſte Auguſtino lib. I. de nupt. & concup. cap. 26.) ita viciſſim renatorum peccata tranſeunt *reatu*, *actu* manent. Cum Davidi reatus adulterii dimitteretur, ipſe tamen actus non auferebatur, pugnat cum veritate Dei, factum non eſſe, quod vere factum eſt. 4.) *Apoſtolus hanc ſuam concluſionem deducit ex ſuperioribus, in quibus dixerat, motus concupiſcentiae non eſſe voluntarios, nec peccata.* Reſp. poſterius nuſpiam dixit, ſed quia in ultimo verſ. præcedentis cap. dixerat, renatos per Dei gratiam in Chriſto impetrata peccatorum remiſſione & per Spiritum regeneratos ac renovatos carne tantum ſervire peccati legi, non autem mente; ideo addit, nihil condemnationis (vel ut græca habent, nullam condemnationem) illis eſſe, quod probat iterum dupliciter: 1.) quia ſunt in Chriſto, videlicet per fidem: 2.) quia non ambulant ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum.

In baptiſmo perfecte remittitur peccatum.

§. LXXVI. V.) *Scriptura docet, per baptiſmum fieri veram peccatorum remiſſionem, ita, ut non ſolum condonetur debitum pœnae, ſed etiam maculae abluantur, purgentur, deleantur, tollantur.* Reſp. de hoc argumento in tractatu de baptiſmo dicendum erit, hac vice breviter reſpondemus. *Baptiſmus eſt lavacrum regenerationis & renovationis:* Tit. III. 5. per regenerationem obtinemus remiſſionem peccatorum, gratiam Dei, υἱοθεσίαν, hæreditatem vitæ æternæ, &c. hæc omnia vere & perfecte nobis obveniunt. Renovatio itidem vera eſt, ſed non ſtatim perfecta; diſerte enim apoſtolus 2 Cor. IV. 16. *Interior noſter homo de die in diem renovatur.* In baptiſmo abluimur & ſanctificamur; 1 Cor. VI. 11. nihilo tamen minus mundare nos jubemur ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, ac ſanctificationem perficere, 2 Cor. VII. 1. qua de re plura ſuo loco.

§. LXXVII. *Alteram* argumentorum claſſem petit Bellarminus ex dictis patrum, de quibus ita ſtatuimus: 1.) Hoc probandi genus ſecundarium eſt. 2.) Pro noſtræ ſententiæ confirmatione perſpicua & evidentia in illis occurrunt teſtimonia. 3.) Auguſtinus veterum ſententias libro II. contra Julianum collegit, ex quibus de antiquitatis ſententia facile judicari poteſt. 4.) Ante exortum pelagianum certamen quandoque ſecurius loquuntur patres. 5.) Nomine peccati utuntur in ſenſu *philoſophico*, illud ſaltem peccatum eſſe dicentes, quod actu eſt voluntarium, cum tamen originali peccato hoc non conveniat. 6.) Peccatum ſæpius intelligunt, quod *actu* hominem, etiam renatum, iræ Dei & damnationi obnoxium facit, quale peccatum cum concupiſcentia in renatis non ſit, hoc ſenſu eam peccatum eſſe negant. 7.) Alibi vero ſuam ſententiam diſerte exponunt, perfectionem ac merita operum repudiantes, ac perfectam legis impletionem in hac vita fieri poſſe negantes. 8.) Quin etiam cum patres ad populum verba facerent, ea dicebant, quæ utiliora videbantur ad excitandos homines ad bona opera, ut in conſimili quæſtione fatetur Bellarminus libro II. de grat. & liber. arbitr. capit. 14. col. 628. 9.) Denique tantum abeſt, ut ea, quæ ex patribus Bellarminus adducit, omnia nobis adverſentur, ut etiam diſerte noſtram quandoque confirment ſententiam. Methodius apud Epiphanium hæreſ. LXIV. dicit, *concupiſcentiam in nobis relictam eſſe ad agonem, ut per eam probemur tanquam aurum in fornace.* Recte, interim ſua natura concupiſcentia eſt peccatum, etiam cum diabolo pugnandum, qui tamen peccator maximus. Quid quod verba Methodii noſtræ favent ſententiæ? *Vides*, inquit, *quod cogitationes propter inhabitans nobis peccatum forinſecus nobis inſtent, velut canes rabioſi, aut feri, aut audentes latrones, contra nos ſemper inſtigati a tyranno ac principe iniquitatis, probantes nos, an reſiſtere ipſis poſſimus.* Baſilius libr. de virgin. *carnis adfectus vocat naturales;* (ſed intelligit naturam peccato corruptam, in principio enim non erat ſic.) Chryſoſtomus homil. XIX. ad populum Antiochen. *Concupiſcere naturale eſt; male concupiſcere voluntatis.* Homil. XIII. Rom. *Ipſa[…] ſiones in ſe peccatum non ſunt, effrenata ipſarum immoderantia peccatum eſt.* (Qui negat? diſtinguimus ipſi inter paſſiones n[…] les & inter vitia ſive immoderantiam paſſio[…] Auctor operis imperfect. in Matthæum h[…] XII. negat, *carni dictum eſſe:* non concup[…] (ejus auctoritatem Bellarminus ipſe paſſim e[…] Cyrillus IV. in Joh. cap. 51. *voluptatem* [… …]*dam peccatum* dicit *praecurrere*; (ſed ex eo […] dum ſequitur, ipſam illam inordinatam vol[…] tem nullo modo peccatum eſſe.) De re[…] idem judicium, diſtinguunt peccatum a[…] mortale a peccato originali & veniali. E[…] guſtini tomis omnibus probare conatur B[…] minus, quod *negaverit, concupiſcentiam eſſ[…] catum.* Reſp. diſerte ſe ipſum expoſuit lib. nupt. & concup. cap. 25. *Si quaeritur, […] modo concupiſcentia carnis manet in regene[…] in quo univerſorum facta eſt remiſſio peccato[…] quandoquidem per ipſam ſeminatur, & cum carnalis gignitur proles parentis etiam bapti[…] aut certe ſi in parente baptizato poteſt eſ[…] peccatum non eſſe, cur eadem ipſa in pro[…] peccatum? ad haec reſpondetur, dimitti c[…] piſcentiam carnis in baptiſmo, non ut non ſed ut in peccatum non imputetur. Qua[…] autem reatu ſuo jam ſoluto, manet tamen, […] ſanetur omnis infirmitas noſtra, proficiente […] vatione interioris hominis de die in diem; […] enim ſubſtantialiter manet, ſicut aliquod co[…] aut ſpiritus, ſed adfectio eſt quaedam malae […] litatis, ſicut languor.* cap. 26. *Sicut e[…] peccatorum, quae manere non poſſunt, quon[…] cum fiunt, praetereunt, reatus tamen ma[…] &, niſi remittatur, in aeternum manebit: […] illius, quando remittitur, reatus aufertur, […] eſt enim, non habere peccatum, reum non eſſe […] cati. Sicut peccata actualia praetereunt a[…] manent reatu:* capit. 27. *ſic e contrario fieri eſt, ut etiam illud* (*originale*) *maneat actu, p[…] tereat reatu. Agit enim aliquid concupiſce[…] carnis, & quando non exhibetur ei vel co[…] adſenſus, ubi regnet, vel membra velut ar[…] quibus impleatur, quod jubet: agit autem, […] niſi ipſa deſideria mala & turpia? non eni[…]*

bona & licita eſſent, eis obedire prohiberet apoſtolus. cap. 29. *Multum boni facit, qui facit, quod ſcriptum eſt:* poſt concupiſcentias non eas, *ſed non perficit, quia non implet, quod ſcriptum eſt:* non concupiſces. Obſerva contra ſophiſticam Bellarmini: (qui ſtatuit, Auguſtino plane id non eſſe peccatum, quod non facit hominem actu reum,) 1.) Quod Auguſtinus ideo peccatum originale a parentibus etiam baptizatis in ſobolem propagari contra Pelagianos docet, quia manet in eis concupiſcentia, licet in peccatum non imputetur; utique ergo ſua natura eſt & manet peccatum, alias liberi baptizatorum non naſcerentur peccato obnoxii. 2.) Quod illam infirmitatem in renatis manentem nominet adfectionem malæ qualitatis, & deſideria ejus mala turpia ac illicita, legi Dei repugnantia, quam eſſe peccati proprie dicti deſcriptionem negari nequit, cum omne turpe, illicitum & a legis norma deflectens ſit peccatum. 3.) Quod conferat invicem remiſſionem originalis & actualium peccatorum. Ut ergo in remiſſione actualium peccatorum ita reatus eorum ſolvitur, ut non deſinant eſſe id, quod actu ſunt; neque enim adulterium Davidis deſinit eſſe ἀνομία, ſi vel maxime remittatur: ita quoque in remiſſione originalis concupiſcentiæ ita ſolvitur reatus, ut non deſinat id eſſe, quod ſua natura eſt, videlicet ἀνομία & peccatum. Quotiescunque ergo Auguſtinus concupiſcentiam peccatum eſſe negat, intelligit peccatum tale, quod actu nos (renatos) reos & damnationi obnoxios faciat. Sic lib. VI. contra Julian. cap. 5. dicit, *juſtificatos carere omni peccato, non autem omni malo.* Quale vero malum intelligat, ibidem exponit: *Tale ac tam magnum malum, tantum quia ineſt, quomodo non teneret in morte, & pertraheret in ultimam mortem, niſi & ejus vinculum in illa, quae fit in baptiſmo, remiſſione omnium peccatorum ſolveretur?* Ibidem. *Omni peccato caret, non omni malo; quod planius ita dicitur: omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis: nunquid caret corruptione corporis? nunquid caret ignorantiae malo, per quod a neſcientibus innumerabilia perpetrantur mala?* (hæc ignorantia utique eſt malum culpæ, quia Auguſtinus illi tribuit, quod per eam non percipiantur ea, quæ ſunt Spiritus Dei.)

§. LXXVIII. *Tertia* claſſis continet varias rationes. I.) *Baptiſmus liberat ab omnibus peccatis, & tamen non liberat a concupiſcentia.* Reſpond. de hoc argumento dicetur in tractatu de baptiſmo. II.) *Concupiſcentia eſt effectus & poena peccati originalis. Ergo non eſt ipſum peccatum originale.* Reſpond. Auguſtinus lib. V. contra Julian. capite 3. diſerte ſcribit, *concupiſcentiam eſſe & peccatum & poenam peccati.* Pœna peccati eſt, reſpectu actualis peccati ab Adamo commiſſi. Peccatum eſt, quia, ut in nobis hæret, repugnat legi Dei. Punit Deus peccata peccatis, fatente Bellarmino libro II. de ſtat. peccati cap. 14. col. 174. Luſus igitur eſt in voce *originalis peccati*, qua intelligitur in antecedente peccatum *actuale Adami*, quod fuit origo corruptionis illius, quæ naturam humanam infecit; in conſequente intelligitur ipſa corruptio *nobis inhaerens*, ab Adamo in nos traducta. *Concupiſcentia* etiam vocula ambigua eſt, ea enim quandoque intelligitur vitioſus concupiſcentiæ habitus, qui eſt ipſum originis peccatum, quandoque vero pravi ejus motus ac deſideria, qui ſunt pœna originalis peccati. III.) *Si homo non naſceretur ex Adam, & tamen haberet concupiſcentiam, quam nunc habet, non poſſet in eo concupiſcentia proprie vocari peccatum. Ergo non eſt ex ſe & ſua natura peccatum. Antecedens probatur auctoritate Auguſtini* lib. III. contra Julian. cap. 12. Reſpond Auguſtinus ibi Juliani Pelagiani objectionem recitat, eandemque refellit. Quod ergo Bellarminus ex Juliani ſermone de diabolo hominem creante recitat, a mente atque auribus piorum abhorret, nec ab Auguſtino ullibi conceditur. Præterea. ſi concupiſcentia mala naturalis res eſt, quare non habuit locum in Chriſto, nec habebit in vita æterna? IV.) *Concupiſcentiae primi motus non ſunt peccatum. Ergo nec ipſa concupiſcentia habitualiter inhaerens peccatum erit. Antecedens probatur, quia*

Rationes, concupiſcentiam peccatum non eſſe, φαινομένως probantes.

 in

in pueris, amentibus & dormientibus peccatum non eſt illa prava concupiſcentia, teſte Auguſtino lib. X. confeſſ. cap. 30. Proſpero lib. III. de vit. contempl. cap. VI. Ambroſio. lib. I. de offic. cap. 21. *At non eſt etiam in poteſtate virorum ſapientium & vigilantium, non habere primos illos concupiſcentiae motus. Ergo illi non ſunt peccata.* Reſp. hac ratione denuo aboletur originale peccatum. Si enim id non eſt peccatum, quod vitare non eſt in noſtra poteſtate; infantes peccato originali obnoxii non erunt. *Per legem eſt peccati cognitio*, Rom. III. 20. Non autem ex menſura virium noſtrarum legis ſententia æſtimanda eſt. Si in concreata integritate primi homines perſtitiſſent, in ipſorum & poſterorum poteſtate fuiſſet, pravos concupiſcentiæ motus non habere, quod in illam ἀδυναμίαν implendi legem inciderint, divinæ legis perfectioni nihil derogat. Anshelmus de conceptu virgin. cap. 28. *Deus recte exigit a natura, quod ei dedit, & quod ſibi juſte debetur. Si quis vir & uxor ejus ad magnam quandam dignitatem vel poſſeſſionem nullo ſuo merito, ſed ſola gratia provecti, ſimul crimen grave inexcuſabiliter committunt, & pro eo juſte dejiciuntur, & in ſervitutem rediguntur, quis dicet, filios, quos poſt damnationem genuerunt, eidem non debere ſubjacere ſervituti?* Apud eundem lib. I. cur Deus homo cap. 24. Boſo quærit: *Si non poteſt homo debitum reddere, quomodo injuſtus eſt debitum non reddendo?* cui reſp. Anshelmus: *forſitan ſi nulla eſt in illo impotentiae cauſa, aliquatenus excuſari poteſt, ſed ſi in ipſo impotentiae eſt culpa, ſicut non levigat peccatum, ita non excuſat non reddentem debitum, ſicut ſi quis injungat ſervo ſuo aliquod opus, & ei praecipiat, ne dejiciat ſe in foveam, quam illi demonſtrat, unde ullatenus exire poſſit.* Quæ de poſſibilitate implendi legem Bellarminus annectit, ſuum habebunt alibi locum. Auguſtinus lib. X. confeſſ. c. 30. illos concupiſcentiæ in ſomno motus diſerte vocat *turpitudines*, & ab illis liberari ingemiſcit. V.) *Si concupiſcentia peccatum eſt, & in juſtificato manet, ſequitur, quod Chriſtus non vere, ſed imputative tantum a peccatis nos redemerit, & quod diabolus Chriſto potentior ſit.* Reſp. hac de re plura dicemus in articulo de juſtificatione. Breviter: malitioſa eſt oppoſitio inter *veram* & *imputatam* juſtitiam. Nonne apoſtolus diſerte dicit, quod *fides imputetur credenti ad juſtitiam?* Rom. IV. 5. num hanc juſtitiam dicit Bellarminus non eſſe veram? Vere Chriſtus & perfecte nos liberavit, vere & perfecte redemit; nemo noſtrum unquam dixit, Chriſtum *imputative* nos redemiſſe; hoc vero dicimus, juſtitiam Chriſti nobis imputari, quæ imputatio per fidem tam vera eſt, quam vere Chriſtus peccata noſtra in ſe ſuſcepit. Ergo vere juſtificamur & redimimur, vere Chriſtus diabolo potentior, quia remiſſio peccatorum, quam fides in Chriſti merito quærit & adprehendit, vera ac perfecta eſt; ipſa interim renovatio in hac vita nunquam ita perfecta eſt, quin quotidie debeat creſcere, quod apoſtolus diſerte adſerit. Neque ex illa renovationis in hac vita imperfectione ſequitur, vel Chriſtum non vere nos redemiſſe, vel diabolo inferiorem eſſe, ſed elucet inde atrocitas peccati tam arcte nobis inhærentis, ut non poſſit venenum hoc prius extergi, quam in minutiſſimos cineres hæc caro peccati & hoc corpus mortis redigatur. Vide Auguſtinum lib. VI. contra Julian. cap. 56. *Fieri nequit, ut, qui ſunt vere iniqui & peccatores, non ſint etiam rei irae divinae.* Reſp. diſtinctio inter *mortalia* & *venialia* delicta hoc rectiſſime expedit, de qua inferius diſputabitur.

An actus exterior peccati habeat malitiam propriam.

§. LXXIX. Hæc dicta ſunt de prava concupiſcentia in renatis, (quæ eſt *abſconditum illud peccatum, quod Deus collocat in lumine vultus ſui* Pſalm. XC. 8.) & in univerſum de interioribus peccatis. Exteriora delicta vel in geſtibus, vel in verbis, vel in factis conſiſtunt, juxta explicationem quinti præcepti a Chriſto traditam. Matth. V. 21. & 22. Quærunt hoc loco Scholaſtici: *An actus exterior, qui a voluntate imperatur, habeat bonitatem vel malitiam propriam, propter quam magis, quam ſolus interior voluntatis actus, in peccatum imputetur?* Scotus in Quodlib. q. XVIII. adfirmat; nititur autem his fundamen-

clementis: 1.) *diſtinctis praeceptis hi actus prohibentur, exterior quidem in ſeptimo, ſed interior in decimo; 2.) alia integritas eorum, quae ſecundum rectam rationem debent convenire actui interiori, & eorum, quae actui exteriori; 3.) gravius punitur actus interior & exterior ſimul, quam unus per ſe.* Sed Biel II. ſent. diſt. 42. q. 11. ſecutus ſuum Occamum quodlib. I. q. 1. q. 20. & quodlib. III. q. 14. ac Gregorius de Arimino negat, *aut enim illa bonitas eſſet ipſe actus exterior, aut aliquid ſuperadditum; non primum, quia idem actus exterior poteſt primo eſſe malus & poſtea bonus: nec ſecundum, quia illud ſuperadditum non erit niſi reſpectus conformitatis & dependentiae actus exterioris ad actum interiorem, quia ſcilicet elicitur conformiter actui interiori, ſed hic reſpectus convenit etiam actui cauſarum naturalium, ut ſi voluntas imperet adpropiationem ignis ad candelas.* Ex quo ulterius colligit Biel art. II. *Non eſſe operationem interiorem voluntatis cum exteriore magis meritoriam vel demeritoriam, quam ſit ſola interior ſine exteriori imperata, ſtante ſcilicet aequalitate actus interioris, ut homo volens occidere & occidens non eſt majori poena dignus apud Deum, quam ſi vellet occidere, & non occideret, ſuppoſito quod voluntatem aeque plenam habeat, quia non majus praemium meretur homo propter voluntatem & opus, quam alius propter aequalem voluntatem ſine opere, alias homo invitus poſſet fieri per alium majoris meriti vel demeriti, cum poſſit impediri.* Art. III. addit, *hominem plus peccare extenſive concomitante exteriori operatione, quam ſola interiori voluntate, cum peccet pluribus peccatis, nam tam voluntas interior mala peccatum eſt, quam etiam operatio exterior imperata.* Thomas. p. II. q. 19. art. 3. diſtinguit: *Actus interior & exterior, prout conſiderantur in genere moris,* (ut actus morales) *ſunt unus actus; contingit tamen, quandoque actum, qui eſt unus ſubjecto, habere plures rationes bonitatis vel malitiae, quandoque unam tantum. Quando exterior actus eſt bonus vel malus, ſolum in ordine ad finem, tunc eſt eadem omnino bonitas vel malitia actus voluntatis & exterioris. Quando autem actus exterior habet malitiam vel bonitatem ſecundum ſe, ſecundum materiam vel circumſtantiam, tunc alia bonitas actus voluntatis, alia actus exterioris.* Nos ſequimur hic Scotum, cum non ex ſolo voluntario, ſed ex legis norma de actionibus moraliter bonis vel malis ſit judicandum.

CAPUT XI.

DE PECCATIS CONTRA DEUM, CONTRA PROXIMUM ET CONTRA NOS IPSOS COMMISSIS.

§. LXXX.

Quaedam peccata committuntur contra Deum, quaedam contra proximum, quaedam contra nos ipſos.

Sequitur tandem *ſeptima* peccatorum diviſio ex *objectis* petita. Quædam peccata committuntur contra *Deum*, quædam contra *homines*, idque iterum dupliciter; quædam contra *nos ipſos*, quædam contra *proximum*. Fundamenta hujus diviſionis exſtant: 1. Sam. II. 25. *Si peccaverit homo in hominem, judices hoc judicant. Si autem homo peccaverit in Deum, quis arbiter erit?* Tit. II. 12. *Vivamus in hoc ſeculo σωφρόνως* (reſpectu noſtri) *καὶ δικαίως* (reſpectu proximi) *καὶ εὐσεβῶς* (reſpectu Dei) Num. XXI. 7. *Peccavimus contra Dominum.* Matth. XVIII. 15. *Si peccaverit in te frater tuus &c.* Jac. V. 16. *Confitemini invicem peccata veſtra.* Triplici omnino obligatione homo tenetur obſtrictus, Deo debet obedientiam, proximo beneficentiam, ſibi cuſtodiam; utique ergo tribus peccat modis, contra Deum, contra proximum, contra ſe ipſum, puta *immediate & directe*; nam *mediate* & conſequenter peccando contra proximum etiam contra ipſum Deum peccatur, qui dilectionem proximi præcepit; hinc de adulterio ſuo pronunciat David, quod per illud Domino peccaverit. 2. Sam. XII. 13. Pſalm. LI. 6. Quidam tamen non incommode id hoc

modo exponunt, quod David hoc ſuo peccato dederit multis occaſionem blaſphemandi nomen Domini. v. 14.

Quædam peccata committuntur contra primam, quædam contra ſecundam tabulam.

§. LXXXI. Adfinis huic diviſioni eſt *octava*. Quædam peccata committuntur contra *primam*, quædam contra *ſecundam* decalogi tabulam. Fundamentum hujus diviſionis exſtat in diſtributione decalogi divinitus facta, qua omnia legis moralis præcepta in duas di ctas tabulas fuere deſcripta, Exod. XXXI\ Deut. X. 1. quam diſtributionem confirr Chriſtus Matth. XXII. 37. 38. 39. & P Eph. VI. 2. De prima decalogi tabula tra hæc regula: obedientia primæ tabulæ der ſecundæ, quando ſcilicet ſimul non poſſunt vari. De ſecunda agit hæc regula: mand de dilectione proximi ſimile eſſe primo; d in articulo de lege Dei agetur prolixius.

CAPUT XII.
DE PECCATIS IN CORPUS ET EXTRA CORPUS COMMISSIS.

§. LXXXII.

Quædam peccata fiunt extra corpus, quædam in proprium corpus.

Nona peccatorum actualium diviſio traditur 1. Cor. VI. 18. *Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat.* Quomodo autem *ſola* ſcortatione in proprium corpus peccatur, cum ebrietate, ἀυτοχειρίᾳ & aliis peccatis itidem in proprium corpus peccari videatur? Gloſſa ordinaria quatuor adfert reſponſiones: 1.) *Nullum peccatum in tantum dehoneſtat & coinquinat corpus, ut illud.* 2.) *Omne peccatum eſt extra corpus, id eſt, extra uxorem, quae cum viro unum corpus dicitur, praeter iſtud.* 3.) *Qui criminaliter peccat, fera dicitur, non homo, & extra corpus ſuum peccat, id eſt, extra eccleſiam, quia pro venialibus ab eccleſia non ſeparamur: ſed qui fornicatur, extra corpus ſuum peccat, id eſt, extra eccleſiam, ut ab ea ejiciatur.* (Sed apoſtolus non loquitur de corpore myſtico vel metaphorice accepto, ſed de proprio cujusque corpore.) 4.) *Caetera peccata, etſi per corpus gerantur, non tamen animam ita carnali concupiſcentiae faciunt obſtrictam atque obnoxiam, quemadmodum in ſolo opere fornicationis corporalis fit.* Lyranus ſic commentatur: *Alia peccata communiter inficiunt ſolam animam, quia non perficiuntur in delectatione corporis, ſicut avaritia, odium, invidia & hujusmodi. Sed fornicatio non ſolum animam, ſed etiam corpus inquinat, quia perficitur in delectatione corp in tantum, quod pro tunc abſorbetur intelle & efficitur homo quaſi equus & mulus.* vero licet perficiatur in delectatione corporis, *tamen delectatio non eſt ita vehemens, quo ſorbeat intellectum. Poteſt tamen dici, apoſtolus ſub fornicatione intelligat etiam g eo quod gula praeparat luxuriae mate* Alii quærunt dicti apoſtolici rationem in quod continua illa cum ſalaciſſimis & ſpu mis ſcortis converſatione extreme perdat evertatur corporis valetudo, cum furore i bidinis exſugatur ſanguis, medulla oſſiu ipſum cerebrum, unde poſtea fœdiſſimi & viſſimi morbi oriuntur. Eccl. XIX. 3. *Qui tricibus converſatur, eum caries & verm cupabunt:* quædam exemplaria græca ad *καὶ ξηρανθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ με* Friſius part. II. lib. 1. ſpeculi medicinalis refert, juvenem quendam Lutetiæ in ipſo tationis actu mortuum, in cujus cranio a ne minima quidem cerebri particula ſit rep

Multa Venus vires exhaurit, ſpiritibus
Noxia, conſumit corpora mille modi

ut recte canit Eobanus. Hæc veriſſime d diſſimo ſcortationis peccato dicuntur, in cum & alia peccata corporis valetudinem ſternant, ideo ſimpliciſſime ex textu apo reſpondemus, ob id *ſola* ſcortatione in pro corpus ſecundum apoſtolum peccari, qu *adhaeret meretrici, fit unum corpus cu*

v. 16. *tollit membra Chriſti, & facit ea membra meretricis* v. 15. Hoc ſenſu peccatum ſcortationis in proprium corpus committi apoſtolus pronunciat, quamvis enim feratur etiam ad ſcortum, tamen ab eodem in proprium corpus non ſine horribili fœditate quaſi reflectitur.

CAPUT XIII.

DE PECCATIS CARNIS ET SPIRITUS.

§. LXXXIII.

Quædam ſunt peccata carnis, quædam ſpiritus.

Decimo. Peccata actualia quædam ſunt *carnis*, quædam *ſpiritus*. 2. Cor. VII. 1. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem.* Scholaſtici hanc diviſionem ſic exponunt. Peccatum conſiſtit in adpetitu inordinato alicujus boni, in quo habito aliquis inordinate delectatur. Duplex autem eſt delectatio; *animalis*, quæ conſummatur in ſola adprehenſione alicujus rei ad votum habitæ, & hæc poteſt dici delectatio ſpiritualis, ut cum quis delectatur laude humana: alia eſt delectatio *corporalis*, quæ in ipſo tactu perficitur, & poteſt dici delectatio carnalis. Hos ſequitur Bellarminus lib. I. de amiſſ. grat. & ſtat. peccati c. 2. *Omnes res, ad quas inordinate convertimur, cum peccamus, aut ſunt bona adprehenſa ſenſibus carnis, ut cibus, potus, concubitus: aut intelligentia, ut honor, poteſtas, divitiae.* Per converſionem (inordinatam) ad priora fiunt peccata *carnalia*, per converſionem ad poſteriora fiunt peccata *ſpiritualia*. Ambroſius in 2. Cor. XIX. ita legit: *mundemus nos ab omni inquinamento carnis, ut perficiamus ſanctitatem*, & ex eo colligit, *omnia vitia eſſe carnalia*; ſed græci Codices conſtanter legunt σαρκὸς καὶ πνεύματος, ergo & mentem & corpus impollutum ſervari a renatis, apoſtolus requirit. Quidam exiſtimant, apoſtolum reſpicere ad Corinthiorum excuſationem, qui reprehenſi, quod intereſſent idololatricis ethnicorum conviviis, atque ita polluerentur idolorum cultu, reſponderint, ſe non eo animo accedere, ut honorem deferant idolis, cum probe ſciant, idolum nihil eſſe, ac proinde ſe ſpiritum a pollutione integrum ſervare: illis ab apoſtolo hic reſponderi, quod non ſatis ſit, ſpiritum a pollutione purum conſervare, ſed carnem quoque ſeu corpus impollutum retinendum eſſe.

CAPUT XIV.

DE PECCATIS MANIFESTIS ET OCCULTIS.

§. LXXXIV.

Quædam peccata ſunt manifeſta, quædam occulta.

Undecima actualium peccatorum diviſio proponitur: 1. Tim. V. 24. *Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt praeeuntia damnationi* (αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοι προάγουσαι εἰς κρίσιν, Chemnitius explicat *quae accelerant pœnas & judicium Dei*) *quosdam vero ſubſequuntur*, v. 25. *ſimiliter & facta bona ante manifeſta ſunt*, (πρόδηλά ἐστι) *& quae aliter ſe habent, occultari non poſſunt.* Monuerat apoſtolus Timotheum, ne peccatis alienis communicaret, hoc eſt, ne temere ordinaret presbyteros, quorum mores non eſſent perſpecti, hac occaſione addit diſcrimen inter peccata *manifeſta* & *occulta*, ut oſtendat, ſe de illis locutum, quorum peccata fuerint patefacta, de occultis eccleſiam non judicare, quæ tamen ſuo tempore patefactum iri admonet. Porro vox πρόδηλα, v. 25. oſtendit, phraſin ἁμαρτιῶν προαγουσῶν εἰς κρίσιν exponi commodiſſime de illis peccatis, quæ in ſui judicium & condemnationem publica manifeſtatione nos deducunt, nec ullo teguntur externæ hypocriſeos velo, quo minus ea agnoſcere, judicare ac deteſtari poſſimus.

CAPUT XV.
DE PECCATIS CLAMANTIBUS IN COELUM.

§. LXXXV.

Quædam peccata Deus diſſimulat, quædam in cœlum clamant.

Duodecimo. Quædam ſunt peccata, quæ Deus longanimitate ſua diſſimulat, ὑπεριδὼν, ut loquitur apoſtolus Act. XVII. 30. quædam ſunt atrocia delicta in cœlum clamantia, quæ etiam tacentibus hominibus clamant ad Deum & vindictam expetunt. Vulgo quatuor talia numerantur, quæ ſequentibus comprehenduntur verſiculis:

Clamitat ad cœlum vox ſanguinis, (Gen. IV. 10.)
& Sodomorum (Gen. XVIII. 20.)
Vox oppreſſorum, (Exod. III. 7. XXII. 23.)
merces detenta laborum (Jac. V. 4.)

Hoc ſenſu quidam accipiunt verba filii prodigi: Luc. XV. 21. *Peccavi pater in cœlum & coram te*: quidam vero concinnius per *metonymiam* accipiunt cœlum pro Deo; *peccavi in cœlum*, id eſt, in Deum; ſicut Chriſtus interrogat Phariſæos, *an baptiſmus Iohannis fuerit ex cœlo?* Luc. XX. 4. *Deum nomine cœli intelligere, Syriacum eſt*, ait Angelus Caninius in diſquiſ. de obſcur. locis nov. teſt.] Vide Druſium lib. V. obſerv. ſacrarum cap. 11. *Cœlum* (inquit) *pro Deo ſumi, e veteribus monumentis dudum obſervavimus.* Sic 1. Macc. III. 18. ὐκ ἔςι διαφορὰ ἐναντίον τῦ ὐρανῦ (*) σώζειν ἐν πολλοῖς ἢ ἐν ὀλίγοις. *Rurſus* 1. Macc. IV. 10. καὶ νῦν βοήσωμεν εἰς ὐρανὸν, εἴπως ἐλεήσει ἡμᾶς. *Sed & magiſtri* (Rabbini) *ſaepiſſime ita uſurpant, ut cum dicunt, omnia eſſe in manu cœli. Item, ſit timor cœli ſuper vos, & nomen cœli frequens in ore ipſius. Sic: timor hominum, ſi praevaluerit, excludit timorem cœli.* Hæc Druſius. Quamvis vero quatuor tantum peccata in cœlum clamantia vulgo ita enumerentur, tamen quævis atrocia delicta, quibus menſura iniquitatis impletur, Gen. XV. 16. Matth. XXIII. 32. Amos I. 3. &c. ad cœlum clamare & Dei vindictam expetere recte dicuntur. Rom. VIII. 22. πᾶσα κτίσις ςενάζειν dicitur, nimirum propter δυλείαν, qua cogitur impiorum abuſui ſervire. Habac. II. 11. *lapides de pariete clamare* dicuntur, quando eum oppreſſione pauperum & injuſtitia domus eſt exſtructa. Eccl. XXXV. 19. *lachrymae viduae in genas ejus deſluunt & clamant adverſus eum, qui eas evocavit.*

CAPUT XVI.
DE PECCATIS CAPITALIBUS.

§. LXXXVI.

Quædam peccata capitalia, quædam ab illis orta.

Decimotertio. Quædam peccata ſunt *capitalia*, quædam *ab illis orta.* Notat Bonaventura lib. II. ſent. diſt. 42. lit. C. *capitale vitium dupliciter accipi, primo pro eo, quod praecipuum & magnum eſt in genere vitioſo, ſecundo pro eo, quod eſt caput & principium aliorum*; hoc modo conciliare conatur diverſitatem veterum, quæ in numero capitalium vitiorum apud ipſos occurrit. Gregorius in Exod. *Septem ſunt capitalia vel principalia vitia: inanis gloria, ira, invidia, acedia, avaritia, gula, luxuria.* Gloſſa ordinaria in Prov. VI. enumerat *ſex* capitalia vitia. Iſidorus in Deut. recenſet *octo*. Sufficientiam & numerum capitalium vitiorum ita probat Thomas p. II. q. 84. art. 4. *Illa dicuntur capitalia vitia, quorum fines quasdam habent primarias rationes movendi adpetitum: Eſt autem triplex hominis bonum, quod adpetitum movet. Eſt quoddam bonum animae, quod ex ſola adprehenſione rationem adpetibilitatis habet, ſicut excellentia laudis vel honoris, hinc inanis gloria, aliud pertinet ad bonum corporis, idque vel ad conſervationem individui, hinc gula; vel ſpeciei, hinc luxuria. Tertium bonum eſt exterius, ſcilicet divitiae, & ad hoc ordinatur avaritia. Quod autem aliquis bonum fugiat propter aliquod malum conjunctum (& ſic indirecte moveatur ad peccatum) eſt tri-*

pli-

(*) Alii legunt: τῦ Θεῦ τῦ ὐρανῦ.

pliciter : aut enim hoc eſt reſpectu boni proprii, & ſic eſt acedia, quae triſtatur de bono ſpirituali propter laborem corporalem adjunctum ; aut eſt de bono alieno, & hoc, ſi ſit ſine inſurrectione, pertinet ad invidiam, aut eſt cum quadam inſurrectione ad vindictam, hinc ira. Tribuunt autem cuique capitali vitio ſuas quaſi filias. Inanis gloriae dicuntur hae eſſe filiae ; praeſumtio, hypocriſis, pertinacia, diſcordia, contentio, inobedientia. Irae has adſignant filias, indignationem, tumorem mentis, clamorem, blaſphemiam, contumeliam, rixas. Avaritia mater dicitur obdurationis, inquietudinis, violentiae, fallaciae, perjurii, fraudis, proditionis. Gulae adſignantur hae filiae, hebetudo ſenſus, inepta laetitia, multiloquium, ſcurrilitas, immunditia. Luxuria mater dicitur cœcitatis, praecipitantiae, inconſiderationis &c. Vide Thomam p. II. q. 118. 132. 153. 158. 168. &c. 1 Joh. II. 16. tres peccatorum actualium fontes videntur ſtatui: *Quicquid eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitae.* Aug. in Pſalm. LXXVIII. *Omnia peccata oriuntur, vel ex cupiditate male incendente, vel ex timore male humiliante.* Diſtinguunt tamen inter vitia *capitalia*, & inter *radicem* peccatorum. Ut caput notat principale membrum & completum, quod eſt aliorum principium, quantum ad ſenſum & motum ; ſic capitale vitium notat peccatum completum, a quo omnia alia vitia oriuntur ; radix autem proprie loquendo non notat determinatum genus peccati, ſed pronitatem pravæ concupiſcentiæ, quæ concurrit ad omne peccatum. Scriptura diſtinguit inter arborem malam & fructus ejus malos, & incredulitatem adcuſat tanquam capitale vitium & omnium reliquorum originem.

CAPUT XVII.

DE PECCATIS, QUÆ ALIIS SUNT GRAVIORA.

Peccata alia aliis graviora.

§. LXXXVII.

Decimoquarto. Peccata alia aliis graviora eſſe, docet Chriſtus Joh. XIX. 11. *Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet* : in quem locum ſic commentatur Auguſtinus tract. CXVI. in Joh. *Plus peccat, qui poteſtati innocentem livore tradit, quam poteſtas ipſa, ſi eum timore alterius majoris poteſtatis occidit.* Ezech. XVI. 47. *Sceleratiora feciſtis illis in omnibus viis veſtris.* 1. Tim. V. 8. *Qui ſuorum curam non habet, infideli deterior eſt.* 2. Petr. II. 20. *Poſteriora fiunt pejora prioribus &c.* Idem etiam probant diſtincti gradus pœnarum, quæ peccatoribus olim in die judicii irrogabuntur. Matth. X. 15. *Tolerabilius erit terrae Sodomorum & Gomorrhaeorum in die judicii, quam illi civitati, quae non receperit apoſtolos.* Matth. XI. 21. *Tyro & Sidoni remiſſius erit in die judicii, quam civitatibus Corazin & Bethſaidae.* Luc. XII. 47. *Servus, qui cognovit voluntatem domini ſui, & non praeparavit ſe, nec fecit ſecundum voluntatem ejus, vapulabit multis.* v. 48. *Qui autem non cognovit & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Stoicorum & Jovinianorum paradoxum fuit, *omnia peccata eſſe paria.* Auguſtinus lib. II. de ſentent. Jacobi apoſt. Hieron. cap. 3. *Illud de inſeparabilitate virtutum omnibus philoſophis placuit, hoc autem de parilitate peccatorum ſoli Stoici auſi ſunt diſputare contra omnem ſenſum generis humani. Quam eorum vanitatem in Ioviniano illo, qui in hac ſententia Stoicus erat, in aucupandis autem & defenſandis voluptatibus Epicuraeus, de ſcripturis ſanctis dilucidiſſime conviciſti : in qua tua ſuaviſſima & praeclariſſima diſputatione ſatis evidenter adparuit* ; *non placuiſſe auctoribus noſtris, vel ipſi potius, quae per eos locuta eſt, veritati, omnia peccata eſſe paria.* Campianus Jeſuita rat. VIII. *Hunc Stoicorum & Iovinianorum errorem etiam noſtris adfricare conatur eccleſiis. Hoc quoque tritum eſt,* (ait) *in hac fece Proteſtantium, peccata eſſe paria, hac trutina non levius in Deum deliquerit ille caupo, qui gallum gallinaceum, quam qui hominem occiderit* : ſed ab hac calumnia ipſe Bellarminus nos liberat lib. III. de juſtific. cap. 16. in

in princ. *Lutherani non dicunt, quod ſciam, virtutes eſſe pares, aut paria eſſe peccata, neque negant hominem creſcere poſſe ſpe, dilectione, aliisque virtutibus.*

§. LXXXVIII. Sunt autem varii modi, quibus unum peccatum efficitur gravius alio, qui tamen omnes ad quatuor claſſes reduci poſſe videntur. Gravius enim eſt peccatum aliud alio 1.) reſpectu *perſonae peccantis*. Luc. XII. 47. *Servus ſciens voluntatem domini, & non faciens eam, vapulabit multis.* Sap. VI. 7. *Potentes potenter tormenta patientur.*

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.

2.) Reſpectu *perſonae, quae offenditur.* Sic gravius peccat, qui Deum blaſphemat, quam qui homini conviciatur; qui viduas, pupillos, pauperes lædit, quam qui contra alios peccat. Zach. II. 8. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* 3.) Reſpectu *rei*, cui infertur detrimentum. Sic gravius peccatum eſt falſare Dei verbum, quam monetam. Qui vitam proximi lædit, gravius peccat, quam qui bona fortunæ ipſi aufert. 4.) Reſpectu *ipſius peccati*, idque tum ratione *cauſarum*, tum ratione ipſius *actus*. Sic gravius peccat, qui ſcienter, quam qui ignoranter peccat. Auguſtinus libr. IV. contra Donatiſt. de baptiſmo cap. V. de grat. & lib. arbit. cap. III. *Peccatum malitiae gravius eſſe, quam peccatum ignorantiae vel infirmitatis*, demonſtravimus theſi 24. Auguſtinus lib. II. de viſit. infirm. cap. 5. *Peccare voluptate gravius eſt, quam peccare neceſſitate.* Peccatum *commiſſionis* gravius eſſe, quam peccatum *omiſſionis*, ita probat Thomas p. II. q. 79. art. 4. *Peccatum in tantum grave, in quantum a virtute diſtat, contrarietas autem eſt maxima diſtantia, unde contrarium magis diſtat a ſuo contrario, quam ſimplex ejus negatio, ſicut nigrum plus diſtat ab albo, quam non album; jam vero transgreſſio contrariatur actui virtutis, omiſſio importat negationem actus.* Aggravatur etiam peccatum ex continuatione, ex multiplicatione, ex recidivatione, ex peccati defenſione vel extenuatione. Sic nocumentum majus efficit etiam pecc gravius. Thomas p. II. q. 73. art. 3. *Nocu tum ſe habet tripliciter ad peccatum. Qu que eſt praeviſum & intentum, tunc directe titas nocumenti adauget gravitatem pec quandoque eſt praeviſum & non intentum eum quis tranſiens per agrum, ut compend vadat ad fornicandum, infert nocumentum quae ſeminata ſunt in agro: ſic quantitas menti itidem adgravat peccatum, ſed indir quandoque nec eſt praeviſum nec intentum tunc ſi per accidens ſe habeat ad peccatum, adgravat peccatum directe, ſed propter negl tiam conſiderandi nocumenta, quae conſequi ſunt, imputantur homini ad pœnam mala, eveniunt. Si vero nocumentum per ſe ſequ ex actu peccati, licet non ſit intentum nec viſum, directe aggravat peccatum, ut ſi publice fornicetur.* Porro quod diximus ra perſonæ *peccantis* adgravari peccatum, id modo limitat & confirmat Thomas p. II. q 73. art. 10. *Duplex eſt peccatum quoddam ſubreptione proveniens propter infirmitatem manae naturae, & tale peccatum minus i tatur ei, qui eſt major in virtute, alia pe ex deliberatione procedunt, & iſta tanto m alicui imputantur, quanto quis major eſt, pter quatuor cauſas: 1.) quia facilius po reſiſtere peccato, qui excedunt ſcientia & virt 2.) omne bonum, quo aliquis magnificatur donum Dei, cui homo ſit ingratus: 3.) pro ſpecialem repugnantiam actus peccati ad ma tudinem perſonae, ſicut ſi princeps violet tiam, qui poſitus juſtitiae cuſtos: 4.) pro majus ſcandalum.* Quod reſpectu *perſonae* quam peccatum committitur, gravius pecce ita probat art. 9. *Perſona, in quam pecca eſt quodammodo objectum peccati, prima a gravitas peccati attenditur ex parte objecti. parte igitur Dei adgravatur peccatum, cui t magis aliquis conjungitur, quanto eſt virtu vel Deo carior. Ex parte ſui ipſius tanto quis gravius peccat, quanto aliquis magi conjunctam perſonam ſeu naturali neceſſitud ſeu beneficiis, ſeu quacunque conjunctione pe verit. Ex parte proximi tanto quis gra*

pec

peccat, quanto peccatum plures tangit, ideo peccatum in principem gravius. art. 5. probat, *ſpiritualia peccata graviora eſſe, quam carnalia;* 1.) *quia ſpirituale peccatum plus habet de averſione a Deo:* 2.) *peccatum carnale eſt in proprium corpus, quod minus diligendum, quam Deus & proximus, in quos peccatur per ſpiritualia peccata:* 3.) *carnalia peccata habent vehementius impulſivum, videlicet ipſam concupiſcentiam connatam.*

CAPUT XVIII.

DE PARTICIPATIONE PECCATORUM ALIENORUM.

§. LXXXIX.

Quaedam peccata ſunt noſtra, quaedam aliena, quibus participamus, modis variis.

Decimoquinto. Quædam ſunt *noſtra*, quædam vero *aliena*, quibus participamus. Fundamenta hujus diviſionis exſtant in ſequentibus ſcripturæ locis: 1 Tim. V. 22. *Ne communices peccatis alienis* (temere eos ordinando ad ſacrum miniſterium, quorum eruditio & vita non ſatis explorata.) Eph. V. 7. *Nolite fieri participes eorum.* v. 11. *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, ſed redarguite.* Rom. I. 32. *Qui talia non ſolum faciunt, ſed etiam facientibus conſentiunt.* 2 Joh. v. 11. *Qui dicit seductoribus: Ave! communicat operibus eorum malignis.* Apoc. XVIII. 4. *Exite ab ea populus meus, ne participes ſitis delictorum ejus.* Modi, quibus alienis peccatis participetur, comprehenduntur his verſiculis:

Conſulo, praecipio, conſentio, provoco, laudo,
Non retego culpam, non punio, non reprehendo,
Non obſto, ſed praecipio & defendo aliena.

Omnes hi modi ad duo generalia capita revocari poſſunt. Reddimur enim participes alieni peccati vel *committendo* vel *omittendo*. Committendo, cum peccati alieni vel auctores ſumus vel adjutores, idque 1.) vel *conſenſu* & adprobatione; cum ea, quæ ab aliis committuntur, noſtro comprobamus ſuffragio; Act. VIII. 1. Rom. I. 32. 2.) Vel *conſilio*, cum mali perpetrandi autores ſumus ac conſultores 2 Sam. XVI. 23. Joh. XI. 49. 3.) Vel *juſſione* & mandato, cum vel ſuperiorum decreta in malo perpetrando ſequimur, vel alios jubemus malum agere. Exod. I. 16. 2 Reg. XI. 15. Matth. II 16. Joh. XIX. 16. 4.) Vel *excuſatione* ac defenſione, cum mala aliorum facta defendimus. Eſa. V. 20. Ezech. XIII. 18. 5.) Vel quacunque criminis & commodi ex eo *participatione*, ut cum in partem lucri ex furto recipi nos patimur. Pſalm. L. 18. &c. Omittendo, cum officium noſtrum, quo peccata reprehendi ac puniri debebant, negligimus, quod fit intempeſtivo ſilentio, conniventia, ac nimia lenitate Ezech. III. 17. XXXIII. 7. Eſa. LVIII. 1. &c.

CAPUT XIX.

DE PECCATIS VENIALIBUS (*) AC MORTALIBUS.

§. XC.

Quaedam peccata venialia, quaedam mortalia.

Decimoſexto. Ex accidenti quædam peccata ſunt *venialia*, cum ſua natura omnia ſint *mortalia* (rectius mortifera.) Gravis hac de re adverſaria nobis cum Scholaſticis & Pontificiis conſtituta, qui ſtatuunt, quædam peccata ſua natura venialia eſſe, quod ut rectius intelligatur, audiamus ipſorum verba. Thomas p. II. q. 77. art. 8. *Veniale peccatum dicitur tripliciter: Uno modo ex cauſa, quod ſcilicet habet cauſam veniae, quae* dimi-

(*) Nemo facile negaverit, adpellationem peccati *venialis*, inde ab ævo Scholaſticorum in theologorum ſcholis receptam, eſſe valde ambiguam. *Vel* enim per τo *veniale* intelligitur id, quod

diminuit peccatum, & ſic peccatum ex ignorantia dicitur veniale. 2.) *Ex eventu, ſicut omne peccatum per pœnitentiam fit veniale, hoc eſt, veniam conſequitur.* 3.) *Ex genere, ſicut verbum otioſum.* (de hac tertia venialis peccati ſpecie tota quæſtio eſt, non de prioribus) quæſt. 88. art. 1. *Peccatum mortale dicitur ad ſimilitudinem morbi, ex eo, quod inducit defectum irreparabilem per deſtitutionem alicujus principii. Principium autem ſpiritualis vitae eſt ordo ad ultimum finem, qui ſi deſtitutus fuerit, reparari non poteſt per principium intrinſecum, ſed ſolum per virtutem divinam. Peccata autem, quae habent inordinationem circa ea, quae ſunt ad finem, conſervato ordine ad ultimum finem reparabilia ſunt, ſicut error, qui accidit circa concluſiones per veritatem principiorum. Venialiter igitur peccans, non facit, quod lex prohibet, nec praetermittit id, ad quod lex obligat, ſed facit praeter legem.* art. 2. *Veniale ex genere eſt, quando voluntas fertur in id, quod continet in ſe quandam inordinationem, non tamen contrariatur dilectioni Dei & proximi, ut verbum otioſum. Contigit autem, ut id, quod eſt peccatum veniale ex genere, ratione ſui objecti fiat mortale ex parte agentis, vel quia in eo conſtituit finem ultimum, vel quia ordinat ipſum ad aliquid, quod eſt peccatum mortale, ut verbum otioſum ad adulterium. Similiter ex parte agentis contingit, ut aliquod peccatum, quod ex ſuo genere eſt mortale, fiat veniale, propter hoc, quod eſt actus imperfectus, ut ſubitus motus infidelitatis.* Hæc Thomas, quæ ex eo repetit Bellarminus lib. I. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. cap. 3. ubi ea, quæ ſua natura dicuntur venialia peccata, ita dividit, *ut quaedam* dicat eſſe *venialia ex ſuo genere*, (quæ habent pro objecto rem malam & inordinatam, ſed quæ caritati Dei vel proximi non repugnet) *quaedam vero ex imperfectione operis*, (quæ ex ſuo genere mortalia eſſe poſſunt, tamen ob imperfectionem operis efficiuntur venialia, in quibus ſola operis imperfectio hoc efficit, ut cum caritate non pugnare judicentur.) Poſterioris generis venialia peccata iterum ſtatuit duplicia: *quaedam dicuntur venialia*

quod ex ſe & ſua natura *venia dignum eſt*. Quo vero ſenſu nullum peccatum veniale eſſe, ſed mortalia omnia, præeunte ſcriptura ſacrâ omnes docent theologi proteſtantes, ſecus ſentientibus cœtus Romani doctoribus, contra quos in hocce capite diſputat b. GERHARDUS noſter. *Vel* per τὸ *veniale* denotatur id, cujus *veniam poſſumus impetrare* per ſeriam pœnitentiam. Hoc ſenſu ſi vox accipiatur, tollitur diſtinctio inter peccata *venialia* & *mortalia*. Omnia enim peccata ſunt venialia, quamdiu homo inter vivos verſatur, gratiæque divinæ particeps fieri poteſt; ſi a ſolo peccato in Spiritum S. diſceſſeris. Vel denique id adpellamus peccatum *veniale*, cujus *veniam ſtatim impetramus*. Atque hic poſtremus ſignificatus adoptatur a noſtris theologis, quando peccata diſpeſcunt in *venialia* & *mortalia*. Diſtinguunt quoque iidem inter peccatum conſideratum *abſtracte*, *formaliter* & *cauſaliter*, ſeu quatenus eſt *ἀνομία*, quo ſenſu nullum datur peccatum veniale, ſed omnia ſunt mortalia; & conſideratum *ſubjective*, ſcilicet reſpectu certi cujuſdam *ſubjecti*, h. e. perſonæ regenitæ, quo reſpectu quædam peccata evadunt venialia, non ob naturam peccatorum in ſe conſideratam, ſed quia perſona levius peccans Deo per Chriſtum eſt reconciliata, peccata in carne ſua habitantia probe agnoſcit, atque de iis ſerio dolet.

Quum vero, prout modo oſtendimus, adpellatio peccati *venialis* ambiguitate laboret, inſimulque propter adverſarios valde ſit incommoda, nec *venia* aperte morti ſit oppoſita, ſed *mori* & *non mori* vere ſibi opponantur, eorum nobis præferenda videtur ſententia, qui dicunt, alia peccata eſſe *ad mortem*, alia *non ad mortem*. Ita enim rectiſſime apertiſſimeque conſtat *oppoſitio*. Habet quoque hæc diſtinctio ſuum fundamentum, idque firmiſſimum, in teſtimonio apoſtoli Joannis *1 ep. V. 16.* ubi quidem per peccatum *ad mortem* univerſum genus peccatorum *malitiæ* ab hominibus irregenitis perpetratorum; per peccatum vero *non ad mortem*, univerſum genus peccatorum *infirmitatis* ab hominibus regenitis commiſſorum, denotatur; prout recte obſervavit ROMANUS TELLERUS, eximius quondam Lipſienſium theologus, in *animadverſ.* ad HOLLAZII *examen theolog. p. 549.*

lia ex ſubreptione: (quæ non ſunt perfecte voluntaria, ut ſubiti motus cupiditatis, iræ &c. qui prius in animo exiſtunt, quam ratio plene deliberare potuerit, eſſent nec ne admittendi, qui quidem & peccata ſunt, cum præveniri aut continuo repelli potuiſſent, ſi ratio vigilaſſet: & tamen venialia ſunt, cum pleno voluntatis aſſenſu caruerint) *quaedam vero ex parvitate materiae* (quæ in re parva ac levi committuntur, ut furtum unius oboli, quod neque proximum notabiliter lædit, neque tale eſt, ut apud æquos homines amicitiam tollere queat.) Capit. IX. ſe ipſum ſic explicat, *quod peccatum veniale ex ſua natura diſtinguatur a mortali ſine ulla relatione ad Dei miſericordiam vel ſtatum renatorum, & ſit ejusmodi, ut pœnam quidem mereatur, ſed non aeternam; & Deum offendat, ſed non usque ad amicitiae diſſolutionem.*

§. XCI. De remiſſione peccati venialis varie diſputant. Scotus IV. diſt. 21. ſtatuit, quod *remiſſio venialis peccati nihil aliud ſit, quam ſolutio pœnae temporalis pro eo debitae.* Alii contra ſtatuunt, quod remiſſio cujuscunque peccati diſtinguatur a remiſſione pœnæ, ideoque remiſſionem peccati venialis fieri per aliquem actum, qui Deo magis ſit acceptus, quam veniale peccatum diſpliceat. Hinc ulterius inferunt, non eſſe neceſſarium, agere pœnitentiam de venialibus. Sic enim Biel IV. ſent. diſt. 16. q. 5. art. 2. *Ad remiſſionem peccati venialis non requiritur pœnitentia proprie accepta, nec actualis, nec habitualis, nec ſacramentalis, quia manens in veniali uſque ad mortem non damnatur, ſed tandem ſalvabitur; remittitur autem veniale per ſatispaſſionem in purgatorio, item per actum ferventem caritatis conſumitur, ſicut aqua per ignem.* art. 3. *Accipiendo tamen pœnitentiam large pro ceſſatione voluntatis ab actu complacentiae in peccato, utique etiam ad venialia requiritur talis pœnitentia.* articul. 4. *Non ſolum per actum diſplicentiae, ſed per omnem actum meritorium veniale peccatum remittitur, maxime dum ad ejus remiſſionem ordinatur, quia omnis actus meritorius eſt ſatisfactivus pœnae temporalis. Ergo etiam pro peccato.* Idem diſtinct. eadem quæſt. 6. *Per quodlibet opus meritorium remittitur veniale peccatum: ſpecialiter tamen aliqua opera adſignantur, comprehenſa hoc verſiculo: Orans, (dominicam orationem) tinctus, (aqua benedicta) edens, (euchariſtiam) confeſſus, (ſacramentaliter vel confeſſione generali) dans eleemoſynam (corporalem) benedicens (ſumens benedictionem (epiſcopalem). Quia 1.) illi modi ſpecialiter incitant liberum arbitrium ad deteſtationem peccati, per quam efficacius remittitur: 2.) in illis concurrunt oratio & meritum eccleſiae: 3.) illa frequentius ex intentione eccleſiae, vel agentis ordinantur ad remiſſionem venialis: 4.) reliqui modi ad illos reducuntur.* Hactenus Biel. Ex jure canonico quidam colligunt duodecim modos remiſſionem venialium impetrandi, videlicet dignam communionem, aquæ benedictæ adſperſionem, eleemoſynarum largitionem, injuriarum remiſſionem, orationem præſertim dominicam, confeſſionem generalem, epiſcopalem, ſacerdotalem ut & monialem benedictionem, devotam pectoris tunſionem, cordis contritionem, extremam unctionem, patientiam flagellorum, & quodlibet opus bonum. Quidam octo remedia venialium peccatorum agnoſcunt, quæ ſequentibus verſiculis includuntur:

Confiteor, tundo, conſpergor, conteror, oro,
Signor, edo, dono, per haec venialia pono.

Fundamenta & ſufficientiam horum remediorum contra venialia delicta ita probat Thomas part. III. q. 87. art. 3. *Ad remiſſionem peccati venialis non requiritur novae gratiae infuſio, ſed ſufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo homo deteſtetur peccatum vel explicite, vel implicite, ſicut cum aliquis ferventer movetur in Deum. Ergo triplici ratione aliqua cauſant remiſſionem venialium peccatorum: 1.) in quantum in eis fundatur gratia, quia per infuſionem gratiae tolluntur venialia peccata. Sic Euchariſtia, extrema unctio & alia ſacramenta. 2.) In quantum ſunt cum aliquo motu deteſtationis peccatorum, hoc modo confeſſio generalis, tunſio pectoris, oratio dominica operantur ad remiſ-*

remiſſionem venialium. 3.) *In quantum ſunt cum aliquo motu reverentiae in Deum & res divinas, hoc modo epiſcopalis benedictio, adſperſio aquae benedictae &c. operantur ad peccatorum iſtorum remiſſionem.*

§. XCII. Phariſaicæ huic peccatorum extenuationi, legis divinæ depravationi, ejuſdemque cum evangelio confuſioni, ad patrocinium propriæ juſtitiæ excogitatæ & in Chriſti ſanguinem, qui ſolus ab omnibus peccatis nos abluit, multis modis injuriæ ſerio adverſamur, ſtatuentes, nullum eſſe peccatum, quod ex genere ſuo vel ex imperfectione operis ſit veniale, ſive venia dignum. Quod autem quædam dicuntur *venialia*, quædam tantum *mortalia*, id non fit propter naturam peccatorum, ſed propter miſericordiam Patris, meritum Filii, & ſanctificationem Spiritus; ac reſpicit hæc diviſio non omnes homines in genere, ſed tantum renatos; nec deſumenda eſt *ex lege*, quæ omnia peccata, qualiacunque & quantulacunque ſint, accuſat & damnat; ſed ex *evangelio*, quod oſtendit credentibus in Chriſtum peccata infirmitatis, ignorantiæ & pravas concupiſcentias non imputari, ſi eis reſiſtant, hoc eſt, ſi renati 1.) hæc mala in corde habitantia agnoſcant: 2.) de illis ſerio doleant: 3.) merito mediatoris velut umbraculo tegi petant & credant: 4.) frenos eis nequaquam laxent, ſed ſpiritu eis reſiſtant, crucifigentes carnem cum concupiſcentiis. Hæc quatuor capita in apol. confeſſ. Auguſt. rectiſſime ad remiſſionem & mortificationem referuntur. Ex quibus omnibus adparet, 1.) in non renatis nulla eſſe peccata venialia, ſed omnia mortalia. 2.) Venialia peccata eſſe talia non ex natura ipſius actus, ſed ex conditione perſonæ delinquentis, quæ ſi eſt in Chriſto per fidem, peccata infirmitatis teguntur. 3.) Nomen *mortalis* peccati non eſſe ſatis commodum, dicendum potius erat *mortiferum*, φονικὸν ac *regnans*. 4.) Nec *venialium* peccatorum nomen ſatis commodum eſt, dicenda potius erant peccata infirmitatis, lapſus humani, pravæ concupiſcentiæ &c. neque enim ideo dicuntur venialia, quod in ſe & ex ſe venia ſint digna, ſed quod Deus credentibus ea dimittat ac venia dignetur.

§. XCIII. Nullum igitur eſſe per ſe & ſua natura veniale peccatum, demonſtramus his argumentis. I.) Quicquid committitur contra æternam & immotam Dei juſtitiam in lege revelatam, illud ſua natura eſt mortale peccatum: atqui etiam venialia peccata committuntur contra æternam & immotam Dei juſtitiam in lege revelatam; ergo ſunt ſua natura mortalia peccata. II.) Quodcunque ſcriptura abſolute & ſimpliciter pronunciat eſſe peccatum, id veram & propriam peccati naturam, videlicet reum mortis facere, retinet. Jam vero venialia peccata abſolute & ſimpliciter in ſcriptura dicuntur peccata & debita. 1 Joh. I 8. *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, decipimus nos ipſos.* Jac. III. 2. *In multis offendimus* (πταίομεν) *omnes.* Pſalm. XXXII. 6. *Pro peccatorum remiſſione orabit omnis ſanctus.* Matth. VI. 12. *Dimitte nobis τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν debita noſtra.* Luc. XI. 4. *Dimitte nobis τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν peccata noſtra.* Ergo venialia peccata habent per ſe & ex ſe veram & propriam peccati naturam, videlicet reum mortis facere. Rom. VI. 23. *Stipendium peccati mors eſt.* III.) Cuicunque competit propria peccati definitio, eidem quoque propria peccati natura competit: atqui etiam venialibus παραπτώμασι competit propria peccati definitio, videlicet quod ſint ἀνομία, 1 Joh. III. 4. ergo etiam propria peccati natura ipſis competit. IV.) Quodcunque ſub pœna maledictionis temporalis & æternæ a lege prohibetur, illud ſua natura eſt mortale peccatum: atqui etiam venialia peccata ſub maledictionis temporalis & æternæ comminatione a lege prohibentur. Deut. XXVII. 26. *Maledictus, qui non permanſerit in omnibus, quae ſcripta ſunt in libro legis,* quod repetitur Gal. III. 10. *Lex ſpiritualis eſt* Rom. VII. 14. requirit interiorem & exteriorem omnibus numeris abſolutam obedientiam, qui in uno etiam minimo delinquit, debitam & a lege requiſitam obedientiam non præſtat, transgreſſor igitur legis eſt, & maledictioni ejus ſubjacet. Ergo etiam venialia peccata ſunt ex ſe & ſua natura mortalia. V.) De quocunque peccato poſſet

Nulla peccata eſſe ex ſe & natura ſua venialia.

ſet Deus etiam a renatis exigere rationem in judicio, & revera eam exiget a non renatis, illud eſt ſua natura mortale peccatum. Atqui etiam de venialibus peccatis poſſet Deus a renatis exigere rationem, & revera eam exiget a non renatis; Matth. XII. 36. *Dico vobis,* (ait Chriſtus, qui eſt veritas) *quoniam de omni verbo otioſo,* (ἀργῷ) *quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* Ergo venialia, quæ ita dicuntur peccata, ſunt ſua natura mortalia. *Major* certa eſt, quia judicium Dei non ſolum temporales, ſed etiam æternas pœnas complectitur, quando in non renatos illius fulmen vibratur. *Minor* itidem evidens; præſertim vero obſervandum, quod Bellarminus lib. I. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. cap. 3. nominatim *verbum otioſum* inter venialia peccata refert. VI.) Cuicunque propria peccati effecta tribuuntur, illud ſua natura peccatum mortale eſt: at venialibus peccatis propria peccati effecta tribuuntur. Matth. XV. 19. *Ex corde procedunt cogitationes malae, quae impurum reddunt hominem.* Eſa. LXIV. 6. *Omnes noſtrae juſtitiae ſicut pannus mulieris menſtruatae,* (videlicet propter adhærens peccatum) Job. XV. 14. *Quid eſt homo, ut ſit immaculatus coram Deo &c.* Exod. XXXIV. 7. *Coram Deo nemo eſt innocens.* Matth. V. 22. *qui iraſcitur fratri, judicio eſt obnoxius.* Hinc omnes ſancti, etiamſi concupiſcentiis ſuis reſiſtant, tamen ſerio orant: Pſalm. CXXX. 3. *Si iniquitates obſervare volueris, Domine, quis ſuſtinebit?* Pſ. CXLIII. 2. *Ne intres in judicium tum ſervo tuo, quia non juſtificatur in conſpectu tuo omnis vivens.* Pſ. XIX. 13. *Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me &c.* Ergo peccata venialia ſunt ex ſe & ſua natura mortalia, ac ſi Deus propter ea in judicium intrare vellet, juſtiſſime nos reprobare ac damnare poſſet. VII.) Quodcunque Chriſtus ut phariſaicam legis divinæ depravationem repudiat, illud a mentibus & ſcholis chriſtianorum merito exſulare debet: atqui ſententia illa, quod quædam ſua natura ſint venialia peccata, & tam minuta, ut non ſint contra legem, ut phariſaicus error a Chriſto repudiatur, Matth. V. 18. *Amen dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, jota unum aut unus apex non praeteribit de lege, donec omnia fiant.* v. 19. *Qui ergo ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus erit in regno cælorum.* In quem locum ita commentatur doctiſſimus Chemnitius cap. LI. harmon. p. 337. & ſeqq. *Docet Chriſtus tam firmam, immotam & immutabilem eſſe legis ſententiam, ut, cum cælum & terra, quorum conſtitutio firmiſſima judicatur, praeteritura ſint, fieri tamen non poſſit, ut aliquid in lege, quod vel minimum judicatur, intercidere poſſit, quin omnia perfectiſſima ſatisfactione ſint implenda, atque hoc opponit Phariſaeis, qui (ſumentes hoc axioma certum & verum, ad juſtitiam & vitam aeternam opus eſſe impletione legis, atque interim animadvertentes, impoſſibile eſſe, ut minutiſſima quaeque in lege, verbi gratia de interioribus motibus in mente, voluntate & corde, de naevis quibusdam in geſtibus, in verbulo aliquo, ex toto corde, tota anima & omnibus viribus perfecta conformitate, impleantur, ita, ut nulla ſentiatur contraria concupiſcentia) fingebant talem diſtinctionem, mandata quaedam legis eſſe minima, quaedam vero magna, ac licet quis in mandatis illis minimis de interioribus motibus & adfectibus cordis legi perfecte non ſatisfaciat; ſi modo, quantum in ipſo eſt, magna mandata de externis operibus ſervet, illum eſſe juſtum coram Deo, cum mandata illa de interioribus motibus cordis, utpote de rebus minutulis ſint minima, ideo Deum nolle neminem impium cenſere propter iſtorum transgreſſionem, modo reliqua magna mandata de externis operibus praeſtet. Sed Chriſtus huic phariſaicae perſuaſioni opponit unum jota & unum apicem, ut ita quam fortiſſime neget, eſſe quaedam mandata in lege ita minuta, quae Deus non multum curet, quorum etiam, quamvis non impleantur, non ſit habenda ratio in ſtatuenda juſtitia legis coram Deo. Mandata enim Dei conſtant verbis, verba conſtant literis, literae multis apicibus: ut ergo perfectiſſimam legis impletionem neceſſariam eſſe Chriſtus oſtendat, ne unum quidem literae apicem cadere pronunciat, quem non ſit neceſſe impleri; quod enim Matthaeus dicit* jota praeterire,

ire, *hoc Lucas dicit* apicem cadere. *Iod eſt litera minutiſſima, apices ſeu puncta vocalia adhuc minora ſunt, & tamen Chriſtus pronunciat, unicum Iod & minutiſſimum punctum in lege eo loco apud Deum haberi, ut priusquam praetereat vel cadat, quin impleatur, prius cœlum & terra ſint tranſitura, ac proinde ad legis impletionem requiri, ut omnia etiam uſque ad minutiſſimum apicem impleantur, perinde ut Moſes maledictionem denunciat, non illis tantum, qui non in magnis, ſed qui non in omnibus permanſerint, quae ſcripta ſint in libro legis: & ſicut Iacobus inquit:* Quicunque totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt reus omnium, cap. II. 10. Hæc Chemnitius.

Exceptiones Bellarmini.

§. XCIV. Excipit Bellarminus lib. I. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. cap. 12. I.) *venialia peccata non eſſe perfecte peccata, ſi cum mortalibus conferantur, ideoque vocabulum* peccati *non praedicari univoce de peccatis mortalibus & venialibus.* Reſp. gradus peccatorum eſſe, non negamus; ex eo autem nondum ſequitur, eſſe quædam ſua natura venialia peccata, quibus *aequivoce* tantum peccati nomen tribuatur, cum illis ipſis venialibus & nomen & definitio & propria effecta peccati tribuantur. Prædicatio *univoca* opponitur tum *aequivocae*, tum ei, quæ dicitur ἀφ' ἑνὸς ſive *analogica:* clarius ergo exponendum erat, quo ſenſu & quo reſpectu Bellarminus neget, *peccati* nomen univoce de mortalibus & venialibus prædicari. II.) *Dicta illa ſcripturae loqui non de venialibus, ſed de ſolis mortalibus peccatis.* Reſp. imo vero in genere loquuntur de quacunque cujuscunque præcepti transgreſſione, ut ſonus verborum & circumſtantiæ textus evidenter oſtendunt. III.) *At*, inquit Bellarminus, *ſi ſcripturae illae etiam peccata venialia comprehenderent, ſequeretur, homines juſtos ob illa non ſolum poſſe excidere, ſed etiam re ipſa excidere gratia Dei.* Reſp. legis hoc judicium & hic rigor eſt, quam evangelium non abolet, nec deſtruit, ſed oſtendit nobis Chriſtum mediatorem, qui noſtro loco ſe ſubjecit legi, eandemque perfectiſſima ſua obedientia implevit, quin & pœnas peccatorum noſtrorum in ſe recepit: hanc perfectam Chriſti juſtitiam offert evangelium cordibus vere contritis, quæ fide nobis imputatur; Rom. V. 15. X. 6. &c. atque hæc eſt mirabilis illa conſenſio legis & evangelii, de qua apoſtolus Rom. III. 31. *Legem ergo deſtruimus per fidem? abſit, ſed legem ſtabilimus.* Evangelium non deſtruit legem, ſed tranſlationem legis factam eſſe oſtendit; docet enim, Chriſtum eſſe impletionem & finem legis ad juſtitiam omni credenti, quod lex a nobis requirit, id a Chriſto pro nobis præſtitum eſſe, & gratia Dei credentibus imputari. Hoc ergo tantum ſequitur ex Bellarmini argumento, ne ipſos quidem renatos ex lege & ex operibus coram Deo juſtificari, cum minimos quosque defectus & παραπτώματα ipſorum lex obſervet, arguat & accuſet; ſed evangelium oſtendit, credentibus in Chriſtum & concupiſcentias pravas Spiritu mortificantibus, peccata illa non imputari εἰς κατάκριμα; bona renatorum opera Deo placere, quia fiunt ex fide in Chriſtum; interim juſtitiam, quæ coram Deo conſiſtat, in illis nec quæri nec ſtatui poſſe, cum nec perfecta ſint, nec immaculata, ſi ad legis divinæ normam examinentur IV.) Pergit Bellarminus, & ex ſingulorum locorum circumſtantiis evincere conatur, de mortalibus tantum peccatis in eis agi. Deut. XXVII. *proponuntur mandata longe graviſſima de cavenda idololatria, inceſtu & homicidio, quae ſunt peccata lethalia. Ergo iſtorum longe graviſſimorum mandatorum transgreſſoribus ſolummodo denunciatur maledictio.* Rom. VI. *Illius peccati ſtipendium mors eſt, quod pugnat cum gratia, & cum juſtitia ſimul conſiſtere nequit.* Jac. II. *de illa offenſione loquitur, quae eſt contra legem & contra caritatem, talis non eſt peccatum veniale.* Reſp. ſententia maledictionis Deut. XXVII. 26. fertur in omnes legis transgreſſores, non ſolum in eos, qui in maximis præceptis legem violant, ſed in omnes, qui non permanent in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis. Oſtendunt circumſtantiæ textus, omnia legis præcepta, non ſolum graviora de non mœchando, de non furando &c. ſed etiam illud ultimum de non-concupiſcen-

piſcendo fuiſſe prius in auribus populi Iſraëlitici publice recitata, & tunc demum maledictionis ſententiam in omnes transgreſſores legis promulgatam. Ideo apoſtolus Gal. III. 10. ut generalem ſententiam eam accipit: *Quicunque ex operibus legis ſunt* (quicunque in operibus legis juſtitiam quærunt) *ſub maledicto ſunt, ſcriptum enim eſt: Maledictus qui non permanſerit in omnibus, quae ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea.* Gloſſa ordinaria pulcerrime in cap. 27. Deut. in fine. *Haec ſententia generaliter & praeterita & praeſentia & dicenda legis mandata complectitur, tanto gravior, quanto generalior.* Quis enim poteſt ſine transgreſſione in omnibus ſermonibus legis permanere, cum & Paulus dicat: *Quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt.*? Nemo hanc maledictionem evadere potuit, nec legislator (Moſes) niſi Chriſtus, unde: *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Rom. VI. 23. *ſtipendium peccati mors dicitur*, quæ ſententia itidem generalis eſt omne peccatum reſpiciens; quod autem quædam peccata renatos non reddunt æternæ morti obnoxios, ejus cauſam reddit apoſtolus Rom. VIII. 1. *quia ſunt fide in Chriſto, & quia non ambulant ſecundum carnem*, nec permittunt in corpore ſuo peccatum regnare. Oſtendit autem res ipſa, generale eſſe apoſtoli pronunciatum, quod ſtipendium peccati mors ſit, cum & baptizati & renati propter inhabitans peccatum ſint morti temporali obnoxii. Rom. VIII. 10. *Si Chriſtus eſt in vobis, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus vero vita propter juſtitiam:* niſi remiſſio hujus inhabitantis peccati obtingeret renatis per Chriſtum, non minus æternæ, quam temporalis mortis vinculum eos teneret obſtrictos. Libenter interim fatemur, de peccatis regnantibus ſive mortalibus, quæ actu hominem reddunt æternæ morti obnoxium, proprie apoſtolum ibidem loqui. Jacobi apoſtoli ſententia itidem generalis eſt, ad προσωποληψίαν, quæ ex ſe videtur leve & veniale peccatum, reſpiciens, ut adparet ex v. 9. Auguſtinus epiſt. XXIX. ad Hieron. ſive libr. II. de ſent. Jac. apoſt. ad Hieronym. cap. 11. recte ſtatuit, *ideo qui in uno offendit, omnium fieri reum, quia contra caritatem facit, unde tota lex pendet.* Interim tamen non negat, etiam leviora (quæ ita nobis videntur) peccata contra legem & caritatem committi, ſic enim ſcribit cap. 10 præced. *Caritas in aliis major, in aliis minor, in aliis nulla eſt, pleniſſima vero, quae jam non poſſit augeri, quam diu hic homo vivit, eſt in mente, quam diu autem augeri poteſt, profecto illud, quod minus eſt, quam debet, ex vitio eſt. Ex quo vitio non eſt juſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet: ex quo vitio non juſtificabitur in conſpectu Dei omnis vivens: propter quod vitium,* ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, noſmet ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: *propter quod etiam quantumlibet profecerimus, neceſſarium eſt nobis dicere:* Dimitte nobis debita noſtra, *cum jam omnia in baptiſmo dicta, facta, cogitata dimiſſa ſint.* cap. 15. *Sanctus Iacobus jam ex iſto loco de miſericordiae operibus loquitur, ut quos vehementer illa ſententia terruerat, conſoletur, cum admonet, quomodo etiam quotidiana peccata, ſine quibus hic non vivitur, quotidianis remediis expientur, ne homo, qui cum in uno offenderit, ſit reus omnium, in multis offendendo, quia in multis offendendo, propter magnum aggerem reatus ſui minutim collectum ad tribunal tanti judicis perveniat, & eam, quam non fecit miſericordiam, non inveniat, ſed potius dimittendo atque dando mereatur ſibi dimitti peccata reddique promiſſa.* Hæc Auguſtinus. Ex quibus omnibus patet, generales eſſe illas legis comminationes, id quod patet etiam ex illis locis, quæ in ſpecie de peccatis levioribus loquuntur, utpote de verbo otioſo, Matth. XII. 36. de ſubitis iræ motibus, Matth. V. 22. de adſpectu libidinoſo, v. 28. & quæ teſtantur, in medio pietatis curſu ſanctos precari, ne Deus in judicium cum ipſis intret Pſalm. CXLIII. 2. &c. V.) Cumprimis vero in pervertendo cap. V. Matth. induſtrius eſt Bellarminus, monet primo loco, *ſententiam Chriſti:* Qui ſolverit unum de his minimis mandatis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum, *oppoſitam eſſe non illis, qui mandata minima transgrediuntur, ſed illis, qui ſolvunt iſta mandata prava ſua interpretatio-*

ne, quod non amplius eſt veniale, ſed mortale crimen, videlicet depravare Dei verbum. Reſp. utrumque docet Chriſtus, nimirum legi non ſatisfieri particulari & mutila obedientia, ſed neceſſe eſt, ut omnia uſque ad minimum apicem perfectiſſime impleantur, quo pertinet v. 18. & præcipue interim minatur falſis doctoribus, qui perverſa hac opinione homines ad vanam operum ſuorum juſtitiam abducunt, quo pertinet v. 19. nihilo tamen minus utrosque ſimul, & qui ita docent, & qui hac doctrina ſeſe patiuntur a vera juſtitia abduci, excludit e regno cœlorum. In doctorum vel potius ſeductorum iſtorum numero eſt ipſe Bellarminus, qui hoc loco & alibi paſſim prorſus ſimilia docet, ut juſtitiam operum ſtabiliat, Deum ſcilicet non requirere, ut minutiſſima quæque legis in hac vita ſummo perfectionis gradu a nobis impleantur, ſed contentum eſſe, ſi quantum in nobis eſt, fecerimus; reliqua pertinere ad alteram vitam. Aliam igitur exceptionem addit priori huic parum fidens: *Si quis* (inquit) *contendat, excludi hoc loco a regno cœlorum etiam eos, qui non obſervant minima mandata, poſſumus aliam adhibere ſolutionem. Nam per minima mandata recte poſſunt intelligi verba legis veteris:* Non mœchaberis, Non occides, *quae dicuntur minima, quia minus perficiunt hominem, quam ea, quae Chriſtus explicando & perficiendo tradidit.* Reſp. oſtendemus ſuo loco, Chriſtum non addidiſſe legi perfectiora & graviora quædam mandata, quæ enim major perfectio eſſe poteſt, quam diligere Deum, ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, & proximum ſicut ſe ipſum? quomodo igitur mandatum illud poterit dici minimum? Adde, quod ipſe Bellarminus, vi veritatis coactus fateatur lib. IV. de juſtif. cap. 4. *Chriſtum hoc loco non tradere nova quaedam praecepta, ſed adverſus Phariſaeorum corruptelas veterem legem declarare.* Ergo nec huic ſolutioni acquieſcit Bellarminus, ſed addit tertiam, *Chriſtum ſcilicet vocaſſe mandata minima, quae adjecit ſupra juſtitiam phariſaeorum & ſcribarum, utpote: Non concupiſcere mulierem alienam, non odiſſe inimicos, non dimittere uxorem, niſi ob fornicationem, non ducere*

aliam vivente priore &c. non quia ſint levi
exigua, ſed ut modeſte de rebus ſuis loquer
vel etiam quia minus peccatum eſt haec vi
quam ſuperiora. Reſp. quomodo Chriſt
vocaret minima mandata, quæ ſunt ipſius
præcepta? Phariſæorum corruptelas unice
cit, illi tale fingebant diſcrimen inter præ
Dei, quaſi quædam ſint tam minuta ac lev
eorum transgreſſio non magnopere cure
Deo: ſed Chriſtus illis gravem & ſeriam
adſertionem opponit v. 18. *Amen dico t*
donec tranſeat cœlum & terra, jota unu
unus apex non praeteribit a lege, donec
fiant. v. 19. *Qui ergo ſolverit unum de m*
tis iſtis minimis, & docuerit ſic homines,
mus vocabitur in regno cœlorum, hoc eſt
lus, ut recte interpretantur veteres & coll
ex v. 20. Quæ Bellarminus addit de gra
quinti præcepti a Chriſto expoſitis, quaſi
lum ex illis colligi poſſit, eum, qui prc
iraſcitur, recedere tantum a perfecta obſer
ne legis, non tamen cenſeri ſimpliciter pr
catorem legis, (mirifica diſtinctio, recede
obſervatione legis, & tamen non eſſe præv
torem, ἀντικείμενον ἐν προσκειμένῳ) ea
poſt excutientur. Quæ de perfecta impl
præcepti de diligendo Deo ſuper omnia diſ
excutientur in tractatu de lege. VI.) Q
ducunt argumentum ex Joh. XIII. 8. ubi Ch
ad Petrum dicit: *Si non lavero te, non*
partem mecum, & docet renatos, etiamſi
ſint ac purgati, tamen quotidiana peccat
remiſſione indigere, ita enim lotionem illa
terpretantur Auguſtinus in comm. & Bernh
ſerm. de cœna Dom. Quod ſi venialia illa
tidiana renatorum delicta excluderent a
Domini, niſi ab eodem remitterentur,
ſua natura ſunt mortalia peccata. Huic
mento frigide reſpondet Bellarminus; *(no*
pliciter ejusmodi peccata excludere a regno
rum, ſed ſolum ad tempus, donec videlice
gata non fuerint, nec ſimpliciter ea mer
natura ſua pœnam aeternam, ſed tempor
hæc enim non erant nude repetenda, ſed c
manda. Chriſtus diſerte teſtatur, etiam re
ac lotos non habituros partem ſecum, ho

in regno cœlorum, niſi quotidiana peccatorum remiſſione mundarentur ac lavarentur.

§. XCV. Ex patribus referenda huc dicta ea, quibus perfectionis laudem operibus noſtris & perfectam legis impletionem nobis derogant, de quibus ſuo loco. Baſilius in quæſt. comp. explic. q. IV. *nullum peccatum contemnendum ut parvum, cum revera nullum ſit parvum, quando Paulus de omni peccato generalim pronunciaverit, ſtimulum mortis eſſe peccatum.* Hieronymus dial. II. adv. Pelagian. *Si ira & ſermonis injuria atque interdum jocus judicio concilioque & gehennae ignibus delegatur, quid merebitur turpium rerum adpetitio & avaritia?* Auguſtinus lib. II. de pecc. merit. & remiſſ. cap. 3. *Quis cum ſpe aliqua adipiſcendae ſalutis aeternae de hac vita migraret, manente illa ſententia, quod quicunque totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, reus factus ſit omnium, niſi poſt paululum ſequeretur, miſericordia autem ſuperexſultat judicio?* libr. IX. confeſſ. cap. ult. *Vae etiam laudabili hominum vitae, ſi remota miſericordia diſcutias eam.* Epiſt. XXIX. *Cum rex juſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe a peccato? quae igitur ſpes eſt, niſi ſuperexſultet miſericordia judicio?* Denique multis in locis adſerit, quotidiana venialia peccata non eſſe parvipendenda, cum ſimul collecta hominem damnent, niſi eorum quotidiana remiſſio impetretur: epiſt. XXIX. ad Hieronym. epiſt. CIX. in Pſalm. CXVIII. conc. 3. tract. XII. in Joh. tract. in epiſt. Johan. His veterum dictis ita reſpondet Bellarminus, ut concedat, *nullum peccatum ut parvum ac leve contemnendum, ex eo tamen nondum ſequi, quod ſint ſua natura mortalia.* Atqui niſi venialia illa & quotidiana renatorum peccata ſua natura mortalia eſſent, non foret metuendum ab ipſis, nec eorum dimiſſio tam ſolicite petenda. Auguſtini dictis reſpondet, *venialia peccata non pugnare cum caritate*, qua de re ſuperius diximus. Beda in Samuelem: *Non tantum capitalium criminum incendia, in quibus apertum opus diaboli claret, ſed & parva quaeque & quae hominibus extrema vel levia forte peccata videntur, diſtricti judicis ſententia reprobans damnat.* Gerſon part. III. de vita ſpirit. anim. lect. 1. *Omne peccatum, pro quanto eſt offenſa Dei & contra legem ejus aeternam, eſt de ſua conditione & indignitate mortiferum ſecundum rigorem juſtitiae, & a vita gloriae ſeparativum. Ratio eſt, quoniam omnis offenſa in Deum poteſt juſte ab ipſo judice Deo puniri poena mortis tam temporalis, quam aeternae, imo annihilationis poena. Eſt igitur de ſe mortifera. Adſumtum deducitur ex hoc, quod nulla poena talis eſt ita mala, quantum mala eſt ipſa offenſa. Et ex alio, quia potius toleranda eſſet omnis mors poenalis & annihilatio, quam committenda eſſet quantumlibet parva offenſa in Deum. Da oppoſitum: jam offenſa Dei licite fieri deberet in caſu; praeterea quaelibet offenſa Dei niſi remitteretur, repelleret a gloria Dei, perpetuo & abſque termino punietur, alioquin maneret dedecus culpae, ſine decore juſtitiae, quod autem offenſa dimittitur aut remittitur, eſt ex pura libertate Dei remittentis & non amplius imputantis &c.* Coroll. 1. *Nulla offenſa Dei eſt venialis de ſe, niſi tantummodo per reſpectum ad divinam miſericordiam, quae non vult de facto quamlibet offenſam imputare ad mortem, cum illud poſſit juſtiſſime: & ita concluditur, quod peccatum mortale & veniale in eſſe tali non diſtinguuntur intrinſece & eſſentialiter, ſed ſolum per reſpectum ad divinam gratiam.* Coroll. 3. *Obligamur Deo ad gratificationem & gratiarum actionem ex hoc, quod peccata noſtra venialia non imputat ad mortem, ſicut tenemur ex remiſſione mortalium.* Hanc Gerſonis diſſertationem adprobat Biel IV. ſent. diſt. 16. q. 2. art. 1. ubi addit: *Non habet hic locum quorundam verbalis concertatio, quod veniale non ſit offenſa, nec contra Deum, quia omne peccatum eſt contra Deum.* Gerſonem ſequitur Almarius vel Alma in tract. III. cap. 20. & Michaël Bias referente Vaſquez in Thomam tom. I. diſp. 142. num. 7. uti etiam Roffenſis acerrimus Lutheri adverſarius artic. XXXII. *Quod peccatum veniale ſolum ex Dei miſericordia veniale ſit, in hoc tecum ſentio. Sed quoniam & nos mortale quoque peccatum*

per Dei miſericordiam fieri poſſe veniale credimus, vellem apertius nobis exponeres, quid ipſe diſcriminis arbitreris, inter mortale venialeque peccatum ſtatui debere. Nec opinor te dicturum, quin mortale, protinus ut fit, effuget ab animo gratiam, & in odio Dei conſtituat ipſum peccatorem. At veniale non ita, quod ſi mortale gratiam averſetur, non autem veniale; profecto palam eſt, non mediocre diſcrimen eſſe venialis a mortali, nec exiguum inter ipſa repoſitum intervallum. Hactenus convenire te par eſt, ut opinor, nobiſcum de veniali mortalique.

§. XCVI. Format etiam Bellarminus cap. 14. rationes quasdam pro noſtræ ſententiæ confirmatione, easdemque conatur ſolvere. Videamus, quid præſtet: I.) Quælibet culpa juſte poteſt a Deo puniri pœna temporali & æterna: ergo quælibet culpa natura ſua mortalis eſt. Excipit Bellarminus, *Deum, ſi id faceret, Dominum ſe probare, non judicem.* Reſp. imo vero juſtum judicem & Dominum ſe probaret, quia transgreſſorem legis ſuæ puniret. Quantum abeſt Bellarmini reſponſio ab illo pronunciato, quod Deus juſto ſuo judicio, ſalva juſtitia ſua, quosdam homines abſoluto decreto reprobatorio æternæ morti adjudicare poſſit & adjudicaverit nullo habito peccatorum reſpectu! II.) Peccatum quodlibet infinitam habet malitiam, quia committitur contra infinitum bonum; ergo etiam infinitam pœnam ex natura ſua meretur. Excipit Bellarminus, *veniale peccatum non habere infinitam malitiam, cum non avertat hominem a ſummo bono.* Reſp. poſſet tamen a ſummo bono avertere, niſi Deus miſericorditer propter Chriſtum illud remitteret. Solum Dei odium *formaliter* eſt averſio a ſummo bono, nihilo tamen minus etiam alia mortalia peccata actu avertunt a ſummo bono per inordinatam converſionem ad temporalia, idem facerent venialia, niſi remitterentur. III.) Peccatum veniale poſſet nunquam remitti, cum ex indebita gratia Deus illud remittat; ergo ſua natura meretur æternam pœnam. Excipit Bellarminus, *per accidens id non remitti propter adjunctum mortale.* Reſp. imo vero poſſet Deus etiam ſola venialia non conjuncta cum mortali non remittere, cum eadem gratis & ex indebita miſericordia remittat, quamvis enim eorum remiſſionem credentibus promiſerit, ea tamen promiſſio eſt mere gratuita, neque nititur noſtra dignitate, noſtrisve meritis, ſed ſola promittentis & promiſſionem illam implentis Dei miſericordia, quæ in Chriſto ac propter Chriſtum nobis contingit.

Antitheſis adverſariorum, quod quædam peccata ſint ſua natura venialia.

§. XCVII. Scholaſtici & Pontificii quædam peccata ſua natura venialia eſſe diſputant, ut ſuperius vidimus, interim tamen non conſentiunt in omnibus: I.) Bonaventura lib. II. ſent. diſt. 42. q. 2. num. 47. negat, *per veniale peccatum Deum offendi.* Bellarminus lib. I. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. cap. 9. concedit, *veniali peccato Deum offendi, ſed non uſque ad amicitiae diſſolutionem.* II.) Biel lib. IV. ſent. diſt. 16. q. 5. art. 2. dicit, *ad remiſſionem peccati venialis non requiri pœnitentiam proprie acceptam, nec actualem, nec habitualem, nec ſacramentalem: nihilominus inter remedia venialium peccatorum numerant contritionem & confeſſionem,* eademque jejunio, flagellis, adſperſione aquæ benedictæ &c. expiare, ſive pro iis ſatisfacere jubent recentiores ſcriptores. III.) Quidam ſtatuunt, etiam venialia peccata ſacerdoti confitenda eſſe, quidam vero negant. Bonaventura ſtatuit, quod teneatur quis ad confeſſionem venialium ratione præcepti eccleſiæ per cap. *omnis utriusque ſexus:* ſed Biel hoc improbat, & ſtatuit, capitulum illud loqui de ſolis mortalibus peccatis, addit etiam rationem valde egregiam. *Nemo tenetur de illis confiteri, ad quorum contritionem non tenetur, ſed de venialibus non eſt habenda contritio.* Thomas lib. IV. ſent. diſt. 17. recitat opinionem quorundam, quod *tunc quis teneatur ad confeſſionem venialium, ſi non habet mortalia,* cui concordat Richardus ead. c. diſt. ſed contrarium ſtatuunt Scotus, Durandus, Petrus de Palude, vide ſummam angelicam in verbo confeſſionum I. quæſt. 28.

CVIII. Nobis cum Bellarmino res erit: , de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. cap. 4. &, de notis eccleſ. cap. 9. *Joviniano & nos conjungit, qui diſcrimen & gra-:atorum tollebant*, quod a nobis minime nemus enim diſcrimen inter venialia & , peccata in renatis, ac gradus peccato-: agnoſcimus. Quæ ergo cap. 5. & 6. , nos non attingant, uti nec ea, quæ profert; neque enim dicimus, omnia m peccata venialia eſſe, ſed peccatis conſcientiam admiſſis, fidem & Spiritum amitti, cum Auguſtino confeſſ. art. XII. ıur, qua de re in articulo de fide dicen-t. Cap. 8. tria contra nos demonſtrare ßellarminus: 1.) *falſum eſſe, quod ea ſint venialia; quae nobis non imputan-*gumento utitur tali: *Scriptura docet re-n peccatorum venialium a Deo peten-go ea non ſunt tecta.* Reſp. imo vero ıus hoc argumentum: quia Chriſtus ju-› quotidianis orare delictis, & exaudi-precum promiſit; ergo teguntur & re-ır petentibus in fide, ac niſi gratis pro-iſtum remitterentur, reos nos facerent. ımo illa renatorum precatio perpetuum rcitium, ejuſdemque confirmandæ & au-nedium, proinde non debent hæ preces ıa remiſſionis peccatorum ſibi opponi, ; illa certo ſtatuens, propter Chriſtum nfirmitatis quotidiana nobis remitti, per m ſeſe exſerit, & peccatorum remiſſio-erit. 2.) *Falſum etiam illud eſſe, quod peccata ſint venialia, quae cum fide t, fore enim ut ſacrilegia, homicidia, , furta &c. ſint venialia.* 3.) *Falique & iſtud eſſe, quod peccata morta-conſiſtant cum fide.* Reſp. hac de re in de juſtificatione dicetur, & contrarium r demonſtrabitur.

§. XCIX. Tandem igitur cap. 9. acropolin controverſiæ adgreditur Bellarminus, & conatur probare, eſſe quædam ſua natura venialia peccata. Primam argumentorum claſſem petit ex ſcriptura: I.) Matth. V. 22. *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio; Qui dixerit, raca, reus erit concilio; Qui dixerit fatue, reus erit gehennae ignis:* ibi tres gradus iracundiæ ſtatuit Chriſtus, eiſdemque tres reatus opponit. Hoc ita adplicat Bellarminus: *Manifeſtum convitium, teſte vel judice Chriſto, facit reum gehennae ignis, ac per hoc eſt mortale peccatum. Iracundia ſono vocis expreſſa, ſed ad malum convitii non pertingens, facit reum concilii, id eſt, non conſtat, an mereatur gehennam, ſed aut ea pœna, aut minore digna eſt. Inveniuntur ergo peccata quaedam, quae leviora ſunt, quam ut gehennam ignis mereantur. Quorſum enim cogeretur concilium ad diſcernendum, num aliqua culpa gehenna ignis punienda eſſet, ſi omnes culpae gehennam ignis mererentur? ſunt ergo culpae aliquae, quae divino judicio ſola pœna temporali multandae ſunt. Rurſus iracundia, quae nullo ſigno externo foras prorumpit, non facit reum concilio, ſed judicio; hoc eſt, non conſtat, an mereatur pœnam aliquam vel nullam.* Reſp. fœdiſſima hæc eſt textus depravatio, quod ſic oſtendimus. Docuerat Chriſtus in præcedentibus, non qualemcunque, ſed perfectam legis impletionem requiri, ut quis intret regnum cœlorum, nec tale divinorum præceptorum diſcrimen ſtatuendum, quaſi quædam ſint minuta & levia, quorum obſervationem non adeo ſcrupuloſe & rigide requirat legislator, modo in maximis præceptis legi obedientia præſtetur; ſed omnia uſque ad unicum jota & minutiſſimum punctum perfectiſſime implenda eſſe. Hanc generalem doctrinam more ebraico exemplis quorundam præceptorum declarat & phariſaicas eorum corruptelas refellit. Vers. 21. recitat verba veteris traditionis, hoc eſt, phariſaicæ depravationis quinti præcepti ſpecioſo veteris traditionis ſchemate venditata: *Audiſtis, quod dictum ſit antiquis* (*): *Non occides, qui autem occiderit,*

fratri, reus erit judicio.

tura. V. tur

(*) ...ntiquis, id eſt, *ab antiquis* ſive *veteribus*. Obſervandum vero, τοις αρχαιοις nomine ſæpius denotari *antiquos a multis retro ſeculis*, ſubinde vero eos tantum, *qui nos præceſſerunt*. Videtur

derit, reus erit judicio (*). Ex quo adparet, Phariſæos interpretationem quinti præcepti ita depravaſſe, quod is tantum, qui externo opere homicidium committit, reus ſit iræ Dei & pœnæ æternæ coram Dei judicio, perinde ut in civili judicio juxta forenſes leges Moyſis externum tantum homicidium morte puniebatur. Huic corruptelæ Chriſtus opponit veram legis divinæ explicationem v. 22. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio; qui autem dixerit fratri ſuo raka* (**), *reus erit concilio; qui autem dixerit fatue* (***), *reus erit gehennae ignis* (****); ubi oſtendit quatuor gradus peccatorum, quibus quintum præ-

tur vero Chriſtus per *veteres* hoc loco intelligere חכמים ראשונים *doctores antiquiores*, hocque voluiſſe innuere: antiqua eſt traditio, inde a longo tempore a veſtris doctoribus inculcata. Hancce traditionem cum adoptaverint phariſæi, iisdem diſertis verbis ſe heic opponit ſervator. Phraſis ἐῤῥέθη, quæ in textu Græco legitur, reſpondet Ebræorum א׳אמר, quæ in talmude ſæpiſſime uſurpatur de *traditionibus* doctorum, quibus legem divinam vel explicarunt, vel ſuppleverunt.

(*) Erat hoc additamentum, quod præcepto divino adjunxerant ebrææ gentis doctores. Exiſtimabant enim, illud duntaxat homicidium, quod quisque ſua manu perpetravit, juſſu magiſtratus politici, pœna capitali puniendum eſſe; cum contra ii, qui per tertium quendam mercede conductum, inimicum ſuum interfecerint, a ſynedrio morte plecti nequeant, etſi ἔνοχοι ſint τῇ κρίσει, h. e. *judicio Dei ſubjecti*. Vid. quæ hanc in rem diſſerit C. M. PFAFFIUS, in *notis exeg. in evang. Matthæi, p. 90. ſeqq.* Quem ad modum vero in *commate 21.* non de aliquo ſynedriorum judicio, ſed de *judicio Dei* ſermo eſt; ita idem ſignificatus in *comm. 22.* quoque locum habet, cum κρίσις a συνεδρίῳ ibidem clare ſatis diſtinguatur, nec ullo judicio humano ira in fratrem prodita, de qua ibidem ſermo eſt, ſubjici ſoleat.

(**) Ῥακὰ eſt vox contemnentis ſummo contemtu, apud ſcriptores ebræos uſitatiſſima, hominem *futilem* atque *ſimplicem* ſignificans. Procul dubio hocce convicium conjunctum erat cum geſtibus, ſubſannationem & contemtum inferentibus.

(***) Habetur heic juſta gradatio, & inſinuatur, convitium μωρὲ multo gravius eſſe convitio τὸ ῥακά. Hoc poſterius morum vitæque levitatem denotat; aſt μωρὲ alterum ceu reprobum exſecratur penitus, eundemque ceu hominem quoad ſtatum ſpiritualem & æternum inſipientem deſcribit. Ita ſane Salomoni extreme improbus & reprobus adpellatur *ſtultus*, ut recte adnotavit IO. LIGHTFOOTUS ad *h. l.* qui & obſervat, ſcribas ac phariſæos ſemet ipſos חכמים *ſapientes* nominari non ſolum paſſos eſſe, ſed quaſi ex merito & condigno ſibi arrogaſſe; cum illis vero, qui eorum diſciplinæ ſe non tradebant, inclementius egiſſe, eosque abominatos atque exſecratos eſſe. *Plebs iſta ignara legis*, inquiebant, *exſecrabilis eſt Joh. VII. 49.*

(****) In textu græco exſtant verba: εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Obſervavit laudatiſſimus LIGHTFOOTUS, Judæos orcum, ſive locum damnatorum, uſitatiſſime per vocem גהנם *gebinnom* effari, phraſeologia a valle *Hinnom* deſumta, loco nimirum ob fœdam idololatriam, infantum Molocho conſecratorum ululatus, elatas eo ſordes, & perpetuum ignem infami, atque ad *inferni* horrorem repræſentandum, quam aptiſſimo. Paraphraſtes chaldæus in *Eſai. XXXIII. 14.* reddidit גהנם יקידות עולם *gehenna ignis æternus*. Chriſtus igitur variis hominum peccatis variam pœnam, juſtiſſima talione heic denunciat, verbaque, queis uſus eſt, hunc fundunt ſenſum: qui ſine graviori cauſſa fratri iraſcitur, nec tamen iram ſuam per verba injurioſa hactenus manifeſtam reddit, etſi ipſius peccatum duntaxat ſit inchoatum, *Dei* tamen *judicium* pœnamque incurrit. Qui vero inſuper verbis injuriam infert fratri, ac contemtim de eo loquitur, pœnas dabit *ſynedrio*, h. e. concilio LXX. virorum Hieroſolymis congregato, atque ab eo, pro ratione injuriæ inflictæ punietur. Iſte vero, qui eousque proceſſerit, ut fratrem ſuum in numerum reproborum ac maledictorum referre, atque ita jura divina violare haud dubitet, ipſa inferni pœna dignus eſt. Licet vero, prout ex dictis patet, gradus delictorum, pœnarumque delictis congruentium, heic a ſervatore Chriſto indicentur, eo ipſo tamen non negatur, reliqua quoque delicta inferni pœna digna eſſe. Id tantum inſinuant verba ſervatoris, poſtremum delictum tam grave eſſe, ut a nemine, niſi ab homine extra gratiæ ſtatum conſtituto, committi queat; prout recte monet b. PFAFFIUS *loc. excitat. p. 93.*

præceptum de non occidendo violetur: 1.) *Quiſquis iraſcitur fratri;* nomine *irae* intelligit omnes interiores motus in mente, voluntate & corde cum proximi caritate pugnantes. 2.) *Quiſquis dixerit fratri ſuo: raka;* cum hic gradus ponatur in medio inter adfectus interiores & manifeſta convitia, inde colligitur ſub voce *raka*, quæ procul dubio tum temporis fuit vulgaris & in omnium ore, comprehendi omnia ſigna & geſtus irati animi. 3.) *Quiſquis dixerit: fatue*, hoc eſt, qui irati animi adfectus per manifeſta convitia & maledicta oſtendit. 4.) *Quiſquis occiderit*, hoc eſt, qui externo opere corpus aut vitam proximi læſerit: omnibus & ſingulis hiſce gradibus quintum decalogi præceptum violari Chriſtus docet, nec eum ſolum, qui occiderit proximum, ſed etiam, qui eidem iratus fuerit, judicio obnoxium eſſe pronunciat. Reſpicit autem, uti dictum, Chriſtus ad Phariſæorum corruptelas, qui docebant, externa tantum graviora delicta, quæ judicio forenſi capitalia cenſentur, coram Dei etiam judicio maledictioni obnoxia eſſe. Sed Chriſtus hac ſua explicatione oſtendit, de magnitudine peccatorum & de ira Dei adverſus peccata coram Dei judicio non eſſe pronunciandum ex forma judiciorum humanorum, vel ex forenſibus legibus; ſed ex genuina decalogi ſententia, juxta quam etiam is, qui interioribus ſaltem iræ motibus quintum præceptum transgreditur, judicio Dei fiat obnoxius. Quia vero judicium Dei de magnitudine & pœnis peccatorum declarat Chriſtus per vocabula *judicii, concilii, & ſynedrii*, quæ in politia Moſaica uſitata erant, ideo obſervandum, quod ex Paulo Fagio in cap. XVI. Deut. adnotat Chemnitius in harmon. cap. V. pag. 34. *Judices in Politia Moſaica in tres ordines fuiſſe diſtributos: 1.) In judicio ſedebant triumviri, pronunciantur de cauſſis, quae erant manifeſti juris, ut de pœna homicidii. 2.) In qualibet civitate Iſraël erat parvum ſynedrium, conſtans ex XXIII. judicibus, illi judicabant de cauſſis, quae aliquid habebant controverſiae. 3.) Hieroſolymis erant LXXII. judices, qui de ſummis cauſſis cognoſcebant, quod ſummum judicium vocabatur ſynedrium, a Judaeis ſanhedrin. Haec ergo vocabula* concilii, judicii & gehennæ, *ſignificant hoc loco pœnas, non civiles, ſed ſupplicia capitalia, quae pro ratione delictorum adgravabantur quidem & exaſperabantur, omnia tamen erant capitalia; Chriſtus igitur ea ab uſu forenſi transfert ad deſcriptionem judicii Dei adverſus peccata, & concedit: ſicut peccata omnia non ſunt paria, ita etiam pœnas coram Dei judicio non fore per omnia aequales, ſed ſimul contra Phariſaeos oſtendit in judicio Dei, ſi non facta fuerit remiſſio, omnia etiam, quae minutiſſima a nobis cenſentur peccata, obnoxia eſſe judicio damnationis aeternae.* Hæc omnia doctiſſimus Chemnitius, ex quibus Bellarmini depravatio facile refelli poteſt. Nam *a)* ſtatuere, quod quædam peccata contra quintum præceptum ſint ita comparata, ut de illis non conſtet, an pœnam aliquam mereantur, vel nullam; evidenter repugnat ſcopo & intentioni Chriſti, qui phariſaicum ſomnium de minutulis quibusdam mandatis hac quinti præcepti explicatione refellit. *b.) Judicii* nomine non *humanum*, ſed *divinum* hoc loco intelligitur judicium, quod non modo examen & diſcuſſionem cauſſæ complectitur, ſed in ſcriptura ita explicatur Pſalm. CXLIII. 2. cum quo Deus in judicium ſuum ingreditur, is non juſtificatur. *c.)* Gal. V. 20. ira numeratur inter opera carnis, & additur: *qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* Col. III. 8. ira refertur ad veterem hominem. 1 Joh. III. 15. *Qui odit fratrem, homicida eſt, non habens vitam aeternam in ſe manentem;* quo ergo ore, quave fronte Bellarminus pronunciat, non conſtare, an iracundia, quæ nullo externo ſigno ſeſe prodit, pœnam aliquam mereatur, vel nullam? *d.)* Quid nomine *judicii* hoc loco intelligatur, Chriſtus ipſe v. 25. exponit, cum inquit: *tradetur talis homo judici, judex tradet illum tortori.* Et Luc. XII. 58. *conjicietur in carcerem, unde non exibit, donec ſolverit extremum quadrantem.* Ergo in judicio Dei etiam extremus debitorum noſtrorum quadrans, niſi in hac vita remiſſio facta fuerit, hanc habet rationem, ut, ſi Deus in judicium nobiſcum ingredi velit, æterno carcere nos mancipare poſſit. *e.)* Imo generalis clauſula omnibus præ-

ceptis, & ſic etiam quinto præcepto addita, oſtendit, quale ſit judicium Dei adverſus peccata: *Maledictus, qui non permanſerit in omnibus, quae ſcripta ſunt in libro legis* Deut. XXVII. 26. *f.)* Si *reum eſſe judicio*, hunc habet ſenſum, quod non conſtet, an talis mereatur pœnam aliquam, vel nullam, ſequetur, etiam homicidam venialiter peccare, ut patet ex v. 21.

Luc. VI. quaedam peccata comparantur feſtucis.

§. C. II.) Urget Bellarminus, quod Matth. XXIII. & Luc. VI. *Chriſtus comparet peccata quaedam rebus ſua natura leviſſimis, videlicet culicibus & feſtucae, alia vero graviſſimis, ut camelo & trabi, inter quae ex natura rei eſt diſcrimen.* Reſp. eſſe quædam peccata aliis graviora, quod ex his locis evinci poteſt, non negamus; id vero probandum erat, leviora illa, quæ aliorum comparatione ita dicuntur, eſſe ſua natura venialia ſive venia digna, quod ex illis locis evinci non poteſt. Matth. XXIII. Chriſtus taxat Phariſæos, quod in minutiſſimis videri velint habere rationem conſcientiæ ſuæ, cum interea in rebus maximis conſcientia ſtupida ſecure peccent & delinquant. Auguſtinus libr. I. quæſt. evang. cap. 35. Luc. VI. Chriſtus taxat eos, qui in levioribus aliorum erratis obſervandis quovis Argo oculatiores, in ſuis vero quavis talpa cæciores, non vident id manticæ, quod in tergo eſt. Sed quid hoc ad præſentem quæſtionem, in qua non agitur de comparatione peccatorum, an alia aliis graviora, ſed de vera ac propria natura eorum, quæ nobis videntur minuta ac levia? Quod III.) Bellarminus addit, *per noviſſimum quadrantem* Luc. XII. 59. *intelligi peccata minuta & leviſſima, pro quibus in carcere purgatorii ſatisfaciendum; uti etiam* 1 Cor. III. 12. *per lignum, fœnum ac ſtipulas eadem venialia peccata intelligenda eſſe;* id ſuo loco nimirum in tractatu de purgatorio excutietur. Certum eſt, ex parabolis ſeu allegoriis non poſſe dogmata conſtitui aut probari, niſi ipſa ſcriptura addat explicationem. Parabola Chriſti Luc. XII. non hoc ponit *categorice,* poſt judicium aliquando diſſolvi poſſe debitum, neque adſerit, fore, ut debitor ex illo carcere olim liberetur; ſed rigidum atque ſummum jus, ſive exactiſſimam debiti inquiſitionem deſcribit illa hypothetica, neminem ex illo carcere liberari poſſe, niſi omne debitum & quidem extremum quadrantem perſolverit, & diſerte ibi agit Chriſtus de irreconciliabili odio erga proximum, quod veniale peccatum eſſe non opinor. Dicit Bellarminus 1 Cor. III. non agitur de peccatis venialibus, ſed de humanis opinionibus fidei fundamento ſuperſtructis, qua de re ſuo loco. Dictum Jacobi c. I. de concupiſcentia ad peccatum illiciente expoſitum eſt ſuperius. Denique adfert Bellarminus duo ſcripturæ loca, *quae mitius loquuntur de quibusdam peccatis, quam de mortalibus ſolent loqui.* Matth. XII. 35. *de verbo otioſo tantum rationem reddendam in judicio, Chriſtus pronunciat, ſed operantes iniquitatem plane a ſe rejicit.* Eph. V. 3. & 4. *enumerat apoſtolus ſex peccatorum genera, fornicationem, immunditiam, avaritiam, turpitudinem, ſtultiloquium, ſcurrilitatem,* & v. 5. *de prioribus tribus tantum ſubjungit, eos, qui talia agunt, non habere haereditatem in Dei regno.* Reſp. hoc ſaltem ex illis & ſimilibus dictis probari poteſt, eſſe quoddam peccatorum diſcrimen, ita, ut quædam a renatis committantur, nec tamen e regno cœlorum actu eos excludant; quædam vero ſi a renatis committantur, fidem & Spiritum ſanctum excutiant, quod nos non negamus, ſed ullum omnino peccatum ſua natura, & ex ſuo genere eſſe veniale & venia dignum, ex illis dictis probari nunquam poterit. Si de verbo inutili rationem deberemus in judicio reddere, quis conſiſteret? per fidem in Chriſtum ab illo judicii divini rigore liberamur, *qui enim in Chriſtum credit, non venit in judicium* Joh. V. 24. Quis vero patienter audiat, voluntariam turpitudinem & ſcurrilitatem numerari inter venialia peccata, quæ ſua natura venia ſint digna, cum verbum turpe & ſcurrile animam proximi gravius vulneret, quam gladius ipſius corpus? Diſerte apoſtolus cap. IV. 29. & 30. ſermone σαπρῷ Spiritum ſanctum contriſtari pronunciat.

§. CI.

§. CI. Quæ ex concilio Mile-
atribus. vitano, Origene, Chryſoſtomo & Auguſtino Bellarminus produ- ea noſtræ non adverſantur ſententiæ, pro- enim hoc tantum, quod ſint peccatorum us, quod ſint quædam venialia peccata, renatis ſæpe in leviſſimis & aliquando in- s obrepat peccatum, per quod non deſi- eſſe juſti, quod ſine levibus ac brevibus quo- is peccatis hæc vita noſtra non traduca- :c. quorum nihil a nobis negatur; proban- vero erat, quædam peccata eſſe ſua natura lia & venia digna, quod diſerte in dictis ipſorum non occurrit. Audia-
atione. mus ergo rationes, quas profert Bellarminus cap. 11. I.) *Si ve- peccata ſua natura eſſent mortalia, in in- bus omnia omnino peccata eſſent mortalia: rius eſt abſurdum; ergo & prius.* Reſp. vero hoc certiſſimæ veritatis eſt, quod omnia lium opera ſint peccata, Matth. VII. 18. *poteſt arbor mala fructus bonos facere.* III. 36. *Qui incredulus eſt Filio, ſuper manet ira Dei.* Rom. XIV. 23. *Quicquid it ex fide, peccatum eſt.* Tit. I. 15. *coin- tis & infidelibus nihil eſt mundum, ſed atae ſunt ipſorum mens & conſcientia.* XI. 6. *Sine fide impoſſibile eſt placere* Quid ab inimicis, qua talibus, offerri gratum & acceptum? quis ab oleaſtro ſpe- oteſt fructus? Proinde quamvis quædam in- um opera juxta externam ſpeciem videantur ne bona, & ſuo genere (vel ut alii lo- ur) ex ſubſtantia actus ſint honeſta, ut rire nudum, ſubvenire periclitanti &c. ta- oram Deo ſunt peccata, quia fiunt in ve- literæ, non in novitate ſpiritus, a per- Deo nondum reconciliata; non fiunt ex fi- Chriſtum, nec referuntur ad verum finem, et Dei gloriam. Nondum renati ſunt in is mortui, ut ergo ſpiritualis vita in eis ita quoque ſpiritualis operatio non eſt ab pectanda. Huic ſententiæ calculum ſuum t Ambroſius, Auguſtinus & Anshelmus, loco videbimus, unde gloſſa ordinaria in XIV. ex illis ſcribit: *Omnis infidelium vi- ta peccatum eſt. At*, inquit Bellarminus, *fide- lis magis tenetur perfectioni ſtudere, quam in- fidelis; ergo in eodem peccati genere gravius Deum offendit.* Luc. XII. *Servus ſciens volun- tatem Domini &c.* Hebr. X. *Deteriora mere- tur ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit &c.* Reſp. certum eſt, renatos per peccata mortalia contra conſcientiam admiſſa gravius Deum offen- dere, quam infideles vel non renatos, quibus tantum cognitionis lumen ac tantus beneficiorum divinorum cumulus non obtigit, ſed ex eo non- dum inferri poteſt, quædam peccata infidelium eſſe ſua natura venialia. Quod enim in renatis quædam ſunt venialia, id non eſt a natura pec- catorum, ſed ex ſola Dei miſerentis & peccata non imputantis gratia; ergo in non renatis ac infidelibus omnia omnino peccata ſunt, & ma- nent talia, qualia ſunt ex ſua natura, hoc eſt, mortalia. Ubi vera in Chriſtum fides, per ca- ritatem efficax, ibi homo ſpiritualiter vivit, hanc ſpiritualem vitam non amittit per quævis peccata ignorantiæ & infirmitatis, modo ea agnoſcat, deploret, & Chriſto adhærens ſpiritu concupi- ſcentias carnis mortificet, ſed per peccata con- tra conſcientiam admiſſa, per quæ Spiritus ſan- ctus excutitur, fides & vita ſpiritualis amittitur. In non renatis ac infidelibus locum non habet ſpi- ritualis vita, ſunt enim in peccatis mortui & ira Dei ſuper ipſos manet; ergo tale peccatorum di- ſcrimen in ipſis non habet locum. II.) *Non ideo peccatum aliquod veniale, quia Deus illud ad reatum mortis aeternae non imputat, ſed ideo Deus ad reatum mortis aeternae non imputat, quia veniale eſt. Veniale ſiquidem dicitur, quod eſt venia dignum.* Reſp. imo vero ideo aliquod peccatum veniale, non quia ſua natura venia di- gnum, ſed quia Deus illud credentibus in Chri- ſtum & peccatum illud mortificantibus non im- putat: major hic rei, quam nominis habenda ra- tio. Scriptura nuſpiam adpellat peccata venia- lia, interim tritam illam & uſitatam adpellatio- nem retinemus, ſed veram ex ſcripturis decla- rationem addimus. Addit Bellarminus: *ideo a nobis quaedam peccata dici venialia, quia ſunt involuntaria, quaedam vero mortalia, nimirum quae ſunt voluntaria, & ex eo colli-*

gere nititur, re ipſa nos adfirmare, quod verbis negemus, videlicet ad ipſam peccati naturam mortalium & venialium peccatorum diſcrimen eſſe referendum, cum voluntarium eſſe ad propriam peccati rationem pertineat, adeo ut plane non ſit peccatum, quod nullo modo voluntarium. Reſp. Auguſtinianum illud, quod omne peccatum ſit voluntarium, de ſolis actualibus, & ne de omnibus quidem, ſed de ſolis peccatis malitiæ intelligendum, alias ipſum originale peccatum, uti etiam ignorantiæ & infirmitatis peccata negabuntur. Non eſt perpetuum, quod ea peccata ſint mortalia, quæ voluntaria; & viciſſim venialia, quæ involuntaria; cum peccatum originale in infantibus nondum baptizatis ſit mortale, etiamſi non ſit voluntarium. Ideo autem quædam dicuntur in renatis mortalia, quia contra conſcientiam admiſſa excutiunt fidem & Spiritum S., quod non fit per peccatum inhærens, quamdiu illi reſiſtitur. III.) *Peccatum veniale ex natura ſua non ponit averſionem a Deo, cum non repugnet caritati. At pœna aeterna non debetur peccato, niſi ratione averſionis a bono aeterno.* Reſp. de peccati magnitudine judicandum ex lege, ἡ ἁμαρτία ἐςὶν ἡ ἀνομία· 1 Joh. III. 4. quicquid ergo a lege deflectit, peccatum eſt, omne autem peccatum ſua natura tale eſt, ut a lege adcuſetur & damnetur. Quamvis ergo venialia peccata non videantur actu & formaliter pugnare cum caritate Dei & proximi, tamen quia teſtantur, in corde hominis non eſſe tantam caritatem, quantam lex exigit, ideo ſunt & manent ſua natura mortalia peccata contra legis prohibitionem admiſſa, ac proinde ſi Deus in judicium ſuum ea adduceret, ipſe tanquam ignis conſumens propter ea nos jure a ſe rejicere & damnare poſſet. IV.) *Non quaevis offenſio diſſolvit amicitiam inter homines; ergo etiam venialibus peccatis non offenditur Deus uſque ad amicitiae diſſolutionem. Qui amicum incaute vel in re leviſſima laedit, judicio prudentum non cenſetur ſolvendae amicitiae ſatis juſtam cauſam dediſſe.* Reſp. non ex rationis judicio, *ſed ex lege eſt agnitio peccati* Rom. III. 20. *Non ſunt cogitationes Dei, ſicut cogitationes noſtrae, nec viae Dei ſunt ſicut viae noſtrae, ſed quanto altiores ſunt cæli, quam terrae, tanto altiores ſunt viae Dei, quam viae noſtrae.* Eſa. LV. 8. & 9. Alia Dei, alia hominum judicia. Adde, quod humano etiam judicio delictum ſoleat æſtimari juxta dignitatem perſonæ offenſæ, qui incaute vel in re levi offendit principem, gravius judicatur peccare, quam qui alium in re majori offendit. Quamvis ergo venialia peccata actu non diſſolvant Dei & renatorum amicitiam, (ut Bellarmino placuit loqui) hoc eſt, quamvis non per quævis peccata renati excidant Dei gratia; id tamen non fit ex natura peccatorum, ſed ideo, quia talia non excutiunt fidem & Spiritum S. De infidelibus dici non poteſt, per leviora peccata non diſſolvi amicitiam, quæ cum Deo ipſis intercedit, cum ſint Dei inimici. V.) *Venialia peccata nec ſunt perfecte voluntaria, nec perfecte contra legem; ergo non ſunt perfecte peccata, ſed tantum imperfecte & ſecundum quid.* Reſp. actualia peccata non eſſe *eodem gradu* voluntaria, concedimus, ſed ex eo inferri non debet, quod ſint imperfecte peccata, quia ex legis norma de peccato judicandum. Quicquid eſt ullo modo contra legem, illud eſt peccatum vere & proprie dictum, licet alio peccato minus ſit. Si ergo nomine *imperfecti* peccati Bellarminus hoc quærit, ut obtineat, involuntaria peccata non eſſe vere & proprie peccata, tunc illam vocem improbamus, quia originale peccatum non eſt voluntarium; & tamen vere, proprie ac perfecte imo perfectiſſime eſt peccatum. Si vero nomine *imperfecti* peccati gradus peccatorum exprimit, concedimus peccata alia aliis graviora eſſe, ſed ex eo nondum ſequitur, quod leviora illa, quæ reliquorum graviorum comparatione ita dicuntur, non ſint vere & proprie peccata, cum ſint ἀνομία ſive deflectio a legis norma. Probandum igitur erit, quædam peccata non eſſe contra legem. *Peccatum veniale ex parvitate materiae* (ait Bellarminus) *non eſt perfecte contra legem, quia lex prohibet furtum in genere, non autem furtum unius oboli in ſpecie*, quæ conſecutio mirabilis eſt, ex genere enim & toto ad ſpeciem & partes firmiſſime procedi docent omnes logici, quia lex prohibet furtum in gene-

genere, ideo etiam prohibet furtum unius oboli in ſpecie. *At*, inquit Bellarminus, *furtum levius non laedit enormiter proximum; ergo nec repugnat caritati proximi, nec eſt contra legem perfecte.* Reſp: furtum majus proximum lædit gravius, interim tamen furtum etiam leviſſimum caritati proximo debitæ repugnat, quod oſtendit regula Chriſti: *Quodcunque vultis, ut faciant vobis homines, idem & vos illis facite*, Matth. VII. 12. Adpellavit in ratione quarta Bellarminus ad judicium prudentum, audiat ergo hic juriſconſultos, qui rectiſſime diſputant, *etiam in re minima vere committi furtum, cum majus & minus non mutent ſpeciem.* §. Gallinarum 16. inſt. de R. D. arg. l. 3. §. 1. ff. commodati l. 3. C. de diſtract. pign. l. 37. ff. de. uſucap. c. 4. C. 14. q. 6. Clarus in §. furtum. nu. 23. teſtatur, hanc eſſe communem ſententiam. Et recte monet Weſenbecius, *pauperibus unum nummum eſſe pretioſiorem, quam divitibus centum.* Fictitia ergo & falſa diſtinctio eſt, quod quædam tantum peccata ſint *contra legem*, quædam vero tantum *praeter legem*, cum omne peccatum ſit ἀνομία ac proinde contra legem. Vaſquez in Thom. diſp. CXLIII. cap. 4. num. 8. *Negari non poteſt, peccatum veniale eſſe contra aliquod praeceptum legis.* Azorius inſtit. moral. lib. IV. cap. 8. Dicendum eſt, ut docuerunt Durandus, Cajetanus, Vega, *veniale peccatum eſſe quidem contra legem Dei, id quod argumenta adverſariorum* (proteſtantium) *comprobarunt: at non eſt contra ſpeciale Dei praeceptum de amicitia ejus nunquam violanda.* (quod ſubterfugium vanum ac putidum eſſe oſtendit Thom. Mortonus apol. cath. lib. II. p. 2. cap. 23.) Pergit Bellarminus ac diſputat, *praecepta de re minima non eſſe proprie & in rigore praecepta, ſiquidem conſtituantur de re, quae parum admodum ad finem praecepti, videlicet caritatem pertinet.* Reſp. non poterat phariſæorum cauſa melius defendi, quam hac ratiocinatione, cum & ipſi ſtatuerint, præcepta de rebus minimis non eſſe proprie, perfecte & in rigore præcepta: imo ſerpentina diaboli primævos homines decipientis calliditas non poterat ſpecioſiori ſchemate pingi atque velari, quam quod primordialis illa lex, de non comedendo arboris vetitæ fructu ſit præceptum de re minima, ac proinde non perfecte & in rigore præceptum, cujus transgreſſio magnopere a Deo curetur. Atqui obligatio præcepti dependet non a quantitate objecti, ſed a majeſtate præcipientis: non tam quid dicatur, quam quis dicat, in lege Dei attendendum; qui in uno non veretur Dei præceptum violare, audebit id ipſum etiam in alio, qui in minimo inobediens, is in majoribus itidem remiſſus. VI.) *Abſurdiſſimum eſt ſtatuere, quod per veniale aliquod peccatum homo juſtus fiat praevaricator legis, cum ſcriptura quosdam nominet ſimpliciter ſanctos & juſtos, etiam cum peccatis venialibus non carerent, ut de Zacharia & Eliſabetha* Luc. I. Reſp. coram Deo erant juſti non *legaliter*, ſed evangelice per fidem in Meſſiam; & hanc fidei juſtitiam demonſtrabant exterius ſincera erga legem Dei obedientia, qua de re ſuo loco dicetur plenius. Nec ullo modo abſurdum, ſed certiſſime verum eſt, renatos per quodcunque peccatum fieri legis prævaricatores, *ideoque ex operibus legis non juſtificatur omnis caro; quod erat legi impoſſibile, id praeſtitit Deus mittens Filium: a Chriſto exciderunt, qui per legem juſtificari volunt: ſi ex lege juſtitia, Chriſtus fruſtra mortuus eſt.* VII.) *Venialia peccata non excludunt caritatem; qui vero proximum diligit, legem implevit.* Rom. XIII. *Ergo venialia peccata non tollunt impletionem legis, nec ſunt proprie contra legem.* Reſp. non qualiscunque, ſed perfecta caritas eſt impletio legis, quare cum caritas in hac vita non ſit perfecta, & omnibus numeris abſoluta, ideo non poteſt in ea quæri & ſtatui coram Deo valens juſtitia. Venialia peccata in renatis etſi directe & formaliter non pugnent cum caritate proximi, tamen pugnant cum caritate Dei, qui tulit legem iſtam, quam per peccata venialia transgredimur, & quam perfectiſſima Dei & proximi dilectione implere debebamus.

§. CII. Atque hæc dicta ſint de venialibus peccatis, an ſint talia ſua natura, an vero ex Dei propter Chriſtum ea non imputantis gratia, quam

quam controverſiam Bellarminus vocat non levem, cum ardua illa de noſtri coram Deo juſtificatione quæſtio non mediocriter ex ea illuſtretur. De mortalibus peccatis itidem gravis agitatur controverſia, *an renati per ea excutiant fidem & Spiritum S., ac amittant gratiam & vitam aeternam?* Ad quam ex verbo Dei adfirmate reſpondet Auguſtana confeſſ. art. XII. ejus diſcuſſionem rejiciemus in tractatum de fide juſtificante. Porro mortalia peccata ſeptenarii numeri ambitu complectuntur Scholaſtici plerique, eademque memoriæ cauſſa includunt voci *SALIGIA*, ſignificantes *ſuperbiam, avaritiam, luxuriam, iram, gulam, invidiam, acediam.* Vere autem monet Toletus Jeſ. inſtruct. ſacerd. tract. de pecc. mortal. *rectius ea dici capitalia, quam mortalia, cum plura ſint omnino peccata mortalia.* Gal. V, 19. numerantur inter opera carnis *adulterium, fornicatio, immunditiee, luxuriae.* v. 20. *idololatria, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, diſſenſiones, haereſes,* v. 21. *invidia, homicidia, ebrietates, comeſſationes*; & additur, *quod qui ea & illis ſimilia agunt, non ſint conſecuturi cæleſtis regni poſſeſſionem.* Auguſtinus in ſpeculo præfat. epiſt. ad Rom. *Quidam putant, tria tantum crimina eſſe mortifera, idololatriam & homicidium & fornicationem, ubi utique & adulterium & omnis praeter uxorem concubitus intelligitur: quaſi non ſint mortifera crimina; quaecunque alia ſunt praeter haec tria, quae a regno Dei ſeparant.*

An ſint ſeptem mortalia peccata?

CAPUT XX.
DE PECCATIS REGNANTIBUS ET NON REGNANTIBUS.

§. CIII.

Quoddam peccatum regnans, quoddam non regnans.

Finiamus tandem hanc de diſcrimine venialis ac mortalis peccati diſſertationem: ſuccedat actualium peccatorum diviſio *decima ſeptima*, qua quædam dicuntur peccata *regnantia*, quædam *non regnantia.* Convenit hæc re ipſa cum priore, quia peccata mortalia in renatis dicuntur regnantia, ſed venialia dicuntur non regnantia. Fundamentum hujus diviſionis exſtat: Rom. VI. 12. *Non regnet peccatum in mortali veſtro corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus.* Quando ergo originalis concupiſcentia membris inhærens non mortificatur, ſed ejus deſideriis ſecure indulgetur, tunc fit peccatum regnans, ſive dominans. Joh. VIII. 34. *Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* 1. Joh. III. 6. *Omnis, qui manet in Chriſto, non peccat.* v. 8. *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt.* v. 9. *Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit.* Aliud ergo eſt in Johanne peccare, & *peccatum facere*, hoc eſt, concupiſcentias pravas & deſideria peccatricis carnis perficere: aliud vero *peccatum habere*, hoc eſt, concupiſcentiæ motus ſentire. Felix anima, quæ ſentiens peccatum non conſentit peccato!

CAPUT XXI.
DE PECCATIS PER SE ET PER ACCIDENS.

§. CIV.

Quædam ſunt peccata per ſe, quædam κατ' ἄλλο & per accidens.

Decimo octavo. Quædam ſunt *per ſe* peccata, quædam vero *κατ' ἄλλο*, *propter aliud*, Sic quando infideles furantur, fornicantur, rapiunt &c. ea ſunt *per ſe* & ex natura actus peccata; quando vero cooperiunt nuditatem proximi, eidemque ſubveniunt &c. ea ex ſe & quoad naturam actus non ſunt peccata, ſed *per* ac *propter aliud* fiunt peccata, quia perſona Deo nondum eſt reconciliata, qualia talia opera non procedunt ex puro corde, quia non diriguntur ad Dei gloriam. Uſus hujus diviſionis eſt multiplex. Dicebat b. Lutherus, *juſtum in omni bono opere peccare;* graviter hoc exagitat Bellarminus; ſed obſerva,

bona

bona opera renatorum non dici peccata *per ſe* & quoad ſubſtantiam actus; ſunt enim cultus Deo gratiſſimus & odor ſuavitatis coram ipſo, ſed quia renatis bona operantibus adhæret peccatum, & quia illa ipſa bona opera non ſunt *perfecte* bona, ideo hoc reſpectu veriſſime dicitur, juſtum in omni opere bono peccare, & bona opera renatorum eſſe peccata, nimirum κατά τι propter adhærentem pravam concupiſcentiam & multiplicem imperfectionem, propter quam Deus ipſa renatorum bona opera repudiare poſſet; ſi ad rigidam legis normam ea velit exigere. Atque inde eſt, quod Eſaias LXIV. 6. *omnes noſtras juſtitias coram Deo quaſi pannum mulieris menſtruatae eſſe* pronunciat. *Jugiter ſuper pannum vitae, quem juſtitiae operibus teximus, ſtillamus ſaniem diverſorum criminum*, ſcribit Adrianus de Trajecto in IV. ſent. referente Caſſandro in ſua conſult. Ad ejus examen vita noſtra ducitur, ſub quo & ipſæ virtutes trepidant. Quia vero renatorum bona opera procedunt ex fide, ideo adhærentes iſtas ſordes & imperfectionem Deus ipſis non imputat, ſed filialem ipſorum obedientiam in Chriſto ac propter Chriſtum gratam habet.

CAPUT XXII.
DE PECCATO MORTUO ET VIVENTE.

§. CV.

Quoddam peccatum mortuum, quoddam vivens.

Decimonono. Eſt quoddam peccatum *mortuum*, quoddam vero *vivens*. Fundamentum hujus diviſionis exſtat Rom. VII. 8. *Sine lege peccatum erat mortuum.* v. 9. *ſed cum veniſſet mandatum, peccatum revixit.* Ergo reſpectu legis manifeſtantis & accuſantis peccatum aliud dicitur *mortuum*, aliud *vivens*. Peccatum *mortuum* eſt, quod in nobis quidem hæret, ſed non agnoſcitur pro peccato, neque ita furit, ut ſolet poſt legis cognitionem. Peccatum *vivens* dicitur, quod ex legis ſpeculo agnoſcitur & in nobis furit.

CAPUT XXIII.
DE PECCATO MANENTE ET REMISSO.

§. CVI.

Quoddam peccatum manens, quoddam remiſſum.

Vigeſimo. Eſt quoddam peccatum *manens*, quoddam vero *remiſſum*. Fundamentum hujus diviſionis exſtat Joh. IX. 41. *Si cæci eſſetis*, (ſi agnita cœcitate veſtra ad medicum animæ confugeretis) *non haberetis peccatum*, (remitteretur vobis peccatum veſtrum) *nunc vero dicitis, quod videatis*, (non agnoſcitis morbum, nec quæritis medicum) *ideo peccatum veſtrum manet.* Peccatum igitur *manens* eſt omne, quod non remittitur, de quo præcedente cap. VIII. 24. Chriſtus loquitur ad Phariſæos: *Moriemini in peccatis veſtris;* & quia non aliter obtineri vel obtingere poteſt peccatorum remiſſio, niſi fide in Chriſtum, ideo addit: *Si non credideritis, quod ego ſim*, (lux mundi, unicus mediator & agnus Dei, qui tollit peccata mundi) *moriemini in peccatis veſtris.* Joh. III. 36. *Qui non credit in Filium, non videbit vitam, ſed ira Dei μένει ἐπ' αὐτὸν, manet ſuper ipſum.*

CAPUT XXIV.
DE PECCATO IN SPIRITUM SANCTUM.

§. CVII.

De peccato in Spiritum ſanctum.

Denique cum omnia peccata reliqua ſint remiſſibilia, unum a Chriſto ſtatuitur irremiſſibile, videlicet *peccatum in Spiritum S.*, de quo pronunciat Auguſtinus ſerm. XI. de verb. Dom. quod *Deus exercere nos voluerit difficultate quaeſtionis de hoc peccato, cum*

in omnibus ſcripturis ſanctis forte nulla major, nulla difficilior inveniatur. Ipſe autem ſtatuit peccatum illud in Spiritum S. eſſe *cordis impœnitentis perſeverantem duritiem, quae in nullo, dum in hac vita eſt, deprehendi poſſit.* Vide epiſt. L. ad Bonifac. lib. de corrept. & grat. cap. 12. de vera & falſa pœnit. cap. 4. Athanaſius q. 71. tom. II. p. 296. οὐκ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ βλασφημοῦντι καὶ μετανοήσαντι· οὐκ ἀφεθήσεται, ἀλλὰ τῷ βλασφημοῦντι, ἤγουν τῷ ἐν τῇ βλασφημίᾳ ἐπιμένοντι, ἐπειδήπερ οὐκ ἔστιν ἁμαρτία ἀσυγχώρητος παρὰ τῷ Θεῷ ἐν τοῖς ὁσίως καὶ κατ' ἀξίαν μετανοοῦσιν. Gregorius in Pſal. LI. *Quis eſt, qui peccat in Spiritum S., niſi qui non credit remiſſionem peccatorum? remiſſio enim peccatorum opus eſt Spiritus S.* Lombardus lib. II. ſent. diſt. 43. lit. A. *Quidam dicunt, illud peccatum eſſe deſperationis vel obſtinationis. Obſtinatio eſt induratae mentis in malitia pertinacia, per quam homo fit impœnitens. Deſperatio eſt, qua quis diffidit penitus de bonitate Dei, aeſtimans ſuam malitiam divinae bonitatis magnitudinem excedere. Utrumque dicitur in Spiritum S., quia Spiritus S. eſt amor Patris & Filii, & benignitas, qua ſe invicem & nos diligunt, quae tanta eſt, cujus finis non eſt.* lit. B. *Quidam dicunt, omnem obſtinationem & omnem deſperationem eſſe peccatum in Spiritum S. Alii dicunt illam tantum adpellari peccatum in Spiritum S. quam comitatur impoenitentia.* lit. C. *Eſt etiam alia hujus peccati adſignatio, videlicet cum poſt agnitionem Dei per gratiam Chriſti oppugnat aliquis fra-*
ternitatem & adverſus ipſam gratiam, q
conciliatus eſt Deo, invidiae facibus agi
lit. D. *Secundum Ambroſium, ſi quis co*
ſpecie deceptus humani remiſſius aliquid
de carne Chriſti, quam dignum eſt, habe
pam, non eſt tamen excluſus a venia, ſi
vero ſancti Spiritus dignitatem, majeſtate
poteſtatem abneget ſempiternam, & pute
in Spiritu Dei ejici daemonia, ſed in beelz
non poteſt ibi exhortatio eſſe veniae, ubi ſ
gii plenitudo eſt. Thomas p. II. q. 14. a
Antiqui doctores, Athanaſius, Hilarius,
broſius, Hieronymus & Chryſoſtomus di
eſſe peccatum in Spiritum S., quando a
ram aliquid blaſphemum dicitur contra
tum S., ſive Spiritus S. accipiatur, ſecu
quod eſt nomen eſſentiale, ſive prout eſt n
perſonale. Auguſtinus dicit, eſſe *finalen*
poenitentiam. Alii dicunt, peccatum in
tum S. eſſe, *quod provenit ex certa ma*
bonitas enim adpropriatur Spiritui S.
Communiter ſex ſpecies hujus peccati c
tuunt Scholaſtici: 1.) deſperationem, 2.)
ſumtionem, 3.) impugnationem agnitæ v
tis, 4.) invidentiam fraternæ caritatis, 5.)
pœnitentiam, 6.) obſtinationem. Vide
mentatores in II. ſent. diſt. 43.

§. CVIII. Ut ad veram & propriam hujus peccati deſignationem penetrare poſſimus, diligenter expendenda ſunt ſcripturæ dicta, quæ *Ex ſcrip*
agunt: Matth. XII. 31. (*) *Omne peccatu*
bla

(*) Eſt hic locus ſedes doctrinæ de *peccato in Spiritum S.* qui enim adjunguntur, loci paralleli *Marc. III. 29. Luc. XII. 10.* unum duntaxat oraculum ſacrum conſtituunt. Equidem GERHARDUS noſter ac complures alii theologi cum hocce loco conjungere ſolent nonnulla alia dicta, quæ *Ebr. VI. 4. ſeqq. X. 26, 29. 1. Iob. V. 16.* leguntur, ubi de ejusmodi peccato ſermo eſt, quo commiſſo homines ad pœnitentiam renovari nequeunt, nec ullum pro peccato habent ſacrificium, & pro quo orare haud licet. Verum ſunt magni nominis theologi, qui, gravibus inducti rationibus, negant, hæc dicta eſſe παράλληλα, itidem de peccato in Spiritum S.
agentia. Neque enim in iis vocabulum
in Spiritum S. occurrit, cujus notio ſcri
non inferenda, ſed ex illa potius eruend
Quod ſpeciatim ea oracula ſacra, quæ e
ſtola ad Ebræos adferuntur, attinet, ea
de apoſtaſia eaque qualificata, quæ fit ab
ne ſatis illuminato, qui jam ad præci
quendam vitæ ſpiritualis gradum per
Locus vero Johannæus de quovis peccato
mortemque ſpiritualem inferente agit, n
condocet, pro ejusmodi peccatore non
dum eſſe Deum, ut peccatum ex malitia
miſſum ipſi remittat, cum id ſine prævi
nitentia eaque ſeria fieri haud poſſit, De

blaſphemia remittetur hominibus. Spiritus autem blaſphemia non remittitur. v. 32. *Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Marc.

prius invocandus ſit, ut ejusmodi peccatorem convertat, utpote qui nonniſi peccata infirmitatis, quæ *non* ſunt *ad mortem*, immediate condonet fidelibus. Proinde non aliud nobis ſuppetit fundamentum definiendi, quid ſit peccatum in Spiritum ſanctum, præter verba optimi ſervatoris, a ſcriptoribus ſacris, Matthæo, Marco & Luca *locis citatis* recitata. Hiſce ut noſtra ſolide ſuperſtrui queat tractatio, ante omnia occaſionem de ſingulari hac peccati ſpecie differendi Chriſto ſuppeditatam paucis commemorabimus.

Adlatus erat ſervatori Chriſto dæmoniacus cæcus & mutus, quem is mox ſanavit, ita, ut cæcus & mutus loqueretur & videret. Conſpecto inſigni hocce miraculo, quod potentiam vere divinam arguebat, obſtupuit tota turba, Deique celebravit laudes, dicendo: *numquid hic eſt filius Davidis*, h. e. Meſſias, Davidis familiæ promiſſus? Non quidem plane adfirmabant iſti homines, qui oculati hujus miraculi teſtes erant, Jeſum Nazarenum eſſe verum Meſſiam. Agnoſcebant tamen in eo virtutem quandam atque potentiam divinam, quod luculentum fidei incipientis ſignum erat. Id ægre ferentes phariſæi, invidiæ odiique oeſtro perciti, miraculum a Chriſto perpetratum, quod nullis rationibus ſolidis aut ſpecioſis ſaltim impugnari poterat, fidemque eorum promovere & poterat & debebat, in atrocis calumniæ convertere materiam, Chriſtumque conſpirationis cum diabolo arguere haud dubitabant, dicentes: *hic non ejicit dæmonia, niſi per Beelzebulem, dæmoniorum principem.* Inſignem hujus calumniæ abſurditatem poſtquam variis rationibus comprobaverat ſervator, occaſionem vel tandem arripuit, oſtendendi gravitatem hujus peccati, quod directe Spiritum ſanctum lædat atque ita ſit comparatum, ut illius remiſſio neque in hoc, neque in futuro ſeculo obtineri poſſit. *Itaque ſic habetote*, inquit, *omne peccatum ac maledictum remittetur hominibus: Spiritus autem blaſphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei; at ſi quis contra Spiritum ſanctum dixerit, non remittetur ei, nec in hoc ſeculo nec in futuro.*

Patet ex hoc ſervatoris optimi effato 1) omnia peccata, etiam maxima atque atrociſſima, hominibus remitti poſſe propter Chriſtum, qui pro omnibus peccatis pleniſſime ſatisfecit; 2) a regula hacce generali nonniſi unicum excipi peccatum; 3) illud peccatum adpellari peccatum in Spiritum ſanctum; 4) peccatorem in Spiritum ſanctum aperte dici βλασφημεῖν apud Matthæum, Marcum & Lucam, adeoque non animo duntaxat, ſed etiam ore graviter peccare; blaſphemia enim eſt peccatum oris, quod lingua committitur; 5) diſcerni hocce peccatum ab omni alia blaſphemia *Matth. XII. 31. Marc. III. 21.* adeoque eſſe peccatum prorſus ſingulare, ab omnibus aliis diverſum; 6) opponi hocce peccatum iſti injuriæ, qua quis *filium hominis*, generis humani redemtorem, adficit; 7) injuriam filio hominis illatam non eſſe tam atrox peccatum, quam peccatum, quod in Spiritum ſanctum committitur; ac denique 8) hujus generis peccatum ita comparatum eſſe, ut a Deo non remittatur neque in hoc, neque in futuro ſeculo.

Jam, ut ordine progrediamur I) inquirendum nobis eſt, quid per SPIRITUM SANCTUM intelligat ſervator, quando peccati in eundem commiſſi in oraculo modo recitato facit mentionem? Conſtat, in Spiritu S., tertia divinitatis perſona, tria cumprimis deprehendi, noſtra conſideratione digniſſima. Nam 1) *naturam* divinam cum patre & filio communem, immo eandem habet; 2) eſt *perſona* divina a patre filioque diſtincta, ita tamen, ut utrique par atque æqualis ſit; 3) varia *dona*, ac ſpeciatim *media* gratiæ convertentis, illuminantis, ſanctificantis, beantis, & quæcunque ad ſalutis ſpectant *adplicationem*, Spiritui ſancto ſingulari quadam ratione in divinis libris adſignantur. Vid. *1. Ioh. V. 6, 8. 1. Cor. XII, 3, 4.* Nemo non videt, neque in *natura*, neque in *perſona* Spiritus S. quidquam deprehendi *ſingulare*, propter quod peccatum in Spiritum ſanctum ab omnibus aliis notabili ratione diſtingui, multoque gravius cenſeri queat iis peccatis, quæ vel in Patrem, vel in Filium committuntur. Nihil itaque aliud ſupereſt, quam ut dicamus, in denominatione hujus peccati reſpici ad *operationes* Spiritus S. atque ad *media* illa, quibus ſanctior ille Spiritus homines vult convertere atque ad fidem in Chriſtum perducere. Neque enim converſio hominis aliter obtineri poteſt, niſi *mediis gratiæ* adhibitis, recteque *uſurpatis*; cum contra, iis rejectis ac repudiatis, homo nunquam ſalutari mentis mutatione reſipiſcere, veniamque peccatorum ſuorum apud Deum obtinere

Marc. III. 28. *Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blaſphemiae, quibus blaſphemaverint.* v. 29 *autem blaſphemaverit in Spiritum S.*, ne

tinere queat. Atque hæc gratiæ divinæ media, quibus Deus in hominum converſione utitur, eaque non *ordinaria* duntaxat, ſed & *extraordinaria*, quorſum cumprimis *miracula* pertinent, repudiarunt immo blaſphemarunt phariſæi, atque hac ipſa ratione peccatum omnium graviſſimum, nimirum peccatum in Spiritum ſanctum commiſerunt.

Hiſce poſitis jam *II*) natura peccati in Spiritum ſanctum opera haud difficili determinari poteſt. Eſt nimirum nihil aliud, quam *malitioſa ac contumax reſiſtentia, quæ omnibus gratiæ mediis, tum ordinariis, tum extraordinariis ac ſuperabundantibus, a peccatoribus in negotio converſionis opponitur, cum publica irriſione ac contemtu illorum mediorum ſeu operationum gratiæ conjuncta.* Atque ita comparata erat calumnia phariſæorum, ad quam verba ſervatoris in oraculo noſtro reſpiciunt. Ediderat ſervator Chriſtus quam plurima miracula, eaque longe præſtantiſſima, in conſpectu phariſæorum, non alium in finem, quam ut infenſiſſimi iſti perſonæ ac doctrinæ Chriſti hoſtes evidentiſſime convincerentur, Jeſum eſſe verum Meſſiam patribus promiſſum ipſumque Dei filium, in quem omnes credere debeant, qui vitam conſequi velint ſempiternam. Erant proinde miracula a Chriſto perpetrata *media extraordinaria*, queis Spiritus ſanctus, cui opus regenerationis noſtræ peculiari ratione adpropriatur, ad homines iſtos convincendos, illuminandos ac convertendos uti voluit. Neque phariſæi negare poterant veritatem iſtorum miraculorum, quibus cœleſtem ſuam miſſionem, doctrinæque ſuæ veritatem ac divinitatem, tanquam argumento omnium certiſſimo potentiſſimoque adſtruxit generis humani redemtor. Patet hoc ex verbis NICODEMI, quibus ſuo & fratrum ſuorum nomine Chriſtum adlocutus eſt, quando ait: *Magiſter, ſcimus, te veniſſe doctorem a Deo. Nam iſta tam miranda facere, quæ tu facis, nemo poſſit, niſi adſit ei Deus*, *Ioh. III.* 2. Nihilo tamen minus ex immani adverſus Chriſtum odio, non tantum publice negabant, opera iſta, naturæ viribus ſuperiora, ab ipſo naturæ domino atque auctore profecta eſſe; ſed & malitioſe calumniabantur, Chriſtum per conſpirationem quandam cum infernali genio, immo cum principe dæmoniorum, opera iſta atque prodigia prorſus ſtupenda edere. Hæc ſi quis probe attenderit, facile perſpiciet, definitio-

nem peccati in Spiritum S. quam modo ditavimus, recte ſe habere. Is nimirum eatum in Spiritum ſanctum committit, *media*, non tantum *ordinaria*, ſed & *ext naria*, quibus Spiritus S. in opere conve utitur, malitioſe ac pertinaciter rejicit, plo phariſæorum, qui extraordinariis convertentis mediis obicem poſuerunt; mediis gratiæ non tantum reſiſtit, hacque ne converſionem ſuam impedit; ſed & il verſionis media ſpernit atque irridet, tumque ſanctum; (ſeu potius *operationes* tus ſancti, quæ per *το πνευμα* denot *Marc. III. 30.*) blaſphemare haud dubitai

Progredimur jam *III*) ad *peccati* huju *miſſibilitatem*. Diſertis verbis pronunci vator, *non remittetur* (hocce peccatum) *in* HOC SECULO, *neque in* FUTUR quod, præeunte Marco *cap. III. 29.* ſec interpretamur, *non habet remiſſionem in num.* Nec contemnenda eſt HUG. GR aliorumque virorum eruditorum obſei ſervatorem noſtrum eam ob rationem. que nominaſſe ſeculum, & *præſens*, quo uſque ad vitæ hujus animalis terminur *futurum*, quo Ebræorum ſapientes *ſtatu marum poſt mortem* intellexerunt, ut h ratione confutaret vanam, qua Judæi verſus graviſſima delicta blandiebantur ſuaſionem. Exiſtimabant nimirum, eſ cata a religionis Judaicæ ſociis commiſſ abſtergat mera *pœnitentia*, ſi præceptum mativum fuerit transgreſſum; eſſe ali quorum remiſſionem opus ſit *ſacrificiis* rurſus alia tam gravia, ut remitti neq niſi in *die* ſolemni *expiationis*, ut quæ co tantur contra pleraque præcepta neg iterum alia his adhuc graviora deleri pe *vitæ caſtigationes*, verb. grat. ea, quæ *mor excidii* pœnam adjunctam habeant; den eſſe peccata graviſſima, quæ demum *po tem*, ſive ſtatim, ſive poſt temporis a moras, remittantur, ut quæ cum ma divini numinis contemtu ſint conjuncta. talmudica, quæ huc ſpectant, collegerı LIGHTFOOTUS in *horis ebraicis ad h. tom. II. p. 324.* ROBERT. SHERIN MUS in *Ioma cap. VIII. §. 8, 9.* HERM. SIUS in *miſcell. ſacror. tom. I. libr. II. a §. IV. ſeqq. p. 619. ſeqq.* aliique. Perſua itaque ſibi Judæi, quædam delicta in *ho*

bet remiſſionem in aeternum, ſed reus erit aeterni delicti; v. 30. *quoniam dicebant, Spiritum immundum habet.* Luc. XII. 10. *Omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur ei; qui*

L & M 2

expiari veniamque conſequi; alia vero, eaque graviora, quibus divini nominis blaſphemiam accenſebant, demum remitti in *futuro ſeculo*, & quidem vel per mortem ipſam, vel per paſſiones mortem inſecutas. Vid. *Sanhedrim fol. 37. col. 3.* At contra Chriſtus docet in oraculo noſtro, blaſphemiam in Spiritum S. ita eſſe comparatam, ut ii, qui iſtam committant, ſibi nulla vel *hujus*, vel *futuri ſeculi* expiatione blandiri queant.

Hiſce præmiſſis jam *IV*) inquirendum nobis eſt, quænam ſit vera immo unica *cauſſa*, cur peccatum hoc remitti prorſus nequeat. Si peccatum aliquod eſt *irremiſſibile*, fundamentum hujus *irremiſſibilitatis* quærendum *vel* in defectu gratiæ ſufficientis voluntatiſque divinæ peccatum iſtud remittendi, *vel* in defectu ſatisfactionis pro illo præſtitæ; *vel* denique in natura hujus peccati prorſus ſingulari ac propria. Ob defectum gratiæ ſufficientis aut voluntatis Dei nullum peccatum, adeoque nec peccatum in Spiritum S. eſſe irremiſſibile, vel exinde patet, quia gratia atque miſericordia Dei eſt infinita, atque peccato omni, etiam atrociſſimo, multis modis abundantior, *Rom. V. 20.* Conſtat quoque e ſanctioribus litteris, ipſis phariſæis, quos Chriſtus diſerte peccati in Spiritum S. reos peregerat, *Marc. III. 30.* tamen poſtea per Chriſtum atque apoſtolos oblata fuiſſe gratiæ media. Nec defectus ſatisfactionis a Chriſto præſtitæ cauſſa eſſe poteſt, quod peccatum hocce eſt irremiſſibile, ſiquidem Chriſtus pro omnibus ac ſingulis hominibus & pro quocunque peccato pleniſſime ſatisfecit, ſecundum clariſſima ſacræ ſcripturæ oracula, *1. Ioh. I. 7. II. 2. Ebr. II. 9.* aliaque multa. Nihil itaque ſupereſt, quam ut dicamus, in ipſa natura hujus peccati prorſus ſingulari quærendam eſſe ejusdem irremiſſibilitatem. Scilicet peccator in Spiritum S. omnia gratiæ media, tum ordinaria, tum extraordinaria, maxima & perpetua animi obſtinatione repudiat, qua quidem ratione *μετανοιαν*, ſeu *mentis mutationem* ſalutarem, quæ *remiſſionem peccatorum* præcedere debet, reddit impoſſibilem, *ſemen*que chriſtianæ *fidei* tollit. Sublata autem fide, quo modo ſalutis per Chriſtum recuperatæ recta fieri poteſt adplicatio?

Quæſtio quoque moveri ſolet *V*) an ſoli *renati*, an vero etiam *irregeniti* in hocce peccatum incidere queant? Multi noſtrorum theologorum hocce peccatum *renatorum* proprium eſſe contendunt, provocantes cumprimis ad auctorem epiſtolæ ad Ebræos *cap. VI. 4. ſeqq.* Verum ſupra jam obſervavimus, in hocce oraculo nullam peccati in Spiritum ſanctum fieri mentionem. Proinde nec ad illud provocari poteſt, quamdiu de natura atque indole hujus peccati controverſia agitatur. Ex altera vero parte cœtus Reformati doctores ſolis *non renatis* hocce peccatum tribuunt, quoniam ſibi perſuadent, quod vere regeniti gratia excidere nequeant. Nos exiſtimamus, hancce quæſtionem ex iis, quæ de natura hujus peccati ſupra diximus, facile poſſe decidi, ſcilicet rei hujus criminis fieri poſſunt omnes homines, qui *operationum gratioſarum Spiritus ſancti facti ſunt participes*, ſive *illuminati* antehac fuerint ac *renovati*, poſtea vero rurſus defecerint, ſive *nondum* ſalutari modo ſint *illuſtrati*, ſed *irregeniti*, quales certe fuerunt phariſæi, *Matth. III. 7.* qui, licet *tum* per doctrinam ſervatoris eandemque efficaciſſimam, *tum* per vitam ejus innocentem, *tum* per miracula ab eo perpetrata ad *convictionem* quandam, ſaltim *internam*, procul dubio pervenerint, tamen admiranda Spiritus S. opera, quibus miſſio Chriſti divina luculenter fuit comprobata, blaſphemabant, infernali genio ea tribuentes.

Denique *VI*) quæri quoque heic poſſet: utrum peccatum illud in Spiritum ſanctum hodie adhuc committi queat? Equidem nulli dubitamus, quin poſt illud tempus, quo ſervator inter mortales verſatus eſt, & poſt inſignem illam phariſæorum, Spiritum ſanctum blaſphemantium, malitiam, peccatum illud atrociſſimum ab aliis quoque commiſſum fuerit, vel ſaltim committi potuerit, præſertim cum extraordinaria eaque miraculoſa Spiritus S. dona, prioribus poſt Chriſtum natum ſeculis, multis, iis præſertim, qui amplificandis regni Chriſti finibus ſtudebant, divinitus liberaliter fuerint conceſſa, Deusque in convertendis hominibus haud raro miraculis uſus ſit. Ipſemet PAULUS, *Saulus* antea vocatus, ſectæque phariſæorum addictus, qui patriæ religionis Zelo immane quantum flagrabat, modo prorſus miraculoſo ad Chriſti fidem fuit converſus, ac procul dubio peccati in Spiritum S. factus fuiſſet reus, ſi *mediis gratiæ*, iiſque *extraordinariis* atque abundantibus, quæ ipſi fuerunt oblata, reſtitiſſet, nec voci cœlo delapſæ eumque

ad

qui autem Spiritum S. blaſphemaverit, ei non remittetur. Hebr. VI. 4. *Impoſſibile eſt, eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum coeleſte, & participes facti ſunt Spiritus*

loquenti in via, obtemperaſſet, nec ſalutari evangelii doctrinæ, quam Ananias eidem tradidit, ſuum præbuiſſet adſenſum. Vid. *Act. IX. 1. ſeqq.* Verum recentiori ævo, ubi eccleſia in his terris jam eſt plantata, veritasque religionis chriſtianæ teſtimonio miraculisque Spiritus S. ſtabilita, ſapientiæ ſupremi numinis haud neceſſarium eſſe videtur, ut homines, qui media gratiæ ordinaria ſpernunt, per media plane extraordinaria, ac ſpeciatim *miracula* ad fidem in Chriſtum perducat; unde non ita facile contingere poteſt, ut homines eadem prorſus ratione, ut phariſæi olim fecerunt, in Spiritum S. peccent. Neque tamen hoc ipſum impedit, quo minus noſtræ quoque ætatis homines ad eundem malitiæ, qui in phariſæis ſe conſpiciendum præbet, gradum progrediantur, omniaque gratiæ media, quæ iis offeruntur, contra conſcientiam, rejiciant, derideant, immo maledictis ea excipiant, adeoque æque grave committant peccatum, quam quidem illud fuit, quod phariſæi tempore Chriſti commiſerunt. Unde non poſſumus non noſtro adprobare calculo ſententiam JAC. SAURINI, facundiſſimi quondam apud Hagienſes verbi divini præconis, qui quæſtionem: an hodienum peccatum illud irremiſſibile committi queat? ſequentem in modum ſolvit: *On ne peut pas le commettre dans toûtes ſes circonſtances, mais on peut le commettre dans ſon eſſence, & dans ce, qui en fait l' atrocité. Il eſt rare, qu' on y tombe, mais il n' eſt pas impoſſible. Peu de perſonnes s' y abandonnent dans toûte ſon étendue; mais pluſieurs le commettent en partie, & dans ſes degrez.* Vid. ejus *ſermons ſur diverſes textes de l' Ecriture ſainte tom. I. p. m. 349.*

Tractationi noſtræ de peccato in Spiritum S. pauca jam ſubjungemus de *peccato in filium hominis*, quod illi peculiari ratione contradiſtinguitur *Matth. XII. 32.* Sunt, qui locum hunc intelligunt de convitiis in nudos homines conjectis, qui υἱοὶ ἀνθρώπων ſubinde in ſanctioribus litteris adpellantur. Vid. JO. REINHARD. RUSII *harmon. evangeliſt. tom. I. p. 1011.* Verum licet non inuſitata ſit in ſacro codice ea loquendi ratio, qua homo dicitur *filius hominis*, oppoſitio tamen in textu noſtro obvia totaque cohærentia haud obſcure inſinuat, ſermonem heic eſſe de individuo hominis, ipſoque ſervatore noſtro Jeſu Chriſto, qui ſæpius in novi teſtamenti libris adpellatur *filius hominis* κατ' ἐξοχὴν, ut proinde heic innuatur peccatum, quo Jeſus Nazarenus obtrectatur. Quod ſi naturam atque indolem hujus peccati adcuratius velimus inveſtigare, ad ea omnia reſpicere heic debemus, quæ Chriſto, mediatori inter Deum hominesque, *propria* ſunt, eundemque a reliquis divinitatis perſonis diſcernunt. Novimus autem, Chriſto in ſolidum adſcribendam eſſe eam gratiam, quæ ad *adquiſitionem* ſalutis noſtræ pertinet. Novimus porro, Chriſtum non tantum eſſe verum *hominem*, ſed & verum *Deum*, ſiquidem nudus homo redimere nos haud potuiſſet, *pſalm. XLIX. 4, 8, 9.* Novimus denique, Chriſtum & ut *prophetam*, & ut *ſacerdotem*, & ut *regem* ſpectari poſſe, atque intuitu *triplicis* iſtius, quo functus eſt *officii*, adpellari *Meſſiam*, ſeu χριστὸν, hoc eſt, *unctum*. Omnia hæc Chriſto ſunt *propria*, adeoque jure meritoque heic conſideranda veniunt, ubi de *peccato in filium hominis* ſermo eſt. Peccat proinde in *filium hominis*

1) qui Jeſum Nazarenum obtrectat tanquam *nudum hominem*, nec divinam ejus originem agnoſcit. Ita ſane in filium hominis olim peccarunt, qui ſervili ejus forma, quam in ſtatu exinanitionis adſumſit, offenſi, eum pro nudo habuerunt homine, immo huic homini ſubinde maledicebant, aut de eo male loquebantur. Conſtat, id feciſſe Judæos, Jeſum Chriſtum publicanorum amicum, ſociumque peccatorum, quin hominem voracem ac vinoſum vocantes, *Matth. IX. 11. X. 19. Luc. XV. 2.* Peccat in *filium hominis*

2) qui negat, Jeſum Nazarenum eſſe magnum illum *prophetam*, doctoremque hominum divinitus legatum, *Deuter. XVIII. 15, 18, 19. Act. III. 22, 23.*

3) qui ſacrificium Chriſti in cruce peractum, quo iratum Deum placavit, redemtionemque ſanguine ejus factam negare haud dubitat, *1. Petr. I. 18, 19.* vel, ſi admittit, fructum tamen ſalutarem mortis Chriſti vel in ſe, vel in aliis impedit, *1. Cor. VIII. 11, 12.*

4) qui *regiam* ſervatoris noſtri *dignitatem* venerari recuſat, nec mandatis ejus debitum præſtat obſequium, *pſalm. II. 6, 11, 12. Luc. XIX. 27.*

Quod reſtat, hoc unicum paucis notamus, fieri utique poſſe, ut duo illa peccata, in *filium* ſcilicet *hominis* & in *Spiritum ſanctum*, conjunctim deprehendantur in uno eodemque homine, quando nimirum is, qui in *Chriſtum*, Dei hominumque reconciliatorem, peccat, omnia gratiæ

tus S. v. 5. *& guſtaverunt bonum Dei verbum, virtutesque futuri ſeculi,* v. 6. *& prolapſi ſunt, rurſus renovari ad poenitentiam, rurſum crucifigentes ſibi Filium Dei, & oſtentui eum habentes.* Hebr. X. 26. *Voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis non relinquitur pro peccatis hoſtia.* v. 27. *terribilis autem quaedam exſpectatio judicii &c.* v. 29. *quanto deteriora mereri putatis ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritus gratiae contumeliam fecerit.* 1. Joh. V. 16. *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petet & dabit vitam peccantibus non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis.* Verba Chriſti apud evangeliſtas directa ſunt contra phariſæos, qui contra teſtimonium conſcientiæ miracula Chriſti dicebant fieri per Beelzebub. Locus Hebr. VI. varie exponitur. Quidam *impoſſibile* accipiunt pro *difficili.* Quidam textum accipiunt de pœnitentia poſt hanc vitam. Quidam ex vocabulo φωτισμῷ elicere volunt, agi de renovatione per baptiſmum, ad quem non pateat denuo aditus: ſed commodiſſime accipitur hic locus de peccato in Spiritum ſanctum, ut oſtendunt adcuratæ illæ deſcriptiones ſubjecti. Peccatum ad mortem, de quo 1. Joh. V. 16. agitur, quidam diſtinguunt a peccato in Spiritum ſanctum, ſed rectius pro eodem accipitur.

Quodnam ſit. §. CIX. Horum locorum verba & περιςάσεις ſi diligenter excutiantur, invenietur, quod peccatum in Spiritum S. ſit *agnitae & in conſcientia adprobatae veritatis evangelicae deſtinato conſilio facta abnegatio cum pertinaci impugnatione & voluntaria blaſphemia conjuncta.* Obſervandum enim, hanc peccati ſpeciem a Chriſto in phariſæis argui; qui veritatis ab ipſo prædicatæ vi conſtricti & fulgore ejusdem in conſcientia convicti, malitioſa tamen impietate ſic in ipſum furebant, ut doctrinam & miracula ipſius ſatanæ adſcribere non erubeſcerent. Epiſtola ad Hebræos peccantes in Spiritum S. ſic deſcribit, quod illi, qui prius illuminati guſtaverunt etiam donum cœleſte, & participes facti Spiritus S., guſtaverunt etiam bonum Dei verbum & virtutes venturi ſeculi, nihilo minus poſtea prolabuntur (παραπεσόντες) & ſic ſibimet ipſis rurſum crucifigunt Dei Filium, eumque oſtentui habent, (hæc enim omnia ad *ſubjecti* deſcriptionem ibidem pertinent.) Item, quod voluntaria apoſtaſia Filium Dei conculcent, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducant, in quo ſunt ſanctificati, & Spiritui gratiæ contumeliam inferant. Hoc peccatum 1.) dicitur peccatum in Spiritum S. non reſpectu *perſonae,* hac enim ratione qui peccat in Patrem & Filium, peccat etiam in Spiritum S., cum Patris, Filii & Spiritus S. una ſit divinitas, æqualis gloria, coæterna majeſtas, ſed ratione *miniſterii* Spiritus 2. Cor. III. 8. quod eſt evangelium, ac ratione *officii* Spiritus, quod eſt illuminare, & ratione *teſtimonii,* quod Spiritus S. fert ſpiritui noſtro Rom. VIII. 16. Quo ſenſu etiam blaſphemia Spiritus: Matth. XII. 31. *blaſphemia* in Spiritum: Marc. III. 29. & *contumelia Spiritui gratiae illata* Hebr. X. 29. adpellatur. Illi ergo ſoli peccatum hoc committunt, qui veritatem agnitam, de qua in conſcientia convicti ſunt, voluntaria malitia abnegant, eandemque cum blaſphemia impugnant. Ex quo colligitur, nimis late hoc peccatum ab eis extendi, & deſperationis anſam præberi, qui quodvis voluntarium peccatum hoc nomine accipiunt, vel etiam quamvis veritatis abnegationem. 2.) Vocatur hoc peccatum *irremiſſibile,* quod nimis dilute qui-

L & M 3

tiæ ſalutaris media, ſine quibus nulla unquam fieri poteſt μετάνοια, obſtinato animo rejicit.

Scriptores, qui de peccato in Spiritum S. ex inſtituto egerunt, ut heic recenſeamus, vix opus eſſe arbitramur. Diligenter id fecerunt b. cancell. PFAFFIUS, in *hiſt. theolog. litterar. part. I,* *p. 347. ſeqq.* ven. J. G. WALCHIUS, in *bibliotb. theolog. ſelect. tom. I. p. 88. ſeqq.* & *p. 254.* JO. SAM. HICHTEL, in peculiari diſſertatione *de peccato in Spiritum S. ad ductum loci claſſici Ebr. VI. 4, 5, 6.* ſub præſidio b. BAUMGARTENII ann. *MDCCXL.* defenſa, aliique.

quidam accipiunt pro eo, quod difficulter remittitur, quia Chriſtus magna vehementia pronunciat, nec in hoc, nec in futuro ſeculo, hoc eſt, in æternum non remitti, ac epiſtola ad Hebræos dicit, omnino impoſſibile eſſe, ut tales renoventur. Dilutius etiam hoc eſt, quod *irremiſſibile* quidam accipiunt pro eo, quod non habet coram hominibus excuſationem, non enim de excuſatione, ſed de remiſſione peccati hoc loco Chriſtus agit. Dicitur autem illud peccatum *irremiſſibile*, tum quia ipſum ſalutis medium, videlicet miniſterium Spiritus ſancti directe impugnat, tum quia cum extrema cordis induratione & finali impœnitentia conjunctum eſt. Unde non abſurde quidam dicunt, verbo hoc τὸ γινόμενον potius, quam τὸ δυνατὸν notari, quod tenor verborum Chriſti non obſcure comprobat, & ſic ſtante (ut ita loquar) irremiſſibilitate hujus peccati nihilominus verum ac certum manet, gratiam exuberare ſupra peccatum Rom. V. 20. 3.) Eodem ſenſu dicitur *peccatum ad mortem*, non ſolum, quia eſt mortale peccatum, ſed potius quia æternæ mortis nexibus per hoc ita conſtrictus tenetur homo, ut ex illis liberari non poſſit. 4.) Ex quo ſequitur etiam quartum, quod ſcilicet pro tali peccato non ſit orandum, neque enim fruſtra Spiritus precum debet ingemiſcere pro illis, quos in Spiritum S. irremiſſibiliter peccare conſtat. Sed cum rectiſſime moneat Auguſtinus lib. I. retract. & ſerm. 11. de verb. Dom. *non niſi a poſteriori, hoc eſt, a finali impœnitentia, ſeu poſtquam judicium Dei per mortem declaratum eſt, de hoc peccato judicandum, quorſum attinebat moneri, ne quis pro tali peccato oret.* Hieronymus lib. II. adv. Jovin. ſententiam Johannis μεταληπτικῶς interpretatur, quaſi poſtulatio poſita ſit pro venia, quæ poſtulatur, ſicut Jer. VII. 16. *noli orare pro iſto populo*, hoc eſt, fruſtra orabis. Ambroſius lib. I. de pœnit. cap. 9. ſolutionem quærit in pronomine *quis:* non dico, ut pro eo quis oret, ſcilicet de plebe aliquis, quia hujusmodi peccatum indiget perfecto deprecatore. Certum eſt, in primitiva eccleſia viguiſſe donum διακρίσεως πνευμάτων, 1. Cor. XII. 10. quod hodie non ita viget. Tutiſſimum igitur & chriſtianæ caritati, *quae omnia ſperat* 1. Cor. XIII. 7. maxime congruum, precibus ſuis omnes, etiam perſecutores & blaſphemos apoſtatas complecti 1. Tim. II. 1.

CAPUT XXIV.

DE USU HUJUS LOCI ET PECCATORUM ACTUALIUM DEFINITIONE.

§. CX.

Uſus hujus loci.

Uſus hujus loci de peccatis actualibus conſiſtit in tribus potiſſimum partibus: 1.) ut gravitatem ac varietatem peccatorum noſtrorum agnoſcentes vere & ſerio nos coram Deo humiliemus, abjecta omni propriæ juſtitiæ fiducia. 2.) Ut medicinam morbi noſtri in Chriſto quæramus, *cujus ſanguis nos mundat ab omnibus peccatis* 1. Joh. I. 7. 3.) Ut peccata contra conſcientiam tanquam venenum, imo mortem animæ ſtudioſe caveamus, nec patiamur peccatum inhærens nobis dominari, ſed ſpiritu concupiſcentias ejus mortificemus, & ad vitæ æternæ puriſſimam perfectionem ac perfectiſſimam puritatem ſuſpiremus: *O Chriſte, quod factum tege, quod futurum rege!*

Definitio peccatorum actualium.

§. CXI. Ex ſuperioribus omnibus talis conſtitui poteſt actualium peccatorum definitio. Peccata actualia ſunt *omnia vel facta, vel dicta, vel cogitata contra normam legis divinae, quibus malum committitur, vel bonum omittitur, promerentia iram Dei, temporales & aeternas poenas, eisdemque hominem obnoxium reddentia, niſi facta fuerit remiſſio propter Chriſtum mediatorem*, cui cum Patre & Spiritu ſancto ſit gloria in ſeculum, Amen!

LOCUS XII.

LOCUS XII. DE LIBERO ARBITRIO,

Hoc eſt,

DE VIRIBUS HUMANIS POST LAPSUM ADHUC RELIQUIS.

PROOEMIUM.

§. I.

Connexio cum loco praecedente.

Quam miris ac miſeris modis peccatum originale veneni inſtar omnes hominis vires pervaſerit, quam intime corruptio ex eo naturae humanae adhaeſerit, quam peſtiferos venenatum illud ſemen proferat fructus, ſuperius vidimus: reſtat inquirendum, quid in hominis viribus reliquum manſerit. Pulcerrima erat quondam hujus aedificii ſtructura, utpote omnipotentis Dei habitaculum atque templum, ſed peregrinus admiſſus hoſpes eam horribiliter deſtruxit: videamus, quae manſerint rudera atque ἐρείπια.

Radix liberi arbitrii.

§. II. Vires hominis aeſtimantur potiſſimum ex anima rationali, per quam homo a brutis ſecernitur, & in certam ſpeciem conſtituitur. Animae rationalis duae facultates ſunt: *mens* & *voluntas; illa* cognoſcendo, diſcernendo, conſultando, judicando; *haec* eligendo & repudiando ſuum expedit officium, ex utriusque potentiae συνδρομῇ & concurſu naſcitur id, quod vulgo vocatur liberum arbitrium, quod mentis & voluntatis facultas eſt, ita, ut arbitrium pertineat ad mentem, liberum ad voluntatem.

Liberum arbitrium eſt facultas mentis.

§. III. *Etſi vero liberum arbitrium eſt mentis & voluntatis facultas, mixta ex intelligentia & adpetitu,* (rationali) ut loquitur Thomas p. I. q. 83. art. 3. recte tamen ab eodem additur, *eam magis ad adpetitum inclinare,* quia judicium mentis eſt quaſi praevium, electio complementum & formale huic libertati addit. Ex quo Bellarminus lib. III. de gratia & liber. arbit. cap. 2. minus recte colligit: *per liberum arbitrium ſolius voluntatis actum ſignificari,* imo *liberum arbitrium eſſe ipſam voluntatem;* libr. III. de liber. arbitr. cap. 7. nimirum ut fucum facere poſſit ſuae calumniae, quod arbitrii libertatem negantes ipſam naturam violemus; at non dicimus, hominem voluntate, ſed voluntatis ſanitate privatum eſſe.

CAPUT I.
DE DISTINCTIONE LIBERTATIS.

§. IV.

Libertas vario reſpectu tribuitur arbitrio.

Libertas illa arbitrii unde aeſtimanda ſit, & quo reſpectu conſideretur, adcurate diſpiciendum, id quod multis liberabit nos difficultatibus, quae alias doctrinam hanc circumcingunt. *Iſta quaeſtio* (ait Auguſtinus lib. I. de gratia Dei contra Pelagium cap. 47. & lib. IV. contra Julianum cap. 8. ubi de arbitrio voluntatis & Dei gratia diſputatur) *ita difficilis eſt ad diſcernendum, ut, quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem adſeritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Libertas adſignatur arbitrio, primum habito reſpectu ad *modum* agendi, quia talis eſt, ut voluntas, quatenus

tenus talis, libere agat, hoc eſt, non cogatur aut violenter rapiatur externo motu, nec ex naturali inſtinctu ſolum agat, ſed ſponte ſua ſeu interno motus principio aliquid vel amplectatur vel rejiciat; hoc ſenſu liberum & voluntarium ſunt ſynonyma, ac voluntatem non liberam dicere, eſt perinde ac ſi quis dicere velit calidum absque calore.

Libertas a coactione, & neceſſitate; Libertas interior & in ſubjecto.

§. V. Vocatur hæc libertas a *coactione*, qua fit, ut non poſſit voluntas cogi ad faciendum aliquid contra ſuam inclinationem. Item libertas a *neceſſitate*, quatenus neceſſitas pro coactione & violentia accipitur (non autem pro immutabilitate.) Alii vocant libertatem *interiorem*, qua voluntas hominis ἑκουσίως ſponte, libere, ſine coactione, vi inſita ac προαιρέσει movetur, ſuique motus internum habet principium. Aliis dicitur libertas *in ſubjecto*.

Quæ per lapſum non eſt amiſſa.

§. VI. Hæc libertas cum ſit naturalis atque eſſentialis a Deo indita voluntati proprietas, per lapſum non eſt amiſſa. Subſtantia hominis non periit; ergo nec anima rationalis, ergo nec voluntas, ergo nec libertas voluntatis eſſentialis. Voluntas eſt potentia animæ eſſentialis, & anima nihil aliud eſt, quam ipſæ potentiæ ſeu facultates eſſentiales; proinde, manente anima, potentiæ etiam ejus eſſentiales, intellectus & voluntas, manent. Viciſſim vis libere & absque coactione volendi eſt voluntati eſſentialis, manente ergo voluntate, etiam vis illa manet.

§. VII. Hinc Auguſtinus in enchirid. cap. XXX. *Liberum arbitrium ſemper eſt liberum*, (intellige a coactione) *ſed non ſemper eſt bonum.* lib. II. de gratia & libero arbitr. cap. 15. *Semper in nobis voluntas eſt libera, ſed non ſemper bona. Aut enim a juſtitia libera eſt, quando ſervit peccato, & tunc eſt mala, aut a peccato libera eſt, quando ſervit juſtitiae, & tunc eſt bona.* Ambroſius vel potius Proſper lib. I. de vocatione gentium (*) cap. 3. *Homo a diabolo ſpoliatus, non voluntate, ſed voluntatis ſanitate privatus eſt, depravatum eſt voluntatis judicium, non ablatum.*

§. VIII. Hoc ſenſu & hoc reſpectu liberum in homine arbitrium etiam poſt lapſum manſiſſe firmiter credimus, & ſonora voce profitemur, adeo, ut cum Auguſtino dicamus hypogn. III. *eum, qui neget liberum arbitrium, non eſſe catholicum.* Apage igitur tragicas illas accuſationes, eccleſiis noſtris a Bellarmino in præfat. libror. de lib. arbit. intentatas, quaſi arbitrii libertatem tollamus, ipſam naturam violemus, & nos ipſos non ſolum belluarum ſimiles, ſed omnino belluas rationis expertes profiteamur. Idem libr. de not. eccleſ. cap. IX. §. *Manichaeorum*, ſic ſcribit: *Haereſis octava Manichaeorum, quorum erat, (ut ait Hieronymus) damnare naturam & liberum auferre arbitrium, nec peccatorum originem* (inquit Auguſtinus) *libero arbitrio tribuebant. Idem omnino Lutherus, qui librum ſcripſit de ſervo arbitrio &c.* Sed enim ſi liberi arbitrii nomine intelligatur ipſa voluntas, itemque ſi de libertate arbitrii in primo homine, ac de libertate in malis actionibus quæratur, nos nequaquam liberum arbitrium negamus; viderit igitur Bellarminus, qua fronte Manichæorum hæreſin nobis adfricet, cujus adcuſationem longe juſtiorem ipſi intentare poſſemus, ſiquidem ſtatuit rebellionem carnis adverſus ſpiritum futuram fuiſſe in homine ex naturæ conditione, ſi homo in puris naturalibus exſtitiſſet, libro de gratia primi hominis cap. VII.

§. IX.

(*) Libros *de vocatione gentium* AMBROSIO male tribui, alibi jam obſervavimus. Mentio enim in iis fit pelagianorum & ſemipelagianorum, qui ſeculo demum V. eccleſiæ pacem turbarunt. Ut de ſtili diſſimilitudine in rerum præſentia nihil memoremus. Unde & opuſculum hocce nova ſua atque eleganti operum Ambroſii editione jure meritoque excluſerunt monachi Benedictini congregationis S. Mauri. Rectius hocce ſcriptum PROSPERO, Aurelianenſi epiſcopo, tribuit VOSSIUS, in *hiſt. pelag. libr. I. cap. XX.*

Nec per providentiam divinam excluditur.

§. IX. Neque hanc voluntatis humanæ libertatem providentia divina tollit, vel excludit: ſic enim res adminiſtrat, ut eas proprios motus agere ſinat, Auguſtinus lib. VII. de civ. Dei cap. 30. Gerſon de conſol. theol. l. II. proſa. 4. Ut in *naturaliter* agentibus vim naturaliter agendi, ita in *voluntarie* agentibus vim libere agendi divina providentia conſervat.

§. X. Cumque hæc libertas a coactione cum voluntate ſit *ἀντίστροφος*, ſequitur, quod non minus in Deo ſit, quam in homine, cum hoc tamen diſcrimine, quod eam Deus habeat a ſemet ipſo, proinde eſt *ἀυθεκούσιος* & *ἀυτεξούσιος*: homines autem a Deo eam habent, unde proprie illis *ἑκούσιον* tribuimus, exemplo ſcripturæ epiſt. ad Philem. v. 14. Heb. X. 26. 1 Petr. V. 2. Videtur igitur *τὸ ἀυτεξούσιον* (quod theologi græci uſurpant) glorioſius eſſe, quam ut homini conveniat. Significat enim *ἀυτοδέσποτον*, quod nullius imperio ſubeſt, quodque a nemine prohiberi vel impediri poteſt, utpote eligendi facultate & præſtandi viribus abunde inſtructum: Deo autem propriiſſime competit, cujus voluntati ac potentiæ nemo poteſt reſiſtere.

Libertas ab obligatione & jure.

§. XI. Quæ conſideratio nobis ſuppeditat alium libertatis reſpectum, quam vocabimus libertatem *ab obligatione*, qua arbitrium non obligatur ad certam aliquam & immutabilem normam, ſecundum quam judicet atque eligat. Aliis vocatur libertas *a jure*. Hæc libertas nihil aliud eſt, quam effrenis licentia omni lege ſoluta, vagans more belluarum ſine notitia gubernante & ordine obligante: indigna hæc eſt honorifico illo libertatis nomine: vera enim libertas eſt juſtitiæ ſervire.

§. XII. Hanc libertatem hominis voluntati plane denegamus. Impreſſit enim Deus menti humanæ in prima creatione notitias naturales, legem ſuam ſcripſit in cor hominis, eamque ſolenni promulgatione repetiit, cui ad obediendum voluntas obſtricta eſt & obligata: atque ut hæc norma æterna eſt, ita quoque æterna obligatio.

§. XIII. Dei quidem voluntas externæ cuidam normæ non eſt obligata: unde iterum patet, *ἀυτεξουσίου* denominationem propriiſſime ipſi competere: interim tamen ipſa ejus natura talis eſt, ut non poſſit non bene & recte agere. Deus eſt *ἀυταγαθὸν*, Deus eſt eſſentialiter & ſumme bonus, Deus eſt caritas; contra hanc normam nihil agit, nihil agere poteſt: id quod non impotentiæ, ſed ſummæ potentiæ argumentum.

§. XIV. Si ergo reſpicias libertatem *a coactione*, homo ſemper habet liberum arbitrium(*), etiam poſt lapſum; ſi reſpicias libertatem *ab obligatione*, homo nunquam habet liberum arbitrium, nec ante lapſum, imo nec ipſi angeli. Eſt autem adhuc alius libertatis reſpectus, de quo proprie & potiſſimum hoc loco quæritur.

Libertas ratione objecti.

§. XV. Æſtimari enim poteſt arbitrii libertas ratione *objecti*, circa quod voluntatis actio occupata eſt, & hæc dicitur a quibusdam libertas *ad objectum*, item libertas *exterior*, ubi non amplius de libertate motus, de ipſa libera volendi vi agitur, ſed reſpectus habetur ad objectum voluntatis, bonum puta vel malum, & quæritur, quomodo ad illud vires voluntatis comparatæ ſint.

CAPUT II.

DE CONSIDERATIONE LIBERI ARBITRII SECUNDUM QUADRUPLICEM STATUM HOMINIS.

§. XVI. Hic vero diſtinguendi ſunt diverſi illi hominis ſtatus, alia enim libertas arbitrii fuit in homine ante lapſum, cum adhuc in ſtatu integritatis concreatæ floreret & vigeret: alia eſt poſt lapſum, poſtquam juſtitiæ ſervire detrectans, imagine divina ſpoliatus, *jugo malae dominae iniquæ*

qua ta-

(*) Competit homini non tantum libertas a *coactione*, quæ *ſpontaneitas* alias vocari ſolet, ſed etiam libertas a *neceſſitate*, ſiquidem nec per internum, nec per externum principium ad aliquid agendum adſtringitur. Proinde *libertas*, proprie ſic dicta, eſt *facultas agendi vel non agendi*, *hoc vel illud*, *ita vel aliter agendi*, *ſine ullo impedimento prævalente.*

quitatis (ut loquitur Auguſtinus Jerem. XII. de verb. apoſt.) *ſeſe ſponte ſubdidit.*

§. XVII. Viciſſim quia amiſſa imago divina incipit in hac vita reformari, & natura ſanari, in futura demum plene reſtituenda: ideo alia libertas arbitrii eſt in hominibus nondum renatis *ante* converſionem, alia in renatis *poſt* converſionem. Itemque alia libertas arbitrii in hominibus renatis, dum in *hac vita* adhuc ſub vetuſtate carnis ex parte laborant: alia vero erit in *futura vita*, quæ plenariam demum libertatem ac ſecuritatem pariet.

§. XVIII. Promanat ex hoc fonte πολυθρύλλητος illa diſtinctio inter quadruplicem hominis ſtatum, quæ jubet hominem conſiderare *primo* in natura inſtituta, hoc eſt, in concreata originali perfectione ante lapſum; *deinde* in natura deſtituta & corrupta poſt lapſum, cum ante reparationem, tum in ipſo converſionis actu, quomodo ad gratiam Dei ſeſe habeat; *tertio* in natura reſtitui cœpta, hoc eſt, in ſtatu novæ obedientiæ poſt factam converſionem; *quarto* in natura plene & conſummate reſtituta, hoc eſt, in patefactione alterius ſeculi poſt reſurrectionem. Vide Lombardum lib. II. ſent. diſt. 25. lit. G. ubi ſatis commode hos quatuor ſtatus diſtinguit. Ad hanc diſtinctionem proxime accedit illa Auguſtini in expoſit. epiſt. ad Rom. quæ prætermiſſa primi ſtatus conſideratione tres poſteriores hominis ſtatus hoc modo effert: *Diſtinguamus quatuor hominis gradus: ante legem, ſub lege, ſub gratia, in pace. Ante legem ſequimur concupiſcentiam carnis, ſub lege trahimur ab ea, ſub gratia nec ſequimur eam, nec trahimur ab ea, in pace nulla eſt concupiſcentia carnis. Ante legem ergo non pugnamus, quia non ſolum concupiſcimus & peccamus, ſed etiam adprobamus peccata; ſub lege pugnamus, ſed vincimur; ſub gratia pugnamus & vincimus; in pace non pugnamus, ſed perfecta & aeterna pace requieſcimus.*

Libertas arbitrii ante lapſum.

§. XIX. *Libertas arbitrii in homine ante lapſum fuit facultas rationis ac voluntatis, qua potuit homo peccare & non peccare.* Anſhelmus de lib. arbitr. c. VII. Hoc eſt, potuit mente Deum recte agnoſcere, & ſpontaneo voluntatis motu integram obedientiam ipſi præſtare: viciſſim etiam potuit a Deo ſe avertere atque deficere; quippe nondum in bono erat confirmatus, hoc eſt, voluntas ejus nondum erat ad bonum immutabiliter ita determinata, ut a bono ſe non poſſet avertere, ſed erat in ea δύναμις ἀντιφάσεως, poterat velle bonum & nolle malum, poterat etiam nolle bonum & velle malum (*).

Quæ vocari poteſt libertas a ſervitute & miſeria, libertas rectitudinis.

§. XX. Nominemus hanc libertatem a *ſervitute*, quia homo ſeſe nondum peccato ejusdemque tyrannidi mancipaverat: item libertatem a *miſeria*, quia homo nondum miſeræ illi peccandi neceſſitati illaqueatus erat. Vocari etiam poteſt libertas *rectitudinis*, quia poterat mens recte Deum cognoſcere, poterat voluntas recte agere, judicium mentis & electio voluntatis cum norma legis divinæ exacte congruebant, quamdiu in ſtatu iſto integritatis homo perſiſtebat. Non tamen conjuncta erat huic libertati libertas a *mutabilitate*, quia poterat voluntas hominis mutari, & libere malum eligere, uti etiam elegit.

§. XXI. Hæc libertas in primo homine accurate ſecernenda ab ea, quam ſupra vocavimus libertatem *a coactione*: quia libertas illa a coactione eſt eſſentialis voluntatis proprietas, vel potius ipſa voluntatis eſſentia, ac proinde dicitur a Bernhardo de grat. & lib. arb. *inamiſſibilis*: ſed libertas *rectitudinis* fuit accidens quoddam ſeparabile, ita comparatum, ut ſalva voluntatis eſſentia amitti poſſet, uti etiam amiſſa eſt.

Per lapſum eſt amiſſa.

§. XXII. Si ergo quæratur de illa libertate *rectitudinis*, ſeu de δυνάμει illa ad alterutrum, bonum, puta, vel malum eligendum vel repudiandum, æqualiter ſe habente, dicimus eam periiſſe. *Homo enim male utens libero arbitrio, & ſe perdidit & ipſum. Cum enim libero arbitrio peccaretur, victore peccato amiſſum eſt & liberum arbitrium; a quo enim*

quis

(*) Poterat quidem homo *velle malum*, adeoque incidere in peccatum. Sed iſta *labilitas*, ſeu poſſibilitas peccandi in homine adhuc integro erat duntaxat *remota*, cum contra in homine lapſo ſit *proxima*.

quis devictus eſt, huic ſervus addictus eſt: Verba ſunt Auguſtini in enchir. cap. XXX. Atque hoc reſpectu idem vocat *arbitrium hominis non amplius liberum, ſed ſervum*, lib. II. contra Julian. *captivatum*, quod non niſi ad peccatum valet, lib. III. contra duas epiſtolas Pelag. cap. 8. *perditum*, lib. III. hypogn. Voluntatem vocat *non liberam, ſed damnabilem ancillam*, de verb. apoſt. ſerm. XIII. *contumaciam, non libertatem*, epiſt. LXXXIX. ad Hilarium.

§. XXIII. Poſtquam enim per peccatum imago Dei amiſſa eſt, ſimul etiam δύναμις illa bonum eligendi amiſſa eſt, (quippe quæ erat pars imaginis divinæ) & quia per peccatum homo non ſolum ſpoliatus, ſed & miſere corruptus eſt; ideo in locum iſtius libertatis ſucceſſit effrenis ille ad malum impetus, ita, ut poſt lapſum in hominibus corruptis & nondum renatis (ſive voluntate ſua corrupti ſint, ut primi homines, ſive ex parentibus corruptis naſcantur, ut omnes eorum poſteri) arbitrium ſit liberum ad mala tantum, quia tales corrupti homines & nondum renati nihil niſi peccare poſſunt.

Libertas arbitrii poſt lapſum. Libertas a juſtitia.

§. XXIV. Alia igitur jam arbitrii libertas eſt in hominibus poſt lapſum, quam poſſumus vocare libertatem *a juſtitia*, exemplo apoſtoli Rom. VI. 20. qua fit, ut corrupta hominis voluntas libere ac ſponte feratur tantum ad malum. Joh. VIII. 34. *Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* 2 Petr. II. 19. *a quo quis ſuperatus, ejus & ſervus eſt.*

§. XXV. Miſera hæc eſt libertas, ac potius miſerabilis ſervitus. *Qualis quaeſo poteſt ſervi peccato addicti eſſe libertas, niſi quando eum peccare delectat? liberaliter enim ſervit, qui ſui domini voluntatem libenter facit, ac per hoc ad peccandum liber eſt, qui peccati ſervus eſt.* Auguſtinus in ench. cap. XXX. *Libertas ſine gratia nihil eſt, niſi contumacia, non libertas.* Vere enim liberi eritis, ſi Filius vos liberaverit. Id. epiſt. LXXXIX. ad Hilarium.

§. XXVI. Ἐμφατικώτερον hoc exprimit Bernhardus ſerm. LXXXI. ſuper Cant. *Neſcio quo pravo & miraculoſo modo ipſa ſibi voluntas facit, ut nec neceſſitas excuſare valeat voluntatem, nec voluntas excludere neceſſitatem; eſt enim neceſſitas haec quodammodo voluntaria. Premimur jugo, non alio tamen, quam voluntariæ cujusdam ſervitutis, ideo pro ſervitio ſumus miſerabiles, pro voluntate inexcuſabiles, quia voluntas cum libera eſſet, ſervam ſe peccati fecit. Anima ſub hac voluntaria quadam ac male libera neceſſitate & ancilla tenetur & libera; ancilla propter neceſſitatem, & libera propter voluntatem: & quod magis mirum, magisque miſerum, ideo rea, quod libera, ac per hoc eo ancilla, quod libera.*

§. XXVII. Dicis: quia homo libere agit, ergo æqualiter ſe habet ad bonum vel malum, alias liber non erit; reſpondemus verbis Bernhardi de grat. & lib. arb. *Nemo putet ideo dictum liberum arbitrium, quod aequa inter bonum & malum poteſtate aut facultate verſetur; alioquin nec Deus, nec angeli, ſive boni vel mali, liberi arbitrii eſſe dicerentur; ſed ex eo potius liberum arbitrium dicitur, quod ſive in bono, ſive in malo aeque liberam facit voluntatem, cum nec bonus quiſpiam, nec item malus dici debeat aut eſſe valeat, niſi volens.*

§. XXVIII. Libertas *a coactione* proprie attenditur in libero arbitrio, non autem *exterior* illa libertas ratione objectorum, qua ad alterutrum vel bonum vel malum voluntas ferri poteſt. Summa in Deo libertas, qui tamen malum velle nequit. Major libertas in angelis bonis, quam in homine ante lapſum, cum tamen illi in bono ſint confirmati, & non poſſint non bonum velle. Summa libertas eſt, non poſſe eſſe miſerum: ſumma felicitas, non poſſe eſſe infelicem.

§. XXIX. Conſiſtit ergo arbitrii libertas in homine cum peccati ſervitute, nam & peccat & non poteſt non peccare, & tamen libere peccat, ac peccare ipſum delectat; quamvis non niſi ad malum feratur, id tamen libere, id eſt, ultro & ſponte, non invitus aut coactus, eligit, totoque impetu ad illud fertur. Adde quod in ipſo malorum delectu quadam libertate utatur. Auguſtinus lib. I. contra Julian. cap. 2. *Liberum*

72660

arbitrium uſque adeo non periit in peccatore, ut per illud peccent maxime omnes, qui cum delectatione peccant.

§. XXX. Eo autem ſenſu & eo reſpectu, ut libertas accipiatur pro illa libera vi ac facultate bonum eligendi ac malum averſandi, quæ in Adamo fuit, dicimus, rectiſſime pronunciatum a Luthero in aſſert. artic. art. XXXVI. *liberum arbitrium eſſe titulum ſine re, vel rem de ſolo titulo.* Intelligit quidem adhuc homo poſt lapſum mente, voluntate libere eligit, ac proſequitur corde, ſed propter lapſum primorum parentum, eumque ſecutam naturæ corruptionem fit, ut mens in judicando erret, & voluntas in eligendo: aut ſi mens quandoque recte judicat, tamen voluntas ab ea quaſi divortium facit, & cum vitioſis adfectibus ſe conjungit, eorumve ductum ſequitur. Deſiit enim in mente vera & integra Dei cognitio, in voluntate & corde vera dilectio & timor Dei, fiducia erga Deum, propoſitum & ſtudium ex animo obediendi Deo: ſucceſſerunt autem in mente ignorantia, cœcitas, dubitationes; in voluntate & corde contumacia adverſus Deum, pravæ ad omnis generis peccata inclinationes.

§. XXXI. Quia vero cardo totius rei in eo conſiſtit, ideo ſcripturæ ſacræ fundamentis id confirmatum & expoſitum dabimus uberius, ut hac ratione nobis ἑπομένως innoteſcat: quid ante converſionem & παλιγγενεσίαν hominis arbitrium propriis ſuis & poſt lapſum adhuc reliquis viribus præſtare poſſit, itemque an in primo converſionis momento, quando verbum Dei prædicatur, & gratia in eo nobis offertur, homo vi liberi arbitrii ſpirituales motus inchoare, vel Spiritui ſancto cooperari, atque ita ſui converſionem adjuvare, ſive firmo, ſive infirmo arbitrio poſſit.

CAPUT III.
DE VERO CONTROVERSIÆ STATU.

§. XXXII.

Verus quæſtionis ſtatus in quo conſiſtit?

Adcurate vero genuinus quæſtionis ſtatus obſervandus, quod ſuperius quidem admonitum denuo monendum eſt, propterea quod ſtudioſe eum in ſcriptis multorum involvi, & diverſas quæſtiones confundi videamus. I.) Non eſt hoc loco quæſtio de ſtatu hominis in primæva integritate atque innocentia conſtituti, quem fatemur talibus ac tam perfectis liberi arbitrii viribus inſtructum fuiſſe, ut promte potuerit Deo obedire ac non obedire: hoc eſt, potuit Deum concreata intellectus luce recte agnoſcere, ac ſpontaneo voluntatis motu ſinceram, integram & numeris omnibus perfectam obedientiam ipſi præſtare, potuit etiam ſe a Deo avertere, atque a ſanctæ obedientiæ tramite declinare, quod proh dolor ipſum feciſſe, ſatis conſtat. II.) Neque quæſtio eſt de ſtatu hominis renati ac renovati, quomodo in eo vires liberi arbitrii ſint conſtitutæ; fatemur enim, hominem per Spiritum ſanctum regeneratum ac renovatum ad bonum ſpirituale liberam habere voluntatem, quippe virtute Spiritus S. a peccati ſervitute liberatam, quæ tamen libertas in hac vita longe abeſt a perfecta futuræ vitæ libertate, uti paulo poſt plenius expoſitum dabitur. III.) Neque quæſtio eſt de ſtatu hominis glorificati; fatemur enim, hominem poſt ſuam *εἰς δόξαν αἰώνιον μετάϑεσιν* perfectis iterum liberi arbitrii viribus fore inſtructum atque in bono confirmatum, ut non ſolum poſſit non peccare, ſed etiam non poſſit peccare: ſed tota quæſtio eſt de ſtatu hominis per lapſum corrupti, quid in illo vel ante converſionem vel in converſione propriis ſuis & naturalibus liberi arbitrii viribus poſſit. IV.) Neque quæſtio eſt de ipſa voluntatis eſſentia, an illa poſt lapſum ſuperſtes manſerit, id enim ſonora voce profitemur, hominem non voluntate, ſed voluntatis ſanitate privatum eſſe, cum Ambroſio (vel Proſpero) lib. I. de vocat. gent. cap. 3. adferentes. V.) Neque quæſtio eſt de libertate *a coactione*; fatemur enim, hoc ſenſu & reſpectu voluntatem in agendo etiam poſt lapſum eſſe liberam, hoc eſt, libere, non coacte, malum agere: ſed tota quæſtio eſt de libertate ratione *objecti*, circa

circa quod voluntas occupata eſt, hoc eſt, de libertate *rectitudinis*, an δυνάμει illa ad bonum & malum æqualiter ſe habente homo poſt lapſum adhuc ſit inſtructus. VI.) Neque quæſtio eſt de objecto *civiliter* bono, an homo naturalibus liberi arbitrii viribus illud eligere poſſit: fatemur enim, aliquid libertatis remanſiſſe quoad opera, quæ juſta ſunt, juſtitia *morali*, *politica* & *œconomica*, quæ ad inferius hemiſphærium pertinent, ut loquitur Lutherus; poteſt utique homo nondum renatus locomotivam externam utcunque regere, poteſt externis membris dictamine rectæ rationis imperare, poteſt juſtitiam civilem aliquo modo præſtare, & peccata externa graviora cum pædagogia externa pugnantia vitare: quinimo poteſt etiam verbum Dei exterius audire, meditari. Interim tamen libertas illa tum externis tum internis impedimentis ſæpius labefactatur, ut poſtea explicabitur, unde notanter diximus, aliquid libertatis in hoc actionum genere remanſiſſe: tota igitur quæſtio eſt de objecto *ſpiritualiter* bono, de operibus, quæ juſta ſunt juſtitia ſpirituali, quæque ad ſuperius hemiſphærium pertinent, de motibus ſpiritualiter bonis, an homo ex ſe & ſuis viribus ſpirituales illos motus inchoare, oblatam gratiam acceptare, aliqua Deo grata præſtare poſſit, quod διαῤῥήδην negamus. VII.) Neque quæſtio eſt, an in converſione fiant aliqui motus mentis & voluntatis; fatemur enim, nullam fieri converſionem abſque cognitione intellectus & adſenſu voluntatis; ſed tota quæſtio eſt, unde oriantur tales motus, ſintne divinæ gratiæ an humanæ voluntatis effecta? VIII.) Neque quæſtio eſt de naturalibus animæ actionibus, quales ſunt audire, legere, meditari; quæ ſuo modo καταχρηστικῶς ſpirituales dici poſſunt, quia ab anima, quæ ſpiritualis eſt eſſentia, proficiſcuntur; agnoſcimus enim in hiſce quandam arbitrii libertatem, poteſt homo legere, poteſt non legere; poteſt audire, poteſt aures avertere; ſed tota quæſtio eſt de motibus proprie dictis ſpiritualibus, quales ſunt, Deum recte agnoſcere, verbum Dei cum fructu audire & legere. IX.) Neque quæſtio eſt de mediis ad ſpirituale objectum deducentibus, qualia ſunt, verbum Dei audire & legere. Fatemur enim, externum horum mediorum uſum hominis etiam nondum renati viribus expoſitum eſſe. Sed tota quæſtio eſt de ſalutari horum mediorum uſu, de ſpirituali legis & evangelii intellectu, de interiori converſione, ubi dicimus, nullam ne modiculam quidem arbitrii libertatem aut virium ἱκανότητα ad tales ſpirituales motus in homine poſt lapſum ſuperſtites eſſe, quod ut manifeſtum fiat, hoc modo procedimus.

§. XXXIII. In opere converſionis concurrunt Deus convertens, & homo convertendus: inquirendum ergo, quid Deo, quid homini ſcriptura in hoc opere tribuat: ita manifeſtum evadet, quid de viribus liberi arbitrii in homine ante converſionem & in ipſa converſione ſtatuendum. Cumque liberum arbitrium ſit mentis & voluntatis facultas, inquirendum, quid de mente, quid de voluntate hominis nondum converſi ſcriptura pronunciet, utriusque enim integritas ad liberi arbitrii integritatem requiritur.

CAPUT IV.

DE AMISSO LIBERO ARBITRIO POST LAPSUM.

§. XXXIV.

Corruptio mentis poſt lapſum.

De mente hominis nondum renati ſcriptura teſtatur, quod in locum iſtius lucis concreatæ, quæ in mente primi hominis fulgebat, ſucceſſerint tenebræ. Eph. V. 8. *Eratis quondam tenebrae.* Joh. I. 5. *Lux lucet in tenebris.* Act. XXVI. 18. *Ut convertantur homines a tenebris ad lucem.* Proinde non cogitandum eſt, intellectum ſaltem cœcutire in vera & ſalutari Dei cognitione, ſed eſt plane obtenebratus: atque hæ tenebræ tales ſunt, ut illis conjuncta ſit umbra mortis: Eſa. IX. 2. Luc. I. 79. *Sedent homines in tenebris & umbra mortis;* ſunt igitur tenebræ illæ mortis, id eſt, ducuntur ad æternam mortem, qui in tenebris illis manent.

Id Paulus ſic exprimit: *Habent tenebris obſcuratum intellectum* ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ *alienati a vita Dei per ignorantiam Dei, quae eſt in illis* (id eſt, quæ in natura ipſorum hæret) *propter cæcitatem* (πώρωσιν calloſam duritiem) *cordis eorum.* Eph. IV. 18. *Ambulant in vanitate mentis ſuae* v. 17. id eſt, ut exponitur Rom. I. 21. *Evaneſcunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum*, ſunt διεφθαρμένοι τὸν νοῦν. 1 Tim. VI. 5. *Vivunt in temporibus ignorantiae*, Act. XVII. 30. Etſi ergo mens hominis cogitationes ſua opinione ſatis egregias ſibi format, tamen Dei judicio ſunt vanæ. Gen. VIII. 21. *Omne figmentum cordis* (etiam illæ cogitationes, quæ maxima diligentia & ſumma ſapientia finguntur) *eſt tantum malum omni die.* Proinde *caro & ſanguis non revelat nobis ſalvificam Dei cognitionem;* Matth. XVI. 17. hoc eſt, homo, ut ex carne & ſanguine corruptorum parentum in mundum naſcitur, non poteſt connatis viribus ad eam adſpirare, quia *animalis homo non percipit ea, quae ſunt Spiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere.* 1 Cor. II. 14. Ubi animalis homo idem eſt, quod in dicto Chriſti, caro & ſanguis, id eſt, talis homo, qui ſine revocatione Spiritus, ſolis naturæ viribus & facultatibus præditus eſt. Huic derogat apoſtolus & γνῶναι & δέχεσθαι ea, quæ ſunt Spiritus, ita, ut nec intelligere, nec firmo vel infirmo adſenſu ea amplecti poſſit: quinimo non ſolum γνῶσις, ſed & δύναμις γνώσεως, vis illa activa δεκτικὴ ipſi adimitur, adeoque φρόνημα σαρκὸς, non ſolum adfectus, ſed & ſapientia carnis, (ut habet vulgata verſio) præſtantiſſimi cogitatus & conatus mentis in homine carnali (ſeu nondum regenerato & ſub vetuſtate carnis adhuc conſtituto) *ſunt inimicitia adverſus Deum,* Rom. VIII. 7. Ubi in ſubſtantivo magna emphaſis, quod non ſolum mens noſtra Deo inimica, ſed ipſa adverſus Deum inimicitia, ut proinde etiam πᾶν νόημα *ſit captivandum ſub Chriſti obſequium.* 2 Cor. X. 5. Concludimus ergo pronunciato apoſtolico 2 Cor. III. 5. *Non ſumus idonei cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt;* ubi obſervandæ particulæ ἀπὸ & ἐξ, quibus denotatur non eſſe in viribus noſtris cogitare aliquid boni: jam vero cogitare longe minus, quam adſentiri, conſultare, firmiter ſibi proponere &c.

Adſertio dictorum ſcripturæ. 1 Cor. II. Animalis homo non percipit ea, quae ſunt Spiritus Dei.

§. XXXV. Hæc ſcripturæ oracula quaſi ſolis radio ſcripta de extrema intellectus corruptione & ad ſpirituale bonum percipiendum ἀδυναμίᾳ ſatis manifeſte teſtantur, neque tamen a corruptelis manent libera. Dictum apoſtolicum 1 Cor. II. 14. *Animalis homo non percipit ea, quae ſunt Spiritus Dei,* ita depravabat olim Einſerus, ut per hominem ψυχικὸν adpetitum ejus ſenſitivum, quem cum brutis communem habet, intelligi juberet; ſed apoſtolus non de aliqua hominis parte, ſed de toto homine nondum renato loquitur, qui Spiritu Dei non regitur; manifeſtum enim eſt ab anima dici animalem, quemadmodum Jac. III. 15. *Sapientia* ψυχικὴ dicitur carnalis hominum nondum renatorum ſapientia. Intelligitur ergo per hominem animalem is, qui ſine Spiritus renovatione ſolis naturæ viribus & facultatibus præditus agit, quem apoſtolus vocat ψυχικὸν, quia non vult intelligi Epicuræos, qui ſunt ἄλογα ζῶα, 2 Pet. II. 12. ſed eos, qui potiſſimam ſui partem animam ſcilicet excolunt, tales dicit nec γνῶναι, nec δέχεσθαι ea, quæ ſunt Spiritus Dei. Auguſtinus tract. XCVIII. in Joh. *Animalis homo, id eſt, qui ſecundum hominem ſapit, animalis dictus ab anima, carnalis a carne, quia ex anima & carne conſtat totus homo, non percipit, quae ſunt Spiritus Dei, id eſt, quid gratiae credentibus conferat crux Chriſti.* Id ipſum ex textu apoſtolico manifeſte oſtenditur; opponit enim apoſtolus hominem ψυχικὸν illi, qui Spiritum Dei habet v. 12. qui Spiritu Dei illuminatus eſt, eodemque regitur ad bonum.

2 Cor. III. 5. Non ſumus idonei cogitare aliquid.

§. XXXVI. Alterum illud nonminus perſpicuum 2 Cor. III. 5. *Non ſumus* ἱκανοὶ ἀφ᾽ ἑαυτῶν, λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ᾽ ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, Bellarminus lib. VI. de grat. & lib. arb.

arb. cap. 13. dicit ſententiæ ſuæ favere vel maxime, cum apoſtolus non neget, nos ſufficientes eſſe, ſiquidem addat continuo ſufficientiam noſtram eſſe ex Deo. *Sufficimus ergo*, (inquit Bellarminus) *aliquid cogitare, imo etiam velle & facere, ſed poſteaquam vires a Deo acceperimus; niſi enim liberi eſſemus arbitrii, non recte diceremur ſufficere ex nobis, ſicut non recte diceret aliquis, jumentum aut lapidem non ſufficere ex ſe aliquid cogitare de Deo.* Reſp. ex Auguſtino de grat. & lib. arb. cap. 16. *Certum eſt nos velle, cum volumus, ſed ille facit, ut velimus, de quo dictum eſt*, Deus eſt, qui operatur in nobis velle. *Certum eſt, nos facere, cum facimus, ſed ille facit, ut faciamus, præbendo voluntati vires efficaciſſimas, de quo dictum eſt*, faciam ut faciatis. An dictum apoſtolicum ſententiæ Bellarmini faveat, adparebit inferius, ubi ipſum de viribus liberi arbitrii diſſerentem prius audiverimus. Captivitatem *paſſivam* ſeu receptivitatem ſpiritualium motuum in hominis intellectu ſuperſtitem eſſe, quæ non eſt in trunco vel lapide, libenter concedimus; ſed *activam* quandam ἐνέργειαν ſeu activitatem ſupereſſe negamus. Si tum demum ἱκανοὶ ſumus aliquid boni cogitare, velle & facere, poſteaquam vires a Deo (per regenerationem & renovationem) accepimus, ſequitur, ante illas nobis a Deo donatas vires nullam ἱκανότητα in nobis eſſe. Ludit autem Bellarminus verbo ſufficientiæ, quaſi ex nobis quidem idonei ad bonum cogitandum ſimus, & aliquas habeamus vires, ſed non ſufficientes; ut hac ratione fit concurſus gratiæ & liberi arbitrii in converſione, quaſi liberum arbitrium inchoet bonum, Deus det vires perficiendi, ſed in græco eſt οὐκ ἐσμεν ἱκανοὶ non ſumus idonei δυνατοὶ ac viribus neceſſariis inſtructi. Xenophon: ἱκανός εἰμὶ ἐπιτυχεῖν poſſum illud conſequi. De renatis recte dicitur, quod aliquibus ad bonum viribus ſint inſtructi, licet non ſufficientibus, cum abſque divinæ gratiæ adjutorio bonum perficere nequeant; ſed nondum renatis nec perfectas, nec aliquas ad bonum vires apoſtolus tribuit, ſed extremam ἀδυναμίαν, ut oſtendit collatio hujus dicti cum priore 1 Cor. II. 14. *Animalis homo non percipit ea, quae ſunt Spiritus Dei, imo ne poteſt quidem.* Ambroſius de fuga ſeculi cap. I. & Auguſtinus lib. II. de bono perſev. c. 8. *Ex eo, quod apoſtolus dicit*, nos non eſſe idoneos aliquid boni cogitare ex nobis, tanquam ex nobis, *colligunt, non eſſe in poteſtate noſtra cor noſtrum & cogitationes noſtras, a Deo dari cordi humano pias cogitationes &c.* Idem lib. de bono perſev. cap. XIII. *Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus, quicquid agimus; quod autem attinet ad pietatis viam & verum Dei cultum, non ſumus idonei cogitare aliquid ex nobiſmet ipſis tanquam ex nobis.* Lib. II. contra duas epiſt. Pelag. ad Bonif. cap. 8. *Iſti* (Pelagiani) *volunt in homine ab ipſo homine incipere cupiditatem boni, ut hujus cœpti meritum etiam perficiendi gratia conſequatur &c. Sed Dominus, ut ipſis reſponderet, non ait*, ſine me nihil poteſtis *perficere, ſed* facere. *Nam ſi perficere dixiſſet, poſſent iſti dicere, non ad incipiendum bonum, quod a nobis eſt, ſed ad perficiendum eſſe Dei adjutorium neceſſarium &c. Videant, quid reſpondeant apoſtolo dicenti, non quia idonei ſumus cogitare aliquid quaſi ex nobiſmet ipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, cogitare, ait, aliquid utique bonum, minus eſt autem cogitare, quam cupere. Cogitamus quippe omne, quod cupimus, nec tamen cupimus omne, quod cogitamus, quoniam nonnunquam, & quod non cupimus, cogitamus. Cum igitur minus ſit cogitare, quam cupere, poteſt enim homo cogitare bonum, quod nondum cupit, & perficiendo poſtea cupere, quod antea non cupiendo cogitavit, quomodo ad id, quod minus eſt, id eſt, ad cogitandum aliquid boni non ſumus idonei tanquam ex nobis ipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, & ad id, quod eſt amplius, id eſt, ad cupiendum aliquid boni ſine divino adjutorio idonei ſumus ex libero arbitrio?* Vides, non ſolum ſufficientes, ſed omnes omnino ad bonum vires naturalibus liberi arbitrii viribus in dicto apoſtolico juxta Ambroſii & Auguſtini expoſitionem derogari. Dictum Gen. VIII. a depravationibus adverſariorum in tract. de peccato originali ſuperius vindicavimus.

§. XXXVII.

Corruptio voluntatis poſt lapſum.

§. XXXVII. De corruptione *voluntatis* verbis non minus tragicis ſcriptura concionatur. Vocat enim homines *mortuos delictis & peccatis*, Eph. II. 1. *mortuos in peccatis* Joh. XV. 5. Col. II. 13. Ut autem homo naturæ & hominibus mortuus nihil eorum, quæ naturæ ſunt & hominum, præſtare poteſt: ſic nec qui Deo in peccatis mortuus, ea, quæ Dei ſunt & veræ pietatis, vere cognoſcere facereve poteſt, ſed tantum in peccatis fœtere & in ſepulchro peccatorum computreſcere cogitur. Vocat *liberos juſtitiae*, Rom. VI. 20. *ſervos peccati*, Joh. VIII. 34. qui miſeræ peccati ſervituti ad obediendum ſeſe mancipatunt. Jam vero, *cui quis ſe ſiſtit ſervum ad obediendum, ejus etiam ſervus eſt* Rom. VI. 17. Vocatur *cor hominis lapideum* Ezech. XXXVI. 26. Uti ergo lapis ſe ipſum non poteſt præparare, ut fiat ædificio conſtruendo aptus, ita Deus homines tanquam lapides vivos ædificare vult *ſuper angularem lapidem Chriſtum, ut fiant domus ejus ſpiritualis*, 1 Pet. II. 5. ſed homines non poſſunt ſe præparare, cum cor ipſorum ſit lapideum. Deus autem illud poteſt, quippe *potens etiam de lapidibus ſuſcitare filios Abrahae*, Luc. III. 8. Rom. V. 10. homo dicitur inimicus Dei ante converſionem. Ut ergo voluntas hominis inimico ſuo repugnat, ita quoque ante converſionem homo fugit Deum. Ideo etiam facientes voluntates carnis & cogitationum *ſunt natura filii irae* Eph. II. 3. id eſt, obnoxii iræ & judicio Dei. Dicitur homo non renatus *arbor mala, quae non poteſt ferre bonos fructus* Matth. VII. 18. comparatur ſpinis & tribulis, e quibus nec ficus nec uvas colligere poſſis, v. 16. *Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus maculas, & vos poteritis benefacere, cum ſitis mali*, dicit de eo creator Jer. XIII. 23.

Adſertio dictorum ſcripturæ, Joh. VIII. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.

§. XXXVIII. Dictis illis, in quibus homines nondum renati dicuntur *ſervi peccatorum*, ita reſpondet Bellarminus lib. V. de grat. & lib. arb. cap. 29. *Servitutem & libertatem generatim acceptam opponi, non autem quamvis ſervitutem cuivis libertati, ac proinde ſervitutem peccati in illis dictis opponi libertati a peccato, non autem libertati naturae, quae proprie dicitur liberum arbitrium. Qui ſervus eſt peccati, non poteſt ſuis viribus excutere jugum peccati, & ad libertatem juſtitiae pervenire, poteſt tamen per liberum arbitrium, adjuvante Deo, liberari a peccato, & poteſt, ſi velit, permanere in ſervitute peccati. Sicut etiam e contrario ſervitus naturae, id eſt, naturalis determinatio ad unum, qualis eſt in pecoribus, opponitur libertati naturae, id eſt, libero voluntatis arbitrio, non tamen libertati a peccato, imo quae carent libertate naturae, hoc ipſo quod illa carent, non poſſunt ullo modo ſervire peccato.* Reſp. confunditur libertas *a coactione* cum libertate *rectitudinis*. Si per libertatem naturæ Bellarminus intelligit ipſam voluntatis eſſentiam, vel libertatem *a coactione*, dicimus eam non eſſe per lapſum amiſſam, adhuc enim homo libere agit malum. Si vero per libertatem naturæ intelligi vult libertatem *rectitudinis*, qua voluntas hominis æqualiter ſe habet ad bonum vel malum eligendum; (quo ſpectare videtur, quod ſervitutem naturæ definit determinatione ad unum) dicimus, eam utique per peccatum amiſſam eſſe. Vitioſe autem opponit Bellarminus liberum arbitrium determinationi ad unum, ſubinnuens, non conſiſtere cum libero hominis arbitrio determinationem tantum ad unum videlicet malum; cui reſpondemus verbis Bernhardi ſuperius adductis ex lib. de grat. & lib. arb. *Nemo putet ideo dictum liberum arbitrium, quod aequa inter bonum & malum poteſtate aut facultate verſetur, alioquin nec Deus, nec angeli, ſive boni, ſive mali, liberi arbitrii eſſe dicerentur, ſed ex eo potius liberum arbitrium dicitur, quod ſive in bono, ſive in malo aeque liberam facit voluntatem.* Servitus igitur peccati, cui homines nondum renati ſunt ſubjecti, non tollit libertatem naturæ, ſi per eam intelligatur prona illa ad malum inclinatio: tollit autem libertatem naturæ, ſi per eam intelligatur concreata & naturæ humanæ primitus inſita rectitudinis libertas, qua voluntas æqua inter bonum & malum

facultate verſabatur. Inſidioſe ergo dicitur, poſſe hominem non renatum per liberum arbitrium, adjuvante Deo, liberari a peccato. Si enim intelligitur illud hoc modo, quod adjutorium Dei excitet ſopitas liberi arbitrii vires, ut gratia Dei & voluntas hominis ſint cauſæ ſociæ converſionis, falſum eſt: ſin vero ita explicetur, quod homo in eo differat a bruto, quod ſit voluntate adhuc poſt lapſum præditus, in quam tanquam ſubjectum cadere poſſit converſionis gratia, quæ in pecora non cadit, recte dicitur.

Ezech. XXXVI. Auferam cor lapideum.

§. XXXIX. Propheticum dictum, in quo cor hominis dicitur *lapideum* Ezech. XXXVI. 26. manifeſte oſtendit, nullas in hominis voluntate poſt lapſum ſupereſſe vires, quibus divinæ gratiæ ad bonum cooperari poſſit. Bellarminus lib. VI. de lib. arbit. cap. 13. excipit, *liberum arbitrium non eſſe cor lapideum, neque carneum, ſed vim quandam mediam & naturalem, quae formam lapidis, id eſt, peccati duritiem & formam lapidis, id eſt, teneritudinem gratiae recipere poſſit.* Reſp. per vim illam aut intelligitur *interior* & eſſentialis voluntatis libertas, qua voluntas libere agit, quicquid agit; aut *exterior* illa libertas ratione objectorum, qua ad alterutrum bonum vel malum voluntas ferri poteſt. Si prius, concedimus, eam adhuc in homine ſupereſſe; ſi poſterius, diſerte negamus. Ambiguitas etiam eſt in termino recipiendi. Si enim intelligitur capacitas *activa* ἐπιτηδιότης ac vis quædam ἐνεργητικὴ, negamus talem *ἱκανότητα*, qua teneritudo gratiæ recipi poſſit, in homine ſupereſſe: ſi vero per eam intelligitur capacitas *paſſiva*, qua voluntas hominis ſubjectum *παθητικὸν* divinæ gratiæ conſtituitur, concedimus, talem receptivitatem adhuc ſupereſſe. Proinde ex dicto prophetico concludimus, quia homo in ſe & ex naturalibus ſuis viribus poſt lapſum conſideratus non habet niſi cor lapideum, ideo ex ſe non poteſt molleſcere & teneritudinem gratiæ recipere, ſed requiritur, ut divina gratia connatam illam duritiem auferat, & novas ad amplectendum bonum vires concedat, ut hac ratione fiat cor novum & ſpiritus novus. Ezech. XI. 19. Agnoſcere hoc videtur ipſe Bellarminus, ideo ſubjungit: *Haec vis media & naturalis* (liberi arbitrii) *quando per peccatum talis eſt, ut dicatur cor lapideum, non habet ex ſe poteſtatem, qua ſe convertat ad Deum, & fiat carneum, ſed eam recipit per gratiam Dei praevenientem. Liberum enim arbitrium per gratiam praevenientem excitatum & praeparatum, poteſt per vires, quas a Deo recipit, cooperari ad ſuam ipſius converſionem.* Rectiſſime hæc dicuntur, niſi quod inſidiæ latent in voce *excitandi*, quas poſtea detegemus, ubi eadem opera agetur de eo, quod Bellarminus ſententiam Pontificiorum a Chemnitio minus recte percipi, ac minus fideliter recitari ſcribit, quaſi in ea ſint ſententia, quod liberum arbitrium per gratiam excitatum exſerat vires, quas habebat etiam antequam excitaretur, & per illas ſuas vires divinæ vocationi conſentiat, ita ut gratia præveniens non tribuat vires libero arbitrio, ſed quaſi ſopitas excitet. Negat Bellarminus hanc eſſe Pontificiorum ſententiam, cum agnoſcant quidem liberum arbitrium in homine, ſed tamen non dicant nec ſentiant, liberum arbitrium habere ex ſe potentiam ullam ſaltem proximam ad actus pietatis, ſed eam accipere a Deo per gratiam prævenientem. De tota hac re agetur inferius.

Eph. II. Eramus mortui in peccatis.

§. XL. Perſpicuis illis Spiritus S. effatis, quibus homines non renatos in delictis & peccatis mortuos eſſe pronunciat, tales ibid. Bellarminus offundit nebulas. *Qui ſunt mortui in peccatis, quoniam vivunt adhuc vita naturae, licet non vivant vita gratiae, poterunt non ut mortui, ſed ut vivi uno genere vitae cooperari ad ſuam vivificationem ſecundum alterum genus vitae, ſi virtutem cooperandi a Deo receperint.* Reſp. ſane vita naturalis poſt lapſum reſidua manſit, ſed per hanc vitam naturalem ad internam ſui converſionem non poteſt homo Deo cooperari; verbum quidem, quod eſt converſionis medium, audire, legere & meditari beneficio vitæ naturalis poteſt, ſed ad ipſum converſionis actum nihil ex ſano & luco naturalium ſuarum virium adferre poteſt, quod

ri operatur in nobis, non quia nos non volumus aut nos non agimus; ſed quia ſine ipſius adjutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus. Idem lib. I. de grat. Chriſti contra Pelagium & Celeſtium c. 25. *Vt velimus, ſine nobis in nobis operatur; cum autem volumus, & ſic volumus, ut faciamus, nobiſcum cooperatur, tamen ſine ullo vel operante ut velimus, vel cooperante, cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus.* Id. de grat. & lib. arb. c. XVII.

Rebellio carnis libertatem arbitrii deprimit.

§. XLIII. Tribus hiſce argumentorum claſſibus addenda etiam quarta, continens ea ſcripturæ dicta, in quibus *lucta carnis & ſpiritus* in renatis deſcribitur. Si enim ipſis renatis *caro repugnat ſpiritui*, & hoſtiliter cum ipſo colluctatur: Gal. V. 17. *Si lex membrorum repugnat legi mentis:* Rom. VII. 23. ſi vetuſtas carnis novitatem ſpiritus in operibus bonis retardat atque impedit, quanto magis in ipſa converſione hoc fit, ac proinde nec gratiam prævenire, nec oblatam acceptare ſuis liberi arbitrii viribus homo nondum renatus poterit. Lutherus in aſſert. art. XXXVI. tom. II. opp. Lat. f. 312. *Etiam juſti magno certamine contra ſuam carnem laborant, ut faciant bonum, reſiſtitque eis liberum eorum arbitrium & prudentia carnis ſummis viribus concupiſcens contra ſpiritum, odio habens ea, quae ſunt ſpiritus & legis Dei, & quomodo poſſibile eſt, ut ſine ſpiritu ex natura ſua poſſit pro ſpiritu concupiſcere, ſed ad ſpiritum ſe praeparare faciendo, quod in ſe eſt? In gratia dum fuerit, natura ejus, talis eſt, ut contra gratiam indomitum pugnet, & extra gratiam talis eſſe poterit natura ejus ut ſpiritum juvet? Quid inſanius fingi poteſt? Eſſet enim hoc monſtrum novum ſimile huic, ſi quis indomitam feram vinculis cuſtoditam domare non poſſit, & tamen inſanus jactet eam ante vincula & ſine vinculis eſſe tam cicurem & manſuetam, ut ſponte ſe domet, ſeu ut dometur, laboret. Si liberum arbitrium in gratia peccat, & inſanit adverſus gratiam, ſicut cogimur omnes ſentire, & queruntur apoſtoli & omnes ſancti, certe contra omnem ſenſum eſt, ut extra gratiam probum ſit, & ad abſentem ſe paret, quam praeſentem odit & perſequitur.* Hæc Lutherus. Excipiunt Pontificii, *luctam illam carnis & ſpiritus eſſe inter adpetitum ſenſitivum & ſuperiorem animae portionem, quae manſerit a peccati corruptione libera,* ſed contrarium oſtendimus ſuperius in loco de peccato originis.

Teſtimonia antiquitatis.

§. XLIV. Dicta veterum referri poſſunt in certas claſſes, quarum *prima* contineat ea teſtimonia, in quibus omnia divinæ gratiæ, viribus autem humanis nihil tribuunt. Cyprianus lib. III. ad Quirin. *In nullo gloriandum, quia nihil noſtrum eſt,* quod Auguſtinus paſſim repetit. Baſilius in conc. de humil. *Nihil tibi relictum eſt ad ſuperbiam, homo, cujus gloriatio & ſpes eſt, ut mortifices omnia, quae tua ſunt, & quaeras futuram in Chriſto vitam, cujus nunc adepti primitias in his ſumus, totum, quod vivimus, gratiae & dono Dei debentes, nam Deus eſt, qui dat velle & operari pro bona ſua voluntate.* Idem. *Qui te effers tanquam in donis propriis, cum potius gratias agere debeas pro acceptis beneficiis largitori, quid enim habes, quod non accepiſti?* Ambroſius lib. I. de voc. gent. c. 3. *Quae natura erat bona, qualitate facta eſt mala, cum homo ad pietatem redit, non alia in eo creatur ſubſtantia, ſed eadem, quae labefactata fuerat, reparatur, quod non efficit, niſi gratia ſalvatoris, qui opus ſuum opere ſuo reparat, quod in natura periit, non reſtituitur niſi ab auctore naturae.* Ibid. *Fide perdita, ſpe relicta, intelligentia obcæcata, voluntate captiva, homo in ſe quomodo reparetur, non invenit.* Hieronymus in c. XVI. Prov. *Quicunque tribuit ſibi bonum, quod facit, etiamſi nihil videtur mali manibus operari, jam cordis innocentiam perdidit, in quo ſe largitori bonorum praetulit.* Auguſtinus de grat. & lib. arbit. c. XV. *Semper in nobis voluntas eſt libera, ſed non ſemper bona &c. Per gratiam autem fit, ut ſit homo bonae voluntatis, qui prius fuit voluntatis malae.* De dogmat. eccleſ. c. VI. *Tutiores vivimus, ſi totum Deo damus, non autem ſi nos illi ex parte & nobis ex parte committimus.* Chryſoſtomus homil. de

Adam

& Eva. *Ex vaſis irae facit vaſa miſeri-*
, quod adeo totum divini operis eſſe ſen-
ut haec efficienti Deo gratiarum actio
& laudis confeſſio pro talium correctione
ur in Pſalm. CXVIII. *Qui eſtis boni, ad-*
illud dono Dei, & nolite vobis adſumere,
matum eſt vobis, ne perdatis, quod ha-
& dicat vobis veritas: quid habetis, quod
cepiſtis? in actor. homil. XXX. *Nihil no-*
ſſe putemus, quandoquidem & ipſa fides
noſtrum opus, quod autem non ſit noſtrum,
, audi apoſtolum dicentem: etiam hoc
vobis, donum Dei eſt.

LV. *Secunda* claſſis adſignabitur talibus in quibus liberum arbitrium reſpectu *ſpi-*
m actionum dicunt amiſſum eſſe, ac nihil
iiſi ad peccandum. Ambroſius lib. II. de
nt. c. 2. *Vaga hominis voluntas nihil in*
iet viribus, niſi periculi facilitatem, quia
s mutabilis, quae non ab immutabili vo-
regitur, tanto citius propinquat iniqui-
anto acrius intenditur actioni. Auguſtinus
etract. c. 15. *Quantum eſt, quod valet*
s ſub dominante cupiditate, niſi forte ſi
, ut oret auxilium? In tantum enim li-
, quia in tantum liberata eſt, & in tan-
vellatur voluntas, alioquin tota cupiditas,
oluntas proprie nuncupanda eſt. Epiſt.
X. ad Hilarium. *Libertas ſine gratia ni-*
iſi contumacia, non libertas. Epiſt. CVII.
n arbitrium ad diligendum Deum primi
granditate amiſimus. In ench. c. XXX.
male utens libero arbitrio, & ſe perdidit
m. Cum enim libero arbitrio peccaretur,
peccato amiſſum eſt & liberum arbitrium;
nim quis devictus eſt, huic ſervus addictus
ſput. II. cont. Fortun. *Liberum volunta-*
itrium in illo homine dico, qui primus
is eſt, ille ſic factus eſt, ut nihil omnino
ti ejus reſiſteret, ſi vellet praecepta Dei
, poſtquam autem libera voluntate ipſe
, nos in neceſſitatem praecipitati ſumus,
ejus ſtirpe deſcendimus. lib. I. cont. duas
ig. c. 3. *Arbitrium in bono liberum non*
d liberator non liberaverit, ſed in malo homo
non habet liberum arbitrium. lib. III. c. 8. *Libe-*
rum arbitrium captivatum non niſi ad peccandum
valet, ad juſtitiam vero non niſi divinitus libe-
ratum adjutumque non valet. lib. II. cont. Jul.
Hic vultis hominem perfici, atque utinam Dei
dono & non libero vel potius ſervo propriae vo-
luntatis arbitrio. de corr. & grat. c. III. *Ante*
gratiam habemus liberum arbitrium ſed non li-
beratum, liberum juſtitiae, ſervum peccato. lib. III.
hypogn. *Liberum arbitrium poſſibilitatis bono,*
vitio primi hominis perdito, a juſtorum errat
conſortio. ſerm. III. de verb. apoſt. *Verum eſt,*
magnas liberi arbitrii vires homo, cum condere-
tur, accepit, ſed peccando amiſit. ſerm. XIII. de
verb. apoſt. *Prorſus ſi Dei adjutorium defuerit,*
nihil boni agere poteris, agis quidem illo non
adjuvante libera voluntate, ſed male; ad hoc ido-
nea eſt voluntas tua, quae vocatur libera, &
male agendo fit damnabilis ancilla. Chryſoſto-
mus hom. I. advent. *Ante lapſum liberum arbi-*
trium habebamus bene operandi, non autem poſt-
ea, quia non noſtra virtute poſt peccatum eva-
dere poſſumus de manu diaboli, ſed ſicut navis
fracto gubernaculo illuc ducitur, quo tempeſtas
voluerit, ſic a diabolo de peccato in peccatum
ducimur, nec hactenus quicquam facere licebit,
niſi quod ipſe diabolus voluerit, & niſi Deus
valida manu miſericordiae ſuae nos ſolverit, uſ-
que ad mortem in peccatorum vinculis permane-
bimus. Bernhardus ſerm. LXXXI. ſuper Cant.
Preminur jugo, non alio tamen, quam voluntariae
cujusdam ſervitutis, ideo pro ſervitute ſumus
miſerabiles, pro voluntate inexcuſabiles, quia vo-
luntas cum libera eſſet, ſervam ſe peccati fecit. Ani-
ma ſub hac voluntaria quadam ac male libera
neceſſitate & ancilla tenetur & libera, ancilla
propter neceſſitatem, libera propter voluntatem
&c. Sariſberienſis in polycratico lib. II. c. 2.
Homo juſto Dei judicio, quia noluit a peccato
abſtinere, cum potuit, modo nequit abſtinere,
cum velit: in eo tamen ſolo adhuc liberum ei vi-
get arbitrium, ut ſibi ad opus iniquitatis ſuffi-
ciat, ad bonum non niſi a gratia praeventus
& adjutus adſurgat.

§. XLVI. *Tertiae* claſſi inſerenda pronunciata
iſta, in quibus *initium* bonorum motuum divi-

næ gratiæ tribuunt. Auguſtinus de dono perſev. *A Deo praeparatur voluntas hominum, ut enim Deus honorificetur a ſancto, Dei gratia eſt.* Ambroſius lib. I. de voc. gent. cap. 9. *Licet ineſt homini nolle bonum, tamen niſi donatum non habet velle bonum; illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam.* lib. II. cap. 9. *Duce Deo ad Deum veniatur neceſſe eſt, ne ad cogitandum quidem, quod ſpirituale eſt, idonei ſumus, niſi per Dei gratiam.* Auguſtinus lib. I. retract. cap. 22. *In poteſtate hominis eſt mutare in melius voluntatem;* (id ſic explicat) *ſed ea poteſtas nulla eſt, niſi a Deo detur, de quo dictum eſt:* dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. *Cum enim hoc ſit in poteſtate, quod cum volumus, facimus, nihil tam in poteſtate, quam ipſa voluntas eſt, ſed praeparatur voluntas a Deo.* Epiſt. CV. *Reſtat, ut ipſam fidem, unde omnis juſtitia ſumit initium, non humano, quo iſti extolluntur, tribuamus arbitrio, nec ullis praecedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona, quaecunque ſunt merita, ſed gratuitum Dei donum eſſe fateamur, ſi gratiam veram, id eſt, ſine meritis cogitamus.* Epiſt. CVI. *Omne bonum opus Dei gratia praecedit, & id comitante, non ducente, pediſſequa, non praevia voluntate.* In enchirid. cap. XXXII. *Totum Deo detur, qui voluntatem hominis bonam praeparat adjuvandam, & adjuvat praeparatam. Praecedit enim bona voluntas hominis multa Dei dona, ſed non omnia, quae autem non praecedit ipſa, in eis eſt & ipſa, nolentem praevenit, ut velit, volentem ſubſequitur, ne fruſtra velit.* lib. I. contra duas epiſt. Pelag. *Hominis propoſitum bonum adjuvat quidem ſubſequens gratia, ſed nec ipſum eſſet, niſi praecederet gratia, & ſtudium hominis, quod dicitur bonum, quantumvis, cum eſſe cœperit, adjuvetur a gratia, non tamen incipit ſine gratia, ſed a Deo inſpiratur.* de grat. & lib. arb. c. II. *Certum eſt, voluntatem noſtram requiri ad hoc, ut bene operemur, ſed illam non habemus ex noſtris viribus, ſed Deus operatur in nobis, ut velimus.* Cap. XVI. *Certum eſt, nos velle cum volumus, ſed ille facit, ut velimus, de quo dictum eſt:* Deus eſt, qui operatur in nobis velle. Cap. XVII. *Quis etſi parvam dare cœperat charitatem, niſi ille, qui praeparat voluntatem & cooperando perficit, quod operando incipit, quoniam ipſe, ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* Ibid. *Vt velimus, ſine nobis operatur Deus; cum autem volumus, ut faciamus, nobiſcum cooperatur; &c.* de corrept. & grat. c. I. *Deſiderare gratiam initium eſt gratiae.* de dogmat. eccleſ. cap. XVII. *Sancta cogitatio, bonum propoſitum, pium conſilium, omnisque nutus bonae voluntatis ex Deo eſt, quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus.* Chryſoſtomus hom. XXIV. in 7. Gen. *Non poſſibile eſt, bonum aliquod nos recte agere non habita ſuperna gratia.* ſerm. VIII. in epiſt. Philip. *& promtitudinem nobis Deus dat & operandi efficaciam.* Fulgentius lib. I. ad Monim. *Nemo quisquam hominum ſive ad cogitandum, ſive ad operandum quodcunque bonum poteſt eſſe idoneus, niſi fuerit munere gratuito divinae opitulationis adjutus; ab ipſo namque eſt initium bonae voluntatis, ab ipſo facultas boni operis, ab ipſo perſeverantia bonae converſationis &c.* Anshelmus in medit. redemt. c. IV. *A te habeo deſiderare, a te habeam impetrare.* de concord. grat. & lib. arbit. *Sicut nullus rectitudinem voluntatis accipit, niſi gratia praeveniente, ita nullus eam ſervat niſi gratia ſubſequente.*

§. XLVII. *Quarta* claſſis complectitur illa dicta, in quibus diſtinguunt objecta liberi arbitrii, ut intelligatur, quid in *civilibus*, quid in *ſpiritualibus* ſuis viribus poſſit. Ambroſius lib. I. de voc. gent. c. 2. *Omni animae naturaliter ineſt voluntas, qua aut adpetitur, quod placet, aut declinatur, quod diſplicet, cujus quantum ad naturalem pertinet motum, duo ſunt genera, ſenſualis & animalis, ſed cum adeſt gratia Dei, accedit ei per donum Spiritus tertium genus, ut poſſit fieri ſpiritualis.* (refert autem ad animalem, voluntatem corpori & voluptati non turpiter ſervire, cupiditates ſuas juſtitiæ ac honeſtatis legibus refrenare) Auguſtinus de fid. ad Petr. c. XXXII. *Firmiſſime tene & nullatenus dubites, poſſe quidem hominem, quem nec ignorantia literarum, nec aliqua prohibet imbecillitas vel adver-*

verſitas, verba ſanctae legis & evangelii ſive legere, ſive ex ore cujusdam praedicatoris audire, ſed ut, quod audit corpore, percipiat etiam corde, & mandata Dei facere velit, nemo poteſt, niſi quem Deus gratia ſua praevenerit, data divinitus bona voluntate atque virtute. lib. III. hypogn. *Eſſe fatemur omnibus hominibus liberum arbitrium, habens judicium rationis non per quod ſit idoneum, ea, quae ad Deum pertinent, ſine Deo aut inchoare aut peragere, ſed tantum in operibus vitae praeſentis &c.* Maxentius in confeſſ. de Chriſto. *Liberum naturale arbitrium ad nihil aliud valere credimus, niſi ad diſcernenda tantum & deſideranda carnalia, ſive ſecularia, quae non apud Deum, ſed apud homines fortaſſe videri poſſunt glorioſa, ea vero, quae ad vitam aeternam pertinent, nec cogitare, nec deſiderare, nec velle, nec perficere poteſt, niſi per infuſionem & operationem Spiritus ſancti.*

§. XLVIII. *Quintam* claſſem conſtituunt ejusmodi pronunciata, in quibus velle gratiam, & adſentiri gratiæ non eſſe virium noſtrarum, ſed voluntatis renovatæ, teſtantur. Ambroſius lib. II. de voc. gent. c. 9. *Quod gratia a multis refutatur, ipſorum eſt nequitiae, quod autem a multis ſuſcipitur, & gratiae eſt divinae & voluntatis humanae.* (nimirum jam renovatæ, ita enim ſequitur.) *Ipſa gratia hoc omni genere medendi & auxiliandi agit, ut in eo, quem vocat, optimam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum praeparet voluntatem.* Concilium Arauſicanum lib. II. can. 6. *Si quis ſine gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus miſericordiam dicit conferri, non autem divinitus ut credamus, velimus per infuſionem & inſpirationem Spiritus S. in nobis fieri confitetur, anathema ſit.* Can. VII. *Si quis per naturae vigorem evangelizanti praedicationi ſe conſentire poſſe confirmet, absque illuminatione Spiritus ſancti, haeretico fallitur ſpiritu.* Auguſtinus lib. I. contra duas epiſt. Pelag. c. 19. *Chriſtus non dicit,* duxerit, *ut illic aliquo modo intelligamus praecedere voluntatem; ſed dicit,* traxerit, *quis autem trahitur, ſi jam volebat, & tamen nemo venit, niſi velit: trahitur ergo miris modis, ut velit, ab illo, qui novit intus in ipſis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non poteſt, nolentes credant, ſed ut volentes ex nolentibus fiant.* de prædeſt. & grat. c. XI. *Ipſum velle non eſt ex nobis, ſed Dei donum eſt, quoniam ab ipſo habemus velle & perficere.* de prædeſt. ſanct. c. III. *Ut praedicato nobis evangelio conſentiremus, noſtrum eſſe proprium & ex nobis arbitrabar, quem meum errorem nonnulla opuſcula indicant ante meum epiſcopatum ſcripta.* Proſper de ingr.

— — — Percurrat apoſtolus orbem,
Praedicet, hortetur, plantet, riget, increpet, inſtet,
Quamque viam verbo reſeratam invenerit, intret;
Ut tamen his ſtudiis auditor promoveatur,
Non doctor, non diſcipulus, ſed gratia ſola
Efficit, inque graves adolet plantaria fructus.

Illam gratiam ſic deſcribit:

Non quae conſilio tantum hortatuque benigno
Suadet, ſed mutat mentes, intusque reformat,
Vasque novum ex fracto fingit virtute creandi.

Bernhardus ſerm. I. ſup. Cant. *Quomodo lux incaſſum circumfundit oculos cæcos vel clauſos, ita animalis homo non percipit ea, quae ſunt Dei.* Idem de grat. & lib. arbit. *hoc eſt totum opus liberi arbitrii, quod conſentit non quidem, quod vel ipſe conſenſus ab ipſo ſit, cum nec cogitare quod minus eſt, quam conſentire a nobis quaſi ex nobis ſufficientes ſimus &c.*

Dicta Scholaſticorum & ipſorum Pontificiorum.

§. XLIX. Quin ipſimet Scholaſtici ac Pontificii ſcriptores ſatis commode quandoque hac de re loquuntur. Lombardus II. ſent. diſt. 25. G. *Poſſunt in homine notari quatuor ſtatus lib. arbitrii. Ante peccatum enim ad bonum nil impediebat, ad malum nil impellebat. Non habuit infirmitatem ad malum, & habuit adjutorium ad bonum. Tunc ſine errore ratio judicare, & voluntas ſine diffi-*

ficul-

ficultate bonum adpetere poterat. Poſt peccatum vero ante reparationem gratiae premitur a concupiſcentia, & vincitur, & habet infirmitatem in malo, ſed non habet gratiam in bono, & ideo poteſt peccare, & non poteſt non peccare etiam damnabiliter. Poſt reparationem vero ante confirmationem premitur a concupiſcentia, ſed non vincitur, & habet quidem infirmitatem in malo, ſed gratiam in bono, ut poſſit peccare propter libertatem & infirmitatem, & poſſit non peccare propter libertatem & gratiam adjuvantem: nondum tamen habet poſſe omnino non peccare, vel non poſſe peccare propter infirmitatem nondum perfecte abſorptam & propter gratiam nondum plene conſummatam. Poſt confirmationem vero infirmitate penitus conſumta & gratia conſummata, nec vinci poterit nec premi, & tunc habebit non poſſe peccare. Lit. H. *Per peccatum naturalia bona ſunt corrupta & gratuita detracta, incurrit enim homo pro peccato pœnam in corruptione & depreſſione liberi arbitrii. Corrupta eſt ergo libertas liberi arbitrii per peccatum & ex parte perdita.* Unde Auguſtinus in enchir. *Libero arbitrio male utens homo & ſe perdidit & ipſum, cum enim libero arbitrio peccaretur, victore peccato amiſſum eſt & liberum arbitrium: a quo enim quis devictus eſt, huic ſervus addictus eſt. Ecce liberum arbitrium dicit hominem amiſiſſe, non quia poſt peccatum non habuerit liberum arbitrium, ſed quia libertatem arbitrii perdidit, non quidem omnem, ſed libertatem a miſeria & peccato.* Lit. I. exponit tres modos libertatis, ſcilicet *a neceſſitate, a peccato & a miſeria, & per peccatum perditam dicit libertatem a peccato, non autem a neceſſitate.* Thomas q. XXIV. de verit. *Liberum arbitrium ſine gratia faciendo, quod in ſe eſt, non poteſt ſe diſponere vel praeparare ad habendam gratiam.* p. II. q. 189. art. 3. *homo in ſtatu naturae corruptae non poteſt Deum ex puris naturalibus diligere ſuper omnia.* p. II. q. art. 4. *Fidem facit gratia non ſolum, quando fides de novo incipit eſſe, ſed etiam quamdiu fides durat; Deus ſemper operatur juſtificationem hominum, ſicut ſol ſemper operatur illuminationem aëris.* Guilielmus Pariſienſis diſtinctionem illam in quæſtione de libertate arbitrii ſumme neceſſariam inter juſtitiam *civilem* & *ſpiritualem* ſatis commode explicat. Gregorius Ariminenſis, profeſſor Pariſ. lib. II. ſent. diſt. 26. 27. 28. accuſat Scholaſticos reliquos; quod *in doctrina de libero hominis arbitrio haereſi pelagianae ſint addicti*, & honorifice loquitur de Thoma Bradwardino, collegii Sorbonici Lutetiæ profeſſore, qui annis ante Gregorium decem, videlicet anno circiter 1330. opus tripartitum de gratia Dei contra liberum arbitrium ediderat. Johan. Driedo de concord. lib. arbit. & prædeſt. *Homo nondum credens, ſed ſibi derelictus in ſolis vitiatae naturae talentis, ſe ad accipiendam fidei gratiam praeparare non poteſt.* Iohan. Ferus Minorita in c. I. Johan. v. 23. *Veterem nativitatem atque adeo omnes vires naturae, quae naturali propagatione transfunduntur in ſobolem, in ſcriptura damnari, maledictam cordis noſtri cogitationem, rationem, os, manus, pedes, peccato & tenebris involuta in nobis omnia.* Unde index expurgat. Hiſp. fol. 123. ex commentariis Feri delere jubet hæc axiomata: *Non alios quam malos fructus profert natura ex ſe: voluntas noſtra mala & omnium malorum radix &c.* Caſſander lib. conſult. art. XVIII. ex Bonavent. *Hoc piarum mentium eſt, ut nihil ſibi tribuant, ſed totum gratiae Dei, unde quantumcunque aliquis det gratiae Dei, etiamſi ſubtrahat poteſtati naturae aut liberi arbitrii, a pietate non recedit; cum vero aliquid gratiae Dei ſubtrahitur, & naturae tribuitur, quod gratiae eſt, ibi poteſt periculum intervenire.* Bellarminus lib. IV. de lib. arbit. c. 10. adverſus quosdam etiam catholicos ſibi liberum arbitrium probandum eſſe dicit.

CAPUT V.

CAPUT V.
ERRANTES DE LIBERO ARBITRIO IN EXCESSU.

Pelagiani errantes in exceſſu.

§. I. Ab hoc cœleſtis veritatis tramite ſeceſſionem ad dextram olim fecerunt plus æquo viribus liberi arbitrii tribuentes Pelagiani, quos ſecuti ſunt Scholaſtici, quorum veſtigiis inſiſtunt Pontificii, quibus ex parte conſentiunt Synergiſtæ. Pelagius, Brito (*) monachus, circa annum 415. ſub imperatoribus Arcadio, Theodoſio juniore & Honorio, cœpit vires liberi arbitrii nimis extollere; cujus erroris occaſionem Chemnitius part. I. locorum p. 499. ex hiſtoriis ſtatuit quadruplicem. 1.) Volebat Manichæos, peccatorum originem non libero arbitrio voluntatis, ſed ſubſtantiæ contrariæ homini admixtæ tribuentes, acriter refutare: declinavit igitur nimium ad partem alteram, idemque ipſi contigit, quod inſitoribus, qui incurvum tenellæ arboris ſtatum corrigere nitentes, nimia attractione in alteram partem peccant. Baſilius epiſt. XLI. 2.) Non probabat violentos raptus enthuſiaſtarum, quos circa illa tempora ſparſos fuiſſe, hiſt. tripart. lib. VII. c. 11. recenſet. 3.) Erat amans diſciplinæ, & videbat flagitioſam inter chriſtianos ignaviam. 4.) Sine judicio arripiebat patrum incommode dicta. Errorem ipſius ita deſcribit Auguſtinus de hæreſ. c. LXXXVIII. *Pelagianorum eſt haereſis hoc tempore omnium recentiſſima a Pelagio monacho exorta, quem magiſtrum Cœleſtius ſic ſecutus eſt, ut ſectatores eorum Cœleſtini etiam nuncupentur. Hi gratiae Dei, qua praedeſtinati ſumus in adoptionem filiorum Dei per Jeſum Chriſtum, & qua eruimur de poteſtate tenebrarum, ut in eum credamus &c. in tantum inimici ſunt, ut ſine hac poſſe hominem credant facere omnia divina mandata. Denique Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret adjutorio gratiae Dei ad ejus mandata facienda, correptioni eorum hactenus ceſſit, ut non eam libero arbitrio praeponeret, ſed infideli calliditate ſupponeret, dicens, ad hoc eam dari hominibus, ut, quae facere per liberum jubentur arbitrium, facilius poſſint implere per gratiam. Dicendo utique, ut facilius poſſint, voluit credi, etiamſi difficilius, tamen poſſe homines, ſine gratia divina, facere juſſa divina. Illam vero gratiam Dei, ſine qua nihil boni poſſumus facere, non eſſe dicunt niſi in libero arbitrio, quod nullis ſuis praecedentibus meritis ab illo accepit natura noſtra, ad hoc tantum exiſtimantes ipſum adjuvantem per ſuam legem & doctrinam, ut diſcamus, quae facere & quae ſperare debeamus &c. Gratiam Dei, qua liberamur ab impietate, dicunt ſecundum merita noſtra dari.* Adparet ex hac Auguſtini relatione, Pelagium aliquoties correxiſſe linguam, ipſos tamen nervos erroris ſui retinuiſſe, quod heterodoxis perquam familiare eſt. Primo negabat plane gratiæ divinæ neceſſitatem, poſtea concedebat, adjutorium gratiæ neceſſarium eſſe, ſed gratiam explicabat de ipſo libero arbitrio, quod eſt donum Dei gratuitum. Auguſtinus ſerm. XI. de verb. apoſt. *Diſputantes* (Pelagiani) *contra gratiam pro libero arbitrio fecerunt auribus piis & catholicis offenſionem, cœperunt horreri &c. & invenerunt ad relevandam iſtam invidiam tale commentum. Non, inquit, contra gratiam Dei diſputo. Unde probas? eo ipſo, inquit, non contra gratiam Dei diſputo, quod liberum arbitrium defendo. Videte acumen, ſed vitreum quaſi, lucet vanitate, ſed frangitur veritate. Si hominem* (ajunt) *Deus creavit, & homini Deus liberum arbitrium donavit, quicquid poteſt homo de libero arbitrio, cujus gratiae debetur, niſi ejus, qui eum condidit cum libero arbitrio? Animadvertentes & hoc nimis jejunum eſſe, per gratiam dixit intelligendam eſſe patefactionem legis.* Auguſtinus lib. I. de grat. Chriſti cont. Pelag. & Cœleſt. c. 3. *Gratiam Dei & adjutorium, quo adjuvamur ad non peccandum, aut in natura & libero ponit arbitrio, aut in lege atque doctrina, ut videlicet, cum adjuvat Deus hominem, ut declinet a malo, & faciat bonum, revelando & oſtendendo, quid fieri debeat, adjuvare credatur.* Cum &

(*) Brito, ſeu Britannus fuit cognominatus, ut ab alio quodam Pelagio Samoſatenſi diſtingueretur.

& hac temeritas refutaretur, dixit Pelagius, gratiam Dei ad hoc neceſſariam eſſe, ut peccata praeterita remittantur, non tamen ut futura caveantur. Auguſtinus de grat. & lib. arb. c. XIII. *Dicunt gratiam Dei, quae data eſt per fidem Jeſu Chriſti, quae neque lex eſt neque natura, ad hoc tantum valere, ut peccata praeterita dimittantur, non ut futura vitentur, vel repugnantia ſuperentur.* Sed ab hoc etiam praeſidio dejectus Pelagius dixit, adjutorium gratiæ ad hoc valere, ut, quæ per liberum arbitrium facere jubemur, facilius implere poſſimus per gratiam. Auguſtinus de grat. Chriſt. cont. Pelag. lib. I. c. 19. *Pelagius dicit, propterea dari gratiam, ut, quod a Deo praecipitur, facilius impleatur, ubi, quid de illa ſentiat, ſatis oſtendit, ſcilicet quod etiam ſine illa, etſi minus facile, fieri tamen, quod divinitus praecipitur, poteſt.* Denique conceſſit, gratiam Dei eſſe neceſſariam, ſed addidit, eam dari juxta deſiderium bonæ voluntatis, quod omnino præcedere debeat. Auguſtinus de grat. & lib. arbit. c. XIV. *Cum fuerint convicti, non defenſores, ſed inflatores & praecipitatores liberi arbitrii, quia nec ſcientia divinae legis, nec natura, nec ſola remiſſio peccatorum eſt illa gratia, quae per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum datur, ad hoc ſe convertunt, ut quocunque modo conentur oſtendere, gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari. Dicunt enim; etſi non datur ſecundum merita bonorum operum, quia per ipſam bene operamur, tamen ſecundum merita bonae voluntatis datur.* Quamvis vero Pelagius haberet adſeclas magnæ auctoritatis viros in Palæſtina, Africa, Italia, Gallia & Britannia, ſingulari tamen Dei gratia excitabatur Auguſtinus, qui præ reliquis acriter ſe opponebat Pelagio, Juliano, Cœleſtio &c. variis ſcriptis, quæ exſtant tom. VII. operum Auguſtini. Ex ſchola Pelagii prodiit poſtea Caſſianus, monachus Maſſilienſis, qui in collationibus dicit, *in aliis hominibus voluntatem praeveniri a gratia, in aliis gratiam a voluntate:* Fauſtus epiſcopus Gallicus circa annum 500. diſputans, *omnibus naturae lege ſuppetere, ut credant.* Huc referendi ſunt Semipelagiani, reliquiæ Pelagianorum dicti, quorum mentio fit tom. VII. operum Auguſtini in epiſt. Proſperi & Hilarii, qui docebant, vitam æternam per libertatem arbitrii ab illis adprehendi, qui Deo ſponte crediderint, & auxilium gratiæ merito credulitatis acceperint; priorem eſſe fidei obedientiam, quam gratiam; voluntatem hominis divinæ gratiæ opem ſibi parere; initium fidei & converſionis eſſe ex nobis, complementum a Deo.

Scholaſtici. §. LI. Scholaſtici ſcriptores, egreſſi veros ſcripturæ limites, Pelagii veſtigiis non obſcure inſiſtunt. Diſputant enim, *hominem ex viribus liberi arbitrii poſſe ſe praeparare ad Dei gratiam;* (cum tamen bonam hominis voluntatem a Deo præparari, ſcriptura adſeveret) *facere praecepta Dei quoad ſubſtantiam actus;* (cum tamen lex Dei non externam tantum, ſed & internam obedientiam requirat) *hominem non renatum ſine fide & Spiritu S. ſolo arbitrio facientem opera praeceptorum, non peccare;* (cum tamen omne, quod non eſt ex fide, ſit peccatum) *hominem exiſtentem in peccato mortali ſine fide & Spiritu S. poſſe vitare & cavere quodvis mortale peccatum, ne de novo illud committat;* (cum tamen in non renatis omnia peccata ſint mortalia, & propter impedimenta libertatis ne in externis quidem univerſaliter & ſemper verum ſit, quod poſſit homo non renatus vitare quodvis peccatum pugnans cum externa diſciplina) *introduxerunt meritum de congruo, quidam etiam illorum ſtatuunt, poſſe hominem ex puris naturalibus diligere Deum ſuper omnia.* Alexander Alenſis p. II. q. 69. art. penult. *facienti, quod in ſe eſt, Deus neceſſario dat gratiam neceſſitate immutabilitatis.* Thomas p. II. q. 114. art. 6. *Merito congrui poteſt quis alteri mereri primam gratiam; congruum enim eſt ſecundum amicitiae proportionem, ut Deus impleat hominis voluntatem in ſalvatione alterius, cum ipſe impleat Dei voluntatem.* Gabriel Biel lib. II. ſent. diſt. 27. q. un. art. 4. *Anima obicis remotione & bono motu in Deum ex arbitrii libertate elicito primam gratiam mereri poteſt de congruo.* Idem lib. II. ſent. diſt. 28. q. un. art. 2. ex Scoto & Occamo has format propoſitiones: *liberum arbitrium ex ſuis naturalibus ſine gratia poteſt eli-*

cere actum moraliter bonum, peccatum mortale novum quodlibet cavere, divina praecepta quoad ſubſtantiam actus implere. Lib. III. ſent. diſt. 27. q. un. artic. 3. dub. 2. *Viatoris voluntas humana ex ſuis naturalibus poteſt Deum diligere ſuper omnia;* hanc propoſitionem dicit eſſe juxta opinionem Scoti, Occami & Petri de Alliaco, quam ſic probat: *Omni dictamini rectae rationis poteſt voluntas ſe conformare; ſed diligere Deum ſuper omnia, eſt dictamen rectae rationis, ratio enim dictat, inter omnia diligenda eſſe aliquid ſumme diligendum. Item homo errans poteſt diligere creaturam ſuper omnia; ergo etiam Deum, mirum enim valde eſſet, quod voluntas ſe conformare poſſet dictamini erroneo & non recto. Item homo poteſt ex puris naturalibus velle Deum eſſe Deum, ſed talis vult Deo maximum bonum.* Scotus addit rationem *de forti politico, qui mori mavult, quam cum ignominia & jactura reipublicae fugere.* Lib. IV. ſent. diſt. 14. q. 2. art. 2. *Ad juſtificationem impii requiritur motus liberi arbitrii ut diſpoſitio brevis. Duobus motibus liberi arbitrii, videlicet odii in peccatum & voluntatis in Deum, reſpondent duo, quae ſunt a Deo juſtificante, ſcilicet gratiae infuſio & peccati expulſio.*

Pontificii.

§. LII. Sententiam Scholaſticorum ſequuntur Pontificii, quidam manifeſtius, quidam vero ſubtilius. Recentiores enim Jeſuitæ a durioribus majorum ſuorum vocibus abhorrere videntur, cum interim ipſos errorum nervos retineant. Publica ipſorum ſententia exſtat in decretis Concilii Trid. quod ſeſſ. VI. can. 2. ita loquitur: *Si quis dixerit, ad hoc ſolum divinam gratiam per Jeſum Chriſtum dari, ut facilius homo juſte vivere ac vitam aeternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium ſine gratia utrumque, ſed aegre tamen ac difficulter poſſit, anathema ſit.* Can. 3. *Si quis dixerit, ſine praeveniente Spiritus S. inſpiratione atque ejus adjutorio hominem credere, ſperare, diligere aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, ut ei juſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.*

Conc. Trid.

Can. 4. *Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum & excitatum nihil cooperari adſentiendo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam juſtificationis gratiam ſe diſponat ac praeparet; nec poſſe diſſentire ſi velit, ſed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſſive ſe habere, anathema ſit.* Can. 5. *Si quis liberum hominis arbitrium poſt Adae peccatum amiſſum & exſtinctum eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, imo titulum ſine re, figmentum denique a ſatana invectum in eccleſiam, anathema ſit.* Hæc concilium Trid. quod verum controverſiæ ſtatum inſidioſe involvit, cum nec de ipſa voluntate, nec de libertate voluntatis *a coactione*, nec de qualicunque ejus libertate in externis, nec de renovatæ voluntatis libertate hic ſit quæſtio, ſed de potentia ad efficiendas actiones ſpirituales, an eam ex ſe habeat, ut ante renovationem gratiæ prævenienti cooperari poſſit, quod concilium Tridentinum non negat, ita enim mentem ejus Andradius explicat: *liberum arbitrium non poſſe ſane efficere ſpirituales actiones ſine inſpiratione & auxilio Spiritus ſancti; ſed illud non ideo fieri, quaſi mens & voluntas, qualis eſt in homine ex prima nativitate ante converſionem, prorſus non habeat ullam potentiam, ullas vires aut facultates, quae ad inchoandas & efficiendas ſpirituales actiones neceſſariae ſunt, ſed ideo, quia naturales illae vires & facultates, licet nec deletae, nec exſtinctae, adeo tamen peccatorum laqueis implicatae ſint, ut homo non poſſit ſe propria virtute ab illis extricare, ſicut ille, qui ferreis ſoleis devinctus eſt, habet quidem inſitam & innatam incedendi* δύναμιν, *ſed licet illam habeat, non tamen poteſt ea uti, ut in actum prodeat, niſi prius vincula rumpantur, quae motum reprimunt & retardant*; (qua ratione vires ad bonum non amiſſæ, ſed impeditæ tantum forent.) Utitur etiam hac ſimilitudine: *ſi te rogem, cum ligneam materiam conflagrare cernis, quae ſit conflagrationis illius cauſa efficiens, ignem dicas neceſſe eſt una cum Deo, auctore naturae & patrono, qui igni exurendi vim ſuppeditat, & ad operandum cum illo conſpirat; cum igitur liberi arbitrii motio non magis a gratia Dei pendeat;*

deat, quam a divina virtute ſtipitis exuſtio, quid eſt, quod liberum arbitrium cauſſae efficientis dignitate & nomine ſpolies; (qua ratione generalis Dei concurſus ad vires liberi arbitrii exſerendas neceſſarius ſtatueretur, non autem peculiaris gratiæ actio.) Ad eandem rem explicandam adhibet ſimilitudinem ægroti, *cujus vires, morbo fractae ac debilitatae & attenuatae ſunt, ubi medicus vires, quae adhuc reliquae ſunt, licet attenuatae, confirmat & roborat, & ſi quae ſunt amiſſae, reſtituit;* (qua ratione homo nondum renatus ad bonum debilis, non autem mortuus ſtatuitur.) Cenſura Col. fol. 35. *Non in moralibus officiis tantum & actionibus plurimum momenti habet arbitrium humanum, verum etiam in rebus ad ſalutem pertinentibus;* (qua ratione tollitur neceſſarium diſcrimen inter juſtitiam *civilem* ac *ſpiritualem.*) fol. 37. *Quatenus Deus ſua gratia ſemper praeſto eſt, ſi viderit animum ad ejus ſuſceptionem paratum & promtum, ſi non reluctantem reperiat.* (qua ratione ſtabilitur meritum de *congruo.*) fol. 48. *Deus deſiderio peccati & concupiſcentiae praefecit rationem & arbitrii libertatem, cujus imperio ſubjiciatur peccatum tali ſubjectione, qua vix major eſt*; (qua ratione negatur miſerabilis illa peccati ſervitus in non renatis.)

Coſterus.

§. LIII. Coſterus in enchirid. cap. de libero arbitrio ſpecioſe interdum loquitur, utpote quod *peccator propriis ſuis viribus non modo a peccato liberari non poſſit, ſed nec poſſit ab illo reſurgere, neque de peccato dolorem concipere; neque ad gratiam & peccatorum remiſſionem ſe diſponere, nec pie erga Deum adfici, nec pio adfectu de Chriſto ut redemtore ſuo loqui ſine divina motione & gratia praeveniente. Quod tanta ſit in homine intellectus cæcitas, tantaque voluntatis & cordis duritia, ut, niſi miſericors gratia praeveniat & mentem illuſtret adfectumque moveat, nunquam ſerio pœniteat, vel ad Deum revertatur. Quod Deus pro ſua miſericordia in nobis ſine nobis operetur, cor moveat & mentem illuſtret.* Sed quomodo hæc omnia accipi velit, ſtatim explicat, dum *poteſtatem ſuſcipiendi divinos influxus humanae voluntatis viribus tribuit, confert liberi arbitrii vires in non renatis cum homine in foveam lapſo & ſecure dormiente, Spiritum S. cum amico, qui illius miſertus e ſomno excitatum moneat, & manum ei vel funem porrigat: quemadmodum igitur homo ille amici admonitionem admittit, funem adprehendit, tenet, & quicquid in ſe eſt, pro viribus praeſtat, non patiendo tantum, ſed & cooperando, donec tandem e fovea extractus lumine ſolis colluſtretur:* ita ex ſententia Coſteri *liberum arbitrium, ut e tenebricoſa fovea educatur, non ſuſcipit tantum, patitur & agitatur, ſed cooperatur gratiae, ac praeparat ſe. Confert hominem peccatorem cum ſemimortuo, ad quem deſiderantem auxilium & connitentem accedit amicus cum lumine, ut jumento imponatur: confert cum puero, qui pomo trahitur, ac filio, qui a patre trahitur munuſculis & blandimentis ad diſcendas literas. Spiritum S. confert ductori, qui praeeunte lucerna debilem manu trahit.* Imo diſerte ſcribit, *voluntatem hominis poſt lapſum retinuiſſe hanc libertatem, ut gratiam oblatam recipere vel non recipere poſſit, ut gratiae admiſſae cooperetur libere, gratiam Dei & liberum arbitrium eſſe cauſſam ſpiritualis liberationis.*

Bellarminus.

§. LIV. Bellarminus itidem ſatis ſpecioſe ſcribit, *liberum arbitrium ſolis ſuis viribus non poſſe ſe ad gratiam praeparare, velle & facere,* (ubi tamen aliquid ei relinquit; ſi enim non ſolis ſuis viribus, ergo a gratia adjutum aliquid poteſt.) Lib. VI. cap. 13. negat, *liberum arbitrium ex ſe ullam potentiam ſaltem proximam ad actus pietatis habere, ſed eam a Deo accipere per gratiam praevenientem,* (ubi tamen remotam potentiam ei videtur relinquere.) Ibidem diſerte ſcribit: *ſicut lapis ex ſe non habet, ut cooperetur, ſi forte convertatur in carnem, ita etiam liberum arbitrium ex ſe non habet, ut cooperetur ad ſuam ipſius converſionem, poteſt tamen a Deo recipere poteſtatem operandi per gratiam praevenientem, quod non poteſt lapis.* Sed quod Auguſtinus de Pelagianis olim dicebat: *ſine ſcrupulo haec acciperentur, ſi non ab illis,* quo-

quorum ſenſus notus eſt, dicerentur, id etiam hoc loco pronunciare poſſumus. Quomodo enim ſincere hoc doctrinæ cœleſtis caput Bellarminus tractare poteſt, cum alibi diſputet, corruptionem naturæ ex ſola doni ſupernaturalis ob peccatum amiſſione profluxiſſe, cum merita operum humanorum defendat, cum diſpoſitiones ad juſtificationem ſtabiliat, cum pugnam carnis & ſpiritus in homine ex puris naturalibus, remoto juſtitiæ originalis freno, ortam eſſe pugnet? Inde adeo diſerte ſcribit lib. VI. cap. 15. *eſſe adhuc in homine ante omnem gratiam liberum arbitrium non ſolum ad opera naturalia & moralia, ſed etiam opera pietatis & ſupernaturalia.* Id poſtea ſic explicat, quod *in homine ante gratiam ſit potentia remota & imperfecta ad opera pietatis facienda.* Sed verba iſta de remota potentia laborant ambiguitate quadam, quæ neceſſaria explicatione indiget. Si enim per remotam potentiam intelligitur capacitas *paſſiva*, atque aptitudo illa, qua homo, cujus voluntas prædita eſt naturalibus ἐνεργείαις volendi ac nolendi, per gratiam poſſit converti, & capax ſit juſtificationis; (qualis potentia ſive capacitas non eſt in ſtipite ἀλόγῳ ac dæmonibus in malo obſtinatis) concedimus talem remotam potentiam ad converſionem in homine ſupereſſe. Si vero nomine remotæ potentiæ intelligitur *activa* quædam facultas, qua ex ſe & ſuis viribus voluntas hominis gratiam expetere, vel ad obviantem ac prævenientem gratiam ſe adplicare, eique adſentiendo cooperari poſſit, quæ potentia ante gratiam quidem ſit, & dicatur remota, ob prævenientem autem moventem, excitantem & adjuvantem gratiam in actum prodeat ac propinqua ſit, licet imperfecta; tum negamus talem remotam potentiam in homine ſupereſſe. Ceterum quod poſteriore ſenſu Bellarminus remotæ potentiæ terminum accipiat, ex eo patet, quod ſcribit: *Arbitrium liberum eſt, ſed ejus libertas eſt quaſi ligata & impedita, ſolvitur autem & expeditur, cum potentia proxima ad operandum per Dei gratiam ei confertur. Simile aliquid experimur in potentia videndi. Nam abſente ſpecie ſenſibili habet homo potentiam & libertatem videndi: tamen potentia remota eſt & libertas ligata, donec accepta ſpecie potentia perficiatur, & in actum prodire poſſit.* At ſi hæc ſimilitudo locum habere debet, per potentiam remotam ad opera pietatis in libero hominis arbitrio intelligenda eſt utique potentia *activa*, quæ per ſe & naturaliter ei inſit, ac nullo alio niſi objecti adplicatione indigeat.

Eraſmi modiculum.

§. LV. Ad hanc claſſem referendi etiam ſunt *Eraſmus* in diatribe (*) cum ſuo *modiculo*, qui aliquid, quantumvis infirmum ac languidum, homini ineſſe contendit, quo ſe ad gratiam præparare & adplicare poſſit; & *Synergiſtae* (**) noſtri temporis, qui Auguſtanæ confeſſio-

Q & R 3 feſſio-

(*) Edidit DESIDERIUS ERASMUS, Roterodamenſis, contra LUTHERUM *de libero arbitrio διατριβὴν ſive collationem*, Baſil. *MDXXIV. 8.* Coloniæ eodem anno, nec non alibi, ſine loci & anni mentione, denuo litteris deſcriptam. Inſertus quoque eſt iſte libellus ejusdem *operibus*, Lugduni Batavorum junctim editis, *tom. IX. p. 1215. ſeqq.* Explicare in eodem adnititur, quid ſit liberum arbitrium, quale fuerit conditum, quale ſit vitiatum, quo modo ſanetur, quid poſſit nondum reſtitutum, vel in bonum, vel in malum, quid valeat auxiliante gratia, & quid agat adſentiens gratiæ operanti, quid cooperans cooperanti. *Liberi* autem *arbitrii* nomine intelligit eam humanæ voluntatis vim, qua ſe homo poſſit adplicare ad ea, quæ ad ſempiternam perducunt ſalutem, vel ab iisdem ſe avertere: Suam de libero arbitrio ſententiam ERASMUS hiſce exprimit verbis: *Mihi placet illorum ſententia, qui nonnihil tribuunt libero arbitrio; ſed gratiæ plurimum: Nec enim ſic erat vitanda ſcylla arrogantiæ, ut feraris in charybdim deſperationis aut ſocordiæ.* Atque ex his facile patet, quid per ERASMI *modiculum* intelligatur, cujus ſupra mentionem facit GERHARDUS. De controverſia, quæ ERASMO cum b. noſtro LUTHERO de hocce argumento interceſſit, alibi dicemus.

(**) Conſtat, *Synergiſtas* nomen ſuum habere a doctrina, quam amplexi ſunt. Tribuebant enim voluntati hominis naturalis συνέργειαν quandam in opere converſionis. Occaſionem huic errori dedit PHILIPPUS MELANCHTON, qui paſſim in ſuis ſcriptis ejusmodi loquendi formulis uſus eſt, quæ ſynergiſmum ſapiunt.

feſſionis eccleſias non mediocriter turbarunt, ſtatuentes, referente formula concord. art. 2. negat. 4. quod *homo non renatus ratione liberi arbitrii infirmior quidem ſit, quam ut converſionis ſuae initium facere, atque propriis viribus ſeſe ad Deum convertere, & legi Dei toto corde parere valeat; ſed tamen ſi Spiritus S. praedicatione verbi Dei fundamenta converſionis jecerit, ſuamque gratiam in verbo praedicato homini obtulerit, tum hominis voluntatem propriis & naturalibus ſuis viribus nonnihil, licet id perexiguum, infirmum atque languidum admodum ſit, ad illam converſionem conferre, eam adjuvare, atque ad eam abſolvendam cooperari poſſe.* Quod ergo ſtatuuntur tres cauſſæ converſionis, Spiritus ſanctus, verbum Dei, & voluntas humana, cum difficulter ita explicari poſſit, ne ſynergiſmo fomenta præbeat, ut ὑποτυπώσει ὑγιαινόντων λόγων minus conveniens, repudiandum. Theodorus Beza lib. I. quæſt. & reſponſ. fol. 621. dicit, *homines primae gratiae συνεργεῖν*, alibi tamen contrarium ſcribit.

CAPUT VI.

REFUTATIO ERRORUM BELLARMINI DE LIBERO ARBITRIO.

SECTIO I.

DE DISTINCTIONE INTER AUXILIUM SUFFICIENS ET EFFICAX.

§. LVI.

Bellarmini diſtinctio inter auxilium ſufficiens & efficax.

Sed, prætermiſſis reliquis, ad Bellarminum redeamus, de cujus ſententia, ut apertius nobis conſtet, obſervandum, quod inter reliquas gratiæ partitiones lib. I. de grat. & lib. arb. cap. 2. quinto loco recenſet eam, quæ eſt inter *gratiam* ſeu *auxilium ſufficiens* atque *auxilium efficax. Illud* vocat, *quo Deus ita hominem vocat, excitat, & juvare dirigendo, protegendo, cooperando paratus eſt, ut revera poſſit ille ſic excitatus & vocatus velle credere, velle converti, velle bonum aliquod facere, tamen re ipſa non velit credere aut converti aut bonum aliquod facere. Hoc* vero vocat, *quo Deus ita hominem vocat & excitat & juvare dirigendo, protegendo, cooperando paratus eſt, ut infallibiliter re ipſa velit ille, qui ſic excitatur & vocatur, & re ipſa credat, convertatur, bonum faciat;* quam diſtinctionem probat ſequenti cap. 11. *Reſp.* concedimus ſane Spiritui S. converſionis opus adgredienti multos reſiſtere, conſilium Dei adverſus ſe ipſos ſpernere, & ſe ipſos vita æterna indignos judicare, atque hac ratione ſua culpa gratiam converſionis a ſe repellere, ſed propterea ipſam gratiam in ſufficientem & efficacem dividendam eſſe negamus, ſiquidem una eademque Dei gratia eſt, quæ in credentibus operatur, & quæ ab incredulis repellitur. Capit. 12. diſputat, unde ſumatur efficacia gratiæ, ubi primo loco repudiat eorum opinionem, qui *gratiam efficacem conſtituunt in adſenſu & cooperatione humana, ita, ut ab eventu gratia dicatur efficax, quia videlicet ſortitur effectum, & ideo ſortitur effectum, quia voluntas humana cooperatur,* per quam opinionem dicit, *deſtrui gratiæ efficaciam & ſimul praedeſtinationem.* Deinde repudiat etiam illorum opinionem, qui docent, *gratiam efficacem eſſe actionem Dei phyſicam, quae determinat voluntatem ad volendum & eligendum bonum, quod illi fuerat per gratiam excitantem inſpiratum,* per quam opinionem dicit, *deſtrui gratiam ſufficientem & liberum arbitrium;* ipſe vero eam opinionem amplectitur,

Unde ſit efficacia gratiæ.

piunt. Num Eraſmi commotus auctoritate id fecerit, an vero aliis inductus fuerit rationibus, heic definire nolumus. Nec opus eſſe arbitramur, ut ipſius controverſiæ ſynergiſticæ heic tradamus hiſtoriam. Hujus enim recenſionem in aliam reſervamus occaſionem.

tur, quod gratia efficax conſiſtat in illuſtratione ac inſpiratione interna.

§. LVII. Reſp. Cum de ipſo, ut ita loquar, puncto converſionis hic agatur, ideo caute navigandum, ne vel ad ſcyllam pelagianam, vel ad charybdin abſoluti decreti deferamur. Sic ergo procedimus. *Primo* omnium cavenda ſunt extrema, quæ Spiritus S. in hoc negotio cavere in ſcripturis monet; neque enim efficacia gratiæ ad converſionem tribuenda eſt *cooperationi voluntatis* humanæ, neque tribuenda eſt *abſoluto* Dei certos quoſdam homines eligentis *decreto*, ſed incedendum via media. Quod multi convertuntur & ſalvantur, agnoſcendum eſt, ſolius divinæ gratiæ opus eſſe; quod multi non convertuntur & pereunt, agnoſcendum eſt, ipſorum pereuntium culpa unice fieri, in qua pia ſimplicitate mens chriſtiana ſecure acquieſcere poſſet, ſi vel maxime omnibus difficultatibus, præſertim iis, quæ circa individua hominum convertendorum moventur, ſeſe non poſſit expedire. Sed quia Bellarminus nobis tribuit, quod efficaciam gratiæ tribuamus phyſicæ cuidam Dei actioni, quæ determinet voluntatem ad volendum & eligendum bonum, quod illi fuerat per gratiam excitantem inſpiratum, ideo ſententia noſtra perſpicue exponenda. In converſionis opere Spiritus S. tale invenit ſubjectum, quod nullas habet ad cooperandum vires, ſiquidem mens hominis nondum renati eſt cæca, voluntas averſa ac Deo inimica; hoc igitur omni genere medendi atque auxiliandi gratia agit, ut eum, quem convertere vult, ex nolente volentem, ex inimico obedientem faciat; illud vero non fit eo modo, ac ſi homine nec cogitante, nec cognoſcente, vel etiam invito hominem convertat, ipſique vim adſerat; Sed Spiritus S. donat novas vires, quibus adſentiri vocationi poſſit, nec tamen uno ſtatim momento homini adimit veterem illam libertatem, vel potius miſeram ſervitutem, qua oblatam gratiam repudiare poſſit. Abſit igitur ut dicamus, Spiritus S. gratiam in converſione phyſica quadam actione determinare voluntatem ad volendum & eligendum bonum; (hac enim ratione converterentur omnes immutabili neceſſitate, quos Spiritus S. converti vult) ſiquidem patitur Spiritus S. ſibi reſiſti, permittit opus ſuum impediri, videt multos ſe ipſos converſione & converſionis fructu, ipſa ſcilicet vita æterna, indignos judicare. Voluntas igitur in omnibus hominibus eſt poſt lapſum; ut autem voluntas velit bonum ſpirituale, id non habet ex ſuis viribus, ſiquidem peccato ſervit, renovat igitur Spiritus S. in converſione hominis voluntatem, ac donat ei novas vires, quibus inſtructa bonum actu velle & eligere poſſit, interim ex adhærente naturæ pravitate poteſt homo nolle bonum, poteſt Spiritus S. opus impedire, ac proinde neutiquam dicendum, quod in converſione phyſica quadam actione gratia determinet voluntatem ad volendum ac eligendum bonum.

SECTIO II.

DE DISTINCTIONE INTER GRATIAM OPERANTEM ET COOPERANTEM.

Diſtinctio inter gratiam operantem & cooperantem.

§. LVIII.

Hæc omnia erunt clariora ex ſequentibus, ſiquidem cap. 14. ſequenti declarat Bellarminus partitionem inter gratiam *operantem* & *cooperantem*, illam dicit, *quæ efficit in homine primum actum deliberatæ voluntatis, qualis eſt converſio ſive ab infidelitate ad fidem, ſive a peccatis cæteris ad agendam pœnitentiam*: hanc vocat, *quæ efficit conſequentes actus voluntatis, quales ſunt velle orare, velle bona opera facere.* Præſertim illud Auguſtini de grat. & lib. arb. cap. XVII. *ut velimus, ſine nobis operatur, cum autem volumus, & ſic volumus, ut faciamus, nobiſcum cooperatur*; Bellarminus ſic explicat, *Deum ſecundum quoddam genus cauſæ eſſe moventem reſpectu ipſius actus deliberati, & voluntatem non eſſe moventem, ſed tantum motam, cum tamen ſecundum aliud genus cauſæ ad eundem actum volendi præ-*

[illegible]

cendum concurrat Deus ut movens, voluntas autem tum ut mota, tum ut movens, & ideo utrumque verum eſſe, Deum operari ipſum velle deliberatum ſine nobis, & non operari ſine nobis. Nam ſi conſideremus cauſſam efficientem & phyſicam illius actus, ea non ſolum eſt Deus per auxilium ſpeciale, ſed etiam voluntas per liberum arbitrium, & hoc modo illud velle eſſe Dei & noſtrum, & nos in eo, Deo cooperari, & Deum illud non ſine nobis operari. At ſi conſideremus cauſſam illius ejusdem actus moralem, id eſt, cauſſam moventem ſuadendo, hortando, conſulendo, ea eſt ſolus Deus; voluntas autem ſecundum hoc genus cauſſae non eſt movens, ſed tantum mota, non enim ipſa ſe voluntas impellit ſuadendo & hortando, ut velit, quod non vult, ſed Deus per inſpirationes ſuas intus animae loquens, ei ſuadet & perſuadet, ut velit. Hæc Bellarminus, qui poſtea adhibet hanc ad rem talem ſimilitudinem. *Sit aliquis, cui expediat navigare in orientem, & tamen nolit id facere, ſi quis ad eum accedat, eique multis allatis rationibus tandem perſuadeat, & de nolente volentem faciat. Deinde ubi eum velle navigare cognoverit, procuret illi navem, pecunias & caetera, quae navigantibus ſunt neceſſaria, is profecto vere dicere poterit, ego ſolus feci, ut iſte navigationem ſuſcipere vellet, nam etiamſi alter rationes allatas audierit, atque apud ſe expenderit, & tandem adſenſum praebuerit, non tamen ipſe ſibi perſuaſit, neque ſe ipſe movit, ſed amicus ejus iſtum movit, eique perſuaſit. Ceterum, quod attinet ad exſecutionem voluntatis, non poteſt amicus ille dicere: ego ſolus detuli iſtum in orientem, ſed ſolum, ego illum adjuvi & cooperatus ſum, ut commode navigaret, ſiquidem ille, qui ab amico perſuaſus navigare decrevit, ſine dubio non ſibi ipſi defuit, ſed cogitare cœpit, quid facto opus eſſet, & conatum atque induſtriam adhibere ad futuram navigationem.*

§. LIX. *Reſp.* Inſidioſe hæc dicuntur ac diſputantur, certum quidem eſt nos velle, cum volumus, ſed illud velle non oritur ex reſiduis naturalibus liberi arbitrii viribus, verum ex novis illis a Spiritu S. donatis qualitatibus. Similitudo illa, quam Bellarminus adhibet, manifeſte oſtendit, quod ſtatuat in converſione voluntatem hominis ſuadendo, inſpirando, excitando moveri, ut naturales ſuas vires exſerat, atque ita gratiæ in primo ſtatim converſionis actu cooperetur, ſiquidem navigator ille, quem in orientem Bellarminus ablegat, ita perſuadetur, ac de nolente fit volens, ut internum hujus voluntatis atque operis principium habeat, quod externis hortationibus ac perſuaſionibus excitetur, ac in actum producatur; ſed homo nondum renatus tali interno principio ad τὸ velle bonum non eſt inſtructus, ſiquidem eſt in peccato mortuus. Proinde, ut in corpore mortuo nihil quicquam virium ac potentiæ ſupereſt, quo ſibi ipſi corporalem vitam reſtituere, vel ad ſui reſuſcitationem cooperari poſſit: ita homo ratione peccati ſpiritualiter mortuus, ſe ipſum in vitam revocandi vel ſpirituali ſui reſuſcitationi cooperandi nullam facultatem aut δύναμιν ἐνεργητικὴν habet. Repetendum hoc loco ex doctrina de peccato originali ſuperius expoſita, quod per lapſum protoplaſtorum non ſolum amiſſa ſit originalis juſtitia, ſed etiam natura miſere corrupta, ideoque peccatum originale conſiſtit non ſolum in ςερήσει integritatis, ſed etiam θέσει corruptionis, quæ corruptio ineſt per modum vitioſi habitus. Quemadmodum enim exteriores actus, ad quos prono impetu flagitioſi feruntur, teſtantur in ipſorum voluntate vitioſum habitum latere: ita peccatorum actualium copioſa ſeges ex corde enata teſtatur, per modum vitioſi cujusdam habitus corruptionem illam naturæ ineſſe; eſt autem non acquiſitus, ſed innatus habitus, proinde non per contrarios actus tollitur, quemadmodum acquiſitus, ſed ut generatione eſt contractus, ita per ſolam regenerationem ac renovationem Spiritus S. aboleri minuive poteſt. Ergo ut voluntas hominis in converſione velit bonum, non ſufficit voluntatem ſuadendo, hortando ac conſulendo moveri, ſed requiritur, ut novis prius viribus ad bonum volendum & amplectendum donetur, ſiquidem in peccatis non ſolum dormit, ſed etiam iisdem turpiſſime ſervit, ac eisdem ex ſe & ſuis viribus non poteſt non ſervire. Non ſuaſione tantum, ſed immutatio-

tatione; non ſanatione tantum, ſed renovatione; non exteriori pulſatione, ſed interiori tractione voluntas indiget. Nemo noſtrum negat, voluntatem hominis velle, voluntatem credere, ideoque non niſi volentibus nobis nos credere; ſed Deus eſt, qui facit, ut velimus, facit autem non ſuadendo tantum, hortando ac conſulendo voluntati; ſed a ſervitute peccati eam liberando, efficaciter immutando, renovando, novis ad bonum viribus donando, quam eſſe Auguſtini genuinam ſententiam patet ex dictis omnibus ſuperius allatis de grat. & lib. arb. cap. XVI. *Certum eſt, nos velle & facere, cum volumus & facimus, ſed ille operatur & velle & facere,* (quomodo vero, num ſuadendo tantum ac hortando? attende ſequentibus) *praebendo voluntati vires efficaciſſimas, de quo ſcriptum eſt:* Deus operatur in nobis velle & facere. Lib. I. contra duas epiſt. Pelag. ad Bonif. cap. 19. *Chriſtus non dicit:* duxerit, *ut illic aliquo modo intelligamus praecedere voluntatem, ſed dicit:* traxerit: *quis autem trahitur, ſi jam volebat, & tamen nemo venit, niſi velit, trahitur ergo miris modis, ut velit, ab illo, qui novit intus in ipſis hominum cordibus operari, non ut homines* (quod fieri non poteſt) *nolentes credant, ſed ut volentes ex nolentibus ſiant.* Libr. de præd. ſanct. cap. III. errorem eſſe dicit, *arbitrari, quod praedicato evangelio conſentire noſtrum ſit proprium & ex nobis.* Ambroſius lib. I. de voc. gent. cap. 9. *Licet ineſt homini nolle bonum, tamen niſi donatum non habet velle bonum.* Maxentius: *Nec cogitare nec velle ſpiritualе poſſumus, niſi per infuſionem & operationem intrinſecam Spiritus ſancti.* Concilium Arauſicanum can. VI. *Qui non confitetur divinitus in nobis fieri, ut credamus & velimus per infuſionem & inſpirationem Spiritus S. anathema ſit.* Contra vero de naturæ poſſibilitate pronunciat Auguſtinus de nat. & grat. cap. LIII. *quod vulnerata, ſauciata, vexata, perdita ſit, ac vera confeſſione, non falſa defenſione opus habeat.* Proinde nondum ex caſſibus Pelagii extricat ſe ipſum Bellarminus, tribuens gratiæ operanti, quod ſuadendo, hortando, conſulendo voluntatem quidem moveat, relinquens interim hominis voluntati, quod concurrat libere conſentiendo, ac per liberum arbitrium actum illum converſionis active producendo, ut in hoc ipſo capite loquitur, ſiquidem Pelagius ab orthodoxis, vi veritatis coactus, tandem itidem ſic cœpit loqui, *gratiam adjuvare bonum cujusque propoſitum, nec tamen reluctanti ſtudium virtutis immittere.* Auguſtinus lib. IV. contra duas epiſt. cap. 6. *Ex Dei potentia nec in malum nec in bonum invitum aliquem cogi, ſed propria voluntate aut bonum facere aut malum, in bono vero opere a Dei gratia ſemper adjuvari; in malum diaboli ſuggeſtionibus incitari.* lib. I. contra duas epiſt. cap. 18.

An ad libertatem arbitrii requiratur libertas ab immutabilitate.

§. LX. Pergit Bellarminus ac lib. III. de grat. & lib. arb. cap. 5. probare inſtituit, *requiri ad liberum arbitrium non ſolum libertatem a coactione, ſed etiam libertatem a neceſſitate,* (immutabilitate) Breviter reſpondemus, quia ſcriptura homini etiam non renato tribuit aliquam libertatem faciendi opera legis externa, ideo in peccatis, quæ pugnant cum externa diſciplina, non eſt neceſſitas immutabilis. Si vero de interiori immunditie & corruptione naturæ nobiſcum naſcente quæritur, ibi fatemur, neceſſitate immutabilitatis voluntatem hominis non renati peccati ſervam ac captivam eſſe, neque enim poteſtatem habet, pravitatem illam ex ſe ſuisque viribus deponendi, &c. Ergo ſi Bellarminus ad eſſentialia liberi arbitrii requiri putat libertatem *a neceſſitate* ſive *immutabilitate,* ut pro arbitrio poſſit homo bonum velle & nolle, dicimus, tale liberum arbitrium penitus amiſſum eſſe; ſi vero concedit, libertatem *a coactione* ſufficere ad eſſentialia liberi arbitrii, quod ſcilicet homo neceſſario velit malum, & non poſſit niſi velle malum, idem tamen velit ſponte, non coacte, concedimus, talem arbitrii libertatem in homine poſt lapſum ſuperſtitem adhuc eſſe. Atque ex eo intelligitur, cur veteres, qui contra Pelagium ſcripſerunt, quandoque dicant, liberum voluntatis arbitrium deperditum & amiſſum eſſe, quandoque vero dicant, non deperditum, ſed tantum depravatum eſſe. In prioribus dictis loquun-

loquuntur de libertate arbitrii juxta priorem ſignificationem, in poſterioribus autem loquuntur de libertate arbitrii juxta poſteriorem ſignificationem. De tota autem hac Bellarmini diſputatione, an ſcilicet ad libertatem arbitrii neceſſario requiratur libertas *a neceſſitate* ſive immutabilitate, rectiſſime judicari poteſt ex dictis Auguſtini & Bernhardi, in quibus voluntatem hominis non renati, ad peccatum dicunt liberam, & tamen peccati ſervam, captivam ac amiſſam. Itemque liberum arbitrium ſine gratia non valere, niſi ad peccandum. *Nemo enim putet*, ait Bernhardus de grat. & lib. arb. *inde dictum liberum arbitrium, quod aequa inter bonum & malum poteſtate aut facultate verſetur, alioquin nec Deus nec angeli ſive boni vel mali liberi arbitrii eſſe dicerentur, ſed ex eo potius liberum arbitrium dicitur, quod ſive in bono ſive in malo aeque liberam faciat voluntatem, cum nec bonus quiſpiam nec item malus dici debeat aut eſſe valeat niſi volens.*

§. LXI. Audiamus autem Bellarminum: 1.) adfert locum Eccl. XV. 18. *Deus reliquit &c.* (*) 2.) Quæ ex concilio Tridentino & decretis recentiorum Pontificum adducit, nullo apud nos loco habentur. 3.) Patres libertati neceſſitatem opponentes intelligunt neceſſitatem *coactionis*, non autem *immutabilitatis*, quidam etiam definiunt liberum arbitrium in homine ante lapſum, quidam agunt de libertate in actionibus externis, quæ omnino a nobis homini etiam poſt lapſum conceditur. 4.) Rationes, quas adfert, levioris ſunt momenti. *Si ad liberum arbitrium ſufficeret libertas a coactione, ſequeretur etiam in pecoribus eſſe liberum arbitrium.* Reſp. puerilis luſus, Bellarmini ingenio indignus. Dicimus, hominem non renatum neceſſario peccare, & tamen libere, quia voluntas depravata ſponte fertur ad malum abſque coactione: quam turpis ſophiſtica eſt, concludere ex eo, quod & bruta libere agant, quæ abſque coactione ſponte feruntur ad pabulum! Spontaneus motus in homine oritur ex voluntate ſeu adpetitu rationali, ſpontaneus motus in brutis oritur ex inſtinctu naturali & adpetitu ſenſitivo. Deinde *ſequetur in pueris, furioſis, ſomniantibus eſſe uſum liberi arbitrii, quia agunt ſponte.* Reſp. eadem ſophiſtica, ſpontaneus motus in pueris, furioſis, ſomniantibus oritur non ex uſu rationalis, ſed ſenſitivi adpetitus. Tertio *ſequetur, Deum per liberum arbitrium genuiſſe Filium, quia non coactus genuit.* Reſp. probat hoc noſtram ſententiam, Deus neceſſario (immutabiliter) genuit Filium, & tamen libere, quia non coacte, utique ergo neceſſitas (immutabilitatis) & libertas non pugnant immediate. Quarto *nulla remaneret quaeſtio de libero arbitrio.* Reſp. imo vero ſupereſt, quia hoc ipſum quæritur, an ea libertate homo poſt lapſum præditus ſit ad bonum & malum, qua inſtructus fuit ante lapſum. Denique *pugnantia haec ſunt dicere, quod liberum arbitrium ſit ſolutum a coactione, non a neceſſitate, cum ſit poteſtas electiva, quae non poſſit intelligi cum determinatione ad unum.* Reſp. in ipſo malorum genere datur electio, ut unum præ alio eligi poſſit, nec malum ut malum, ſed ſub ſpecie boni ab homine adpetitur, ſiquidem voluntas hominis, peccati ſervituti addicta, adpetitus ſenſitivi dominio ſeſe ſubjecit; quod ergo ille bonum judicat, illud eligit, ad id prono impetu fertur, interim ipſa voluntatis eſſentia manet, nec deſinit eſſe poteſtas electiva.

§. LXII. Cap. VI. reſpondet Bellarminus quibusdam dictis Auguſtini ac Bernhardi, quæ probant, hominis voluntatem peccato in deterius mutatam ſibi ipſi neceſſitatem facere, ut neceſſitas cum ſit voluntaria, excuſare non valeat voluntatem, nec voluntas excludere neceſſitatem, cum ſit neceſſitas quodammodo voluntaria, &c. Ita vero reſpondet, ut noſtram potius confirmet, quam evertat ſententiam. Concedit, *felicitatem neceſſario adpeti, & tamen libere, quia quoad exercitium & ſpecificationem in aliis rebus eligendis voluntas eſt libera.* Eodem modo & nos dicimus, hominem neceſſario peccare, & tamen libere, quia quoad ſpecificationem in ipſis peccato-

rum

(*) Ad hocce dictum *eccleſiaſticum* infra §. LXXVII. reſpondet GERHARDUS.

rum generibus voluntas eſt libera. Concedit, *per neceſſitatem non peccandi in vita aeterna non tolli liberum arbitrium, ſed potius confirmari.* Eodem modo & nos dicimus, per miſeram peccandi ſervitutem, cui in hac vita homo ante converſionem eſt ſubjectus, non tolli ipſam voluntatis eſſentiam, quo minus libere peccet. Concedit, *neceſſitatem conditionatam non repugnare libertati, ſed abſolutam, exemplum conditionatae neceſſitatis ponit, quod mala arbor non poſſit ferre bonos fructus, & tamen poſſit fieri bona.* Idem & nos dicimus, conditionatam, non autem abſolutam eſſe illam peccandi neceſſitatem in homine non renato, poteſt enim converti, renovari ac immutari, ut inſtar arboris primum malæ, poſtea vero ad bonitatem reductæ, ferat bonos fructus. Denique lib. III. cap. 16. diſputat, *Deum eſſe liberi arbitrii, qui tamen nihil agit niſi bonum.* Expendantur autem, quæ Pelagius diſputat apud Auguſtinum de nat. & grat. cap. XLVI. quod voluntatis arbitrio ac deliberatione privetur, quicquid naturali neceſſitate conſtringitur; & adparebit, ex qua ſchola hæc Bellarmini diſputatio prodierit.

SECTIO III.

EXAMEN LIBRI III. BELLARMINI DE NATURA LIBERI ARBITRII.

§. LXIII.

Pugna Scholaſticorum de libero arbitrio.

De natura liberi arbitrii incipit Bellarminus agere libr. III. & varias Scholaſticorum pugnas hac de re diſcutit. 1.) Lombardus vult, nomen liberi arbitrii ſignificare *conjunctionem duorum actuum*, id eſt, judicii rationis & electionis voluntatis. Durandus putat, dici *proprie de actu rationis*, id eſt, judicio; Thomas per liberum arbitrium *ſolius voluntatis actum* ſignificat. 2.) Hervæus docet, liberum arbitrium *proprie in actu conſiſtere, non in habitu vel potentia.* Bonaventura conſtituit *in habitu quodam naturali conſurgente ex ratione & voluntate.* Albertus docet, *liberum arbitrium eſſe potentiam, per habitum perfectam ſuperadditum, non tamen acquiſitum, ſed naturalem.* Quidam docent, liberum arbitrium *eſſe potentiam quandam univerſalem continentem ſub ſe potentias omnes animae intelligentis & ſentientis.* Alexandri Alenſ. ſententia eſt, liberum arbitrium *eſſe potentiam particularem, diſtinctam a ratione & voluntate.* Durandus docet, liberum arbitrium *eſſe ipſas potentias rationis & voluntatis, ſed magis rationis.* Scotus ſtatuit, liberum arbitrium *eſſe potentiam unam & particularem, ipſam videlicet voluntatem, eamque ita eſſe liberam, ut non pendeat nec determinetur a judicio practico rationis.* Thomas & ejus adſeclæ docent, liberum arbitrium *eſſe quidem potentiam unam & particularem, ipſam videlicet voluntatem, ſed radicem libertatis eſſe in ratione.* 3.) Gotofridus diſputat, *voluntatem humanam eſſe potentiam paſſivam.* Biel vero vult, liberum arbitrium *partim eſſe paſſivum, partim activum.* Thomas & alii quidam liberum arbitrium *ſimpliciter faciunt activum.* 4.) Occamus diſputat, *objectum liberi arbitrii eſſe bonum & malum*, reliqui vero omnes *tantum bonum eſſe proprium & primarium voluntatis objectum* ſtatuunt. 5.) Lombardus, Occamus & Biel ſtatuunt, liberum arbitrium *eſſe tantum futurorum.* Ariminenſis cenſet, *inchoationem actionis etiam in praeſenti liberam eſſe poſſe, tamen continuationem aliquam omnino eſſe neceſſariam.* Scotus & alii ſtatuunt, *non ſolum futuras, ſed etiam praeſentes actiones, nec tantum earum inchoationem, ſed etiam continuationem in liberi arbitrii poteſtate eſſe.* 6.) Scotus docet, *primum actum voluntatis ſeu amorem finis non ſolum elici a voluntate, ſed eſſe ſimpliciter liberum.* Capreolus diſputat, *primum amorem finis eſſe quandam complacentiam actualem erga bonum in univerſum, & voluntatem non niſi paſſive ad eam concurrere.* Ferrarienſis ſtatuit, *actum illum fieri ab ipſa voluntate efficienter, ita tamen, ut ſequatur ex inclinatione naturali.* Ex his Scholaſticorum pugnis manifeſte adparet, quid certi ab illis ſperandum ſit;

qui relicto ſcripturæ tramite ad vias philoſophorum abeunt.

An Lutherus Deum privet arbitrii libertate?

§. LXIV. Cap. XVI. probat Bellarminus, *Deum eſſe liberi arbitrii*, in quo nos habet ſibi, imo veritati ὁμοψῆφος: illud vero iniquum eſt, quod cap. præcedente Lutherum accenſet illis, *qui libertate arbitrii Deum ſpoliant, quia in adſertione articulorum artic. XXXVI. diſputat, omnia ex neceſſitate abſoluta evenire.* Sed tale quid eo loci non occurrit, ac, ſi vel maxime occurreret, nondum libertate arbitrii per id Deus privaretur, ſiquidem intelligitur neceſſitas in creaturis, non autem in ipſo creatore. Rem ipſam quod attinet, fatemur, Lutherum in libro de ſervo arbitrio ſcribere, quod omnia fiant ex abſoluta neceſſitate, ſed mentem ſuam clariſſime expoſuit in XXVI. cap. Gen. *Reſonabant & templa & ſcholae* (ait Chemnitius part. I. locorum pag. 425.) *immenſis liberi arbitrii encomiis; oppoſitae ergo ſunt iſtae diſputationes, ne in externis quidem arbitrium omnino eſſe liberum, nec potuit in principio tam diſtincte & commode haec intricata diſputatio declarari.* Eraſmus, Scholaſticos ſecutus, ex philoſophia potius & judicio rationis, quam ex ſcriptura vires liberi arbitrii defendebat, ut ergo ſuo eum Lutherus jugularet gladio, ex ipſis illis Eraſmi principiis, rationis ſcilicet judicio, contra adverſarium pugnabat εἰς τὐναντίον ἀποκλίνων, omnia abſoluta neceſſitate fieri contendens, nimirum *ut naturalis ratio, ſuperba illa domina, verbo ſeſe ſubjicere diſcat*, ut loquitur tom. III. latin. Jenenſ. f. 207. Alibi interim diſerte ſcribit & pugnat, Deum non eſſe peccati cauſam, tantum abeſt, ut liberi arbitrii Deum eſſe neget.

SECTIO IV.

EXAMEN LIBRI IV. BELLARMINI DE VIRIBUS LIBERI ARBITRII IN NATURALIBUS.

Quae vires hominis in notitia Dei naturali.

§. LXV. Libr. IV. de viribus liberi arbitrii agere incipit & probat, *naturae viribus cognoſci poſſe, Deum eſſe, & eſſe unum, & id genus alia;* cap. II. *requiri & ſufficere auxilium generale ad actiones naturales & civiles;* cap. IV. Quod libenter concedimus, eſt enim aliqua naturalis Dei notitia, ſed languida & imperfecta; novit ratio aliquam particulam legis divinæ, poteſt ex κοιναῖς ἐννοίαις & libro naturæ diſcere, quod ſit Deus, quod juſtus ſit, quod ſapiens, &c. Præditus inſuper eſt homo etiam poſt lapſum aliqua libertate in naturalibus & civilibus actionibus, poteſt externa delicta quodammodo cavere, & externam locomotivam utcunque regere, ſed libertas illa eſt imperfecta, ut patebit ex impedimentis hujus libertatis, quæ exponentur poſtea ſuo loco. Quæ de contradictionibus Lutheri & Philippi cap. 5. ſcribit, *quaſi omnem omnino etiam in externis & civilibus actionibus voluntatis humanae libertatem tollant*, hac de re videatur Chemnitius part. I. loc. cap. de cauſa peccati ſub finem. Non erubeſcit Lutherus cum Auguſtino fateri, ſe proficienter ſcripſiſſe, ideo etiam in poſterioribus editionibus operum Lutheri verba illa *adſert. art.* XXXVI. quod juxta Wicleſi doctrinam omnia abſoluta neceſſitate eveniant, ſunt omiſſa, uti etiam in locis poſterioribus Philippus mentem ſuam diſerte expoſuit, proinde ſententia dictorum ſumenda eſt ex occaſione dicentis. Scribunt autem contra immodicos liberi arbitrii encomiaſtas, idem igitur ipſis contigit, quod primitivæ eccleſiæ patribus, qui cum Manichæorum errores ſibi refutandos proponerent, nimium progreſſi indulgentius & incommodius de viribus liberi arbitrii ſunt locuti.

An dicendum ſit ſervum hominis arbitrium.

§. LXVI. Cap. VI. diſputat Bellarminus, *non poſſe ab inſigni temeritate defendi modum loquendi, quo nomen liberi arbitrii in nomen ſervi mutetur: 1.) cum inauditum ſit ſervi arbitrii nomen in ec-*

eleſia per totos mille quingentos annos. Reſp. adeone in eccleſia Chriſti peregrinum eſt illud Chriſti, Joh. VIII. 34. *Qui facit peccatum, peccati ſervus eſt;* & illud apoſtoli, Rom. VI. 20. *Cum ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiae.* Auguſtinus II. lib. contra Julian. *Hic hominem vultis perfici* (vos Pelagiani) *atque utinam Dei dono & non libero vel potius ſervo arbitrio.* lib. III. contra duas epiſt. Pelag. cap. 8. *Liberum arbitrium captivatum, non niſi ad peccatum valet.* in ench. cap. XXX. *Qualis quaeſo poteſt ſervi addicti eſſe libertas, niſi quando eum peccare delectat? liberaliter enim ſervit, qui ſui domini voluntatem facit, ac per hoc ad peccatum liber eſt, qui peccati ſervus eſt.* ſerm. III. de verb. apoſt. *Agis quidem Deo non adjuvante libera voluntate, ſed male, ad hoc idonea eſt voluntas tua, quae vocatur libera, & male agendo fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi ſine adjutorio Dei liberam voluntatem, quanquam illa non eſt libera, a quo quis enim devictus eſt, huic & ſervus addictus eſt, & omnis, qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* Bernhardus ſerm. VIII. ſup. Cant. *Anima ſub hac voluntaria & male libera neceſſitate & ancilla tenetur & libera; ancilla propter neceſſitatem, libera propter voluntatem.* 2.) *Omnes ſcriptores eccleſiaſtici diſertis verbis liberum arbitrium docuerunt.* Reſp. neque nos tollimus liberum arbitrium, ſi intelligatur vel interior atque eſſentialis voluntatis in agendo libertas, vel aliqua in actionibus externis & civilibus libertas, vel ipſa in peccati ſervitute libertas a coactione. 3.) *Si nomen arbitrii bonum; retinendum erit: ſin malum, cur in eccleſia tamdiu toleratum?* Reſp. retinemus, ſed cum debita & conveniente explicatione, nec abſolutam Manichæorum neceſſitatem, nec pelagianam arbitrii libertatem adprobantes.

SECTIO V.

EXAMEN LIBRI V. BELLARMINI DE VIRIBUS LIBERI ARBITRII IN MORALIBUS.

§. LXVII.

De viribus liberi arbitrii in moralibus.

Libro V. diſputat Bellarminus de libertate arbitrii in moralibus, ubi tractat primis XII. capitibus quæſtionem *de operibus infidelium moraliter bonis, ſintne ea peccata, cum fiant ſine fide,* qua de re ſuus erit poſtea dicendi locus. A capite XIII. uſque ad finem libri agit *de libero arbitrio in moralibus,* ac probare conatur, *hominem in ſtatu naturae corruptae libero arbitrio praeditum eſſe quoad moralia.* Sed ipſum quæſtionis & controverſiæ ſtatum nondum ſatis diſtincte ac dilucide proponit; concedimus enim, hominem non renatum habere aliquam libertatem faciendi opera legis externa, ac proinde in peccatis, quæ pugnant cum externa diſciplina, non eſſe neceſſitatem vel *coactionis,* vel *immutabilitatis.* Interim addimus, libertatis hujus varia eſſe impedimenta, tum interna, tum externa, quæ ſuo loco enumerabuntur; aliquam igitur ac limitatam arbitrii libertatem in operibus moraliter bonis hominibus nondum renatis concedimus. Sed quia illa ipſa opera moraliter bona coram Deo ſunt peccata, tum *finalis,* tum *efficientis* & *formalis* cauſæ ratione, maxime vero quia voluntas hominis nondum renati ſuis viribus non poteſt exſuere pravitatem nobiſcum naſcentem, ideo dicimus, eam peccati ſervam atque captivam eſſe. Hic ſcopus, atque hæc diſerta ſententiæ noſtræ explicatio ſi obſervetur, facile adparebit, quid probandum, quid improbandum ſit in tota illa ſatis prolixa Bellarmini tractatione de libertate arbitrii in moralibus. Miſcet enim Bellarminus diſtinctas quæſtiones, & per bonum morale intelligit non tantum externa legis opera, virtutes ethicas, juſtitiam civilem; ſed etiam vere bonum morale, quod coram Deo & in judicio Dei ſit bonum, cum tamen vel ex Vega lib. II. de imbecillit. naturæ cap. 12. potuiſſet diſcere, diſtinctas eſſe has quæſtiones, & a nobis etiam diſtingui. *Concedunt quidem* (ait Vega) *proteſtantes libertatem ad juſtitiam philoſophicam atque civilem, ſed non ad ſpiritualem atque divinam, hoc eſt, quoad opera legis externa*

terna, non interna: ubi etiam viam ſe inveniſſe arbitratur, qua cum Pontificiis Proteſtantes in hac quæſtione conciliare queat. Audiamus ergo Bellarmini argumenta.

Rationes pro libero arbitrio. 1.) Aut peccatum neceſſarium, aut voluntarium.

§. LXVIII. I.) *Aut peccatum eſt neceſſarium aut voluntarium; ſi eſt neceſſarium, igitur non erit peccatum; ſi voluntarium, igitur vitari poteſt, & proinde homo liberi arbitrii erit in moralibus.* Reſp. 1.) hoc ipſo argumento Cœleſtius Pelagianus olim uſus eſt, ut patet ex Auguſtino in libr. de perfect. juſtitiæ contra Cœleſtium, ſtatim in principio, ubi Cœleſtius ſic ratiocinatur: *Quod vitari non poteſt, peccatum non eſt. Nulla enim ratio vel juſtitia patitur ſaltem dici peccatum, quod vitari nullo modo poteſt.* Auguſtinus autem reſpondet: *vitari poteſt peccatum, ſi natura vitiata ſanetur gratia Dei per Jeſum Chriſtum.* In tantum enim ſana non eſt, in quantum id, quod faciendum eſt, aut cœcitate non videt, aut infirmitate non implet. 2.) Fatemur, in delictis externis politicis libertatem quandam homini relictam eſſe. Si vero in genere dicatur, nullum eſſe peccatum niſi voluntarium, hoc eſt, niſi fiat deliberata voluntate, ac ab homine caveri poſſit, negabitur omnino peccatum originis. 3.) Homo propria culpa incidit in miſeram illam peccandi ſervitutem, quam in poſteros propagavit. Bernhardus ſerm. LXXXI. in Cant. *Voluntas hominis in deterius mutata ſibi ipſa neceſſitatem fecit, ut neceſſitas, voluntaria cum ſit, excuſare non valeat voluntatem.* 4.) Pelagianorum erat olim hoc axioma, nullum eſſe peccatum niſi voluntarium, hoc eſt, niſi κατὰ προαίρεσιν conſulto & actione propriæ voluntatis committatur. Auguſtinus hæreſ. LXXXVIII. libr. III. contra Julian. c. 1. & 5. libr. II. de bono perſever. cap. 5. & 11. libr. IV. ad Bonifac. cap. 7. libr. II. de grat. & peccat. orig. cap. 13. libr. I. retract. cap. 13. & 15. Regerit Bellarminus, *quaeſtionem inter Auguſtinum & Pelagianos hanc fuiſſe, an poſſit homo vivere ſine omni peccato etiam veniali, non autem an ſingula peccata vitari poſſint?* Atqui nullum eſt peccatum ſui natura veniale, ſufficit ergo ad peccatum, corruptionem illam adhærere homini neceſſario, antequam renaſcatur, ſi vel maxime externa quædam delicta cavere poſſit. 5.) Proinde ſi *voluntarii* nomen accipiatur tantum pro libertate *a neceſſitate coactionis*, dicimus, ipſam illam naturæ corruptionem, ipſa interiora peccata, eſſe voluntaria, quia libere, non coacte, homo ſervit peccato; ſi vero *voluntarii* nomen accipitur pro libertate *a neceſſitate immutabilitatis*, negamus ad peccati rationem voluntarium pertinere: ſiquidem licet homo ante ſui regenerationem peccati jugo neceſſitate immutabilitatis ſit ſubjectus, tamen vere & proprie peccat, quia in miſeram illam peccati foveam ac ſervitutem primus humani generis parens libere ſe ipſum atque omnes poſteros præcipitavit. Regerit Bellarminus, *peccatum primi hominis, ex quo naturae corruptio orta eſt, juxta Calvini ſententiam, fuiſſe Dei decreto & inevitabili voluntate commiſſum.* Reſp. eccleſiæ noſtræ hac in parte a Calvino ſeſe ſejungunt, & publice fatentur, Adamum ſponte ac propria culpa ſeſe miſeræ iſti peccandi ſervituti ſubjeciſſe. Regerit & hoc, *quod peccatum originis & corruptio illa naturae ſit dimiſſa in baptiſmo, ut non imputetur, igitur nec poterunt imputari peccata ex illa corruptione orta, niſi accedat libera voluntas.* Reſp. τὸ non imputari ad reatum damnationis non tollit ipſum formale peccati, quaſi deſinat eſſe in ſe & ex ſe peccatum, quia non imputetur, ſiquidem poſſet omnino imputari, ſi Deus in judicium ſuum nobiſcum intraret. 6.) Diabolus neceſſario ſemper male agit, & tamen vere peccat, quomodo igitur omne peccatum voluntarium? Regerit Bellarminus, *in genere verum eſſe, quod daemones neceſſario male agant, nec poſſint niſi male agere, ſed falſum id eſſe in particulari, omnia mala, quae faciunt, illos neceſſario facere, cum poſſint multa non facere, quae faciunt, & ideo non neceſſitate, ſed voluntate peccata committant.* Reſp. eodem modo & nos dicimus, homines non renatos non poſſe niſi male agere, nec tamen omnia mala, quæ faciunt, illos neceſſario facere, cum reſpectu externorum delictorum poſſint multa non facere, quæ faciunt;

unt; ſufficit nobis, quod conceditur, dæmones non poſſe non male agere, & tamen vere peccare, ex quo evidenter patet, neceſſitatem immutabilitatis non excludere veram peccati rationem, quippe cum ſit neceſſitas propria culpa attracta. 7.) Quamvis homo non renatus neceſſario peccet, atque ex ſe & ſuis viribus aliter non poſſit, tamen non eſt hæc abſoluta quædam neceſſitas, quia poteſt per Dei gratiam converti, & ſic bonum agere, neque enim cum Manichæis dicimus, quosdam eſſe ἀλύτυς & χοικὺς, qui non poſſunt converti, ordinaria Spiritus ſancti diſpenſatione. Ac proinde magna differentia eſt inter peccandi ſervitutem, cui ſubjecti ſunt mali angeli, atque inter illam peccandi ſervitutem, cui homines mancipati ſunt; voluntas diaboli non eſt capax gratiæ ad converſionem, ſed voluntas hominis per Spiritum ſanctum converti poteſt; non diabolis, ſed hominibus propoſuit Deus media, per quæ in ipſorum cordibus vult eſſe efficax. Bellarminus hanc *paſſivam* capacitatem commutat in *activam*, dum inſidioſe ſcribit: *hominem peccatorem, dum in eo regnat cupiditas, non poſſe vitare peccatum, abſolute autem poſſe, quia poteſt cum Dei adjutorio exuere cupiditatem & induere caritatem.* Sub verbo enim *adjuvandi* (a quo tamen in ſano ſenſu accepto non abhorremus) etiam olim Pelagius venenum ſuum occultabat, ſic enim dicit apud Auguſtinum libr. I. contra duas epiſtolas Pelagian. cap. 19. *in omni opere bono hominem ſemper adjuvari a gratia*, & libr. IV. cap. 6. *gratiam adjuvare bonum cujusque propoſitum*, cui reſpondet Auguſtinus libr. III. cap. 4. *Tempore veteris teſtamenti in iis, qui ſecundum promiſſionem Filii erant, Spiritum ſanctum non ſolum adjutorem, (quod Pelagiani dogmati ſuo ſufficere exiſtimant) verum etiam largitorem fuiſſe dicimus virtutis, quod iſti negant.* libr. II. c. 9. *Hominum propoſitum adjuvat quidem ſubſequens gratia, ſed nec ipſum eſſet, niſi praecederet gratia.* in enchirid cap. XXXII. *Totum Deo detur, qui voluntatem hominis bonam praeparat adjuvandam, & adjuvat praeparatam, praecedit enim bona voluntas hominis multa Dei dona, ſed non omnia; quae autem non praecedit ipſa, in eis eſt & ipſa, nolentem praevenit, ut velit, volentem ſubſequitur, ne fruſtra velit.* Ex quibus manifeſtum eſt, gratiam adjuvantem ab Auguſtino tunc primum poni, quando ſine liberi arbitrii in homine nondum renato cooperatione gratia præveniens operata eſt velle, tunc enim adjuvat, ne fruſtra velimus. 8.) Peccatum a Johanne definitur, quod ſit ἀνομία, 1 epiſt. III. 4. nulla habita voluntarii ratione. Regerit Bellarminus, *in definitione peccati virtute contineri liberum arbitrium, cum lex non detur niſi iis, qui liberum gerunt arbitrium, fruſtra enim datur regula ei, qui non habet in poteſtate actiones ſuas; alioquin detur cauſſa, cur beſtiis nullae praeſcribantur leges?* Reſp. lex data fuit homini & cordi ipſius inſcripta in ſtatu integritatis, cum adhuc integras ad perfectam obedientiam vires obtineret, quod ſi propria culpa viribus illis ſemet ipſum homo privavit, nunquid propterea de jure exigendi ac repoſcendi, quod dederat, Deo quippiam decedit? minime vero. Ac ſi lex non pertinet ad eos, niſi qui per liberum arbitrium cavere poſſunt peccata, una litura delebitur peccatum originis in infantibus, ubi enim nulla lex, ibi nec ἀνομία; ubi non eſt ἀνομία, ibi nec peccatum.

2.) Ubi non eſt arbitrii libertas, ibi nec præmio nec pœnæ datur locus.

§. LXIX. II.) *Si non eſt in homine libertas arbitrii, nullus erit praemio aut poenae locus, id autem communi totius humani generis ſenſu ac conſenſu refellitur.* Reſpond. 1.) ſi de præmiis ac pœnis in foro politico agitur, concedimus, hominem nondum renatum habere adhuc libertatem dirigendi actiones externas & regendi externam locomotivam, proinde recte fit, quod bene agentibus præmia, ſed male agentibus pœnæ decernuntur, quod qui negare vellet, ipſum politiarum fundamentum ſubverteret, ſiquidem præmia ac pœnæ conſervant reſpublicas. 2.) Si agatur de præmiis ac pœnis in foro judicii divini, diſtincte reſpondendum. Præmia enim aut ſunt hujus, aut futuræ vitæ, perinde ut & pœnæ. Præmiis hujus vitæ ſive temporalibus remuneratur Deus externam hominum etiam non renato-

rum

rum diſciplinam, & delicta atrocia regulariter punit atrocibus pœnis, ut hac ratione conſerventur politiæ, Exod. I. 21. *quia timuerunt Ægyptiacae obſtetrices Deum, aedificavit illis domos:* præmiis æternis non remuneratur Deus niſi renatorum opera, idque non ex merito *condigni*, ſed ex gratuita *miſericordia*, nil Deus in nobis præter ſua dona coronat: qua ratione pertinet quæſtio ad renatos, quos eſſe τῦ Θεῦ συνέργυς in bonis operibus non diffitemur, ſiquidem liberata a peccati jugo voluntas novis a Spiritu ſancto donatis viribus cooperatur. 3.) Pœnas temporales & æternas juſtiſſimo ſuo judicio irrogat Deus illis, qui corruptam ex Adamo naturam trahunt, & peccato originali obnoxii naſcuntur, ſi vel maxime nondum habent liberi arbitrii uſum, quo hæreditarium illud peccati fœnus novis actualium peccatorum debitis augeant. Regerit Bellarminus, *non eſſe veram culpam, quae vitari non poſſit; alias nullam fore inter hominem ac pecudem differentiam.* Reſp. naſcuntur infantes peccati originalis jugo neceſſario obnoxii, quod ſuis viribus haud quaquam vitare poſſunt, ergo non eſt hæc vere & proprie dicta culpa, injuſtus igitur Deus, qui veram & proprie dictam pœnam illis hoc nomine irrogat. Rom. V. 14. *regnat mors etiam in eos, qui non peccant in ſimilitudinem praevaricationis Adae.* Porro inter hominem non renatum & pecudem hæc eſt differentia, quod ille voluntate præditus eſt, qua libere & non coacte peccato ſervit, licet non poſſit non peccare; hæc vero voluntarie non agit, licet ſponte & inſtinctu naturali agat, quod vel ex Lombardo ſuo diſcere poterat Bellarminus, qui diſerte ſcribit, *hominem ante reparationem gratiae non poſſe non peccare, & tamen libere peccare, nimirum quia voluntas ejus libera eſt a neceſſitate coactionis, non autem a peccati ſervitute*, lib. II. ſent. diſt. 25. I. regerit & hoc: *Si non eſt locus bono merito ſine libero arbitrio, eadem ratione non erit locus malo merito, eadem enim libertas ad praemium & pœnam requiritur.* Reſp. in actionibus *moraliter* bonis talis quædam libertas adhuc reliqua, quamvis voluntas hominis magis inclinet ad malum, quam ad bonum, quod ipſa illa præmia, quibus excitanda, & pœnæ, quibus refrenanda eſt, teſtatum faciunt; ſed quoad interiorem corruptionem, & quoad peccata cordis interiora non eſt in homine eadem libertas ad bonum ac malum meritum. Proinde conſecutio non valet, ſiquidem bonum eſt ex cauſſis omnibus integris, dicebat Dionyſius, ſed malum eſt ex una etiam cauſſa deficiente, inde mala hominis opera ſunt perfecte mala merita, ſed bona hominis opera non ſunt perfecte bona merita, ſiquidem ſunt imperfecte bona. Adde, quod nulla ſint coram Deo bona opera niſi renatorum, qui non amplius ſunt in ſtatu peccati, ſed in ſtatu gratiæ: ſufficit ad mala merita, Adamum primum generis noſtri parentem, ex quo naturæ corruptionem trahimus, perfectam ad bonum poteſtatem pro ſe ac poſteris a Deo accepiſſe. Quæſtio illa, quam coronidis loco huic argumento adtexit Bellarminus, *de meritis bonorum operum*, ſuum poſtea habebit locum, *negat ſibi ſuisque hominibus adverſari, quod Auguſtinus dicit, gratiam non eſſe ex merito*, tollat igitur, quæ de præparatione ad gratiam & merito *congrui* diſputantur a Scholaſticis.

§. LXX. III.) *Si non eſſet libertas arbitrii, non eſſent alii boni, alii mali, nec alii aliis meliores, quod falſum.* Reſp. 1.) ratione corruptionis originalis *ſimul omnes inutiles facti ſunt, nec ulla eſt diſtinctio, omnes ſunt peccatores.* Rom. III. 23. 2.) Ratione externorum actualium peccatorum diſcrimen quoddam eſt in non renatis, *Fabricius enim minus malus, quam Catilina, non veras virtutes habendo, ſed a veris virtutibus non multum deviando*, inquit Auguſtinus lib. IV. contra Julian. cap. 3. Concedimus igitur reſpectu illarum actionum, quæ pugnant cum externa diſciplina, aliquam eſſe in non renatis arbitrii libertatem. 3.) Ac ſemen originalis labis in aliis atque aliis copioſiorem profert ſegetem, ſiquidem fovetur in quibusdam prava educatione, conſortio pravorum, peccandi conſuetudine, licentiæ majoris arrogatione, ad quas cauſſas ſatanæ tyrannis accedit. 4.) Licet

3.) Si non eſſet arbitrii libertas, non eſſent alii boni, alii mali.

cet homo ex ſe & ſuis viribus non poſſit deponere connatam malitiam, tamen per miniſterium verbi & ſacramentorum Spiritus ſancti gratia converti poteſt, proinde etiam hoc ſenſu & reſpectu quidam homines boni, quidam vero mali, atque alii aliis ſunt pejores. Quidam enim præter connatam pravitatem actuali pertinacia verbum Dei aſpernantur, ſecure in peccatis contra conſcientiam perſeverant, & cum in profundum peccatorum devenerint, tandem omnes admonitiones contemnunt; quidam vero verbum audiunt, & gratia Spiritus ſancti ex illius auditu fidem concipiunt, renovantur de die in diem, & perficiunt quotidie ſanctificationem. Proinde etiamſi ante reparationem gratiæ nemo hominum coram Deo bonus ſit, quidam tamen per gratiam boni fiunt, quod in obſtinatis dæmonibus non contingit. 5.) Quid quod inter ipſos dæmones quidam ſunt reliquis pejores & nequiores Luc. XI. 26. quos tamen arbitrii libertate ad bonum inſtructos eſſe nemo dixerit. Regerit Bellarminus, *per electionem ac reprobationem divinam, quam Calvinus adduxerat, non poſſe diſſolvi argumentum.* Reſp. ſi cauſſam bonitatis ac malitiæ in hominibus ad abſolutum electionis ac reprobationis decretum Calvinus refert, ſuo faciat periculo, nobis cum ſententia illius in hac parte nihil eſt commune, qui converſionis opus ſolius divinæ gratiæ muneri adſcribimus, nec tamen abſolutum electionis decretum adprobamus, contra quod recte urgetur a Bellarmino, quod quidam renati indies magis proficiant ac perſeverent, quidam vero deficiant ac pereant. Sed ſi hoc fine id a Bellarmino adducitur, ut probet, etiam ante converſionem & in ipſa converſione ſuis liberi arbitrii viribus hominem gratiæ cooperari, mutatur ſtatus controverſiæ, & miſcentur diſtinctæ quæſtiones; aliud enim eſt de ſtatu ante reparationem, aliud eſt de ſtatu poſt factam reparationem agere.

4. Sublata arbitrii libertate tolluntur cohortationes, objurgationes etc.

§. LXXI. IV.) *Si tollitur liberum arbitrium, tolluntur cohortationes, objurgationes, laudes, vituperationes, præcepta, conſilia, monita & id genus alia, quod abſurdum.* Reſpond. 1.) leges civiles ferendæ omnino ſunt de illis tantum actionibus, quæ ſunt ἐφ' ἡμῖν, atque in illis præceptionibus ethicis ac moralibus ad id valent cohortationes, objurgationes, & alia hujus generis incitamenta, ut externam diſciplinam homo regat, & virtutis ſtudium ſectetur, quod in ipſius viribus eſſe non negamus, licet magna corruptio etiam hac in parte voluntati acceſſerit, quod ipſi illi cohortationum & objurgationum ſtimuli manifeſte teſtatum faciunt, quibus ad bonum indigemus, ad malum contra nimis proni ac proclives. 2.) Sed lex divina, ac cohortationes, objurgationes, vituperationes, promiſſiones ipſi additæ non eo fine (poſt lapſum) nobis proponuntur, quaſi noſtris viribus omnia illa, quæ a nobis requiruntur, etiam quoad interiorem cordis obedientiam præſtare poſſimus, ſed ut naturæ noſtræ corruptione ac virium ἀδυναμίᾳ agnita ad medicum noſtrum Chriſtum ſuſpiremus, ut, quod ex nobis non poſſumus, ipſius gratia implere valeamus. 3.) Hac de re contra Pelagianos eodem argumento uſos ita diſputat Auguſtinus de grat. & liber. arbitr. cap. XVI. *Magnum aliquid Pelagiani ſe ſcire putant, quando dicunt, non juberet Deus, quod ſcit, non poſſe ab homine fieri; quis hoc neſciat? ſed ideo jubet aliqua, quae non poſſumus, ut noverimus, quid ab illo petere debeamus. Ipſa eſt enim fides, quae orando impetrat, quod lex imperat.* cap. XV. *Meminerimus ipſum dicere;* facite vobis cor novum & ſpiritum novum, *qui dicit,* dabo vobis cor novum & ſpiritum novum. *Quomodo ergo, quod dicit, facite vobis, hoc dicit: dabo vobis? quare jubet, ſi ipſe daturus eſt? quare dat, ſi homo facturus eſt, niſi quia dat, quod jubet, & adjuvat, ut faciat, cui jubet? per gratiam fit, ut homo ſit bonae voluntatis, qui prius fuit voluntatis malae.* lib. II. contra duas epiſt. Pelag. cap. 10. *Nihil in ſcripturis ſanctis homini a Deo video juberi propter probandum liberum arbitrium, quod non inveniatur, vel dari ab ejus bonitate, vel poſci propter adjutorium gratiae demonſtrandum.* de corrept. & grat. cap. III. *O homo, in praeceptione cognoſce, quid debeas habere; in correptione*

ptione cognoſce, tuo te vitio non habere, in oratione cognoſce, unde accipias, quod vis habere. Bernhardus ſerm. L. in Cant. *Mandando impoſſibilia non praevaricatores Deus homines fecit, ſed humiles, ut omne os obturetur, & reus fiat totus mundus Deo, accipientes igitur mandatum & ſentientes defectum clamabimus ad cœlum, & miſerabitur noſtri Deus.* 4.) Dicimus igitur, legem in ſtatu integritatis homini propoſitam eſſe, cum perfectis adhuc liberi arbitrii viribus inſtructus eſſet, ſed victore peccato amiſſum eſt liberum arbitrium, proinde in ſtatu naturæ corruptæ *ex lege eſt agnitio peccati*, non autem noſtrarum virium. Rom. III. 20. Regerit Bellarminus: *a) Si homo non eſſet liberi arbitrii, ac nihilominus corriperetur, id perinde foret, ac ſi quis in puteum lapſus, ex quo emergere non poſſet, objurgaretur, quod non exiret, objurgari quidem talis poſſet, quod ſua culpa in puteum lapſus, non autem recte objurgaretur, quod inde non emergeret.* Reſp. imo vero utroque nomine objurgari poſſet, tum quod ſua culpa in puteum inciderit, tum quod exeundi facultatem ſibi ademerit, ac ſi perſuaſus eſſet talis, ſe adhuc poſſe ex puteo illo ſuis viribus emergere, recte ipſi diceretur, exi igitur a puteo, ut hac ratione ad agnitionem ἀδυναμίας perduceretur: pari ratione per lapſum protoplaſtorum incidimus in peccati foveam, e qua noſtris viribus eluctari nequaquam poſſumus, cum qua ἀδυναμία noſtrarum virium admiratio & perſuaſio conjuncta eſt, quod ex liberi arbitrii defenſoribus adparet. Deus igitur in præceptis oſtendit, quales eſſe, quidve habere deberemus, in correptione oſtendit, nos vitio noſtro non habere, ut hac ratione ad noſtri agnitionem perducamur. *b) Liberum arbitrium egere quidem Dei gratia, ſed eam gratiam, quae neceſſaria eſt ad faciendum, quod Deus praecipit, vel ad quod hortatur, nemini deeſſe*, inde Auguſtinum in libr. de corrept. & grat. *perpetuo haec conjungere.* Reſpond. ex corruptione & præceptis homini datis recte colligitur, eum adhuc eſſe libero arbitrio præditum, ſcilicet ſi nomine liberi arbitrii ipſa voluntas intelligatur; niſi enim poſſet homo per Spiritus ſancti gratiam velle, nunquam talia media ipſi proponerentur. Sed viciſſim ex correptione & præceptis minus recte concluditur, ſupereſſe in homine liberum arbitrium, ſcilicet ſi nomine liberi arbitrii intelligitur talis facultas, qua homo ſeſe ſuis viribus ad gratiam adplicare poſſit, ſiquidem Spiritus ſanctus hoc in homine efficit, ut velit, non excitando naturales liberi arbitrii vires, (quod vult Bellarminus) ſed novas ad hoc vires ipſi tribuendo. Sub finem hujus capitis Bellarminus nobis tribuit, quod ſtatuamus *renovationem hominis fieri per ſolam fidem*, quod aperte falſum eſt, aliud ſiquidem eſt regeneratio, aliud renovatio, licet ſint arctiſſime connexæ, regeneratio fit per fidem & quidem ſolam, ſed renovatio complectitur omnino plura, videlicet novos illos ſpirituales motus in corde hominis renati per Spiritum ſanctum accenſos.

Teſtimonia ſcripturæ pro libero arbitrio. 1. Quæ præcipiunt aliquid fieri.

§. LXXII. Expoſitis hiſce quatuor argumentis proponit Bellarminus ſex claſſes ſcripturarum. Prima *continet ea teſtimonia, quæ præcipiunt aliquid homini faciendum vel non faciendum. Praeceptum eſt regula bene vivendi, fruſtra autem datur regula ei, qui non poteſt deficere, aut non poteſt non deficere, quod argumentum dicit eſſe* Auguſtini in libr. de grat. & lib. arbit. Reſpond. 1.) quotiescunque vel Auguſtinus vel alii veteres ex præceptis, legibus, conſiliis &c. liberum arbitrium probant, intelligunt nomine liberi arbitrii, vel ipſam hominis voluntatem, quæ per lapſum utique non eſt amiſſa, vel facultatem libere, hoc eſt, absque coactione agendi, quam in ipſis etiam malis actionibus homo adhuc habet, vel libertatem quandam in actionibus moralibus & externis. Diſputant enim contra Manichæos, qui abſolutam neceſſitatem propugnabant. 2.) Si vero liberi arbitrii nomine intelligitur facultas præſtandi ea omnia ex ſuis viribus, quæ in lege homini præcipiuntur, negamus, talem facultatem in ipſo adhuc ſupereſſe, ſiquidem lex non eo tantum fine poſt lapſum homini data eſt, ut externam diſciplinam etiam à non renatis exigat, & in curſu bonorum operum rena-

renatos dirigat, ſed etiam ut interiora peccata & extremam naturæ noſtræ corruptionem arguat, quo ſenſu apoſtolus pronunciat, ex lege peccati agnitionem eſſe. Regerit Bellarminus: 1.) *Legem habere etiam hunc finem, ut ſit bene vivendi norma, cujus finis ratione neceſſario in homine exigat arbitrii libertatem.* Reſp. ſane præcepti etiam hic finis eſt, ut bene vivendi normam proponat, ſed ex eo nondum inferri poteſt, hominem ſuis viribus ſeſe omni ex parte huic normæ accommodare poſſe, cum ipſi etiam renati conquerantur, *legem eſſe ſpiritualem, ſe vero carnales ac ſub peccatum venundatos* Rom. VII. 14. 2.) *Idem eſſe, per legem peccatum cognoſci, & legem eſſe bene vivendi normam, cum ideo detur lex, per quam peccatum cognoſcatur, & cognitum vitetur.* Reſpond. confunduntur hac ratione diſtincti uſus ac fines legis divinæ, alius enim uſus legis eſt, quem obtinet arguendo non ſolum peccata externa, ſed etiam interiorem cordis immunditiem, qui finis legi competit tantum poſt lapſum, non vero in ſtatu integritatis: alius viciſſim ejus uſus eſt, quem obtinet præſcribendo bonorum operum normam, qui finis ei competit, tum in ſtatu integritatis, tum etiam poſt lapſum. Falſum & illud eſt, quod omne illud peccatum, quod a lege arguitur, & ex lege cognoſcitur, a nobis vitari poſſit; ſiquidem vitioſos interioris concupiſcentiæ motus lex arguit & peccata eſſe oſtendit, a quibus tamen ne ipſi quidem renati in hac quidem vita omnino liberari poſſunt, tantum abeſt, ut non renatis illud competat, proinde in vera cordis contritione miſeriam illam noſtram deploramus, ac merito Chriſti infirmitates illas tegi petimus, concupiſcentiis per Spiritum reſiſtimus, & ad plenam in futura vita libertatem ſeriis gemitibus adſpiramus. 3.) *Si vel maxime ſolis naturae viribus lex impleri nequeat, poſito tamen auxilio gratiae hominem vere eſſe liberi arbitrii, ita, ut poſſit legem implere vel eandem praevaricari.* Reſp. illud auxilium gratiæ datur in ipſa converſione a Spiritu ſancto, qui naturam noſtram incipit reformare ac renovare; non autem ita auxiliatur Spiritus ſanctus, ac ſi nos ipſi ex nobis ipſis cooperemur, ſed quia dat novas vires, accendit novos motus, & ex nolentibus volentes efficit: hæc renovatio, quia non ſtatim perfecta eſt, ſed quotidie creſcit, donec in æterna vita perficiatur, ideo etiam impletio legis perfecta in hac vita ipſis etiam renatis eſt ἀδύνατος, ut adparebit ſuo loco. In hoc capite obſervandum, quod auxilium gratiæ confert Bellarminus lumini ad videndum neceſſario, quemadmodum igitur lumine accedente poteſt homo videre, id eſt, reconditam videndi potentiam, quæ actu primo inerat, exſerere; ita adparet, per adjutorium gratiæ non intelligi a Bellarmino interiorem (ut ita loquar) voluntatis immutationem, ſed exteriorem tantum gratiæ aſſiſtentiam, voluntati ad exſerendas naturales ſuas vires neceſſariam. Quod ergo ex præceptis legis & promiſſionibus ac comminationibus legi additis concluditur, homines naturalibus ſuis viribus illa poſſe facere, in eo committitur fallacia finis. Quamvis enim homines ſuis viribus ea non poſſint præſtare, tamen adhuc multiplex eſt illarum præceptionum, promiſſionum ac comminationum uſus tum ipſius Dei, tum etiam hominum reſpectu. Ratione Dei harum præceptionum uſus eſt: 1.) ut quid ab homine jure Deus flagitet, oſtendat, 2.) ut teſtetur ſe eſſe extra culpam, ſi id præſtare homines nequeant, ad quod jure ſunt obligati. Per debitoris paupertatem ἀναίρετον, non tollitur jus creditoris. 3.) Ut corruptionem naturæ noſtræ ob oculos nobis proponat, ex lege præcipiente & prohibente non eſt agnitio δυνάμεως ſed ἀδυναμίας, depravationis & peccati Rom. III. 20. 4.) Ut de alieno auxilio proſpiciendum eſſe admoneat, quia *lex eſt paedagogus ad Chriſtum*, & peccatorum magnitudine nondum agnita, non poteſt dulceſcere Chriſti gratia. *Homines*, quibus tales præceptiones, promiſſiones ac comminationes proponuntur, aut ſunt pii & renati, aut impii & non renati. Ratione *piorum* eſt uſus harum præceptionum quadruplex. 1.) Agnoſcunt, in quanta perfectione homo conditus, lex enim ſpeculum eſt imaginis divinæ, ad quam olim homo conditus. 2.) Paternam Dei curam pro ſalute hominum ex illis deprehendunt. 3.) Naturæ corruptionem ardentius deplorare diſcunt. 4.) Quid a Deo petendum

 ſit,

fit, clarius cognoſcunt. Ratione etiam *impiorum* uſus harum præceptionum & comminationum non eſt nullus, quia illis tanquam fulminibus terrentur, & ad converſionem flectuntur, cum verbum admonens, corripiens, exhortans ſit medium ſeu organum, per quod Spiritus S. vult agere: aut redduntur illis ἀναπολόγητοι. Joh. XV. 22.

2. Quæ promittunt aliquid ſub conditione.

§. LXXIII. *Secunda* claſſis continet *ea ſcripturarum teſtimonia, quibus promittitur nobis aliquid a Deo ſub conditione, ſi voluerimus:* Eſa. I. ſi volueritis, bona terræ comederis. Amos V. Quærite bonitatem & vivetis. Matth. XIX. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Si eſt in poteſtate noſtra, praeſtare oblatam conditionem, dabitur utique liberum arbitrium. Si non eſt in nobis, manifeſta eſt irriſio.* Reſp. 1.) Auguſtinus de grat. & lib. arbit. cap. XVI. ſic reſpondet: *Ipſe qui dixit*, ſi volueris, conſervabis mandata, *in eodem libro eccleſiaſtico aliquanto poſt dicit*: quis dabit in ore meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum, ne forte cadam ab eo &c. *Cum ergo verum ſit, quod dixit*: Si volueris, conſervabis mandata, *quare quaerit in ore ſuo dari cuſtodiam? non enim ſufficit mandatum Dei & voluntas ſua, quandoquidem ſi voluerit, conſervabit mandata? Si hoc ei in praeſenti diceremus, rectiſſime nobis reſponderet & diceret: Ex iſta oratione mea, qua haec a Deo peto, intelligite, quomodo dixerit*, ſi volueris, conſervabis mandatum. *Certum eſt enim, nos ſervare mandata, ſi volumus, ſed quia praeparatur voluntas a Domino, ab illo petendum eſt, ut tantum velimus, quantum ſufficit, ut volendo faciamus. Certum eſt nos velle, cum volumus, ſed ille facit, ut velimus bonum, de quo dictum eſt*, Deus eſt, qui operatur in nobis velle &c. 2.) Teſtimonia illa, in quibus ſub conditione quippiam a Deo nobis promittitur, non ſunt unius generis; quædam enim loquuntur de promiſſionibus hujus vitæ, quod externam diſciplinam etiam non renatis præmiis temporalibus Deus remunerari velit: quædam vero loquuntur de promiſſionibus æternæ vitæ; atque illæ promiſſiones vel ſunt legales vel evangelicæ. *Legales* exigunt non qualemcunque externam, ſed numeris omnibus abſolutam obedientiam, quæ cum non ſit in viribus noſtris, ideo promiſſiones legis nobis ſunt inutiles, ac proinde quærendus eſt mediator Chriſtus in evangelio, in Chriſto omnes Dei promiſſiones ſunt ναὶ καὶ ἀμὴν, ſiquidem evangelicæ promiſſiones ſunt gratuitæ. 3.) Ergo non illudit Deus miſeriæ noſtræ, nec irridet nos legalibus ſuis promiſſis, ſed legem ſuam vult nobis eſſe pædagogum ad Chriſtum. Gal. III. 24. Siquidem ad cognitionem infirmitatis noſtræ nos deducere ſatagit, ut viribus noſtris diffiſi in ſolo mediatore Chriſto omne perfugium habeamus conſtitutum, *quod enim impoſſibile erat legi, quia per carnem infirmabatur, id praeſtitit Deus miſſo Filio ſuo*, Rom. VIII. 3. *qui eſt finis legis ad juſtitiam omni credenti*, Rom. X. 4. Raræ igitur ac firmæ ſunt promiſſiones legis ex parte Dei, neque ulla eis ineſt ironia, ſed irritæ redduntur ac inutiles noſtra culpa. Regerit Bellarminus: 1.) *Impii aut poſſunt ex hoc teſtamento divino proficere, cogitando vero ſuam indignitatem, & inde timorem ac dolorem concipiendo, ſeque coram Deo humiliando, vel non poſſunt; ſi poſſunt, habent liberum arbitrium; ſi non poſſunt, fruſtra adhiberetur hoc remedium.* Reſp. quamvis ex ſe & ſuis viribus impii non poſſint ſemet ipſos convertere, tamen voluntas ipſorum per Spiritum ſanctum mediantibus his promiſſionibus & comminationibus converti poteſt, ſunt enim efficax medium atque organon, per quod Spiritus ſanctus ipſorum corda immutat, cum verbo ſiquidem Spiritus ſanctus efficaciam ſuam conjunctam eſſe vult. Quando igitur ex auditu talium promiſſionum timorem Dei, fidem & propriæ indignitatis agnitionem impii concipiunt, id non eſt tribuendum liberii arbitrii viribus, ſed operationi divinæ gratiæ, quæ non ſolum verbum proponit exterius, ſed etiam interius efficaciter operatur. 2.) *Si vel maxime impii non poſſunt conditionem implere, tamen pii poterunt.* Reſpond. vere pii ſunt etiam regenerati, jam vero cum ipſa regeneratione conjuncta eſt renovatio, per quam conferuntur homini novæ vires ad bene operandum, noſtra autem quæſtio eſt, non quid

quid poſſit homo novis illis viribus, ſed quid naturalibus ſuis viribus vel ante converſionem vel in converſione poſſit. Præterea conditio de perfecta legis impletione homini etiam pio eſt ἀδύνατος, quippe qui de die in diem adhuc renovatur, nondum totus eſt renovatus, & in quantum nondum renovatus, in tantum adhuc ſub vetuſtate eſt. Auguſtinus lib. II. de pecc. merit. & remiſſ. cap. 7. Ubi vero nondum plena ac perfecta renovatio, ibi etiam nondum poteſt eſſe perfecta legis impletio.

3. Quae docent, per hominem ſtetiſſe, quo minus peccata vitaret.

§. LXXIV. *Tertia* claſſis continet ea teſtimonia, *quae docent, per hominem ſtetiſſe, quo minus bene ageret, & peccata vitaret.* Num. XIV. *Gladio corruetis, eo quod nolueritis acquieſcere Domino.* Deut. XXX. *Mandatum, quod praecipio tibi, non eſt ſupra te.* Eſa. V. *Quid potui facere vineae meae & non feci?* Jer. VII. *Haec gens non audivit vocem Domini ſui, ideo projecta eſt a Domino.* cap. XXXII. *Quia induraſtis cor veſtrum, & noluiſtis obedire Domino, haec omnia mala evenerunt vobis.* Matth. XXIII. *Quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti.* Act. VII. *Vos ſemper reſiſtitis Spiritui ſancto. Si poteſt is, qui peccat, non peccare, habebit liberum arbitrium. Si non poteſt non peccare, fruſtra Deus de homine queritur.* Reſp. 1.) dicta hæc itidem non ſunt unius generis, quædam enim loquuntur de externa diſciplina & actionibus moralibus, in quibus concedimus quandam homini libertatem. 2.) Quædam vero loquuntur de ipſo converſionis opere: in talibus dictis nequaquam ita poteſt concludi: homo poteſt Spiritui ſancto reſiſtere, opus converſionis impedire, ergo etiam ex ſe poteſt Deo adſentiri, gratiæ divinæ cooperari; hæc illatio non valet propter evidentem diſparitatem rationis, ſiquidem ad malum plusquam proni ac proclives ſumus, ſcriptura & experientia teſte, ſed non poſſumus aliquid boni cogitare ex nobis tanquam ex nobis. Ambroſius libr. II. de vocat. gent. cap. 9. *Licet inſit homini velle bonum, tamen niſi donatum non habet velle bonum, illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam.* Auguſtinus in ſoliloq. cap. XV. *Quod cecidi, fuit ex me, quod ſurrexi, fuit ex te.* Alcuinus in IV. Pſalm. poenit. *Sordidare me potui, ſed emundare nequeo, niſi tu, Domine Ieſu, ſancti ſanguinis tui adſperſione mundum me facias.* Ergo propter naturæ corruptionem poteſt homo Spiritui ſancto converſionem operanti reſiſtere, poteſt verbum Dei repellere, ſe ipſum vita æterna indignum judicare, ſed non poteſt vel prævenire ſuis conatibus gratiam, vel oblatam ſuis viribus acceptare. 3.) Quare ex dictis illis, in quibus homini tribuitur culpa, quod per ipſum ſteterit, quo minus converſus & ſalvatus fuerit, non debet inferri, quod Spiritui ſancto in converſione potuerit vel poſſit cooperari ſuis viribus, ſed hoc tantum ſequitur, quod naturam peccato corruptam ex primis parentibus trahendo, ac media converſionis reſpuendo, ſe ipſum homo converſionis & ſalutis gratia indignum reddat. Merito igitur accuſat Deus tum ἀδυναμίαν illam primorum parentum peccato attractam, tum actualem hominum pertinaciam, qua oblata converſionis ac ſalutis media repudiant. Regerit Bellarminus 1.) *Malitiam illam ex primo parentum peccato contractam non eſſe culpam, ſed pœnam.* Reſp. hac ratione negatur in univerſum peccatum originis. Oſtendimus ſuo loco, concupiſcentiam pravam (per quam apoſtolus definit originale peccatum) eſſe & pœnam & culpam, plane igitur Pelagianum eſt, quod hoc loco Bellarminus ſcribit: *Sicut homini* (inquit) *a nativitate cæco non recte quis vitio vertet, ſi inter ambulandum impingeret, etiamſi cæcitas illa ex peccato originali deſcendat: ſic etiam non recte peccatores reprehenderentur, cum praecepta divina transgrediuntur, ſi abſque libera conſenſione ex ſola naturae corruptione, quae ex peccato primi hominis in nobis haeret, praecepta Domini violarent.* Invertimus autem ſimile illud hoc modo: quemadmodum in eo, qui vel ſcortationibus, vel ebrietate, vel aliis peccatis cœcitatem ſibi attraxit, cœcitas & culpa eſt & pœna: ita miſera illa peccati ſervitus per originale peccatum propria Adæ culpa attracta & pœna eſt & culpa. Auguſtinus lib. V. contra Julian. cap. 3. *Cæcitas cordis & peccatum eſt, qua in Deum*

non creditur, & pœna peccati, qua cor ſuperbum digna animadverſione punitur, & cauſa peccati, cum aliquid cæci cordis errore committitur. 2.) *Poſſunt homines peccatores audita iſta objurgatione taedio peccatorum adfici & in viam redire, utique ergo habent liberum arbitrium.* Reſpond. illæ ipſæ objurgationes ſunt veluti malleus legis, quo Spiritus ſanctus hominum corda conterit, ac converſionem in eis operari incipit, hoc ergo tantum ſequitur, quod ſit in hominibus voluntas, quæ per Spiritum ſanctum talibus mediis poſſit immutari, non autem quod ipſa voluntas ſuis viribus ſalutariter iſtis mediis uti, ac Spiritui ſancto cooperari poſſit. 3.) *Locus* Deut. XXX. *loquitur non de facilitate cognitionis, ſed obſervationis.* Reſp. hac de re dicetur ſuo loco in quæſtione de legis impletione.

4. Quæ docent, Deum explorare vires hominis.

§. LXXV. *Quarta* claſſis ſcripturarum continet ea teſtimonia, *quae docent, Deum quaſi recedere & explorare, quid homines faciant, & quorſum ſtudia ſua convertant.* Deut. VIII. Adduxit te Deus per deſertum, ut tentaret te & nota fierent, quæ in animo tuo verſantur, utrum cuſtodires mandata illius an non. Deut. XIII. Tentat vos Deus, ut videat, an diligatis eum toto corde. *At fruſtra exploraret Deus; quid homines facere velint, niſi poſſent rem eandem facere & non facere.* Reſp. dicta illa, & quæ ſunt illius generis, plura loquuntur vel de renatis vel de non renatis. Si prius; ſunt a quæſtione aliena, neque enim quærimus, an per Spiritum S. renati poſſint Deum diligere toto corde, & mandata ejus cuſtodire, ſed de non renatis, quid illi naturalibus liberi arbitrii viribus poſſint. Si poſterius; per hanc tentationem & explorationem non manifeſtatur quædam δύναμις, ſed extrema potius naturalium virium ἀδυναμία, quid enim poterunt non renati ſuis viribus, cum ipſi etiam renati carnis vetuſtati adhuc obnoxii turpiter corruant & collabantur, ſi vel paululum gratiam ſuam Deus ſubtrahat. Bernhardus ſerm. XXXII. in Cant. *Quis credat parieti, ſi ſe dicat parturire radium, quem ſuſcipit per feneſtram?* Thomas p. II. q. 4. art. 4. *fidem facit gratia non ſolum, quando fides de novo incipit eſſe, ſed etiam, quamdiu fides durat. Deus ſemper operatur juſtificationem hominum, ſicut ſol ſemper operatur illuminationem aëris.* 2.) Per explorationem illam in quibusdam locis non intelligitur gratiæ deſertio, quaſi hominem Deus ſua gratia deſerat, vel eam homini deneget, ut adpareat, quid ſuis viribus poſſit, ſed variarum calamitatum immiſſio, qua permittit Deus homines adfligi, ut ad Chriſtum compellantur, quemadmodum enim *lex eſt paedagogus ad Chriſtum,* Gal. III. 24. ita mala illa, quæ nos premunt, ad Deum ire compellunt. Regerit Bellarminus: 1.) *Hac ratione nihilominus ſtabiliri liberum arbitrium. Si enim poſſunt homines adflicti quaerere Deum, quod ante non faciebant, certe habent liberum voluntatis arbitrium.* Reſp. voluntatem habent, quæ per Spiritum S. liberata ac renovata, non autem naturalibus ſuis viribus bonum poteſt velle. Adflictiones & calamitates ſunt veluti reales conciones legis, ergo ſunt medium, per quod Spiritus S. vult opus converſionis inchoare, nec probant, quod homo converſioni ſuæ ex ſe cooperari poſſit, ſed quod Spiritus S. non absque mediis eam operari velit. 2.) *Si cum auxilio gratiae poteſt homo Deum quaerere & non quaerere, poterit gratiae cooperari & non cooperari.* Reſp. per auxilium illud gratiæ intelligit Bellarminus ſuaſionem, excitationem, hortationem, &c. qua Spiritus S. innatas liberi arbitrii vires erigat, & in actum deducat, cum per illud auxilium intelligenda ſit regeneratio & renovatio, qua novæ vires homini dantur, quibus eum jam renatum ac renovatum gratiæ divinæ cooperari vel non cooperari poſſe concedimus.

5. Quæ docent, hominem poſſe adpetitui ſuo dominari.

§. LXXVI. *Quinta* claſſis habet duo quædam teſtimonia ſcripturæ: Gen. IV. *ſub te ſit adpetitus tuus, & tu dominaberis illi.* Eccl. XV. *Deus initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui, adjecit mandata & praecepta. Si volueris mandata ſervare, conſervabunt te.*

Ad-

Adpoſuit tibi aquam & ignem, ad quod voluеris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit, datur illi. Ad *prius* reſp. 1.) Chryſoſtomus hom. XVIII. in Gen. textum accipit non de peccato, ſed de Abele, ut ſit ſenſus, ad te erit converſio ejus (fratris Abelis) Quare fratri iraſceris, cum ille te diligat, & in poſterum tanquam fratrem primogenitum ſit reveriturus, cui interpretationi favere videtur non ſolum verſio LXX. interpretum πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ, ſed etiam textus hebræus, qui habet adfixum generis maſculini תְּשׁוּקָתוֹ. Sed enim huic Chryſoſtomi explicationi non adeo inſiſtimus, quia חַטָּאת maſculinum eſt, ut patet Jer. V. 25. Pſalm. CIII. 10. Eccleſ. X. 4. Proinde adfixum maſculinum adprime poteſt ad peccatum referri, & referendum eo eſſe docent circumſtantiæ, unde Ambroſius lib. II. de Cain. cap. 7. & Auguſtinus lib. XIX. de civit. Dei cap. 7. hanc Chryſoſtomi explicationem repudiant. 2.) Quidam reſpondent, in Hebræo non haberi, *ſub te eſt adpetitus peccati*, ſed poni ſententiam abſque expreſſo verbo, intelligendum autem eſſe non verbum præſens, ſed futurum, ut docet membrum poſterius, ut plena ſit ſententia: *Sub te erit adpetitus peccati, & tu dominaberis illi.* Jam vero Hebræi utuntur futuris pro imperativis, ut notum, at ſuperius oſtendimus, ex præceptis non poſſe colligi, quod omnia illa, quæ præcipiuntur, noſtris viribus præſtare poſſimus. 3.) Sed concedamus, tale quid Caino hic præcipi, quod præſtare poterat, nihil hoc ſententiæ noſtræ derogabit; Dominus Cainum dehortatur a ſcelere fratricidii, jam vero concedimus factum externum ab hominibus reprimi, & locomotivam externam utcunque regi poſſe. Vox תְּשׁוּקָה ab excurrendo & defluendo deſcendit, & ſignificat vehementem adfectum, qui inſtar ferventis aquæ ebullit, hunc igitur reprimi, huic vim adhiberi Deus jubet, ne in externum factum erumpat. 4.) Si ad internam obedientiam & ipſius adfectus interiorem repreſſionem hæc verba referantur, dicimus, ex præcepto non poſſe colligi, quod ſuis viribus, id quod præcipitur, homo non renatus præſtare poſſit. Cohortatus fuerat Deus Cainum in præcedentibus verbis ad ſeriam pœnitentiam, huic Dei mandato ſi locum dediſſet Cainus, potuiſſet ſane auxilio Spiritus S. adfectibus carnis reſiſtere, licet viribus naturæ non potuiſſet. Ambroſius lib. II. de vocat. gent cap. 13. *Ad te tua culpa revocetur, noli peccato regnum in te dare, ſed tu potius in ipſum ſume dominatum.* Auguſtinus lib. XV. de civit. Dei cap. 7. *Poteſt quidem ita intelligi, ad ipſum hominem converſionem debere eſſe peccati, ut nulli alii quam ſibi ſciat tribuere debere, quod peccat. Haec eſt enim ſalubris pœnitentiae medicina & veniae petitio non incongrua, ut ubi ait, ad te enim converſio ejus, non ſubaudiatur: erit, ſed ſit, praecipientis videlicet non praedicentis modo. Tunc enim dominabitur quisque peccato, ſi id ſibi non defendendo praepoſuerit, ſed pœnitendo ſubjecerit, alioquin & illi ſerviet dominanti, ſi patrocinium adhibuerit accidenti, &c. Quieſce, id eſt, manus a ſcelere contine, non regnet peccatum in tuo mortali corpore, ad te enim converſio ejus, dum non adjuvatur relaxando, ſed quieſcendo frenatur, & tu dominaberis illi, ut cum forinſecus non permittitur operari, ſub poteſtate mentis regentis & benevolentis, adſueſcat etiam intrinſecus non moveri.* Lutherus in Gen. cap. IV. p. 61. *Adpetitus ad te, id eſt, ſicut Paulus dicit*, peccatum eſt in membris tuis. *Item*, caro concupiſcit adverſus ſpiritum, *ſed ideo, quia hunc peccati motum ſentis; non damnaberis, ſi te ſolicitat peccatum, dominare ei per fidem, nec ſine, ut tibi dominetur.* Ex quibus omnibus patet, quid reſpondendum ſit Bellarmino, qui hoc potiſſimum in iſto dicto urget, quod Deus nec promittat, nec jubeat, ſed ſignificet peccatum eſſe in poteſtate peccantis, item neminem jubere impoſſibilia, niſi ſit inſanus aut furioſus.

§. LXXVII. Ad *poſterius* eccleſiaſtici dictum reſpondemus: 1.) liber eſt extra canonem. 2.) Loquitur Syracides de ſtatu hominis ante lapſum, qualis ſcilicet a Deo creatus, perfectis ad bonum viribus

Eccleſ. XV. Ante hominem bonum & malum.

ribus inſtructus, ex eo autem non poteſt colligi, quod talis adhuc hodie ſit ipſius ſtatus, fecit quidem Deus hominem rectum, ſed ipſe ſe miſcuit infinitis quæſtionibus, Eccleſ. VII. 30. ubi idem eſt vocabulum יצר, quod Gen. VI. 5. & VIII. 12. de corruptione humanæ naturæ per peccatum introducta uſurpatur. Quemadmodum igitur ex eo, quod *homo* dicitur primum *creatus ad imaginem Dei*, Gen. I. 27. non poteſt colligi, quod adhuc ſit particeps iſtius imaginis, ſiquidem *Adam genuit filium ad ſuam imaginem*, peccato miſere corruptam ac defœdatam; Gen. V. 3. quemadmodum etiam ex eo, quod dicitur *Deum creaſſe omnia valde bona*, Gen. I. 31. non poteſt colligi, quod homo adhuc ſit valde bonus in ſubſtantia & accidentibus, quia poſt lapſum *vidit Deus, quod multa malitia ſuper terram:* Gen. VI: 5. ita ex eo, quod homo quoad bonum & malum in manu conſilii ſui relictus dicitur, non poteſt colligi, quod adhuc perfectis illis ad bonum viribus ſit inſtructus, ſiquidem peccatum faciens peccati ſervus factus, adeo, *ut non ſimus idonei cogitare aliquid boni ex nobis tanquam ex nobis*, 2. Cor. III. 5. 3.) Hinc Auguſtinus lib. III. hypognoſt. *Quid eſt, reliquit illum* (Adamum) *in manu conſilii ſui, niſi dimiſit eum in poteſtate liberi arbitrii ſui, in manu enim poſſibilitas intelligitur. Ipſa eſt prima gratia, qua primus homo ſtare potuiſſet, ſi ſervare mandata Dei voluiſſet. Hac ergo per inobedientiam deſolatus homo judicio juſto factus eſt ſerpenti, id eſt, diabolo, cui maluit obedire, quam Deo, captivus: & ideo ſcriptum eſt, a quo enim quis ſuperatus eſt, huic & ſervus addictus eſt.* Regerit Bellarminus 1.) Auguſtinus de grat. & lib. arbit. cap. 2. *hunc ipſum locum adfert ad probandum liberum arbitrium.* Reſp. per liberum arbitrium intelligit Auguſtinus ipſam hominis voluntatem, quæ a coactione eſt libera, licet a peccati ſervitute non ſit libera. 2.) *Locus eccleſiaſtici oſtendit in homine etiam poſt lapſum ſupereſſe liberum arbitrium, dixerat enim paulo ante:* ne dicas, Deus me implanavit, *id eſt, ne referas cauſam ſceleris in Deum; &* *continuo addit*, quoniam Deus reliquit hominem in manu conſilii ſui, *quae ratio nihil efficeret, niſi ſignificare vellet eccleſiaſticus, liberum arbitrium initio datum primo homini, nunc etiam in poſteris permanere.* Reſp. in externis quidem ſceleribus cohibendis homo adhuc libertatem quandam habet, ſed pravitatem naturæ nobiſcum naſcentem ſuis viribus deponere & peccati ſervitute exire nequit: nihilo tamen minus recte ad ipſum dicitur, quod cauſam peccati non debeat referre in Deum, qui perfectis ad bonum viribus primitus eum inſtruxit, ac miſera illa peccandi ſervitus, cui poſt lapſum ſubjecti ſumus, non eſt referenda ad decretum quoddam Dei ſanguinarium, quo impulſus fuerit Adamus ad lapſum, & poſteri ejus in peccati foveam præcipitari, ſed propriæ Adami culpæ accepta ferenda, ſiquidem ipſe rectus & perfectus a Deo creatus propria voluntate ab ipſo defecit. 3.) *Verbis illis adloquitur eccleſiaſticus homines, qui nunc ſunt.* Reſp. homines non renati habent quandam libertatem in actionibus externis moraliter bonis, renati adhuc longe majorem, utrisque igitur proſunt tales admonitiones. Auguſtinus de grat. & lib. arbitr. c. XVI. *Semper eſt in nobis voluntas libera, ſed non ſemper eſt bona: aut enim a juſtitia libera eſt, quando ſervit peccato, & tunc eſt mala, aut a peccato libera eſt, quando ſervit juſtitiae, & tunc eſt bona. Gratia vero Dei ſemper eſt bona, & per hanc ſit, ut ipſa bona voluntas, quae jam eſſe cœpit, augeatur, & tam magna fiat, ut poſſit implere divina mandata, quae voluerit, cum valde perfecteque voluerit. Ad hoc enim valet, quod ſcriptum eſt.* Eccl. XV. Si volueris, conſervabis mandata, *ut homo, qui voluerit, & non potuerit, nondum ſe plene velle, cognoſcat, & oret, ut habeat tantam voluntatem, quanta ſufficit ad implenda mandata &c.* Eccl. XVI. *Ipſe qui dixit*, ſi volueris, conſervabis mandata, *in eodem libro eccleſiaſtico aliquanto poſt dicit:* Quis dabit in ore meo cuſtodiam &c. *ex iſta oratione intellige, quomodo dixerit:* ſi volueris, conſervabis mandata, *certum eſt enim, nos mandata ſervare, ſi volumus, ſed quia praeparatur voluntas a Domino, ab illo petendum eſt, ut tantum velimus, quantum ſufficit ut volendo faciamus. Certum eſt, nos velle, cum volumus, ſed ille facit,*

ut velimus, de quo dictum eſt, praeparatur voluntas a Domino &c. 4.) *Niſi concedatur homini liberum arbitrium, non poteſt coërceri carnis malignitas, ne culpae cauſam in Deum transferat.* Reſp. minime vero, naſcuntur homines ſub peccati jugo, quod primi parentis voluntate & diaboli fraude in mundum introductum ad omnes pertranſit. Auguſtinus lib. III. hypogn. cap. I. *De natura vitiata, id eſt, de protoplaſtis hominibus, quorum ſumus & ipſi natura, in quibus eſt vitiata libertas, homo voluntatis ſanae perfectio videlicet libertatis arbitrio, quo ſibi ſufficiat, non poteſt exoriri.* Præterea paravit Deus huic morbo naturæ noſtræ remedium in miniſterio verbi, quod quia multi contemnunt ac rejiciunt, non Deum, perfectæ naturæ creatorem, perditæ vero medicum ac inſtauratorem, ſed ſe ipſos potius accuſent.

§. LXXVIII. *Sexta* claſſis alia quædam ſcripturæ dicta proponit. I.) Deut. XXX. 19. *Conſidera, quod hodie in conſpectu tuo propoſuerim vitam & bonum, & e contrario mortem & malum.* Et poſtea: *Teſtes invoco cœlum & terram, quod propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem, elige ergo vitam. Ubi Moſes non loquitur de ſtatu innocentiae, ſed ad Hebraeos, qui tunc erant cum ipſo, quibus liberam relinquit boni vel mali electionem.* Reſp. proteſtatur Moſes maxima cum ſolennitate, quod in docendis illis, quæ ad temporalem & æternam Iſraëlitarum ſalutem pertinent, nihil quicquam diſſimulaverit, ſed quod oſtenderit viam obſervationis mandatorum Dei, quæ ducit ad vitam, & graviter monuerit, ut caveant viam transgreſſionis mandatorum Dei, quæ ducit ad mortem. Ex eo autem non poteſt nec debet colligi, quod homo poſſit totam legem implere, multo minus, quod ſuis liberi arbitrii viribus illud poſſit, *mandatum* enim, *quod datum nobis ad vitam*, id propter corruptionem naturæ noſtræ *invenitur cedere ad mortem*, Rom. VII. 10. *Quod legi erat impoſſibile, quia per carnem infirmabatur, id praeſtitit Deus miſſo Filio ſuo.* Rom. VIII. 3. Proinde in obſervatione mandatorum non amplius nobis ſpes vitæ, ſed in Chriſto, *qui eſt finis legis ad juſtitiam omni credenti*, Rom. X. 4. Ideo, juxta interpretationem apoſtolicam in illo ipſo X. capite, Moſes & legalem operum & evangelicam fidei juſtitiam hoc loco deſcribit: ſiquidem non ſolum legem, ſed etiam vaticinia de Chriſto tum in claris promiſſionibus, tum in ſacrificiorum typis Moſes ſuis Iſraëlitis propoſuit; in hac ſua doctrina vitam ipſis propoſitam dicit, nimirum hoc ordine & modo. Ex legis doctrina eſt peccati agnitio, ideo lex pædagogus ad Chriſtum, in quem qui credit, regeneratur & juſtificatur, (quam regenerationem & juſtificationem Moſes nominat benedictionem) cum hac regeneratione conjuncta eſt renovatio, per quam *circumciditur cor noſtrum*, ut loquitur Moſes, v. 6. ut legi divinæ obedientiam præſtare poſſimus; ſed quia primitias tantum ſpiritus accipimus, nec in hac vita omnibus numeris perfecta eſt renovatio, ideo impletio non eſt perfecta, ac proinde ne ipſis quidem renatis ex lege juſtitia & ſalus eſt ſperanda, tantum abeſt, ut non renatis ea competat. II.) Joſ. XXIV. 15. *Optio vobis datur, cui ſervire potiſſimum debeatis; ubi populo relinquitur liberum, velitne Deo vero cultum adhibere, an idolis, id eſt, bene agere vel peccare.* Reſp. cultus Dei eſt vel *interior* vel *exterior*, interiorem & verum Dei cultum ſuis viribus nec præſtare nec inchoare poſſunt non renati, exteriorem vero quodammodo præſtare poſſunt illi, quibus in verbo voluntas Dei patefacta. Agit hoc loco Joſua cum Iſraëlitis jam converſis & per circumciſionem in fœdus Dei receptis, nec ideo dat optionem, quaſi penes ipſos ſit eligendi libertas, ſed ut publicam veri Dei confeſſionem & obligationem voluntariam ad ipſius cultum ab ipſis eliciat, atque ut hac ratione pii confirmentur in ſua religione, hypocritæ vero reddantur inexcuſabiles, ſi vel in hypocriſi perſeverent, vel palam ab hac religione poſtea deficiant. III.) Eccl. XXXI. *Qui potuit transgredi, & non eſt transgreſſus, facere mala, & non fecit, ideo ſtabilita ſunt bona ejus; ubi vir bonus ideo dicitur laude & praemio dignus, quia potuit malum*

6. Deut. XXX. Propoſui tibi bonum & malum.

Eccleſ. XXXI. Qui potuit transgredi & non eſt transgreſſus.

ſum facere, & non fecit. Reſp. non agitur hoc loco de ſalutari ad Deum converſione, vel de facultate adplicandi ſe ad bonum & malum; ſed de externo divitiarum uſu, quæ multis ſunt inſtrumenta ac nervi ad peccandum, quibus etiam non renatos honeſte ac recte uti poſſe, teſtantur ſaniorum ethnicorum dicta & exempla, ſed ex eo vires liberi arbitrii in ſpiritualibus non poſſunt probari. IV.) 1 Cor. VII. 37. *Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, ſervare virginem ſuam, bene facit.* Reſp. Cœleſtius etiam hoc argumento utebatur, ſed reſpondet Auguſtinus in lib. de perfect. inſtit. *quaſi pro magno habendum ſit velle nubere, ubi de adjutorio divinae miſericordiae diſputatur.* Virginem elocare vel non elocare pertinet ad externas actiones, in quibus liberum arbitrium adhuc vires quaſdam habet. V.) 2. Cor. IX. *Unusquisque prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia aut neceſſitate, ubi* προαίρεσις *homini tribuitur.* Reſp. ecquis vero in externis actionibus, qualis eſt eleemoſynarum largitio, voluntatis προαίρεσιν homini adimit? adde, quod de renatis apoſtolus hoc loco agat.

1. Cor. VII. Qui ſtatuit in corde ſuo ſervare virginem.

2. Cor. IX. Prout quisque deſtinavit in corde.

§. LXXIX. Dicta patrum quod attinet, ea ſigillatim excutere noſtri non eſt inſtituti. In genere reſpondemus: 1.) ante exortum certamen Pelagianum liberius ſunt locuti; res enim fuit ipſis cum Marcionitis & Manichæis, qui finxerunt, peccatum eſſe malam aliquam ſubſtantiam ita creatam a malo principio; atque adeo peccatum non introiiſſe in mundum per liberum primi parentis arbitrium, neque in malis actionibus eſſe liberum arbitrium. Auguſtinus lib. I. contra Julian. cap. 21. 2.) Nomine liberi arbitrii ſæpius ipſam voluntatem hominis intelligunt, ut hominem eſſe liberi arbitrii nihil aliud ipſis ſit, quam facultate intelligendi ac volendi inſtructum eſſe. 3.) Nomine *libertatis* ut plurimum intelligunt interiorem illam libertatem *a neceſſitate coactionis* liberam, quod voluntas hominis ſponte & libere a nullo coacta agit, quicquid agit. 4.) In quibusdam dictis loquuntur de libertate in actionibus externis, quod homo nondum renatus externam diſciplinam quodammodo præſtare poteſt, & a gravioribus delictis externa membra cohibere, quo reſpectu liberum arbitrium vocant vitiatum, inclinatum, vulneratum &c. 5.) Aliquando liberi arbitrii nomine id intelligunt, quod mens & voluntas ordinaria Dei diſpenſatione converti poſſunt, quæ capacitas converſionis non eſt in brutis vel etiam dæmonibus. Auguſtinus epiſt. CVII. ad Vitalem. *Si vere volumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus, unde ſit liberum.* Lutherus tom. I. oper. lat. fol. 236. *Quando patres liberum arbitrium defendunt, capacitatem libertatis ejus praedicant, quod ſcilicet verti poſſit ad Deum per gratiam, & fieri revera liberum, ad quod eſt creatum.* 6.) Quando reſpiciunt ad corruptionem naturæ per peccatum introductam, qua voluntas hominis peccato ſervit, & ex ſe non poteſt non ſervire, diſerte dicunt, liberum arbitrium eſſe amiſſum, exſtinctum, perditum, ſervum redditum &c. voluntatem vocant damnabilem ancillam, captivitatem, contumaciam, non libertatem. 7.) Quia mundus doctrina illa de ἀδυναμίᾳ virium humanarum in ſpiritualibus flagitioſe abutitur ad alendam ignaviam, ſecuritatem & contumaciam, ideo veteres glorioſius aliquando, præſertim in homiliis ad populum, de viribus humanis loquuntur, quod Hieronymus de ſe ipſo fatetur. Bellarminus lib. VI. de grat. & lib. arb. cap. 6. *Chryſoſtomus non ita aperte gratiam praevenientem praedicat, quia eo tempore nondum exorti erant, qui eam negarent, & ideo nobis tribuit ea, quae nos cum Deo facimus: nonnunquam dicit, non praeveniri nos per modum determinantis ad unum & neceſſitatem adferentis, ita, ut tollatur arbitrii libertas, id quod ſaepe ac libenter Chryſoſtomus repetit tum propter Manichaeos, qui negabant liberum arbitrium, tum etiam ad negligentiam & deſidiam hominum diſcutiendam, ne ita ſe putarent a Deo praeveniendos eſſe, ut nihil ſibi relinqueretur agendum.* 8.) Nec liberius ſolum, ſed & incommodius aliquando loquuntur, quod in aliis ſcriptis poſtea corrigunt, id quod ab ipſis pontificiis ſcriptoribus agnoſcitur. Franc. Toletus in comm. Johan. VI. *in hoc Chryſoſtomus, Cyril-*

Dicta patrum.

lus, aliique doctores graeci non probantur. Maldonatus in comm. Johan. VI. *Etiam Theophylactus, Euthymius, Arnobius ita loquuntur, ac ſi homo antequam per gratiam ad gratiam trahatur, poſſit gratiam mereri, ſed haec eorum doctrina nimis adfinis eſt haereſi Pelagianorum.* Sixtus Senenſis lib. V. in præfat. *Chryſoſtomus impetu dicendi cum Manichaeis, qui fati neceſſitatem defendebant, naturae vires plus aequo attollit.* Pererius com. in IX. Rom. n. 33. *Doctrina Theodoreti, Oecumenii & Hieronymi contraria videtur iis, quae in hoc loco diſputat apoſtolus; ſententia Auguſtini eſt doctrinae Pauli convenientior. Inde Auguſtinus ſuas ipſius ſententias incommodius dictas retractavit, & in illis aliorum dicta minus recte prolata tacite notavit.* Lib. I. retract. c. 9. *In voluntate noſtra conſtitutum eſt, ut vel fruamur vel careamus vero bono. Quisquis recte vult vivere, tantam rem tanta facilitate adſequetur, ut nihil aliud ei quam ipſum velle, ſit habere, quod voluit.* Reſpondet: *Egimus contra Manichaeos, voluntatem eſſe, qua & peccatur & recte vivitur, ſed niſi gratia liberetur a ſervitute, recte vivi non poteſt.* Lib. I. retract. cap. 15. *Spiritualia diligere, & juſtitia jubemur, & natura poſſumus.* Reſpondet: *gratia hoc agit, ut natura ſanata poſſit, quod vitiata non poteſt, per eum, qui venit quaerere, & ſalvare, quod perierat.* Ibid. cap. 22. *Mutare voluntatem in melius, in noſtra poſitum eſt poteſtate.* Reſpondet: *eſt in poteſtate hominis, ſed ea nulla eſt, niſi a Deo detur.* Ibid. cap. 26. *Deus non miſeretur, niſi noſtra voluntas praeceſſerit.* Reſpondet: *hoc dictum eſt poſt poenitentiam, eſt enim etiam miſericordia praeveniens voluntatem, quae ſi non eſſet, non praepararetur voluntas a Domino.* Hujus generis plura exſtant in libris contra Julianum, contra Cœleſtium, de natura & grat. &c. Julianus allegarat Baſilii ſententiam: *Peccatum non eſt ſubſtantia, ſed accidens, ergo facillime poteſt a voluntate ſeparari.* Auguſtinus reſpondet: *facile eſt, non humanae voluntati, ſed divinae miſericordiae, id contra Manichaeos ſufficit, qui putant impoſſibile eſſe.* Hieronymus dixerat: *Deus dedit homini liberum arbitrium, dedit mentis propriae libertatem, ut viveret unusquisque non ex imperio Dei, ſed obſequio ſuo, id eſt, non ex neceſſitate, ſed ex voluntate, ut virtus haberet locum, &c.* Auguſtinus reſpondet, *Hieronymum loqui de libertate ante lapſum, in qua creatus erat Adam. Veteres ex lege naturae ſalvatos eſſe, Clemens Alexandrinus, Epiphanius & alii ſcribunt, id diſerte tanquam Pelagianum Auguſtinus rejicit.*

SECTIO VI.

EXAMEN LIBRI VI. BELLARMINI DE VIRIBUS LIBERI ARBITRII IN SPIRITUALIBUS.

§. LXXX.

De ἀδυναμίᾳ virium in ſpiritualibus.

Lib. VI. de grat. & lib. arbit. cap. 2. diſputat Bellarminus, *non poſſe hominem ſine ſpeciali illuſtratione Dei credere myſteria fidei.* cap. 4. *Non poſſe voluntatem humanam aliquid velle in iis, quae ad pietatem & ſalutem pertinent ſine auxilio gratiae Dei.* cap. 5. *Non poſſe hominem ſolis naturae viribus ad gratiam recipiendam ullo modo ſe praeparare, ne quidem ex congruo.* cap. 7. *Non poſſe ſine auxilio gratiae Deum diligi.* In quibus omnibus, quoad rei ſummam, habet nos ſibi Bellarminus ὁμοψήφους, (quamvis in ipſa ἐργασίᾳ occurrant quædam, quæ haudquaquam a nobis adprobantur) ſed diſcedit a Scholaſticis & aliis ſcriptoribus pontificiis, qui manifeſtius in hisce quæſtionibus πελαγιανίζουσι, interim tamen de efficacia gratiæ ipſe adhuc tenuius ſentit & loquitur, quam par erat, ut patebit ex ſequentibus. Porro ut propoſitæ quæſtiones rectius intelligantur, obſervandæ ſunt hæ diſtinctiones: 1.) Quædam capita fidei chriſtianæ ſunt quodammodo natura nota, utpote Deum eſſe, eundem eſſe unum, vindicem ſcelerum, &c. in *theoreticis*: externa delicta eſſe cavenda, civilem juſtitiam præſtandam eſſe, &c. in *practicis*: quædam vero ſunt myſteria divinitus in verbo pate-

patefacta, utpote tres eſſe Trinitatis perſonas, Chriſtum eſſe Dei Filium, gratiam Dei & juſtitiam propter Chriſtum nobis contingere, &c. ad illa naturali rationis lumine quodammodo poteſt perveniri, unde notitia Dei naturalis ortum habet, quæ tamen eſt imperfecta, languida & corrupta, ad hæc vero ratio noſtra prorſus cæca eſt & obtenebrata. 2.) Alia eſt notitia *literae*, alia *ſpiritus*. Hypocritæ renatis in eccleſia admixti intelligunt articulum de Trinitate, de incarnatione verbi, &c. Sed illa notitia ſic comparata eſt, ut litera potius conſtet, quam ſpiritu, hoc eſt, abeſt ab hac notitia ſalutaris adſenſus & fiducia, cum non ſit gratioſe obſignata per Spiritum ſanctum, neque adjunctam habeat veram cordis fiduciam. 3.) Quoddam velle hominis eſt *paedagogicum*, quod reſpicit externum verbi auditum & pædagogiam externam, quod præſtare homini etiam nondum renato adhuc relictum, aliud vero eſt *internum velle* & adſenſus interior, quo promiſſiones evangelicæ & in illis Dei gratia acceptatur.

An liberum arbitrium recte dicatur ſe habere paſſive in converſione?

§. LXXXI. Cap. IX. & ſeqq. agit Bellarminus de libertate arbitrii in iis, quæ pertinent ad ſalutem, ac noſtram ſibi proponit refutare ſententiam. I.) Nominat *craſſum errorem, quod Lutherus dixerat, liberum arbitrium non habere activitatem in bono opere, quando de interno opere loquimur, hoc eſt, liberum arbitrium habere ſe in converſione paſſive*. Reſp. Lutherus non docuit, ſine cogitatione mentis & adſenſu voluntatis fieri converſionem, ſed negavit, ad illos actus naturalibus ſuis viribus voluntatem active concurrere, hoc eſt, negavit, in mente ac voluntate ſupereſſe δύναμιν quandam ἐνεργητικὴν, quam per gratiam excitata proferat, & hac ratione Spiritui ſancto cooperetur, neque ulterius extendenda ſimilitudo, quam adhibet de luto in manu figuli. Idem dixit Lutherus, quod olim Auguſtinus de grat. & libero arbitrio cap. XVI. *Certum eſt nos velle, cum volumus, ſed ille facit, ut velimus, de quo dictum*, Deus eſt, qui operatur velle. Unde primam illam gratiam non vocat cooperantem, ſed operantem. II.) Accuſat *Chemnitium, quod mala fide Pelagianum iſtum errorem Pontificiis tribuat, quaſi negent, voluntatem noſtram nihil omnino boni ſpiritualis & ſalutaris efficere poſſe ſine auxilio gratiae Dei*. Reſp. notæ ſunt Scholaſticorum diſputationes de merito *congrui*, de præparatione ad gratiam, de poſſibilitate Deum diligendi ſuper omnia ex puris naturalibus, &c. Inſidioſas æquivocationes decretorum concilii ſatis dilucide expoſuit Chemnitius, cui reſpondere debebat Bellarminus, qui itidem ſub æquivocationis latibulum ſe abſcondidit, dum per auxilium gratiæ intelligit non talem voluntatis immutationem ac renovationem, qua novæ ad volendum & conſentiendum vires homini tribuuntur, ſed priſtinæ ac ſopitæ excitantur. III.) Tribuit nobis hanc ſententiam, quod *voluntas noſtra in bonis pietatis operibus ſic agatur a Deo, ut non poſſit non agere, & quamvis ipſa quoque concurrat active, quoniam ipſa eſt, quae actionem producit, tamen concurrere, ut merum inſtrumentum Dei naturale, non ut cauſam liberam & dominam ſui actus, atque hoc ſenſu dicit a nobis negari, quod voluntas noſtra cooperetur Deo, vel adjuvetur a Deo*. Reſp. in verbis paucis multa nobis tribuit, quæ nequaquam a nobis agnoſcuntur; ſed inſidioſa iſta veri ſtatus controverſiæ occultatione opus erat, ne aperta veritas ſuis emicaret radiis. *Primo* voluntatem in bonis pietatis operibus ſic agi a Deo, ut non poſſit non agere, nemo noſtrum dicit, ſive enim per pietatis opera intelligatur ipſa converſio, ſive opera piorum poſt renovationem facta; neutiquam dicendum, voluntatem in illis ita agi a Deo, ut ipſa non poſſit non agere. Poteſt enim hominis voluntas Spiritui ſancto reſiſtere, & opus converſionis impedire, neque enim abſoluta ſed ordinaria potentia Deus agit in converſione, poſſunt renati peccatis contra conſcientiam admiſſis viciſſim a Deo deficere, neque enim abſoluto quodam Dei decreto ſunt electi. Ergo in converſione ita agitur voluntas hominis a Deo, ut poſſit agere & non agere, hoc eſt, quando Spiritus ſanctus converſionis opus adgreditur, poteſt voluntas humana pertinaciter reluctans illud impedire,

dire, ac ſæpe proh dolor impedit; neque enim vim quandam *coactivam* infert Spiritus ſanctus hominibus convertendis, (loquimur de modo ordinario,) ſed ex nolentibus facit volentes, hoc eſt, illis, qui per naturam nolunt, & non poſſunt niſi nolle, dat facultatem, ut per gratiam poſſint velle & vere velint: qui vero pertinaciter nolunt, hoc eſt, qui Spiritus ſancti operationi actuali pertinacia reſiſtunt, illos ordinarie non convertit; accurate enim diſtinguendum hic eſt inter nolle *privativum* & nolle *poſitivum*; quin & ipſius nolle poſitivi ſunt certi gradus. Si vero dicatur, voluntatem hominis in bonis operibus ita agi a Deo, ut ipſa non agat nec poſſit agere, ibi rurſus tollendæ ſunt ambiguitates; quod ſi enim hoc ita intelligatur, quod in converſione & poſt converſionem nulli ſint in voluntate motus, falſa eſt propoſitio, nec a nobis agnoſcitur, ſiquidem nulla fit converſio, nulla quoque fiunt opera bona ſine actionibus mentis & voluntatis. Si vero eo modo intelligatur, quod voluntas hominis in bonis operibus ita agatur a Deo, ut ipſa non agat, nec agere poſſit ſuis viribus naturalibus; (interim poſſit agere & vere agat novis illis a Deo donatis viribus) vera eſt propoſitio, & arcte a nobis tenetur. *Deinde* nec hoc agnoſcimus, quod Bellarminus nobis tribuit, quaſi ſtatuamus voluntatem concurrere, ut merum inſtrumentum Dei naturale, non ut cauſam liberam & dominam ſui actus. In primo enim converſionis initio voluntas concurrit non ut inſtrumentum cooperans, ſed ut ſubjectum, in quod agit Spiritus ſanctus non coactione, nec naturali impreſſione, ſed liberatione, illuminatione, renovatione. Poſteaquam vero voluntas novis viribus donata eſt, concurrit ut inſtrumentum (non naturale) ſed liberum, ſiquidem Spiritus ſanctus a renatis libere agentibus per peccata contra conſcientiam expelli poteſt, & ſæpius expellitur. Eſt igitur hoc reſpectu & in hoc ſtatu voluntas inſtrumentum, in quo & cum quo Spiritus ſanctus agit, quia *renati ita aguntur Spiritu Dei, ut quod agendum eſt, agant, non ut ipſi nihil agant*, Auguſtinus de corr. & grat. cap. II. *Tertio* multo minus agnoſcimus, quod ideo a nobis negetur voluntas cooperari gratiæ, & adjutorio gratiæ divinæ indigere, quia concurrit ut inſtrumentum naturale, non ut cauſa libera. Sed hoc eſt, quod credimus, quod modis omnibus adprobare contendimus, voluntatem in converſione non agere ſuis viribus ex prima nativitate adhuc reliquis, ſed novarum virium dono indigere; hoc ergo ſenſu & reſpectu negamus, voluntatem gratiæ cooperari, quam poſt factam renovationem συνεργὸν eſſe neutiquam inficiamur.

Rationes pro libertate arbitrii in ſpiritualibus.

§. LXXXII. His accurate obſervatis facile patet, quid reſpondendum ſit ad argumenta Bellarmini. *Primo* loco profert ea ſcripturæ teſtimonia, in quibus dicuntur homines *in operibus pietatis operarii, aedificatores, plantatores, rigatores & cooperarii Dei*. Sed manifeſtum eſt, de piis & renatis in illis dictis agi, quos in operibus bonis συνεργεῖν concedimus.

1. Homines dicuntur Dei cooperarii.

2. Ipſa converſio requiritur ab hominibus.

Secunda claſſis continet ea ſcripturæ dicta, quæ ipſam *converſionem ab hominibus requirunt*. Zach. I. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Joël. II. *Convertimini ad me in toto corde veſtro.* Jer. I. *Revertere ad me.* Ezech. XVIII. *Facite vobis cor novum.* Col. III. *Exuite veterem hominem.* Reſp. quemadmodum Pelagiani ex illis dictis non poterunt elicere, quod abſque gratia converſionem ſuam homo operetur, ita etiam Pontificii ex illis nec debent nec poſſunt elicere, quod homo ſuis naturalibus liberi arbitrii viribus in converſione gratiæ cooperetur; ſiquidem tales admonitiones nequaquam indicant, ſuis viribus id poſſe hominem, quod ab ipſo requiritur, ſed ſunt efficacia organa Spiritus ſancti, quibus homines ex ſomno peccatorum excitare & ipſos convertere vult, ut, quod ex ſe non poſſint, ipſius gratia & dono poſſint. Quemadmodum enim in evangelica hiſtoria Chriſtus dicit: *Puella ſurge, Lazare veni foras*, neque tamen quiſquam ex eo colligit, quod iſti ſuis viribus e morte naturali ſeſe ſuſcitare, vel ad ſui reſuſcitationem cooperari potuerint,

ſed Chriſto & ipſius verbo vivifico totum hoc opus refertur acceptum: ita, quando Spiritus ſanctus dicit: *Agite pœnitentiam, convertimini, ſurge, qui dormis*, non indicatur, quid homo poſſit, ſed quid Deus efficacibus illis admonitionibus operari in homine cum poſſit tum velit, niſi contumaciter operationi ipſius reſiſtatur: quæ collatio ideo nobis grata eſſe debet, quia ſcriptura homines non renatos vocat *mortuos in peccatis*, Eph. II. Col. II. & Chriſtus Joh. V. reſuſcitationem corporalem ac ſpiritualem conferens, utramque verbi ſui efficaciæ in ſolidum adſcribit. Inde quod Spiritus ſanctus a nobis requirit, id non niſi ipſius gratia nos poſſe agnoſcendum eſt. Jer. XXXI. 18. *Converte me Domine, & convertar, ubi convertiſti me, egi pœnitentiam.* 2 Tim. II. 25. *Si forte Deus det illis pœnitentiam.* Joh. VI. 29. *Hoc eſt opus Dei, ut credatis, &c.* Adde, quod in quibusdam dictis per converſionem Dei ad nos non intelligitur ſalutaris illa converſionis gratia, qua ipſe cor noſtrum ad pœnitentiam revocat, ſed declaratio divinæ benignitatis in exhibitione beneficiorum, qua ſeſe benevolum ac propitium averſione pœnarum declarat: quemadmodum iram ſuam publicis calamitatibus quandoque manifeſtat. Jer. XV. 19. converſionis vox accipitur de reditu ad officium propheticum rite exſequendum; promittit enim Deus prophetæ, ſi non patiatur ſiniſtris populi judiciis ſeſe deterreri, ſed potius in officio ſibi demandato ſtrenue pergat, fore, ut viciſſim a Deo ſuſtentetur ac confirmetur. Præterea dicta quædam manifeſte loquuntur de perpetua illa lucta ſpiritus contra carnem in renatis, qua carnis concupiſcentias refrenant, & ſic veterem hominem exuunt, quod ad homines nondum renatos, qui nec dum primitias ſpiritus habent, trahi nequaquam poteſt. Denique ſi ex illis præceptis virium humanarum ἐπιτηδειότης ac ἐνεργητικὴ δύναμις colligenda, ſequetur non cooperari, ſed operari plane hominem ſui converſionem, antequam Deus ſua gratia ad ipſum convertatur, qui eſt ipſiſſimus Pelagianiſmus. *Tertia* claſſis argumentorum Bellarminianorum continet ea ſcripturæ dicta, quæ docent, nos *a Deo juvari in operibus bonis*, non enim proprie juvari dicendus eſt, qui nihil agit, ſed qui laborat in agendo. Pſalm. XXVI. *Adjutor meus es tu.* Pſalm. LXIX. *Domine ad adjuvandum me feſtina.* Rom. VIII. *Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram.* 1 Cor. XV. *Plus omnibus laboravi, non ego, ſed gratia Dei mecum.* Reſp. in hiſce dictis agitur de renatis & credentibus, qui, cum propter inhærentem carnis vetuſtatem adhuc infirmi ſint, opus habent auxilio & confirmatione Spiritus ſancti. Auguſtinus primam converſionis gratiam non vocat adjuvantem, ſed prævenientem atque operantem, lib. II. contra duas epiſt. Pelag. cap. 9. *Bonum propoſitum quidem adjuvat ſubſequens gratia, ſed nec ipſum eſſet, niſi praecederet gratia, ſtudium quoque hominis, quod dicitur bonum, cum eſſe cœperit, adjuvatur gratia, ſed inſpiratur ab illo, de quo dictum:* Deus eſt, qui operatur in vobis velle & perficere. de corrept. & grat. cap. XII. *Si in tanta infirmitate hujus vitae renatis relinqueretur voluntas renovata, ut in adjutorio Dei, ſi vellent, maneret; nec Deus in eis operaretur, ut vellent, inter tot & tantas tentationes infirmitate ſua voluntas ſuccumberet.* Ex quibus & ſimilibus locis quam plurimis patet, adjuvantem gratiam ab Auguſtino tunc primum poni, quando ſine veteris hominis cooperatione gratia præveniens operata eſt velle, tunc enim adjuvat, ne fruſtra velimus. Porro ad veterum dicta, in quibus *adjutorium gratiae* prædicatur, recte explicanda, notandum eſt, quod verba *ſuccurrendi, auxiliandi, adjuvandi* & ſimilia, quando Deo tribuuntur, haud raro totalem cauſam exprimant, nec laudem operationis inter Deum & homines patiantur. Sic in pſalmis & prophetis ſubvenire & auxiliari Deus dicitur illis, quos ex ejusmodi miſeriarum barathro eruit, in quibus omnis ceſſat operatio humana, & ſola ſolius Dei virtus ſeſe profert. Dictum 1 Cor. XV. loquitur itidem de Paulo renato ac converſo, qui ſibi nihil, divinæ autem gratiæ omnia tribuit, dum ſe gratia Dei eſſe, quod eſt, pronunciat. Græcus textus proprie ſic habet: *plus omnibus labo-*

3. Juvamur a Deo in bonis operibus.

Vox adjuvandi.

laboravi, non ego tamen, ſed gratia Dei ἡ σὺν ἐμοὶ ſcilicet ἦσα, *quae mecum, ſcilicet eſt ac fuit, quae me ἱκανὸν reddidit*, nequaquam vero quæ mecum operas ſuas & operis laudem eſt partita, id quod oppoſitio: *non ego, ſed gratia Dei, quae mecum*, ſatis diſerte comprobat. Ambroſius in comment. *Ne ſe extuliſſe jactanter putaretur, ſtatim ſe humiliat, cum hoc ipſum non magis ſibi, ſed Dei gratiae adſcribit, ut ſemper omnem gloriam reportet ad Deum.* Eraſmus in annotat. *Corrigit Paulus, quod modo dixerat, ſe plus omnibus laboraſſe, imo (inquit)* non ego is ſum, qui hoc feci, ſed gratia potius Dei, quæ mihi adfuit, *ut intelligamus, totum hoc Deo acceptum ferri.*

4. Homo vocatus poteſt non venire.

Quarto loco profert Bellarminus dicta, *quae teſtantur, hominem a Deo vocatum, poſſe non venire.* Prov. XI. *Vocavi & renuiſtis.* Matth. XXIII. *Volui congregare filios tuos & noluiſti.* Act. VII. *Vos reſiſtitis Spiritui ſancto, &c.* Reſpond. oſtendimus ſuperius, non eſſe parem rationem: ad reſiſtendum ſuis ſibi viribus hominis voluntas ſufficit, ſed ad acquieſcendum novis viribus indiget, *ineſt ei nolle bonum, ſed niſi donatum non habet velle bonum.* Ambroſius lib. II. de vocat. gent. cap. 9.

Dicta patrum de libertate arbitrii in ſpiritualibus.

§. LXXXIII. De dictis veterum quæ cap. XI. Bellarminus adfert, in genere egimus ſuperius, pleraque omnia, quæ hoc loco cumulantur dicta, præſertim Auguſtini, teſtantur, velle eſſe voluntatis noſtræ actum, quod nos non negamus, interim ex ipſo Auguſtino addimus, eſſe actum voluntatis non ſub vetuſtate adhuc conſtitutæ, ſed per Spiritum ſanctum renatæ ac renovari cœptæ. lib. II. de pecc. merit. cap. 5. *Ipſum liberum arbitrium ad Dei gratiam, hoc eſt, ad Dei dona pertinere non ambigo, nec tantum ut ſit, verum etiam ut bonum ſit, id eſt, ad facienda mandata Domini convertatur*, de grat. & liber. arbitr. cap. XVI. *Certum eſt, nos velle, cum volumus, ſed ille operatur velle & perficere praebendo voluntati vires efficaciſſimas, de quo ſcriptum eſt:* Deus operatur in nobis velle & perficere. De prædeſt. ſanct. c. VII. *Noſtrum eſſe credere & velle* ita intelligendum eſſe dicit, quod *utrumque ſit Dei, qui praeparat voluntatem, & utrumque noſtrum, quia non fit niſi volentibus nobis.* Bernhardus de grat. & liber. arbitr. *Hoc eſt totum opus liberi arbitrii, quod conſentit, non quidem quod vel ipſe conſenſus ab ipſo ſit, cum nec cogitare, quod minus eſt, quam conſentire, a nobis quaſi ex nobis ſufficientes ſimus.* Regerit Bellarminus, *ſeſe itidem agnoſcere praevenientis gratiae auxilium;* ſed quid hoc nomine intelligat, & quam inſidioſe ludat, oſtendimus ſuperius. Rationes, quas cap. XII. adfert, itidem paulo ante excuſſimus, reſtat igitur, ut reliqua ſcripturæ dicta, quibus præter Bellarminum reliqui adſertores ac propugnatores liberi arbitrii utuntur, explicemus, ut vera ac genuina iſtorum dictorum ſententia eluceſcat.

Scripturae dicta reliqua pro libero arbitrio. Pſal. CXIX. Inclinavi cor meum ad praecepta tua.

§. LXXXIV. Pſalm. CXIX. 112. *Inclinavi cor meum ad obſervanda praecepta tua.* Ergo *eſt in poteſtate hominis, cor ſuum in utramque partem flectere.* Reſp. plus eſt in conſequente, quam antecedens permittit. Non enim, ſi David cor ſuum ad obſervanda præcepta Domini inclinavit, viribus liberi arbitrii id feciſſe conſequitur, ſed a Spiritu S. renovatus id fecit, ſiquidem in eodem pſalmo inclinationem iſtam Spiritus ſancti opus eſſe agnoſcit, quando ſic orat. vers. 33. *Doce me, Jehovah, viam ſtatutorum tuorum, & inclina cor meum ad teſtimonia tua.* Docet ergo David, non quid viribus ſuis fecerit, ſed quomodo fecerit, quod Spiritus ſancti gratia fecerat, videlicet animo ſpontaneo & propenſo, non ſervili & coacto obſequio, debet enim eſſe obedientia ſpontanea, quæ ex corde proficiſcitur, Pſalm. CX. 3. Ambroſius de fuga ſeculi cap. I. & ex eo Auguſtinus de bono perſeverant. cap. VIII. *Voti magis eam rem (ſeculi fugam) eſſe quam effectus, teſtatur propheta dicendo:* inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in avaritiam, *non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum & cogitatio-*

nes

nes noſtrae &c. Deus dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem.

Oſeæ V. Vadam ad locum meum.

§. LXXXV. Oſeæ V. 15. *Vadam ad locum meum, donec ponant in corde ſuo & quaerant faciem meam.* Ergo *hominis voluntas poteſt ſe ad Deum ſuis viribus convertere.* Reſp. vadere ad locum non ſignificat Deum ſubtracturum gratiam ſuam, & exſpectaturum, ut ſuis ſeſe ad ipſum viribus homines convertant, ſed abſcondere faciem ſuam in cruce, urgere pondere calamitatum, ut ad peccatorum agnitionem perveniant, ideo additur: *ubi fuerit ipſis adflictio, properabunt ad me.* Eſ. XXVI. 16. *In anguſtia viſitaverunt te, effuderunt orationem, cum correctio tua fuit eis.* Calamitates ſunt reales quaſi conciones legis, cujus prædicatione Spiritus S. vult in cordibus hominum efficax eſſe ad peccatorum agnitionem ac deteſtationem, neque enim adflictiones ex ſe & per ſe operantur pœnitentiam, niſi Spiritus ſanctus intus corda adficiat atque mutet, ſiquidem impii per calamitates ſæpe redduntur deteriores. Adde, quod verba illa עַד אֲשֶׁר־יֶאְשְׁמוּ non recte ſint reddita: *donec ponant in corde ſuo*, cum radix ſit אָשַׁם ideo Münſterus reddidit, *donec adflatio erunt*, id eſt, donec propter pœnam cum flatu quodam fiant abominabiles; Pagninus, *donec deficiant*; targum, *quoad agnoſcant, quod peccaverint*, meritoque æquiſſimi judicis ſeveritatem inde ſuſtineant.

Matth. XII. Aut facite arborem bonam &c.

§. LXXXVI. Matth. XII. 33. *Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum, aut facite arborem malam, & fructum ejus malum.* Ergo *habent homines liberum arbitrium convertendi ſe ad Deum, vel non convertendi.* Reſp. multa tunc fieri dicuntur, quando facta eſſe demonſtrantur, ita quoque hoc loco non effectio, ſed declaratio arboris bonæ vel malæ intelligitur, ſiquidem additur, *ex fructu arbor dignoſcitur*; perquam etiam abſurdum foret, Chriſtum jubere, ut homines ſe ipſos faciant malos. Phariſæi interiora cordis peccata ſuperbiam, invidiam, odium, a tionem, &c. hypocritico exterioris ſanctitati lo obtegebant, hanc igitur fallacem larva fictam perſonam Chriſtus eos deponere jube quales ſint interius, tales ab hominibus agno tur exterius, ut ſit concordia oris, oper cordis. Nequaquam vero Phariſæis hanc l tatem Chriſtus tribuit, quod ſuis ſeſe vi ad Deum convertere & bonas arbores f poſſint, quin potius diſerte addit: *quomod teſtis bona loqui, cum ſitis mali?* Alii ad (ſtum ipſum referunt. Aut agnoſcite me bonum & bene agere, aut me malum eſſ proinde male agere, ſed prior interpre textui magis congrua.

Marc. Credo D ſed ſuccu infirmita

§. LXXXVII. Marc. IX. 24. *Credo Domine, ſed tu ſuccurre incredulitati.* Ergo *inchoamus noſtris viribus converſionem.* Reſp. probandum erit, ſanctam illam cogitationem, bonum propoſitum ac pri fidei ſcintillam ex propriis naturæ viribus; autem ex Spiritus ſancti operatione exſtitiſſe, hic locus neutiquam adſerit. Succurrit Det firmæ fidei, quæ eſt gratia adjuvans; in nulla ne modicula quidem fidei ſcintilla quam ipſe non excitaverit, quæ eſt gratia rans ac præparans. *Nemo poteſt* (corde fideli) *Chriſtum vocare Dominum, niſi pe ritum ſanctum*; 1 Cor. XII. 3. jam vero ex licet infirma, hic pater lunatici Chriſtum Dominum, utique igitur ex Spiritus ſanct no. Audiverat de Jeſu Nazareno, quod d poteſtate morbos curaret, atque obſeſſos li ret, ex quo auditu per Spiritus ſancti ope nem concepit primam fidei ſcintillam, e ad Chriſtum venit, qui imbecillitati fidei currit.

Luc. V Videte, modo au

§. LXXXVIII. Luc. VIII. 18. *Videte, quomodo audiatis.* Ergo *noſtrarum virium eſt, cum adſenſu quodam audire poſſe.* Reſp. illud *quomodo* complectitur quædam, qu non renatorum arbitrio ac viribus poſita, ſertim ea, quæ ἀποφατικῶς efferuntur,

licet quod verbum audiendum ſit non contradicendi adfectu, non calumniandi ſtudio, nec blaſphemandi propoſito: quædam vero, quæ non niſi per Spiritus ſancti operationem voluntas humana poteſt, præſertim ea, quæ κατα-Φατικῶς adferuntur, utpote cum adſenſu cordis & obſequio voluntatis audire; prius vocant audire externum, poſterius audire internum. Proinde hæc Chriſti ſententia ad auditores, quorum quidam jam regenerati erant, ut apoſtoli, quidam vero nondum renati erant, promiſcue prolata; admonet renatos, ut exſuſcitent donum Dei, quod in ſe eſt, ſiquidem ipſi renati propter adhærentem carnis infirmitatem talibus ſtimulis indigent, quibus ad majorem diligentiam excitentur, ne fides a Spiritu ſancto accenſa paulatim in cordibus viciſſim exſtinguatur, non renatos a contradicendi, calumniandi & blaſphemandi ſtudio dehortatur. Huc pertinet liber Auguſtini de correptione & grat. in quo oſtendit, illas correptiones & adhortationes eſſe ſalutaria organa, per quæ Spiritus ſanctus vult eſſe efficax in cordibus hominum. Idem de bono perſev. cap. XIV. *Dominus cum eis loqueretur, quia carnales aures apertas habebant, dicebat tamen:* qui habet aures audiendi, audiat, *quas non omnes habere, procul dubio noverat. A quo autem habeant, quicunque habent, ipſe Dominus oſtendit, ubi ait:* dabo eis cor cognoſcendi me, & aures audientes, *aures ergo audiendi ipſum eſt donum obediendi.*

Luc. X. Viator ſemivivus relictus.

§. LXXXIX. Luc. X. 30. *Viator a latronibus ſauciatus, ſemivivus relinquitur. Viator ille eſt typus humani generis a diabolo ſauciati & ſpoliati. Hominem relictum eſſe ſemivivum;* (ait Salmeronius, Jeſuita, in comment. hujus parab. tract. XVI.) *ſignificat liberum arbitrium non eſſe exſtinctum.* Reſp. 1.) allegoriæ non præbent argumenta apodictica, niſi ex ipſa ſcriptura explicatio deducatur, vel certe cum ſcriptura conſentire probetur. 2.) Chriſto hoc loco proprie & principaliter non eſt propoſitum, de ſtatu hominis poſt lapſum & ejus reparatione, ſed de proximo & dilectionis officiis ipſi debitis agere; proinde non omnes hujus parabolæ partes tam operoſe & ſubtiliter ſunt excutiendæ, ſed ſufficit principalem ſcopum tenere, qua de re plura diximus in tractat. de interp. ſcripturæ. 3) Si velimus ad hominem lapſum referre, quod relictus fuerit ſemivivus, nequaquam de vita ſpirituali, atque adeo de converſione, fide & obedientia Deo placente, ſed de vita naturali & de externa diſciplina illud accipiendum; nam quod vitam ſpiritualem ac vires ad eam inchoandam neceſſarias attinet, non ſemivivum, ſed plane mortuum, ſcriptura pronunciat Joh. V. 25. Eph. II. 5. Macarius homil. XXX. *Illud ſemimortuum eſſe confert cum Lazaro quatriduano in ſepulchro jam fœtente.* Lyra: *ſublata eſt vita gratiae, manente vita naturae.* Maldonatus in comment. *Quod dicitur ſemimortuum eſſe relictum, nihil aliud ſignificat, quam eum in ſtatu maxime miſerabili relictum eſſe; nam ita relictum eſſe, ut ſemimortuus eſſet, miſerabilius eſt, quam ſi fuiſſet mortuus, quo magis miſeriam ſentiebat ſuam.* Novimus auctorem hypognoſt. libr. III. locum hunc ad liberum arbitrium referre: *Recte* (inquit) *dictus eſt ſemivivus, habebat enim vitalem motum, id eſt, liberum arbitrium vulneratum, quod ei ſolum ad vitam aeternam, quam perdiderat, redire non ſufficiebat, ideo & ſemivivus dicitur.* Sed intelligitur eo loci nomine *arbitrii* ipſa voluntas, qua per lapſum hominem non eſſe ſpoliatum, libenter concedimus; ſi vero intelligatur libertas *rectitudinis*, de ea paulo poſt idem auctor ſic ſcribit: *Quid aliud oſtenditur in ove illa perdita ex centum ovibus, niſi liberum arbitrium poſſibilitatis bono, vitio primi hominis perdito, a juſtorum erraſſe conſortio, nec per ſe ad cohortem, id eſt, ad paradiſum, de quo exivit fidelium numero reſociandum poſſe reverti, &c.* hoc Dominus probat, cum vulneratum a latronibus non proprio greſſu, ſed jumento ſuperimpoſitum ad ſtabulum dicit eſſe delatum.

Luc. XI. Pater cœleſtis dabit Spiritum ſanctum petentibus.

§. XC. Luc. XI. 13. *Pater cœleſtis dabit Spiritum ſanctum petentibus.* Ergo *abſque Spiritus ſancti gratia poſſumus Deum* invo-

invocare. Reſp. non de prima ſcintilla fidei & ſpiritus loquitur Chriſtus, quaſi precibus noſtris a naturalibus liberi arbitrii viribus profectis & abſque Spiritus gratia effuſis eam antevertere queamus, ſed de accepti jam Spiritus ſancti augmento & donorum ejus incremento; quod enim primam fidei ſcintillam & ſalutarem Dei invocationem attinet, diſerte teſtatur apoſtolus, quod *nemo poſſit dicere Jeſum Dominum, niſi per Spiritum ſanctum.* 1 Cor. XII. 3. Quomodo ergo poſſemus orare ſine Spiritu ſancto, qui ſolus eſt *Spiritus gratiae & precum*, Zach. XII. 10. *qui docet nos orare?* Joh. IV. 23. Ergo non de præveniente ſed ſubſequente, non de operante ſed cooperante Spiritus gratia, non de primis in converſione motibus, ſed de augmento donorum Spiritus Chriſtus loquitur; id quod circumſtantiæ inſuper oſtendunt, ſiquidem loquitur Chriſtus ad apoſtolos, qui Spiritu ſancto jam erant renovati, atque utitur ſimilitudine ab adfectu patris terreni erga liberos a ſe quippiam petentes, & oſtendit, diſcipulos ſuos Spiritus S. dona a cœleſti Patre petentes exaudiendos eſſe, cum non ſint extranei, ſed cariſſimi Dei filii. *At,* (inquis) *quare hac dicendi forma Chriſtus utitur?* Voluit docere, non eſſe exſpectandos violentos & ſenſibiles motus, ex quibus de Spiritus ſancti gratia ac præſentia ſtatuere poſſimus, licet repugnemus verbo, & pravis adfectibus indulgeamus; ſed quando habemus deſiderium, etiamſi vix obſcuro gemitu ſeſe exſerat, certi ſimus, Spiritum ſanctum adeſſe ac operari. Voluit etiam imbecillitatem noſtram erigere, ne deficiamus, licet tenuia & obſcura ſint principia, ſed petamus ea augeri, quæ omnia melius ex praxi, quam ex nudis diſputationibus intelliguntur. Fulgentius epiſt. VI. ad Theod. *Semper quidem adjutorium gratiae nobis eſt a Deo poſcendum, ſed nec ipſum, quod poſcimus, viribus noſtris adſignemus, neque enim haberi poteſt ipſe ſaltem orationis adfectus, niſi divinitus fuerit attributus. Ut ergo deſideremus adjutorium gratiae, hoc ipſum quoque eſt gratiae, ipſa namque incipit infundi, ut incipiat poſci.* Auguſtinus lib. IV. contra Jul. cap. 8. *Ibi vos,* (Pelagiani) *ut video, ponere jam cœpiſtis merita gratiam praecedentia; quod eſt petere, quaerere, pulſare; ut his meritis debita illa reddatur, ac ſi gratia inaniter nuncupetur, tanquam gratia nulla praeceſſerit, & cor tetigerit, ut beatificum bonum peteretur a Deo, ut quaereretur Deus, ut pulſaretur ad Deum, fruſtraque ſit ſcriptum,* miſericordia ejus præveniet me. Hæc Auguſtinus. *Fides fundit orationem, & oratio fuſa fidei impetrat firmitatem;* nulla eſt Deo grata oratio abſque fide, jam vero fides eſt Dei opus atque donum.

§. XCI. Luc. XV. 18. Acolaſtus in corde ſuo dicit: *ſurgam, & ibo ad patrem.* Ergo *initium converſionis eſt ex nobis.* *Luc. XV. Surgam & ibo ad patrem.*
Reſp. Auguſtinus epiſt. CVI. ad Paul. *Ille, qui putavit ſine Dei adjutorio ſe poſſe cuſtodire, quod dedit, profectus in regionem longinquam, & vivens prodige cuncta conſumſit, & miſeria durae ſervitutis attritus, reverſusque in ſemet ipſum dixit:* ſurgam, & ibo ad patrem meum. *Quam cogitationem bonam quomodo haberet, niſi & ipſam illi in occulto miſericordiſſimus pater inſpiraſſet?* Idem libr. II. quæſt. evangel. cap. 33. *Unde hoc ſcire poterat, in quo erat tanta oblivio Dei, niſi quia iſta recogitatio jam ſi reſipiſcentis eſt, cum evangelium praedicaretur? Hoc ipſum velle operatus eſt is, de quo ſcriptum:* Deus eſt, qui operatur velle; *hanc bonam cogitationem inſpiravit ei, qui* non fuit idoneus cogitare aliquid boni ex ſe, tanquam ex ſe.

§. XCII. Joh. I. 12. *Quotcunque receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomen illius.* Ergo *antequam ſumus Dei filii, habemus poteſtatem ac facultatem tales fieri.* Reſp. recipere Chriſtum eſt credere in Chriſtum, *nemo autem poteſt in Chriſtum credere, niſi hoc ipſi datum ſit a Deo;* Philip. I. 29. quod ipſum Johannes docet, quando ſubdit: *Qui non ex ſanguinibus neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Ubi opponit regenerationem ex Deo nativitati ex carne & ſanguine, oſtendens, cœleſte & divinum *Joh. I. dedit poteſtatem filios Dei fieri.*

eſſe

onum, quod fide recipiunt Chriſtum, qui n tenebris ſuæ incredulitatis perpetuo ma- t; eo enim titulo homines nondum rena- præcedentibus honorat, ad proſternen- ririum noſtrarum arrogantiam. Quinimo ter dicit, credentibus *datam* eſſe illam ἐξυ- utique igitur ex ipſorum viribus non eſt

Porro quod evangeliſta dicit, fidelibus eſſe illam poteſtatem, nequaquam eo tra- pet, quaſi qui vere credunt in Chriſtum, m ſint Dei filii, ſed demum tales futuri, ides & *υἱοθεσία* ſunt arctiſſime & imme- connexa. Gal. III. 26. *Omnes eſtis filii r fidem.* Joh. V. 37. *Qui credit in Filium, vitam aeternam.* Id ſaltem in hoc dicto ur, quod, quamvis fides & *υἱοθεσία* tem- int ſimul, ordine tamen ſeſe habeant ut & poſterius; fides enim in Chriſtum ſeu Chriſtus fide adprehenſus eſt cauſa iſtius ίας, & viciſſim hæc illius veluti effectus d quem ordinem reſpiciens evangeliſta tali loquendi utitur. Præterea reſpicit non inchoatum illud *υἱοθεσίας* in hac vita be- um, ſed etiam futurum, videlicet illuſtrem tionem filiorum Dei in die noviſſimo con- m cum plena (ut ita loquar) hereditatis is participatione. 1 Joh. III. 2. *Filioli nunc lei ſumus, ſed nondum adparuit id, quod ſimus, &c.* Auguſtinus lib. I. contra duas Pelag. cap. 3. *Datur poteſtas, ut filii Dei qui credunt in eum, cum hoc ipſum da- ut credant in eum. Quae poteſtas niſi a Deo, nulla eſſe poteſt ex libero arbitrio, nec liberum in bono erit, quod liberator beraverit.* Idem lib. II. de conſenſu evan- cap. 3. *Quos dixit accepta poteſtate fa- lei filios, quod adoptio ſignificat, eosdem natos ex Deo, atque ut apertius oſtende- , qua gratia factum ſit, & verbum, in-* caro factum eſt, & habitavit in nobis, *m diceret, quid mirum, ſi filii Dei facti cum caro eſſent, propter quos unicus ca- tus eſt, cum verbum eſſet?*

T. Qui et didi- t ad me. §. XCIII. Joh. VI. 45. *Omnis, qui audivit a Patre & didicit, ve- nit ad me.* Ergo *poteſt homo ſuis viribus ita au- dire ac diſcere, ut ad Chriſtum veniat.* Reſp. Chriſtus ibidem diſerte ait: *Nemo poteſt ad me venire, niſi Pater traxerit eum, ſcriptum eſt in prophetis, erunt omnes θεοδίδακτοι, poſtea de- mum ſequitur, omnis qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me.* Continentur ergo in illo Chriſti dicto talia, quæ vires liberi arbitrii fun- ditus proſternunt, ſi enim tractatione indigemus, utique non noſtris viribus venimus. Sed enim cum Deus doceat, ac trahat non *immediate* ac per violentos raptus, ſed *mediate* per verbum, ideo Chriſtus in his verbis exprimit ordinem, quo Deus ſolet homines docere ac trahere, ante- vertit omnem noſtrum curſum & conatum, ac per verbi prædicationem non ſolum exterius, ſed etiam interius docet, mentem illuminat, volun- tatem flectit. Cyrillus hoc loco: *Trahit Pater monitione, doctrina & revelatione, ubi enim auditus, diſciplina, doctrinaque adeſt, ibi fi- des non vi, ſed perſuaſione oritur.* Auguſtinus tract. XXVI. in Johan. *Videte, quomodo trahat Pater, docendo delectat, non neceſſitatem impo- nendo. Doceat te Pater, audi filium.* Idem lib. I. de grat. Chriſt. contra Pelag. cap. 14. *Quando Deus docet per Spiritus gratiam, ita docet, ut quod quisque didicerit, non tantum cognoſcendo videat, ſed etiam volendo adpetat, agendoque perficiat. Et iſto divino docendi mo- do etiam ipſa voluntas & ipſa operatio, non ſola volendi & operandi naturalis poſſibilitas adjuvatur. Si enim ſolum poſſe noſtrum hac gratia juvaretur, ita diceret Dominus, omnis, qui audivit a Patre & didicit, poteſt venire ad me.* Idem de prædeſt. ſanct. cap. VIII. *Val- de remota eſt a ſenſibus carnis haec ſchola, in qua Pater auditur & docet, ut veniatur ad Fi- lium, multos venire videmus ad Filium, quia multos credere videmus ad Chriſtum, ſed ubi & quomodo a Patre hoc audierint & didice- rint, non videmus: nimirum gratia iſta ſecre- ta eſt, gratiam vero eſſe quis ambigit? &c. quando ergo Pater intus auditur, & docet, ut veniatur ad Filium, aufert cor lapideum, & dat cor carneum.*

Joh. VII. Qui volet Patris voluntatem facere, cognoſcet de doctrina mea.

§. XCIV. Joh. VII. 17. *Si quis volet Patris voluntati obtemperare, cognoſcet de doctrina mea, num ex Deo ſit, an ego a me ipſo loquar.* Ergo *homo nondum cognoſcens Chriſti doctrinam, poteſt Patris voluntati obtemperare.* Reſp. non tribuitur hoc Chriſti pronunciato talis quædam facultas hominibus non renatis, quod ſuis ſeſe viribus cœleſtis Patris voluntati ſubjicere atque adcommodare poſſint in ipſo interiore converſionis opere; ſed requiritur ab eis, quibus concredita erant τὰ λόγια τῦ Θεῦ, ut abſque præjudiciis atque adfectibus Chriſti doctrinam cum revelato verbo conferant, nec pertinaci protervia contra conſcientiæ teſtimonium ei contradicere pergant. Nicol. Lyra in comm. *Amor & odium multum pervertunt judicium rectæ rationis, ideo monet eos, ut amoveant odium, quod contra ipſum conceperant, & tunc poterunt manifeſte judicare, quod ejus doctrina ſit a Patre per miracula eam teſtificante.* Auguſtinus tract. XXIX. in Joh. per τὸ *facere voluntatem Patris* accipit ipſum *credere, quid eſt* cognoſcet? hoc *eſt* intelliget. *Quid eſt autem, ſi quis voluerit voluntatem ejus facere? hoc eſt* credere, *ut intelligatur ad poſſibilitatem intelligendi datum eſſe conſilium de obedientia credendi.*

Joh. XV. Sine me nihil poteſtis facere.

§. XCV. Joh. XV. 5. *Sine me nihil poteſtis facere.* Ergo *adjuti a Deo aliquid poſſumus facere.* Reſp. vocula *nihil* eſt μόνον ἐκκλειστικὸν, viribus arbitrii noſtri extra gratiam nihil plane relinquens, id quod confirmat ſimilitudo a Chriſto adhibita. Sicut palmes a ſe ipſo non poteſt facere fructum, ſed vitam & ſuccum a vite accipere neceſſe habet, quod ſi a vite ſeparetur, protinus areſcit: ita ſine Chriſto nihil omnino facere poſſumus: (*) quid quod vocula *ſine* non *adjuvantem* aut *cooperantem* cauſam ſemper innuit, ſed, cum Deo attri-

(*) Hocce ſervatoris effato: *ſine me nihil poteſtis facere*, purior chriſtianorum cœtus ſemper feliciter uſus eſt, ad demonſtrandum, hominem ex viribus naturalibus nec convertere ſe, nec bona opera facere, nec per easdem ad hæc, *cooperando* cum gratia, concurrere poſſe. Provocarunt ad hocce oraculum ſacrum patres antiquiſſimi, cumprimis AUGUSTINUS, itemque nonnulla eccleſiæ concilia, contra Pelagianos olim habita, veluti *Milevitanum*, ſecundum alios *Carthaginenſe*, anno *CCCXVIII.* habitum, *can. 5. Arauſicanum* II. ann. *DXXIX.* celebratum, *can.* 7. aliaque. Idem fecerunt pii noſtri confeſſores. Vid. *confeſſ. Auguſt. art. XX.* ſub finem, *p. 19. apolog. Auguſt. confeſſ. art. III. p. 110, 113, 127, 138. epit. formul. concord. art. II. de libero arbitrio, p. 580.* & *declarat. formul. concord. eod. artic. p. 659.* edit. Rechenberg. Copioſius dictum hoc ſervatoris noſtri explicarunt atque ab objectionibus diſſentientium vindicarunt GERHARDUS noſter, in *harmon. evangeliſt. cap. CLXXVII. p. 1400. ſeqq.* SEBAST. SCHMIDIUS, in *colleg. biblico part. II. pag. 153. ſeqq.* C. M. PFAFFIUS, in peculiari *diſſert. in verba Chriſti: ſine me nihil poteſtis facere*, Tubing. *MDCCXLVI.* edita; & ex eccleſiæ Reformatæ theologis CHRISTOPH. PELARGUS, in *comment. ad h. l.* & DAN. CHAMIERIUS, in *panſtrat. cathol. tom. III. libr. IV. cap. VII. §. XIV. ſeqq. p. 48. ſeqq.*

Diſſentiunt vero interpretes in expoſitione particulæ χωρὶς, quæ in hoc ſervatoris oraculo occurrit. Antiqui eccleſiæ chriſtianæ doctores eandem pro ſimpliciter excluſiva habent; quæ & communis recentiorum interpretum eſt ſententia. Deſeruerunt vero eandem ex noſtris GERHARDUS & SCHMIDIUS, quos modo laudavimus, itemque TARNOVIUS, PRÜCKNERUS, QUENSTEDIUS aliique, qui contendunt, verba textus græci χωρὶς ἐμοῦ non ſignificare: *ſine me*, ſed per *ſeorſim*, *ſeparatim a me*, vertenda eſſe. In eandem ſententiam ex eccleſiæ Reformatæ theologis deſcenderunt BEZA, PISCATOR, CAMERO, RAVANELLUS, & ex recentioribus L'ENFANTIUS & BELLOSOBRIUS; quibus ex eccleſiæ Romanæ ſectatoribus, præter alios, JO. MALDONATUS, JO. GAGNÆUS atque RICHARDUS SIMONIUS, oratorii Pariſienſis presbyter, a JAC. BENIGNO BOSSUETO, epiſcopo quondam Meldenſi eapropter reprehenſus, adjungi poſſunt. Vid. *la bibliotheque critique de Mr. Sainjore*, ſub quo nomine SIMONIUS, quem modo nominavimus, latitat, *tom. IV. lettres 41, 42. p. 393. ſeqq.* Eandem expoſitionem ex Socinianis SCHLICHTINGIUS & WOLZOGENIUS; ex JO. ARMINII diſcipulis H. GROTIUS, atque ex Anglorum gente

attribuitur, plerumque *totalem* cauſam deſignat: Joh. I. 3. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*; hoc eſt, non ſolum omnia ipſe fecit, ſed etiam a nul-

gente DANIEL WHITBY ſuo adprobarunt calculo.

Qui ex theologis orthodoxis, deſerta communi interpretum ſententia, aliam adoptarunt, ea cumprimis inducti ratione id fecerunt, quia excluſivum *ſine* haud exigua laborat ambiguitate. Aliquando enim denotat cauſſam *efficientem principalem*; aliquando vero cauſſam duntaxat *ſociam*, aut *ſine qua non*, verb. grat. ſi dicatur, equus hic ſine altero admoto currum trahere haud poteſt; aliquando denique deſignat inſtrumentum, ex. grat. ſi dicatur, ſine cultro ſecari haud poſſe. Huic ambiguitati conſulere voluerunt viri præſtantiſſimi, adoptata verſione per *ſeorſim*, ac ſi diceretur χωρισθέντες ἀπ᾽ ἐμοῦ, *ſeparati a me, non manentes in me*.

Alio vero ſine aliaque intentione ii, qui pelagianiſmo favent, hominesque *cum gratia cooperari* ſtatuunt, hancce verſionem amplexi ſunt. Exiſtimarunt nimirum, ſtante hac expoſitione, argumentum, quod pro adſtruenda ἀδυναμίᾳ hominis in ſpiritualibus ex hoc oraculo deſumere ſolent orthodoxi, prorſus ſubrui. De iis enim duntaxat heic loqui ſervatorem, qui a ſe vite exciſi ſint palmites, ſive, ut aliis verbis eandem rem exprimamus, qui per *apoſtaſiam*, ſeu *defectionem*, a Chriſto ſint ſeparati, atque, hanc ipſam ob rationem, nihil, quod bonæ frugis ſit, facere amplius poſſint. Jam vero ab apoſtatis eorumque conſummata pravitate, atque ad omne bonum opus impotentia ad omnes omnino homines argui haud poſſe.

Nos, miſſa hac verborum expoſitione, in eorum adquieſcimus ſententia, qui particulam χωρὶς pro ſimpliciter *excluſiva* habent, oraculumque ſervatoris cum ERASMO, b. LUTHERO, imo ipſa VULGATA, ita convertunt: *SINE ME nihil poteſtis facere*; Siquidem hæc verſio non tantum planior ac ſimplicior eſt altera illa, quam modo indicavimus, ſed & contextui magis eſt conſentanea. Quod ſi enim τὸ χωρὶς vertatur per *ſeorſim*, hic verborum ſenſus emergeret: ſi a me excidamini, tum nullum poteritis fructum ferre, h. e. inutiles eritis ad omne bonum opus; atque ſic idem diceretur, quod ſubſequenti *comm. 6.* docet ſervator, quando ait: *ſi quis in me non manſerit, is extra* (vineam) *projectus, ſtatim ut palmes areſcet*.

Nec communi ac receptæ expoſitioni opponi poteſt, quod particula excluſiva *ſine* ambiguitate quadam laboret, nec tantum de cauſſa *efficiente & principali*, ſed & de cauſſa *ſocia*, aut *ſine qua non*, quin & de cauſſa *inſtrumentali* exponi queat. Ex ipſius enim parabolæ nexu facile perſpicitur, non aliam cauſſam heic intelligi poſſe, quam *efficientem*. De tali enim cauſſa agitur in textu, qualis in corporeis ſuccus radicalis vitis eſt, in relatione ad palmites. Quem ad modum igitur palmes omnem ſuccum ex vite trahit, nec ſine ea ullum fructum ferre poteſt; ita & omne bonum, quod faciunt Chriſti ſectatores, faciunt *ex virtute Chriſti* cœlitus ipſis communicata, nec *ſine* Chriſto quidquam ſucci habent ad faciendum bonum: Proinde τὸ χωρὶς heic accipi debet in *ſenſu* virium naturalium *excluſivo*; atque eadem ratione, qua *ſine* Chriſto nihil factum eſſe dicitur, *Joh. I. 3.* ut ſupra copioſius oſtendit GERHARDUS.

Quod ſi tamen receptæ ſententiæ alteram illam, quæ χωρὶς per *extra* vel *ſeorſim* reddendum eſſe ſtatuit, aliquis forte præferendam eſſe arbitretur, nihilo tamen minus argumentum, quod pro impotentia hominis naturali ex hoc oraculo deducitur, firmo ſtabit talo. Tunc enim effato hocce innuuntur omnes ii, qui ſunt extra Chriſtum, non *apoſtatæ* duntaxat, uti obtendunt diſſentientes, ſed & omnes relapſi, vel ad Chriſtum nondum converſi, qui Chriſto non ſunt inſiti, ut palmites viti. Quem ad modum ſcil. palmes, *ſeorſim* a vite, ſive a vite abſciſſus, nullum edere poteſt fructum, ſed areſcit; ita quoque homines, qui Chriſto non ſunt inſiti, ſed *extra* eum conſtituti, nihil bonæ frugis producere queunt, omni quippe ſuccu, ad faciendum bonum neceſſario, quem ex Chriſto vite trahere debebant, prorſus deſtituti. Egregia hanc in rem ſunt verba AUGUSTINI *tract. LXXXI. in Joh.* digna profecto, quæ heic adſcribamus. *Ita in vite ſunt palmites*, inquit laudatiſſimus præſul, *ut viti non conferant, ſed accipiant, unde vivant. Ita vero vitis eſt in palmitibus, ut vitale alimentum ſubminiſtret eis, non ſumat ab eis. Ac per hoc & manentem in ſe habere Chriſtum, & manere in Chriſto diſcipulis prodeſt utrumque, non Chriſto. Nam, præciſo palmite, poteſt de viva radice alius pullulare, qui autem præciſus eſt, ſine radice non poteſt vivere.* Repetiit hæc verba

a nullo adjutus omnia fecit, quod exemplum pulcre ad articulum reparationis & *ἀνακτί-σεως* adplicari poterit. Auguſtinus lib. II. contra duas epiſt. Pelag. cap. 8. *Dominus, ut reſponderet futuro Pelagio, non ait, ſine me difficile poteſtis aliquid perficere, ſed ait*, ſine me nihil poteſtis facere. *Et, ut reſponderet futuris etiam iſtis in eadem ipſa evangelica ſententia, non ait*, ſine me nihil poteſtis *perficere, ſed* facere. *Nam ſi perficere dixiſſet, poſſent iſti dicere, non ad incipiendum bonum, quod a nobis eſt, ſed ad perficiendum eſſe Dei adjutorium neceſſarium*. Quod ſi de ipſis renatis Chriſti dictum accipiatur, quo ſenſu accipit Auguſtinus de ſpiritu & lit. c. XXIX. neque id incommode, cum ad apoſtolos C ſtus loquatur, quos ceu palmites viti cœleſt ſertos eſſe dixerat; ſane concedimus, illos adjutorio ita indigere, ut interim etiam ipſ operentur, ſed cum illa *συνέργεια* non ori ex priſtinis & ex veteri nativitate adhuc reli ſed novis a Spiritu ſancto donatis viribus, ad ſtabiliendam liberi arbitrii in ipſa conve ne efficaciam adcommodari omnino nequit. enim ne renati quidem in rebus ſpiritualib divinis ex ſeſe quicquam facere, neque ulla ra Deo grata ſine Chriſti gratia edere poſ quanto minus hominibus non renatis & Chriſti gratiam conſtitutis tantillum fuerit ſcribendum.

§. X

Prosper, gente Aquitanus, *ſentent.* 364. hodie 368. itemque concilium Arauſicanum *II. c.* 24.

Jam vero, quod porro notamus, emphaticum eſt, quod Chriſtus addit: *οὐδὲν nihil. Sine me*, inquit, *NIHIL poteſtis facere*. Augetur hæc emphaſis, uti recte monent interpretes, per geminatam negationem οὐ, οὐδὲν, ſecundum indolem linguæ græcæ, quam in ſermone latino utcumque exprimimus per, *nihil quidquam, prorſus nihil*. Quod vero hæc verba de rebus *ſpiritualibus* ſint accipienda, non de rebus civilibus atque externis, ex toto contextu luculenter patet. Loquitur enim Chriſtus de ſe tanquam vite, ex qua omnis ſuccus ſpiritualis in nos palmites, ipſi inſitos, ſit derivandus, ſi bona *ſpiritualiter* talia facere velimus. Unde ſponte conſequitur, ſoli Chriſto deberi, quidquid a nobis Deo gratum atque acceptum proficiſcatur.

Excipiunt quidem nonnulli, effatum ſervatoris non reſpicere opera quævis chriſtianorum bona Deoque grata, ſed reſtringendum eſſe ad *opera apoſtolorum*, quos ſolos heic adloquatur Chriſtus, *officialia*, ad quæ & reſtringenda ſint verba gentium apoſtoli 2 *Cor. III.* 5. licet communiter, ſed perperam, ad omnia chriſtianorum cogitata & opera alias adplicari ſoleant. Hanc expoſitionem cumprimis exornandam ſuſcepit Steph. Curcellæus, ſuam de hoc oraculo mentem hiſce verbis exponens: *Locus hic proprie non oſtendit, quid in ſingulis fidelibus requiratur, ut ſalutis æternæ fiant ticipes; ſed potius, quodnam ſit ſpeciale apo rum officium, ut demandato ſibi munere deſ & multos ad veritatis cognitionem adducer ſint, hoc nempe, ut a Chriſto toti pendeant ſi quid proprio arbitrio facere inſtituerent ad ipſius præcepta minus attenderent, inſe totum iſtud negotium ipſis ſuccederet*. Hinc borum Chriſti hanc ſubjungit paraphraſi *vos me deſerueritis, & præcepta, quæ vobis, non ſtudioſe retinueritis & obſervave nolite ullum laboris veſtri ſucceſſum aut fru ſive ad vos, ſive ad alios redeuntem, exſp* Vid. ejusdem *inſtitut. relig. chriſt. libr cap. XII. §. I. p.* 397. Ad eandem ſente propius accedit auctor anonymus epiſtola licæ *ſur la liberté*, quæ exſtat *dans la bibl que Germanique tom. XLIII. art.* 2. *p.* 50.

Verum ad *ſola* apoſtolorum opera *o* oraculum ſervatoris reſtringi haud poſſe ex eo facile colligi poteſt, quoniam apoſt textu noſtro non ut *vinitores*, ſed ut *pa* deſcribuntur, qui ut tales Chriſto viti inque Chriſto permanere debeant, ut gratia macti actiones bonas edere fruct ſpirituales proferre queant. Obſervamus que in hac ipſa ſervatoris oratione ad di los habita, diſertam precum *comm.* 7. itemque cuſtodiæ mandatorum Chriſti 10, 14. nec non mutuæ dilectionis, *comm.* fieri mentionem, quæ quidem officia no ſolos apoſtolos, ſed ad omnes ſpectant ch nos, Chriſto viti inſertos.

...or. V. ...dat Spi... ...S. obe... ...bus ſibi.

§. XCVI. Act. V. 32. *Deus dat Spiritum ſanctum obedientibus ſibi.* Ergo *poſſumus Deo obedire, antequam Spiritu ſancto donemur.* Reſp. φρόνημα σαρκὸς eſt ἔχθρα εἰς τὸν θεὸν, Rom. VIII. 7. quo-
o ergo poſſumus Deo obedire ante acce-
ı Spiritus S. gratiam? Agitur autem in dicto
ı non de donis Spiritus S. communibus, quæ
ibus piis ad renovationem & ſanctificationem
neceſſaria, ſed de miraculoſo illo dono vi-
ter illabentis ſuper primitivæ eccleſiæ diſci-
s Spiritus ſancti, quæ effuſio non continge-
alienis a fide & pietate chriſtiana, ſed illis
n, qui verbo obedierant, qui per verbum
dem & obſequium doctrinæ evangelicæ tra-
i erant. Quod ſi ad converſionis negotium
adplicetur, dicendum erit, Spiritum ſan-
ı dari obedientibus, hoc eſt, illis, qui ver-
audiunt ac meditantur, nec hoſtiliter reſi-
t Spiritus ſancti operationi. Phraſi enim
æa verba *adfirmata* ſæpius ponuntur pro
rariis *negatis*, qua ratione pertineret hoc
ım ad regulam adcurate in hoc negotio te-
lam, non eſſe quærendos violentos raptus,
exſpectandos enthuſiaſticos motus, ſed Spiri-
ſanctum eſſe efficacem per vocem evange-
uditam ac cogitatam.

...tor. X. ...s & elee... ...nae adſcen... ...nt ad ...n.

§. XCVII. Act. X. 4. *Preces & eleemoſynae Cornelii adſcenderunt ad Deum, antequam a Petro doceretur, & Spiritum ſanctum acciperet.* Ergo *homines inſtructi ſunt facultate praeparandi*
d gratiam. Reſp. Cornelius, antequam a
o doceretur, & miraculoſa Spiritus S. dona
peret, habuit aliquam per Spiritum ſanctifi-
onis de Meſſia & officio ipſius notitiam, ac
Meſſiam amplectente præditus fuit, quam-
nondum ſciret, quæ perſona in individuo
ille mediator ac Meſſias. Dicitur enim fuiſ-
σεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν θεὸν, v. 2. cujus
ευχαὶ καὶ ἐλεημοσύναι ἀνέβησαν εἰς μνη-
μόσυνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ; v. 4. utique ergo
a fide præditus fuit; *quomodo eum invoca-*
, in quem non crediderunt? Rom. X. 14.
ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Hebr. XI. 6. Auguſtinus lib. I. de prædeſt. ſanct. c. 7. *Quicquid Cornelius, antequam crederet, & cum crederet, & poſtquam credidiſſet, bene operatus eſt, totum Deo dandum eſt; ne quis extollatur.* lib. I. ad Simpl. q. 2. *In quibusdam tanta eſt fidei gratia, quanta non ſufficit ad regnum cælorum obtinendum, ſicut in Cornelio, fiunt igitur in converſione inchoationes ſimiles conceptioni, non tamen ſolum concipi, ſed & naſci opus eſt, nihil tamen horum fit ſine gratuita Dei miſericordia.* Beda in hunc loc. *Cornelius non virtutibus ad Deum, ſed fide pertingebat ad virtutes.* Gloſſ. ord. ex Greg. *Cornelius, cujus eleemoſynae ante baptiſmum angelo teſtante laudantur, non operibus ad fidem, ſed fide venit ad opera. Si enim ante baptiſmum Deo non credebat, quomodo orabat, aut quomodo hunc Deus exaudiret, ſi profectum boni ab ipſo non peteret? Sciebat igitur Deum creatorem omnium, ſed ignorabat Filium incarnatum, fidem habuit, cujus eleemoſynae & orationes Deo placuerunt.* (Quod vero ibid. additur in gloſſa, *Cornelium bono opere promeruiſſe, ut Deum cognoſceret,* id præmiſſis adverſatur.)

Actor. XXVI. Non fui inobediens cœleſti viſioni.

§. XCVIII. Act. XXVI. *Paulus coram rege Agrippa hiſtoriam ſuae converſionis commemorans dicit,* ſe non fuiſſe inobedientem cœleſti viſioni. v. 19. Ergo *obtemperavit ex ſuis viribus cœleſti vocationi.* Reſp. ex verſu proxime ſequente evidenter adparet, apoſtolum non loqui de obedientia primæ converſionis, ſed de obedientia converſionem inſecuta in obeundo prædicationis evangelicæ munere & concredito ſibi apoſtolatu, ſic enim habent verba: *Non fui inobediens cœleſti viſioni, ſed his, qui ſunt Damaſci primum & Hieroſolymis, & in omnem regionem Iudaeae & gentibus annunciabam, ut pœnitentiam agerent.* Nec illuſtrius exemplum gratuitæ converſionis facile dabitur, quam hoc ipſum Pauli, qui ex perſecutore tantus apoſtolus ſola Dei gratia & efficaci mutatione factus. *Dic mihi,* inquit Auguſtinus lib. I. contra duas epiſt. Pelag. ad Bonif. c. 19. *quid boni Paulus*

adhuc

adhuc Saulus volebat ac non potius magna mala &c. quibus meritis bonae voluntatis Deus illum ab his malis ad bona mirabili & repentina vocatione convertit?

Galat. III. Promiſſio Spiritus accipitur fide.

§. XCIX. Gal. III. 14. *Promiſſio Spiritus accipitur per fidem.* Ergo *fides praecedit Spiritus ſancti acceptionem.* Reſp. hoc argumentum erudite tractat Chemnitius p. I. loc. in art. de lib. arb. c. 6. p. 479. & in judicio de controv. quibusd. qq. p. 52. ſummatim hoc adſerit, cum in quam pluribus ſcripturæ pronunciatis fides dicatur donum & opus Spiritus S., ideo non poſſe dici, quod fides ex naturalibus viribus ante Spiritus S. gratiam concipiatur & accendatur: ſenſum igitur dicti apoſtolici hunc eſſe, quod accipiamus Spiritum S. per verbum, quando audimus & meditamur vocem evangelii, quod *eſt miniſterium Spiritus.* 2. Cor. III. 6. Neque enim hæc ſunt divellenda, quaſi primum ſentiamus operationem Spiritus S. & poſtea ſequatur auditus & meditatio verbi, neque exiſtimandum, noſtra meditatione vel deſiderio impetrari Spiritum S. ſed Spiritus S. prævenit noſtram voluntatem, nec tamen per raptus enthuſiaſticos vel violentos, ſed quando ordimur a verbo. Quod ergo hoc loco dicitur *fide accipi promiſſionem Spiritus*, id v. 2. ſic explicatur, quod Spiritus accipiatur ἐξ ἀκοῆς τῆς πίστεως, *per auditum praedicatae fidei*, ſeu per prædicationem evangelii, auſcultatione perceptam. Gloſſ. interl. per promiſſionem Spiritus intelligit beatitudinem, quam Spiritus in arrham datus promittit. Alii de incremento donorum Spiritus S. locum accipiunt, quia credentibus donantur plura Spiritus dona, ac prius data augentur; (*) ſed prior explicatio ſimplicior eſt & textui convenientior.

§. C. 2. Tim. II. 21. *Si quis ſe ipſum ab his expurgaverit, erit vas in honorem ſanctificationis, & utile Domino ad omne opus bonum.* Ergo *per liberum arbitrium poteſt homo ſeſe praeparare, ut ſit aptus Dei obſequio.* Reſp. Auguſt leſtio hoc dictum urgenti lib. III. hy[…] ſpondet: *Alia eſt ratio jam credentis i[…] gratiam illuminati ac reparati, alia […] credentis.* Neque enim noſtris nos […] poſſumus viribus, ſed Deus eſt, *qui […] ficat corda*, Act. XV. 9. *per Spiritu[…] cat animas;* 1. Petr. I. 22. quod ergo non poſſumus, illud ipſo donante & […] operante poſſumus.

2. Qu[…] exp[…] eri[…]

§. CI. Apoc. III. 20. *Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit oſtium, ingrediar ad eum & cœnabo cum eo.* Ergo *ex noſtris liberi arbitrii viribus poſſumus Chriſto oſtium cordis noſtri aperire.* Reſp. non […] noſtrarum virium, ſed officii noſtri deb[…] primitur. Docemur enim, miniſterio le[…] malleo quodam corda noſtra pulſari; […] igitur eſſe aures noſtras non obdurare corda indurare, ſed pulſantis vocem au[…] res cordis aperire, & ingredientem pr[…] cipere, id quod non noſtra, ſed Dei vir[…] ſumus, *qui operatur in nobis velle*, Phi[…] *qui aperit cor noſtrum*, Act. XVI. 14. […]gnum ſibi in eo parat habitaculum. Deus oſtium cordis noſtri per verbum, […]tim per conciones legis pulſat, adeſt ſi[…] tia Spiritus S., qui in corde noſtro co[…] nem vult operari, ergo in illa pulſatione […] tum foriſecus adſtat, ſed etiam interius

A[…] *Ecce […] ſtium*

CAPU[…]

(*) Addimus, eſſe quoque nonnullos interpretes, qui locum hunc de *promiſſione ſpirituali* exponant, ut proinde heic doceat gentium apoſtolus, promiſſionem Abrahæ factam, cujus modo fecerat mentionem, non fuiſſe de *temporalibus* ſolum bonis terræ Canaan, ſed præcipue de *ſpirituali* benedictione. Hac ratione poſterius hujus commatis membrum exegeſis erit prioris, hoc ſenſu: „redemit nos Chriſtus a maledictione: u[…] „ctio Abrahæ daretur gentibus in Chri[…] „ut, inquam, nos omnes *promiſſionem* „*lem* Abrahæ factam acciperemus per […] Fides ergo manus eſt, qua benedictionen[…] noſtram facimus nobisque adplicamus. Vi[…] Pareum in *not. ad h. l. oper. tom. I.* […] p. 274.

CAPUT VII.
ERRANTES DE LIBERO ARBITRIO IN DEFECTU.

§. CII.

Errores in defectu.

Atque hæc dicta ſint de Pelagianis liberi arbtrii defenſoribus, * & quotquot ipſorum leat veſtigia, qui ad dextram a cœleſtis veritatis mite in hoc articulo ſeceſſionem faciunt. Ad ſiſtram declinant, quotquot in ἐλλείψει hic ccant, utpote I.) *Valentiniani* (*), *Marcionitae*, illos ſecuti *Manichaei* (**), qui abſolutæ neceſſis legibus omnes hominis actiones adſtringunt, ccatum non a libera hominis voluntate, ſed ex lla quadam ſubſtantia, a malo principio creata, um eſſe ſtatuunt, atque adeo omnem etiam in civilibus & malis actionibus libertatem tollunt, de quibus videantur ſcripta veterum, præſertim Irenæi ac Tertulliani. II.) *Enthuſiaſtae* (***) a Meſſalio orti, qui Spiritum S. immediate, ſine verbi adminiculo, violento raptu, vel per ſpeculationem ſomniorum, vel per ſimulationem orationis illabendo, homines convertere ſtatuunt, de quibus videatur hiſt. tripart. lib. VII. c. 11. Quidam ſtatuunt, eosdem cum enthuſiaſtis eſſe *Euchitas* (****), quorum meminit Auguſtinus ad Quodvult. hær. LVII. Noſtro ſeculo illorum veſtigiis inſiſtunt, qui abſolutam rerum omnium neceſſitatem ac fati cujusdam Stoici (*) immutabilitatem propugnant, qui miniſte-

(*) de *Valentinianis*, qui ſeculo II. puriorem chriſtianorum cœtum turbarunt, non ſine ratione dubitari poteſt, an iis, qui abſolutæ neceſſitatis legibus omnes hominis actiones ſubjiciunt, ſint accenſendi. Neque enim VALENTINUS, ſectæ hujus conditor, ullibi hoc docuiſſe deprehenditur, neque hæc concluſio ex ejus principiis, quæ quidem valde ſunt obſcura, immo ſubinde inexplicabilia, legitimâ ratione derivari poteſt. Equidem ab HIERONYMO in *proœm. epiſt. ad Philipp. tom. VI. oper. p.* 211. & ad *Epheſ. III. p.* 173. nec non ab ORIGENE *περι αρχων libr. IV. cap. VII.* tribuitur Valentino, ac ſi duo principia rerum omnium, alterum boni, alterum mali auctorem, adſeruerit. Verum hoc non ita intelligendum, ac ſi Deo ſupremo, omnium rerum fonti ac principio, aliud æquale, & ejusdem poteſtatis adjunxerit; hæc enim ſententia nexui ſyſtematis Valentiniani repugnare videtur. Ea potius, ut nonnulli conjiciunt, mens fuit Valentini, quod in mundi hujus materialis generatione quædam ſubſtantiæ ex materiæ conditione ad prava ferantur. Vid. b. BUDDEI *diſſertat. de hæreſi Valentin.* §. *IX. not.* (*o*) *p.* 590.

(**) De *Marcionitis*, ſeculi II. hæreticis, &, qui eos ſeculo III. inſecuti ſunt, *Manichæis*, conſtat, eos doctrinam de duobus principiis contrariis & coæternis, Deo & materia, luce & tenebris, altero *boni* auctore, altero *mali*, adoptaſſe, ac peccati, a Deo malo profecti, abſolutam ſtatuiſſe neceſſitatem, humanique arbitrii ſuſtuliſſe libertatem. Legenda, quæ hanc in rem diſſerit b. cancell. MOSHEMIUS, in *comment. de rebus chriſtianorum ante Conſtantinum M. p.* 842. *ſeqq.*

(***) *Enthuſiaſtae*, ad quos heic digitum intendit GERHARDUS, ſeculo quarto in Meſopotamia *Meſſalianorum* nomine innotuerunt. Græci eos *Euchitas* vocarunt, h. e. *precantes*, id quod *Meſſalianorum* nomen ſyriacum proprie ſignificat. Neque enim a MESSALIO, uti exiſtimat GERHARDUS, ſed a *precibus* dicti ſunt *Meſſaliani*. Jactitabant iſti homines ſubitaneas revelationes & inſpirationes, quibus ad hoc illudve agendum impellerentur, malumque dæmonem, hominum animos inhabitantem, nulla re alia, quam adſiduis precibus expelli poſſe cenſebant. Vid. EPIPHANIUM *hæreſ. LXXX.* THEODORETUM *libr. IV. hæret. fabul. cap. X.* atque inprimis EUTYMIUM ZIGABENUM in *panoplia tit. XXVI.* edit. græcæ Targobyſtenſis. Addi meretur ex recentioribus TILLEMONTIUS, dans *les memoires pour ſervir à l'hiſtoire eccleſiaſtique &c. tom. VIII. p.* 527. *&c.*

(****) *Euchitas* cum *Meſſalianis* unam eandemque ſectam confeciſſe, ex iis, quæ in præcedenti nota diximus, intelligitur.

(*) Conſtat, Stoicos ejusmodi ſtatuiſſe fatum, cujus inevitabili neceſſitati omnia, ipſeque etiam Deus, ſint obnoxia. Eſt vero fatum, ſecundum definitionem CHRYSIPPI, quam ſervavit

ſterium verbi negant eſſe Spiritus S. converſionem operantis organum, qui in converſione

veterem hominis ſubſtantiam penitus ab novam ſurrogari nugantur, qui diverſo

vit GELLIUS *libr. VI. cap. 2. Sempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum & catena, volvens ſemet ipſa & implicans, per æternos conſequentiæ ordines, ex quibus apta connexaque eſt.* In eandem ſententiam pronunciat SENECA *de providentia cap. V.* ubi hæc leguntur verba: *Fata nos ducunt, & quantum cuique reſtet, prima naſcentium hora diſpoſuit. Cauſa pendet ex cauſa; privata ac publica longus rerum ordo trahit: non incidunt cuncta, ſed veniunt.* Malignitatem hujus fati demonſtravit JAC. THOMASIUS, *de exuſtione mundi Stoica, diſſertat. XIII. p. 166. ſeqq.* Fuerunt equidem viri quidam docti, qui impietatem a Stoicis avertere, eorumque placita mitigare annisi ſunt, ex quibus eminent JUST. LIPSIUS, in *phyſiol. Stoic. libr. I. diſſ. XII.* & JACOB. ZIMMERMANNUS, theologus Tigurinus, qui peculiarem *exercitationem de fato Stoicorum* ſcripſit, quæ primum *muſæo Bremenſi, vol. I. part. I. p. 1. ſeqq.* inſerta, poſtea vero recuſa fuit in ejusdem *opuſculis* junctim editis, *tom. II. part. II. p. 977. ſeqq.* Pertinent huc cumprimis ea, quæ *loc. cit. §. VII. p. 990. ſqq.* ſcripſit laudatiſſ. vir. Sed ſi quis legere riteque expendere voluerit ea, quæ ex Stoicorum ſcriptis adnotavit vir celeb. JACOB. BRUCKERUS in *hiſtor. crit. philoſ. tom. I. part. II. libr. II. cap. IX. §. XX. & XXI. p. 930. ſeqq.* facile perſpiciet, Stoicos ab impietatis nota liberari haud poſſe.

Cæterum recentiori quoque ævo exſtiterunt haud pauci, qui abſolutam quandam neceſſitatem introducendo, omni hominem libertate ſpoliarunt. Referimus in hancce claſſem

I) BENEDICTUM DE SPINOZA, philoſophum Carteſianum, religionis profeſſione primum Judæum, tandem vero ex philoſopho atheum, de quo in *adpendice* ad locum de Deo, *tomo I. loc. theolog. p. 160.* nonnulla diximus. Equidem ut fucum incautis faceret SPINOZA, verbis valde ambiguis libertatem humanam concedere videri voluit, quam tamen re ipſa negavit. Duo enim requirit ad libertatem, 1) ut actionum noſtrarum habeamus cognitionem; 2) ut *ipſi velimus* eas facere. Sed per *to velle* nihil aliud intelligit impoſtor, quam *conſentire*, ut actio fiat, quam impedire haud poſſumus, motuumque ſuorum ſibi *conſcium eſſe*; quæ quidem mera eſt illuſio. Nam & is, qui vinculis conſtrictus ad mortem rapitur, mo-

tuum ſuorum ſibi conſcius eſt, & con id, quod impedire nequit, nec tame pter liber dici poteſt. Hinc & ipſe alibi diſertis verbis profitetur, ſe lil hominis prorſus negare. *In mente, nulla eſt abſoluta, ſive libera voluntas, ad hoc vel illud volendum determinatur quæ etiam ab alia determinata eſt, & ba ab alia, & ſic in infinitum.* Vid. ejus *part. II. prop. XLVIII. p. 85.*

II) Huc quoque pertinet THOMA BIUS, vel, ut plerique pronuncian BESIUS, Malmesburienſis philoſoph paſſim in ſcriptis ſuis, ſpeciatim in *Le* ejusmodi propugnavit principia, qua quandam atque inevitabilem neceſſit volvunt. Gravis eapropter inter i JO. BRAMHALLUM, epiſcopum De exorta eſt controverſia, libellis quoq cis agitata. Scripta præcipua ex utra edita, uno faſciculo comprehenſa pr Londini anno *MDCLVI.* hac inſigni ptione: *the queſtions concerning liberty ceſſity, and chance, ſtated and debatea D. Bramhall, Biſhop of London-Derry Hobbes of Malmesbury*, 4. Edidit quo datiſſimus BRAMHALLUS *defenſion libertatis actionum humanarum ab anteci extrinſeca neceſſitate*, Londini *MDCI* mone anglicano, itemque *caſtigatione rum Hobbeſii animadverſionum de liberta ceſſitate* Londini *MDCLVIII.* 8. eaden Refutatus etiam fuit Hobbeſius a SAM CKIO in libro, cui titulus: *demonſtrati being and attributes of God &c.* Lond. *M* 8. *prop. 9.* Controverſiæ hujus hiſtc ſententiæ Hobbeſianæ ſummam ediſſert erudite illuſtravit illuſtris LEIBNIT *adpend. ad theodicæam, p. 425. ſeqq.* L que hanc in rem meretur JAC. BRUC in *hiſt. critica philoſoph. tom. IV. part. I cap. VI. §. VIII. p. 154. ſeqq.* HO haud immerito

III) adjungitur PETR. BÆLIUS, phus Roterodamenſis. Licet enim n ſuis ſcriptis libertatem hominis diſerte rit Bælius, ſed judicium ſuſpenderit t cus, dixeritque, ex utraque ſententia tiones, ad quas reſponderi haud poſſit men ſubinde de hocce argumento di

s ſtatus non diſcernunt, ſed voluntatem ho- inis non ſolum ante converſionem & in con- verſione, ſed etiam poſt converſionem Spiritui S. ſemper repugnare ſtatuunt.

Bb 2 CAPUT VIII.

ut ab eorum ſententia, qui libertatem voluntatis humanæ deſtruunt, non procul abeſſe videatur. Nam in *dictionario hiſtorico & critico*, gallice edito, *tom. IV. voce Rorarius*, refutare adnititur argumentum, petitum a neceſſitate & uſu pœnarum, quæ ſublata arbitrii libertate crudeles forent; & *tom. III. voc. Manichéens* Manichæorum hypotheſes ita defendendas atque exornandas ſibi ſumſit, ut haud obſcure liberum ſimul arbitrium ſuſtuliſſe videatur. Lectu digna ſunt, quæ hanc ob rem contra Bælium diſputarunt viri quidam docti, ſpeciatim ISAACUS JAQUELOTUS, *dans l'examen de la theologie de Mr. Bayle, part. II. cap. II. p. 203. ſeqq.* & JO. CHRISTOPH. WOLFIUS, in *Manichæiſmo ante Manichæos, ſect. III. §. XXI. p. 405. ſeqq.* aliique. Nec

IV) prætermittendus heic eſt ANTONIUS COLLINUS, ſcriptor Anglus, eruditus quidem, ſed incredulus, qui, retento libertatis vocabulo, rem ipſam deſtruxit, inque peculiari diſſertatione, anno *MDCCXVII.* anglico ſermone primum edita, poſtea vero in linguam gallicam converſa, quæ titulum fert: *recherches philoſophiques ſur la liberté de l'homme*, comprobare adniſus eſt, *hominem eſſe agens neceſſarium, omnesque ejus actiones ita eſſe determinatas per cauſſas antecedentes, ut impoſſibile ſit, ullam actionum, quas patravit, poſſe non fieri, aut aliter fieri, aut ullam earum actionum, quas patraturus eſt, poſſe non futuram eſſe, aut aliter futuram.* Inſerta eſt hæc diſſertatio *collectioni opuſculorum quorundam* LEIBNITII, CLARCKII, NEUTONI, *& aliorum de rebus ad philoſophiam, religionem naturalem, hiſtoriam, matheſin &c. pertinentibus*, quæ primum anglice ſub titulo: *a collection of papers &c.* Lond. *MDCCXVII.* deinde vero in gallicum tranſlata ſermonem, Amſtelod. *MDCCXX.* 12. duobus comprehenſa voluminibus, typis fuit exſcripta. Vid. *la bibliotheque Angloiſe tom. I. p. 455. ſeqq.* Ita vero diſſertatio iſta COLLINI, *collectioni* modo laudatæ inſerta, ſcripta nonnullis viſa eſt, ut facile poſſet imponere animis minus circumſpectis. Unde operæ pretium ſe facturum judicavit vir celeberrimus SAMUEL CLARCKIUS, ſi eandem ſub adcuratius examen revocaret: id quod fecit, editis in eam obſervationibus, COLLINI libello in *collectione* jam commemorata, ſubjunctis. Prodierunt quoque ſeorſim laudatiſſimi viri *remarks upon a book intituld: a philoſophical Enquiry* Lond. *MDCCXVII.* 8. In Germania vero noſtra COLLINUM confutandum ſibi ſumſit JO. EBERH. RÖSLERUS, eximius quondam academiæ Tubingenſis philoſophus, qui binas edidit diſſertationes, quibus COLLINI *inquiſitiones philoſophicæ de libertate hominis ſub examen vocantur*, Tubing. *MDCCXXII.* Solet etiam, quod

V) notamus, FRANC. NICOLAO MALEBRANCHIO, philoſopho Gallo, ex patribus, quos vocant, Oratorii, aliisque, qui ſyſtema *adſiſtentiæ*, ſeu *cauſſarum occaſionalium*, defendendum ſuſcipiunt, exprobrari, quod libertatem hominis penitus ſubruant. In hocce enim ſyſtemate non creatura, ſed *occaſione* intervenientis creaturæ Deus agere, atque immediate omnem motum, adeoque quidquid homines aut dicunt, aut cogitant, aut agunt, efficere creditur; quod ſane ejusmodi eſt, ut vix ſine impietate cogitari, nedum dici queat. Legi merentur, quæ de hocce ſyſtemate cauſſarum occaſionalium ejusque defenſoribus tum antiquioribus tum recentioribus adnotarunt b. BUDDEUS, in *inſtitut. theolog. dogmat. p. 565. ſeqq.* b. cancell. PFAFFIUS in *introduct. in hiſtor. theol. litterar. part. I. p. 336. ſeqq.* & ven. JO. GEORG. WALCHIUS, in *dem philoſophiſchen Lexico p. 2306. ſeqq.* Denique

VI) illuſtri quoque LEIBNITIO, itemque L. B. DE WOLF, aliisque, qui eorum premunt veſtigia, objectum fuit a theologis quibusdam, eorum hypotheſes, ac ſpeciatim ſyſtema *harmoniæ præſtabilitæ*, quod adoptarunt, cum voluntatis humanæ libertate conciliari haud poſſe. Legenda, quæ ex una parte b. WEISMANNUS in *ſchediaſmatib. academic. p. 245. ſeqq.* & *p. 402. ſeqq.* & b. LANGIUS, theologus Halenſis, in *cauſſa Dei & religionis naturalis adverſus atheiſmum*; itemque in *modeſta diſquiſitione novi philoſophiæ ſyſtematis de Deo, mundo & homine &c.* Halæ *MDCCXXIII.* edita; ex altera vero parte illuſtris BULFINGERUS, in *commentatione de harmonia, animi & corporis humani maxime, præſtabilita*, Francof. *MDCCXXIII.* 8. edita, nec non WOLFIUS in *luculenta comment. de differentia nexus rerum ſapientis & fatalis neceſſitatis* &c. Halæ *MDCCXXIV.* typis exſcripta, itemque in *monito ad commentationem luculentam* &c. de hocce argumento ſcripſerunt, quod ſane maximi eſt momenti. Cadente enim libertate, cadit omnis actionum humanarum moralitas.

Reli-

CAPUT VIII.
DE OPERIBUS NON RENATORUM.

De operibus infidelium, ſententia Spiritus S.

§. CIII.

Cæterum, quod ſuperius diximus, homines nondum renatos nihil niſi peccare poſſe, cum hac explicatione accipiendum, ſive actio illa ſit vitioſa *per ſe*, ſive propter *accidens* vitioſa fiat; id quod dici propter externam diſciplinam & civilem j tiam (*), quam etiam non renati aliquo modo ſtare & externam locomotivam regere poſſ quæ externa opera, utpote cooperire nud ſubvenire periclitanti, &c. licet in ſe ex g

Reliquos auctores, qui dogma de libertate hominis ſingulari ſtudio perſequuti ſunt, enarrarunt b. PFAFFIUS, *loc. cit. p.* 327. & JO. ALB. FABRICIUS, in *ſyllabo ſcriptorum de veritate relig. chriſt. cap. XVI. p.* 393.

(*) In quæſtione de operibus non renatorum probe tenenda eſt differentia inter *virtutem*, ſeu juſtitiam *civilem*, de qua heic loquitur GERHARDUS, & virtutem *moralem*. *Illa* non aliud habet fundamentum, quam rationem politicam, qua homo, prudens quidem, ſed nondum renatus Deique amans, ſocietatis humanæ reſpicit vinculum, hujusque intuitu facit *τα τȣ νομȣ, Rom. II. 14. Hæc* vero eſt ſummum ſtudium obtemperandi Deo, atque ad ejusdem præſcriptum actiones ſuas conformandi, ex ratione conſcientiæ, per lumen naturæ informatæ, vel ex verbo divino illuminatæ, itemque e motivo perfectionum divinarum, vel, quod actiones reddit excellentiores, ex motivo glorificandi Deum per Chriſtum, ſeu ob beneficia in regno gratiæ nobis exhibita. Quasdam actiones infidelium ac non renatorum *civiliter* bonas eſſe, extra omnem litis aleam poſitum eſt. Nec penitus negari poteſt, gentiles edidiſſe ſubinde actiones legi naturæ conformes, certoque reſpectu *moraliter* bonas, e motivo perfectionum divinarum, licet rarius, profectas. Verum actiones iſtæ irregenitorum, ut ut certo ſenſu *moraliter* bonæ, longiſſime tamen diſtant a chriſtianorum vere talium actionibus. Hæ enim fiunt ex ratione conſcientiæ a Spiritu S. per verbum illuminatæ, atque e motivo Deum per Chriſtum glorificandi.

II) & hoc notandum, maximam eſſe differentiam inter *virtutem* ejusque exercitationem, & *naturalem animi propenſionem*, quæ ex temperamento hominis ſuam ducit originem. Ita verb. grat. homo ſanguineus, quamvis nec de Deo, nec de legibus divinis ſerio cogitet, ad miſericordiam atque liberalitatem erga alios exercendam naturalem habet proclivitatem, quæ aliquam virtutis habet ſpeciem, licet inter virtutes vere tales referri haud mereatur.

III.) obſervandum quoque eſt, in omni a ne, quæ adcurate cum lege convenire, que placere debet, non tantum ad *mater* ſed & ad *formam*, ut in ſcholis loquun reſpiciendum eſſe. *Materia* actionis id i eſt, quod lex ſive præcipiendo, ſive prohi do præſcribit. *Forma* vero ſpectat ad v circumſtantias, cumprimis ad internam a diſpoſitionem. Externa actionis *materi* ſpectatæ conſummatio legi divinæ poteſt conſentanea, licet mens hominis carnalis, tibusque vere bonis ac ſanctis vacua ſit, proinde legi divinæ pareat, *Rom. VIII.* 7. talis eſt animus hominis non renati, qui ſanctisque motibus deſtitutus, veroque amore vacuus eſt. In ejusmodi homine verſa regnat *φιλαυτια*, quæ ipſi eſt pri immo unicum agendi principium. Quid igitur agit, ex impuro hoc fonte prom ſi vel maxime actio externa bona eſſe vide Unde in *Auguſtana confeſſione articulo XVII* ejusdem *apologia* jure meritoque damna pelagiani, quod ſtatuerint, *nos ſine Spiri ſolis natura viribus, præcepta Dei facere quoad* SUBSTANTIAM ACTUUM (nimi *integram*, ad quam non tantum *externa* o conſummatio, ſed & *interna* eaque ſancta tis diſpoſitio pertinet): *Quanquam enim* TERNA *opera* aliquo modo *efficere natura ſit, poteſt enim manus continere a furto, a tamen* INTERIORES MOTUS *non pote ficere*. Conf. JO. HÜLSEMANNUM in *anal. confeſſ. Auguſt. p.* 768. *ſeqq.* ubi pr negat, poſſe irregenitos *quoad ſubſtantiam* bona opera facere, cum ad hanc non ta *materia*, ſed & *forma* pertineat. Eande ſententiam ſcripſit ÆGID. STRAUCHIU *conſenſu reperito p.* 524. *ſeqq.* qui *loc. cit.* r hendit CONR. HORNEJUM, theolo quondam Helmſtadienſem, quod in *diſput. part. II. diſput. III. ſect.* 2. §. 63. *p.* 299. ſt rat, poſſe irregenitos bona opera facere, q *ſubſtantiam actus*, qua quidem in ſent HORNEJUS præeuntes ſibi habuit alios,

re actus non ſint peccata, tamen per accidens fit, ut peccata ſint, & Deo non placeant: nimirum, quia perſona nondum eſt Deo reconciliata per fidem in Chriſtum, Hebr. XI. 6. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo,* Rom. XIV. 23. *Quicquid non fit ex fide, peccatum eſt,* Tit. I. 15. *Coinquinatis & infidelibus nihil eſt mundum.* Matth. VII. 18. *Mala arbor non poteſt ferre fructus bonos.* Deus non ſecundum adſpectum, ſed ſecundum veritatem judicat, cor reſpicit, & officia non ex actibus, ſed ex mandato ſuo, cauſa vera, forma & finibus penſat. Bona ut ſint, bene a bonis & bono fine fieri oportet. *Æſtimatur enim bonum ex cauſa integra,* dicebat Dionyſius. Opera illa ethnicorum etiamſi videantur ſpecioſa, tamen, quia *non ſunt a Deo facta*, Joh. III. 21. ideo in judicio Dei ſunt peccata (*). Nihil Deo in nobis placet, niſi quod ipſe in nobis operatur. Qui Chriſto veræ viti nondum inſiti, ſalutares fructus ferre nequeunt, Joh. XV. 4. Nondum renati *ſunt inimici mente in operibus malis*, Col. I. 13. *ſunt oleaſtri*, Rom. XI. 22. *ſunt filii irae;* Joh. III. 36. quid autem ab inimicis poteſt offerri gratum? quis ab oleaſtro ſperandus fructus? quid a palmite extra vitem exſpectari poteſt? Unde de ſacrificiis impiorum dicitur, *quod ſint abominationes Domino*, Prov. XV. 8. Eſa. LXVI. 3. Eſ. I. 12. *Quis haec requiſivit de manibus veſtris, ipſorum orationes non audiuntur*, Eſa. I. 15. *jejunia repudiantur;* Eſa. LVIII. 5. nimirum, quia non ex fide, non ex corde per fidem purificato, non ex conſcientia

que magni nominis theologos, veluti GERHARDUM noſtrum, in *confeſſ. cathol. libr. II. part. III. art. XXII. cap. 3. p. 1430.* LEONH. HUTTERUM, in *loc. theolog. art. XIV. de bonis oper. qu. I. p. 481.* ac complures alios. Idem ſenſiſſe deprehendimus JO. MUSÆUM, in *der Jeniſchen Theologen ausführlichen Erklærung etc. p. 334, 335.* & J. G. PFEIFFERUM, theologum Lipſienſem, in *diſſert. I. de convenientia & differentia virtutum naturalium & ſpernaturalium.* Immo BALTHASAR MEISNERUS, theologus quondam Wittebergenſis, adfirmare haud dubitavit, *virtutes gentilium* [illegible] *conſideratas* formaliter & per ſe *non eſſe peccata*, ſed per ſe & intrinſece *bonas atque honeſtas fuiſſe*, per ſe *placuiſſe Deo*, *a Deo provenisse & legi divinæ fuiſſe conformes.* Vid. ejus *anthropol. ſacr. dec. III. diſput. XXI. qu. 14. p. 55. ſeqq.* Sed facile inter ſe conciliari poſſunt ſententiæ noſtrorum theologorum in ſpeciem diverſæ, ſi, quod

IV) notandum, heic diſtinguamus inter bona opera *naturalia*, *civilia*, *in ſenſu philoſophico* talia, & inter bona opera *evangelica*, *ſpiritualia* atque *in ſenſu theologico* talia. Opera gentilium legi naturæ conformia, quæ ex bonis motivis fiunt, recte dicuntur *bona* priori ſenſu, unde & Deus ea adprobat atque remuneratur non tantum præmio naturali, ſed & ſubinde gratia evangelica, prout exemplo Cornelii centurionis conſtat *Act.* X. Nec tamen iſta opera *bona* dici poſſunt *in ſenſu theologico*, cum non fiant ex gratia Spiritus S. nec a perſonis Deo reconciliatis per fidem in Chriſtum, nec ex motivo Deum per Chriſtum glorificandi, nec denique ſalutis æternæ præmio a Deo condecorentur. Neque eorum improbamus ſententiam, qui ſtatuunt, bona gentilium opera ab operibus bonis chriſtianorum non *ſpecie*, ſed tantum *gradu* excellentiæ differre. Vid. illuſtr. BILFINGERUM in diſſertat. *de cultu Dei rationali p. 10. ſeqq.*

(*) Sequitur heic GERHARDUS veſtigia b. LUTHERI, qui diſertis verbis pronunciavit, *virtutes* gentilium non fuiſſe veras virtutes, ſed *peccata.* Vid. ejus *opera lat. Jenenſ. tom. II. p. 540.* Res tota devolvitur ad notionem *peccati.* LUTHERUS peccatum dixit *actionem legi & evangelio, vel in totum, vel in tantum & aliquatenus ſaltim difformem.* Hac poſita definitione, non tantum bona opera, quæ fiunt ab infidelibus atque irregenitis, ſed & ea, quæ a regenitis atque fidelibus fiunt, *peccata* adpellavit. Recte quidem, ſiquidem bonum eſt ex integra cauſſa, malum ex quolibet defectu; licet vocem *peccati* κυριολογως acceperit; prout non ſine ratione monuit b. cancell. PFAFFIUS, in *diſſertat. de ſenſu verborum Paulinorum: quod ex fide non eſt, peccatum eſt, p. 19.* ubi & hoc addit: „non tam preſſe hanc Lu„theri ſententiam intelligendam eſſe, ex eo „patet, quia alias ſtatuit, gentiles, qui vir„tutibus polluerint, ſalvabiles, immo ſalva„tos fuiſſe. Vid. ejus *Tiſch-Reden p. 544.* & „in *Geneſ. cap. IV.* & *IX.* „

tia bona procedunt, fiunt in vetuſtate literæ, non in novitate ſpiritus, referuntur non ad Dei gloriam, ſed ad inanem jactantiam.

Dicta veterum.

§. CIV. Hinc veteres, præſertim Auguſtinus, toties repetunt, ſine fide nulla vere bona opera fieri poſſe, omnem vitam infidelium eſſe peccatum &c (*). Auguſtinus lib. III. ad Bonif. cap. 5. *Sine fide, quae videntur, bona opera in peccata vertuntur*, quicquid enim non fit ex fide, peccatum eſt. Libr. IV. contra Julian. c. 3. *Nulla poteſt eſſe vera virtus, niſi in eo, qui juſtus eſt, juſtus autem nemo eſſe poteſt ſine fide.* Idem in tract. Pſalm. XXXI. *Ea opera, quae dicuntur ante fidem, quamvis videantur hominibus laudabilia, inania ſunt, ita mihi videntur eſſe magnae vires & curſus celerrimus praeter viam. Nemo computet opera ſua ante fidem, ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit, non valde attendas, quid homo faciat, ſed quid, facit, adſpiciat.* His ſimilia ſcribit Augu lib. V. de civ. Dei c. 12. lib. XIX. de civ. Dei epiſt. XCIX. lib. I. de nuptiis & concupiſc. c. Baſilius lib. II. de bapt. c. 7. *Peccator cum ficat, idem facit, ac ſi mactaret canem.* Ch ſtomus ſerm. de fide & leg. nat. tom. III 901. comparat *non renatorum opera pulc precioſis veſtibus defunctorum, qui earum n ſenſum habeant, nec calorem, vim aut e mentum concupiant.* Hieronymus in cap. Zach. & in cap. III. Gal. *Sine Chriſto omnis in vitio eſt.* Ambroſius, vel Proſper, lib. I. d gent. cap. 3. *Abſque veri Dei cultu, qu dentur virtutes eſſe, peccata ſunt, nec p Deo ſine Deo ullus poteſt, qui vero De placet, cui niſi ſibi & diabolo placet?* A mus in c. XIV. ad Rom. *Omnis vita infideli peccatum & ſine ſummo bono nihil b* Quin ipſe Lombardus lib. II. ſent. diſt. 4 *Non irrationaliter a quibuſdam adſtruitur.*

(*) Hanc AUGUSTINI ſententiam, quæ multis durior viſa eſt, nonnulli eruditorum in mitiorem partem interpretari adniſi ſunt; licet diverſa id fecerint ratione. LUDOV. THOMASSINUS exiſtimat, AUGUSTINUM locutum eſſe de iis duntaxat gentilium bonis operibus, quæ ex ambitione ac ſuperſtitione ſint profecta: vid. ejus *memoires ſur la grace, mem. V. ch. XXXIII.* Alii dicunt, eo duntaxat ſenſu Auguſtinum bona infidelium opera *peccata* nuncupaſſe, quod facta non ſint ex fide & gratia Spiritus S. nec utilia ipſis fuerint ad vitam æternam, licet non negaverit, illa *materialiter* bona eſſe, quatenus legi divinæ fuerint congrua. Eſt hæc ſententia GERARD. JO. VOSSII, in *hiſtor. Pelag. libr. III. part. III. thes. V — XI.* quam vero confutat b. cancell. PFAFFIUS in *diſſ.* modo *adlegata, p. 16. ſeqq.* qui & obſervat, ſatius eſſe dicere, *Auguſtinum, cui rhetoricum magis quam philoſophicum aut ſyſtematicum fuit ingenium & acumen, ſibimet haud conſtitiſſe, atque mox virtutes veras gentilibus tribuere, mox denegare.* Loca quoad *poſterius* ſupra adduxit GERHARDUS. Quod vero ad *prius* attinet, loca huc ſpectantia collegerunt CORNEL. JANSENIUS in *Auguſtino, tom. II. libr. IV. cap. V. p. 220. ſeqq.* HENR. NORISIUS, in *vindiciis Auguſt. p. 29.* HONORATUS TOURNELY, *de gratia Chriſti, prælect. theolog. tom. II. part. II.* *ſeqq.* cumprimis vero FRANC. BAL Ieſuitarum ſodalitati adſcriptus, in ope gentor. *MDCCXIX.* typis exſcripto, cu lus: *jugement des SS. Péres ſur la moral philoſophie Payenne, livr. III. ch. V.* Ca paucis notamus, duriorem iſtam AUG NI ſententiam, quod gentium virtut peccata, a concilii Tridentini patribus repudiatam, *ſeſſ. VI. can. 7.* atque a po bus Romanis in BAIO, JANSENIO & (NELLO damnatam. Quod ad noſtræ ſiæ doctrinam attinet, *formula concordiæ a p. 700. edit. Rechenberg.* opera bona irreg rum *peccata* quidem nuncupat, mox hancce adſertionem limitat additque, *peccatis contaminata.* Admittit proinde quiddam in iis eſſe, licet contaminatun jecerunt quoque hanc ἀκυρολογίαν AUG NI illuſtris LEIBNITIUS in *theodicæ III. p. 283.* WOLFIUS, in *orat. de S philoſophia practica notis illuſtrat. p. 95. n* C. M. PFAFFIUS in *diſſert.* modo ad *p. 18. ſeqq.* itemque in diſſ. *de habitu naturæ ad ſalutem, §. IV. p. 12. ſeqq.* A CANZIUM *de uſu philoſoph. Leibniti Wolf. in theolog. part. I. cap. V. §. 10 p. 289. ſeqq.*

omnes actiones & voluntates hominis ſine fide malae ſint, quae fide habita bonae exiſtunt.

Antitheſis.

§. CV. Sed aperta illa veritas, quod omnia infidelium opera ſint peccata, a cenſura Colonienſi dicitur *dura*, παράδοξος, *crudelis*, nec probatur Bellarmino, ideo lib. V. de grat. & lib. arb. c. 9. diſputat, *poſſe aliqua bona opera ab infidelibus fieri ſive cum auxilio Dei ſpeciali, ſive ſolis naturae viribus.* I.) *Scriptura teſtatur, Deum remunerari quaedam opera gentilium, utique ergo non ſunt mala, alias ſupplicium, non remuneratio illis deberetur.* Reſp. externa obedientia externa remuneratione penſatur. Actiones illæ infidelium *civiliter* bonæ ſunt, ideo, ut ſocietas humana conſervetur, temporali benedictione a Deo remunerantur, ſed ex eo non efficiuntur vere & *ſpiritualiter* coram Deo bonæ. II.) *Quaedam ſcripturae indicant, infideles facere aliqua bona opera, ut ſalutare fratres,* Matth. V. *facere, quae ſunt legis*, Rom. II. Reſp. dicuntur *bona* vel ſecundum *adparentiam* tantum, vel quia *ſubſtantia* operis in ſe *bona*, licet ſubjecto, objecto, fine & aliis circumſtantiis ſint mala. Idem judicium de dictis patrum. Rationes Bellarminus addit itidem duas. 1.) *Nulla poteſt dari ratio, cur opera infidelium ſemper ſint peccata, cum fiant quandoque propter Dei gloriam, nec vitientur a ſua cauſa.* Reſp. quomodo opera ſua ad veri Dei gloriam dirigunt, quibus verus Deus eſt incognitus? Nullus alius eſt verus Deus, quam Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quomodo illorum opera non erunt immunda & inquinata, quorum cor eſt immundum? quomodo opera eorum Deo placere poſſunt, qui ipſi Deo diſplicent? perſona nondum Deo reconciliata per fidem in Chriſtum, non poſſunt vere bona opera Deo grata fieri. 2.) *Si nullum opus bonum fieri poſſet ab infidelibus, melius eſſet, illos mala, quam bona opera facere.* Reſp. minime vero, quamvis enim actiones moraliter & civiliter bonæ coram Dei judicio non ſint vere bonæ, ſed peccata, tamen ad conſervandam civilem ſocietatem a non renatis eas Deus exigit, delinquentes puniendo, obedientes præmiis adficiendo.

Exceptiones Bellarmini.

§. CVI. Cap. X. conatur Bellarminus fundamenta ſententiæ noſtræ ſubvertere. I.) *Dictis illis, quae probant, ſacrificia impiorum Deo non placere*, hoc obvertit, *quod multum interſit inter ſacrificia & opera moralia, cum ad illa requiratur peccatorum deteſtatio & conſcientia pura, quae ad haec non requirantur.* Reſp. imo ad opus vere bonum & Deo placens itidem requiritur peccatorum deteſtatio & conſcientiæ puritas, quomodo enim purum erit, quod ex impuro fonte profluit? *Finis praecepti caritas ex corde puro & conſcientia bona & fide non ficta*, 1. Tim. I. 5. *Ergo* ubi cor nondum purificatum & conſcientia emundata per fidem in Chriſtum, non proficiſcitur opus ex tali caritate, qualem lex requirit. II.) Quando Spiritus S. dicit, *omne figmentum cordis eſſe malum*, id Bellarminus explicat *de majori parte hominum iſtius ſeculi.* Reſp. oſtendimus ſuo loco, proponi in hoc dicto egregiam peccati originalis deſcriptionem; neque enim univerſales ſolummodo particulæ *omne figmentum & omni tempore*, ſed etiam excluſiva *tantum* diſerte a Spiritu S. uſurpantur, quas non patiemur ſophiſticis nebulis involvi. III.) *Arbores malas non poſſe facere fructus bonos*, ita eludit Bellarminus, ut dicat, *arborem malam ferre quidem ordinarie & ut plurimum fructus malos, interdum tamen etiam aliquos bonos fructus.* Reſp. negativa Chriſti ſatis perſpicua eſt & diſerta, non poteſt arbor mala fructus bonos facere; jam vero non renati ſunt malæ arbores, quamvis enim bona quædam naturæ obtineant, tamen ea ſunt per peccatum vitiata & corrupta. Ideo ex illis nihil niſi vitiatum, corruptum & immundum proficiſci poteſt. IV.) *Homo quidem ante regenerationem eſt caro, interim non cogitur in omni opere carni obedire.* Reſp. quicunque totus eſt caro, illius omnia opera ex vetuſtate carnis procedunt, quomodo enim ageret quædam non carnalia, qui totus carnalis eſt, nulla adhuc ſui parte per Spiritum S. renovatus? V.) *Opera pietatis & ſalutis non poſſunt quidem ſine gratiae adjutorio effici; interim opera moralia.* Reſp. veriſſime, interim ipſa illa moralia opera ſunt coram Dei judicio peccata,

neque

neque quicquam meriti obtinent ad gratiam converſionis impetrandam. VI.) *In dicto apoſtolico: quicquid non fit ex fide, peccatum eſt, nomine fidei intelligitur non ſalvifica fides, ſed conſcientiae teſtimonium.* Reſp. Auguſtinus diſerte & perſpicue de fide ſalvifica accepit (*), cujus explicatio nullam omnino vim textui facit, quia certitudo illa conſcientiæ locum non habet absque fide, ſiquidem ea ſola ductum prælucentis verbi ſequens, noſtram conſcientiam plene confirmat, ut ſciamus, quid Deo placeat, quid diſpliceat, quicquid ex hac fide non provenit, Deo placere nequit. Ideo quoque opera, quæ non fiunt ex fide, ſunt peccata, quia nunquam tam pura & perfecta ſunt hominis opera, ut ſummam illam perfectionem in lege præſcriptam adſequantur; ideo autem renatorum opera Deo placent, quia ex fide proficiſcuntur, quia per fidem perſona Deo reconciliata, quemadmodum parens filii obedientiam ratam & gratam habet, inde & ideo, quia a filio proficiſcitur. Ipſa gloſſa ordinaria ex h. l. colligit, omnem vitam infidelium eſſe peccatum. VII.) *Infidelibus nihil eſſe mundum, accipiendum eſt de cibis, non de operibus.* Reſp. diſerte addit apoſtolus, *quia inquinatae ſunt eorum mens & conſcientia*: quemadmodum igitur inde & ideo ipſi cibi (qui tamen ex lege Dei inter mundos cenſentur) infidelibus ſunt immundi, quia ipſorum mens & conſcientia inquinata: ita quoque opera illa moralia, quæ faciunt, (quæ tamen ratione externi operis cum lege congruunt) ſunt immunda & inquinata, quia mens & conſcientia ipſorum eſt immunda, nondum ſcilicet per Spiritum S. renovata. VIII.) *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, ut quis Dei amicus efficiatur, interim ut ipſa natura humana placet Deo, ita quoque opera ex bonitate naturae facta.* Reſp. quemadmodum natura ipſa ratione ſubſtantiæ bona eſt, interim per peccatum contaminata, infecta & corrupta, quo reſpectu non ſolum non placet Deo, ſed etiam damnatur; ita opera moralia ex bonitate naturæ facta ratione actus ſunt bona, interim propter adhærens peccatum non ſunt vere bona, nec Deo placent. Reliqua ſcripturæ dicta, quæ Bellarminus nobis tribuit, ad alium pertinent locum,

(*) Non tantum AUGUSTINUS *libr. IV. contra Julianum cap. III.* ſed & PROSPER, FULGENTIUS, LEO M. GREGORIUS M. aliique ex antiquis eccleſiæ doctoribus, adlegati a NORISIO in *vindic. Auguſt. cap. IV. §. V. p. 74. ſeqq.* locum Paulinum *Rom. XIV. 23.* de fide ſalvifica expoſuerunt. Quorum veſtigia ſecuti ſunt ex cœtus Romani doctoribus JANSENII ſectatores; ex Reformatis SAM. MARESIUS, refutatus a CURCELLÆO, in *diſſertat. de neceſſitate cognitionis Chriſti §. XVI.* ex noſtris vero LUTHERUS in *gloſſa marginali ad h. l.* JO. HÜLSEMANNUS, ABRAH. CALOVIUS ac complures alii.

Non defuerunt tamen alii interpretes, qui vocabulum *πιστεως* a Paulo *loc. cit.* uſurpatum, non de fide in Chriſtum, ſed de *conſcientia certa & recta*, cui oppoſita eſt *dubia* atque *erronea*, accipiendum eſſe cenſuerunt, ut hic verborum emergat ſenſus: illum graviter peccare, qui aliquid agat, de quo tamen dubitet, num opus ſuum voluntati divini numinis reſpondeat, eidemque probetur. Ita vocabulum *fidei* multi ex patribus tam græcis, quam latinis interpretati ſunt, veluti AMBROSIUS, CHRYSOSTOMUS, THEODORETUS, THEOPHYLACTUS, OECUMENIUS, RABANUS MAURUS, Moguntinus antiſtes, alii, quibus ex doctoribus Scholaſticis PETR. LOMBARDUS, ex recentioribus vero PHIL. MELANCHTON *oper. tom. IV. p. 411.* BEZA, CASTALIO, GROTIUS, CALIXTUS, RICH. SIMONIUS, HAMMONDUS, CLERICUS, LANGIUS, PFAFFIUS, SCHOETTGENIUS, HEUMANNUS, aliique ſunt ſuffragati. Jungi iisdem meretur illuſtris WOLFIUS, in *horis ſubſec. ann. MDCCXXXI. trimbrum. p. 109. ſeqq.*

Atque hæc poſterior interpretatio priori omnino præferenda eſt, ſiquidem ſcopo, quem ſibi præfixit apoſtolus, totique contextui prorſus eſt conſentanea. Licet negare nolimus, verba apoſtoli, quæ directe non agunt de fide ſalvifica, ad eandem tamen haud incommode adplicari poſſe; prout uberius oſtendit b. BUDDEUS in *theol. morali, cap. I. ſect. III. §. 20. p. 96.* Cæterum conferri heic meretur b. cancell. PFAFFII erudita differt. ſupra jam laudata *de ſenſu* hujus *oraculi Paulini*, anno *MDCCXXXVII.* Tubing. edita.

cum, nec immediate illud probant, ad quod probandum adducuntur.

§. CVII. Cap. XI. reſpondet dictis patrum, *quae explicanda eſſe*, dicit, vel *de bonis operibus, quae ad ſalutem pertinent, qualia ab infidelibus fieri nequeunt*; vel *de bono opere, quod ad malum finem refertur, aut certe, quod eſt peccatum largo modo, quia non habet omnem perfectionem, quam habere poſſet*; vel *de operibus ratione tentationum, quae vel adſunt vel adeſſent, niſi Dei protectio & ſingularis providentia vigilaret*. Reſp. veteres diſerte dicunt, opera infidelium non ſolum non prodeſſe eis ad ſalutem, ſed etiam non eſſe vere bona, nimirum quia carent debita perfectione omnium cauſarum reſpectu; neque dicunt, homines non renatos utplurimum peccare, ſed non poſſe aliter, quam peccare, ſive actiones illæ in ſeſe, ſive propter aliud ſint peccata. Quantum hoc abeſt a merito *congrui*, tantopere a Scholaſticis deprædicato, a diſpoſitionibus ad gratiam, a poſſeſſione ſalutis æternæ, quam Andradius & alii infidelibus promittunt? Cap. XII. reſpondet argumentis ex *ratione* ductis, quibus non multum tribuimus, contenti ſcripturæ dictis, quæ totum hominem per peccatum corruptum eſſe, nec rationem ab iſta corruptione immunem eſſe manifeſte teſtantur; quæ ergo de *ſeminibus virtutum*, de *bono naturae*, de *praemiis virtutum &c.* Bellarminus diſputat, illud ſaltem probant, quod externam locomotivam non renati utcunque regere poſſint, & civilem honeſtatem ſectari, ſed eam coram Deo non eſſe peccatum, id eſt, peccato contaminatam, nondum evincunt.

CAPUT IX.

DE LIBERTATE ARBITRII POST LAPSUM RELIQUA, ITEMQUE DE USU HUJUS DOCTRINÆ.

§. CVIII.

Conſideratio libertatis ratione objectorum.

Ceterum, ut eo melius intelligatur, quo ſenſu & reſpectu in ſuperioribus libertas arbitrii a nobis negata ſit, placet coronidis loco diſtinctius hac de re agere. Verſamur (uti dictum) in conſideratione libertatis, quæ æſtimatur reſpectu *objectorum*: Ut ergo cognoſcamus, quæ & qualis libertas arbitrii in homine reliqua manſerit, diſtinguamus objecta. *Objectum* liberi arbitrii aut eſt *mundanum* ſeu *humile*, quod ſubjacet ſenſibus & rationi humanæ, nec excedit ejus captum, nec opus habet lumine ſupernaturali: aut eſt *ſpirituale* ſive *ſublime*, quod rationem ſuperat, & vires naturales excedit, & indiget illuminatione Spiritus. Duplex inde naſcitur actionum genus, quorum alterum ad vitam *mundanam*, alterum ad *ſpiritualem* pertinet.

§. CIX. *Prius* rurſus geminum eſt, & ſpectat ea, tum quæ ad vitam *animalem* ſtricte acceptam, tum quæ ad *humanam* vitam pertinent. *Illius* ſunt, quæ nobis cum brutis communia, & ad vegetantem, ſentientem ac locomoventem potentiam pertinent: *hujus* vero, quæ propria ſunt hominum, & ad vitam humanam pertinent, uti artes omnes tam mechanicæ, quam liberales, virtutes morales, ſcientiæ philoſophicæ &c.

§. CX. *Poſterius* genus, quod ad *ſpiritualem* & divinam vitam ſpectat, continet ea, quæ ad regnum Dei ac vitam chriſtianam ordinata ſunt, atque itidem duplices inde naſcuntur actiones: aut enim *externae* ſunt, ſeu circa religionis exercitium externum verſantur, ac in oculos & ſenſus exteriores incurrunt, quales ſunt verbum Dei audire, legere, templum accedere &c. aut *internae* & ſpirituales, Deoque vere placentes, ut ſunt adſentiri evangelio, vere Deum cognoſcere, ſecundum Spiritum vivere &c.

§. CXI. Exceptis *poſterioris* generis ſpiritualibus actionibus, in reliquis omnibus aliquam arbitrii libertatem in homine ſupereſſe dicimus, quod præter experientiam comprobat apoſtolus, *quando gentes ea, quae legis ſunt φύσει*, hoc eſt, *naturalibus viribus*, ſine ſpiritus renovatione, *facere* dicit, Rom. II. 14. (ubi obſerva, quam adcurate apoſtolus loquatur: non dicit gentes facere legem, & præſtare legi obedientiam perfectam: ſed facere ea, quæ ſunt legis, hoc eſt, quæ cum externis operibus a lege man-

datis quodammodo conſentiunt) item quando dicit, ſe etiam ante renovationem *ſecundum juſtitiam, quae eſt in lege, converſatum ſine querela.* Phil. III. 6. Et Auguſtinus lib. V. de civ. Dei cap. 15. recte diſputat, *Deum externam diſciplinam etiam in non renatis remunerari temporalibus praemiis.*

§. CXII. Atque hoc diſcrimen inter objecta liberi arbitrii adcurate notandum eſt, unde etiam Auguſtana confeſſio art. XVIII. illud diſerte exprimit his verbis: *De libero arbitrio docent,* (eccleſiæ noſtræ) *quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem juſtitiam & deligendas res rationi ſubjectas, ſed non habet vim ſine Spiritu S. efficiendae juſtitiae Dei ſeu juſtitiae ſpiritualis, quia* animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, *ſed haec fit in cordibus, cum per verbum Spiritus S. concipitur.* Et poſtea: *Damnant Pelagianos & alios, qui docent, quod ſine Spiritu S. ſolis naturae viribus poſſimus Deum ſuper omnia diligere: item praecepta Dei facere quoad ſubſtantiam actuum. Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura potuit: poteſt enim continere manus a furto, caede: tamen interiores motus non poteſt efficere, ut timorem Dei, fiduciam erga Deum, patientiam &c.*

§. CXIII. Hanc ipſam diſtinctionem proponit Auguſtinus lib. III. hypogn. *Eſſe fatemur omnibus hominibus liberum arbitrium, habens judicium rationis, non quod ſit idoneum, ea, quae ad Deum pertinent, ſine Deo aut inchoare aut peragere, ſed tantum in operibus vitae praeſentis.* Quæ vero illa ſint, declarat poſtea: *Et bona, quae de bono naturae oriuntur, ut velle laborare in agro, velle bibere & manducare, velle habere amicum aut indumenta, velle fabricare domum, ducere uxorem, nutrire pecora, diſcere artem, & quicquid bonum ad praeſentem pertinet vitam: & mala, ut velle colere idolum, facere homicidium vel adulterium, res alienas diripere, Deum blaſphemare, turpiter vivere, maleficium diſcere, inebriari, luxurioſe vivere, & quicquid operari vel non licet, vel non expedit.* Id. de fide ad Petrum c. XXXII. *Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, poſſe quidem hominem, quem nec ignorantia literarum nec aliqua prohibet imbecillitas vel adverſitas, verba ſancta legis & evangelii, ſive legere, ſive ex ore cujusdam praedicatoris audire, ſed ut, quod audit corpore, percipiat etiam corde, & mandata Dei facere velit, nemo poteſt, niſi quem Deus gratia ſua praevenerit, data divinitus bona voluntate atque virtute.*

Quo ſine aliqua libertas in homine manſerit.

§. CXIV. Agnoſcendæ autem reverenter hæ qualescunque libertatis in homine poſt lapſum reliquiæ, quod cum natura humana per lapſum veris illis donis intellectus ſit ſpoliata, Deus tamen aliquid ſuorum donorum in mente reliquum eſſe voluerit, unde quod & qualis ſit Deus, cognoſci, atque externa illa pædagogia in Chriſtum locum habere poſſet, quæ in diabolis non eſt. *Intuere moriones, phreneticos, maniacos & ſimiles, videbis, quam ingens bonum ſit, quod etiam non renatis uſus rationis conceditur.* Chemnitius p. I. loc. de lib. arb. c. 2.

Impedimenta libertatis adhuc reliqua.

§. CXV. Notanter autem additum fuit, *aliquam libertatem arbitrii in externis illis actionibus, in operibus vitae praeſentis* (ut loquitur Auguſtinus) *in civili juſtitia & exercitiis carnis* (ut loquitur apologia Auguſt. confeſſ.) *supereſſe*: quia impedimenta ſatis multa ſunt, quæ libertatem illam non mediocriter remorantur, eaque tum externa tum interna.

Externa.

§. CXVI. *Externa*, vel in claſſem *efficientis* vel *objecti* referre poſſumus. *Prioris* generis impedimenta externa ſunt duo: *primo* Deus ipſe manu providentiæ ſuæ potenti, qua res humanas ut reliqua omnia dirigit, voluntatum humanarum cupiditates cohibet, ut quo velint pervenire, ſemper non poſſint. *Sic in naribus Sennacheribi ponit circulum, & frenum in labiis ejus, & reducit eum in viam, per quam venit.* Eſa. XXXVII. 29. *Ieroboamum inhibet, ut manum extenſam retrahere nequeat.* 1. Reg. XIII. 4. Diſponit Dominus, tantum proponere noſtrum eſt. Jer. X. 23. *Non eſt hominis via ejus, nec viri eſt, ut ambu-*

ambulet, & dirigat greſſus ſuos, hoc eſt, irrita ſunt conſilia & conatus hominis, niſi a Deo juventur & gubernentur. Eventus ſemper in Dei manu poſitus: hinc Jac. IV. 13.15. reprehenduntur, qui dicunt: *Hodie aut cras ibimus in civitatem, & non addunt, ſi voluerit Dominus.*

§. CXVII. *Alterum* externum impedimentum in claſſe efficientis eſt tyrannis diaboli, *qui eſt efficax in filiis incredulitatis*, Eph. II. 2. *a quo captivi tenentur homines reprobi ad ipſius voluntatem.* 2. Tim. II. 26. Quinimo etiam apoſtolus *feſtinavit videre faciem Theſſalonicenſium cum multo deſiderio* 1. Theſſ. II. 17. *ſed impedivit eum ſatanas* v. 18. Externum impedimentum in claſſe *objectorum* eſt moles illa negotiorum & periculorum, quæ varias remoras mentis judicio & voluntatis electioni ſæpe injicit. Varia illa ac multiplex negotiorum turba facit, ut quis

—— animum nunc huc nunc dividat illuc,
in partes rapiat varias, perque omnia verſet.

Interna. §. CXVIII. *Interna* impedimenta libertatis itidem duo ſunt: I.) Infirmitas intellectus & voluntatis, quia ipſæ illæ naturales vires adhuc reliquæ in mente & voluntate hominis miſere ſunt infirmatæ, ac languor ille & ſtupor virium animæ, peccato originali maxime debilitatarum, varia ac multa humanæ voluntati impedimenta objicit. Hinc in conſiliis ſæpe erramus, etiamſi omnes ingenii nervos intendamus, & bonum finem propoſitum habeamus. Prov. XX. 24. *A Domino dirigentur greſſus viri, & quomodo homo intelliget viam ſuam?* quo dicitur, habet quidem mens humana reliquum illud donum electionis in rebus civilibus, ſed quomodo homo poteſt omnia proſpicere & cavere, ne hallucinetur in electione? II.) Vehementia atque impetus adfectuum ſæpe tantus eſt, ut inſtar torrentis voluntatem ſecum abripiant, & judicium rationis intervertant, & tunc

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Hinc illud Medeæ:

—— —— —— Aliudque cupido,
Mens aliud ſuadet; video meliora, proboque;
Deteriora ſequor. —— —— ——

Hinc etiam philoſophus diſputat, VII. eth. 3. *quod homines ſaepe faciant ea, quae ſciunt eſſe vitioſa.*

§. CXIX. Atque hæc doctrina de impedimentis libertatis etiam in externis actionibus eo fine traditur, ut, cum videmus diſciplinam externam tam mutilam, mancam & infirmam eſſe, deploremus naturæ corruptionem, nec qualemcunque illam externam obedientiam opponere audeamus judicio Dei, exemplo Judæorum, de quibus apoſtolus Rom. X. 3. dicit, quod *quaeſierint propriam juſtitiam ſtabilire*, ubi *ſtabiliendi* voce infirmitas ejus notatur, quod enim in ſe vacillat ac labaſcit, ſtabilimento opus habet: ſed irritus iſte conatus altero verbo exprimitur, quæritur enim hæc ſtabilitio, non obtinetur. Deinde etiam in moribus regendis ſimus diligentiores, & auxilium divinum ardentius imploremus, quo actiones noſtræ non tantum in ſpiritualibus, verum etiam in illis externis rebus, quæ ſenſui & rationi ſubjectæ ſunt, a Deo gubernentur, ne errore incidamus in tragica & inextricabilia mala: ſi qua etiam inciderint errata, ea ſanari petamus. *Uſus doctrinæ de impedimentis libertatis.*

§. CXX. Porro, quæ de ἀδυναμία ad efficiendos vel inchoandos ſpirituales motus in converſione diximus, eo ſpectant, *primo*, ut aliquo modo agnoſcamus magnitudinem beneficiorum Filii Dei mediatoris, cujus gratia non ſolum in merito, ſed & adplicatione cœleſtium theſaurorum ſumme nobis neceſſaria. Utut offerantur nobis in verbo cœleſtes theſauri, morte noſtri mediatoris parti, tamen, niſi Deus in nobis illud operetur, manum fidei ad eos extendere non poſſumus. Auguſtinus ep. CVII. *Prorſus non oramus Deum, ſed orare nos fingimus, ſi nos ipſos, non ipſum putamus facere, quae oramus: prorſus non gratias agimus Deo, ſed agere nos fingimus, ſi unde illi gratias agimus, ipſum facere non putamus.* *Uſus doctrinæ de ἀδυναμία virium in ſpiritualibus.*

§. CXXI. *Deinde* confert hæc cognitio ad humilitatem, ut, quando ſentimus tales quosdam motus, ſanctam cogitationem, bonum propo-

 ſitum,

ſitum, pium deſiderium &c. ne de noſtris viribus vel conatibus gloriemur; ſed agnoſcamus, eſſe gratuitum donum operantis Spiritus S., ut illi gratias agamus, *a quo reddimur idonei cogitare aliquid*, 2. Cor. III. 5. *qui operatur in nobis velle*, Phil. II. 13. *Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* 1. Cor. IV. 7. Cyprianus lib. III. ad Quirin. *In nullo gloriandum, quia nihil noſtrum eſt*, quod dictum Auguſtini ſæpe repetit.

§. CXXII. *Praeterea* confert ad fiduciæ incrementum. Poſſumus enim nos in imbecillitate carnis, imo in rebellione legis peccati, quod eſt in membris, hac conſolatione erigere, quia non caro noſtra, ſed Spiritus S. incepit illud bonum opus; ergo etiam idem perficiet, Phil. I. 6. Auguſtinus (vel quicunque alius auctor) de dogm. eccleſ. cap. VI. *Tutiores vivimus, ſi totum Deo damus, non autem ſibi nos illi ex parte & nobis ex parte committimus.*

§. CXXIII. *Ad haec* confert ad ſecuritatem excutiendam, ne reddamur ſecuri, quando initia fidei, dilectionis, pœnitentiæ &c. habemus, quaſi non poſſimus ea amittere, ſed noſtris viribus tueri & augere: ſed eo tenacius inhæreamus invocationi, *quia non ex viribus noſtris poſſumus elicere, quod deeſt in bonis ſpiritualibus, vel illud, quod accepimus, tueri, ſed per illum poſſumus, ſine quo nihil poſſumus.* Auguſtinus *loc. cit.* cap. XVII.

§. CXXIV. *Denique* confert ad excitandam diligentiam in tuendis donis divinis, ut cogitemus, ſi talia dona effundimus, ut in terram ſuffodimus, non noſtræ naturæ injuriam nos facere, ſed ipſi Spiritui S., qui in nobis converſionem operatur. Auguſtinus *loc. cit.* cap. XXXII. *Deus agit in nobis, ut, quod vult, velimus & agamus, nec otioſa eſſe in nobis patitur, quae exercenda, non negligenda donavit; ut nos cooperatores ſimus gratiae Dei, ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere, ad eum ſollicite recurramus, qui ſanat omnes languores noſtros, & juſſit orare:* ne nos inducas in tentationem.

Ejusdem abuſus.

§. CXXV. Non autem ad alendam deſidiam hæc doctrina abutamur, ut cogitemus: ſecura & otioſa voluntate exſpectabo, donec converſio & renovatio operatione Spiritus S. juxta omnes gradus in me fuerit abſoluta, quia Spiritus S. ut velimus, in nobis ſine nobis operatur, cum autem volumus, & ſic volumus, ut faciamus, nobiſcum cooperatur: non autem poteſt in puncto aliquo mathematico oſtendi, ubi voluntas incipiat agere, ſed quando gratia præveniens prima initia fidei & converſionis homini confert, ſtatim incipit lucta carnis & ſpiritus, atque illa lucta non fit ſine motu noſtræ voluntatis: ac voluntas liberata non eſt otioſa, ſed novis illis donatis viribus efficax eſt.

Converſio non fit in puncto mathematico.

§. CXXVI. Nimirum converſio ac renovatio non eſt talis mutatio, quæ uno momento ſtatim omnibus ſuis partibus perficiatur ac abſolvatur, ſed habet ſua initia, ſuos progreſſus, quibus in magna infirmitate perficitur. *Fiunt*, inquit Auguſtinus lib. I. ad Simpl. q. 2. *in converſione inchoationes ſimiles conceptioni, non tamen ſolum concipi, ſed & naſci opus eſt, nihil tamen horum fit ſine gratuitu Dei miſericordia.*

§. CXXVII. In principio deſiderium eſt obſcurius, adſenſio languidior, obedientia tenuior, & illa dona oportet creſcere. Creſcunt autem in nobis, non ſicut lilia agri, ſed conando, luctando, quærendo, petendo, pulſando, & *hoc non ex nobis, Dei donum eſt. Habenti dabitur*, dicit ſalvator Matth. XIII. 12. Qui minima quæque dona ſpiritualia a Deo accepit, grata mente agnoſcat, petat, ea augeri, nullas negligat occaſiones in pietate proficiendi, ita dabitur ei, ut ſit abundantior: ſed non habenti, id eſt, qui ita ſe gerit, ac ſi nihil a Deo accepiſſet, ei auferetur, quod habet. Qua de re Chemnitius in jud. de controv. quibusdam q. p. 63. ſic ſcribit: *Quia converſio ſecundum omnes ſui partes non ſtatim aut uno momento abſolvitur, non dicendum eſt, voluntatem debere otioſam & pure paſſivam eſſe, donec ſentiat abſolutam eſſe converſionem; aut quia converſio & renovatio eſt opus Dei, fidem non debere curare, an fiat vel facta ſit,*

ſit, ſed debere Deo committere, qui opus ſuum poterit efficere &c. Sed cum prima initia converſionis per Spiritum S. nobis donantur, ſtatim oritur lucta carnis & ſpiritus, quam manifeſtum eſt, fieri non ſine motu voluntatis noſtrae, & haec συνεργία voluntatis non veteris, ſed quae cœpit renovari, & initia illa in magna infirmitate creſcunt & augentur, non ſine motu noſtrae voluntatis, illa autem συνεργία ſemper pendet a Dei gratia, &c.

CAPUT X.
QUOD CONTINET EXPLICATIONEM DICTORUM QUORUNDAM SCRIPTURÆ ET QUÆSTIONUM DE LIBERO ARBITRIO, NEC NON ἈΝΑΚΑΙΦΑΛΑΙΏΣΙΝ HUIUS LOCI.

§. CXXVIII.

Ex hoc fundamento multa poſſunt dexterius intelligi & dijudicari. Luc. XI. 13. dicit Chriſtus: *Pater cœleſtis dabit Spiritum S. petentibus*, & tamen 1 Cor. XII. 3. expreſſe dicit apoſtolus, quod *nemo poſſit dicere Dominum Ieſum* (videlicet ex vera fide cordis, non tantum profeſſione oris) *niſi per Spiritum S.*, is ſolus eſt *Spiritus precum*, Zach. XII. 10. *docet nos orare*, Rom. VIII. 26. quomodo ergo intelligendum Chriſti dictum? *Reſp.* loquitur Chriſtus non de prima ſcintilla fidei & primis motibus ſalutaribus, quaſi primum illud initium fidei queamus precibus a naturalium virium arbitrio profectis & absque Spiritu profuſis antevertere; ſed de acceptorum Spiritus S. donorum incremento, quod petendo, quærendo, pulſando impetrandum, a vult docere, non eſſe ſenſibiles ac violentos motus exſpectandos, ut de præſentia Spiritus S. ſtatuere poſſimus, ſed quando adeſt deſiderium, etiamſi vix obſcuris gemitibus ſe exſerat, tamen certos nos eſſe debere, adeſſe Spiritum S., ideoque ejus uberiorem gratiam implorandam.

§. CXXIX. Sic Gal. III. 14. *promiſſio Spiritus accipi* dicitur *per fidem*, non quaſi fides ex noſtri arbitrii viribus primum emergat, per quam poſtea participes reddamur inhabitationis Spiritus S., ſed apoſtolus vult dicere, quod efficacia Spiritus exſerat ſe per verbum. Tunc fide accipimus Spiritum S. quando audimus & meditamur vocem evangelii: fide accipimus promiſſionem Spiritus, & tamen ex auditu per operationem Spiritus S. eſt fides. Spiritus S. hominem audientem verbum forinſecus primum adgreditur, & per auditum evangelii efficaciter in eo operatur, deinde per accenſam fidem incipit habitare in ipſius corde. Chriſtus tanquam ſponſus animæ noſtræ per Spiritum ſuum voluntatem noſtram ſibi conciliare ac devincere conatur, ut myſtica illa deſponſatio fiat, de qua Hoſ. II. 19. & alibi.

§. CXXX. Hinc dijudicari poſſunt quæſtiones: *an homo in converſione habeat ſe pure paſſive, an habeat ſe ſicuti lapis & truncus* (*), *an convertatur repugnans &c?* Qua de re ex verbo Dei & veritate ſic ſtatuendum: non adfert homo ex penu ſuarum naturalium virium aliquam facultatem ἐνεργητικὴν ad ſpirituales illos motus in converſione: interim tamen renovatio illa non ita recipitur, velut lapis aut cera aliquam impreſſionem recipit: *ſed Deus operatur in nobis velle* Phil. II. 13. Hinc Auguſtinus de corrept. & grat. cap. XIV. *Deus trahit homines ſuis ipſorum voluntatibus, ſed quas ipſe operatus eſt*, & de grat. & lib. arb. cap. XVI. *Certum eſt nos velle, cum volumus, ſed ille facit, ut velimus, de quo dictum eſt:* Deus eſt, qui operatur in nobis velle.

An homo in converſione habeat ſe pure paſſive.

§. CXXXI. Eſt quidem *cor hominis* ante converſionem *lapideum*; Ezech. XXXVI. 26. interim tamen non eſt cogitandum, quod conver-

(*) Vid. *formulam concordiæ art. 2. p. 661, 662, 672, 673.* edit. Rechenb. ubi mox dicitur, hominem ſe ut truncum habere in negotio converſionis, immo deteriorem eſſe trunco, mox vero negatur. Eſt ſcilicet homo irregenitus truncus in ſpiritualibus, quatenus ad ſuam converſionem nihil prorſus conferre poteſt; ſed truncus non eſt, quatenus gratiæ divinæ poteſt reſiſtere.

ſio hominis ſit coacta & violenta, quaſi voluntas bruta agitatione percellatur & protrudatur, ſicut lapides provolvuntur, aut ſine omni motu fiat, ſicut arreptitii oracula olim fundebant: ſed docetur his & ſimilibus phraſibus, in homine nullas ne modiculas quidem vires naturales ſupereſſe, quibus ſui converſionem operari poſſit.

An habeat ſe ut lapis ac truncus.

§. CXXXII. Etſi proinde eo, quo dictum eſt, reſpectu, voluntas hominis ſit ſubjectum, mere παθητικὸν, οὐκ ἐνεργητικὸν, & lapidi recte conferatur; quia tamen homo voluntate ſive vi volendi præditus eſt, in quam tanquam ſubjectum cadere poteſt externa converſionis gratia, inde adparet, hoc reſpectu eum a lapide differre, quippe qui converſionis capax non eſt.

§. CXXXIII. Id vocant quidam capacitatem *paſſivam*, quidam aptitudinem παθητικὴν, (qua voluntas non ſe ipſam convertere, ſed tantum ab alio converti poſſit) quidam *eſſentialem* potentiam animæ, quidam liberum arbitrium. Unde Lutherus tom. I. f. 236. *Patres quando liberum arbitrium defendunt, capacitatem libertatis ejus praedicant, quod ſcilicet verti poſſit ad Deum per gratiam, & fieri revera liberum, ad quod eſt creatum.* Pulcre Auguſtinus ep. CVII. ad Vitell. *Si vere volumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus, unde ſit liberum. Nam qui oppugnat gratiam, qua ad declinandum a malo & faciendum bonum liberatur arbitrium, ipſe arbitrium ſuum adhuc vult eſſe captivum.*

§. CXXXIV. Quin & reſpectu quodam voluntas hominis ante converſionem ſe deterius habet lapide vel trunco, quia lapis artifici non repugnat, ſed φρόνημα σαρκὸς *eſt inimicitia adverſus Deum,* Rom. VIII. 7. *& lex in membris repugnat legi mentis*, Rom. VII. 23. *ideoque* νόημα *intellectus captivandum ſub obſequium Chriſti*, 2 Cor. X. 5. *& nemo venit ad Chriſtum, niſi Pater cæleſtis traxerit eum.* Joh. VI. 44.

§. CXXXV. Obſerva tamen viciſſim, non eſſe fingendi *tractum violentum*, quaſi trahantur ad

Chriſtum etiam illi, qui vocanti Deo con
citer & pertinaciter obſiſtere atque obluctar
ſeverant, tales enim *repellendo ſermonem*
dignos judicant vita aeterna. Act. XIII.
Sed Deus mediante prædicatione & auditu
bi per Spiritus virtutem voluntatem homini
ctit, & ex nolente volentem, conſentient
obedientem efficit; verbum enim eſt illud
ac verriculum, per quod Deus trahit: A
XIII. 47. quod cave, eo ſenſu accipias,
in verbo tantum oſtendat, quid fieri velit
requiritur inſuper interior efficacia, qua
illuſtretur, & voluntas flectatur. Bernh
ſerm. II. ſup. Cant. *Trahe (Deus) volun*
quodammodo invitam, ut facias voluntar
trahe torpentem, ut reddas currentem.

§. CXXXVI. Dixerat Pelagius, *gratia*
juvare bonum cujusque propoſitum, non i
reluctandi ſtudium virtutis immitti. Re
det Auguſtinus lib. IV. contra duas epi
cap. 6. *Poſſet bene intelligi, ſi non ab*
quorum ſenſus notus eſt, diceretur: relu
enim prius aditus divinae vocationis ipſa
gratia procuratur, ac deinde in illo jam
reluctante Spiritus virtutis accenditur.

§. CXXXVII. Dixerat Ambroſius li
de voc. gent. c. 9. *Quod gratia a multis*
tatur, ipſorum eſt nequitiae: quod autem
tis ſuſcipitur, & gratiae eſt divinae & v
tatis humanae. Sed recte ibidem ſe ex
Ipſa enim gratia (inquit) *hoc omni gener*
dendi & auxiliandi agit, ut in eo, quem
cat, optimam ſibi receptricem & famulam
rum ſuorum praeparet voluntatem.

§. CXXXVIII. Quæ de modo converſion
ximus, ea ſic proponit Chriſtus Joh. V
Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qu
ſit me, traxerit eum, v. 45. *eſt ſcriptum in*
phetis, erunt omnes διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ.
ut a Patre trahamur, ut a Deo doceamur
quiritur: ſed additur, *omnis, qui audivit*
tre, & didicit, venit ad me. Deus enim
cet, ac nos diſcimus non immediate, ſed pe
bum. Dictum ergo illud Chriſti exprim
di

ri, quo Deus ſolet hominem trahere: ipſe ratia omnem noſtrum curſum & conatum 'ertit, revelat & proponit verbum, ac per n illud manifeſtat. Qui ergo audit Filium, Patrem, & qui legatos Filii audit, ipſum n audit. Qui ergo vult a Patre trahi, au- verbum Chriſti, per quod vult eſſe efficax: *nim evangelium potentia Dei ad ſalutem;* . I. 16. nec ſolum audiat, ſed etiam diſcen- imo audiat: hinc Chriſtus audire & diſcere ngit. Etſi vero in ſchola Dei diſcere ac :ere non eſt in noſtris viribus; tamen, fames audiendi verbum etiam non renatis bitur, Amos VIII. 11. & quia Herodes audiebat Johannem, Marc. VII. 20. inde et, ſtudium audiendi & diſcendi aliquate- dhuc ante converſionem homini compete- Cyrillus h. l. *Trahit Pater monitione, do- t, revelatione: Ubi enim auditus, diſci- , doctrinaque adeſt, ibi fides non vi, ſed aſione oritur.* Auguſtinus tr. XXVI. ſup. *Videte, quomodo trahat Pater, docendo at, non neceſſitatem imponendo. Diſce ad Filium a Patre, doceat te Pater, au- 'ium.*

CXXXIX. Superſunt in homine etiam non) notitiæ illæ naturales *theoreticae*, quod us: & *practicae*, quod ſit juſtus & vindex um; ſupereſt συντήρησις, quod *cogitatio- ominum* etiam plane ethnicorum *ſe accu-* Rom. II. 15. Nec plane exſpiravit opinio iquo poſt hanc vitam judicio; atque hoc ternum in homine teſtimonium, ad quod it teſtimonium Spiritus S. in verbo: hæ nęta etiam in nondum converſis ſtudium lam audiendi ac diſcendi excitare poſſunt, tea per operationem Spiritus S. interiore eriore teſtimonio homo convictus ad Deum rtatur.

uφα- ης entium.

§. CXL. Atque hæc de libertate arbitrii in hominibus nondum renatis poſt lapſum dicta ſint, uberius quidem propter rei magnitu- , quorum ſumma eſt, in externis actio- & in regenda diſciplina aliquam adhuc ſupereſſe arbitrii libertatem, ſed ad deponendam naturæ pravitatem nobiſcum naſcentem ac ad ſpirituales ac Deo placentes motus inchoandos plane nullas ſupereſſe vires, ſed totum hoc gratuito Dei dono & Spiritus ſancti operationi adſcribendum eſſe, qui per verbum prædicatum & auditum in homine efficax eſt, & novos motus accendit.

Libertas a peccati ſervitute.

§. CXLI. Poſtquam vero homo e ſtatu corruptionis in ſtatum gratiæ translatus, ab errore ad veritatem, ab incredulitate ad fidem a peccatis ad Deum, a tenebris ad lucem converſus, aliam arbitrii libertatem conſequitur, quam poſſumus vocare *libertatem a ſervitute peccati*, quia Spiritus S. novam lucem in mente accendit, ac novas vires voluntati confert, ut ita voluntas in hoc ſtatu non amplius ſit otioſa, ſed per novas illas ſibi donatas vires poſtea Spiritui S. cooperetur. Joh. VIII. 36. *Si Filius vos liberaverit, vere liberi eritis.* Rom. VI. 18. *Liberati a peccato ſervi facti eſtis juſtitiae.* 2 Cor. III. 17. *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas.* Auguſtinus de corrept. & grat. c. II. *Intelligant, ſi filii Dei ſunt, Spiritu Dei ſe agi, ut, quod agendum eſt, agant, & cum egerint, illi, a quo aguntur, gratias agant, aguntur enim ut agant, non ut ipſi nihil agant.* Unde etiam idem tam operoſe diſtinguit inter gratiam prævenientem, præparantem, operantem, cooperantem & perficientem. In hoc factæ renovationis ſtatu voluntati humanæ συνεργίαν quandam ad bonum lubentiſſime concedimus.

In hac vita non eſt perfecta.

§. CXLII. Interim tamen illa arbitrii libertas in renatis non ita comparata eſt, ut adjutorium Spiritus S. ipſis non ſit amplius neceſſarium, quia voluntas eorum liberata ad bonum propendet non naturalibus viribus, ſed virtute agentis & regentis eam Spiritus S. Auguſtinus de corrept. & grat. c. XI. *Liberum arbitrium & ad malum & ad bonum faciendum, confitendum eſt, nos habere, ſed in malo faciendo quisque eſt liber juſtitiae, ſervusque peccati: in bono autem eſſe liber nullus poteſt,*

poteſt, niſi fuerit liberatus ab eo, qui dixit: Si Filius vos liberaverit, vere liberi eritis; *nec ita, ut, cum quisque fuerit a peccati damnatione liberatus, jam non indigeat ſui liberatoris auxilio, ſed ita potius, ut ab illo audiens:* ſine me nihil poteſtis facere, *dicat & ipſe:* Adjutor meus eſto; ne derelinquas me. *Haec fides ſine dubio vera & prophetica & apoſtolica eſt.*

§. CXLIII. Manet in renatis etiam poſt converſionem in hac vita *lucta carnis & ſpiritus* Gal. III. 17. per quam fit, ut *condelectentur quidem legi ſecundum interiorem hominem;* Rom. VII. 22. interim tamen *vident aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis &c.* v. 23. quia in hac vita inchoatur tantum & creſcit, non autem plene perficitur hominis renovatio: unde in converſis ſcriptura duos quaſi homines eſſe dicit, *veterem & novum, exteriorem & interiorem.*

§. CXLIV. Proinde libera illa & liberata renatorum voluntas eſt nihilominus *captiva ſub lege,* Rom. VII. 23. quia caro præfracte renititur facientibus bonum: poſſumus ergo dicere, quod ſit libera ſervitus, & ſerva libertas, quia renati *mente ſerviunt legi Dei, carne autem legi peccati* Rom. VII. 25. *Libera* ſervitus eſt, quia renati ſpontaneo ducuntur Spiritu juxta interiorem hominem, & libere Deo ſerviunt juxta novitatem Spiritus: *ſerva* libertas eſt, quia non eſt effrenis aliqua licentia arripienda, quidvis pro arbitrio agendi, ſed ad Dei voluntatem & normam legis conformanda eſt obedientia, nec pro libertate Spiritus carnis licentia uſurpanda. Unde etiam hanc libertatem non vocavimus libertatem a peccato, (*quia peccatum in carne* renatorum *adhuc habitat* Rom. VII. 17.) ſed a ſervitute peccati, (quia renati *ei non ſerviunt.* Rom. VI. 6.) Sed agnoſcunt, dolent, per Chriſtum remiſſionem petunt, & repugnant.

§. CXLV. Nec libertas illa renatorum in hac vita ita comparata eſt, ut non poſſint viciſſim ad malum ſe convertere, quin potius ſi peccati ſervituti ſe viciſſim mancipare voluerint, & gratiam Dei abjicere, relabuntur in ſtatum corruptionis priſtinum, & *fiunt poſteriora pejora primis,* 2 Pet. II. 20. 21. *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini,* Rom. VIII. 13. *Si permanſeris in bonitate, alioquin excideris*, Rom. XI. 22. *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitae,* Apoc. II. 10. Qua de re alibi fuſius dicetur, atque hæc meditatio timorem Dei, ſerium ſtudium pietatis, ardentes preces &c. in nobis excitabit, & torporem ac ſecuritatem excutiet.

Libertas a peccato & mutabilitate.

§. CXLVI. In altera demum vita adſpirant renati ad plenam arbitrii libertatem, quam poſſumus nominare libertatem *a peccato & mutabilitate*; quia tunc non ſolum a ſervitute peccati, ſed etiam ab omnibus peccati reliquiis electi mundabuntur, & in bono confirmabuntur, ita, ut ex felici iſto ſtatu per peccata excidere amplius non poſſint; *erunt* enim ἰσάγγελοι, Matth. XXII. 30. *videbunt Deum a facie ad faciem*, 1 Cor. XIII. 12. *videbunt Deum, ſicuti eſt*, 1 Joh. III. 2. Tunc erit plena ſecuritas & ſecura libertas, ac multo plus per Chriſtum nobis reſtituetur, quam per Adamum eſt amiſſum: quia libertas Adami fuit poſſe non peccare, electorum erit non poſſe peccare. In futura vita error a ratione, a voluntate dolor, atque a memoria timor omnis decedet, & ſuccedet illa, quam ſperamus, mera ſerenitas, plena ſuavitas, æterna ſecuritas. *Primum faciet veritas Deus, ſecundum caritas Deus, tertium ſumma poteſtas Deus, ut ſit Deus omnia in omnibus, ratione recipiente lucem inexſtinguibilem, voluntate pacem imperturbabilem conſequente, memoria fonti indeficienti aeternaliter inhaerente.* Bernhardus ſerm. XI. ſup. Cant. col. 519. Ad hanc plenam libertatem nos pervehat, & quod cœpit in nobis bonum, perficiat auctor & conſummator ſalutis noſtræ benedictus in ſecula!

LOCUS XIII.

LOCUS
DECIMUS TERTIUS
DE
LEGE DEI.

§. I.

Connexio cum loco præcedente.

Peccatum, definiente divo Johanne, eſt ἀνομία 1 epiſt. III. 4. proinde ut alias privatio cognoſcitur ex habitu, ita *agnitio peccati eſt ex lege Rom. III. 20.* Quid obliquum & diſtortum ſit, non cognoſcitur, niſi ex adplicatione ad regulam rectam; ita peccatum, quod eſt quædam curvitas animæ, non poteſt intelligi, niſi conferatur cum regula illa juſtitiæ, quæ in doctrina legis proponitur. Præterea vana ac falſa iſta virium humanarum in rebus ſpiritualibus perſuaſio non poteſt evidentiori quodam documento convinci, quam ſi doctrina legis recte explicetur, ac oſtendatur, non qualemcunque externam, ſed ſpiritualem, internam & perfectiſſimam obedientiam in ea a nobis requiri, convenienti igitur ordine doctrinam de peccato & libero arbitrio ſequitur locus de lege, cujus explicatio non minus quam ipſa praxis evangelio præmittenda eſt.

Vocabuli legis ἐτυμολογία.

§. II. De legis etymo ita diſſerit Cicero lib. I. de legibus non longe ab initio: *Legem doctiſſimi viri Græco putant nomine a ſuum cuique tribuendo adpellatam; (ἀπὸ τῦ νέμειν) ego noſtro a legendo, nam ut illi æquitatis, ſic nos delectus vim in lege ponimus. & proprium tamen utrumque legis eſt.* Deducitur igitur vox legis vel a *legendo*, quod leges juxta Varronem publice legi conſueverint, vel a *ligando*, quod lex obliget ad obedientiam illos omnes, quibus tradita eſt, (*) vel a *deligendo*, quod delectum rerum agendarum & omittendarum, expetendarum & fugiendarum, monſtret juxta Ciceronem. תורה Hebræum deſcendit a ירה, quod ſignificat primo *docere*, ex quo colligitur, quod in genere vox *legis* pro *doctrina* ratione ſui etymi uſurpetur; deinde *jaculari*, ut innuatur, legem debere nobis eſſe inſtar ſcopi, ad quem in omnibus actionibus noſtris collimemus, niſi velimus ἄσκοπα τοξεύειν, quod eſt ἁμαρτάνειν; denique *mentes hominum doctrina fæcundare*, quemadmodum pluvia fæcundat terram, quod dignitatem atque utilitatem hujus doctrinæ arguit (**).

§. III. Cum vero æquivoca, niſi diſtinguantur, ipſam rerum confundant notitiam, præſertim cum æquivocatio vocabuli hujus inſignes jam olim pepererit errores, docente Chemnitio parte II. Loc. pag. 4. ideo diligenter annotandum, quam varias ac diverſas vocabulum legis in ſcripturis obtineat ſignificationes. *Propria & frequentiſſima* legis ſignificatio eſt, quod notat doctrinam

(*) *Lex a ligando* 1) quia legibus homines obligentur ad alia præſtanda & vitanda: 2) quia magiſtratus illis ſubditos ſibi obſtringunt: 3) quia omnes ſocietates certis legibus continentur & conſtringuntur, unde quidam per *funes* & *vincula* Oſ. XI. 4. Pſ. II. 3. legem intelligunt. Atqui ſi lex diceretur a ligando, potius diceretur *lix*, quam *lex*. GERHARDUS.

(**) Quidam deducunt a ירא *timuit*, quod lex timorem incutiat: quidam a תור quod eſt *exploravit, ſcrutatus eſt*, quod nobis tanquam ſpeculum naturæ ipſorum immunditiem exploratam ob oculos ſtatuat. νόμος vel a νόος ſecundum *Platonem* lib. XII. de leg. tum quod mentem erudiat, tum quod lex naturæ ex dictamine mentis profluat; vel a νέμειν tum quod mandet, ut ſuum cuique cedat, tum quod cuique ſuas partes & officia diſtribuat. GERHARDUS.

nam operum, regulam faciendorum & fugiendorum; quo ſenſu etiam hoc loco a nobis uſurpatur. Hac ratione vox legis uſurpatur vel in *genere* pro tota lege, vel in *ſpecie* pro lege morali Exod. XXIV. 12. *Dabo tibi tabulas lapideas & legem*; vel ceremoniali Luc. II. 23. *Sicut ſcriptum eſt in lege Domini*; vel judiciali Joh. XIX. 7. *Nos habemus legem, ſecundum quam debet mori. Generaliter* ſignificat univerſam doctrinam divinitus patefactam, Pſal. I. 2. *beatus, qui in lege Domini meditatur die ac nocte;* quo ſenſu doctrinæ evangelii in ſpecie accommodatur, quæ tamen legi proprie ſic dictæ ἀντιδιηρημένως eſt oppoſita. Ceterum an *generaliter*, an vero *ſpecialiter* hæc vox uſurpetur, id ex circumſtantiis cujusque loci colligendum: Quando ea, quæ ſunt evangelii propria, legi tribuuntur, manifeſtum eſt, legis nomine non intelligi legem proprie ſic dictam, hoc eſt, doctrinam operum, ſed generatim univerſam doctrinam divinitus patefactam, vel etiam doctrinam evangelii in ſpecie. Sic Eſaj. II. 3. *De Sion exibit lex*; manifeſtum eſt, non legis proprie ſic dictæ, ſed evangelii ſolennem promulgationem hic intelligi, cum lex non in monte Sion, ſed in Sinai promulgata ſit. Pſalm. XIX. 8. *Lex Jehovæ perfecta convertens animam, 9. Præcepta Jehovæ recta, lætificantia cor*; ibi lex dicitur conſolari, lætificare & erigere cor, cum tamen lex proprie dicta iram operetur Rom. IV. 15. Sic apoſtolus vocat legem fidei Rom. III. 27. cum tamen juſtitia, quæ eſt ex lege, & juſtitia fidei ſibi invicem opponantur Rom. X. 5 & 6. ergo vox legis in genere ibi notat doctrinam. *Materialiter* uſurpatur vox legis pro libris ſacris, in quibus doctrina legis deſcripta exſtat, idque iterum diverſimode. Quandoque enim in *genere* notat omnes vet. teſtam. libros, ſic Joh. X. 34. nomine legis comprehenduntur etiam Pſalmi, *Scriptum eſt in lege veſtra, ego dixi, vos dii eſtis.* Joh. XV. 25. *In lege ſcriptum eſt, odio me habuerunt gratis.* 1 Cor. XIV. 21. ex Eſaia allegatur ſententia, quæ in lege ſcripta dicitur. Quandoque vero *in ſpecie* πεντάτευχον Moſaicum notat, nimirum quoties a prophetis & pſalmis ſcriptura legis diſtinguitur. Luc. XXIV. 44. *Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moſis, prophetis & pſalmis.* Rom. III. 21. *Juſtitiæ Dei teſtimonium datum a lege & prophetis*: hoc ſenſu Rabbini libros Moſis vocant תורה. Quandoque *ſpecialiſſime* ſcripturam decalogi notat, ut Luc. X. 26. *Quod eſt primum mandatum in lege?* Auguſtinus tractat. XLVIII. in Johann. *Legem adpellavit Dominus* (Joh. X. 34.) *generaliter omnes ſcripturas, quamvis alibi ſpecialiter dicat legem, a prophetis eam diſtinguens.* Lib. I. retract. cap. XXV. *Legem & ſpecialiter dicimus, ſecundum quod dictum eſt*: Lex & prophetæ; *& generaliter, ut in ea ſint & prophetæ.* Nec conjuncte ſolum pro omnibus libris Moſaicis vox legis uſurpatur, ſed & diſtincte pro ſingulis, utpote 1) pro libro primo Gal. IV. 21. 22. *Legem non legiſtis? ſcriptum eſt enim, quia Abraham habuit filios duos*, ex Gen. XVI. 15. 2) pro libro ſecundo, Matth. XII. 5. *aut non legiſtis in lege, quia ſabbathis ſacerdotes in templo violant ſabbathum*, ex Exod. XXIX. 33. 3) pro libro tertio Joh. VIII. 5. *In lege Moſes præcepit nobis, ut hujusmodi lapidarentur*, ex Lev. XX. 10. 4) pro quarto libro Hebr. VII. 5. *Decimas ſumunt juxta legem*, ex Num. XVIII. 21. 5) pro libro quinto Joh. VII. 51. *Num lex noſtra judicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo?* ex Deut. XVII. 8. Hujus loci eſt & illa ſignificatio, qua lex accipitur pro vetere teſtamento, denotans totam illam formam politiæ & conſtitutionem ſacerdotii, quam Deus per Moſen populo Iſraëlitico præſcripſerat, quæ ſignificatio in epiſtola ad Hebræos frequenter occurrit, quotiescunque ſcilicet lex opponitur novo teſtamento, Matth. XI. 13. *Lex & prophetæ uſque ad Johannem. Synecdochice* uſurpatur vox legis pro rigore & maledictione legis, nimirum quando opponitur gratiæ Rom. VI. 14. *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.* Gal. V. 18. *Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege*; ubi manifeſtum eſt, non intelligi obedientiam, ſed rigorem illum maledictionis, quo lex omnes, in quibus aliquid vitii hæret, absque ulla ἐπιεικείᾳ accuſat & damnat, nec ullam obedientiam probat vel reci-

recipit, niſi ſit numeris omnibus perfecta ac modis omnibus pura. *Metonymice* uſurpatur pro vi, impetu, ſeu efficacia movente & impellente, ut *lex peccati*, Rom. VII. 25. *lex mortis*, 6. *lex in membris*, 23. *Lex Spiritus vitæ*, Rom. VIII. 2. Auguſtinus libr. LXXXIII. quæſtionum quæſt. LXVI. legem peccati inde dictam putat, quod *peccatoribus imponitur*; legem mortis, quia *ſtipendium peccati mors, aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex*. Atque hæ ſunt potiores hujus vocabuli ſignificationes. *Minus principaliter & ſecundario* accipitur 1) pro conſuetudine & jure gentium Dan. VI. 15. *Lex Medorum*; Act. XVIII. 13. *contra legem hic ſuadet Deum colere*: 2) pro inſtitutione recta Prov. I. 8. *Ne dimittas legem matris tuæ*: 3) pro ſubjectione & obedientia, quam quis ex jure divino & humano aliis præſtare tenetur Rom. VII. 2. *Mulier liberata eſt a lege viri*. 1 Cor. VII. 39. *alligata eſt legi*.

συνωνυμία. §. IV. Pulcerrimam ſynonymorum legi attributorum congeriem propoſuit Spiritus ſanctus Pſalm. CXIX & XIX. quorum diligens explicatio traditur a Chemnitio part. II. Loc. pag. 8. Potiores adpellationes ſunt iſtæ עֵדוּת *μαρτύριον* teſtimonium, quia lex teſtatur de voluntate Dei, & peccati nos convincit, Moſes in repetitione legis, Deut. IV. 26. utitur radice הֵעִיד, *Obteſtor vos hodie per cœlum & terram*; דֶּרֶךְ, *ἡ ὁδὸς*, *via*, quia lex monſtrat viam bonorum operum, in qua ambulemus: פִּקּוּדֵי, in regimine, *ἐντολαί*, mandata, a פָּקַד, quod eſt committere, delegare, viſitare, requirere, quia Deus commiſit homini velut depoſitum quoddam legem ſuam, atque ejus transgreſſionem viſitat juſtiſſimis pœnis: (*) חֻקִּים *δικαιώματα*, qua voce ritus & ceremoniæ legales plerumque intelliguntur, ut nomine מִשְׁפָּטִים *τὰ κρίματα*, judicia, leges forenſes ſive judiciales; interim utraque vox præſertim ſeorſim poſita generalis eſt, ſiquidem lex eſt ſtatutum Dei, ejusdemque judicium contra peccatum. מִצְוָה *ἐντολὴ præceptum*, quod adſtringit ad obſervationem a צִוָּה, quod ſignificat præcipere, commendare, decernere, promittere &c. אִמְרֵי, in regimine, *τὰ λόγια*, *οἱ λόγοι eloquia Dei*, quia lex eſt ipſius Dei voce ſolenniter promulgata. צֶדֶק, *ἡ δικαιοσύνη*, *τὸ δικαίωμα*, *juſtitia*, quia lex præſcribit normam juſtitiæ. בְּרִית, *ἡ διαθήκη*, *pactum*, *fœdus*, quia in lege Deus init fœdus cum populo ſuo. יִרְאַת יְהוָה *ὁ φόβος κυρίου*, *μετωνυμικῶς*, quia ſumma legis conſiſtit in timore & dilectione Dei. Dicitur etiam lex עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים, *decas verborum*, ſumma enim legis moralis conſiſtit in decalogo. Adpellatio legis moralis uſitatiſſima quidem eſt, ſed recte interim declaranda, neque enim morum duntaxat & externarum actionum, ſed etiam interiorum adpetitionum, imo totius naturæ integritatem lex divina requirit. De adpellationibus legis vide Juſtinum in quæſtionib. & reſp. (**) ad orthod. quæſt. XCII.

Adpellationes legis diverſæ. §. V. Hujus loci eſt obſervatio *D. Lutheri* in epiſt. ad Galat. cap. V. tom. IV. oper. latin. pag. 149. quod diverſæ legi ab Apoſtolo Paulo tribuantur adpellationes: quando enim lex per ſe conſideratur, ut doctrina a Deo promulgata, honorificis titulis ornatur, dicitur *lex ſancta*, *mandatum ſanctum & bonum*: Rom. VII. 12. *mandatum, quod ad vitam*: 10. *lex bona*: 1 Tim. I. 8. *ſermo vivus*, *λόγια ζῶντα* Act. VII. 38. Quando vero in articulo juſtificationis & in collatione cum doctrina evangelii, itemque reſpectu naturæ noſtræ corruptæ conſideratur, ibi velut contemtim & ignominioſe de lege apoſtolus

(*) Gen. XXVI. 5. mandata Dei vocantur מִשְׁמֶרֶת *cuſtodia Dei*, quia debent ab hominibus obſervari & cuſtodiri. *Abraham cuſtodivit* מִשְׁמַרְתִּי *cuſtodiam meam*, מִצְוֺתַי *præcepta mea*, חֻקּוֹתַי *ſtatuta mea* וְתוֹרֹתָי *& leges meas*. GERHARDUS

(**) Paucis notamus, hujus libri auctorem non eſſe JUSTINUM martyrem, ſeculi II. ſcriptorem, ſiquidem multa in eo deprehenduntur, quæ ſecula aliquot Juſtino ſequiora ſapiunt; ſed JUSTINUM Siculum, qui exeunte ſeculo quinto ſcripſit, uti recte obſervavit HENR. DODWELLUS.

ſtolus loquitur, vocat enim *pædagogum & carcerem concludentem* (*quem nemo amat*, ait Lutherus,) Gal. III. 23 & 24. *jugum ſervitutis*, V. 1. *potentiam peccati*, 1 Cor. XV. 56. *operationem iræ & mortis*, Rom. IV. 15. VII. 5. *infirma & egena elementa mundi*, Gal. IV. 9. *miniſterium mortis & condemnationis*, *literam occidentem*, 2 Cor. III. 6. 7 & 9. *chirographum nobis contrarium*, Col. II. 14. *Teſtamentum generans in ſervitutem*, Gal. IV. 24. Conciliationem horum diverſorum attributorum proponit apoſtolus in ſequentibus dictis Rom. VII. 10. *mandatum*, *quod ad vitam*, (a Deo datum) *inventum mihi eſt ad mortem*, v. 11. *quia peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me* (quia natura venundatus ſum ſub peccatum, quod voce legis divinæ manifeſtatur & accuſatur) 1 Tim. I. 8. *καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται*, *lex bona eſt*, *ſi quis ea legitime utatur.*

Definitiones.

§. VI. Definitiones legis in genere acceptæ exſtant variæ ac diverſæ. Plato de legibus: *Lex eſt recta gubernandi ratio*, *quæ dirigitur in optimum finem per media commoda*, *proponendo transgreſſoribus pœnas & obedientibus præmia.* Ariſtoteles X. ethic. ad Nicom. cap. X. ὁ νόμος ἐςι λόγος ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νȣ̃ ἀναγκαςικὴν δύναμιν ἔχων. Lib. III. politic. cap. XVI. νόμος ἐςι νȣ̃ς ἄνευ ὀρέξεως. in rhet. ad Alexand. cap. I. ὁ νόμος (ἁπλῶς εἰπεῖν) λόγος ὡρισμένος καθ᾽ ὁμολογίαν κοινὴν πόλεως μηνύων, πῶς δεῖ πράττειν ἕκαςα. Cicero I. de legib. *Eſt ratio ſumma inſita in natura*, *quæ jubet ea*, *quæ facienda ſunt*, *prohibetque contraria.* *Eadem ratio cum in mente hominis eſt*, *confirmata & confecta eſt lex.* Ibid. *Lex eſt recta ratio in jubendo atque vetando: naturæ vis eſt moris*, *ratioque prudentis*, *juris atque injuriæ regula*, *juſtorum*, *injuſtorumque diſtinctio*, *quæ ſupplicio improbos adficit*, *defendit ac tuetur bonos.* Lib. II. de nat. Deor. *Lex eſt recti præceptio*, *pravique depulſio.* Demoſthenes orat. I. cont. Ariſtog. νόμος ἐςιν εὕρημα καὶ δῶρον Θεῶν, δόγμα σοφῶν ἀνδρῶν, ἐπανόρθωμα ἑκȣσίων καὶ ἀκȣσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως συνθήκη κοινὴ, καθ᾽ ἣν ζῆν προσήκει πᾶσι τοῖς ἐν πόλει. Thomas 1. 2. quæſt. 90. art. 1. *Lex eſt quædam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo*, *qui curam communitatis habet*, *promulgata.* Idem. *Lex eſt menſura & regula actuum agendorum directiva: eſt ratio divinæ ſapientiæ*, *ſecundum quod eſt directiva omnium actuum & motuum.* Biel. III. ſent. diſtinct. 37. quæſt. II. *Lex eſt ſignum verum notificativum rectæ rationis dictantis ligari eam ad aliquid agendum vel non agendum.* Varinus: νόμος ἐςι λόγος προτάσσων, ἃ δεῖ, καὶ ἀπογορεύων, ἃ μὴ δεῖ. Recentioribus lex in genere eſt certa quædam conſtitutio ſive ſanctio ligans ad obedientiam eos, quibus illa præſcribitur, & pœnam ſtatuens his, qui eam violant. Item: lex eſt ſententia præcipiens honeſta, obligans naturam rationalem ad obedientiam cum promiſſione præmii, ſi obedientia præſtetur, & comminatione pœnæ, ſi violetur.

Diviſiones legum. 1. in divinas & humanas.

§. VII. Sed enim generalium harum deſcriptionum uſus eſt non adeo magnus, tranſibimus igitur ad diviſiones legis. *Primo* ratione efficientis ſive auctoris, quædam leges dicuntur divinæ, quædam humanæ. *Divinæ*, quæ a Deo; *humanæ*, quæ ab hominibus ſunt ſancitæ. Can. omnes diſtinct. I. ex Iſidoro. Omnes leges aut divinæ ſunt aut humanæ: divinæ natura, humanæ moribus conſtant, ideoque hæ diſcrepant, quoniam aliæ aliis gentibus placent. Fas lex divina eſt, jus humana. Sed hæc deſcriptio legis divinæ minus provida, ſiquidem leges ceremoniales & forenſes populo Iſraëlitico traditæ divinæ erant, neque tamen natura conſtabant. *Secundo*

2. in morales, ceremoniales, & forenſes.

ratione materiæ leges divinæ dividuntur in *morales*, *ceremoniales* & *forenſes*. Qui διχοτομίᾳ delectantur, poterunt dicere, leges divinas alias eſſe æternas & immutabiles, alias vero χρονικὰς & mutabiles, quarum poſteriores iterum dividuntur in ceremoniales & forenſes. Chemnitius ſic procedit. Lex divina vel in genere præcipit de cultu Dei & juſtitia; vel deter-

eterminat illa per certas externas circumſtan-
as, idque vel erga Deum in cultibus, vel er-
a homines in exercenda & adminiſtranda ju-
itia.

undamenta ijus divi- ionis.

§. VIII. Fundamentum vulgatiſſimæ hujus diviſionis exſtat in ipſa ſcriptura ſacra. Deut. VI. 1. *iſtud eſt præceptum, ſtatuta & judicia, quæ præcepit Iehovah Deus veſter, t docerem vos, ut faciatis illa,* זאת המצוה החקים והמשפטי, ibi videmus diinĉte recenſeri *præceptum, ſtatuta & judicia;* um vero Rabbini habent regulam, quando ſimul nguntur משפטים & חקים, quod *prius* ro judicialibus, *poſterius* pro ceremonialibus t accipiendum: nomine igitur præcepti in geere intelligitur *lex moralis*, quæ ideo in ſinguri numero præceptum dicitur, quia ſumma us conſiſtit in dilectione Lev. XXVI. 14. *Si on audieritis me, neque feceritis omnia præpta iſta,* המצות. v. 15. *Si ſpreveritis ſtatuta ea* חקתי, *& judicia mea; abominata fuerit ania veſtra,* משפטי, *ita ut non faciatis omnia recepta mea, & irritum faciatis pactum meum &c.* (pactum ergo Dei cum Iſraëlitis initum onſiſtit in præceptis, ſtatutis & judiciis, hoc ſt, ut hodie loquimur, in lege morali, ceremoiali & forenſi) v. 46. *Hæc ſunt ſtatuta & judicia & leges, quas dedit Iehovah inter ſe & filios ſrael in monte Sinai per manum Moſe.* אלה החקים והמשפטים והתורת ubi nomine *Thorah* intelligitur lex moralis. Deut. IV. 1. *ſrael audi ſtatuta & judicia, quæ ego doceo vos.* . *Non addetis ad verbum, quod ego præcipio obis, neque diminuetis ex eo, ut cuſtodiatis recepta* מצות *Jehovæ Dei veſtri.* Peculiariter notandi ſunt vers. 13. & 14. hujus capi-s, in quibus manifeſtiſſime traditur hæc diſtinio: *Locutus eſt* (ait Moſes) *Jehovah ad vos, & renunciavit vobis pactum ſuum, quod præceit vobis, ut faceretis decem verba, & ſcripſit la in duabus tabulis lapideis: mihi quoque præpit Jehovah eodem tempore, ut docerem vos ſtatuta & judicia, ut faceretis ea in terra promiſſa.* Ubi videmus, manifeſte diſtingui inter decem verba ſive decalogum, qui continet ſummam legis moralis, & inter leges ceremoniales ac forenſes. Decalogum dedit Deus toti populo immediate, ac decem verba ipſemet in tabulis lapideis ſcripſit, ſed reliquæ leges per manum Moſis ſunt populo traditæ ac conſcriptæ. Promulgato ipſius Dei voce decalogo, Moſes jubetur accedere ad caliginem, in qua Deus erat, ibi accipit judicia populo proponenda. Exod. XIX. Poſtea denuo ſolus adſcendit montem, & accipit leges ceremoniales Exod. XXIV. Deut. VI. 20. *Cum interrogaverit te filius tuus cras, dicendo: Quid ſibi volunt teſtimonia & ſtatuta & judicia, quæ præcepit Jehovah* DEVS *noſter vobis?* מה העדת והחקים והמשפטים, ubi nomine *teſtimonii* lex moralis venit accipienda. Deut. VII. 11. *Cuſtodias præcepta & ſtatuta & judicia, quæ ego præcipio tibi,* quæ pari modo conjunguntur Deut. VIII. 11. XI. 1. XXVI. 17. XXX. 16. XXXIII. 10. &c.

§. IX. Comprobatur inſuper hæc divinarum legum diviſio a Chemnitio part. II. Loc. pag. 30. ex eo, quod notitia decalogi ſive legis moralis ab omnibus requiritur Deut. VI. 4. & ſqq. de judicialibus vero conſtituitur peculiare conſiſtorium Hieroſolymis, ad quod adſcendant, ſi judicium difficile inciderit inter ſanguinem & ſanguinem, cauſſam & cauſſam, plagam & plagam. De ceremonialibus vero cum Malachias locutus eſſet, ſubjungit cap. II. 6. *Labia ſacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus.* Res ipſa denique oſtendit, neceſſario conſtituendum eſſe tale diſcrimen inter leges divinas. Moralem legem Chriſtus explicat & urget, ſed diviſionem hæreditatis ex forenſibus Moſis legibus inſtituere recenſet. Luc. XII. 14. Legem per fidem abrogari, negat apoſtolus; Rom. III. 31. idem tamen in cibo aut potu aut parte diei feſti quempiam chriſtianorum judicari prohibet, Col. II. 16. & in Chriſto inter Judæum & Græcum quippiam diſcriminis amplius supereſſe, negat.

Gal. III. 28. (*) Cogitandum hic relinquo piis mentibus, num diviſio iſthæc inter legem moralem, ceremoniales & forenſes ſubinnuatur Rom. IX. 4. ubi apoſtolus pronunciat Iſraëlitarum eſſe καὶ τὰς διαθήκας καὶ τὴν νομοθεσίαν καὶ τὴν λατρείαν? Nomine διαθηκῶν Auguſtinus quidem intelligit vet. & nov. teſtamentum, quippe vetus teſtamentum Iſraëlitis eſt datum, & novum in vetere figuratum. Alii unius teſtamenti legalis aliam atque aliam ſanctionem denotari putant, ſed quia proxime facta mentio arcæ fœderis, ideo non inconcinne αἱ διαθῆκαι accipientur μετωνυμικῶς de duabus tabulis, in quibus decalogus digito Dei exaratus, quæ & ipſæ dicuntur tabulæ fœderis ac teſtamenti Deut. IV. 11. & 15. Hebr. IX. 4. νομοθεσία εἰδικῶς accommodari poterit ad partem legis judicialem, qua forum politiæ Judaicæ conſtituebatur, λατρείας nomine peculiariter intelligitur lex ceremonialis, in qua præſcripſerat Deus modum, prout in vet. teſtamento a populo ſuo coli voluit. Vide D. Schröderum in analyſi cap. IX. ad Rom. th. 40. 41. 42.

§. X. De ſingulis hiſce legis divinæ ſpeciebus agemus uberius, ſi prius alias legis diviſiones expoſitas dederimus. *Tertio* igitur ratione accidentium quædam leges dicuntur *ſcriptæ*, quædam *non ſcriptæ*. τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, inquit Juſtinianus inſtit. de jure naturali §. 7. quæ diviſio & divinis & humanis legibus adplicari poteſt. Lex divina vel eſt in creatione hominum mentibus inſita & inſculpta, vel ipſius Dei voce patefacta, promulgata, repetita & in ſacras literas relata. Ambroſius de fuga ſec. *Lex gemina eſt, naturalis & ſcripta, naturalis in corde, ſcripta in tabulis.* Hinc apoſtolus pronunciat, quamvis gentibus de ſolenni promulgatione & repetitione legis divinæ nihil conſtet, nihilo tamen minus opus legis in cordibus ipſorum ſcriptum eſſe. Rom. II. 14. *Cum gentes, quæ legem non habent, natura ea, quæ legis ſunt, faciunt, illi legem non habentes ſibimet ipſis lex ſunt,* v. 15. *qui oſtendunt opus legis ſcriptum eſſe in cordibus ſuis, teſtimonium illis reddente ipſorum conſcientia.* Lex primitus hominum mentibus inſita dicitur lex *naturæ*, ubi obſervandum, quod in natura integra idem omnino erant lex *naturæ* & lex *moralis*, ſed in natura corrupta magna pars legis naturalis per peccatum obſcurata eſt, & tantum particula quædam de externa obedientia in hominis mente reliqua manſit, quæ cauſa etiam primaria eſt, propter quam ſolennem legis ſuæ promulgationem ac repetitionem in monte Sinai Deus ipſe inſtituit.

3. In ſcriptas & non ſcriptas.

§. XI. Reſpectu objectorum leges humanæ dividuntur *quarto* loco in *eccleſiaſticas* & *politicas*. Leges *eccleſiaſticæ* ſunt, quæ a pio magiſtratu conſenſu eccleſiæ & cum conſilio eccleſiaſtici miniſterii feruntur de ordine actionum in publico eccleſiæ miniſterio, quas vulgo vocant *agenda eccleſiaſtica*. His conſtitutionibus humanis ſi accedat opinio vel cultus vel meriti vel ſimplicis cujusdam neceſſitatis, tunc fiunt ἐντάλματα hominum, quibus fruſtra Deus colitur Matth XV. 9. Sin vero εὐταξίας & εὐσχημοσύνης cauſa inſtituuntur atque obſervantur, pertinent ad regulam apoſtolicam. 1 Cor. XIV. 40. (ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ) πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω. *Politicæ* leges ſunt, quæ a magiſtratu, qui habet poteſtatem ferendarum legum, de certo ordine actionum in politia ſervando ad incolumitatem reipublicæ conſtituun-

4. In eccleſiaſticas & politicas.

(*) Ratio diviſionis in leges *morales*, *ceremoniales & forenſes*, deſumi quoque poteſt ex ipſo legis officio, quod eſt ordinem, quo homo cum creatore ſuo conjungitur, ſancire & conſtituere, idque 1) ſimilitudine quadam interna, ceu dilectione, juſtitia, ſanctimonia & veritate, quam lex moralis, quæ eſt quaſi fons, baſis, ſubſtantia & norma omnium aliarum legum, determinat. 2) Externa internarum iſtarum virtutum ſignificatione, adhibitis ſymbolis, quorum normam ſecunda pars, quæ eſt quaſi appendix primæ decalogi ſive legis moralis tabulæ, tradit, & eſt de ceremoniis & ritibus ſacris. 3) Denique exhibitione officii proximo debiti, cujus rationem præſcribit tertia pars nempe forenſis, quæ eſt quaſi appendix ſecundæ decalogi tabulæ, eſtque de jure & judiciis. Uti ex BACMEISTERO obſervat GERHARDVS.

tuuntur, quibus apoſtolus Petrus propter Dominum, 1 epiſt. II. 13. Paulus propter conſcientiam, obedire jubet Rom XIII. 5. Weſenbecius in paratitl. ſic definit: *Lex eſt honeſtum legitimæ poteſtatis decretum ad tuendam reipublicæ pacem, moresque ac judicia regenda publice factum & conſcriptum.*

Diviſio juris in naturale, gentium & civile.

§. XII. Ex his adparet, quid ſtatuendum ſit de diviſione juris in *naturale, gentium* & *civile*, quam Juſtinianus in inſtit. tit. de jure naturali, gentium & civili, atque ejus æmulator Gratianus diſtinct. I. decret. proponunt. *Jus naturale eſt*, (inquit Juſtinianus) *quod natura omnia animalia docuit, nam jus iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium animalium, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit maris & fœminæ conjunctio, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Jus autem civile a jure gentium diſtinguitur, quod omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quisque populus ipſe ſibi jus conſtituit, id ipſius proprium civitatis eſt, vocaturque jus civile, quaſi jus proprium ipſius civitatis: quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur, vocaturque jus gentium, quaſi quo jure omnes utantur. Conſtat autem jus noſtrum (Romanum) aut ſcripto aut ſine ſcripto. Scriptum jus eſt lex, plebiſcitum, ſenatusconſultum, principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum. Lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante (veluti conſule) conſtituebat &c.* Hæc Juſtinianus, qui voce legis ſtrictiſſime utitur, prout non ſolum a jure naturali & jure gentium, ſed etiam a plebiſcito, ſenatus conſulto atque aliis legis civilis ſpeciebus diſtinguitur. Nomine juris naturalis non intelligit eam Naturæ legem, quæ in cordibus hominum poſt lapſum adhuc reliqua, & eſt pars legis moralis: (quam nomine juris gentium potius exprimit) ſed inſtinctum naturalem & ſtorgas phyſicas poſt lapſum adhuc in homine reliquas. Congruit cum hac explicatione diſtinctio JCtorum inter jus naturale, primævum & ſecundarium.

Summa legis moralis in decalogo.

§. XIII. Legis moralis ſumma extat in decalogo, quem Deus in monte Sinai inter clangores tubæ, aliaque ſtupenda prodigia populo Iſraëlitico promulgavit Exod. XIX. 20. Deſumta vero eſt adpellatio decalogi ex illis ſcripturæ teſtimoniis, in quibus lex moralis ſolenniter in monte Sinai promulgata & repetita dicitur עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *decas verborum* vel *decem verba.* Exod. XXXIV. 28. Deut. IV. 13. X. 4. Pulchra eſt alluſio Philonis lib. de decalogo pag. 475. *Impoſitores primi nominum viri ſapientes merito videntur adpellaſſe hanc δεκάδα quaſi δεχάδα, quod capiat, comprehendatque omnia numerorum genera & rationum proportionumque arithmeticarum ac inſuper harmoniarum ſymphoniarumque &c.* Quemadmodum igitur numerus denarius eſt perfectiſſimus & capaciſſimus, ita quoque lex moralis decem verbis a ſapientiſſimo Deo comprehenſa, perfectiſſima eſt. Beda in cap. XX. Exodi. *Nullus numerus creſcit amplius niſi uſque ad decem, ac per hoc in plenitudine numeri plenitudinem mandatorum conſtituit. Bene obſervatum a Philone*, (ſcribit Spinæus libr. de providentia) *quod decem illis verbis longe plura comprehendantur & doceantur, quam quæ tot & tam magnis philoſophorum, legiſlatorum, juriſconſultorum de ea re conſcriptis voluminibus continentur, in quibus nullum verbum exſtat de juſtitia retinenda, de recta rerumpublicarum conſtituendarum ratione, quod non multo locupletius & doctius decem illis mandatis contineatur.* Proinde quod de legibus duodecim tabb. dicit Cicero I. de orat. *Omnes bibliothecas philoſophorum unicus libellus duodecim tabularum ſuperat & auctoritatis pondere & utilitatis ubertate*; id longe rectius de lege morali in decem verbis decalogi propoſita dici poteſt. Biel. III. ſentent. diſtinct. XXXVII. quæſt. 11. artic. VI. *Omnia cetera præcepta tam divina, quam humana, ad decalogum reducuntur vel*

vel ut principia, vel ut concluſiones, vel ut eis rationabiliter conſona.

Lex moralis eſt æterna.

§. XIV. Neque vero exiſtimandum, legis moralis initium cum ſolemni illa decalogi promulgatione cœpiſſe, vel ejusdem anguſtiis concluſam teneri, ſed lex moralis etiam ante ſolennem illam promulgationem a prima ſtatim mundi origine hominibus tradita eſt ac patefacta, imo cordibus ipſorum in creatione inſita & quaſi inſculpta fuit, creati ſiquidem fuerunt *ad imaginem Dei* Gen. I. 27. quæ conſiſtit *in juſtitia & ſanctitate vera* Eph. IV. 24. cujus ſanctitatis ac juſtitiæ norma atque ſpeculum in lege proponitur; quin imo ante jacta mundi fundamenta norma illa ac regula juſtitiæ exſtitit in mente divina, quod Rabbini majorum ſuōrum doctrinam hac de re haud ſatis dextre percipientes in fabulam ac nugas converterunt, dum referente Galatino lib. XVII arcan. cap. I. adverſ. Judæos, & Reuchlino in cabbala cap. III. dicunt, *Legem Dei ante mundi creationem conditam eſſe duobus annorum millibus atque literis igneis nigris in dorſo ignis candidi ſcriptam.* Jubentur homines eſſe ſancti, ſicut Deus ſanctus eſt, Lev. XI. 44. 1 Pet. I. 16. jubentur eſſe miſericordes, ſicut Pater cœleſtis miſericors eſt, Luc. VI. 36. Jubentur eſſe perfecti, ſicut Pater cœleſtis eſt perfectus. Matth. V. 48. Utique ergo Deus ſanctus, miſericors ac perfectus eſt, jam vero ſanctitas, miſericordia & perfectio non ſunt in Deo accidentia, ſed ipſa ejus eſſentia; utique ergo ut eſſentia Dei æterna, ita ſanctitas, miſericordia & perfectio Dei eſt æterna, cujus ſanctitatis, miſericordiæ & perfectionis ἐκτύπωμα & velut ἀπεικόνισμα in lege proponitur. (*)

Praxis legis moralis ante Moſen.

§. XV. Ceterum, ut adpareat, doctrinam legis etiam ante Moſen ac ſolennem illam in monte Sinaitico promulgationem in eccleſia Dei ſonuiſſe, jucundum eſt annotare, quomodo ſingula præcepta ipſius Dei voce vel immediate ſanctis patriarchis vel per patriarchas populo Dei expoſita fuerint ac repetita. Primis parentibus primævam illam legem de non comedendo arboris vetitæ fructu datam eſſe novimus, Gen. II. 17. quam matricem fuiſſe omnium præceptorum, pulcre diſputat Tertullianus libr. adverſus Judæos non longe ab initio pag. 133. *In principio mundi* (inquit) *ipſi Adæ & Evæ Deus legem dedit, ne de fructu arboris plantatæ in medio paradiſi ederent, quod ſi contra feciſſent, morte morerentur. Quæ lex eis ſufficeret, ſi eſſet cuſtodita. In hac enim lege Adæ data omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ poſtea-*

(*) Pererius diſput. III. in cap. II. Roman. n. 44. *Lex Moſis non alii genti, quam Hebræorum, lata eſt, nec alios niſi Hebræos tantum obligabat: 1) quia nuſpiam legitur in ſacris mandatum Moſi aut ulli prophetarum, ut legem Judaicam promulgaret gentibus, quemadmodum quidem de evangelii promulgatione mandatum habuerunt apoſtoli. 2) quia David ait, Deum juſtitias & judicia ſua annunciaſſe tantum Iſraëli, non aliis nationibus* Pſalm. CXLVII. *3) quia circumciſio tantum ad Judæos pertinebat, in qua tamen continebatur obligatio iſtius legis Moſaicæ Galat. V.* Contra 1) certum eſt, notitias naturales gentibus in prima creatione inſitas cum decalogo convenire, unde vocantur opus legis. Decalogus autem eſt publica illarum notitiarum declaratio. Quos ergo notitiæ naturales obligant, hos & decalogus. 2) Lex de diligendo Deo & proximo obligat etiam gentiles. At ſumma legis Moſaicæ in dilectione conſiſtit. 3) In quibus transgreſſio legis punitur, hos ipſa lex obligat. In gentibus punitur transgreſſio legis moralis Rom. I. Lev. XVIII. Eph. VI. 4) Leges, quæ Hebræum duntaxat populum obligabant, non habent locum in novo teſtamento. Atqui lex moralis locum habet in novo teſtam; ſubinde enim repetitur, explicatur & inculcatur. 5) A quibus etiam gentiles, quorum mens non eſt penorſus reproba, abhorrent, eorum oppoſita etiam gentiles attinent. Sed a ſceleribus in lege Moſaica prohibitis etiam gentiles abhorrent 1 Cor. V. 1. ergo oppoſitæ virtutes una cum ſua norma etiam gentiles attinent. Ad rationes Pererii reſp. a) diſtinguendum eſt *inter publicum miniſterii exercitium & propheticum doctorum eccleſiæ officium.* Illud ad Iſraëlitas duntaxat pertinuit, hoc vero commune eſt, quia quando prophetæ gentilium vitia perſtrinxerunt, nullam aliam habuerunt normam, quam legem Moſis Eſa. XXXIV. 16. Ezech. XXII. 10. Am. II. 7. b) Diſtinguuntur leges in morales, ceremoniales ac forenſes. Illæ omnes obligant, hæ vero minime. c) In lege morali inſunt etiam quædam ceremonialia, quæ ad Judæos tantum ſpectabant. Lutheri dicta eodem modo explicanda. GERHARDVS.

poſtea pullulaverunt data per Moſen, id eſt: Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua, & diliges proximum tibi tanquam te. Et non occides, non mœchaberis, non fraudaveris, falſum teſtimonium non dices. Honora patrem tuum & matrem, & alienum non concupiſces. *Primordialis lex eſt enim data Adæ & Evæ in paradiſo quaſi matrix omnium præceptorum Dei. Denique ſi Dominum Deum ſuum dilexiſſent, contra præceptum ejus non feciſſent, ſi proximum diligerent, id eſt, ſemet ipſos, perſuaſioni ſerpentis non credidiſſent, atque ita in ſemet ipſos homicidium non commiſiſſent, excidendo de immortalitate, faciendo contra præceptum Dei. A furto quoque abſtinuiſſent, & de fructu arboris clam non deguſtaſſent, nec a conſpectu Domini Dei noſtri ſub arbore deliteſcere geſtiſſent. Nec falſum adſeveranti diabolo participes efficerentur, credendo ei, quod ſimiles Deo eſſent futuri. Atque ita nec Deum offendiſſent ut patrem, qui eos de limo terræ quaſi ex utero matris figuraverat. Si alienum non concupiſcerent, de fructu illicito non guſtaſſent. Igitur hac generali & primordiali Dei lege, quam in arboris fructu obſervari Deus ſanxerat, omnia præcepta legis poſterioris ſpecialiter indita fuiſſe cognoſcimus, quæ ſuis temporibus edita cognoſcimus.* Hæc omnia Tertullianus, qui paulo poſt ſubjungit: *Ante legem Moſis ſcriptam in tabulis lapideis, legem contendo fuiſſe non-ſcriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & a patribus cuſtodiebatur &c. Intelligimus Dei legem etiam ante Moſen, nec in Oreb tantum, aut in Sina & in eremo primum, ſed antiquiorem primum in paradiſo, poſt patriarchis, atque ita & Judæis certis temporibus reformatam, ut non jam ad Moſis legem ita attendamus, quaſi ad principalem legem, ſed ad ſubſequentem, quam certo tempore Deus & gentibus exhibuit & repromiſſa per prophetas in melius reformavit.*

Præceptum primum.

§. XVI. *Primum* præceptum deos alienos habere prohibet, verum autem Deum ſuper omnia timere, diligere, ipſique confidere ac obedire jubet. Atqui quando primis parentibus eſu arboris vetitæ interdicitur, eo ipſo requiritur, ut Deum iſthoc præcipientem ſuper omnia timeant ac diligant, neque ullis blanditiis ab obedientia erga hoc præceptum ſeſe dimoveri patiantur. Gigantæa audacia in architectis Babylonicæ turris confuſione linguarum & diſperſione ipſorum ſuper faciem univerſæ terræ ſeveriſſime punita monet ȣ θεομαχεῖν, neque ex ſe ipſo ſuisque ſtudiis idolum facere, ſed Deo omnem gloriam in vera cordis humilitate tribuere. Gen. XI. 9. Quando Abrahæ præcipitur, *ut ambulet coram Deo, ac ſit perfectus* Gen. XVII. 1. eo ipſo præcipitur, ut Deum ex toto corde diligat, veneretur, colat, ac omnem vitam ad ipſius nutum componat, cum ipſe ſit παντεπόπτης, cujus oculi clariores ſole: additur etiam promiſſio, *Ego ſum Deus omnipotens El Schaddai*, timentibus ac colentibus me non deerit ullum bonum. Gen. XV. 1. *Ego ſum ſcutum tuum & merces tua magna valde.* Quando Abraham divina ſecutus juſſa filium unicum Iſaacum immolare paratus eſt, Deum ſuper omnia diligendum eique obediendum eſſe ipſo facto oſtendit Gen. XXII. 3. Jacobus familiæ ſuæ & omnibus, qui cum ipſo erant, præcipiens, ut auferant deos alienos, eosdemque ſubter quercum apud Sichem defodiens, quid aliud quam praxin primi præcepti de non colendis idolis inſtituit? Gen. XXXV. 2 & 4.

Præceptum ſecundum.

§. XVII. *Secundum* præceptum nominis divini profanationem prohibet, ejuſdem vero invocationem præſcribit. Praxis hujus præcepti apud patriarchas ſemper viguit. Gen. IV. 26. cum ſanctificatio nominis Dei per Cainitas eſſet profanata, *Enos cœpit invocare in nomine Dei.* Gen. XII. 7. *Abraham ædificat altare ipſi Jehovæ primum apud Sichemam, deinde inter oppida Bethel & Hai, invocatque ibi nomen Jehovæ*, hoc eſt, Abrahamus altari in honorem veri Dei exſtructo circa illud concionatur, ſacrificat, preces ſuas fundit, & vaticinia de venturo Meſſia auditoribus ſuis proponit. Melchiſedecus rex Salem Abrahæ ex prælio redeunti cum benedictione occurrit, Gen. XIV. 20. *Benedictus Deus altiſſimus,* quia

quia tradidit hoſtes tuos in manum tuam, ſicque ipſo facto oſtendit, nomen Domini propter omnia non ſolum ſpiritualia, ſed & corporalia beneficia benedicendum eſſe. Ibidem v. 22. *Abraham levat manum ſuam ad Jehovam Deum altiſſimum, poſſeſſorem cœli & terræ.* Per ſolum ejus nomen jurandum eſſe oſtendens, quem jurandi morem in Abrahæ & aliorum prophetarum familia obſervatum poſtea fuiſſe, oſtendit exemplum Eleazari Gen. XXIV. 3. &c. Jacobi Gen. XXXI. 53. Tertia etiam vice *plantavit Abraham ſilvulam ad fontem Beerſeba, & invocavit ibi nomen Jehovæ Dei æterni* Gen. XXI. 33. Iſaacus hoc parentis exemplum ſecutus itidem *altare illic exſtruxit, & nomen Jehovæ invocavit* Gen. XXVI. 25. Ad cultum ſecundi præcepti pertinet etiam votum illud, quo ſeſe Jacobus vero Deo obſtrinxit Gen. XXVIII. 20. Idem Eſavi truculentiam metuens & in ſummis anguſtiis conſtitutus ad ſerias preces convertitur, quibus ſe ſuosque Deo commendat Gen. XXXII. 9. in omnibus omnino calamitatibus verum Deum unice invocandum eſſe docens.

Præceptum tertium.

§. XVIII. *Tertium* præceptum de ſanctificando ſabbatho manifeſte divina voce ſancitur Gen. II. 3. *Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificavit illum*, hoc eſt, divino cultui eum deputavit, ac verbi divini auſcultatione & meditatione, ſacramentorum uſurpatione, ardenti invocatione ac ſimilibus pietatis exercitiis ſanctificandum ordinavit. Arbor ſcientiæ boni & mali primis parentibus fuit velut ara ac templum, in quo debitum Deo exhiberent cultum. Pertinent huc ſacrificia veterum, utpote Caini & Abelis Gen. IV. 3. & 4. Noachi Gen. VIII. 20. Abrahæ Gen. XXII. 13. &c. quæ fuerunt typi unici vere propitiatorii ſacrificii a Chriſto in ara crucis offerendi, atque in fide oblata fuerunt pars cultus divini tertio præcepto ſanciti. Nec exiſtimandum, ex ſolo rationis dictamine ſine aliquo certo Dei verbo ſacrificia a patriarchis fuiſſe excogitata: præterquam enim, quod hiſtoria eccleſiæ omnium temporum teſtatur, ἐθελοθρησκείας nunquam Deo placuiſſe, diſerte docet epiſtola ad Hebræos, *Abelem fide ſacrificaſſe*, c. XI. 4. jam vero fidei correlatum & objectum eſt Dei verbum; Rom. X. 17. nec in mactatione animalium ullam eum natura Dei ſpirituali ἀναλογίαν ratio humana deprehendit, utique ergo non ex rationis ductu, ſed ex Dei in revelato verbo præſcripto mos ſacrificandi initium cœpit. Ejus inquam præſcriptum & revelationem ſecuti ſunt, qui ſemper verbo ſuo externum & viſibile aliquod gratiæ ſignum conjungit, & coram quo *melior obedientia quam victima* 1. Sam. XV. 22. *Tempore Enos cœptum eſt invocari nomen Domini*, Gen. IV. 26. non quaſi nullæ hactenus preces in uſu fuiſſent Adamo, Evæ, Habeli, Setho &c. ſed quia publicum docendi miniſterium, perſecutionibus Cainitarum diſſipatum ac præpeditum, circa illud tempus iterum inſtauratum eſt. Vide D. Lutherum in comment. ejus loci Gen. V. 22. *Henoch ambulavit cum Deo*, hoc eſt, fuit eximius propheta & concionator iſtius ſeculi, ſingulari præ reliquis zelo opus domini urſit, Cainitarum idololatriæ ac impietati ſe oppoſuit, promiſſionem de ſemine mulieris explicavit, ac ſpem vitæ æternæ inculcavit, quam interpretationem hujus phraſeos tradit epiſt. Judæ 14. Gen. VI. 3. Inter cauſas diluvii refertur contemtus miniſterii, *homines ſunt caro*, hoc eſt, reipſa oſtendunt, ſe nolle regi Spiritu Dei, ſecure perficiunt deſideria carnis, nolunt peccata ſua per juſtitiæ præcones & organa Spiritus ſancti argui, ideo etiam *Spiritus meus non contendet amplius cum eis* &c. Hic contemtus miniſterii fuit graviſſimum peccatum contra tertium præceptum, ideo etiam graviſſima pœna a Deo fuit vindicatus. Quinimo quotiescunque patriarchæ dicuntur altaria exſtruxiſſe, ac circa illa nomen veri Dei invocaſſe, utpote Abrahamus Gen. XII. 7 & 8. XIII. 4. XXII. 33. Iſaacus Gen. XXVI. 25. Jacobus Gen. XXXIII. 20. XXXV. 7. ibi obſervatio tertii præcepti deſcribitur, ſiquidem eo fine altaria illa fuerunt exſtructa, ut ad illa convenirent, doctrinam cœleſtem proponerent, ſacrificia offerrent, preces & ſupplicationes facerent, vaticinia de Meſſia explicarent, ac Deo pro beneficiis gratias agerent. De Joſepho dicitur Pſ. CV. 22. *quod erudierit principes in terra Ægypti*, &

& ſenes ejus doceret ſapientiam, hoc eſt, inſtituit proceres regni in vera religione, & cœleſtem ſapientiam ex verbo Dei Ægyptios docuit.

Præceptum quartum. §. XIX. *Quartum* præceptum de honorandis parentibus obſcurius ponitur in illa ſententia Gen. II. 24. *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ*, neque enim honor parentibus debitus per conjugalem ſocietatem abolετur, ſed gradus tantum conſtituuntur. Gen. VI. 2. inter cauſas diluvii etiam hoc refertur, quod *filii Dei filias hominum viderint, quam pulcræ eſſent, & acceperint ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant*, hoc eſt, in electione conjugum non ſecuti ſunt conſilia parentum, ſed cæcæ libidinis impetum. v. 4. *erant etiam gigantes in terra in diebus iſtis*, hoc eſt, tyranni, ab irruendo ſic vocati, inferiores & pauperiores vi invadebant atque opprimebant, cum deberent eſſe ex præſcripto quarti præcepti ἤπιοι πατέρες λαῶν. Gen. IX. 25. propter Chami procaces oculos ac detractricem linguam Canan filius ejus maledicitur, contra vero Semi ac Japheti reverentia parenti exhibita benedictionis præmio adficitur, ex quo recte colligunt Chryſoſtomus & Theodoretus in comm. illius loci, quod Deus ipſi naturæ in prima creatione inſculpſerit legem de honorandis parentibus. Gen. XVI. 6. immorigera ancilla Hagar fugiens imperium herile ab angelo Domini retrahitur ac ſub manibus dominæ ſeſe humiliare jubetur. Gen. XVIII. 19. Deus ipſe magnopere commendat, quod Abrahamus familiam ſuam educat ἐν νουθεσίᾳ κυρίου. *Novi, quod præcepturus ſit filiis ſuis & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Jehovæ, faciantque juſtitiam & judicium*, quæ pars eſt officii parentum liberis debiti facile primaria. Gen. XXIV. conſenſu parentum utriuſque conjugis Rebecca nubit Iſaaco, quod non minus ad honorem parentum pertinet. Exemplum Iſaaci ſequitur Jacobus, Gen. XXVIII. 2. uterque igitur præteritis Iſmaële ac Eſavo benedictionis redditur particeps. Joſephus parenti obſequentem ſeſe præbens Gen. XLV. 13. poſt varios calamitatum turbines vel tandem ad portum felicitatis ac regiæ majeſtatis Deo duce adſpirat.

Præceptum quintum. §. XX. *Quintum* præceptum de non occidendo diſerte voce divina repetitur in hiſtoria Caini Gen. IV. 10. *Sanguis*, ſive, ut eſt in Hebræo, vox ſanguinum *fratris tui clamat ad me de terra*, neque enim vel minima guttula ſanguinis injuſte effuſi eſt in oblivione coram Deo, ſed ipſe videt & requirit, unde Cain a Deo proſcribitur, & maledictionis fulmine percellitur. Obſervandum autem eſt, quod non tantum poſt perpetratum fratricidium Cainus a Deo arguitur, ſed etiam audit v. 6. *Quare iraſceris & quare concidit vultus tuus?* oſtenditur igitur ab ipſo Deo vera quinti præcepti explicatio, quod non ſolum externum homicidium, ſed etiam interius odium, flammæ irarum & ſimultatum in eo ſint prohibitæ, perinde ut Chriſtus Matth. V. 22. dicit: *Quisquis dixerit fratri ſuo Racha, fatue, reus erit judicii.* Gen. IX. 6. ipſius Dei voce pœna homicidio conſtituitur capitalis. Vers. 5. *Profecto ſanguinem veſtrum requiram, de manu cunctorum animalium requiram illum & de manu hominis, de manu viri fratris ejus requiram animam hominis*, ergo nec a propinquo nec a peregrino vel quocunque homine Deus vult hominem interfici. Vers. 6. *Qui effuderit ſanguinem hominis, ejus ſanguis per hmoinem effundetur*, id eſt, per legitimum magiſtratum, cui gladius eſt commiſſus; ideo Thargum Onkelos tradit hanc paraphraſin: *Quicunque fuderit ſanguinem hominis cum teſtibus, per ſententiam judicum ſanguis ejus fundetur*. Gen. XIII. 7. exorta inter paſtores pecoris Abrahæ & inter paſtores pecoris Lothi contentione, dicit Abraham ad Lothum v. 8. *ne quæſo ſit contentio inter me & te, & inter paſtores meos ac paſtores tuos, quia fratres ſumus*; docens, lege caritatis omnes nos eſſe fratres, ac proinde omnem contentionem a nobis exulare debere. Gen. XIV. exemplo Abrahæ oſtenditur, bella legitima, præſertim ea, quibus injuria illata vindicatur & juſta defenſio quæritur, non pugnare cum quinto præcepto; fuiſſe enim illud Abrahæ bellum legitimum, probat felix ſucceſſus, Melchiſedeci benedictio & ipſius Dei effatum Eſa. XLI. 2. Gen. XVIII. 24. intercedit Abraham pro Sodomitis, ſincerum erga eos, præ-

præſertim vero Lothum agnatum ſuum, adfectum demonſtrans, proximi enim calamitatem ut noſtram æſtimare quinti præcepti tenor jubet. Gen. XXXII. 3. Jacobus omnes vias reconciliationis cum Eſavo ſolicite inquirit, & de ſuo jure aliquid remittit. Gen. XXXVII. 28. Invidia fratrum vendentium Joſeph graviſſime tandem punitur, ut conſcientia priſtini ſceleris tacti dicant, Gen. XLII. 21. *Vere peccavimus adverſus fratrem noſtrum, nam vidimus anguſtiam animæ ejus, dum deprecaretur nos, & non audivimus eum, idcirco venit ſuper nos anguſtia hæc.* Joſephus contra placidiſſimo animo condonat, quicquid contra ipſum peccaverant fratres, quæ condonatio fraterna eſt primaria virtus quinti præcepti. *Ne timeatis*, ait Gen. L. 19. *num enim loco Dei ſum?* cum Deus paterne condonat delicta, non convenit, me immortales iras gerere.

Præceptum ſextum.

§. XXI. *Sextum* præceptum, prohibens adulteria & vagas libidines, in ipſo Paradiſo divina voce ſancitum eſt Gen. II. 24. *Relinquet homo patrem & matrem ſuam, ac adhærebit uxori ſuæ, eruntque caro una*, qua conjugii lege non ſolum vagas libidines atque adulteria, ſed etiam polygamiam ac temeraria divortia prohiberi, teſtis eſt Chriſtus Matth. XIX. 6. eadem contra ſincerum ac ferium amorem conjugalem præcipi, teſtis eſt apoſtolus Eph. V. 30 & 31. Gen. VI. 2. inter cauſas diluvii referuntur vagæ libidines. *Viderunt filii Dei filias hominum, quod eſſent pulcræ, & acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant*, ubi talis traditur interpretatio ſexti præcepti, quod non ſolum exterior ſcortationis actus, ſed etiam illicita oculorum concupiſcentia in eo prohibeatur 1 Joh. II. 16. perinde uti Chriſtus Matth. V. 28. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jamtum fornicatus eſt cum ea in corde ſuo.* Peccarunt igitur filii patriarcharum, quos Moſes Dei filios vocat, multis modis contra ſextum præceptum; indulſerunt concupiſcentiæ oculorum, abnegata ſpe promiſſi ſeminis, ex Cainiticis fœminis quæſiverunt ſibi uxores, fugitivum formæ decus, non autem veram pietatem in illis reſpicientes; duxerunt inſuper eas ſine conſenſu parentum, & quas cæco libidinis impetu ſibi heri ſociaverant, hodie iterum repudiarunt, & quia ſine Cerere & Baccho friget Venus, ideo heluationibus, luxu & muſicis inſtrumentis libidinis flammas excitarunt, teſte Chriſto, Matth. XXIV. 38. quæ peccata horribili cataclyſmi pœna tandem vindicavit Deus. Gen. XII. 17. percutitur Pharao plagis magnis propter Saram Abrahæ uxorem, quæ in domum ipſius erat abducta, quo ipſo Deus ſeſe vindicem conjugii ac ſexti præcepti oſtendit. Gen. XIX. 11. Sodomitæ propter horrendas libidines *puniuntur cæcitatibus* corporis ſcilicet atque animi, & v. 24. ſulphure & igne cœlitus depluto funditus delentur, v 33. Lothum ebrietas decipit, ut fiat θυγατρόγαμος, atque ita ſuus gener, ſocer, pater, maritus, avus contra naturæ legem. Gen. XX. 7. divinum judicium Abimelecho regi mortem denunciat, niſi conjugem Saram Abrahæ reſtituat; quo ipſo oſtenditur, neminem dignitatis gradu ab obedientia ſexti præcepti exemtum eſſe, proinde Perſicum illud ſenatusconſultum eſſe impium ac naturæ legibus repugnans, quod regi, quam velit ducere, liceat. Gen. XXXIV. 2. Dina licentius evagata virginitatem perdit, quod ſcortationis peccatum filii Jacob v. 7. nominant *ſtultitiam*, hoc eſt, impietatem & fœditatem: ſcriptura enim impios vocat ſtultos; raptoris Sichemi improbitas v. 26. gladio punitur. Gen. XXXV. 22. inceſtus Rubeni commemoratur, propter quem jure primogenituræ ſpoliatus eſt; Gen. XLIX. 4. 1 Paral. V. 1. Geneſ. XXXVIII. 8. jubetur Onanus *relictam fratris viduam ducere, ac fratri ſemen ſuſcitare*, quod ipſum oſtendit, multa lege Moſis ſancita in uſu fuiſſe ante legem, quemadmodum peculiari lege Deut. XXV. 5. hac de re cavetur: ſed quia Onanus fœdiſſimo ſcelere contra ſextum præceptum peccat, *ideo a Domino interficitur* v. 10. inſolito procul dubio mortis genere e terra viventium abſcinditur. Vers. 24. Thamarem ex fornicario concubitu gravidam

vidam Judas tanquam adulteram capitis ſupplicio adjudicat, utpote filio Selah deſponſatam, ex quo adparet, hanc legem de pœna adulterii capitali etiam ante Moſen in uſu fuiſſe. Gen. XXXIX. 8. Joſephus adulteræ mulieris illectamenta renuens ad regale dignitatis ſolium poſtea evectus caſtitatem præmiis a Deo ornari comprobat.

Præceptum ſeptimum. §. XXII. *Septimum* præceptum de non furando itidem ante Moſen promulgatum. Gen. II. 15. in ſtatu integritatis mandatur Adamo, ut *paradiſum cuſtodiat, & in eo operetur.* Gen. III. 19. *In ſudore vultus ſui pane ſuo veſci jubetur*, labores igitur vocationis Deus præcipit, otium averſatur, ſudorem pœnæ loco poſt lapſum imponit. Gen. VI. 11. inter cauſas diluvii etiam hæc numeratur, quod *terra fuerit repleta iniquitate*, חמס, proprie ſignificat violentiam ac notoriam injuriam; oſtenditur igitur, rapinas, deprædationes ac ſpoliationes antediluvianis illis χειροδίκοις fuiſſe uſitatas, ſed quod injuſte deglutierant, illud cataclyſmi aqua tandem concoxit. Gen. XVIII & XIX. φιλοξενία Abrahæ ac Lothi prædicatur, per quam *inſcii Angelos, imo Deum ipſum hoſpitio exceperunt* Hebr. XIII. 2. Quia Labanus mentitus eſt Jacobo, & mutavit ei mercedem ſuam decem vicibus, ideo abſtulit Deus gregem ejus, ac dedit Jacobo. Gen. XXXI. 7 & 9.

Præceptum octavum. §. XXIII. *Octavum* præceptum de fugiendo mendacio & amanda veritate itidem non ſolum naturaliter mentibus hominum inſitum, ſed etiam voce divina repetitum fuit. Cum enim Cain Deo interroganti de fratre Abelo mendaciter reſponderet, ſe neſcire, graviter hoc nomine a Deo reprehenditur. Gen. IV. 10. Gen. XII. 13 & XX 2. Abrahamus Saram uxorem ſuam eſſe reticens magno periculo pudicitiam Saræ exponit, quod niſi divinitus fuiſſet averſum, graviſſimis ſeſe malis Abrahamus implicaſſet. Gen. XXIX. 25. mendacium Labanis Leam Rachaëlis loco ſubſtituentis graviſſime a Jacobo reprehenditur. Filii Jacobi fratrem Joſephum a fera diſcerptum mentiti, Gen. XXXVII. 31. triſtes tandem conſcientiæ morſus ac cruciatus experiuntur, Gen. XLII. 21.

Præceptum nonum ac decimum. §. XXIV. *Nonum* ac *decimum* præceptum de non concupiſcendo Dei ipſius voce ſic declarantur, quod interiorem naturæ depravationem & ipſam peccati radicem, pravam ſcilicet concupiſcentiam, arguant. Per concupiſcentiam oculorum præcipitata fuit Eva in barathrum omnium malorum: *vidit* enim, quod *bonum eſſet lignum ad manducandum & deſiderabile oculis & concupiſcibile, eo quod faceret ſapientes*, ideo *tulit de fructu ejus ac comedit*, Gen. III. 6. nimirum per vitiatum oculorum intuitum, ipſe animi oculus fuit vitiatus, diabolus ficta voce Evam exterius interrogans, venenatis pravæ concupiſcentiæ telis ipſius animum interius vulneravit; quo trahunt veteres dictum propheticum Jer. IX. 21. *per feneſtras mors irrupit*, atque in arcem rationis impreſſionem fecit. Concionatur Deus Caino de peccato quieſcente ſeu cubante præ foribus Gen. IV. 7. quod nullum aliud quam abſconditum illud pravæ concupiſcentiæ malum, humanæ naturæ poſt lapſum tenaciſſime atque intime adhærens, cui per Spiritum reſiſtendum, cujus deſideria mortificanda. Gen. VI. 5. non de externis ac gravioribus tantum ſceleribus hominum Deus conqueritur, ſed etiam fontem illorum, ipſam ſcilicet naturæ depravationem accuſat. *Omne figmentum cogitationum cordis ipſorum tantum malum omni die*; hoc eſt, *quemadmodum puteus ſcaturire facit aquam ſuam, ita corrupta hominis caro jugiter ſcaturire facit malitiam ſuam* (niſi Spiritu Dei regeneretur, reformetur ac regatur) Jer. VI. 7. Gen. XVII. inſtituitur circumciſio in illo corporis membro, in quo potiſſimum pravæ concupiſcentiæ malum ſeſe exſerit, ut oſtendatur, malum illud per carnalem generationem propagari, ac concupiſcentiam carnis ſpirituali circumciſione perpetuo reſecandam eſſe. Gen. XIX. 26. uxor Lothi præpoſtera rerum temporalium cura & conflagrantis Sodomæ deſiderio reſpiciens in ſtatuam ſalis

convertitur, cujus memores nos eſſe jubet ſalvator, Luc. XVII. 32. *condimenti* enim *loco nobis propoſita eſt, ne illicita terrenorum concupiſcentia cor noſtrum occupet.* Auguſtinus lib. X. de civ. Dei cap. 8.

Solennis legis moralis repetitio.

§. XXV. Ex hac deductione liquido adparet, notitiam legis divinæ mentibus hominum non ſolum naturaliter inſitam, ſed etiam ante Moſen voce divina vel immediate vel per patriarchas ſæpius fuiſſe repetitam, quinimo præmia in obedientes collata, ac pœnæ transgreſſoribus legis irrogatæ, manifeſtum ſunt divini judicii ſignum, quo ſe Deus legis ſuæ auctorem atque vindicem demonſtravit. Quamvis vero hæc ita ſeſe habeant, nihilo tamen minus placuit divinæ ſapientiæ, publicam & ſolennem legis promulgationem in monte Sinai inſtituere, eandemque populo Iſraëlitico poſt eductionem ex Ægypto inter clangores tubæ ac tonitrua tradere, cujus promulgationis deſcriptio exſtat Exod. XIX. & XX. Facta autem eſt ſolennis illa atque ad omnem poſteritatem memorabilis promulgatæ legis ſanctio anno mundi 2454. (juxta computationem Funccii in chronolog. pag. 32. & aliorum) menſe tertio die ſcilicet 50. poſt exitum Iſraëlitarum Exod. XIX. 1. anno 430. poſt datam Abrahæ promiſſionem Gal. III. 17. ante Chriſti nativitatem annis 1516.

Propter quas cauſas facta ſit.

§. XXVI. Cauſæ, propter quas ſolennis illa legis promulgatio ac repetitio fuit inſtituta, potiores ſunt hæ: 1) quia per peccatum notitia legis mentibus hominum in prima creatione obliterata atque obſcurata eſt, ſiquidem plena illa ac perfecta cognitionis lux fuit pars imaginis divinæ: amiſſa igitur per lapſum imagine Dei, exſtincta etiam eſt lux illa notitiæ naturalis, ita ut tenues ſaltem reliquiæ ac faculæ manſerint, Eph. V. 8. *Eratis quondam tenebræ.* Externa & graviora delicta lege prohiberi, notitia naturalis agnoſcit, ſed interiorem naturæ corruptionem, & primos concupiſcentiæ motus peccata eſſe non agnoſcit; voluit igitur Deus ſolenni iſta legis promulgatione integram & genuinam ejus ſententiam quaſi inſtaurare, ac τὸ ἐλλειπὲς luminis naturalis perficere. Ambroſius in cap. V. Rom. *Quia ipſi quodammodo naturæ inſerta ſunt juſtitiæ ſemina, addita lex eſt, cujus autoritate & magiſterio ingenium naturæ proficeret ad fructum juſtitiæ faciendum. Sicut enim nativitas interit, niſi nutrimenta habeat, quibus fota adoleſcat: ita & naturale juſtitiæ ingenium, niſi habeat, quod reſpiciat & veneretur, non facile proficit, ſed ægrotat, & ſupervenientibus cedit delictis.* Idem ep. LXXI. *Propter inobedientiam prærogativa naturalis legis corrupta atque interdicta eſt, ideo ſcriptum legis teſtimonium eſt neceſſarium, ut vel partem habeat, qui univerſum amiſerat, & cui perierat, quod naſcendo aſſumſerat, diſcendo ſaltem cognoſceret & cuſtodiret.* Auguſtinus in pſ. CXXXIX. *Quia peccator oblitus erat ſe, nec videbat ſe, data eſt illi lex, ut videret ſe.* Idem in enarr. Pſalm. LVII. q. 2. *Data eſt ſcripta lex, non quia in cordibus ſcripta non erat, ſed quia tu fugitivus eras cordis tui.* In qq. vet. & nov. teſt. q. IV. *Ubi naturalis lex evanuit, impreſſa conſuetudine delinquendi, tunc oportuit legem manifeſtari, non quod penitus obliterata eſſet, ſed quia maxima ejus auctoritate carebant, idololatriæ ſtudebatur, timor Dei in terris non erat, ſed fornicatio operabatur circa rem proximi avida erat concupiſcentia. &c.* 2) Quia apud Cananæos aliaſve gentes multa flagitioſa malis moribus recepta & longa conſuetudine confirmata erant, quæ pro lege naturæ habebantur, ideo publica illa legis moralis repetitione oſtendendum erat, quæ notitiæ naturales congruant cum regula illa æterna juſtitiæ, quæ eſt in Deo; ac normam juſtitiæ Deo placentis non eſſe corruptæ rationis placita vel gentilium exempla, ſed Dei viventis præcepta, Lev. XVIII. 3. *Secundum opus terræ Ægypti ne feceritis, nec ſecundum opus terræ Canaan, & in ſtatutis eorum ne ambuletis.* v. 4. *Iudicia mea facite, & ſtatuta mea obſervate.* Auguſtinus lib. quæſt. q. IV. vet. & nov. teſt. *Ubi naturalis lex evanuit impreſſa conſuetudine delinquendi, tunc oportuit legem manifeſtari, ut in Judæis*

us audirent, non quod penitus obliterata eſ- ſed quia maxima ejus auctoritate carebant; lolatriæ ſtudebatur, timor Dei in terris non t, ſed fornicatio operabatur, circa rem pro- i avida erat concupiſcentia, danda igitur lex t, ut & quæ ſciebantur, auctoritatem habe- t, & quæ latere cœperant, manifeſtarentur. ulius in c. 3. ad Rom. *Per legem, quid ſit catum, agnoſcitur, in oblivionem enim ie- lex naturæ.* 3) Quia in natura humana per catum miſere corrupta ac depravata hæret a ſeges pravarum inclinationum, quarum etu velut turbine quodam ſæpius abripimur, n delicta graviora præcipites damur, ideo iit Deus publicum exſtare teſtimonium, na- les legis notitias eſſe divinitus menti noſtræ as, ut hac ratione mens confirmatior red- ır ad reſiſtendum pravis illis inclinationibus ue major conſcientiæ ratio habeatur. Rom. . 23. *Video aliam legem in membris meis re- nantem legi mentis meæ.* 4) Quia homines riorem naturæ immunditiem non agnoſ- t, ſed externæ diſciplinæ admiratione faſci- *propriam juſtitiam coram Deo conſtituere gunt,* Rom. X. 3. ideo ſolenni illa promul- one legis oſtendendum fuit judicium Dei erſus peccata, quo *obſtruitur omnium os ac s mundus redditur Deo ὑπόδικος*, Rom. III. ut hac ratione miſeriam noſtram agnoſcen- ad verum animæ medicum, Chriſtum ſci- t, properemus. Atque hæ ſunt potiores nnis iſtius promulgationis cauſæ, cum qui- reliquæ coincidunt.

προη- ...ενα ...nis ...ulga- ...nis.

§. XXVII. Circa promulgationem illam decalogi conſideranda duo: 1) Promulgationis *modus* 2) *Tabulæ*, Dei digito exaratæ & in promulgatione illa Moſi traditæ. Modum promulgationis ut penitius conſide- us, obſervanda primum *antecedentia*, *τὰ ...γύμενα*, ad quorum conſiderationem Deus in decalogo nos remittit, quando in primo limine inquit: *Ego ſum Deus tuus, qui ...i te de terra Ægypti.* Præceſſerunt igi- promulgationem Decalogi diuturna illa Iſraëlitarum ſervitus in Ægypto; horribiles decem plagæ, quibus Ægyptios Deus percuſſit; (de comparatione harum plagarum cum decem præceptis tanquam vulnerum cum medicamentis exſtat peculiaris liber tom IX. oper. Auguſtini non procul a fine & ſerm. 95. de temp. tom. X.) miranda ac ſtupenda eductio ex Ægypto per manum fortem ac brachium excelſum; diviſio maris rubri tranſitum Iſraëlitico populo præbentis; columna nubis & ignis dux itineris; ſubmerſio Pharaonis ac totius exercitus ipſum ſecuti in mari rubro; aquarum in Marah edulcoratio; coturnicum mirabilis advectio; murmurantium repentina deletio; mannæ inſtar roris deſcenſio; aquæ ex petra eductio; glorioſa ex Amalekitis reportata victoria. Hiſce igitur tot ac tantis prodigiis excitare Deus voluit animos Iſraëlitarum ad accipiendam decalogi doctrinam. Memoria priſtinæ ſervitutis ac præſentis libertatis debebat eos excitare ad amorem tam benefici legislatoris. Memoria plagarum Ægyptiacarum, ſubmerſio Pharaonis, interitus obmurmurantium timorem illis incutere debebant, ne præceptis divinis ſeſe opponerent.

τὰ περιστατικὰ, quæ in ipſa decalogi promulgatione contigerunt.

§. XXVIII. Conſideranda inſuper τὰ περιστατικὰ, quæ in ipſa decalogi promulgatione contigerunt, quorum diligens & accurata deſcriptio exſtat Exod. XIX & XX. Iubetur populus per triduum prius ſeſe ſanctificare, a congreſſu conjugali abſtinere, ac veſtimenta ſua lavare; die tertio educit Moſes populum ad radices montis Sinai, quem tamen vel manu contingere ſub mortis comminatione prohibetur, in vertice montis audiuntur tonitrua & clangor buccinæ intenſiſſimus, videntur fulgura & nubes ſuper montem denſiſſima; mons ipſe fumare videtur totus eo, quod ſuper ipſum Jehova in igne deſcenderat, unde univerſus mons vehementer commotus, nec minus commoti, quotquot aderant, timore & pavore magno. Moſes ſolus verticem montis adſcendens cum Deo colloquebatur, & Deus reſpondebat ei in voce, quæ fuit

fuit tam ſonora, ut ſexcenta millia hominum ad radicem montis conſiſtentium eam potuerint exaudire. Refert Joſephus lib. III. antiq. Judaic. c. 4. *Montem Sina omnium regionis ejus eſſe celſiſſimum & ob nimiam altitudinem cauteſque prœruptas non adſcenſus tantum hominum, ſed adſpectus quoque ipſos defatigantem;* magnum igitur ac ſtupendum eſt miraculum, quod tanta hominum multitudo, quæ ad radicem montis magnum omnino ſpatium occupavit, vocem Dei loquentis diſtincte audire potuit. Nec ſonora ſolum, ſed & terribilis fuit vox Dei recitantis decalogum, inde populus expaveſcens & procul recedens Moſi dicit: *Ne loquatur nobiſcum Deus, ne forte moriamur, tu nobiſcum loquere, & obſequemur.* Pertinet etiam hoc ad circumſtantiarum conſiderationem, quod decalogum Deus ipſe coram toto populo recitavit, ſed reliquas leges judiciales & ceremoniales Moſi in caligine nubis tradidit, ad populum perferendas Deut. V. 22. & ſeq. Joſephus dicto loco circumſtantias promulgationis ſic deſcribit: *Hebræi juxta mandatum prophetæ motis caſtris radices montis occupant, ſuſpenſi animis, quidnam boni, ita ut promiſerat, eſſet a Deo reportaturus, atque interim, dum ductorem ſuum exſpectant, feſtos dies agebant, caſtitatem ſervantes tum in cæteris, tum abſtinendo a congreſſu mulierum per triduum, ſicut juſſi fuerant, & adſiduis precibus Deum ſolicitantes, &c. Interim & victu ſumtuoſiore utebantur & ornatu ſplendidiore una cum uxoribus ac liberis excolebantur, atque in hunc modum duabus diebus inter epulas exactis, adpetente jam tertia nubes primum præter ſolitum ſupra tota caſtra Hebræorum ſublimis pependit, tentoria, quam late patebant, contegens, reliquum cœlum circumquaque clara ſerenitate obtinente, procellæ deinde cum imbre vehementi ruebant, & fulgura ſimul crebro micantia terrebant, fulminaque eliſa ſignificabant, Moſen ex ſententia cum Deo propitio conveniſſe. Hebræi inſolita tempeſtate viſa, ejusque horrendo ſtrepitu aures feriente ſupra modum turbabantur, nam & rei novitas terrebat & rumor vulgatus de monte, quod crebro eum Deus inviſeret, quamobrem ſe continebant intra tabernacula mœſti, putantes actum de ſalute Moſis.* Hæc Joſephus. Ejus deſcriptio Moſaicæ non videtur usquequaque convenire, quam enim ſupra tota caſtra pependiſſe nubem Joſephus refert; eam Moſes tantum ſupra montem collocat, Exod. XIX. 16. Quæ de victu ſumtuoſiore & cultu ſplendidiore a Joſepho attexuntur, non videntur admodum convenire deſerto, & quis potuit ſumtuoſior victus illis ſuppetere, qui de carnium atque aquæ penuria paulo ante graviter erant conqueſti?

§. XXIX. Redeamus vero ad deſcriptionem Moſaicam: 1) Jubetur populus per biduum ſe ſanctificare, veſtimenta lavare, a congreſſu conjugali abſtinere, ac tertio demum die legis promulgationem exſpectare. Sanctificatio illa requirebat piam ac devotam præparationem ad audiendam legem, ſiquidem externa illa ſanctificatio internæ ſymbolum erat. Determinantur huic ſanctificationi tres dies; vel, quia ternarius numerus ſacer eſt Trinitati, vel ut Scholaſtici quidam ſentiunt, tres animæ facultates denotantur ſanctificandæ. Externa veſtium ablutio erat ſymbolum interioris purgationis a vitiis, honeſtus veſtitus de ſolennitate feſti admonebat. Præceptum de abſtinentia a congreſſu maritali itidem majorem reverentiam, & attentionem in animis Iſraëlitarum excitare debuit, perinde ut apoſtolus conjuges ardentius oraturos ac jejunaturos ad tempus ab uſu conjugali abſtinere docet, 1 Cor. VII. 5. 2) Tertio demum die deſcendit Jehovah verus Deus in oculis totius populi ſuper montem Sinai, deſcendit autem, non locum mutando, ſed præſentiam ſuam externis ſignis manifeſtando. Hic eſt legis ſuæ auctor & promulgator; qui notitiam legis mentibus hominum primitus inſevit, idem legem ſuam in monte Sinai ſolenniter ac publice repetivit. Num. XII. 6. dicit Deus, ſe *prophetis revelare ſuum verbum vel in viſione, vel per ſomnium, vel per occultam inſpirationem* Spiritus ſancti; ſed cum decalogum promulgaret, nullo iſtorum modorum uſus eſt, ſed ipſemet ſua voce coram toto

toto populo eum recitavit. 3) Uſus autem eſt Deus in promulgatione legis miniſterio angelorum. Act. VII. 53. *Accepiſtis legem εἰς διαταγὰς ἀγγέλων per diſpoſitionem angelorum.* Gal. III. 19. διαταγεὶς ὁ νόμος δι' ἀγγέλων. *Lex ordinata per angelos;* fuerunt autem in hoc opere angeli non auctores, ſed internuncii, teſtes atque adminiſtri. Non aderant ſolum angeli in monte Horeb, ſed & vox illa tubæ per angelum ſonuit. Quemadmodum igitur in promulgatione illa legis miniſterium angelorum & tubæ ſonitus fuerunt adhibita; ita in extremo die, quando exſecutio legis inſtituetur, *ipſe Dominus ἐν κελεύσματι in voce archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo,* 1 Theſſ. IV. 16. 4) Mediator in actione illa fuit Moſes. Gal. III. 19. *Lex ordinata eſt per angelos in manu mediatoris,* quod officium quomodo exſecutus ſit Moſes, deſcribitur Exod. XIX. 3. *Moſe adſcendit ad Deum, vocaverat enim eum Jehovah ex monte, dicendo: ſic dices domui Jacob, &c.* v. 7. *Venit itaque Moſe, & vocavit ſeniores populi, propoſuitque eis omnia verba illa.* v. 8. *Retulit Moſes verba populi ad Jehovam.* v. 14. *Deſcendit & ſanctificavit populum.* v. 17. *Eduxit populum in montem in occurſum Dei e caſtris.* Exod. XX. 19. *Dixit populus Moſi: Loquere tu nobiſcum, & obſequamur, & ne loquatur nobiſcum Deus, ne forte moriamur.* v. 21. *Stetit populus procul, Moſe autem adpropinquavit ad caliginem, in qua erat Deus.* XXIV. 12. *Dixit Jehovah ad Moſen: Adſcende ad me in montem, & eſto ibi, & dabo tibi tabulas lapideas & legem atque præceptum, quæ ſcripſi ad docendum eos.* Deut. V. 4. *dixit Moſes populo: a facie ad faciem locutus eſt Jehovah vobiſcum in monte, e medio ignis.* v. 5. *Ego vero ſtabam inter Jehovam & vos eo tempore, ut renunciarem vobis verbum Jehovæ, timebatis enim a facie Jehovæ, & non adſcendiſtis in montem.* Moſes igitur mediator fuit in hac actione, promulgationem legis prius denunciando, promiſſum populi ad Deum referendo, populum ſanctificando: eundemque in occurſum Dei ducendo, montem adſcendendo, ac tabulas legis accipiendo, ceremoniales & judiciales leges ex ore Dei referendo, &c. (*) 5) Quare tonitrua, fulgura, clangor buccinæ, ignis, fumus, lampades, &c. fuerint in promulgatione adhibita, ejus rei cauſam exponit Moſes Exod. XX. 20. *Ut tentaret vos, venit Deus, & ut ſit timor ejus ante conſpectum veſtrum, ut non peccetis. Lex iram operatur in hac corrupta natura.* Rom. IV. 15. In cujus rei ſignum tremenda illa ac terribilia ſigna fuerunt adhibita. Lex vetus fuit *lex timoris*, lex nova dicitur *lex amoris* a ſcholaſticis, quo pertinet collatio pentecoſtes in vet. & nov. teſt. quam

(*) Cauſa *efficiens* legis divinæ eſt vel principalis vel adminiſtra. Illa eſt ipſe Deus Exod. XIX. 9. XX. 1. Jac. IV. 12. Deut. V. 22. Adminiſtra eſt vel inferior, vel ſuperior. Superior cauſa adminiſtra ſunt angeli Act. VII. 53. Gal. III. 19. Heb. II. 2. non ut legis auctores, ſed ut internuncii, miniſtri, exſecutores in promulgatione legis, præpoſitio enim διὰ geminata in διαταγεὶς & δι' ἀγγέλων miniſterii & inſtrumenti indubium eſt indicium. Inferior eſt Moſes Joh. I. 18. Gal. III. 19. Lex ordinata eſt per angelos in manu mediatoris. Athanaſius, Chryſoſtomus, & quidam ex recentioribus per μεσίτην intelligunt ipſum Chriſtum, ſed Epiphanius, Theodoretus, Lutherus, aliique rectius de Moſe vet. teſt. mediatore accipiunt, quippe qui fuit ſequeſter & medius inter Deum & Iſraëlites quoad annunciationem. Deut. V. 5. & 27. ac dicitur ἐν χειρὶ, qua loquendi formula opera ac miniſterium ſignificari ſolet, & quidem ita, ut internuncius hic tanquam inferior angelis, ab iis acceptas leges ad Judæos detulerit. De Moſe autem hoc intelligendum eſſe, ipſa promulgationis hiſtoria Deut. V. 5. & 27. Exod. XXXII. 15. XXXIV. 29. evincit. Quæritur: Cur non prius lex reperita? Reſp. quia non voluit, cujus voluntatis duæ poſſunt adduci rationes: a) quia Deus præcipue poſt lapſum ab imperfecto ad perfectius progredi ſolet; verbi gratia, prius promiſit Meſſiam, poſtea typis exhibuit, denique in carne manifeſtavit. Sic prius legem naturæ, deinde verbo ſine ſcriptura, poſtea eandem luculentiſſime deſcriptam tradidit. b) quod perfecta lex populo ex ſemine Abrahæ naſcituro erat deputata; non prius autem erat populus & liber populus, ut propriis legibus uti poſſet. GERHARDUS.

quam inſtituit pſalmus LXVIII. 8. & ſeqq. Chemnitius in harm. cap. LI. pag. 288. *In vet. teſt. tam terribilis erat promulgatio legis, ut populus non poſſet in montem adſcendere, ſed clamabat*, vocem illam non poſſumus audire: *quando autem in nov. teſt. Chriſtus explicat legem, addens ſuam impletionem, ſive quando Evangelium utitur miniſterio legis, addens ei ſuam ἐπιείκειαν, tunc turbæ in ipſum montem, ubi Chriſtus legem explicat, adſcendunt & de efficacia doctrinæ ejus mirantur.* Per clangorem illum buccinæ quidam intelligunt ipſa tonitrua continuato ſono clangorem buccinæ imitantia, quo referunt, quod de ἐχάτῃ σάλπιγγι ſcribit apoſtolus 1 Cor. XV. 52. 1 Theſſ. IV. 16. ſed cum diſtinctam tonitruum & clangoris hujus mentionem faciat Moſes, ac ſonitum buccinæ magis magiſque auctum fuiſſe referat, præſtat κατὰ τὸ ῥητὸν hunc clangorem accipere, quod miniſterio angelorum fuerit editus. Judæi ridiculam proponunt fabulam, quod *clangor iſte factus fuerit in cornu accepto de ariete, qui pro Iſaaco olim immolatus.* Exod. XIX. 13. dicitur, *Cum cœperit clangere buccina, tunc adſcendent in montem*, id videtur contrarium prædictis, in quibus prohibentur adſcendere in montem, adeoque etiam ab ejus contactu jubentur abſtinere. Quidam igitur agnoſcunt hic ſynecdochen, adſcendent in montem, hoc eſt, ad radices montis. Rab. Salomon ſic exponit: *Erat quidam modus clangendi protenſus, & erat ſignum receſſus deitatis de monte, & per hoc erat ipſis data poteſtas tranſiliendi conſtitutos terminos & adſcendendi in montem.* Sed ex ipſo textu ſimpliciſſima peti poteſt interpretatio. *Cum coeperit clangere buccina, adſcendent* בָהָר, *ad montem*, non autem in montem, aliqualis igitur ad montem acceſſus concedebatur protracto longius buccinæ ſono, ubi myſtice ſignificatum, tum ad Deum propiorem nobis patere aditum, cum vox evangelii diffuſa & protracta toti orbi innotuit. 6) In ſummo montis vertice adparuit ignis, in quo deſcendit Jehova Exod. XIX. 18. ex cujus medio Deus locutus eſt cum Iſraëlitis, Deut. V. 4. Huic quodammodo adverſari videtur, quod dicit Deus ſe venturum in denſitate nubis, Exod. XIX. 9. ac quod Moſes dicitur adpropinquaſſe ad caliginem, in qua erat Deus, Exod. XX. 21. Dicendum, quod in medio denſæ ac caliginoſæ nubis fuerit ignis, divinæ præſentiæ ſymbolum, e cujus medio Deus locutus dicitur, Exod. XXIV. 16 & 17. Beda in cap. XXIV. Exod. *Lex in monte datur, ut ex altitudine loci colligatur, quam excelſa, quamve ab humanis doctrinis ſecreta ſit lex, quam Moſes accipit.* Fumus impiorum legi rebellantium interitum, motus montis tremorem conſcientiæ notat. Denſa illa ac caliginoſa nubes in monte typus fuit miniſterii vet. teſt. in quo Deus myſterium ſalutis de Chriſto involucris umbrarum abſcondit, poteſt etiam generalis commonefactio eſſe, quod in hac vita per ſpeculum in ænigmate videamus, 1 Cor. XIII. 12. involvit ſe Deus nubi verbi & ſacramentorum. Ignis ſignificabat, Deum eſſe ignem conſumentem. Deut. IV. 24. Heb. XII. 29.

Vindicibus flammis ſibi qui contraria delet,
Ipſeque juſtitiæ regula ſola manet.

Deut. IV. 36. vocatur ignis ille *magnus*, cujus puritas ac ſplendor partim ſummam Dei perfectionem & ſanctitatem, partim vero Zelum adumbravit, deſcribitur enim ut ignis fumans, montem accendens, fulgura excitans & in terrorem conjiciens. Sed in pentecoſte nov. teſt. adparet ignis fumo carens, ſublata ſcilicet per Chriſti ſacrificium Dei ira: ignis iſte acuit apoſtolorum linguas, ut concione evangelii corda hominum penetrarent. Act. II. 3. Per hunc ignem corda illuminantur, amore Dei accenduntur, Spiritus fervore inflammantur, a peccati ſordibus expurgantur, a connata duritie liberantur, & ad radios bonorum operum ſpargendos præparantur. Cogitandum hic relinquo piis mentibus, an non columna ignis & nubis per deſertum Iſraëlitas deducens fuerit perpetuum memoriale hujus promulgationis, in qua Deus itidem in nube & igne adparuerat? 7) Denique prohibetur populus montem contingere, nedum adſcendere. Exod. XIX. 12. *Conſtitues*

ſtitues terminum populo per circuitum montis, & dices ad eos: Cavete, ne adſcendatis in montem, nec tangatis fines illius; omnis, qui tetigerit montem, morte morietur. (Et quantum ſupplicium ſumetur de tanta temeritate) *non tanget transgreſſorem illum manus hominis, ſed lapidibus opprimetur, aut jaculis eminus confodietur, ſive jumentum fuerit, ſive homo, non vivet.* v. 21. *Conteſtare populum,* hoc eſt, ſerio prohibe, *ne forte tranſcendere velit terminos, ut videant & pereant ex eis plurimi.* Prohibitio illa itidem ſpectabat ad reverentiam in animis Iſraëlitarum excitandam, temeritatem contra cohibendam. Sed & nos ſcripturæ terminis in hac vita contenti ſimus, nec rationis cœcæ ductum ſecuti in adita divinæ majeſtatis irrumpere conemur, quod foret τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν & præfixos limites tranſilire.

τὰ ἑπόμενα.

§. XXX. Reſtant circa promulgationis modum conſideranda τὰ ἑπόμενα, quænam miracula ſolennem illam legis promulgationem ſint ſecuta, utpote quod *Moſes denuo in montem adſcendit, ac per quadraginta dies. & quadraginta noctes in eo commoratus eſt, panem non comedens, & aquam non bibens,* Exod. XXIV. 18. Deut. IX. 9. *quod per integros quadraginta annos Deus populum Iſraëliticum in deſerto circumduxit, ut tentaret eum, ac ſciret, quid in corde ſuo haberet, utrum obſervare velit præcepta ejus, an ſecus:* Deut. VIII. 2. quod *veſtimenta ipſorum toto illo tempore non ſint attrita, nec calcei vetuſtate conſumti, nec pedes ex continuis illis profectionibus intumuerunt.* v. 4. *quod in promiſſam tandem terram melle ac lacte fluentem Iſraëlitæ ſunt introducti.* v. 7. quibus omnibus ac ſingulis bonitatem, potentiam ac majeſtatem ſuam populo ſuo Deus teſtatum voluit facere, atque ad legis obſervationem eos invitare.

Tabulæ decalogi dicuntur opus Dei.

§. XXXI. Expoſito promulgationis modo intueamur *tabulas,* quibus decalogus fuit inſcriptus. I) *Cauſæ efficientis* ratione fuerunt hæ tabulæ מַעֲשֵׂה אֱלֹהִים *factura* vel *opus Dei,* ex quo intelligitur, miraculoſe tabulas iſtas a Deo ipſo fuiſſe formatas; diſerte enim non ſolum ſcriptura, ſed & factura iſtarum tabularum Deo tribuitur. Exod. XXXII. 16. *Et tabulæ opus Dei erant, ſcriptura quoque ſcriptura Dei erat tabulis illis inſculpta.* Sed tabulas iſtas Moſes de monte deſcendens, ac propter idololatriam populi excandeſcens, e manibus ſuis abjecit, eaſdemque ſub monte confregit v. 19. ideo jubetur alias duas tabulas dolare prioribus ſimiles, quibus verba legis a Deo ſunt inſcripta, Exod XXXIV. 1. Auguſtinus lib. II. quæſt. in Exodum. q. 144. in hac colliſione tabularum figuratam fuiſſe ſcribit iterationem nov. teſt. quoniam vetus fuerat abolendum & conſtituendum novum q. 166. *Magna hic oritur quæſtio, quomodo illæ tabulæ, quas erat Moſes Deo utique præſciente fracturus, non hominis opus dicantur eſſe, ſed Dei: nec ab homine ſcriptæ, ſed ſcriptæ digito Dei? Poſteriores vero tabulæ tamdiu manſuræ & in tabernaculo ac templo Dei futuræ jubente quidem Deo tam ab homine exciſæ ſint, quam ab homine ſcriptæ? An forte in illis prioribus gratia Dei ſignificabatur, non hominis opus, qua gratia indigni facti ſunt revertentes corde in Ægyptum & facientes idolum, unde illo beneficio privati ſunt, & propterea Moſes tabulas fregit: iſtis vero tabulis poſterioribus ſignificati ſunt, qui de ſuis operibus gloriantur. Et ideo tabulæ humano opere exſculptæ & humano opere conſcriptæ datæ ſunt, quæ cum ipſis manerent, ad eos ſignificandos de ſuis operibus gloriaturos, non de digito Dei, hoc eſt, de ſpiritu Dei, &c. In prioribus illis vetus ſignificatum eſt teſtamentum, quia Deus ibi præcepit, ſed homo non fecit; In ſecundis autem tabulis homo per adjutorium Dei tabulas fecit atque conſcripſit, quia novi teſtamenti caritas legem fecit.*

Fuerunt lapideæ.

§. XXXII. II) Ratione *materiæ* dicuntur lapideæ Exod. XXIV. 12. XXXI. 18. &c. לֻחֹת הָאֶבֶן *tabulæ lapidum,* לוּחַ, *tabula* a levitate, אֶבֶן, Forſterus exiſtimat deſcendere a radice בָּנָה, *ædificavit,* propterea quod ex lapidibus varia ex-

exſtruantur ædificia. Rabbini dicunt, ex ſapphiro eas fuiſſe factas. Gloſſ. interlin. *Lex eſt in tabulis lapideis ſcripta, quia fortibus fixa intentione cuſtodienda, quorum exempla cum nobis imitanda proponuntur, quaſi ſcripta in lapide lex oſtenditur.* Convenientius dicitur, denotari legis divinæ in lapideis tabulis expreſſæ rigorem ac perpetuitatem Matth. V. 18. *Donec tranſeat cœlum & terra, jota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.* Itemque cordis humani contumaciam, quod natura eſt lapideum, Ezech. XXXVI. 26. Pertinet huc, quod Joſua repetitionem legis coram populo Iſraëlitico inſtituens, lapidem magnum ſtatuit ſubter quercum, quæ erat in ſanctuario Jehovæ, & dicit ad populum univerſum: *En lapis iſte erit in teſtimonium, ipſe enim audivit omnia verba Jehovæ, quæ locutus eſt nobiſcum,* Joſ. XXIV. 26 & 27. nimirum voluit eos commonefacere lapidearum tabularum, quibus lex Dei inſcripta erat. Paulus 2 Cor. III. 3. eleganti oppoſitione renatos vocat *epiſtolam Chriſti ſcriptam non atramento, ſed in ſpiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, ſed tabulis cordis carnalibus;* nimirum quia ſpiritus Dei legem ſcribit in corda renatorum, ac dat vires præſtandi ea, quæ in legis litera præſcribuntur; abſque hoc Dei ſpiritu lex & tabulæ illæ lapideæ manent litera mortua, imo occidens, unde v. 7. apoſtolus eam vocat *διακονίαν τȢ θανάτȢ ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένην ἐν λίθοις.* Lapideæ illæ legis tabulæ non conferent nobis ſalutem & vitam (ſiquidem infirmitas & corruptio carnis noſtræ perfectam obedientiam remoratur) accedendum igitur vera fide ad lapidem illum benedictum in eccleſia, ad pretioſum illum lapidem, quem in Sion poſuit Deus, Eſa. XXVIII. 16. Dan. II. 45. 1 Petr. II. 4. &c.

Dei digito ſcriptæ.

§. XXXIII. III) Ratione *formæ* dicuntur hæ tabulæ ſcriptæ Dei digito, Exod. XXXI. 18. Deut. IX. 10. unde diſerte additur Exod. XXXII. 16. *Tabulæ opus Dei erant, & ſcriptura erat Dei ſcriptura tabulis inſculpta.* Moſes utitur vocibus כָּתַב, *ſcripſit*, & חָרַת *ſculpſit*, quæ poſterior vox alibi in tota ſcriptura non invenitur. Apoſtolus 2 Cor. III. 7. pulcerrime dicit legem *ἐντετυπωμένην*, q. d. *typis expreſſam* & impreſſam in tabulis. Sed incorporeus Deus quomodo potuit digito ſcribere? Reſp. 1) cœleſti & ineffabili modo fuerunt a Deo ipſo characteres literarum in illis tabulis formati. (*) 2) Filius Dei in plenitudine temporis adſumturus erat veram humanam naturam, quo reſpectu *digitum* Deo ſcriptura tribuit. In ipſa promulgatione decalogi Deus de Deo, hoc eſt, Filius de Patre loquitur Exod. XIX. 10 & 11. XXXIV. 5 & 6. 3) Digitus Dei eſt Spiritus ſanctus, ut intelligitur ex collatione Matth. XII. 27. cum Luc. XI. 20. ſignificatur igitur, legem Dei per Spiritum ſanctum cordibus noſtris per prædicationem evangelii inſcribi oportere, Jer. XXXI. 33. ut ſpontaneam Deo ac legi ipſius obedientiam præſtare incipiamus. Auguſtinus Lib. XVI. de civ. Dei cap. 43. *Lex data eſt quinquageſimo die poſt celebratum paſcha per ovis immolationem, quæ usque adeo typus Chriſti eſt, prænuncians eum per victimam paſſionis de hoc mundo tranſiturum ad patrem: (Paſcha quippe Hebræa lingua tranſitus interpretatur) ut jam cum revelaretur teſtamentum novum, poſteaquam paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, quinquageſimo die veniret de cœlo Spiritus ſanctus, qui dictus eſt in evangelio digitus Dei, ut recordationem noſtram in primi præfigurati facti memoriam revocaret, quia & legis illæ tabulæ digito Dei ſcriptæ referuntur.*

Ex utroque latere.

§. XXXIV. IV) Ad formam harum tabularum pertinet etiam hoc, quod dicuntur ſcriptæ מִשְּׁנֵי עֶבְרֵיהֶם, *ex utroque latere earum*, ut Pagninus vertit, vel ut Förſterus *in duobus tranſitibus* ſeu *lateribus ſuis*, quod clarius ſic exponitur:

(*) *Digito Dei fuerunt ſcriptæ*, id eſt, opere Dei, ab ipſo Deo, non ab homine, vel angelo. *Digitus* Dei ſignificat Dei omnipotentiam, Exod. VIII 19. Luc. XI. 20. Senſus igitur eſt, quod operatione Dei immediata, ſine angelorum miniſterio, lex duabus tabulis ſit impreſſa, Dei enim *dicere* eſt *facere*. Pſalm. CXV. 3. Pſal. XXXIII. 9. GERHADVS.

nitur: מִזֶּה וּמִזֶּה הֵם כְּתֻבִים, *hinc & inde erant ſcriptæ* Exod. XXXII. 15. (*) Rab. Salomo dicit, quod *erat ibi unica ſcriptura, quæ tamen erat legibilis indifferenter ex una parte ſicut ex altera, quod erat mirabile, quia litera ex una parte figurata ordine recto, in parte oppoſita adparet ejus figura modo oppoſito.* Lyranus monet abſque miraculo tali poſſe dici, quod *literæ fuerint duplices, ita quod præcepta fuerint ſculpta ex una parte & ſimiliter ex altera.* Münſterus vertit: *Fuerunt tabulæ illæ ſcriptæ in duabus ſuperficiebus ſuis.* עֵבֶר ſignificat proprie *tranſitum*, ex quo forte deſcendit Germanicum *über*. Ergo quod tabulæ dicuntur in duobus tranſitibus ſcriptæ, id intelligendum vel *diſtributive*, quod utrumque latus cuique tabulæ fuerit ſcriptum; vel *collective*, quod ſcriptura unius tabulæ ex oppoſito reſponderit ſcripturæ alterius tabulæ; ſed prior interpretatio videtur ad textum propius accedere.

Tabulæ duæ.

§. XXXV. V) Ratione *numeri* fuerunt שְׁנֵי לֻחֹת, *duæ tabulæ.* Placuit enim ſapientiſſimo legislatori præcepta non in unam, ſed duas diſtinctas referre tabulas, cum de dilectione Dei & proximi diſtincte in illis præcipiatur. Inde eſt, quod Chriſtus hoc vocat *primum & ſecundum præceptum*, quod Moſes adpellat *primam & ſecundam tabulam.* Matth. XXII. 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, v. 38. *hoc eſt maximum & primum præceptum*, v. 39. *ſecundum autem eſt ſimile huic, diliges proximum tuum ſicut te ipſum*; nimirum quia primæ tabulæ præcepta agunt de dilectione Dei, præcepta ſecundæ tabulæ de dilectione proximi. Lyra binarium tabularum numerum ſic explicat, quod per illum denotetur intellectus & affectus hominis, in quibus lex nova ſcribatur per fidem & caritatem opere Spiritus ſancti. Nec abſurde dici poſſet, duabus legis tabulis ſignificari, quod animæ ac corporis ſanctimoniam, interiorem atque exteriorem obedientiam, in lege ſua Deus a nobis requirat. Beda in cap. XX. Exod. *In duabus tabulis ſcripta eſt lex propter duo teſtamenta, vel propter amorem Dei & proximi.* Quæ vero ac quot præcepta cuique tabulæ adſignanda ſint, dicetur poſtea.

Dicuntur tabulæ teſtimonii & fœderis.

§. XXXVI. VI) Ratione *finis* tabulæ decalogi dicuntur לֻחֹת הָעֵדֻת, *tabulæ teſtimonii* Exod. XXXI. 18. XXXII. 15. XXXIV. 29. &c. nimirum quia voce legis teſtantur de voluntate Dei, de judicio Dei adverſus peccata, de beneficiis Dei populo Iſraëlitico exhibitis. Deut. IV. 7. *quæ eſt gens ita magna, cui ſint dii propinqui, ſicut eſt Jehovah Deus noſter? & quæ eſt gens ita magna, cui ſint ſtatuta & judicia iſta, ſicut eſt univerſa lex iſta, quam do coram vobis hodie?* Dicuntur etiam לֻחֹת הַבְּרִית *tabulæ fœderis*, nimirum quia inſcripta illis fuerunt verba fœderis, quod iniit Deus cum populo ſuo Exod. XXXIV. 28. cujus ſolennis conſecratio deſcribitur Exod. XXIV. 6. & ſeqq. ubi Moſes librum fœderis legit in auribus populi, & ſanguine ſacrificiorum, cujus dimidium ſuper altare ſparſerat, populum poſt factam obedientiæ pollicitationem adſpergit, dicens: *En ſanguis fœderis, quod pepigit Jehova vobiſcum ſuper omnibus iſtis rebus.*

Quid de illis tandem factum.

§. XXXVII. VII) Denique ratione *durationis* conſiderandum, quid de his tabulis tandem factum, ac quamdiu fuerint adſervatæ. Juſſu ipſius Dei repoſitæ primum ſunt in arcam fœderis, Exod. XL. 20. Deut. X. 5. cujus arcæ deſcriptio exſtat Exod. XXV. 10. & ſeqq. cum qua & in qua poſtea in tabernaculum ſunt introductæ. Exod. XL. 21. Exſtructo Salomonis templo arca & tabu-

(*) Quidam ex Hebræis volunt, verba in una tantum parte fuiſſe ſcripta, ſed in altera quoque parte legi potuiſſe, quodam miraculo. Alii ſtatuunt, eadem verba in utraque parte fuiſſe ſcripta, ita ut utrinque in tabulis exſtiterint præcepta Dei. Ad verbum in Hebræo eſt: *Et fuerunt tabulæ illæ ſcriptæ in duabus ſuperficiebus ſuis, hinc & hinc erant ſcriptæ.* Vulgata: ſcriptæ ex utraque parte. Ergo tabulæ decalogi ex utraque parte exaratæ & repletæ fuerunt ſcriptura decem præceptorum. Hæc ex FAGIO ad *Exod. XXXII.* adnotavit GERHARDUS.

tabulæ fœderis in ea adſervatæ translatæ ſunt in partem templi interiorem, ſanctum ſanctorum dictam: 1 Reg. VIII. 6. fuiſſe enim eo tempore tabulas fœderis adhuc in arca ſuperſtites, diſerte additur, v. 9. & repetitur 2 Paral. V. 10. Ergo in templo Salomonis una cum arca adhuc ſuperſtites erant decalogi tabulæ; ſed in templo ſecundo a Zorobabele exſtructo, quod Hag. II. 10. בֵּית הָאַחֲרוֹן, *domus poſterior* dicitur, eas fuiſſe, ipſimet Rabbini negant. Tractatus eſt in opere talmudico, qui vocatur Maſſecheth Joma, ibi ſcribitur: *Quinque res adfuiſſe templo primo, quæ defuerunt templo ſecundo, videlicet arcam, urim & thummim, ignem cæleſtem, præſentiam divinitatis, quam* שְׁכִינָה *vocant, & Spiritum ſanctum.* Eadem referuntur in ſcholiis Davidis Kimchii, & Salomonis Jarchii, ad caput Hagg. II. Monendum tamen, per Spiritum ſanctum ipſos intelligere ſpiritum propheticum, qui poſt Malachiam deſiit, alias Spiritus ſanctus ſemper adeſt eccleſiæ. Joſephus lib. III. antiq. Judaic. cap. VIII. de urim & thummim (ipſe nominat *eſſena*) ſcribit, *deſiiſſe ducentis annis, antequam hiſtoriam illam commentaretur, irato nimirum Deo propter legum ſuarum prævaricationem.* Natus autem eſt Joſephus anno primo imperii Caii Cæſaris, Chriſti trigeſimo nono, mundi quater milleſimo & uno, qua ratione etiam in ſecundo templo fuiſſet urim & thummim; ſed fides Joſephi hic videtur vacillare, præterquam enim quod Kimchi & Salomo diverſum, uti dictum, teſtantur, refertur in libro Hananeel: Gorionidi dicto cap. V. fol. 17. col. 4. quod Jaddus, Hebræorum pontifex, is ſcilicet, qui Alexandrum Macedonem excepit, cum ab eo rogaretur, ut lumen iſtud conſuleret, cogniturus ex eo de eventu belli Perſici, reſponderit in hæc verba: *A die, quo domus iſta deportata eſt in Babyloniam, abſcondita fuerunt ab ea urim & thummim.* Vide doctiſſ. Druſium lib. XV. obſervationum cap. XIII. p. 355. De arca ſcribit Joſephus Ben Gorion, occultatam eam eſſe a Jeremia in ſpelunca quadam montis Nabo, in quo monte olim Dei poſſeſſionem, hoc eſt, terram ſanctam adſpexerat; quibus conſentanea referuntur 2 Macc. II. 4. & ſeqq. *Erat in illa ſcriptura* (in libro de rebus geſtis Jeremiæ) *annotatum, quomodo tabernaculum Domini & arcam juſſit propheta oraculo divino accepto ſecum aſportari uſque in montem, in quo Moſes adſcendit & vidit Dei hereditatem, & veniens Jeremias invenit locum ſpeluncæ, ideo & tabernaculum & arcam & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. Et acceſſerunt quidam ſimul, qui ſequebantur, ut notarent ſibi locum, & non potuerunt invenire. Ut autem cognovit Jeremias, culpans illos dixit, quod ignotus futurus ſit locus, donec congreget Deus populi congregationem, tunc Dominus oſtendet hæc.* Sed figmenta illa relinquenda ſunt Judæis, neque enim in veris ac genuinis Jeremiæ ſcriptis, nec in Eſra quicquam tale continetur. Fuit Jeremias in carcere detentus uſque ad urbis excidium; Jer. XXXVIII. 28. auferre igitur & abſcondere arcam non potuit ſtante adhuc templo ac civitate, ſed nec ſacerdotes id permiſiſſent: capta autem civitate Chaldæi templum incenderunt, pretioſis omnibus ſive aureis ſive argenteis direptis: 2 Reg. XXV. 9. 13. 15. Jer. LII. 19 quis credat, arcæ, quæ auro obducta erat tota, eos peperciſſe? Et ſi poſt reditum Iſraëlitarum ex Babylonica captivitate arca iterum fuiſſet inventa juxta hanc ψευδώνυμον prophetiam, quomodo ab ipſis Rabbinis in ſecundo templo ſuperſtes negatur? Frivolum eſt, quod Bellarminus lib. I. de verbo Dei cap. XV. ſtatuit de converſione illa Judæorum, quæ paulo ante mundi finem futura eſt, vaticinium intelligendum; audiat ille verum veri Jeremiæ vaticinium, c. III. 16. *Cum multiplicati fueritis & creveritis in terra,* (hoc eſt, cum multiplicata fuerit Chriſti eccleſia) *in diebus illis, ait Dominus, non dicent ultra: arca teſtamenti nobiſcum eſt, neque adſcendet ſuper cor eorum, nec recordabuntur quidem illius, nec fiet ultra, non reparabitur, non erit ultra talis arca.* Quas difficultates cum non poſſet Lyranus tollere in comm. 2 Macc. II. recte fatetur, librum illum a

mul-

tis reputari multum apocryphum. In nov. habemus verum propitiatorium Deum, & itu ſcribitur lex Dei in corde credentium: it igitur Dei voluntate typicum propitiaton, perierunt tabulæ lapideæ, periit antiti fœderis arca; veniente corpore ceſſarunt præ.

prace- d quam- abulam neant.

§. XXXVIII. Quoniam igitur ſapientiſſimo nomothetæ placuit, non uni, ſed duabus diſtinctis tabulis præcepta legis ſuæ inſcribere, age porro conſideremus, quæ & quot præcepta cuique tabulæ fuerint inpta. Certum hoc eſt & extra omnem dubionis aleam poſitum, non plura nec paucioquam decem præcepta, tabulis iſtis Dei mainſculpta fuiſſe; inde enim dicuntur decem a ſive ſententiæ Exod. XXXIV. 28. &c. le non abſurde quidam legem hoc modo ribunt, quod ſit Dei ſapientia decem vercomprehenſa: certum & hoc *καὶ ἀναμφισβητον*, utramque tabulam decalogi in ſe deti fuiſſe *δοχεῖον καὶ ταμιεῖον*, ſed quæ ac t præcepta in utraque tabula conſignata int, de eo variant ſcriptorum veterum ac ntiorum ſententiæ. Quidam enim primæ læ adſignant quinque, quidam vero qua-, quidam tantum tria præcepta. Quinque præcepta primæ tabulæ adſignat Joſephus lib. III. antiq. Jud. c. 4. *Profert Moſes duas tabulas continentes decem præcepta inſcripta in ſingulis quina*; lib. ejuſd. c. 6. addit, *in ſingulis paginis, id eſt, ſingulis cujusque tabulæ faciebus exſtitiſſe καὶ ἥμισυ, duo integra præcepta cum dimi-* Eadem eſt ſententia Philonis lib. de dego p. 477. *Decem cum ſint, in quina divi-tur* (præcepta) *inſcripta duabus tabulis, r quinarius habetur potior, ſecundus infe-* Lyranus in c. XXXII. Exodi dicit, *Joſephum & Philonem ſequi doctores Hebræos*, etiam ſchema hujus diviſionis proponit. d quod Irenæus ea, quæ numero quinario prehenduntur, colligens, manifeſte dicit

quinque pta ad am tabupertineæ.

lib. II. c. 42. p. 142. *Unaquæque tabula, quam Moſes accepit a Deo, præcepta habebat quinque, qua in parte Judæorum traditionem ſequitur*, ut recte monet Galaſius in annot. Sed hac ratione præceptum de honorandis parentibus adſignabitur primæ tabulæ, cum tamen pertineat ad dilectionem proximi, ac proinde ad ſecundam tabulam, quod manifeſte oſtendit Chriſtus, quando Matth. XXII. 37 & 39. *primum præceptum eſſe*, ait, *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c. ſecundum vero: diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Quod Moſes vocat primam tabulam, id Chriſto dicitur primum præceptum de dilectione Dei; ex quo colligimus, docente Chriſto in prima tabula fuiſſe ſcripta illa præcepta, quibus immediate cum Deo agimus: quod Moſes vocat ſecundam tabulam, id Chriſto dicitur ſecundum præceptum de dilectione proximi; ex quo colligimus, in ſecunda tabula conſignata exſtitiſſe ea præcepta, quibus immediate cum proximo agimus. Adde, quod apoſtolus Eph. VI. v. 2. ſcribit, *præceptum de honorandis parentibus eſſe primum in promiſſione*, quod neceſſario hoc ſenſu accipiendum eſt, præceptum illud de honore parentum eſſe primum in ſecunda tabula, ſiquidem primæ tabulæ præceptis manifeſte addita eſt promiſſio: *Ego ſum Deus, faciens miſericordiam in mille generationes, his, qui diligunt me, &c.*

§. XXXIX. Convenit igitur inter pleroſque chriſtianos ſcriptores, quod primæ tabulæ adſignanda ſint præcepta de dilectione Dei, ſecundæ vero præcepta de dilectione proximi; *& vel ex eo colligi poteſt*, (ait doctiſſ. & incomparabilis theologus Chemnitius loc. de lege c. VII. p. 73.) *quam miſere exſtincta fuerit lux doctrinæ apud Judæos etiam in parvis rebus.* Inconſiderate autem quidam recentiores ſcriptores Joſepho ac Philoni accenſent illos ex veteribus, qui præceptum de Sabbatho quartum eſſe volunt; quamvis enim hac in parte Joſepho ac Philoni adſentiantur, primæ tamen tabulæ neutiquam quinque præcepta tribuunt, qua in re manifeſte a Rabbinis diſſentiunt.

tiunt. Quidni vero diſſentiant, cum diviſionis illius, qua primæ tabulæ ea ſolum adſignantur præcepta, quæ de dilectione Dei agunt, ſecundæ tantum ea, quæ de dilectione proximi, ſint manifeſta in nov. teſt. fundamenta & uſus ejus longe maximus? Oportet Deo magis obedire, quam hominibus, dicunt apoſtoli, Act. V. 29. Si quis non odit patrem, uxorem, filios & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus, dicit Chriſtus, Luc. XIV. 26. ex quibus dictis extructæ ſunt regulæ theologicæ. Obedientia primæ tabulæ derogat ſecundæ, quando utrique ſimul non poteſt obſequium exhiberi. Primum mandatum majus eſt ſecundo. Obedientia ſecundæ tabulæ non habet locum ſine obedientia primæ tabulæ, hoc eſt, non placet Deo qualiſcunque externa obedientia præceptis ſecundæ tabulæ exhibita, ſine interiori cultu, ſine vera agnitione, timore ac dilectione Dei, quæ in prima tabula requiruntur. Hæ regulæ nec intelliguntur, nec locum amplius habent, ſi primæ tabulæ adſignetur præceptum de honore parentum.

An præfatio decalogi conſtituat peculiare præceptum?

§. XL. Eorum, qui præcepta primæ tabulæ debita quaternario numero complectuntur, duæ poſſunt conſtitui claſſes. *Prima* eſt eorum, quibus præfatio decalogi, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, &c. eſt præceptum primum; de non habendis diis alienis, ſecundum; de non adſumendo Dei nomine in vanum, tertium; de ſabbatho ſanctificando, quartum. Hanc diviſionem amplectitur Philo lib. antiq. bibl. fol. 12. ita enim decalogum ibi recitat: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Ægypti. Deos ſculptiles non facies tibi, nec facies omne abominamentum ſolis & lunæ, nec omnium, quæ ſunt ſupra terram, nec eorum, quæ repunt in aquis, Ego ſum Dominus Deus tuus zelotes, &c. Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum. Conſerva diem ſabbathi, &c.* Hæc Philoni quatuor ſunt præcepta, qui deos alienos & ſculptiles uno, videlicet ſecundo, prohiberi præcepto autumat. Obſerva autem, Philonis ſententiam hic allegari, non quod hæc quatuor tantum præcepta primæ tabulæ adſignet, (quod faciunt chriſtiani, qui hanc diviſionem amplectuntur) ſiquidem, uti dictum, quinque præcepta primæ tabulæ cum reliquis Judæis tribuit, ſed quia præfationem decalogi pro peculiari præcepto agnoſcit. Philonem hac in parte ſequi videtur Athanaſius in ſynopſi ſcript. tom. II. edit. Commel. p. 64. περιέχει τῦτο τὸ βιβλίον (Exodus) τὰς ἐν πλαξὶ δέκα ἐντολὰς ταύτας. πρώτην, ἐγὼ εἰμὶ κύριος ὁ θεός σου. δευτέραν, ὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, ὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα. τρίτην, ὐ λήψῃ τὸ ὄνομα κυρίου τῦ θεῦ σου ἐπὶ ματαίῳ. τετάρτην, μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων. Temporibus Cyrilli eandem diſtinctionem fuiſſe uſitatam, adparet ex V. ipſius libro contra Julianum, ubi Julianus ſic loquitur: *Scribantur ſuis verbis ſingula mandata, quæ ab ipſo Deo Moſes conſcripta dicit: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Secundum poſt hoc: Non erunt tibi dii alieni præter me, non facies tibi ſimulacrum, &c. Non adſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Quamvis vero hæc ſint Juliani verba, tamen Cyrillus hanc diviſionem diſerte non rejicit. Enumerationem iſtam ſequuntur etiam Hieronymus in c. X. Oſeæ, ac Heſychius in c XXVI. Lev. referente Thoma 1. 2. q 100. Ex recentioribus hanc diviſionem amplectitur Petrus Martyr claſſ. II. locor. comm. c. 17. fol. 376. *Ego utrumque puto ad idem pertinere præceptum, quod non ſint habendi dii alieni, & quod non ſit faciendum ſculptile. Primum autem mandatum eſſe arbitror, quod quaſi proœmii loco ceteris præponitur:* Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. *Nam his verbis ſancitur, ut illum pro vero Deo habeamus; ne autem eum putaremus una cum aliis diis colendum eſſe, ſtatim adjunctum eſt ſecundum præceptum, quo deos alienos & ſculptilia & imagines colere prohibemur.* Martyrem ſequitur Sohnius in diſp. de primo & ſecundo præcepto in opere theſium fol. 167. *Primo præcepto adſirmatur, Deum Iſraëlitarum, id eſt, qui ſe iſti populo patefecerat, verum*

Deum

Deum agnoſcendum & habendum eſſe. Secundo præcepto prohibetur tum fictio, tum adoratio alienorum deorum, id eſt, idololatria.

§. XLI. Improbat hanc præceptorum divinorum enumerationem Paulus Burgenſis in additionibus ad Lyram in c. XX. Exodi addit. 1. *Attendenda* (ait) *ſunt hoc loco duo: primum eſt, quod plenus ſenſus literæ concordat manifeſtæ opinioni doctorum noſtrorum.* (qui proœmium decalogi non habent pro peculiari præcepto.) *Secundum, quod motiva Hebræorum contrarium adſerentium non valent. Primum patet, nam in hoc, quod dicitur,* Ego ſum Dominus Deus tuus, *&c. nullum verbum præceptivum ſeu imperativum ponitur, ſed ſolum ſunt quædam dicta denunciativa, quibus Deus denunciat populo, quod ipſe, qui loquitur, eſt Deus, qui eos eduxit de captivitate, nihil in hoc eis præcipiendo, ut patet manifeſte intuenti, in ceteris vero decalogi præceptis manifeſte ponuntur verba mandativa tum adfirmativa tum negativa. Secundum patet, nam motiva Hebræorum ſunt duo Unum eſt, quod ad omnia præcepta divina obſervanda oportet præſupponere, quod credatur abſque dubitatione, quod ille, qui loquebatur ſeu præcipiebat, erat Deus ſuus, quæ quidem credulitas ſeu fides erat potiſſima ratio obligandi eos ad ſervanda ejus præcepta, hanc rationem ponit Abenezra in ſua gloſſa. Alii dicunt, quod in hoc, quod dicitur,* Ego ſum Dominus Deus tuus, *præcipitur adfirmative, quod ille Deus, qui loquebatur, haberetur ab eis in Deum, ita, ut mandata ejus tenerentur obſervare, quod quidem præceptum dicunt debere neceſſario præcedere omnia alia præcepta, idque declarant ſimilitudine regis, qui in nova provincia non poteſt ferre leges, antequam in regem accipiatur, hæc eſt ratio R. Moſis Gerundenſis in gloſſa. Sed hæ rationes,* ait Burgenſis, *non concludunt, nam filii Iſraël, antequam ad recipiendam legem venirent, crediderunt in Deum; proinde nec requirebatur, ut daretur eis aliud expreſſum præceptum, cum hoc præſupponatur ad præcepta decalogi tanquam per ſe notum ei, qui habet fidem. Similiter etiam jugum obedientiæ manifeſte acceperant filii Iſraël, ergo non requirebatur alia receptio generalis ad obedientiam præceptorum.* Hæc Burgenſis, cujus reſponſiones quamvis ſint frigidiores, cum de illis etiam data ſint præcepta, quæ ex lege naturæ quodammodo erant notae tamen recte diſputat, proœmium illud decalogi haud ſatis commode pro peculiari præcepto haberi. 1) Eſt enim oratio *indicativa*, non *imperativa*; quis ſit, qui mandet, non autem quid mandet, proprie oſtendens. 2) Paulo poſt iterum novum conſtituendum eſſet præceptum, ubi dicitur: *Ego ſum Deus fortis zelotes* &c.

An præceptum de ſculptilibus a primo ſeparandum.

§. XLII. *Poſterior* claſſis eorum, qui primæ tabulæ præcepta quatuor adſignant, primum præceptum facit de non habendis diis alienis, ſecundum de ſculptilibus, tertium de profanatione nominis divini, quartum de ſabbatho, cujus enumerationis auctores ſunt complures. Chaldæus interp. in c. XX. Exodi, Joſephus lib. III. antiq. c. 4. *Primum præceptum, Deum eſſe unum & hunc ſolum colendum. Secundum, nullius animalis ſimulacrum adorandum.* Origenes lib. III. in Exod. hom. 8. *Primum mandatum eſt, non erunt tibi dii alii præter me; ſecundum, non facies tibi idolum neque ullam ſimilitudinem.* Nazianzenus in carm. Hieronymus & Ambroſius in cap. VI. Eph. Chryſoſtomus in Matth. hom. XLIX. tom. II. fol. 110. auctor quæſtionum vet. & nov. teſt. (quæ in operibus Auguſtini tom. IV. habentur, ſed eas Auguſtini non eſſe Eraſmus cenſet) quæſt. 7. *Non ſint tibi dii alii præter me, primum hoc verbum eſt. Et ſubjecit ſecundum: Non facies tibi ullam ſimilitudinem eorum, quæ ſunt in cœlo ſurſum & in terra deorſum.* Sulpitius Severus lib. I. hiſt. Zonaras tom I. hiſtor. Byzant. Ex recentioribus plerique omnes, qui Calvini doctrinam amplectuntur, hanc præceptorum divinorum enumerationem adprobant. Calvinus lib. II. inſt. c. VIII. ſect. XIII. & ſeq. catechiſmus Heidelb. q. XCIII Zach. Urſinus in explic. catech. part. III. p. 684. Chaſſanio

ſanio in locis lib. I. c. XX. §. II. &c. Interim tamen obſervandum, quod quidam Calviniani ita amplectantur hanc diviſionem, ut alteram illam, de qua paulo poſt agetur, non omnino damnent. Ita Calvinus lib. II. inſt. c. 8. ſect. 12. *In diviſionem præceptorum noſcendam non male ſtudium impenditur, modo ejus generis rem eſſe memineris, in qua liberum cuique judicium eſſe debeat, ob quam non ſit contentioſe cum diſſentiente pugnandum.* Zacharias Urſinus in catech. p. 686. *Obſervandum* (ait) *ſi modo doctrina & ſententia decalogi de vero Deo & vero cultu Dei integra retineatur, de verborum numeratione non eſſe odioſe pugnandum.* Muſculus in locis p. 43. *Scio, parum ad pietatis ſtudium facere, ſi præcepta Dei recte quidem numeres, male vero cuſtodias ac ſerves. Nec improbarim, ſi populo absque diviſione, modo integre, omni mutilatione rejecta, proponantur.* Hi ſequuntur modeſtiam veterum. Sic Hieronymus in c. VI. ad Eph. ſecundum præceptum de non faciendis idolis dicit, ſed alibi præceptum de profanatione nominis divini ſecundum eſſe agnoſcit. Origenes in Exodum dicit, *a quibusdam conjungi præcepta de non habendis diis alienis & de ſculptilibus.* Beda in c. XX. Exod. expoſita diſtinctione eâ, qua præceptum de ſculptilibus conjungitur cum primo, ſubjungit, *poſſe etiam aliter præcepta diſtingui, ut ſit primum*: Non habebis deos alienos, *ſecundum:* Non facies tibi ſculptile. Quidam vero Calvinianorum ſententiam illam, quod præceptum de ſculptilibus ſit ſecundum, & a primo diſtinctum, tam mordicus amplectuntur, ut contrarium ſentientes, neſcio cujus, ſacrilegii accuſent. Ita Gentil. Apollinaris pro Chriſt. Gall. cap. de imag. omiſſionem hujus præcepti vocat *nefarium ſacrilegium & immane facinus.* Anhaldini in apol. contra quoſd. nobiles fol. 28. huc referunt dictum Chriſti: *Qui ſolverit unum ex mandatis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum:* Neo-Marpurgenſes vocant redintegrationem decalogi & in reſp. ſuo apolog. fol. 111. 112. 143. tremendam judicii extremi ſententiam minantur iis, qui ad partes ſuas non accedant, *propterea quod tales horribiliter contradicant ori altiſſimi, mutilate & ſemipleno decalogum doceant, eccleſiam ſeducant & ſanctum Iſraëlis exacerbent, excipiendi olim non mitius ac ſervus ille infidelis.* Qua de re quid ſentiendum ſit, paulo poſt dicetur, ubi prius illam decalogi diſtributionem, quæ in noſtris eccleſiis recepta eſt, propoſuerimus.

Tria præcepta ad primam tabulam pertinere & præceptum de ſculptilibus pertinere ad primum.

§. XLIII. Tria primæ tabulæ accenſere præcepta, ac mandatum de ſculptilibus referre ad primum de non habendis diis alienis: in ſecundam tabulam ſeptem referre præcepta, & mandatum de non concupiſcendo in duo diſtincta præcepta dividere, uſitatum eſt in eccleſiis illis fere omnibus, quæ Auguſtanam confeſſionem & Lutheri catecheſin ſincere amplectuntur. Hæc diviſio non eſt noviter a Luthero excogitata, & in eccleſiam introducta, ſed itidem habet aſſertores ex antiquitate. (Falſum enim eſt, quod ſcribit Wolffg. Muſculus in locis ſub tit. de diviſione decalogi p. 42. *Neminem ex veteribus diviſionem illam, qua primæ tabulæ tria, ſecundæ ſeptem præcepta tribuuntur, poſuiſſe.*) Clemens Alexandrinus lib. VI. ϛρωματ. fol. 140. edit. Lat. f. 290. in Græc. *Primum decalogi præceptum oſtendit, unum ſolum eſſe Deum omnipotentem, qui populum tranſtulit ex Ægypto per ſolitudinem in terram patriam, ut per divinas quidem operationes comprehenderent, ut poterant, ejus potentiam, ab eorum autem, quæ ſunt genita, abſtinerent idololatria, omnem ſpem habentes in Deo, qui eſt in veritate. Secunda autem oratio ſignificabat, non oportere adſumere neque inferre magnam & omni veneratione dignam ejus potentiam, quæ quidem eſt nomen, ad res genitas & inanimes. Tertia autem eſt oratio, quæ ſignificat mundum eſſe a Deo factum, & dediſſe nobis ſeptimum diem ad quieſcendum.* Auguſtinus lib. III. confeſſ. c. 8. *Vivitur male adverſus tria & ſeptem, pſalterium decem chordarum, decalogum tuum, Deus altiſſime & dulciſſime.* Quæſt. LXXI. in Exodum: *Mihi videntur congruentius accipi tria illa & iſta ſeptem, quoniam viden-*

dentur Trinitatem illa, quæ ad Deum pertinent, inſinuare diligentius intuentibus. Et revera quod dictum eſt, non erunt tibi dii alieni, *hoc ipſum perfectius explicatur, cum prohibentur colenda figmenta, &c.* Idem repetit epiſt. CXIX. ad Januarium lib. XV. contra Fauſtum c. VII. de decem chordis c. V & VI. in Pſal. XXXII. ſerm. XCV & CXLVIII. de temp. Auguſtinum ſequitur Beda in c. XX. Exod. in epiſt. Rom. &c. Bernhardus ſerm. ſup. ſalve Regina 4. col. 1361. *Primum præceptum eſt:* Dominum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies, *proximum*: Non adſumes nomen Dei tui in vanum. Eodem modo numerat gloſſa ordinaria, Lyranus, Hugo Cardinalis in c. XX. Exodi, Lombardus lib. III. ſent. diſt. XXXVII. & recentiores complures (*).

Quare pro hac diviſione pugnetur.

§. XLIV. Antequam vero argumenta adverſariorum, quibus hanc diviſionem oppugnant, vel firmamenta ejuſdem proponamus, accurate obſerventur ſequentes hypotheſes. 1) Conſtitutio numeri ordinalis, in præceptis decalogi per ſe & ſua natura eſt ἀδιάφορόν τι. Certum quidem eſt, decem eſſe præcepta, hoc eſt, certus quidem eſt cardinalis præceptorum numerus, ſed nuſpiam a Moſe additur, quodnam ſit ſtatuendum ſecundum, quod tertium præceptum. 2) Peccatur igitur contra libertatem chriſtianam, quando ab adverſariis enumeratio illa, qua præceptum de ſculptilibus ſecundum eſſe ſtatuitur, ut neceſſaria obtruditur. 3) Graviſſime etiam contra caritatem & unitatem chriſtianam peccatur, quando intempeſtiva iſtius diviſionis propugnatione eccleſiæ bene conſtitutæ turbantur. 4) Adverſarii, præceptum de ſculptilibus ſecundum eſſe pugnantes, ſimpliciter imagines ipſas, non tantum cultum ac adorationem earum, prohibitas eſſe ſentiunt, quam falſam interpretationem eccleſiæ eadem opera obtrudere ſatagunt. 5) Mutilationem decalogi Lutheri catecheſi tribuentes ex eccleſia eandem eliminare per occultos cuniculos quærunt; quæ cauſæ ſunt ſatis urgentes, propter quas enumeratio illa præceptorum decalogi in eccleſias noſtras neutiquam recipitur.

Argumenta eorum, qui præceptum de ſculptilibus a primo ſejungendum eſſe pugnant 1. Quia ſenſu differunt.

§. XLV. His ita præmiſſis audiamus Urſinum, qui potiora ſuæ confeſſionis ſociorum argumenta in hac quæſtione proponit, quibus reſpondentes eadem opera noſtræ diviſionis firmamenta manifeſta faciemus: I) Diſtincta ſunt præcepta, quæ diſtinguuntur ſententiis. Cum enim Deus ipſe decalogum in decem verba diſtribuerit, haud dubie præcepta ſenſu inter ſe differre voluit. Ergo diverſa ſunt, quæ ſenſu differunt; non diverſa, ſed unum præceptum ſunt, quæ ſenſu non differunt. Præceptum de non habendis diis alienis, & de non faciendis ſculptilibus ſenſu differunt. Illud enim vetat aliud numen præter ſolum verum Deum coli, hoc vetat ſolum verum Deum aliter coli, quam ipſe præcepit. *Reſp.* 1) Si præcepti de non faciendis ſculptilibus hic ſenſus eſt, quod prohibetur eo Deus verus aliter coli, quam ipſe præcepit, ſequitur non ſimpliciter prohiberi facturam imaginum, ſed quatenus eo fine fiunt, ut per eas Deus colatur, id quod alii Calvinianorum promachi non concedunt, qui ſimpliciter imagines ſecundo præcepto prohiberi tradunt. 2) Omnis idololatria primo præcepto eſt prohibita. Jam vero duplex eſt idololatriæ ſpecies: prior ratione *objecti*, cum illud religioſe colitur, quod non eſt verus Deus; poſterior ratione *cultus*, cum verus Deus colitur, hoc eſt, coli ſtatuitur, ſed non

(*) Eandem noſtram diviſionem adprobant Martyr claſſ. II. loc. com. c. XIV. ſect. III. *Oecolampadius* lib. de conf. auric. f. 116. Hemmingius in enchir. claſſ. II. loco de lege. O. 4. & O. 8. & in catech. p. 26. *Szegedinus* in locis p. 50. Noſtri in explicatione primi præcepti verba de non faciendis ſculptilibus ad adorationem ſimul recitant & explicant, uti videre eſt apud *Lutherum* tom. III. Jen. fol. 38. b. *wider die himmliſche Propheten; item, in der Auslegung über die Zehen Gebot*, tom. IV. f. 500. b. catech. Brentii p. 473. Chemnitium loc. part. II. fol. 40. 43. 46. Hemmingium enchirid. pag. 152. catech. Hunnii pag. 52. Pflacherum p. 290. GERHARDUS.

non divine, hoc eſt, eo non modo, quo ſe coli in verbo præcepit. Ergo utraque idololatriæ ſpecies primo præcepto eſt prohibita, nec propterea præceptum de ſculptilibus a primo divellendum. 3) Invertimus igitur argumentum; ſpecies includitur ſuo generi: jam vero primum præceptum deos alienos in genere prohibet, præceptum de ſculptilibus certam ſpeciem deorum alienorum exprimit. Ergo ſub prohibitione deorum alienorum etiam prohibitio idolorum, ut ſpecies ſub genere continetur. 4) Hujus loci eſt obſervatio illa, quod nuſpiam abſolute & ſimpliciter vel pictæ, vel ſculptæ, vel fuſiles imagines prohibentur, ſed quatenus fiunt ac proſtant ad cultum, ut ſuo loco demonſtrabitur, inde eſt, quod idola, hoc eſt, omnia illa, quibus cultus divinus tribuitur, cum tamen non ſint Deus, ſive ſint creaturæ naturales, ſive res artificiales, omnia, inquam, illa dicuntur dii alieni. Gen. XXXI. 19. Rachel furatur idola patris ſui, quæ requirens Laban dicit v. 30. *Cur furatus es deos meos?* Cui reſpondet Jacobus v. 32. *Is, apud quem inveneris deos tuos, non vivat.* Gen. XXXV. 2. dicit Jacob familiæ ſuæ: *Auferte deos alienos, qui ſunt in medio veſtri.* v. 4. *Dant Jacobo omnes deos alienos, qui erant in manu ſua, inaures, quæ erant in auribus ipſorum, & abſcondit eos Jacob, ſubter quercum.* Exod. XX. 23. *Ne faciatis mecum deos argenteos, neque deos aureos facietis vobis.* Exod. XXXII. 8. Fabricato vitulo fuſili dicunt Iſraëlitæ, *iſti ſunt dii tui, Iſraël, qui eduxerunt te ex terra Ægypti* Levit. XIX 4. *Ne convertatis vos ad idola, neque deos fuſiles faciatis vobis, Ego Jehova Deus veſter,* Deut. XXVIII 36. *Coles deos alienos lignum & lapidem.* 1 Sam. VII. 3. Dicit Samuel ad populum: *Si toto corde veſtro revertimini ad Jehovam, auferte Deos alienos de medio veſtri & Aſtharoth,* v 4. *abſtulerunt ergo filii Iſraël Bealim & Aſtharoth.* 1 Paral. XIV. 12. *dereliquerunt Philiſtæi deos ſuos, & præcepit David, & combuſti ſunt igne.* Ex his & ſimilibus ſcripturæ locis ita concludimus: Quicquid eſt deus alienus, prohibetur primo præcepto: idola, hoc eſt, omnia illa, quibus divinus cultus exhibetur, cum tamen non ſint verus Deus, ipſa ſcriptura interprete, ſunt dii alieni. Ergo idola prohibentur primo præcepto, & per conſequens pericope de ſculptilibus non conſtituit novum præceptum. 5) Nec ullo fine alio ſculptilium factura prohibetur, quam eo, ne cultus divinus tribuatur ei, quod non eſt verus Deus, & ſic habeantur dii alieni; alienum deum non efficit manus hominis, ſed cultus & fiducia cordis, ſive tribuatur rei naturali ſive artificiali. Cuicunque enim tribuitur cultus & gloria ſoli Deo debita, illud fit deus alienus. Gen. XXX. 2. dicit Jacob ad Rahelem liberos importunius poſtulantem, *Nunquid pro Deo ſum, qui prohibuit a te fructum ventris?* 2 Reg V. 7. dicit rex Iſraëlis, *Sumne ego Deus, ut curem illum a lepra?* 1 Cor. VIII. 4. *Scimus quod idolum nihil eſt in mundo, & quod nullus eſt Deus, niſi unus.* 2 Cor. IV. 4. *Diabolus dicitur deus hujus ſeculi,* eorum ſcilicet, qui relicto vero Deo ipſi in mundo ſerviunt & obediunt. Phil. III. 19. *Venter* dicitur *pſeudoapoſtolorum Deus,* qua ratione ipſa quoque avaritia dicitur idololatria; Col. III. 5. ex quo iterum adparet, quod præceptum de ſculptilibus ſit adpendix primi de non habendis diis alienis. 6) Denique obſervandum hoc loco, quod prophetæ imaginum cultum reprehenſuri rationem ducunt ex primo præcepto, quo ipſo oſtendunt, adpendicem illam de imaginibus ad primum præceptum pertinere. Exod. XX. 23. *Non facietis mecum* (coram me) *deos argenteos vel aureos.* Agnoſcis verba primi præcepti. Lev. XIX. 4. *Non faciatis vobis deos fuſiles, ego Jehovah Deus veſter.* Eſa. XLII. 8. *Ego Dominus, hoc eſt nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam ſculptilibus;* ergo gloriam Deo debitam dare ſculptilibus, eſt deos alienos habere. 7) Nec obverti poterit, priorem tantum idololatriæ ſpeciem, qua id, quod non eſt Deus, colitur pro Deo, primo præcepto prohiberi, alterius vero idololatriæ ſpeciei, qua verus Deus colitur non divine: hoc eſt, juxta adinventiones cordis, non autem juxta præſcri-

ſcriptum verbi, prohibitionem conſtituere novum ac ſecundum præceptum, ſiquidem ἐθελοθρησκειῶν prohibitio nominatim ad primum præceptum refertur. Num. XV. 39. *Non ſequantur Iſraëlitæ cogitationes ſuas, nec poſt oculos ſuos fornicentur*, v. 40. *ſed memores ſint præceptorum meorum.* v. 41. *Ego Jehovah Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut eſſem vobis in Deum.* Rom. I. 23. gentiles accuſantur & convincuntur idololatriæ, propterea quod, *cum cognoverint Deum, tamen non glorificarint ſicut Deum*, hoc eſt, non coluerunt eum juxta præſcriptum verbi, ſed vanitatem cogitationum ſuarum ſunt ſecuti. Addo argumentum evidens. In primo præcepto jubetur Deus ſuper omnia timeri ac honorari. Jam vero qui non colit Deum juxta præſcriptum verbi, is nec timet nec honorat Deum ſuper omnia, ſiquidem adinventiones cordis ſui præfert Dei verbo, cœcæ rationis ductum præfert luci cœleſtis verbi. Ergo qui non colit Deum juxta præſcriptum verbi, is peccat contra primum præceptum. 8) Monemus & hoc: Si præceptum de non habendis diis alienis & de non faciendis ſculptilibus ſenſu differunt, & ſenſu ea differre Deus ipſe voluit, cur igitur Martur [illegible] eam adcuſaverint; intelliſui [illegible] illud *originalis* concu[illegible] §. [illegible] & profundam illam argumen[illegible] a quibuſdam [illegible]cepta ſenſ[illegible] [illegible]cti tantum ſunt diverſa [illegible] omnibus præceptum. [illegible], utpote cupiſcentia, quo[illegible] [illegible]ero dedividunt, ſenſu un[illegible] igitur [illegible]met teſtantur, quoties [illegible] [illegible]n de nonum & decimum con[illegible] [illegible]ga- Paulus docet, cum de con[illegible] [illegible]n de uno præcepto dicit: *Non nov[illegible] [illegible]piſcentiam eſſe peccatum, niſi lex [illegible] concupiſces.* Ergo ſunt unum tan[illegible] [illegible]ptum. Si enim propterea in duo div[illegible] [illegible]beret, quia diſtincte domus & uxoris proximi concupiſcentiam prohibet, eadem ratione diſtrahi deberet in plura, & tot præcepta fierent, quot ſpecies rerum concupiſcendarum enumerantur. *Reſp.* 1) Veteres ad diverſitatem objectorum plerumque confugiunt, quam ad diverſitatem præceptorum conſtituendam ſufficere arbitrantur. Auguſtinus quæſt. LXXI. in Exod. *Concupiſcentia uxoris alienæ & concupiſcentia domus alienæ tantum in peccando differunt,*

(*) Ad hunce §. ſequentia ex BACMEISTERO adnotavit GERHARDUS: 1) *Imagines quæ ad cultum fiunt & uſurpantur, in ſcripturis dicuntur dii alieni.* Gen XXXI. 30. XXXV. 2. Exod XXXII. 4 Jer. II. 27. 28. 1 Reg. XII. 28. Pſal. CXXXV. 15 &c. *Ergo fieri nullo modo poteſt, quin diis alienis probibitis, imagines ſimul probibeantur, & generi tanquam una aliqua, eaque craſſior idololatriæ ſpecies ſubjiciantur.* 2) *Quæ præcepta unum eundemque finem proximum habent, ea numero diſtincta eſſe non poſſunt, ſed ſibi invicem ſubordinentur neceſſum eſt. Jam vero verba de non habendis diis alienis & de non faciendis ſculptilibus ad unum communem ſcopum, qui eſt probibere idololatriam & contra præcipere verum Dei cultum immediate collimant.* 3) *Si ut in ſingulis decalogi præceptis, ſic etiam in primo ſimul interiora & exteriora tum peccata tum bona opera continentur, nulla ratione imaginum idololatrica ſtructura, cum ſit ſpecies peccatorum primi præcepti, a primo præcepto ſegregari poterit.* 4 *Perpetuum & utile mandatorum decalogi axioma eſt, in qualibet negativa adfirmativam & rurſus in qualibet adfirmativa negativam contineri. Cum ergo utrique enunciationi negativæ unum tantum hic reſpondeat præceptum adfirmativum, quod eſt, Dominum Deum tuum unum & ſolum agnoſces & coles, ſequitur, negativas idem denotare & unum numero præceptum conſtituere* 5) *Quia promiſſiones & comminationes textui de imaginibus ſtatim ſubjunxit Deus, inde adparet, quod ille textus a primo præcepto avelli & peculiare atque in ordine ſecundum præceptum conſtituere prorſus nequeat. Veritati enim maxime conſentaneum, promiſſiones & comminationes, quas generaliter de tota lege & ſingulis præceptis intelligi voluit non ſecundo ſed primo præcepto adpoſuiſſe, cum illæ nec decalogis præmiſſæ nec poſtpoſitæ legantur.* 6) *Quia Dei, qui in perſonis trinus eſt, dilectionem in prima tabula requiri conſtat, tria & non plura aut pauciora præcepta circa illam in prima tabula conſtituenda fuiſſe. Auguſtinus epiſt. CXIX. Beda & alii ſtatuunt, attendentes non tam concludendi neceſſitatem quam collocationis concinnitatem, quam in ordine quoque cultus divini obſervare poſſumus, ut eum præſtemus corde, ore & opere.*

ferunt, ut illi, quo dictum eſt: Non concupiſces domum proximi tui; *adjuncta fuerint alia, dicente ſcriptura*, neque agrum ejus, neque ſervum ejus, neque ancillam ejus, neque boves ejus &c. *diſcreviſſe autem videretur concupiſcentiam uxoris alienæ a concupiſcentia cujuslibet rei alienæ, quando utrumque ſic cæpit:* non concupiſces uxorem proximi tui; Non concupiſces domum proximi tui, *& huic adjunxit cætera. Non autem cum dixiſſet:* Non concupiſces uxorem proximi tui, *huic connexuit alia, dicens*: neque domum ejus, neque agrum *&c. ſed omnia adparent hæc eſſe conjuncta quaſi uno præcepto contenta & diſcreta ab illo, quo uxor nominata eſt.* Hæc Auguſtinus. Quidam igitur ſecuti ordinem in Deuteronomio obſervatum, dicunt, nono præcepto prohiberi concupiſcentiam, quæ reſpicit ſextum præceptum; decimo eam, quæ attingit objecta ſeptimi præcepti. Quidam vero ſecuti ordinem in Exodo ſervatum, nono præcepto concupiſcentiam domus, decimo uxoris ac reliquorum; in illo totum, in hoc autem partes expreſſas dicunt. Lyranus in cap. XX. Exodi. *Ratio, quare duo præcepta ponantur ad repreſſionem concupiſcentiæ, eſt, quia bonum dividitur per utile & delectabile, alia enim ratio boni utilis & delectabilis, unde contingit, ut aliquis habeat proprietatem ad unum, & non habeat proprietatem ad aliud, ſicut aliquis concupiſcit uxorem alterius, qui tamen non concupiſcit alias res ipſius, ideo ad reprimendam iſtam concupiſcentiam duplicem debuit adſignari duplex præceptum.* Thomas 1. 2. quæſt. 100. art. 4. *Concupiſcentia uxoris alienæ ad commixtionem pertinet ad concupiſcentiam carnis, concupiſcentia aliarum rerum pertinet ad concupiſcentiam oculorum, ideo duo præcepta de non-concupiſcendo ponuntur.* 2) Quamvis vero hæc ab objectis petita diſtinctio non videatur ſatis firma, tamen non minoris ponderis eſt, quam illa adverſariorum, qua tradunt, in primo præcepto cultum alienorum deorum in univerſum, in ſecundo certum ejuſdem modum eſſe prohibitum. 3) Si vel maxime non poſſet evidens dari ratio, propter quam præceptum de concupiſcentia in duo diſtincta præcepta divideretur, nihilo tamen minus reſponderi poſſet, Deum ideo diſtinctis duobus præceptis concupiſcentiæ malum prohibere voluiſſe, quod tota lex & vera ejus interpretatio pendeat a cognitione genuina hujus præcepti, cum peccati hujus interioris cognitio ſit abſtruſiſſima, teſte apoſtolo, Rom. VII. 7. cum peccatum concupiſcentiæ ſit fons & mater reliquorum omnium. Hæ rationes moderatis ingeniis ſatisfacere poterant, quo minus ſimpliciter binam illam præcepti de non-concupiſcendo repetitionem improbarent. 4) Sed ne quid habeant adverſarii, quod conquerantur, dicimus, geminum concupiſcentiæ genus nono ac decimo præceptis prohiberi; *actualem* ſcilicet & *originalem*; quæ concupiſcentiæ diſtinctio non tam objectorum, quam modi & actus diverſitate nititur. *Actualis* concupiſcentia eſt notabile illud concupiſcentiæ genus, quando ad motum obortum accedit delectatio & deliberata voluntatis conſenſio: *originalis* concupiſcentia eſt arcanum illud concupiſcentiæ genus; quando ipſa natura ſe movet, agit aut patitur, (reſpectu ſcilicet diverſo) ita, ut cor inclinationes, vel mens cogitationes ſaltem concipiat, quæ tamen a προαιρέσει perficiendi ſunt adhuc remotæ. Fundamentum hujus diviſionis petimus ex ipſis legis promulgatæ verbis & ex interpretatione ejusdem ab apoſtolis tradita. Exod. XX. 17. bis repetitur concupiſcendi verbum חָמַד, *Non concupiſces domum proximi tui. Non concupiſces uxorem ejus.* Latinus interpres in poſteriori parte mutavit vocem concupiſcendi in vocem deſiderandi; ſed in Hebræo eſt idem utrobique vocabulum. Bina autem atque emphatica illa verbi repetitione Spiritus ſanctus ſubinnuit geminum concupiſcentiæ genus hic damnari, & quod hoc loco ſubinnuitur, illud in ſolenni legis repetitione Deut. V. 21. clarius exprimitur. Ibi enim duo diſtincta habentur vocabula, חָמַד & הִתְאַוָּה, ubi Latinus interpres verbi repetitionem plane omiſit. חָמַד, ſignificat *ex animo* aliquid *deſideravit* cum conſenſu & opere in

rem

rem ferventi, adpetivit vehementer, cognationem enim habet cum radice חָמַם, *æſtuavit*, *incaluit*. הִתְאַוָּה, ſignificat *ſe ipſum fecit concupiſcere*, ſe ipſum irritavit ad concupiſcendum *originaliter*, vox enim אָוֶן, uſurpatur de corruptione naturæ, de cupiditate & concupiſcentia, conatu & ſtudio carnali, quo quis adfectus eſt, & aliis dolorem & vim adfert aut ipſe adficitur, monente Forſtero in lexico p. 13. cujus ſignificationis exempla paſſim ſunt obvia Pſalm. CXIX. 133. Prov. VI. 18. &c. Voce igitur הִתְאַוָּה, taxavit Moſes ipſam radicem, quæ gignit confuſionem adpetitionum, ipſam originalem concupiſcentiam, quæ gignit pravos adfectus, etiamſi nondum accedat conſenſus. In lingua germanica diſcrimen hoc vix poterit exprimi, conabimur tamen aliqua ex parte illud exponere: לֹא־תַחְמֹד, reddi poterit, *du ſollt nicht begehren*. לֹא הִתְאַוָּה, *laſs dich nicht gelüſten*, quamvis Deut. V. Lutherus videatur hoc invertere. Porro diſcrimen hoc inter originalem & actualem concupiſcentiam pertractat etiam Jacobus c. I. 14 & 15. ubi illam vocat ἐξέλκουσαν καὶ δελεάζουσαν, hanc vero συλλαβοῦσαν. *Vnusquisque tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus, concupiſcentia autem, ubi conceperit, parit peccatum;* quando concupiſcentiæ accedit conſenſus, tunc fit prima quaſi actualis delicti conceptio, quando actuale delictum perpetratur, fit quaſi partus, ſed vere viperinus, peccatum enim animæ mors eſt, & ſic filia devorat matrem. Quidam per συλλαβοῦσαν concupiſcentiam intelligunt *originalem*, per τίκτουσαν *actualem*, ſed adcurata textus conſideratio diverſum oſtendit; δελεάζειν καὶ ἐξέλκειν proprium eſt originalis concupiſcentiæ, ſed prohibenda eſt, ne per conſenſum accedentem ac per delectationem fiat συλλαβοῦσα, alias proxime ſequitur partus ſcilicet externi delicti. De *originali* concupiſcentia loquitur apoſtolus Rom. VII, 7. *Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces.* Certe non erat apoſtolo ignotum, concupiſcentiam cum προαιρέσει & delectatione conjunctam peccatum eſſe, cum ex lumine naturæ ſaniores ethnici eam adcuſaverint; intelligit igitur abſconditum illud *originalis* concupiſcentiæ malum, primam & profundam illam concupiſcentiæ luem, προπάθειαν a quibuſdam dictam, quæ in ſchola Spiritus ſancti tantum peccatum eſſe agnoſcitur. Ex quibus omnibus colligimus, *actualem* concupiſcentiam, utpote notiorem, præcepto nono, *originalem* vero decimo præcepto prohiberi. 5) Quamvis igitur in explicationibus catecheticis præceptum de concupiſcentia conjungatur, interim non negatur, duplex eſſe concupiſcentiæ genus, quorum utrumque voce legis divinæ adcuſatur. Paulus Rom. VII. proprie de *originali* concupiſcentia agit, cujus agnitio ex lege, *actualis* concupiſcentiæ cognitio ex lumine naturæ quadantenus obvia. Ac ſi vel maxime apoſtolus hæc duo præcepta ibidem conjunxiſſet, (quod facit Rom. XIII. 9.) nihilo tamen minus duo diſtincta de non-concupiſcendo præcepta conſtitui poſſe non negaſſet. Chriſtus totius ſecundæ tabulæ præcepta uno comprehendit verbo. *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum* Matth. XXII. 39. nec tamen diſtinctam præceptorum enumerationem improbat. 6) Nemini vero mirum videatur, peculiari præcepto *actualem* concupiſcentiam prohiberi, cum in ſuperioribus præceptis jam ante fuerit prohibita, unde Chriſtus Matth. V. 28. ſexti præcepti talem tradit interpretationem: *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam in corde ſuo, jamtum mæchatus eſt cum ea.* Præterquam enim quod carnali Judæorum populo ſpiritualis hic legis ſenſus non erat in reliquorum præceptorum verbis obvius, ideoque novo ac peculiari præcepto evolvendus, diſtinguendum inſuper inter *ſedem* propriam alicujus interdicti, & inter *expoſitionem* aliunde translatam: inter *objectum certum* & inter *cauſam agentem*; inter prohibitionem *univerſalem* & *ſpecialem*. Ipſe actus ſecundus concupiſcentiæ proprie & in genere ſine certo aliquo objecto prohibetur in nono præcepto, ſicque efficiens & formale ipſius concupiſcentiæ damnatur; quando vero Chriſtus in reliquis præceptis interdictam dicit con-

concupiſcentiam certi alicujus objecti, tunc magis ad materiale, hoc eſt, certam ſpeciem objecti, puta, cædis, adulterii, furti, reſpicit, & declarationem ex nono præcepto mutuatur.

3. Quia præceptum de ſculptilibus verſiculo diſtinguitur a primo.

§. XLVII. III) Urſini argumentum videamus. Haud dubie præcepta ſunt diverſa, non eadem, quæ diverſis periodis & verſibus: non diverſa, ſed unum præceptum ſunt, quæ uno verſu a Moſe ponuntur. Præceptum de non habendis diis alienis, & de non faciendis idolis Moſes verſiculis diſtinxit. Diſtincta igitur ſunt præcepta. Contra, præceptum de concupiſcentia domus & uxoris alienæ periodis non diſtinxit, ſed uno verſiculo comprehendit. Unum igitur eſt de concupiſcentia præceptum. *Reſp.* 1) Quidam punctorum additionem ac verſiculorum diſtinctionem negant ab ipſo Moſe ortum ducere, ſed a Maſoretis, quorum tamen ſententiæ, præſertim quod puncta attinet, non ſubſcribo. Alia igitur reſponſione utimur, nimirum fundamentum eſſe admodum lubricum, quod diſtincta ſint præcepta, quæ diverſis periodis ac verſiculis ponuntur; contra vero unum, quod uno verſu ponitur. Nam Exod. XX. 2. dicitur: *Ego Jehovah Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.* v. 3. additur, *Non erunt tibi dii alieni coram me.* Hæc a quibusdam habentur pro primo præcepto, licet alii velint priora verba eſſe totius decalogi procœmium. v. 4. *Non facies tibi ſculptile nec ullam ſimilitudinem* &c. & v. 5. *Non incurvabis te eis, nec coles ea,* &c. Hæc nec ipſe Urſinus pro duobus præceptis habet. v. 8. *Recordare diei ſabbathi, ut ſanctifices illum.* v. 9. *Sex diebus operaberis & facies omne opus*; v. 10. *At die ſeptimo ſabbathum erit Jehovæ Deo tuo.* Nec hæc ab Urſino pro diſtinctis præceptis haberi poſſunt. 3) Gnaris linguæ Hebrææ notum eſt, ſæpius diſtingui verſiculis, quæ neceſſario ſunt conjungenda, & contra, verſiculo conjungi, quæ neceſſario ſunt diſtinguenda. Geneſ. XIV. 18. *Melchiſedecus rex Salem protulit panem & vinum, & ipſe* (cum eſſet) *ſacerdos Deo altiſſimo* v. 19. *benedixit ei.* Non ideo protulit Melchiſedecus panem & vinum, quia ſacerdos altiſſimi, ut volunt patroni miſſæ, ſed ideo benedixit Abrahæ, quia erat ſacerdos. Hebr. VII. 3. 4) Quamvis vero præcepta de non-concupiſcendo uno comprehendantur verſiculo, tamen in Deuteronomio additur litera ס, nota interſtitii, quam Rabbini vocant פְּתוּחָה, quale ſignum inter præceptum de non habendis diis alienis, & inter præceptum de non faciendis idolis nullibi ponitur; in Exodo ac Deuteronomio additur accentus athnachta, ex quibus hæc præcepta diſtincta eſſe, non inſcite colligitur.

4. Quia præcepta de non concupiſcendo permutantur.

§. XLVIII. IV) Urget Urſinus quarto loco permutationem præceptorum de non-concupiſcendo. Moſes haud dubie eundem præceptorum ordinem in Exodo & Deuteronomio retinuit. Jam vero verba decimi præcepti de concupiſcentia domus & uxoris inverſo ordine poſuit. Nam in Exodo præcedunt hæc verba: *Non concupiſces domum proximi tui;* ſequuntur hæc: *Non concupiſces uxorem proximi tui.* In Deuteronomio præcedunt hæc: *Non concupiſces uxorem proximi tui;* ſequuntur illa: *Non concupiſces domum proximi tui.* Sunt igitur hæ unius præcepti partes, alioquin non poterit dari novum præceptum, & dicendum erit, Moſen in altero loco nonum præceptum cum decimo confudiſſe, & partem decimi in locum noni ſubſtituiſſe. *Reſp.* 1) Permutatio illa objectorum nihil aliud infert, niſi πρώτως primario atque unice ex illis non poſſe peti concupiſcentiæ ac præceptorum diſtinctionem; manet interim, quod reſpectu ad ipſum concupiſcentiæ actum habito diverſæ concupiſcentiæ ſpecies ac diſtincta præcepta ſtatui poſſint. 2) Nec tranſpoſitio illa præceptorum ullius abſurditatis adcuſanda. Matthæus XIX. 18. 19. itemque Lucas XVIII. 20. ex ore Chriſti præcepta legis hoc ordine enumerant: *Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non dices falſum teſtimonium, Honora patrem tuum & matrem*

tuam;

tuam; ubi videmus præceptum de honorandis parentibus poſtponi illis, quibus apud Moſen præponitur. Marcus X. 19. hunc obſervat ordinem: *Non mœchaberis. Non occides. Non furtum facies. Non dices falſum teſtimonium. Ne fraudem feceris. Honora patrem & matrem;* ubi videmus præceptum de non occidendo poſtponi præcepto de non mœchando, cum tamen in decalogo præponatur. Rom. XIII. 9. itidem talis μετάθεσις occurrit, quæ præceptorum integritati nihil quicquam detrahit, nec Moſis auctoritati quicquam derogat.

5. Ab auctoritate veterum.

§. XLIX. V) Tandem provocatur ad veterum auctoritatem, ubi referuntur teſtimonia Joſephi, Philonis, Athanaſii, Origenis, Nazianzeni, Chryſoſtomi, Zonaræ, Hieronymi, Ambroſii & Auguſtini. *Reſp.* 1) Nec nos diviſionem ipſis uſitatam, qua nonum & decimum præceptum conjunguntur, ſimpliciter repudiamus. 2) Veteres ita amplectuntur hanc præceptorum diviſionem, ut alteram eccleſiis noſtris uſitatam non improbent. Adverſarii eam urgent ut neceſſariam. 3) Nec ſibi ipſis auctores adducti per omnia conſentiunt; Philo & Joſephus quinque præcepta primæ tabulæ adſignant, reliqui tantum quatuor. 4) Quis ergo a Joſepho & Philone veram præceptorum diviſionem exſpectet, cum præceptum de honorandis parentibus admodum inſcite ad primam tabulam referant? Et quis a Joſepho exſpectet, ut duo de concupiſcentia mandata agnoſcat, aut geminum concupiſcentiæ genus diſtinguere ſciat, cum in peccati iſtius tam craſſa hæſerit ignorantia, ut ſcribat, lib. XII. antiq. c. 13. *voluiſſe ſacrilegium, ac non etiam perfeciſſe, non videri ſibi rem dignam ſupplicio, ne divino quidem.* Sed & veterum patrum quoſdam de inhærentis peccati natura & concupiſcentiæ malo frigidius ſenſiſſe negari nequit. 5) Auguſtinus in ſcriptis γνησίοις noſtram ſequitur enumerationem. Hyperius part. II. opuſc. theol. p. 662. adducit locum ex Auguſtini lib. III. contra duas epiſtolas Pelagianorum, quem acriter urget, ac reliquis locis præferendum judicat: ſed recitantur ibi tantum decalogi præcepta, ordinis nulla mentione facta, de quo ordine aliis in locis quamplurimis Auguſtinus ex profeſſo tractat. 6) Ac præter Auguſtinum etiam alii ex veteribus noſtræ diviſioni ſuffragantur, ut vidimus ſuperius.

§. L. Primariæ igitur ac principales cauſæ, quare enumerationem illam, quam adverſarii tanto conatu urgent, non recipiamus, expoſitæ ſunt §. 43. nimirum quia mutatio illa, in re ſua natura adiaphora & indifferente ab adverſariis veritatis ſuſcepta, libertatem chriſtianam ſervili jugo implicat, uſum imaginum ſimpliciter prohibitum ſtatuit, & catecheſi noſtræ mutilationis crimen intentat. Secundaria cauſa ea eſt, quod diſtributio præceptorum in noſtris eccleſiis uſitata nititur rationibus non contemnendis, utpote 1) ſub prohibitione deorum alienorum etiam prohibitio idolorum, ut ſpecies ſub genere, in primo præcepto continetur. 2) Promiſſio & comminatio illa: *Ego Dominus Deus tuus fortis zelotes* &c. præcepto de ſculptilibus ſubjuncta, eſt adpendix communis, ad omnia decalogi præcepta ex æquo pertinens, quod plurale מִצְוֹתָי, *præcepta mea*, manifeſte oſtendit: quia vero ante præceptum de non profanando Dei nomine collocatur, eo ipſo oſtenditur, omnia illa, quæ immediate præcedunt, ad primum pertinere præceptum. Ut enim primum præceptum eſt fons ac matrix reliquorum omnium, ſeque ad reliqua omnia ac ſingula extendit: ita quoque communis illa promiſſio & comminatio ad omnia ac ſingula præcepta ſe diffundit. 3) Quia per legem eſt peccati cognitio, & vero duplex genus concupiſcentiæ in ſcriptura alibi accuſatur, ideo veriſimile eſt, duo diſtincta præcepta de hoc malo, cujus cognitio in corruptione iſta naturæ noſtræ admodum obſcura eſt, ipſius Dei voce tradi. 4) Diviſio illa non a Luthero primum excogitata, ſed multis omnino ſeculis uſurpata, cujus mutatio rudioribus exhibet moleſtiam, infirmis vero ſcandalum.

An decalogus in catecheſi Lutheri ſit mutilatus?

§. LI. Frivolum eſt, quod catecheſis Lutheri, præclarum illud κειμήλιον, mutilationis cujusdam adcuſatur, propterea quod præceptum de non faciendis idolis in ea omittitur. Nam 1) Lutherus e codice biblico nihil quicquam, ne jota quidem vel apicem unum, expunxit, ſed integram decalogi enumerationem in Exodo ac Deuteronomio ſartam tectam reliquit. 2) In catecheſi propter captum rudiorum συντομῇ quadam uſus eſt, quo nomine cujuſdam καταλύσεως vel mutilationis reus peragi nequit. 3) Quædam enim in decalogo proprie & primario ad Judæos ſpectant, quædam vero moralia ſunt, & ad Chriſtianos etiam in nov. teſt. pertinent. Adpendix illa de non fabricandis ſculptilibus, quamvis ratione ſui generis ſit moralis, tamen propter Judæos potiſſimum fuit addita, vivebant illi in medio gentilium, qui per idola ſua maxime peccabant contra hoc præceptum. Nobis in nov. teſt. ſufficit ſcire, quod in genere prohibita ſit idololatria in primo præcepto. 4) Ita quoque beneficium eductionis ex Ægypto proprium eſt eccleſiæ Iſraëliticæ, Jer. XVI. 14. *Non dicetur ultra, vivit Jehovah, qui adſcendere fecit filios Iſraël ex Ægypto* &c. Sanctificatio ſabbathi, hoc eſt, diei ſeptimæ, auctoritate apoſtolica in nov. teſt. abrogata, licet genus maneat; Apoc. I. 9. &c. unde adpendix illa præcepto de ſanctificatione ſabbathi itidem propter captum rudiorum συντομῆς ἕνεκα in catecheſi omittitur. 5) Chriſtus Matth. XXII. 37. & ſeqq. univerſa legis præcepta complectitur duobus hiſce mandatis: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde*, &c. *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Apoſtolus Rom. XIII. 9. præceptum de non-concupiſcendo recitat, ſpeciebus minime recenſitis, quæ Exod. XX. 16 & 17. ac Deut. V. 21. diſerte ſunt additæ. Eodem igitur jure in recitatione primi præcepti catecheſis noſtra utitur, nimirum ut genus ponatur prætermiſſa idololatriæ ſpecie, quæ per ſculptilia exercetur. Eph. VI. 2 & 3. recitat apoſtolus præceptum de honorandis parentibus, ſed adpendicem illam de promiſſione vitæ in terra Canaan Judæis promiſſæ prorogandæ non addit, nimirum quia promiſſio illa terræ Canaan fuit Judæorum propria. At num apoſtolo propterea mutilationis accuſationem intentabimus?

Alluſiones veterum ad numerum ternarium præceptorum primæ tabulæ.

§. LII. Atque hæc dicta ſint de enumeratione præceptorum decalogi, in noſtris eccleſiis uſitata, juxta quam primæ tabulæ tria, ſecundæ ſeptem adſignantur præcepta. Ternarium hunc præceptorum in prima tabula numerum alluſione quadam non contemnenda ad SS. Trinitatis myſterium Auguſtinus q. LXXI. in Exod. & alibi paſſim refert. *Trinitatem* (ait) *videntur illa, quæ ad Deum pertinent, inſinuare, diligentius intuentibus.* Gloſſa. ord. in c. V. Deut. ex Auguſtini epiſt. CXIX. ad Jan. c. II. *Primum mandatum ad Patrem pertinet.* Dominus Deus tuus Deus unus eſt, *ut hoc audiens unum Deum Patrem colas, non multos deos ſuſcipias. Secundum pertinet ad Filium, de quo hic dicitur:* Non adſumes nomen Dei tui in vanum, *id eſt, non æſtimes, creaturam eſſe Dei Filium, omnis enim creatura vanitati ſubjecta eſt, ſed credas eum æqualem Patri. Tertium ad Spiritum, cujus dono requies æterna promittitur; quia enim Spiritus ſanctus dicitur ſeptiformis, ideo ſeptimum diem ſanctificavit Deus, recte ergo hoc mandatum pertinet ad Spiritum ſanctum, tum propter ſanctificationis nomen, tum propter æternam requiem, ad donum Spiritus ſancti pertinentem.* Auguſtinus ſup. Pſ. XXXII. conc. 1. *Tria* (primæ tabulæ) *præcepta pertinent ad dilectionem Dei, cujus cogita unitatem, veritatem & voluntatem. Eſt enim quædam voluntas in Domino, ubi verum ſabbathum, vera requies.* Lyranus in c. XX. Exodi. *Doctores noſtri ponunt tria præcepta tantum ad Deum ordinantia, cujus ratio ſumitur, quia homo debet fidelitatem Deo, reverentiam & debitum famulatum ad recognitionem dominii ſui. Infidelitas autem prohibetur primo præcepto, irreverentia ſecundo, & per iſtas negationes intelliguntur oppoſitæ adfirmationes, ſcilicet colere unum Deum, & ei reverentiam exhibere. Debitus autem famu-*

latus

Ad ſeptenarium in tabula ſecunda.

latus præcipitur tertio. Septenarius præceptorum in ſecunda tabula numerus ab Auguſtino ſerm. CXLVIII. de temp. ita explicatur, quod per eum innuatur, neminem ſuis viribus legem implere poſſe, niſi adjuvetur Spiritus ſancti gratia, qui eſt ſeptiformis munere. Sunt, qui ſeptenario numero denotatum exiſtimant, quod vita noſtra, quæ per ſeptem dies multoties repetitos conſumitur, in ſancto erga hæc præcepta obſequio tranſigenda ſit. Gloſſa ord. in c. XX. Exodi: *Bene ſeptem mandata ſunt, quæ ad proximum pertinent. Septenarius enim ex ternario conſtat & quaternario. Ternarius vero animæ congruit, quæ eſt iraſcibilis, concupiſcibilis, rationalis: quaternarius corpori.*

Regulæ generales ad veram decalogi explicationem ducentes.

§. LIII. Antequam ad ſpecialem præceptorum decalogi explicationem deſcendamus, generales quasdam regulas ad certam atque integram cujusque præcepti ſententiam pernoſcendam adprime utiles præmittemus. 1) Decalogus intelligendus eſt juxta interpretationem prophetarum, Chriſti, & apoſtolorum. Quemadmodum enim etiam ante ſolennem legis promulgationem ſonuit ejus vox in eccleſia patriarcharum, ut oſtendimus ſuperius: ita quoque poſt promulgationem illam Deus per prophetas & apoſtolos, quin & per Chriſtum ipſum, ſubſequentibus temporibus legem ſuam expoſuit ac declaravit. 2) Non manui tantum aliisve externis membris, ſed cordi ac toti homini Deus in lege præcipit, hoc eſt, in omnibus decalogi præceptis non externa tantum, ſed etiam interna obedientia requiritur, Rom. VII. 14. *lex ſpiritualis eſt.* 3) Non externa tantum, ſed & interiora cordis peccata, adeoque intima illa naturæ corruptio a lege adcuſantur: nam inter cauſas alias etiam hoc fine poſt lapſum tradita ac ſolenniter repetita eſt vox legis, ut patefaciat illa præcepta, quorum cognitio in lege naturæ per peccatum exſtincta eſt. Rom. VII. 7. *Concupiſcentiam non cognovi, niſi per legem.* 4) Non interior ſolum qualiscunque obedientia, ſed perfecta ac numeris gradibusve omnibus abſoluta, in lege requiritur. Deut. VI. 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* 5) In præceptis adfirmativis negativa & in negativis adfirmativa continentur. Neque enim bonum a lege præſcriptum præſtari poteſt, niſi malum contrarium caveatur, nec malum a lege prohibitum caveri poteſt, niſi oppoſitum bonum præſtetur. 6) In genere ſemper comprehenduntur ſpecies, in ſpecie præcipua ſpecies cognatæ, adeoque totum genus. Sic in prohibitione adulterii omnes illicitæ libidines prohiberi intelliguntur. 7) In effectu cauſa prohiberi intelligitur, ſic in prohibitione adulterii prohibetur luxus, ſcortationis mater. Viciſſim qui caſtitatem requirit, is etiam media caſtitatis, temperantiam & abſtinentiam requirit. 8) In relato ſemper intelligitur correlatum. Sic quando filii jubentur ſuos parentes honorare, ex correlato intelligitur, quod parentes jubeantur filios ſuos in diſciplina & νουθεσίᾳ Κυρίου educare, Eph. VI. 4. 9) Ad veram cujusque præcepti ſententiam inveſtigandam valde prodeſt, finem ac ſcopum ejusdem conſiderare; ex fine enim de mediis facile poteſt fieri judicium. *Totus legis finis eſt caritas de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta.* 1 Tim. I. 5. 10) Lex adcuſat non ſolum opera mala, ſed etiam illud malum, quod bonis operibus renatorum adhæret. Rom. VII. 18. *Velle adjacet mihi, perficere autem non invenio, miſer ego, &c.* 11) In decalogo adpellatione craſſioris delicti minora prohibentur, ut magnitudinem & gravitatem eorum coram Dei judicio vere agnoſcamus: cum enim ira quinto præcepto juxta Chriſti explicationem prohibeatur, manifeſtum eſt, iram coram Deo haberi pro homicidio. 12) Ad plenam legis explicationem requiritur non ſolum enumerare virtutes & vitia in quolibet præcepto, ſed oportet diſertam fieri mentionem promiſſionum & comminationum, quas Deus vel toti legi in genere, vel ſingulis præceptis in ſpecie addidit. 13) Quin & colli-

 genda

genda ſunt exempla; præcipue ea, quæ Spiritus ſanctus in ſcripturis adnotavit, quibus Deus ſuis promiſſionibus ac comminationibus fidem fecit. 14) Propter diverſos fines & reſpectus idem opus in diverſis præceptis mandatum vel prohibitum dici poteſt, ac proinde non nimis anxii ac ſcrupuloſi eſſe debemus in cujusque præcepti virtutibus ac vitiis enumerandis. 15) In explicatione legis adcurate tenendum diſcrimen inter peccata *mortalia* & *venialia*. Quamvis enim ex ſe & ſua natura juxta legis rigorem omnia peccata ſint mortalia, tamen quando renatis lex proponitur, oſtendendum eſt diſcrimen inter peccata illa, quæ ſauciant conſcientiam, excutiunt fidem & Spiritum ſanctum, per quæ renati amittunt hæreditatem vitæ æternæ; & inter adhærentes ſordes, infirmitates atque imperfectiones, quæ itidem ex lege ſunt agnoſcendæ, deplorandæ, earumque remiſſio per Chriſtum petenda. 16) Præceptum primum includitur reliquis omnibus, ideo obedientia reliquorum præceptorum ortum ac ſcaturiginem ducat ex obedientia primi præcepti, unde ſingulari conſilio Lutherus in ſingulis præceptis repetit: *Debemus Deum timere & diligere.* Ex quo etiam intelligitur illud apoſtolicum Rom. XIV. 23. *Quicquid non ſit ex fide, peccatum eſt.* 17) Præceptum ultimum de concupiſcentia per ſuperiora omnia ducendum, ut intelligatur, non exteriores tantum actus, ſed interiores etiam pravos motus in illis prohiberi. 18) In decalogo moralia, quæ ad omnes homines pertinent, diligenter diſcernenda ſunt ab involucris Moſaicis, quæ ad Iſraëlitas in vet. teſt. tantum pertinebant, quomodo vero hæc agnoſcenda ac diſcernenda ſint, erudite oſtendit Chemnitius loc. de lege cap. VII. reg. 10. 19) Obedientia primæ tabulæ derogat ſecundæ, quando ſcilicet utraque ſimul locum habere nequit. Luc. XIV. 26. *Qui non odit patrem, uxorem, filios & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus.* 20) Ceremonialia cedunt moralibus etiam in ſecunda tabula. Oſ. VI. 7. Matth. IX. 13. *Euntes diſcite quid ſit, miſericordiam volo & non ſacrificium.* 21) Mandatum ſecundum de dilectione proximi ſimile eſt primo juxta dictum Chriſti, Matth. XXII. 39. quod non intelligendum eſt ἁπλῶς & abſolute, quaſi Deus non ſit magis diligendus, quam proximus, ſed ſimilitudo illa conſiſtit *primo* in neceſſaria connexione, neque enim minus neceſſaria eſt obedientia ſecundæ tabulæ, quam primæ. 1 Joh. IV. 20. *Si quis dixerit, diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Deinde* in eodem genere cultus; opponit enim Chriſtus hanc regulam Phariſæis, qui, quando ſacrificabant, in templa donarium offerebant, & alia ceremonialia præſtabant, exiſtimabant, Deum non curare, ſi vel maxime parentes negligerent. *Tertio* in cauſa finali, quia opera ſecundæ tabulæ procedere debent ex dilectione Dei, ut fiant cultus Deo grati. *Denique* in eodem genere pœnæ, transgreſſio enim mandatorum ſecundæ tabulæ itidem meretur pœnas temporales ac æternas, &c. Eſt qui obſervari jubet, ſecundum præceptum non dici par aut æquale primo, ſed ſimile, ſui ſcilicet qualitate & conditione. Qualitate, quia utrobique dilectio pura ac ſincera præcipitur, velut ſi dicas, hominem homini ſimilem eſſe, natura ſcilicet & qualitate, quamvis alius alium excellat magnitudine; ordine, dignitate & conditione, propterea quod ut dilectio Dei caput eſt & ſumma omnium reliquorum præceptorum, quæ Deum: ita dilectio proximi ſumma & caput eorum eſt, quæ homines concernunt.

Ordo præceptorum decalogi.

§. LIV. Magnum vero divinæ ſapientiæ argumentum concinnus ille præceptorum decalogi ordo. Primæ tabulæ præcepta agunt de cultu Dei *immediato*; præcepta ſecundæ tabulæ de cultu Dei *mediato*, ſiquidem officia proximo præſtanda proficiſci debent ex vera Dei dilectione ac timore, qua ratione fiunt cultus Deo gratus & acceptus. Primum præceptum orditur a nobiliſſimo objecto, videlicet vero Deo, ac vendicat ſibi nobiliſſimum ſubjectum, videlicet ipſum cor hominis, quod vero timore, fiducia ac dilectione Deo adhærere jubet. Secundum præceptum linguam hominis format,

quæ Deum ex verbo recte agnitum debet confiteri, invocare, celebrare, ipſique gratias agere. Si a corde diſceſſeris, nobiliſſimum hominis membrum eſt lingua, articulatæ vocis, per quam a brutis homo ſecernitur, inſtrumentum; hæc nola ita debet tinnire, ut a fune cordis trahitur. Tertium præceptum inſtituit ſanctificationem ſabbathi, hoc eſt, cultum Dei publicum per miniſterium verbi, hoc enim medio veram ſui agnitionem atque invocationem Deus in homine vult accendere. Secunda tabula de officiis proximo debitis agens orditur a prima illa naturali ſocietate, quæ eſt inter parentes & liberos. Oeconomica ſocietas fundamentum eſt ac ſeminarium reipublicæ: convenienti igitur ordine quartum præceptum, quod eſt ſecundæ tabulæ primum, de honore parentum tractat. Quintum præceptum vitam hominis tuetur, eamque ab omnibus injuriis defendit. Sextum conjugii honeſtatem inviolatam conſervat; ſeptimum facultates. Octavum famam hominis valido quodam muro atque ſepto circumvallat. Nonum requirit interiorem adfectionum erga proximum rectitudinem. Decimum generalem legis declarationem continet, quod videlicet in ea requiratur interior omnium virium cum Deo conformitas tam perfecta, ut ne minima quidem pravæ concupiſcentiæ labecula ſit contaminata. Thomas 1. 2. q. 100. art. 5. procedit hoc modo: *Sicut præcepta legis humanæ ordinant hominem ad communitatem quandam obſervandam. ita præcepta legis divinæ ordinant hominem ad communitatem ſive rempublicam ſub Deo. Ad hoc autem, quod homo bene converſetur in communitate humana, duo requiruntur, ſcilicet ut ſe bene habeat ad eum, qui præeſt communitati, ſecundo ut ſe bene habeat ad alios conſocios communitatis. Tria prima præcepta explicant præceptum de dilectione Dei, & ordinant hominem ad Deum ſecundum tria, quæ ſubditus debet Domino ſuo, quæ ſunt fidelitas, reverentia, famulatus. Fidelitas conſiſtit in eo, ut principatus ad alium non transferatur. Reverentia requirit, ut nihil injurioſum in eum committatur. Famulatus debetur Deo in compenſationem beneficiorum, quæ ab ipſo percipiunt ſubditi. Præcepta reliqua ordinant ad proximum. Sunt autem quidam proximi, a quibus ſpecialiter beneficia recipimus, quibus ſpecialiter ad gratitudinem obligamur, unde datur præceptum quartum de parentibus, ſub quibus omnes benefactores intelliguntur. Generaliter homo nulli proximo nocere debet nec opere, nec ore, nec corde. Contingit autem opere tripliciter nocere proximo, ſcilicet vel in perſona propria, ipſum occidendo, vel in perſona conjuncta, præſertim quantum ad prolis procreationem, vel in bonis fortunæ, in rebus exterioribus. Ore infertur nocumentum per detractionem. Nocumentum cordis fit per illicitam concupiſcentiam carnis & oculorum, quarum illa nono, hæc ultimo prohibetur præcepto.* Hæc Thomas.

Explicatio primi præcepti.

§. LV. Præceptum primum, juxta deſcriptionem Exod. XX. traditam, quadripartitum eſt. Primo enim ponitur præfatio: *Ego Jehovah Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitutis*: ſecundo præceptum ipſum: *Non habebis deos alienos coram me.* Tertio adpendix εἰδικὴ: *Non facies tibi ſculptile, nec omnem imaginem, quæ eſt in cælo ſurſum, & quæ in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis nec coles ea.* Quarto generalis promiſſio & comminatio ad totam legem pertinens: *Ego ſum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, eorum, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.*

Præfatio primi præcepti: Ego ſum Dominus Deus tuus.

§. LVI. Quare verba iſta, *Ego ſum Dominus Deus tuus* &c. ſtatuamus eſſe generalem præfationem, ejus rei cauſas expoſuimus ſuperius §. XLI. neque tamen litem illis movemus, qui ſtatuunt, hæc verba eſſe partem primi præcepti, quod bifariam proponatur, primum quidem *adfirmative*, quis ſit pro vero Deo a nobis agnoſcendus ac colendus;

deinde *negative*, quod nulli alii extra & præter hunc verum Deum divinus honor ac cultus ſit tribuendus: qua ratione Deus ipſe exemplo primi præcepti oſtenderet, quod in explicatione reliquorum præceptorum in adfirmativis negativa & in negativis adfirmativa præcepta contineri ſit docendum. Porro præfatio illa trimembris. Legislator enim *primo* ſe nominat Jehovam, quæ eſt adpellatio veri Dei propria, qua ſe ab omnibus aliis fictitiis numinibus & creaturis ſecernit. Oſtendimus autem ſuo loco in tract. de natura Dei §. XXI. nomen Jehovah deduci ab *eſſendo*, ac tribuitu uni ac ſoli vero Deo: 1) quia per ſe exiſtit, nullius indigens conſervatione vel ſuſtentatione: 2) quia omnibus entibus dat *eſſe*, eſt eſſentia omnium eſſentiarum, ac proinde abſolutum in omnia habet imperium: 3) quia promiſſis ſuis dat *eſſe*, ac re ipſa eadem complet. Quando igitur verus Deus hoc loco ſe nominat Jehovam, ſe ſolum pro vero Deo agnoſci, ac præceptis ſuis obediri jubet, cum ſit αὐτοκράτωρ, cum ſit noſter creator & conſervator, cum promiſſiones ſuas obedientibus datas re ipſa compleat. *Deinde* vocat ſe Deum noſtrum. Ego Jehovah, אֱלֹהֶיךָ, Deus autem proprie illorum Deus eſt, quos peculiari dilectione complectitur. Gen. XVII. 7. *Ego ſum Deus tuus, & Deus ſeminis tui.* Pſ. XXXIII 12. *Beatus populus, cujus eſt Deus Jehovah, populus, quem elegit in hæreditatem ſibi*; conjungatur autem explicatio hujus phraſeos tradita Lev. XXVI. 12. Jer. XXXI. 1. Matth. XXII. 32. 2 Cor. VI. 18. Quare cum Deus illorum tantum Deus ſit, qui eum agnoſcunt talem, qualem ſe in verbo nobis patefecit, ideo jubet his verbis, ut juxta patefactionem in verbo traditam ipſum agnoſcamus & colamus: viciſſim cum Deus peculiari dilectione & gratia illos complectatur, quorum ſe Deum profitetur; ideo promittit his verbis ſuam gratiam omnibus ex verbo ipſum recte agnoſcentibus. Ratione creationis, conſervationis & gubernationis Deus eſt *Deus omnis carnis* Jer. XXXII. 7. ſed ratione patefactionis & dilectionis peculiaris eſt tantum eccleſiæ Deus. Porro cum hæc peculiaris Dei gratia non niſi in Chriſto & per Chriſtum nobis obtingat, ideo non incommode dicitur, אֱלֹהֶיךָ *plurale* cum adfixo ſingulari denotare myſterium Trinitatis & unitatis in natura divina. *Qui non honorat filium, is nec Patrem honorat*, Joh. V. 23. *Qui negat Filium, is nec Patrem habet*, 1 Joh. II. 23. Ut ergo verus Deus ſit Deus noſter, ex verbo diſcendum, quod Pater ſit in Filio, ac Filius in Patre: Joh. XIV. 11. quod Pater, Filius, ac Spiritus ſanctus ſint unum, hoc eſt, unus verus Deus, 1 Joh. V, 7 & quod per Filium ἱκέτην καὶ μεσίτην cœleſtis Patris gratia nobis obtingat, &c. Denique revocat Deus Iſraëlitas ad recens & inſigne illud beneficium liberationis ex Ægypto, quam vocat domum ſervitutum ſingulari emphaſi. Ego in mirando illo opere divinam meam potentiam, majeſtatem, ac bonitatem evidenter declaravi: æquum igitur eſt, ut me verum Deum agnoſcas, mihique ſoli ſervias. Obſervandum autem, quod hæc particula proprie ac tantum ad Iſraëlitas pertineat, qui vel per ſe, vel per ſuos majores in ſervitute Ægyptiaca fuerunt: nobis in nov. teſt. longe majus beneficium Deus per Filium præſtitit, qui ſua paſſione & morte ex regno ſatanæ nos liberavit, cujus typus fuit corporalis illa liberatio Iſraëlitis præſtita. Jer. XXIII. 7. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicent ultra: vivit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de terra Ægypti.*

Virtutes primo præcepto mandatæ.

§. LVII Verba primi præcepti: *Non habebis deos alienos coram me*, nervoſe expoſuit Chemnitius in cap. de primo præcepto, ubi oſtendit deos novos, deos alienos, deos poſteros, deos ſpurios, & in genere omnem idololatriam non exteriorem tantum, ſed etiam interiorem prohiberi, cum diſerte addat Dominus: *Non habebis deos alienos coram me*, coram facie mea: jam vero Deus corda & renes ſcrutatur, oculi ejus ſole lucidiores abſconditum noſtrum intuentur, quando idola in corde erigimus. Ezech. XIV. 7. Quæ virtutes in hoc primo præcepto mandentur, id ex verbis: *Ego ſum Jehovah Deus tuus*, & ex antitheſi, *non*

ſint

ſunt tibi dii alieni coram me, abunde cognoſci poteſt, præſertim ſi conjungatur explicatio prophetarum ac apoſtolorum. 1) Si non habendi ſunt dii alieni, ſed unus ſolus verus Deus habendus, utique ex verbo ſuo recte erit agnoſcendus, ac proinde prima primi præcepti virtus eſt Dei agnitio. Jer. IX. 24. *Ego ſum Dominus, faciens miſericordiam & judicium, qui gloriatur, in hoc glorietur, ſcire & noſſe me.* 2) Si Deus eſt noſter Deus, & quidem fortis zelotes, utique ergo timendus, ac proinde pertinet ad primum præceptum timor Dei. Mal. I. 6. *Si Pater veſter ſum, ubi eſt honor meus? Si Dominus, ubi eſt timor meus?* 3) Si Deus eſt noſter Deus, hoc eſt, qui non ſolum nos creavit & conſervat, ſed etiam peculiaribus beneficiis eccleſiæ propriis nos ſibi adſtringit, utique erit diligendus, ac proinde ad primum præceptum pertinet dilectio Dei, Deut. X. 20. *Dominum Deum tuum timebis, illique adhærebis*, v. 21. *ipſe eſt Deus tuus.* 4) Si Deus eſt noſter Deus, hoc eſt, qui peculiari gratia nos complectitur, utique fiducia cordis in ipſum collocanda: pertinet igitur ad primum præceptum fides, Eſa. XLV. 22. *Confugite ad me & ſalvi eritis, quia ego ſum Deus, & non eſt alius.* 5) Si Deus eſt noſter Deus, hoc eſt, qui bonitatem ſuam manifeſtis indiciis declaravit, utique in eum ſperandum, ac proinde etiam ſpes pertinet ad primum præceptum. Pſ. VII. 1. *Domine, Deus meus, in te ſperabo.* 6) Ex fide, ſpe & dilectione oritur patientia, quæ præſtat Deo obedientiam in calamitatibus cum tranquillitate animi conjunctam. Si enim vere credimus, paterno animo crucem imponi, ac tandem auxilium Dei nobis adfulſurum, cur detrectemus jugum crucis ſuſcipere? 7) Ex agnitione divinæ majeſtatis & timore Dei oritur humilitas, quæ omnia bona a Deo deſcendere agnoſcit, reverenter ſe Deo ſubjicit, ipſi ſoli omnem gloriam tribuit, infirmitatem contra humanam agnoſcit & deplorat, nec majora viribus vel vocatione ſua adpetit, ſed intra metas vocationis ſeſe continet; nec alios deſpicit, ſed ſuum illis locum ac honorem tribuit &c. 1 Petr. V. 6. *Humiliamini ſub potenti manu Dei.* Porro ea, quæ in primo præcepto ſibi deberi Deus oſtendit, duplicis potiſſimum ſunt generis. *Quædam* enim ita competunt ſoli Deo, ut ſi vel minimum quidpiam decerpas, & cum re creata quacunque communices, illico in hoc præceptum impingas, verbi gratia, fides & ſpes ſalutis, cultus adorationis, &c. *quædam*, licet ſoli Deo non conveniant, in ſummo tamen gradu ad Deum unice referenda, ut dilectio, obedientia, timor, &c. Bernhardus ſerm. LXXXIII. in Cant. *Exigit Deus timeri ut Dominus, honorari ut pater, amari ut ſponſus.*

§. LVIII. Hic vero latiſſimus ſeſe adperiret campus de ſingulis hiſce virtutibus dicendi, nimirum: 1) quid ſingulæ virtutes complectantur: 2) quæ cauſæ nos ad ſingulas impellere debeant: 3) quæ promiſſiones ſingulis adnexæ: 4) quibus exemplis veritas promiſſionum divinarum demonſtrata, quæ omnia ex concionibus prophetarum, Chriſti & apoſtolorum abunde peti poſſunt, & ab induſtrio ſcripturæ interprete huc referri debent; ſed inſtituti noſtri ratio hoc in loco id agendum ſuſcipere non permittit, ſufficit digitum ad fontes intendiſſe. Exempli gratia: dilectio Dei complectitur conſiderationem bonitatis & miſericordiæ divinæ, memoriam beneficiorum corporalium & ſpiritualium, conſiderationem promiſſionum futuræ vitæ, obedientiam Deo debitam, &c. Diligendus ergo Deus, a) quia eſt ſummum bonum: b) quia eſt bonum αὐτοτελὲς, ſumma pulchritudo, ſummus theſaurus, ſumma ſapientia: c) quia prior nos dilexit: d) quia per dilectionem Deo ſociamur: e) quia proxima via ad ſalutarem & practicam Dei cognitionem eſt ipſius amor: f) quia ſolus Deus animæ deſiderium explere poteſt: g) quia Deus diligentes & dilectos beatos facit: h) quia Deus ſe profitetur ſponſum noſtrum, &c. Hæc omnia dictis & exemplis ſcripturæ illuſtranda, & quid in concionibus prophetarum, Chriſti & apoſtolorum de ſingulis virtutibus exſtet, diligenter adnotandum eſt. Tanta certe in decalo-

go comprehenſa eſt ſapientia, quæ in hac vita exhauriri nunquam poterit.

Peccata contra primum præceptum.

§. LIX. Peccata contra primum præceptum pugnantia breviter comprehenduntur nomine alienorum deorum ac idololatriæ. *Non habebis Deos alienos coram me; non facies tibi ſculptile, non adorabis, nec coles ea*; ſed illa brevitas evolvenda eſt. Oſtendimus ſuperius §.XLV. membro 5. ex immotis ſcripturæ dictis, quandocunque alicui rei vel *naturali* vel *artificiali* tribuitur gloria, quæ ſoli Deo debetur, inde fieri deum alienum; jam vero hæc eſt gloria ſoli Deo debita, quod ſuper omnia timendus ac diligendus; quod omnis in ipſum collocanda cordis fiducia; quod ab ipſo omnia ad nos deſcendunt bona; quod ipſe ſolus noſter ſalvator & liberator. Ergo quæcunque creatura magis timetur ac diligitur, quam Deus, efficitur deus alienus; quandocunque ita confiditur ac obeditur alicui rei, ut propterea violetur mandatum Dei, fit inde deus alienus: quando beneficia accepta referimus non Deo, ſed creaturis, quando quærimus alios ſalvatores & liberatores, quam verum Deum, facimus nobis deos alienos. Sic 2 Cor. IV. 4. *ſatan* dicitur *deus hujus ſeculi*, nimirum quia homines hujus ſeculi ipſius ſuggeſtionibus magis obediunt, quam Dei mandatis. Phil. III. 19. *Venter* vocatur *deus pſeudoapoſtolorum*, quia non quærunt Chriſti gloriam, ſed ventris commoda. Ita avaro pecunia eſt deus alienus, *qui ponit aurum ſpem ſuam, & auro dicit, fiducia mea es*; Job. XXXI. 24. non timet Deum, quo minus in corradendis pecuniis mandata Dei violet, non confidit Deo, ut curam ventris ei committat.

Species idololatriæ.

§. LX. Idololatriæ *ſpecies* conſtitui poſſunt variæ. Eſt enim idololatria quædam *craſſa*, quædam vero *ſubtilis*. Ad illam referendum, ſi lapides, ligna ac metalla aliquid divinitatis habere ſtatuuntur; ad hanc, ſi interius quoddam idolum in corde erigitur, cui divinus honor tribuitur. Alii hac utuntur diſtinctione. *Prima* ſpecies idololatriæ eſt, cum divine colitur id, quod non eſt verus Deus, ſive ſit res naturalis, ut ſol, luna &c. ſive manu hominum facta, ut ſculptilia, &c. *Altera* ſpecies eſt, cum verus Deus colitur non divine, hoc eſt, cum verus Deus aliter colitur, quam ſe in verbo coli præcepit. Sic Iſraëlitæ erant idololatræ, cum fabricarent aureum vitulum, cui tribuebant nomen veri Dei, non quod ſtatuerent, illum vitulum eſſe æternam & infinitam illam eſſentiam divinam, rerum omnium conditricem, ſed quia meminerant, Ægyptios tali ritu deos ſuos colere, & omnibus bonis circumfluere, ideo voluerunt etiam verum Deum, qui ex Ægypto ipſos eduxerat, hoc cultus genere honorare. Hoc ſenſu omnes ἐθελοθρησκείαι ſunt ſpecies idololatriæ, quicunque enim verum Deum aliter colit, quam ſe in verbo coli præcepit, is cogitationes cordis ſui verbo Dei & ſic Deo ipſi præfert. Denique ut duæ ſunt idolorum ſpecies, quædam ſunt interiora, quædam exteriora: ita quoque duæ ſunt cultus religioſi partes: una *interior*, qua in corde ſtatuitur, aliquid divinitatis idolis ineſſe, reverentiam quandam religioſam illis deberi: altera *exterior*, qua animus iſte proſternendo corpus, genua flectendo, caput aperiendo, &c. declaratur. Obſervandum hoc loco, quod idolum ſit vocabulum relativum, *materiale* ejus ſunt lapides, ligna, metalla, imo & creaturæ Dei, ſol, ſtellæ, &c. hoc reſpectu *idola gentium* dicuntur *aurum & argentum*; Pſal. CXV. 4. *formale* idoli eſt conceptus mentis, tribuens vel creaturæ Dei, vel facturæ manuum hominis aliquid divini honoris, quæ notio & conceptus mentis cum ſit vaniſſimus, ideo hoc reſpectu dicitur *idolum nihil eſſe in mundo*: 1 Cor. VIII. 4. hoc eſt, nihil per ſe ſubſiſtens: ratione finis *dii gentium* dicuntur *dæmonia*, Pſal. XCVI. 5. quando enim divinus honor tribuitur idolis, tum non ligno aut lapidi, vel ſoli, ſed diabolo, cultus iſtius auctori, honor defertur. Pſal. CVI. 37.

§. LXI. Poſſunt etiam peccata contra primum præceptum ex ἀντιθέσει virtutum ſuperius enumeratarum colligi. Cum vera Dei agnitione pugnant ignorantia veri Dei & voluntatis ejus, eaque vel *innata* vel *adfectata*, falſæ opi-

opiniones de Dei eſſentia ac voluntate, ἐθελοθρησκεία, dubitationes de Deo, abnegatio veri Dei, idololatria, &c. Cum timore Dei pugnant ſecuritas carnalis, vanus hominum timor, &c. Cum dilectione Dei pugnant odium Dei, inobedientia erga Deum, inordinatus amor ſui & creaturarum, hypocritica dilectio, &c. Cum fide pugnant ἀπιστία, ὀλιγοπιστία, fides hypocritica, fides temporaria, diffidentia, tentatio Dei, qua ex fiducia propriæ ſapientiæ diſceditur a verbo & obedientia Dei, &c. Cum ſpe pugnant deſperatio, quæ honorem veritatis & miſericordiæ Deo denegat, dubitatio de liberatione & perſeverantia finali. Cum patientia pugnat impatientia; murmuratio adverſus Deum in calamitatibus, quæ denegat Deo honorem ſapientiæ ac juſtitiæ, inquietudo cordis Deo ſe ſubjicere detrectantis, temeritas accerſens ſibi ſponte mala. Cum humilitate pugnat ſuperbia, cujus ſpecies variæ, hypocritica humilitas &c.

Appendix primi præcepti.

§. LXII. Appendix ſive pars εἰδικὴ primi præcepti de non faciendis ſculptilibus ad cultum tractat, ac proinde peculiarem deorum alienorum ſpeciem exprimit. Vivebant Iſraëlitæ in medio gentilium, ante menſes duos Ægypto exierant, cujus incolis uſitatiſſima fuit ratio exprimendi & colendi Deum ſub ſpecie imaginum, quid quod ritibus Ægyptiorum ſeſe conformare cœperant Joſ. XXIV. 14. ideo peculiariter hanc idololatriæ ſpeciem in ſolenni illa legis ſuæ promulgatione Deus prohibere voluit. Sed enim cum non ſolum ſuperioribus ſeculis, ſed etiam noſtro tempore diſputatio de imaginibus magnas eccleſiæ turbas dederit, aliis quidem imagines ſimpliciter hoc præcepto prohibitas eſſe contendentibus, aliis e diverſo cultum imaginum eodem prohibitum adhuc propugnantibus, aliis media via inſiſtentibus, & imagines ad habendum quidem, non tamen ad colendum Chriſtiano populo conceſſas eſſe demonſtrantibus (*). ideo

(*) Beza in coll. Mompelg. p. 416. *Imagines in ſacris locis non judico collocandas, niſi valde circumſpecte caveatur, ne occaſionem idololatriæ dent.* (ergo illa circumſpectione adhibita etiam in templis collocari poſſunt) p. 420. *Pictura antiqui dierum in Daniele non ideo propoſita eſt, ut pingatur: quamvis non negem, ejusmodi pingere non eſſe peccatum, ſed adiaphoron.* Zach. Urſinus in explic. catech. part. IV. p. 118. *Non ſimpliciter hic probibetur a Deo facere vel fieri imagines, quia ſic damnaretur ars pictoria, ſculptoria, fuſoria, textoria, quam inter eximia & vitæ humanæ utilia Dei dona ſcriptura numerat; Exod. XXXI. 3. XXXV. 31. Sir. XXXVIII. 28. damnaretur etiam proprium opus artis. Et Salomon in ſolio ſuo leones & in templo palmas & cherubim juſſu Dei ſculpi curavit.* Witakerus contra Rainold. cap. XI. pag. 291. *Non pictura, ſed cultus, idolum facit. Picturæ Jovis & Martis ſecundum receptum hujus verbi uſum idola non erant, niſi eos homines adoraſſent: ita etiam ſanctorum imagines, ſi ad ſacrum cultum transferantur, qua ratione* (Pontificii) *eas ſacras imagines adpellatis, non aliud ſunt, quam profana, impia & abominanda idola.* Vorſtius in cauſis deſerti papatus diſp. V. theſi. 10. *Omnium rerum creatarum, licet inviſibilium, imagines omnino per ſe licitæ ſunt, nec niſi per accidens in Dei verbo prohibentur, id eſt, propter accedentem idololatricum cultum, item obſcœnitatem ac turpitudinem, aut ſimilem aliquem cultum. Vide Exod. XXV & XXXI. & XXXV. Item Num. XXI. & 1 Reg. VI. & VII. ubi Deus ipſe cherubinos & alias id genus imagines exprimi curavit. Vide etiam Exod XX. Lev. XXVI. Eſa. XLII. ubi tales imagines non niſi reſpectu idololatriæ & ſimilis alicujus abuſus probibitæ dicuntur.* Idem in coroll. illius diſputationis: *Imagines in templis noxiæ ſunt, ſi vel opinio neceſſitatis, vel evidens idololatriæ periculum, aut certum infirmorum offendiculum, aut ſimilis abuſus accedat. Si tamen nihil horum vere ſit, ac ne futurum quidem eſſe juſte metuatur, tum non minus in templis, quam in ædibus privatis, illæ haberi aut ſaltem tolerari poſſunt, quippe quæ per ſe ſunt adiaphoræ.* Et paulo poſt. *In auferendis imaginibus duo præcipue ſpectanda: 1) ut publica Chriſtiani magiſtratus aut totius eccleſiæ auctoritas accedat, neque per vim aut ſeditionem popularem, neque ex privata paucorum voluntate aliquid hic fiat; 2) ut magiſtratu procurante eccleſia ipſa ſufficienter ex Dei verbo erudiatur, quid de re tota ſentiendum ſit, priusquam ad exſecutionem veniatur, atque ita idola prius ex animis, quam ex oculis hominum auferantur.* Martyr in locis claſſ. II. cap. V. §. X. in 1 Reg. VII. f. 53. *Chriſtus, quatenus homo eſt, & fingi & pingi poteſt. Non enim id pugnat cum rei natura, cum homo vere fuerit, neque cum arte pingendi, quæ corpora imitari poteſt.* Et paulo poſt: *Parum mihi ſynodi 7. probatur*

ideo operæ pretium erit, exactius in genuinam hujus præcepti ſententiam inquirere, ubi merito commendamus eruditiſſimum tractatum Jo. Schroederi de imaginibus an. 1606. editum, qui totam hanc de imaginibus controverſiam copioſiſſime & perfectiſſime expoſuit.

An imagines ſimpliciter ſint prohibitæ.

§. LXIII. Sententia noſtra eſt, in hac primi præcepti appendice, quatenus eſt moralis, non *ſimpliciter* & *abſolute* ſculptilium ac imaginum facturam prohibitam eſſe, ſed tantum *ſecundum quid*, hoc eſt, ratione cultus. Id quidem ſic exprimunt, εἰδωλοποιΐαν, non autem εἰκονοποιΐαν hoc præcepto prohibitam, cum non omnis imago ſit idolum, ſed tum demum fiat idolum, quando adorari & coli incipit. Auctor librorum de imaginibus, qui ſub nomine Caroli magni circumferuntur, lib. IV. pag. 18. *Nos imagines in baſilicis poſitas idola non nuncupamus, ſed ne idola nuncupentur, adorare & colere eas recuſamus.* Urſinus in catech. p. 718. diſtinctionem inter *imaginem* & *idolum* dicit ineptam eſſe, cum εἴδωλον ratione etymi idem ſit, quod forma, ſpecies, imago; ac proinde non poſſe diſcrimen tale ſtatui, quod ſimulacrum ſignificet imaginem rei vere exiſtentis, idolum autem imaginem rei fictitiæ. *Reſp.* Concedimus ſane ratione etymi εἴδωλον idem eſſe, quod Latinis eſt *imago*, interim tamen uſu ſcripturæ & eccleſiæ nullum eſt idolum, niſi quod ad cultum proſtat, quod poteſt eſſe rei vel *exiſtentis* vel *fictitiæ*; ſi ſol, luna, ſtellæ adorentur, ſi ligna, lapides colantur, fiunt idola; ſi fingitur peculiaris modus Deum colendi extra verbi divini limites, itidem in corde idolum erigitur.

§. LXIV. Notanter autem addimus, in hac primi præcepti appendice non prohiberi ſimpliciter εἰκονοποιΐαν, quatenus ſcilicet appendix illa eſt moralis. Diſputat Chemnitius in locis cap. de imaginib. pag. 203. omnino Judæis interdictum fuiſſe, imagines & ſculptilia in templo ponere, quod ex Joſepho lib. XVIII. cap. 5. colligi poſſe arbitratur, ſed notanter addit, hanc prohibitionem fuiſſe ceremonialem. Ergo ſi vel maxime obtineretur, facturam imaginum ſimpliciter hoc præcepto prohibitam eſſe, nondum tamen evictum foret, eadem prohibitione etiam nos Chriſtianos in novo teſtamento obligatos teneri, cum apoſtolus 1 Cor. VIII. 4. *idolum nihil eſſe* pronunciet. (ſublata ſcilicet opinione cultus & adorationis) *Quemadmodum circumciſio, quæ in vet. teſtam. neceſſaria fuit, in nov. teſtam. nihil eſt, hoc eſt, res indifferens eſt Gal. V. 6. ita quoque idolum nihil eſt, non eſt aliquid, quod poſſit vel ſanctificare vel contaminare.* Hæc Chemnitius.

§. LXV.

tur ratio, quæ ſi vera eſſet, non liceret ullum hominem pingere, quod anima, quæ ſpiritus eſt, nequeat exprimi. Ibid. *Angelos licet interdum pingere, prout ſe hominibus patefecerunt. Neque Dei præceptum id vetat, niſi fierent eorum ſigna, ut religioſe ac ſancte colerentur.* Hemmingius comm. in Joh. laudat eos, qui in templum imaginem Chriſti crucifixi collocant. Ludov. Crocius in adſert. Aug. conf. p. 456. *Picturas revelationum divinarum, extra caſum offendiculi & periculum idololatriæ, ut indifferentes cum Beza concedimus.* Zwinglius de vera & falſa relig. cap. ult. pag. 428 429. edit. Tigur. ann. 1525. *Statuas, imagines & ſimulacra, nemo tam ſtolidus eſt, qui putet abolendas eſſe, ubi nullus eis cultus exhibetur. Quem enim moveant cherubim, ſive myſterii, ſive ornatus gratia cum in propitiatorio, tum in cortinis opere phrygio volantes, aut palmæ, leones, boves, mala punica & id genus ornamenta in templo Salomonis artificioſe fabrefacta? Rurſus ubi coluntur, quis tam excors eſt, ne dicam perfidus, ut ferri debere putet? ſed certa ſcandali habita ratione.* Calvinus in catech. E. ij. *Non quamlibet ſimpliciter picturam vel ſculpturam his verbis damnari intelligendum eſt, ſed tantum imagines prohibemur facere in hunc finem, ut in illis Deum vel quæramus vel colamus, ſive, quod idem eſt, eas colamus in honorem Dei aut quoquo modo illis ad ſuperſtitionem & idololatriam abutamur.* Bened. Aretius probl. theol. part ult. cap. de idolol. p. 210. *In templis etiam picturæ interdum viſuntur citra religionem tamen, ut noſtrum templum foris habet in porticu maximo inciſum noviſſimum judicium, ſculptas quoque imagines virginum ſtultarum, & e contra adſtant ſculptæ & pictæ virgines quinque ſapientes expreſſis geſtibus mira arte, nemo tamen religionem illi tribuit, ſed ſinguli artem & ingenium hic admirantur.* GERHARDVS.

§. LXV. Simpliciſſimum autem ac verbis legis maxime congruum eſt ſtatuere, quod non contineatur in hoc præcepto abſoluta *εἰκονοποιΐας* prohibitio, ſed tantum ea, qua ad cultum imagines fiunt, quam ie vocant *εἰδωλοποιΐαν*, quod ſequentibus mamus argumentis. I) Ex genere judi- fieri poteſt de ſpecie. Jam vero generale rum primi præcepti hoc requirit, *ne habe- dii alieni*. Ergo pars hæc *εἰδικὴ* de non faci- culptilibus itidem intelligenda eſt hoc mo- per ſculptilia faciamus deos alienos, quod u atque adoratione. II) vers. 5. immediate ır: *Non adorabis, nec coles ea*, quæ verba ionem addunt prioribus, quatenus ſcili- quo fine ſculptilia fieri prohibeantur. vis vero iſta verba: *non adorabis, nec a*, per diſtinctionem *ſilluk* ſive *ſophpa-* antecedentibus diſtinguantur, ex eo ta- non poteſt inferri, quod diſtinctum a conſtituant præceptum, alias toties con- da forent nova præcepta, quoties in XX. & Deut. V. diſtinctio illa occurrit. eſunt exempla, in quibus verſus ſequens ionem atque explicationem præcedentis et, ſi vel maxime per *ſophpaſuk*, ab eo uatur; Deut. IV. 15. & ſeqq. idemque um habere oſtendit punctum *rebia*, quod *ſophpaſuk* ultimæ dictioni præcedentis incumbit, ac monet ſententiam de ima- s nondum finiri, ſed ejus declarationem uentibus expectandam eſſe, ideo LXX. retes intra unius periodi contextum ver- ıæ in Hebræo per *ſilluk* diviſa videntur, xerunt. *οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ ς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑπο- τῆς γῆς, οὐ προσκυνήσεις, οὐδὲ μὴ λα- ις αὐτοῖς.* III) Generalis promiſſio & inatio ſubjuncta oſtendit omnia præce- ad unum, videlicet primum de non ha- diis alienis pertinere præceptum. Ze- enim illa Dei huc ſpectat, quod non ferre deos alienos, ſicut maritus zeloty- n poteſt domi ſuæ ferre rivalem. Quod ſi præceptum de ſculptilibus eſt appendix ſive pars primi præcepti, evidenter ex eo colligitur, eatenus tantum imagines prohibitas eſſe, quatenus ex illis fiunt dii alieni. IV) vers. 23. ſubjungitur: *Non faciatis mecum deos argenteos, neque deos aureos facietis vobis.* Lev. XIX. 4. *Non convertatis vos ad idola, neque deos fuſiles faciatis vobis, ego Jehovah Deus veſter;* ubi adparet, argenteas aureasve imagines eo ſolum reſpectu fieri prohibitas, ne ſint dii, hoc eſt, ne proſtent ad idololatriam. V) Neve ulla reſtet dubitatio, conjungimus explicationem hujus præcepti traditam Lev. XXVI. 1. *Non faciatis vobis idola* (אֱלִילִם *deunculos*, alii deducunt a *vanitate* ſeu *ſtultitia*, alii volunt dictum quaſi אַל אֵל, *non Deus*) *& ſculptile, & ſtatuam non erigetis vobis, neque lapidem pictum ponetis in terra veſtra, ut incurvetis vos ei, ego enim Jehovah Deus veſter.* Quæ per *ſophpaſuk* Exod. XX. diremta videntur, ea hoc in loco ita contexuntur, ut unam eandemque ſententiam conſtituant. Quod in Exodo dicitur לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל׃ לֹא תִשְׁתַּחֲוֶה *non facies tibi ſculptile, non incurvabis te*, in hoc loco ſic exprimitur: לֹא תַעֲשׂוּ לָכֶם אֱלִילִם וּפֶסֶל לְהִשְׁתַּחֲוֹת עָלֶיהָ *Non facietis vobis idola & ſculptile*, &c. *ad incurvandum*, vel *ut incurvetis vos ei*, qui locus vel unicus totam hanc terminare deberet controverſiam, cum evidentiſſime oſtendat, certo reſpectu, videlicet adorationis & incurvationis cauſa, imagines fieri, prohibitum eſſe. Petimus etiam ex hoc loco tale argumentum: Quo modo prohibitum eſt erigere ſtatuam, & ponere lapidem, eo etiam modo prohibetur facere ſculptile. Jam vero non quævis, ſed idololatrica lapidis ac ſtatuæ erectio ibi prohibetur. Ergo non quævis, ſed idololatrica ſculptilium factura prohibetur. Aſſumtum confirmant exempla eorum, qui tum ante legis promulgationem, tum poſt eam ſtatuas erexerunt ac lapides poſuerunt. Gen. XXVIII. 18. XXXI. 45. XXXV. 14. Joſ. XXIV. 26. 1 Sam. VII. 12. VI) Denique Deut. IV. 15. & ſeqq. repetitur hoc præceptum: *Cavete diligenter animabus veſtris, (non enim vidiſtis ullam imaginem die,*

quo locutus eſt Jehovah ad vos) ne forte corrumpatis vias veſtras, & faciatis vobis ſculptile aut imaginem ullius ſimulacri, effigiem maſculi aut fœminæ, effigiem cujuscunque animalis, quod in terra, effigiem cujuscunque alatæ, quæ volet per cœlum, effigiem cujuscunque repentis in terra, effigiem cujuscunque piſcis, qui in aqua, ſub terra, neve attollas oculos tuos in cœlum, & videas ſolem & lunam, & incurves te illis, colasque ea, &c. Hic locus, præterquam quod diſerte exprimit, eo fine prohibitam eſſe ſculptilium facturam, ne incurvemus nos eis, ſuppeditat duplex ſententiæ noſtræ argumentum: aut imaginum illæ ſpecies enumeratæ omnes ſunt ſimpliciter prohibitæ, aut tantum ratione finis, ſcilicet cultus; ſi prius, nec hominis, nec volucris, nec piſcis, nec ullius animalis imago habenda erit: & quia præceptum generale eſt, ne quidem in privatis ædibus, in libris medicorum, in monetis, in inſignibus eas habere licebit, quod abſurdum. Si poſterius, evicta eſt noſtra ſententia. Viciſſim: quo modo prohibitum, attollere oculos in cœlum, & videre ſolem & lunam & ſtellas, omnem militiam cœli, eo etiam modo prohibitum, facere ſculptile; (de paribus enim idem eſt judicium.) Atqui non niſi ratione finis vitioſi, ſcilicet cultus idololatrici, prohibitum eſt, oculos attollere in cœlum, & videre ſolem & lunam & ſtellas. Ergo etiam non niſi idololatrica ſculptilium factura præcepto Dei prohibetur.

§. LXVI. Atque hæc noſtræ interpretationis fundamenta ex ipſis textus viſceribus ſunt petita, quibus addi poſſunt ſequentia ex aliis Scripturæ locis & ex ipſa re deprompta. I) Quicquid a Deo ipſo factum ac fieri præceptum, id moraliter in lege non eſt prohibitum. (Lex eſt norma voluntatis divinæ, & ea quidem immota, dici ergo nequit, Deum ea facere aut præcipere, quæ cum norma legis ſuæ pugnant.) Jam vero Deus ipſe fecit, & præcepit fieri imagines: Exod. XXV. 40. oſtendit Moſi in monte imaginem tabernaculi; Num. XXI. 9. jubet erigere ſerpentem æneum, quem cum percuſſi ab igniti ſerpentibus adſpicerent, ſanabantur. Exod XXXV. 30. & ſeqq. Bezaleel & Ohaliabus implentur Spiritu Dei, ſapientia, intelligentia & ſcientia in omni opere, ad excogitandum & faciendum opus in auro & argento, &c. quo pertinent viſiones propheticæ vet. ac nov. teſt. II) Quod natura ipſa facit, id Deo non eſt ſimpliciter exoſum, loquor autem de natura inſtituta, non autem per peccatum in homine corrupta. Definientibus philoſophis natura eſt potentia Dei ordinaria. Proinde quod natura, qua talis, facit, illud Deus odio non habet. Jam vero tota rerum univerſitas figuris & imaginibus plena eſt. Imago e corpore emanans recipitur in aqua, in ſpeculo &c. in ſuperiore aëris regione varia formantur φαινόμενα, ut irides, trabes, confligentes exercitus, cruces, parelii, paraſelenæ &c. Socrates lib. II. cap. XXIV. refert, ſignum ſervatoris in oriente adparuiſſe, cum columna crucis effigiem exprimens in cœlo viſa maximam intuentibus excitaret admirationem. Hemmingius annotat, eandem Chriſti imaginem cum corona ſpinea anno 1561. in cœlo viſam. Similia oſtenta anno 1549. 1554. 1559 viſa eſſe teſtatur Fincelius. Cognitio noſtra fit per ſpecies, quas vocant intelligibiles, quæ nihil aliud ſunt, quam interiores, ſpiritales atque ἄυλοι imagines. III) Quicquid ut pars levitici cultus a Deo ipſo inſtitutum, illud lege morali non eſt prohibitum, alias lex moralis & ceremonialis invicem pugnarent. Jam vero imagines in tabernaculo fieri, a Deo ipſo eſt inſtitutum, ut cherubin Exod. XXV. 18. mala punica, c. XXVIII. 33. &c. quo pertinent variæ illæ imagines in templo Salomonis 1 Reg. VI & VII. 2. Paral. III & IV. quas Deo haud quaquam diſplicuiſſe ex eo patet, quod gloria Domini templum illud miraculoſe implebat. 1 Reg. VIII. 11. IV) Quicquid Iſraëlitis fuit liberum, id non eſt lege aliqua morali ſimpliciter prohibitum. Atqui uſus imaginum fuit Iſraëlitis liber, quod non ſolum ex variis illis imaginibus in templo Salomonis adparet, ſed cumprimis ex hiſtoria Joſ. XXII. Rubenitæ, Gaditæ & dimidia tribus Manaſſe extruunt altare e regione terræ Canaan in confinibus Jordanis v. 11. hoc nomine accuſantur ab aliis popu-

lis Iſraëlitici tribubus, ac ſi eſſent legis divi- rævaricatores, v. 16. cum vero inſtituti ſui ınes exponerent, quod non cultus alicujus olatrici, ſed memorialis cujusdam gratia id rint, v. 27. placuit hæc res in oculis filio- Iſraël v. 33. Arca Domini poterat ſecum rare mures aureos & quinque anus aureas, non proſtarent ad cultum idololatricum, dolum Dagon concidit a facie arcæ, quip- ıuæ ſtatua erat idololatrica, 1 Sam. V & VI. ıpore Salomonis potuit Deus boves fuſiles emplo tolerare, ſed vitulos in Bethel & odio habebat, quippe qui proſtabant ad olatriam, figuris certe non diſtabant, ſed ım fine. De ſiclo templi Iſraëlitis uſitato rtur, quod ab una parte habuerit imagi- ı virgæ Aaronis, ab altera caliculum thu- V) Quicquid in primitiva nov. teſt. eccle- ſt libere uſurpatum, id non eſt voce legis alis prohibitum, quia lex moralis non mi- in nov. teſt. Chriſtianos obligat, quam in teſt. Iſraëlitas. Atqui imaginum uſus in ıitiva nov. teſt. eccleſia liber fuit habitus. or. VIII. 4. *Idolum nihil eſt in mundo.* Do- apoſtolus idolothytorum eſum per ſe non taminare Chriſtianum, cum idolum nihil ı mundo, ita, ut ſine conſcientiæ labe tolera- oſſit ab iis, qui pro idolo non habent. Si ido- hoc modo tolerari poterit a Chriſtianis, to magis tolerari, imo haberi poſſunt ſan- um imagines in noſtris templis. Act. XXVII. XVIII. *Paulus vehitur in navi Alexandri- cujus inſigne erat imago Caſtoris & Pol- t.*

ptio- adver- rum. templo- ibitas imagi- ies. §. LXVII. Excipit Urſinus in catech. part. III. p. 718. I) hanc non eſſe ſuam ac ſuorum hominum ſententiam, quod ſimpliciter lege Dei prohibitum ſit ſimulacra, ſtatuas, imagines fieri vel habere, ſed illas tantum imagines ac ſtatuas prohibitas eſſe, a) quæ ad repræ- ſandum aut colendum Deum effinguntur: b) quæ in templis, in compitis, vel alibi ad cultum Dei vel ad ornatum periculoſum ponuntur: licitas contra imagines creaturarum eſſe, quæ extra templum citra periculum & ſpeciem idololatriæ, ſuperſtitionis aut ſcandali, ad uſum politicum, hoc eſt hiſtoricum, aut ſymbolum vel ad honeſtum ornatum fiunt. Ita quoque Caſſellani in antiq. fide Cattorum p. 89. domi privatim licet habere imagines apoſtolorum, quamprimum autem conſtituuntur in templo, exerces per illas idololatriam. *Reſp.* 1) Deus, cum ſit ſpiritus, adeoque eſſentia inviſibilis & infinita, per ſe & quoad eſſentiam pingi non poteſt: cumque nulli rei creatæ ſit ſimilis, ideo non debet rei alicujus creatæ imago pingi, qua Deus repræſentetur, maxime cum diſerto præcepto id ſit prohibitum; Deut. IV. 15. qua in parte Urſino nemo noſtrum contradicit. Sed ſecures, bipennes, vectes & mallei adverſariorum εἰκονομάχων teſtantur, quod ſtatuant, illas etiam picturas eſſe prohibitas, quibus hiſtoriæ manifeſtationes, in quibus ſancta Trias ſeſe revelavit, depinguntur, quod ex verbis legis Moſaicæ demonſtrare nunquam poterunt. Neque enim reſtrictio illa additur; non facies tibi ſculptile aut imaginem, qua repræſentes manifeſtationem Dei ſive tales res, quibus ſe Deus manifeſtavit, neque poteſt ex antecedentibus vel conſequentibus iſta reſtrictio probari; ſed in genere prohibentur omnes imagines κατά τι, videlicet certo reſpectu & fine, ne adorentur & colantur. Ac ſi vel maxime nunquam pingatur, nunquam fingatur, nunquam oculis hominis objiciatur talis imago, tamen quando manifeſtationes illas Dei, quibus Pater in forma antiqui dierum: Dan. VII. 13. Filius in adſumta carne: 1 Tim. III. 16. Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ Matth. III. 16. ſeſe revelavit, & oculis hominum olim quaſi conſpiciendum præbuit; quando, inquam, manifeſtationes illas recitari audimus, vel easdem in ſcripturis legimus, ſtatim mens noſtra ſibi interius tales imagines format; neque enim ſpecies intelligibiles quicquam aliud ſunt, quam ſpiritales & inter-

internæ rerum imagines (*). Nullum igitur a pictura illarum manifeſtationum proprie & per ſe imminet periculum, cum non cultus, ſed memoriæ & ornatus cauſa depinguntur. Viderint autem adverſarii, annon ipſimet idolum in cordibus auditorum erigant, Ezech. XIV. 7. quando aliam Dei imaginem ipſis imprimunt, quam in verbo ſe ipſum manifeſtavit, dum docent, ipſum abſoluto quodam decreto maximam hominum partem æterno exitio devoviſſe, ipſum multis offerre verbum, quos tamen converti ſerio non velit; nunquam fuiſſe tempus, quo voluerit omnium miſereri &c. Ac ſi hiſtorica illa manifeſtationum divinarum pictura ſimpliciter eſt Dei lege prohibita, quo jure concedit Martyr in comment. 1 Reg. VII. claſſ. II. locor. commun. c. V. §. 10. *Chriſtum quoad humanam naturam pingi poſſe?* cui tamen hoſtiliter contradicit Beza, quando in colloq. Mompelg. p. 418. *ſe ex animo deteſtari imaginem crucifixi*, publice fatetur. Idem tamen in coll. Momp. pag. 420. fatetur, non eſſe peccatum, ſed ἀδιάφορον, manifeſtationem illam Patris in forma antiqui dierum depingere. 2) Ubi vero additur reſtrictio illa, quod imagines domi habere liceat, in templo non liceat, verba legis generalia ſunt, *non facies tibi ſculptile, nec ullam ſimilitudinem.* Annon in ipſo templo ex Dei inſtitutione fuerunt cherubin aliæque imagines complures? Ac ſi vel maxime Judæis non licuit ullas templo Hieroſolymitano inferre imagines, quod ſtatuiſſe videntur ex Joſepho lib. XVIII. c. XV. illud tamen in nov. teſt. jamdudum tanquam ceremoniale fuiſſet antiquatum & abrogatum. Ratio templorum, quibus utimur, tota eſt ceremonialis, quicquid igitur extra templa nobis Chriſtianis eſt conceſſum, idem intra templa morali aliqua lege non eſt prohibitum. Salomon fecit boves fuſiles in templo 1 Reg. VII. 25. Jeroboamus vitulos ſuos aureos extra templum in Dan & Bethel erexit 1 Reg. XII. 28. 29. nihilo tamen minus boves fuſiles Salomonis a Deo adprobantur, vituli aurei Jeroboami damnantur.

LXVIII. II) Excipit Urſinus ulterius pag. 720. Deo quidem licuit, ſe manifeſtare, quocunque modo ipſi placet, nulli autem creaturæ licet Deum ſigno, quo ipſe non juſſit, repræſentare. Deinde ſpecies illæ habebant promiſſionem præſentiæ & exauditionis Dei ad illas, quod de ſimulacris illas imitantibus dici nequit. Denique ſpecies illæ erant tranſitoriæ, tantiſper manebant, donec illis Deus ad patefactionem ſui uti volebat, ideoque ad idololatriam rapi non poterant: ſtatuæ vero & picturæ, quas homines ad patefactiones divinas repræſentandas faciunt, neque ad patefactiones Dei, neque ad repræſentationem patefactionum ſunt a Deo ordinatæ, proinde ſunt objectum & occaſio idololatriæ. *Reſp.* 1) Quamvis Deus non juſſerit, manifeſtationes illas depingere, tamen nec pingi prohibuit, adiaphorum igitur eſt & in chriſtiana libertate relictum. 2) Picturis illis non dicimus Deum ipſum, ſive ipſam Dei eſſentiam repræſentari, quod fieri nec poteſt nec debet, unde in concil. Eliberitano (**) can. XXXVI. recte prohibitum,

2. Manifeſtationes Dei non licere depingere.

(*) *Quæcunque verbis pie deſcribuntur, & juxta deſcriptionis illius tenorem animo tanquam ſpeculo imprimuntur, & ſecundum illum animi conceptum efferuntur ad alios, ut & ipſi percipiant, illa non minus pie etiam penicillo & coloribus depingi, & ob oculos poni poſſunt, ut eadem plane imago & non diverſa animo concipiatur ſive per oculos ex pictura, ſive per aures per expreſſa verba, quo accommodari poteſt phraſis Paulina* Gal. III. 1. οἷς κατ᾽ ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος. Hæc ex MENZERI diſput. II. contra Pierium coroll. 2. adnotavit GERHARDVS.

(**) Concilium hocce in Hiſpania fuit habitum anno *CCCIII.* quo tempore de cultu imaginum nemo adhuc cogitabat. Proinde verba *canonis XXXVI.* non poſſunt de adoratione ſanctorum, vel imaginum exponi, prout ex eccleſiæ Romanæ doctoribus canonem hunc explicare anniſi ſunt ALBASPINÆVS, & MENDOZA, itemque JO. BONA, pater purpuratus, *libr. I. rerum liturg. cap. XVI.* §. 2. *fol. 236.* edit. Antverp. ſed prohibentur hic ſpeciatim imagines divinitatis. Vid. de hoc canone b. cancell. PFAFFII *ſtricturas Anti-Riberianas* §. *XXVII. p. 16.*

tum, *ne id, quod adoratur & colitur, in parietibus depingatur*; ſed res illæ, in quibus Deus ſeſe manifeſtavit, & conſpiciendum quaſi præbuit, depinguntur. 3) Quamvis ſpecies illæ habuerint teſtimonium præſentiæ Dei peculiaris ad illos, quo pictura illarum ſpecierum deſtituitur; ex eo tamen nondum inferri poteſt, ſimpliciter & abſolute prohibitum eſſe, manifeſtationes illas exprimere. Martyr quoad humanam naturam Chriſtum pingi poſſe concedit, qui procul dubio in illa pictura perſonalem τῶ λόγω ἐνοίκησιν non agnoſcit, quam tamen adſumtæ carni, in qua λόγος ſeſe manifeſtavit, neceſſario tribuere cogitur. 4) Nec directa fuit vel etiam dirigi debuit adoratio ad ſpecies illas, in quibus ſe Deus manifeſtavit, ſed ad Deum, qui in illis ſe patefecit, (ubi tamen excipitur adſumta Chriſti caro, quippe quæ cum λόγω perſonaliter unita, ideoque una adoratione Chriſtus ut Deus & homo glorificandus eſt.) 5) Hiſtoricæ illæ picturæ *per ſe & ex ſe* non ſunt objectum & occaſio idololatriæ, alias in noſtris etiam eccleſiis religioſe colerentur, quod enim alicui rei per ſe convenit, id ſemper & omni convenit. Ex his facile reſponderi poterit ad reliquas Urſini exceptiones, quæ nituntur omnes hoc fundamento, quod imagines ſint ſimpliciter prohibitæ, & quod per ſe ſint cauſa idololatriæ.

3. Mandatum de fabricandis imaginibus fuiſſe ſpeciale.

§. LXIX. III) Contra fundamenta noſtræ ſententiæ ſuperius allata, hoc modo inſurgit Urſinus pag. 728. 1) *Mandatum Dei datum Moſi de fabricandis cherubin, & exemplum Salomonis templum Dei variis imaginibus exornantis fuerunt ſpecialia.* Reſp. Non dicimus, neceſſarias eſſe imagines in templis, quemadmodum fuerunt neceſſariæ Moſi, qui mandatum peculiare de illis accepit; dicimus autem, eas tolerari poſſe, idque ex teſtimoniis illis recte colligimus; quæ enim ſimpliciter lege morali ſunt prohibita, ea Deus nec præcipit, nec permittit. 2) *Imagines illæ non facile potuerunt trahi ad idololatriam.* Addunt alii, *cherubin fuiſſe in ſancto ſanctorum, ſicque a conſpectu populi remotas.* Reſp. An non ſerpens æneus ſucceſſu temporis fuit occaſio idololatriæ?

4. Imagines illas non potuiſſe facile tra-

-hi ad idololatriam.

2 Reg. XVIII. 4. *Ezechias ſuſtulit æneum ſerpentem, quem fecerat Moſe, quia usque ad dies illos filii Iſraëlis ſuffiebant ei*; an non aliæ imagines in tabernaculo Moſis & templo Salomonis in totius populi conſpectu fuerunt prohibitæ? Puritas ac ſinceritas verbi unicum ac certiſſimum eſt idololatriæ præcavendæ remedium, ſtante verbi puritate nullum erit ab imaginibus periculum; collapſa verbi ſinceritate proclivis eſt ad idololatriam lapſus, ſi vel maxime nullæ exſtent ſtatuæ vel imagines. Sol, luna, ſtellæ & omnis militia cœli occaſio fuit idololatriæ, deturbent igitur illas Dei creaturas e cœlo. Adde, quod non defendamus illas ſtatuas, quæ facile dant occaſionem idololatriæ, ſed hoc ab adverſariis obtinere cupimus, imagines non eſſe ſimpliciter & abſolute lege divina prohibitas. 3) *Imagines illæ in vet. teſt. fuerunt typicæ, jam vero per Chriſti adventum omnes typi ſublati.* Reſp. Sane imagines illæ fuerunt pars cultus levitici, ideoque neceſſariæ, quod de noſtris imaginibus hiſtoricis non dicimus. Quamvis imagines in novo teſtam. non ſint typi futurorum, tamen poſſunt eſſe memorialia præteritorum.

5. Imagines vet. teſt. fuiſſe typicas.

§. LXX. Maneat ergo firmum fixum, non omnem εἰκονοποιΐαν abſolute & ſimpliciter lege Dei prohiberi, ac proinde non omnem imaginum uſum eſſe interdictum. Quod utinam exactius perpendiſſent 338. patres ſynodi Conſtantinopolitanæ VII. ſub Conſtantino Copronymo anno Chriſti 753. vel ut alii volunt 754. habitæ, qui non ſolum imaginum cultum, ſed etiam ipſas imagines damnarunt, ac ne fierent, prohibuerunt. Verba decreti ſic habent: *Qui ab hoc die imaginem auſus fuerit ſibi parare aut adorare, aut in eccleſia, aut in privata domo conſtituere, aut clam habere, ſi epiſcopus fuerit, aut diaconus, deponitor: ſi vero ſolitarius aut laicus, anathemate percellitor, imperialibusque conſtitutionibus ſubjicitor, ut qui divinis decretis repugnet, & dogmata non obſervet.* Horum

rum exemplum ſuperiori ſeculo imitandum ſibi propoſuit Andreas Carolſtadius (de quo Philippus in epiſt. ad Frid. Myconium præfixa libello de euchariſt. ſcribit, quod fuerit *homo ferus, ſine ingenio, ſine doctrina, ſine ſenſu communi, in quo exſtiterint manifeſta ſigna impietatis* &c.) is bellum ἐικονοκλαςικὸν anno 1522. cum b. Lutherus in Pathmo ſuo lateret, Witebergæ redintegravit, & imagines ex templis ferrata manu exturbare non fuit veritus. (*) Videatur Sleidanus lib. III. hiſt. b. Lutherus tom. II. Jen. Germ. fol. 68. & ſeqq. (**) Quantos tumultus εἰκονοκλασία in Gallia, Belgio, quin & in Germaniæ quibusdam locis ſuperioribus annis excitaverit, non ignotum eſt. Monet quidem Urſinus in catech. p. 726. in abolitione imaginum & ſtatuarum duo diligenter obſervanda eſſe: 1) ut præmittatur doctrina de vero Dei cultu ante idolorum abolitionem: *Præcedat doctrina*, (ait) *& idola ſponte corruent.* 2) *Statuæ non debent tolli a privatis, ſed auctoritate publica ſive magiſtratuum, ſive populi, ſi penes eum ſit poteſtas publica, & in iis locis, in quibus eccleſia tenet imperium.* At num hæc ubique & ſemper fuerint a ſuæ fidei hominibus diligenter obſervata, ipſe viderit. Beza in colloq. Mompelg. f. 398 fateri cogitur, hujusmodi in Gallia in exortis tumultibus & civilibus bellis facta eſſe aliquo zelo, ſed non ſecundum ſcientiam, quoniam modum exceſſerint.

Variæ ſpecies imaginum.

§. LXXI. Antequam vero noſtram de imaginibus ſententiam exponamus, diſtinguendum erit inter imagines. (***) 1) Quædam ſunt idololatricæ. 2) Quædam inhoneſtæ & obſcœnæ. Scribit Ambr. Catharinus, *in excelſis templis ac ſacellis Italiæ offendi picturas tantæ laſciviæ, ut quicquid natura occuluit turpe, ibi liceat contemplari ad excitandam non devotionem, ſed cujusvis demortuæ carnis libidinem.* 3) Quædam ſuperſtitioſæ ac fabuloſæ. 4) Quædam typicæ. 5) Quædam hiſtoricæ. 6) Quædam ornatus cauſa efformatæ. Idololatricas & inhoneſtas picturas ſive ſtatuas per magiſtratum politicum abolendas eſſe dicimus. Superſtitioſæ ac

(*) Conſtat, quantum b. LVTHERVS improbaverit inconſultum CAROLSTADII in imagines impetum, cum ex arce Wartburgenſi Wittebergam rediiſſet. Conſtat quoque, eundem tum in libello *contra cœleſtes prophetas*, tum alibi in ſcriptis ſuis ſententiam eorum, qui imagines ſacras proſcribendas eſſe cenſent, conſutaſſe. Conſtat denique, eccleſiæ Reformatæ doctores, ad unum fere omnes, in hocce argumento a b. LVTHERO ejusque ſectatoribus plurimum diſſentire, nullasque admittere imagines ſacras. Sufficiat, ex iis heic adlegaſſe JO. CALVINVM *libr. I. inſtit. chriſt. relig. cap. II.* DAN. CHAMIERVM, in *panſtrat. cathol. tom. II. libr. XXI. cap. II & III.* ANDR. RIVETVM, *oper. tom. I. p 275. ſeqq.* & *p. 1253.* PETR. MOLINÆVM, in *theſ. theolog. de imagin. & idolis, part. I. §. 16. ſeqq.* in *theſauro diſp. theol. Sedanenſ. part. I. p. 266.* JO. DALLÆVM *libr. II. de imagin.* MOSEN AMYRALDVM, in *theſib. theol. de imaginibus*, quæ inſertæ ſunt *ſyntagmati theſ. theolog. Salmurienſ. part. III. p. 777. ſeqq.* CHRISTOPH. MASSONVM, ſive, qui fictum hocce nomen adſumſit, CHRISTIAN. BECMANNVM, in *anatomia univerſali triumphante, tom. III. p. 251 ſeqq.* JO. DALLÆVM, *de imaginibus*, FRID. SPANHEMIVM, in *hiſtoria imagin. reſtituta*, & JACOB. BASNAGIVM, in *hiſtoire de l'égliſe, libr. XXII. p. 1311. ſeqq.* Eandem amplexi ſunt ſententiam JO. ARMINII adſeclæ, vulgo *Remonſtrantes* adpellati, ſpeciatim SIM. EPISCOPIVS, *libr. III. inſtit. theol. ſect. III. cap. I. opp. tom. I. p. 130.* & *libr. IV. ſect. II. cap X. p 289. ſeqq.* JO. LIMBORCHIVS, in *theolog. chriſtian. libr. V. cap. XXXIII. §. V. p. 492.* atque ADRIANVS CATTENBVRGIVS, in *ſpicileg. theol. chriſtian. libr. IV. cap. XXX. §. 2 ſeqq. p. 707. ſeqq.*

(**) QVIRIN. REVTERVS in aphor. theol. Heidelb. ann. 1601. editis part. III. th. 29. *Seculum integrum ad has evellendas ſpinas iſtis diligentibus paſtoribus* (Lutheranis) *nondum ſuffecit? imo removentur ex oculis, ut illorum memoria deleatur ex animis. Denique ſemel potius tollatur lapis offendiculi, quam de periculo ruinæ viatores uſque moneantur.* Hæc REVTERI verba, in editione Hamburgenſi textui GERHARDI inſerta, inſtar notæ cujusdam heic adponere voluimus.

(***) *Imagines quædam ſunt licitæ, aliæ illicitæ. Illicitæ ſunt vel inhoneſtæ vel ſuperſtitioſæ. Inhoneſtæ aut ſunt impudicæ, ut Veneris, Bacchi; aut mendaces, ut Chriſtophori, Catharinæ. Licitarum aliæ ſunt ſymbolicæ, aliæ hiſtoricæ, quæ rurſus ſunt vel politicæ, ut picturæ ac cælaturæ εἰς κόσμησιν καὶ ἀνάμνησιν ubivis obviæ, vel ſacræ ex hiſtoriis ſacrarum literarum depromtæ, ut ſunt typi & adparitiones.* Hæc ex BACMEISTERO adnotavit GERHARDVS.

ac fabuloſæ itidem in templis ferendæ non ſunt, niſi forte de idolomania ſuperiorum temporum ex illis petere velimus teſtimonium, quo fine privatim adſervari poſſent. Typicæ imagines vet. teſt. propriæ ſunt. Hiſtoricas atque illas, quæ ornatus cauſa formantur, libertas Chriſtiana non repudiat; ubi tamen obſervare jubemus ſequentia theoremata. I) Prudentia chriſtiana, ut alibi, ita hic vel maxime requiritur, ne intempeſtivo rerum adiaphorarum uſu ſcandalum præbeamus infirmis, *nec tamen vel ad horam cedamus illis, qui ſubintroëunt ad tentandam libertatem chriſtianam.* Gal. II. 4. Sic apoſtolus præſcribit chriſtianis, *ne in ſimulacris Deum provocent ſua ſcientia.* 1 Cor. X. 22. idem tamen idolum nihil eſſe pronunciat, 1 Cor. VIII. 4. II) Chemnitius graviter ſcribit p. II. locor. p. 105. *In imaginibus caveantur omnes occaſiones idololatriæ, quæ inde poſſet inſtitui. Experientia omnium temporum in vet. & nov. teſt. oſtendit, imagines & ſtatuas præbuiſſe idololatriæ occaſiones ac ſeminaria, & ſemper ex indifferenti imaginum uſu progreſſu temporis ortas fuiſſe corruptelas verbi divini.* III) Nimia copia imaginum ſumtuoſarum vitanda, ne accidat id, de quo conqueritur Bernhardus in apolog. ad Guilielmum abbatem col. 1134. *ut ſplendide fulgeat eccleſia in parietibus, & egeat in pauperibus, lapides ſuos auro induat, & filios ſuos nudos deſerat, neve de ſumtibus egenorum ſerviatur oculis divitum.* IV) Sedulo præcavendum, ne pars divini cultus in illis conſiſtere judicetur, aut ſanctitatem quandam loco conciliare exiſtimentur; ne fingatur, Deum ita alligatum eſſe ad imagines, ut ibi magis exaudiat & efficax ſit, quam alibi. V) Ponatur imaginum uſus inter exercitia corporalia, quæ Paulus dicit ad modicum utilia eſſe. 1 Tim. IV. 8. *Deus enim dedit ſcripturam, ut eſſet medium ad inſtructionem, commonefactionem & excitandam devotionem, huic medio nullo modo comparandæ ſunt mutæ imagines,* ut iterum ſcribit Chemnitius c. II. de imagin. p. 108. VI) Magis probandæ picturæ & ſculpturæ hiſtoricæ, quam prægrandes illæ ſtatuæ ac coloſſi.

Quibus conditionibus imagines haberi poſſint.

§. LXXII. His & ſimilibus conditionibus obſervatis, licitus ac indifferens eſt imaginum uſus, quem dum contra εἰκονοκλάςας defendimus, non tam de imaginibus, quam de libertate chriſtiana ſoliciti ſumus. Cum enim nulla lex moralis imagines haberi vetet, utique abolitionem earum tanquam neceſſariam urgere, chriſtianam libertatem captivat. Quamvis enim quædam ſtatuæ ac imagines ex papatu adhuc ſuperſtites olim fuerint idololatricæ, nondum tamen ex eo ſequitur, quod ſimpliciter neceſſarium ſit, eas removeri, cum remota idololatria memoriæ vel ornatus cauſa libere retineri poſſint. Sol, luna & ſtellæ fuerunt olim ethnicis idololatriæ materia, quæ nihilominus ſunt ac manent bonæ Dei creaturæ. Acriter quidem urgetur ab adverſariis præceptum Dei Deut. VII. 5. *Sculptilia Cananæorum igni comburenda eſſe,* ſed fuit hoc peculiare quoddam mandatum, quale & illud, quod v. 24. jubentur Cananæi ad internecionem usque percuti. Paulus Act. XVII. 23. aram Athenienſium *ignoto Deo* inſcriptam haudquaquam diruit, nec vela navis, cujus inſigne erat imago Caſtoris ac Pollucis, vi ac ferro avellit Act. XXVIII. 11. Leviuſculum eſt, quod quidam verba legis urgent: *non adorabis coram eis,* Lev. XXVI. 1. ex quo evincere conantur, non ſolum non ado-

(*) Uſus imaginum eſt duplex: *illicitus* & *licitus.* Illicitus vel ſuperſtitioſus, quando imagines cum impietate ſunt conjunctæ, idque dupliciter: a) *formaliter,* quando in ipſa imagine vel pictura eſt aliquid impietatis, ut quæ exprimit Dei naturam & eſſentiam: b) *finaliter,* quæ proſtat ad adorationem ita, ut ea adoretur, vel Deus in ea. Licitus uſus duplex eſt: *politicus* vel *eccleſiaſticus.* Uſus *politicus* alias ſymbolicus eſt, qui commonefacit nos de re, quæ imagine illa repræſentatur ob finem politicum, ut imago Cæſaris in moneta. Hunc uſum adprobat Chriſtus Matth. XXII. Uſus *eccleſiaſticus* vel eſt *typicus* vel *hiſtoricus.* Uſus *typicus* viguit in vet. teſt. & jam deſiit: talis fuit ſerpens æneus &c. *Hiſtoricus* eſt, quando vel propter monumentum rerum geſtarum vel propter ornatum imagines adhibentur. GERHARDUS.

adorandas eſſe imagines, ſed nec coram eis adorandum. Etenim cum in omni loco adorandum ſit, 1 Tim. II. 8. ſequeretur, etiam in privatis ædibus non eſſe tolerandas imagines, ne forte coram eis adoremus, ac præceptum Dei violemus. *Coram imaginibus adorare* phraſis eſt ſcripturæ, ſignificans, vel orationem ad imagines dirigi, vel una cum facie etiam cor ad eas conferri, vel opinari, preces magis exaudiri coram imaginibus fuſas, quam in loco alio, id vero a nobis ac noſtris eccleſiis alienum eſt. Vehebatur apoſtolus in navi, cujus inſigne erat Caſtor & Pollux, Act. XXVIII. 11. num exiſtimabimus, Paulum in illa navi non oraſſe? quid quod 1 Cor. VIII. 4. concedit chriſtianis (modo abſit offendiculum infirmorum) ut comedant de idolothytis, quæ in ipſis ethnicorum templis, quæ refertiſſima erant idolis, conſumebantur, quanto minus prohibitum erit, adorare eo in loco, in quo imagines Chriſti & ſanctorum habentur, ita tamen, ut ad ipſas imagines oratio haudquaquam dirigatur.

Cauſæ propter quas imaginum uſus defenditur.

§. LXXIII. Primaria, uti diximus, cauſa, propter quam Imaginum uſum defendimus, eſt chriſtiana libertas: accedunt cauſæ ſecundariæ complures, utpote quod in templis utilitatem habere poſſint non contemnendam: 1) in commonefaciendo, 2) in ciendo adfectu, 3) in exornando, &c. ut late oſtendit Schröderus tractatu de imaginibus q. I. theſi 86. & ſeqq. Gregorius Nyſſenus in Cant. *Vidi non infrequenter paſſionis hiſtoriam, nec ſine lachrymis ejusmodi ſcripturam tranſii.* Gregorius, cognomine *magnus*, lib. IX. epiſt. 9. ad Serenum: *Quod ſanctorum imagines adorari vetuiſti, omnino laudamus, fregiſſe vero reprehendimus. Dic frater, a quo factum eſſe ſacerdote aliquando auditum eſt, quod feciſti? aliud enim eſt picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum, diſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura, quia in ipſa ignorantes vident, quid ſequi debeant: in ipſa legunt, qui literas neſciunt.* Cyrillus Alexandrinus, lib. VI. contra Julianum, recitatis beneficiis a Chriſto in cruce nobis exhibitis, ſubjungit: *Hæc omnia recordari nos facit ſalutare lignum, & ſuadet, ut cogitemus, quod, ſicut unus pro omnibus mortuus eſt & reſurrexit, ita viventes non ultra ſibi ipſis vivant.* Baſilius *magnus* homil. in ſanctos quadraginta martyres: *In eccleſia ad ſpectandum me alliciunt flores, contemplor fortitudinem martyris, coronarum præmia conſidero, & tanquam igne incendor æmulandi cupiditate.* Scholaſtici dicunt, imagines haberi ad inſtructionem rudium, ad commonefaciendam memoriam, ad excitandam meditationem ac devotionem. Unde a primitiva eccleſia libere ſunt uſurpatæ, non in privatis tantum ædibus, ſed etiam in templis, qua de re itidem prolixe tractat Schröderus theſi LXXVII. & ſeqq. Auguſtinus lib. I. de conſenſ. evangeliſt. cap. X. *Imagines Chriſti inter Petrum & Paulum depicti paſſim inveniri* commemorat. Idem refert Euſebius lib. VII. hiſt. cap. 14. Tertullianus lib. de pudicit. meminit *picturæ Chriſti in calicibus euchariſticis cum ove perdita & revecta ab eo in humeris.* De imagine Meletii dicit Chryſoſtomus orat. in Melet. *quod in annulis, in poculis, in parietibus, & ubique eam pinxerint.* De imagine crucis omnes veteres loquuntur. Refert ſupplementum Naucleri, quod templum Sophiæ Conſtantinopolitanum ſub chriſtianis imperatoribus picturis totius hiſtoriæ paſſionis dominicæ fuerit exornatum, illud cum anno 1509. Turcæ in templum Muhamedicum converterent, picturas illas omnes injecto cæmento oblinierant, ſed in magno quodam terræ motu cæmentum illud omne dejectum, ita quidem, ut paſſionis hiſtoria iterum clariſſime adpareret. (Pontificii tamen uſum imaginum longius extendunt, *laicorum libros eas conſtituendo.* Guilielmus Peraldus (*), natione Gallus, ordinis præ-

(*) De GUIL. PERALDO vid. POSSEVINUM, in *adparatu ſacro, tom. I. p. 710.* LUD. ELL. DU PIN, *dans la nouvelle bibliotheque des Autheurs eccleſiaſtiques, tom. X. p. 77.* edit. Pariſ. & FABRICIUM,

prædicatorum, ſeculo XIII. clarus, in libro, quem *ſummam virtutum & vitiorum* vocat, tom. I. cap. 3. *Ut ſcripturæ literæ ſunt clericorum, ſic picturæ & ſculpturæ ſunt laicorum.* Lælius Zecchius (**) in volumine caſuum conſcientiæ tom. II. cap. 90. art. 18. p. 609. *Picturas poni in eccleſiis utile eſt, ad caritatem erga Deum & ſanctos fovendam & augendam, ad fidem conſervandam, cum imagines habeantur pro libris his, qui literas ignorant, ex quibus ducuntur in cognitionem, memoriam & imitationem divinorum.* Feuardentius (***), Franciſcanus, in lib. homiliarum pag. 16. *Ex imaginum contemplatione ſimplices ac idiotæ illa divina miracula & opera facile & breviter diſcunt, quæ ex ſacris libris aut vix aut nunquam percipere valent.*)

Imagines soli prohibitum.

§. LXXIV. Hactenus oſtendimus, adpendicem illam primi præcepti *de non faciendis ſculptilibus* nequaquam omnem imaginum uſum præſertim in nov. teſtam. ſimpliciter abrogare, ſed certam quandam idololatriæ ſpeciem, quæ per imagines committitur, prohibere. Habere igitur imagines licet, ſed easdem colere non licet, diſerte enim prohibentur ſculptilia adorari ac coli; Exod. XX. 4. ubi non agitur de *civili* aliquo cultu, de externa quadam honorificentia, quali templa ac vaſa ſeu utenſilia ejus εὐσχημόνως haberi ſeu tractari ſolent; ſed de cultu *religioſo*, qui ad primam decalogi tabulam pertinet, atque exercetur adorando, venerando, ſalutando, ſacrificando. &c. Chemnitius in exam. conc. Trid. p. 4. cap. de imag. erudite oſtendit, cultum ſimulacrorum voce legis divinæ ita prohiberi: ut nullus eluſioni aut exceptioni pateat locus: 1) numeratur ſculptile & fuſile, ſtatua poſita, erectus lapis; & generali vocabulo תְּמוּנָה ſimilitudo ſeu imago, exprimens & repræſentans qualicunque effigie ſpeciem aliquam, quocunque modo & ex quacunque materia factam. 2) Res, quarum ſimilitudo ſeu imago ad cultum proponi & uſurpari prohibetur, ita numerantur, ut iterum nullus exceptioni pateat locus: dicit enim: *eorum, quæ vel in cælis ſupra, vel in terra deorſum, vel quæ ſub aquis, vel quæ ſub terra ſunt.* In *cælo* ſunt Deus, angeli, ſpiritus beatorum: *ſub terra* dæmones, *in terra* animalia & homines, *ſub aquis* piſces, &c. 3) Duobus vocabulis prohibetur omne genus cultuum religioſorum: *non adorabis nec coles ea*, quorum altero, quod incurvationem ſignificat, omnes externi geſtus & ritus cultuum, altero interiores adfectiones & devotiones cultuum exprimuntur. 4) Scriptura addit hanc explicationem, quod adpelletur cultus deorum alienorum, ſi vel maxime cultus illi imaginum ad prototypum, ſive ad res per imagines ſignificatas, ſive ad Deum ipſum referantur. Utinam vero contra manifeſtum Dei interdictum religioſus iſte imaginum cultus in eccleſiam non fuiſſet receptus, nec adhuc in ea toleraretur! ſed videmus, idem hac in parte contigiſſe, quod agricolis evenire ſolet, (qua ſimilitudine utitur Baſilius ep. XLI.) *Quando illi incurvum tenellæ arboris ramum corrigere ſtudent, nimia attractione in alteram partem peccant*; ita quoque ſuperioribus ſeculis diſputationes contra iconoclaſtas abierunt tandem in εἰκονολατρείαν.

CIUM, in *bibliotb. med. & infimæ latinit. vol. III. p. 475.* Ejus *ſumma virtutum ac vitiorum* paſſim laudatur a ſcriptoribus eccleſiaſticis, ſpeciatim JO. GERSONIO, cancellario Pariſienſi ſeculo XV. claro.

(**) LÆLIUS ZECCHIUS ſive DE ZANCHIS, canonicus quondam Brixienſis, inter alia edidit *ſummam moralis theologiæ & caſuum conſcientiæ*, quæ Brix. *MDXCIX.* in 4. prodiit, atque Venetiis *MDCXIII.* fuit recuſa. Vid. de eo GHILINI *theatro d' Uomini letterati.*

(***) De FRANC. FEVARDENTIO, ſcriptore Gallo haud incelebri, vid. præter DU PINIUM, quem modo laudavimus, PETR. BÆLIUM in *dict. hiſt. & crit. tom. II. p. m. 408. ſeqq.*

Propugnatores cultus imaginum.

§. LXXV. Anno 788. (aliis anno 787.) cum Irene imperatrix juxta conſilia legatorum Romani pontificis eos, qui cultum imaginum ſuperiori anno in ſynodo Conſtantinopolitana oppugnaverant, in exilium expuliſſet, ſeque exercitu muniiſſet, indixit ſynodum Niceæ, ad quam circiter 350. epiſcopi, abbates & monachi convenerant, referente *Paulo diacono* lib. XXIII. rer. Romanarum, ac *Sigeberto* in chron. in qua recitatæ ſunt literæ Adriani pontificis ad Taraſium patriarcham Conſtantinopolitanum, quibus eum hortatur, ut deinceps etiam venerandas imagines primum juxta humanam figurationem Chriſti Dei & noſtri, ſecundum nos & pro nobis & per nos incarnati, deinde inviolatæ & veræ deiparæ, poſtremo omnium ſanctorum ſuorum colere & adorare pergat; hanc Adriani ſententiam ſeſe probare, omnes iſtius concilii patres teſtati ſunt. Hanc ſynodum Nicenam II. Græci vocant œcumenicam VII. ſed paulo poſt, anno ſcilicet 794. Carolus magnus ſynodum Francofurtanam propter hæreſin Felicis (quod Chriſtus ſit Filius Dei adoptivus ſecundum humanam naturam) convocavit, in ea pontifex Adrianus petiit confirmari acta ſynodi Nicenæ, quod patres iſtius (Francofurtanæ) ſynodi abſque legitimo examine facere recuſarunt. Inſtituta igitur diſquiſitione & facta collatione decretorum utriusque ſynodi tum illius, quæ ſub Conſtantino Copronymo prorſus damnaverat ac rejecerat imagines, quaſi nec pingere nec habere eas liceret: tum hujus, quæ ſub Irene imperatrice non modo habendas, ſed etiam adorandas & colendas adſeveraverat, mediam ſententiam amplectuntur, ac ſtatuunt, quod imagines habere in templis & privatis locis per ſe non ſit impium vel illicitum, ſed eas adorare & venerari ſit a fide chriſtiana alienum, & cum ſuperſtitione gentilium congruat. (*) Reprobant igitur Adriani pontificis, & Græcorum de cultu imaginum decreta. In hac ſynodo convenerunt epiſcopi, ſacerdotes, abbates & monachi ex Gallia, Italia & Germania. Aventinus lib. IV. annal. Regino lib. II. Blondus lib. I. decadis 2. Sed hæc moderatio pontificibus Romanis non probatur, ideo in ſynodo Tridentina confirmant acta ſecundæ Nicenæ ſynodi, & tale decretum faciunt: *Mandat ſacroſancta ſynodus, imagines Chriſti, deiparæ virginis, & aliorum ſanctorum, in templis præſertim habendas & retinendas eſſe, eisque debitum honorem & venerationem impertiendam, non quod credatur ineſſe aliqua in iis divinitas vel virtus, propter quam ſint colendæ, vel quod fiducia in imaginibus ſit figenda, veluti olim fiebat a gentilibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant; ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræſentant, ita, ut per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Chriſtum adoremus, & ſanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur, id quod conciliorum, præſertim vero ſecundæ Nicenæ ſynodi, decretis contra imaginum oppugnatores eſt ſancitum.*

§. LXXVI.

(*) Eandem ſententiam, quæ in ſynodo Francofurtana fuit ſtabilita, deprehendimus quoque in libris Carolinis *de imaginibus*, paullo ante ſynodum iſtam compoſitis. Scripti ii ſunt vel ab ipſo CAROLO M. vel ſaltim (quod quidem probabilius) ejus juſſu atque auctoritate, ab ALCVINO, ejus quondam magiſtro, vel alio quopiam ſeculi octavi viro erudito. Prima horum librorum editio Pariſiis MDXLIX. lucem adſpexit publicam, editore ELI PHILI, uti habet inſcriptio præfationis hiſce libris præmiſſæ, ſub quibus vero vocibus latet JO. TILIVS, epiſcopus quondam Meldenſis. Vid. JO. MABILLONIVM *annal. benedict. tom. II. libr XXVI.* §. XXX. *p.* 312. Recuſi poſtea ſunt libri iſti Carolini Coloniæ *MDLV.* itemque a GOLDASTO in *conſtitut. imp. tom. I. p.* 23. *ſeqq.* ac denique, cum rariora evaderent horum librorum exempla, a CHRISTOPH. AVG. HEVMANNO, qui eruditam novæ huic editioni præfationem præmiſit. Prodiit ea Hannov. *MDCCXXXI.* in 8. Auctoritatem horum librorum contra nonnullos eccleſiæ Romanæ ſcriptores vindicavit JO. DALLÆVS *libr. IV. de imaginibus cap. III. p.* 380. *ſeqq.* oſtenditque, eos aut ab ipſo CAROLO, aut certe ejus juſſu ſcriptos eſſe. Conferri quoque heic meretur GVIL. FORBESIVS, *inſtruct hiſt theolog. libr. VII. cap. XI. p. m.* 356. *ſeqq.* & FRID. SPANHEMIVS, in *hiſt. imag. reſtituta ſect. VII.* Nec deſunt ex cœtus Romani doctoribus, qui, veritatis vi adacti, libros hoſce ad CAROLVM M. vel tandem referunt.

rgumenta ntra reli-ioſum cul-um imagi-num.

§. LXXVI. Utimur contra Pontificios hoc argumento: omnis idololatria pugnat cum primo præcepto. Cultus religioſus imaginum in eccleſiis pontificiis eſt lololatria. Ergo cultus religioſus imaginum ı eccleſiis pontificiis pugnat cum primo præepto. *Majoris* veritas comprobata eſt ſupeius. *Minorem* adverſarii præfracte negant, tque omnem idololatriæ ſuſpicionem a ſe amoiri conantur. Piſtorius in hodeg. p. 292. (*caolica Romana) eccleſia nunquam ex imaginius fecit idola, aut ullam eis divinitatem trinit, imo vero ab idololatria potius filios ſuos agna ſolicitudine retraxit.* Nimirum hoc ult, quod Bellarminus lib. II. de imag. ſanct. . 5. inter imaginem ac idolum diſtinguendum ſſe monet hoc modo: *Imago dicitur vera rei imilitudo, ut cum pingimus hominem, equum, &c. Idolum autem falſa ſimilitudo, quæ repræentat id, quod revera non eſt, ut cum gentiles roponebant ſtatuas Veneris aut Minervæ, quæ igna idola erant, quia repræſentabant deos eneris fœminini, quales dii nec ſint nec eſſe oſſint, ideoque nec vere repræſentabant, ſed rant falſæ imagines, ſiquidem id, quod non eſt, epræſentari non poteſt.* Ex quo colligit, imagines Chriſti & ſanctorum non eſſe idola, ac proinde per cultum iſtarum imaginum non committi idololatriam. Quid huic diſtinctioni tribuendum ſit, poſtea exponemus, ubi argumentum noſtrum prius confirmavimus.

An per cultum imaginum committatur idololatria.

§. LXXVII. *Minorem* igitur ſyllogiſmi noſtri confirmamus 1) ex diſputationibus Pontificiorum de imaginum cultu: 2) ex ipſa praxi in eccleſiis ipſorum uſitata. Concilium Tridentinum ſtatuit, imagines Chriſti, b. Mariæ & ſanctorum in templis habendas ac retinendas, eisque debitum honorem & venerationem impertiendam, ſed cum non exprimatur, quis ille ſit honor, quæve veneratio imaginibus debita; (quod enim additur, *per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, nos ipſum Chriſtum adorare & ſanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, nos venerari*, id adhuc ambiguum eſt) ideo quærenda eſt latior declaratio hujus cultus 1) ex actis ſynodi Nicenæ: 2) ex ſcholaſticis: 3) ex Pontificiorum ſcriptis. Ad decreta ſecundæ Nicenæ ſynodi patres Tridentini provocant, ejusque ſententiæ ſe ſtare profitentur, utique ergo recte fit, quod, de cultu imaginum quid ſtatuant, ex actis iſtius ſynodi cognoſcamus. Dicunt, imagines eſſe venerandas & adorandas, ſed addunt, id non intelligi debere de cultu latriæ, ſed de honoraria quadam adoratione, quomodo vero eam explicant? Theodoſius actione I. inquit: *Saluto & veneror Mariæ imaginem, cujus etiam auxilium, protectionem & interceſſionem nocte dieque, ut peccatori mihi ſubveniat, invoco, ut quæ eam poteſtatem habet a Chriſto. Sanctorum etiam imagines veneror, non ut deos, ſed mentis meæ adfectum & deſiderium, quo in illos adfectus ſum, hoc modo indicans, ex toto animo omnes obteſtor, ut ad Deum pro me intercedant &c.* act. II. citatur hæc Baſilii ſententia ſuppoſititia: *Deiparam virginem, ſanctos, prophetas, apoſtolos & martyres ſuſcipio, qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per iſtorum mediationem propitius mihi ſit Deus, & remiſſionem peccatorum mihi gratis largiatur, quam ob cauſam & hiſtorias imaginum illarum honoro, & palam adoro.* Docet igitur ſynodus, imagines propter hanc cauſam adorandas, ut per ſanctorum, quorum ſunt imagines, mediationem, Deus nobis ſit propitius, & peccatorum remiſſionem condonet: recitantur etiam in actis iſtius ſynodi varia miracula, quomodo pictæ imagines ſint locutæ, morbos ſanaverint, ſui contemtum vindicaverint, candelas inexſtinctas ſervaverint, &c. Adriani epiſtola dicit: *Iſraëlitæ per inſpectionem æneí ſerpentis a peſte ſervati ſunt, nos vero Chriſti & ſanctorum imagines contemplantes & venerantes abſit ut dubitemus nos ſervari.* Commendatur in eadem ſententia Taraſii, patriarchæ Conſtantinopolitani, & jubetur, ut deinceps etiam venerandas imagines Chriſti deiparæ virginis & ſanctorum colere ac adorare pergat. Videantur acta hujus ſynodi in tomis conciliorum prolixe deſcripta,

poſitiones, quibus ſuam de imaginum cultu ſententiam exponit, quarum ſumma eſt, cultum iſtum, qui per ſe & proprie debetur imaginibus, eſſe cultum quendam imperfectum, qui *analogice* & *reductive* pertineat ad ſpeciem ejus cultus, qui debetur exemplari, qua de re paulo poſt plenius diſſeremus.

Praxis papatus in colendis imaginibus. §. LXXXI. Intueamur praxin, qualis honor, quisve cultus in eccleſiis pontificiis imaginibus exhibeatur, quam Schröderus quæſt. II. de imagin. theſ. 115. & ſeqq. ad hæc capita revocat. Pontificii honorant imagines ſuas 1) *Dedicando*. In Pontificali habentur certæ & præſcriptæ benedictionum formulæ, quibus imagines conſecrantur. Lignum crucis his verbis benedicitur: *Rogamus te ſempiterne Deus, ut digneris benedicere hoc lignum crucis, ut omnibus, hic genu flectentibus & majeſtati tuæ ſupplicantibus, cordis compunctio & admiſſorum concedatur remiſſio.* Item: *Sanctificetur illud lignum crucis, ut orantes inclinantesque ſe propter Deum ante iſtam crucem inveniant corporis & animæ ſanitatem.* Item: *Digneris benedicere hoc lignum Crucis, ut ſit remedium ſalutare generi humano, ſit ſolidior fidei bonorumque operum profectus & redemtio animarum, tutela contra ſæva jacula inimicorum.* Imago b. Mariæ conſecratur his verbis: *Sanctifica Deus hanc formulam b. virginis, ut tuis fidelibus ſalutaris auxilii opem ferat, tonitrua aut fulmina, ſi invaluerint nocentia, celerius expellantur, pluviarum quoque inundatio aut civilium bellorum commotio, ſeu paganorum devaſtatio ad præſentiam ejus comprimantur.* In benedictione imaginis Johannis: *Sit hæc imago dæmonum ſancta expulſio, angelorum advocatio, fidelium protectio, ejusque in hoc loco potenter vigeat interceſſio.* 2) *Nomen prototypi illis imponendo.* Sacrar. cerem. eccleſ. Rom. lib. I. tit. 7. in conſecratione cereæ imagunculæ, quam vocant agnum Dei, orant, *ut iſti agni immaculati eandem virtutem accipiant, contra omnes diabolicas verſutias & fraudes maligni ſpiritus, qua agnus innocens Filius ejus Jeſus Chriſtus in ara crucis immolatus protoplaſtum noſtrum de diabolica poteſtate eripuit.* Urbanus V. pontifex quinque ejusmodi imagunculas dono miſit imperatori orientali, additis his verſiculis:

Balſamus & cera munda cum chriſmatis unda,
Conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum.
Fonte velut natum, per myſtica ſanctificatum,
Fulgura deſurſum depellit & omne malignum,
Peccatum frangit ut Chriſti ſanguis, & angit.
Prægnans ſervatur ſimul & partus liberatur.
Dona defert dignis, virtutem deſtruit ignis,
Portatus munde de fluctibus eruit unde.

Ubi non ſolum nomen prototypi Chriſti, ſed etiam beneficia ejus imagunculæ tribuuntur, & quidem imagini imaginis, ut ita loquar, cum tales cereæ figuræ non ſint imago ipſius Chriſti, ſed agni, in cujus imagine Chriſtus depingitur. 3) *Singularem numinis præſentiam illis adfingendo.* Negant quidem Tridentini patres credendum, aliquam in imaginibus divinitatem eſſe, interim tamen adprobant peregrinationes ad imaginem quandam, quandoque ſatis longinquas, adprobant vota de peregrinationibus ad certas ſanctorum ſtatuas ſuſcipiendis, adprobant indulgentias datas precantibus coram imagine crucis vel Mariæ. Bellarminus lib. II. de imagin. c. 18. dicit, *Unam imaginem magis frequentari, quam aliam, propter varias cauſas, primo, quia Deus per unam operatur miracula, & non per aliam, ſecundo quia quædam imagines factæ ſunt a ſanctis viris, quæ peculiarem merentur devotionem propter artificem, tertio quia aliquæ magis excitant ad pietatem.* Polydorus Vergilius lib. VI. de rer. invent. cap. 13. *Bene multi ſunt rudiores ſtupidioresque, qui ſaxeas, vel ligneas, marmoreas, æneas ſeu in parietibus pictas variisque coloribus litas imagines colant, non ut figuras, ſed perinde quaſi ipſæ ſenſum aliquem habeant, & iis magis fidant, quam Chriſto vel aliis diis, quibus dicatæ ſint.* 4) *Certorum beneficiorum largitionem ab ipſis exſpectando. Certa experientia novimus,* ait Gregorius de Valent. diſp. VI. q. 11. punct. 6. *ſingulariter, quibusdam in locis, quasdam imagines venerantibus ſolitum eſſe Deum præclara impertiri beneficia,* Sylvius lib. II. comm.

In eccleſia S. Mariæ Prunetanæ agri Florentini eſt imago virginis, quam mira religione venerantur populi, tanquam pluviæ ſerenitatisque donatricem, cum neceſſitas ingruit. Lucius Marinæus Siculus Caroli V. hiſtoricus lib. V. de reb. Hiſpanicis: *In urbe Burgenſi adoravimus ſalvatoris imaginem crucifixam, quæ a Nicodemo facta perhibetur, cujus invocato nomine multos infirmos convaluiſſe nobis adfirmarunt.* 5) *Sertis & coronis ornando.* 6) *Veſtimentis induendo.* 7) *Circumgeſtando pro avertenda lue peſtifera, pro avertendis frugum incommodis.* Vide Bonfinius lib. V. rer. Hungar. decad. 1. Baronius in martyr. Roman. Sleidanus lib. IX. hiſt. p. 250. 8) *In loco ſublimi conſtituendo.* 9) *Altaria eis erigendo.* 10) *Templa & delubra exſtruendo.* 11) *Sacrificulos præficiendo.* 12) *Ferias ſacras inſtituendo.* 13) *Cantando.* 14) *Epulando.* 15) *Oſculando.* 16) *Supplicando.* 17) *Alloquendo.* 18) *Obſecrando.* Sic referente Thoma p. III. q. 25. art. 3. canit ecclefia de ligno crucis:

O crux, ſpes unica, ave,
Hoc paſſionis tempore,
Auge piis juſtitiam,
Reisque dona veniam.
Salve ſancta facies impreſſa panniculo.
Nos ab omni macula purga vitiorum,
Atque nos conſortio junge beatorum.
Nos perduc ad patriam, o felix figura!
Ad videndum faciem, quæ eſt Chriſti pura.
Eſto nobis, quæſumus, tutum adjuvamen
Dulce refrigerium atque conſolamen,
Ut nobis non noceat hoſtile gravamen,
Sed fruamur requie, omnes dicant: Amen!

19) *Sacrificando.* Nam & thus adolent nonnullis imaginibus, ut adparet ex praxi & miſſali Romano ſub tit. de ritu ſerv. in celeb. miſſæ. 20) *Cereos accendendo.* 21) *Vovendo.* 22) *Jurando*, quæ omnia ex praxi ſunt notiſſima.

§. LXXXII. Ex his omnibus tale deducimus argumentum. Omnis cultus, quo honor ſoli Deo debitus transfertur ad id, quod eſt extra Deum, eſt idololatria. Per cultum imaginum in templis pontificiis honor ſoli Deo debitus transfertur ad id, quod eſt extra Deum. Ergo per cultum imaginum in templis pontificiis committitur idololatria. Excipit Bellarminus Lib. II. de imagin. cap. XIII. *Illum cultum imaginum eſſe idololatricum, quando imagines habentur pro Diis, vel quando per imagines coluntur tanquam dii illi, qui vere non ſunt. Aliam idololatriæ ſpeciem in dictis illis ſcripturæ* Exod. XX. Deuter. V. Rom. I. &c. *non prohiberi.* cap. V. diſtinguit inter *imaginem* & *idolum*: illam definit, quod ſit *vera rei ſimilitudo;* hoc vero, quod ſit *falſa ſimilitudo*, hoc eſt, quod repræſentet id, quod revera non eſt, ex quo colligit, *imagines Chriſti & ſanctorum non eſſe idola, & per conſequens per cultum earum non committi idololatriam.* Gregorius de Valent. diſputat. VI. q. 2. de idololatr. punct. 1. idololatriam definit, *quod ſit cultus, quo honor divinus tribuitur alicui creaturæ ſicut Deo*, hanc definitionem exponit puncto 3. *Eum divinos honores creaturæ conferre, ut Deo, qui eam divino cultu ſic proſequitur, ut eo, quantum in ſe eſt, velit illi opinionem conciliare talem, qualis revera in ſolam Dei majeſtatem competit.* Ex quo colligit puncto 6. *Catholicos* (Romanenſes) *idololatras non eſſe, cum ſic honorent imagines, ut minime tamen creaturæ adhibeant divinum honorem ſicut Deo, cum venerentur tum Chriſti tum ſanctorum imagines, & in cultu imaginum Chriſti, atque adeo etiam crucis, honorem quidem uſurpent divinum, ſed non deferant illum ipſis imaginibus, ſicut Deo ac Domino noſtro.* Piſtorius in hodeg. p. 303. *Prima falſitas eſt, quod pontificii adorent ligna & lapides, & ex iis faciant idola, cum eccleſia catholica* (Romana) *nunquam ex imaginibus fecerit idola, aut ullam eis divinitatem attribuerit* pag. 292.

An per cultum imaginum committatur idololatria.

§. LXXXIII. Sane eſt quædam idololatriæ ſpecies, atque ea quidem ſatis craſſa, qua ſimulacra, manu hominum facta, pro diis habentur, & divinis honoribus ut dii coluntur, ſed ex eo nondum deduci poteſt, nullam præter hanc idololatriæ ſpeciem primo præcepto prohiberi

hiberi ac damnari. Jubemur in primo præcepto unum verum Deum venerari & colere, ipſi ſoli divinos honores ac religioſum cultum deferre, juxta præſcriptum verbi ipſi ſervire; contra vero, alienos deos non habere, ſculptilia non adorare nec colere, ex quo manifeſte colligitur, etiam hanc eſſe idololatriæ ſpeciem, ſi honor & cultus Deo debitus transfertur ad id, quod eſt extra Deum, ſi verus Deus colitur non divine, hoc eſt, non eo modo, quo ſe in verbo coli præcepit. Quemadmodum enim in vera invocatione utrumque conjungendum, tum *objectum*, nempe verus Deus, unus in eſſentia, trinus in perſonis: tum *ratio* & modus invocandi, ſecundum ſcilicet præſcriptum verbi, nempe vera fide in Chriſtum, in Spiritu & veritate; alias audire cogimur, *Vos adoratis quod neſcitis*: Joh. IV. 22. ita quoque e contrario ſenſu colligitur, quod idololatria committatur tum in *objecto*, tum in *modo* cultus, ac proinde non illos ſolum idololatras eſſe, qui ſtatuas & ligna habent pro veris diis, ſed etiam qui verum Deum colere volunt in ſtatuis, ac per ſtatuas, qui juxta adinventiones cordis ſui, non autem juxta præſcriptum verbi, Deum colunt, ut erudite ſcribit D. Mentzerus diſp. VII. anti Piſtor. th. XXXVI.

De diſcrimine inter imaginem & idolum.

§. LXXXIV. Cuicunque igitur rei divinus honor defertur, cum tamen non ſit verus Deus, illa res ſit idolum, ſive ſit naturalis, ſive artificialis, ac proinde tali religioſo cultu iſtius rei, quæ non eſt verus Deus, committitur idololatria. Ex quo intelligitur, quam nugatoria ſit diſtinctio illa Bellarminiana inter imaginem & idolum, quaſi imago ſit ſimilitudo rei vera: idolum vero falſa. Nam I) hac ratione ſol, luna & ſtellæ ſi adorarentur, non eſſent idola (cum non ſint falſa alicujus rei ſimilitudo) & per conſequens qui militiam illam cœli adorarent, non eſſent idololatræ. Atqui Iſraëlitæ ſuffitu & libaminibus reginam cœli honorantes dicuntur (in vulgata verſione) *ſacrificaſſe idolis* Jer. XLIV. 23. Similitudines illæ reptilium & animalium, quas colebant Iſraëlitæ, dicuntur *idola*: Ezech. VIII. 10. & in genere ex primo præcepto damnatur idololatriæ nomine, quando *homines oculos tollunt in cælum, & vident ſolem, & lunam & ſtellas, omnem militiam cœli, & incurvant ſe illis, coluntque ea.* Deut. IV. 19. quo reſpiciens Epiphanius in compendio veræ doctrinæ, de Perſicis magis recte ſcribit, quod *idola quidem abominentur*, (ſimulacra manu hominum facta) *idola tamen adorent*, *ignem*, *lunam & ſolem.* Viciſſim pater mœrens acerbo filii præmature erepti luctu, effecta imagine jam ante, mortuum nunc ut Deum colere incipiens, idololatra non eſſet, cum talis imago ſit vera ſimilitudo, at contrarium pronunciatur Sap. XIV. 15. II) Hac ratione imagines hiſtoricæ, quæ prototypum exacte non exprimunt, ſtatim forent idola. At quotusquisque pictorum eadem figura apoſtolos depingit, quam in vivis habuerunt, Ii ergo omnes forent εἰδωλοποιοί: quinimo pingitur imago magni illius Chriſtophori, qui tamen nunquam vixit, hæc certe ex definitione Bellarmini foret idolum, ſi vel maxime tantum commonefactionis ergo in templis depingeretur. III) Quot vero in ipſis Pontificiorum templis idola forent juxta hanc Bellarmini definitionem? Georgius eques conculcans draconem, Moſes cornutus, aliæque imagines complures non ſunt veræ ſimilitudines, neque enim unquam talis quidam Georgius draconem conculcans, vel cornutus Moſes exſtitit. IV) Ubicunque idololatria, ibi etiam idolum ex natura relatorum. Atqui Ælius Lampridius imagines Chriſti & Abrahæ una cum reliquis idolis colens erat idololatra juxta Bellarminum lib. II. de imag. c. 11. & in genere ex ipſius ſententia idololatra eſt, qui imaginibus Chriſti defert cultum latriæ propter ſe, lib. II. de imag. cap. XXIV. Ergo imagines Chriſti ſunt aliquando idola. Et qua veritatis ſpecie negari poteſt, eum vere committere idololatriam, etiam juxta Pontificios, qui imaginem Petri cultu λατρείας honoraret, ſi vel maxime imago illa eſſet vera Petri ſimilitudo. V) Voces *idoli*, *imaginis & ſimulacri* ſæpiſſime indifferenter uſurpantur non tantum apud profanos auctores, ſed etiam in ſcriptura ſacra & apud eccleſiaſti-

os ſcriptores, quin imo apud ipſos Pon-
s. 2 Reg. XI. 18. populus ſub Jojada con-
t omnes imagines Baal. Vide etiam Eſ.
. 13. Ezech. VII. 20. XVI. 17. XXIII. 14.
. 26. Tertullianum in apol. c. XII. Cy-
m ad Demet. Athanaſium contra gentes,
oſtomum tom. I. hom. 87. &c. qui idola
ium vocant imagines, Cajetanus, Fonſe-
rerius, Onuphrius, Pereſius, Valentia-
ideoque ipſe Bellarminus diſcrimen illud
bique obſervant. Valentianus lib. III. de
. cap. 8. §. Quod autem. *Idolum græce
tem ſive ſimulacrum ſignificat.* Ibid. *In-
Petrus aliquem eſſe licitum ſimulacrorum
lorum cultum.* Bellarminus lib. II. de imag.
*Sine dubio non prohibetur in decalogo
imago, ſed ſolum illa, quæ dici poteſt
, id eſt, imago, quæ habetur pro Deo,
æ repræſentat tanquam Deum eam rem,
m eſt Deus*; ejusdem lib. cap. 24. *Vel
i exhibetur cultus latriæ propter ſe &
idololatria* &c. Quo pertinet illud Eraſ-
1 Corinth. VIII. p. 335. *Certe Ambro-
llum novit diſcrimen inter idolum & ſi-
um, nec ego ullum video.* VI) Vanum
k ineptum eſt diſcrimen illud, quod in-
lum & *imaginem* conſtituit Bellarminus,
contra & perpetuum illud, quod conſti-
ſuperius, quo *idolum* dicitur omne id,
vinus cultus exhibetur, cum tamen non
s, ſive ſit imago hominum manibus ef-
a, ſive res naturalis, ſive interius cor-
mentum; *imago* autem, quæ citra ſui
memoriæ vel ornatus cauſa formatur.
LXXXV. Nec ullius aſſis æſtimanda ad-
illa Valentiani, quando differit, *hanc
ram idololatriæ definitionem, creaturæ
divinum honorem ſicut Deo.* 1) Hoc
erinde eſt, ac ſi quis definire velit adul-
concubitum cum altero, qui non ſit
tanquam cum conjuge, ac proinde adul-
non eſſe, quæ commiſceatur ei, quam
beat pro conjuge, ſed eam tantum, quæ
eu conjugi ſeſe proſtituat. 2) Quando
æ alicui divinus honor exhibetur, eo
eatura illa in Dei locum erigitur, ac

pro Deo habetur, ſiquidem divinus honor non eſt, niſi is, qui Deo debetur, ac proinde oblato tali honore, ipſa divinitas revera attribuitur, vel certe ex immota conſequentia attribui intelligitur, nulla enim relatio eſt extra ſuum fundamentum. 3) Si non eſt idololatra, niſi qui divinum honorem tribuit creaturæ ut Deo, nec Iſraëlitæ colentes Deum in vitulis, nec ethnici, colentes eundem in ſimulacris, idololatræ erunt: nec Ariani & Neſtoriani idololatriæ a priſcis eccleſiæ doctoribus accuſari potuiſſent, illis enim nihil minus erat propoſitum, quam Chriſto ut Deo divinum honorem deferre, qua de re poſtea plenius. Quam vero exiguus fuerit idololatrarum manipulus juxta hanc Valentiani definitionem! pauciſſimi certe idololatræ eo amentiæ progrediuntur, ut ſimulacra ſua deos eſſe revera ſentiant. 4) Adde, quod ipſe Valentianus hoc definitionis ſuæ membrum non ubique obſervet. Diſp. VI. de idolol. q. II. punct. 3. diſputat de idololatria exteriori, quam committi docet, cum veneratio non procedit ab infidelitate interiori, qua creatura putetur eſſe Deus, aut etiam ab expreſſa & directa voluntate conciliandi creaturæ divinam exiſtimationem, ac per hanc idololatriam exteriorem plus peccari, quam per interiorem ex ignorantia ortam, puncto 2. concludit.

Definitio idololatriæ.

§. LXXXVI. Remoto igitur peregrino iſto aſſumento, plena & perfecta idololatriæ definitio eſt, quod ſit *cultus, quo honor ſoli Deo debitus transfertur ad id, quod eſt extra Deum.* (Eſt vero extra Deum omne id, quod vel per eſſentiam non eſt Deus, vel per unionem hypoſtaticam non eſt unitum Deo, quo modo aſſumta humana natura eſt λόγῳ unita, ac proinde eodem λατρείας cultu adoranda, qua λόγος, juxta definitionem concilii Epheſ. anath. VIII. cont. Neſt.) Quam definitionem Schröderus tract. de imag. q. II. th. 28. & ſeqq. probat 1) ex *fine* & ſcopo primi præcepti, quod requirit non ſolum, ut unum ac ſolum verum Deum religioſe colamus, ſed etiam, ne præter illum ac extra verum Deum quicquam aliud religioſe colamus. 2) ex genuino ac proprio idola

idoli *formali*, in eo conſiſtente, quod colitur aliquid divino honore, cum tamen non ſit Deus. Porro in eo proprium idoli formale conſiſtere patet ex eo, quod res quædam, quæ non erat idolum, tunc demum evadat idolum, quando religioſe coli incipit, & contra quæ erat idolum, deſinat eſſe idolum, quando religioſe coli deſinit. Æneus ſerpens quamdiu non colebatur, idolum non erat, at ubi populus cœpit ei adolere incenſum, abiit in idolum, ideoque a rege Ezechia eſt abolitus, 2 Reg. XVIII. 4. Sol, luna, & omnis cœli militia erant idola, quando Iſraëlitæ ipſis ſacrificabant, 2 Reg. XXIII. 5. nobis non amplius ſunt idola, ſed bonæ Dei creaturæ. 3) *exemplis* eorum, qui idololatriæ accuſantur hoc nomine, quod cultum Deo debitum tribuerunt ei, quod eſt extra Deum. Deut. XVII, 3. dicuntur alienos deos colere, qui ſe incurvant ſoli, lunæ, vel omni militiæ cœli. Ezech. VIII. 10. Iſraëlitæ dicuntur idololatræ, propterea quod ſimilitudines reptilium ac animalium coluerunt. Rom. I. 23. ethnici peraguntur idololatrias rei, quia mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & ſerpentium. Carpocratem idololatriæ accuſant Irenæus lib. I. c. 24. p. 81. Epiphanius hær. XXIX. Auguſtinus ad Quod vult deum hær. 7. quod imagines Chriſti & Pauli, quas habebat, coleret, iisque ſacrificaret. Ἀγγελολάτρας idololatrias accuſantur in ſynodo Laodicena (*) can. XXXV. *Arianis* idololatria tribuitur ab Athanaſio (**) orat. I. contra Arianos in ſynodo Nicena art. 6. quod cultum divinum Dei Filio exhiberent, quem Deum verum eſſe negabant. *Neſtoriani* dicti ſunt *anthropolatræ* (***) a ſynodo Epheſ. epiſt. ad Theodoſ. & Valent. imperatores, Cyrillo de recta fide ad regin. Juſtiniano conſtit. VI. cap. de ſumm. Trinitat. & fide cathol. & *idololatræ* a ſynodo Nicena II. action. 7. eo quod carnem Chriſti adorare volebant, quam tamen intra λόγου ὑπόστασιν ſubſiſtere negabant. Chriſtiano-categori dicuntur *idololatræ* a Damaſceno lib. de hæreſ. circa finem & Bellarmino lib. II. de imagin. ſanct. cap. 11. eo quod imaginibus divinos honores decernebant, ac chriſtianos tanquam idolorum cultores accuſari faciebant. 4) *deſcriptionibus* idololatriæ, quas tradunt auctores Tertullianus lib. de idolol. cap. 1. *Idololatria fraudem Deo facit, honores illi ſuos denegans & aliis conferens, ut fraudi etiam contumeliam conjungat.*

(*) Synodus Laodicena anno *CCCLXVII.* celebrata canone ſupra citato, diſertis verbis pronunciat, angelorum cultores *occultæ idololatriæ vacare & Chriſtum derelinquere.* Provocare quoque poterat GERHARDVS ad teſtimonium TERTVLLIANI, qui libr. *de præſcript. hæret. cap. XXXIII.* ait, *Simoniacæ magiæ diſciplinam angelis ſervientem inter idololatrias collocatam, & a Petro apoſtolo* in *ipſo Simone damnatam.*

(**) Præter ATHANASIVM alii quoque veterum patrum Arianos *idololatras* vocare conſueverunt, quod eum, quem creaturam fatebantur, adorarent. Ex Græcis hoc fecerunt BASILIVS M. & GREGORIVS Nyſſenus, quorum teſtimonia recitavit DIONYS. PETAVIVS *tom. II. dogmat. theolog. libr. II. cap XII. §. VI. p. 114.* Adjungimus iisdem ex eccleſiæ latinæ doctoribus FVLGENTIVM Ruſpenſem, haud incelebrem ſeculi VI. ſcriptorem, qui libro *contra ſermonem faſtidioſi Ariani, cap. VI.* ſuam de Arianis mentem hiſce verbis exprimit: *Hæretici incorpoream divinitatem nonniſi corporaliter cogitantes, cum ſecundum naturam dicunt filium minorem, ſub imagine chriſtiani nominis, quam fallaciter prætendunt, idololatriæ nefando crimine ſemet ipſos involvunt. Quid enim eſt, Deum majorem, & Deum minorem in ſingulis perſonis dicere, niſi diverſi generis diverſæque virtutis idola, non in parietibus; ſed, quod deterius, in cordibus collocare? Hinc enim ſe duos Deos colere, Ariani evidenter oſtendunt* &c.

(***) De odioſo hocce nomine, quo *Neſtoriani* olim fuerunt nuncupati, legi meretur JAC. BASNAGIVS, in *hiſtoire de l'égliſe, tom. II. lib. XX. §. 3. p. 1204.* & *libr. XXI. cap. I. §. 4. p. 1247.* Conſtat quoque ex hiſtoriarum monumentis, ipſos orthodoxos *anthropolatras* adpellatos fuiſſe ab *Apollinariſtis*, eo quod Chriſtum verum hominem eſſe, & animam rationalem ac corpus ejusdem nobiſcum naturæ habere adſerebant, id quod APOLLINARIS ſectatores negabant. Mentionem hujus convitii facit GREGORIVS Nazianzenus, oſtenditque, majori jure *Apollinariſtas* nomen *ſarcolatrarum* mereri: cum enim, ex eorum ſententia, Chriſtus animam humanam non habeat, ſponte conſequi, eos ſolam Chriſti carnem adorare. Conferenda, quæ hanc in rem diximus in *diſſertat. de Chriſto hominum redemtore*, quæ præfixa eſt *tom. IV. locor. theolog. §. XXVII. p. 20.*

tumeliam jungat. Ambroſius in cap. 5. Epheſ. *Idololatria Dei honorificentiam uſurpat, & creaturæ vindicat,* Gregor. Nazianzenus orat. ὠς γενέθλ. *Idololatriam* vocat *adorationis a creatore ad creaturam translationem.* Auguſtinus I. de Trinit. cap. 6. *Idololatræ dicuntur, qui ſimulacris eam ſervitutem exhibent, quæ debetur Deo.* Beda in cap. 4. Lucæ: *Idololatræ nuncupantur, qui vota, preces & ſacrificia, quæ uni Deo debuerant, idolis impenderunt.* Gerſonius in reg. moral. tit. de ſuperbia lit. M. *Idololatria eſt exhibitio honoris vere vel interpretative aut attributive divini alicui creaturæ aliter, quam ſibi poteſt competere.* Thomas II. 2. q. XLIV. art. 1. *Idololatria eſt ſuperſtitio, qua creaturæ divinus cultus exhibetur.* Catech. Trident. in explicat. 1. præcepti: *Moſes eum populum ab idololatria avertere vellet, ajebat:* Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis, *quod ſapientiſſimus legiſlator ideo dixit, ne quo errore ducti divinitatis imaginem fingerent, Deoque debitum honorem creaturæ tribuerent,* ex quibus verbis talis colligitur idololatriæ definitio, quod ſit error, quo Deo debitus honor creaturæ tribuitur.

ἐθελοθρησκείας ſunt ſpecies ἐιδωλολατρείας.

§. LXXXVII. Cumque pars ſit divini honoris ac cultus ſoli Deo debiti, præſcriptum ipſius in *forma* ac *modo* cultus ſequi, Deut. XII. 8. *Non facietis ſinguli, quicquid rectum in oculis ſuis, ſed* v. 32. *quicquid ego præcipio vobis, cuſtodietis, ut faciatis, non addes ad illud, neque detrahes.* Matth. XV. 9. *Fruſtra colunt me docentes doctrinas mandata hominum.* Eſ. I. 12. *Quis requiſivit hæc de manibus veſtris* &c. ideo ἐθελοθρησκείας, quibus proprii cordis cogitata in cultu divino homines ſectantur, ἐιδωλολατρείας quædam ſpecies conſtituuntur. Num. XV. 39. *Recordamini omnium præceptorum Jehovæ, ut faciatis ea, & non aſpicietis poſt cor veſtrum & oculos veſtros, poſt quos fornicamini.* v. 40. *ut recordemini & faciatis omnia præcepta mea, & ſitis ſancti Deo veſtro.* v. 41. *Ego Jehovah Deus veſter, qui eduxi vos e terra Ægypti, ut eſſem vobis in Deum; Ego, inquam, Jehovah Deus veſter.* (Uſitatiſſimum eſt prophetis ſpiritualis fornicationis & adulterii nomine idololatriam complecti, quando ergo electitii cultus hoc loco dicuntur fornicatio, utique idololatrias loco habentur, quod ipſum oſtendit repetitio verborum primi præcepti: Ego Jehovah Deus veſter) Deut. XII. 30. *Cave tibi, ne imiteris gentes, poſtquam te introëunte fuerint ſubverſæ, & requiras ceremonias* (Hebr. deos) *earum, dicens: ſicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colam.* v. 31. *Non facies ſic Deo tuo.* In hoc dicto manifeſte dicuntur dii alieni conſtitui, quando verus Deus colitur, vel coli exiſtimatur peregrinis ethnicorum cultibus præter & extra verbum. 1 Sam. XV. 22. *Nunquid voluntas Jehovæ eſt in holocauſtis & victimis, & non potius in obtemperando voci Jehovæ?* v. 23. *Peccatum divinationis eſt rebellio & idolum & theraphim transgredi.* (Notum eſt per theraphim ſimulacra intelligi, quibus divinus cultus exhibetur Gen. XXXI. 19. Jud. XVII. 5. idolum igitur erigunt, quicunque cordis ſui cogitationes in cultu divino ſequuntur) Probant hoc ipſum rationes ſequentes. I) Qui non timet nec diligit Deum ſuper omnia, peccat contra primum præceptum. Quisquis cultus extra & præter verbum inſtituit, non timet nec diligit Deum ſuper omnia, ſiquidem cogitata cordis ſui præfert Dei verbo. Ergo qui cultus extra & præter verbum inſtituit, peccat contra primum præceptum, & per conſequens committit idololatriam. Omnia enim peccata contra primum præceptum generali idololatrias nomine comprehenduntur. II) Qui non agnoſcit, Deum eſſe ſapientiſſimum, peccat contra primum præceptum, (quia primo præcepto jubemur Deum agnoſcere, qualis eſt; jam vero Deus eſt ſapientiſſimus) Quisquis præter & extra verbum cultus inſtituit, non agnoſcit Deum eſſe ſapientiſſimum, quia cordis ſui cogitationes divinæ ſapientiæ præfert. Ergo qui electitios cultus inſtituit, contra primum præceptum peccat, & per conſequens idololatriam committit. III) Quicunque gloriam ſoli Deo debitam ad alium transfert, peccat con-

contra primum præceptum, & idololatriam committit. Quisquis electitios cultus inſtituit, gloriam ſoli Deo debitam transfert ad alium (ſiquidem hæc ſolius Dei gloria eſt, quod *ipſe unus ſit legislator* εἷς ὁ νομοθέτης, Jac. IV. 12. cui ſoli competit, normam ac formam ſui cultus præſcribere) Ergo qui electitios cultus inſtituit, contra primum præceptum peccat, & idololatriam committit. Hieronymus in cap. X. Jer. *Quicquid de idolis diximus, ad omnia dogmata, quæ ſunt contraria veritati, referri poteſt. Et ipſi enim*, (talium dogmatum auctores & propagatores) *ingentia pollicentur, & ſimulacrum vani cultus de ſuo corde effingunt, jactant grandia, & ad decipiendos ſimplices quosque quaſi aureis ſenſibus & eloquiis argenti ſplendore fulgentibus imperitorum obſtringunt aciem* &c. *quorum cultura proprie gentium eſt & eorum, qui Deum ignorant.* Idem in cap. V. Michæ: *Infelix humana conditio & inſipientiæ plena atque erroris ſcit de ſuo ſenſu dogmata eſſe compoſita, non ignorat a ſe eſſe idolum ſimulatum & pro Deo adorat opera manuum ſuarum.* Auguſtinus in quæſt. ſuper Joſuam q. XXIX. ſuper verba: *Auferte deos alienos de medio veſtri*, inquit: *Propheta ſanctus Joſua in cordibus eorum eſſe cernebat cogitationes de Deo alienas a Deo, & ipſas admonebat auferri. Quisquis enim talem cogitat Deum, qualis non eſt Deus, alienum deum utique & falſum in cogitatione portat.* lib. de vera relig. cap. 38. *Opiniones erroneas & propria* φαντάσματα *eſſe cultum ſimulacrorum* oſtendit.

§. LXXXVIII. Ex quibus omnibus vera ac genuina idololatriæ natura, plena ac perfecta definitio ac variæ ejusdem ſpecies cognoſci poſſunt: reſtat probandum, quod per imaginum cultum in eccleſiis pontificiis idololatria committatur, id vero ſequentibus confirmamus argumentis. I) Quicunque divinum honorem deferunt rei, quæ non eſt Deus, committunt idololatriam: Pontificii deferunt honorem divinum imaginibus, cum tamen non ſint Deus. Ergo Pontificii per imaginum honorem committunt idololatriam. *Major* ex illis, quæ dicta ſunt, manifeſta eſt. *Minorem* confirmamus hoc modo: Adoratio eſt cultus ſoli Deo debitus; imaginibus in eccleſiis pontificiis defertur adorationis honor: ergo imaginibus defertur cultus ſoli Deo debitus. *Minoris* manifeſta veritas patet ex eo, quod Thomas, Alenſis, Bonaventura, Albertus aliique complures ex ſcholaſticis diſputant, eundem honorem deberi imagini & exemplari, ac proinde imagines SS. Trinitatis, Chriſti & crucis adorandas eſſe cultu latriæ, quorum ſententiam ſequuntur Cajetanus, Gregorius de Valent. & Coſterus, ut vidimus theſ. 77 & 87. idololatrice dici agnoſcunt non ſolum Robertus Holcotius & Gerſonius (quorum ille lect. CLVIII. in ſap. ſcribit. *Latria honor eſt ſoli Deo debitus, ſed nulla imago eſt Deus. Ergo nulli imagini debetur talis honor.* Hic vero part. III. tract. 8. ſuper magnificat concludit: *Solum eus divinum & ſummum latria eſt honorandum, ſciunt hoc fideles, ſciunt & philoſophi omnes, ſed lignum crucis etiam illud, in quo pependit Dominus, nihil habet divinitatis*,) ſed etiam ipſe Bellarminus, qui lib. II. de imagin. cap. 24. ſic ſcribit: *Imago per ſe & proprie non eſt adoranda eodem cultu, quo ipſum exemplar, & proinde nulla imago per ſe & proprie eſt Deus, ſive conſideretur ratione materiæ, ſive ratione figuræ & colorum, ſive ratione relationis. Ergo per ſe & proprie non debetur ulli imagini cultus latriæ. Dicet aliquis fortaſſe, latriam eſſe cultum proprium Deo, quando exhibetur propter ſe, non autem quando propter aliud contra; nam de eſſentia vera veræ latriæ eſt, exhiberi propter ſe, latria enim dicitur ſummus cultus, qui debetur vero Deo, ut primo principio rerum omnium, implicat autem contradictionem, exhiberi ſummum cultum primo principio ac propter aliud, nam ſi primo principio, non ergo propter aliud, ſi propter aliud, non primo principio. Ergo, vel imagini exhibetur cultus latriæ propter ſe, & hæc eſt vera idololatria, vel non exhibetur propter ſe, & tunc ille non eſt cultus veræ latriæ* &c. Hæc Bellarminus pleriſque ſcholaſticis, imo ſuæ ſectæ hominibus Valentiano & Coſtero contradicens.

§. LXXXIX.

Bellarmini opinio de cultu imaginum.

§. LXXXIX. Quo vero cultus genere Bellarminus cenſet imagines honorandas eſſe? lib. II. de imag. c. 20. de genere cultus imaginibus debiti tres ſententias haberi ſcribit. Prima, quod *imago non ſit ullo modo in ſe colenda, ſed ſolum coram imagine colendum exemplar.* Ita ſenſiſſe videtur Alenſis p. III. q. 30. artic. ultim. Durandus lib. III. ſent. diſtinct. 9. q. 2. Alphonſus a Caſtro in verbo *Imago*, illis addere potuiſſet Vaſquezium ſuæ ſocietatis hominem, qui lib. II. de adorat. diſputat. 2. c. 3. dicit: *Superſtitioſum & ſtultum eſſe, imagines per ſe colere nulla habita ratione ad exemplar.* Secunda opinio eſt, quod *idem honor debeatur imagini & exemplari, & proinde Chriſti imago ſit adoranda cultu latriæ, b. Mariæ cultu hyperduliæ, aliorum ſanctorum cultu duliæ.* Ita Thomas, Bonaventura, Marſilius, Cajetanus &c. Tertia opinio verſatur in medio, eſtque eorum, qui dicunt, *ipſas imagines in ſe & proprie honorari debere, ſed honore minori, quam ipſum exemplar, & proinde nullam imaginem adorandam eſſe cultu latriæ.* Ita Pereſius lib. de tradition. tract. de imag. Catharinus, Sanderus &c. Ut has opiniones conciliet, format ſequentes propoſitiones: 1) *Imagines Chriſti & ſanctorum venerandæ ſunt non ſolum per accidens vel improprie, ſed etiam per ſe & proprie, ita ut ipſæ terminent venerationem, ut in ſe conſiderantur, & non ſolum ut vicem gerunt exemplaris.* 2) *Quantum ad modum loquendi, præſertim in concione ad populum, non eſt dicendum, imagines ullas adorari debere latria, ſed e contrario non debere ſic adorari.* 3) *Si de re ipſa agatur, admitti poteſt, imagines poſſe coli improprie vel per accidens, eodem genere cultus, quo exemplar ipſum colitur.* 4) *Imago per ſe & proprie non eſt adoranda eodem cultu, quo ipſum exemplar, & proinde nulla imago colenda eſt cultu latriæ proprie & per ſe.* 5) *Cultus, qui per ſe & proprie debetur imaginibus, eſt cultus quidam imperfectus, qui analogice & reductive pertinet ad ſpeciem ejus cultus, qui debetur exemplari.* Nimirum his coloribus εἰκονολατρείαν Bellarminus pingere voluit, ut comtior evaderet, a quo merito quærimus: 1) Cur diſcedat a Thoma, cui juramento eſt adſtrictus? 2) Imo cur diſcedat a Valentiano & Coſtero ſui ordinis hominibus? 3) Cur neget manifeſtam praxin, quæ divinos honores imaginibus exhiberi teſtatur, qua de re diximus theſ. 80. 4) Cur diſcedat a concilio Tridentino, quod ſeſſ. XXV. dicit, *adorare imaginem, eſt ipſum Chriſtum adorare,* ex quo colligit Valentianus, cum in honorando prototypo uſurpetur ille honor, qui competit excellentiæ ipſius, ergo eodem prototypi honore honorandas eſſe imagines, modo illo ſuo, quo honorari debent, videlicet quatenus ſunt imagines, ac proinde imagines Chriſti coli debere latria. 5) Cur neget, ad populum dicendum eſſe, quod imagines ſint adorandæ cultu latriæ, cum concedat, ſi de re ipſa agatur, admitti poſſe, quod improprie vel per accidens cultu latriæ colantur? Chriſtus doctrinam ſuam per apoſtolos *prædicari voluit omni creaturæ*, Marc. XVI. 15. *Nec quicquam timet veritas niſi abſcondi*: Tertullianus adv. Valent. p. 383. Merito hic exclamaverit quis cum Auguſtino lib. IV. de civ. Dei cap. 27. *Præclara religio, quo confugiat liberandus infirmus, & cum veritatem, qua liberetur, inquirat, credatur ei expedire, quod fallitur!* 6) Cur dicendum adſerat, imagines non debere adorari cultu latriæ; & tamen concedat, *improprie* loquendo eas latria colendas eſſe? Quid dicatur *improprie* honorari, id ipſemet hoc modo exponit lib. II. de imag. cap. 2. *improprie dicitur honorari, quod honoratur loco regis, ut quando legatus honoratur loco regis honore proprio regibus.* Quemadmodum igitur vere honoratur legatus, quando honor regis ipſi defertur, licet id fiat improprie; ita juxta Bellarmini hypotheſin dicendum, vere adorari cultu latriæ imagines, quando honor prototypi illis defertur, licet id fiat *improprie*. 7) Quis tandem ſit iſte *analogicus* cultus imaginibus debitus? Cap. 25. eum ſic explicat: *Sicut ſe habet imago ad ſuum exemplar, ita ſe habet cultus imaginis ad cultum exemplaris. Sed imago eſt ipſum exemplar analogice & ſecundum quid,*

nam

nam homo pictus eſt homo ſecundum quid & analogice, ergo etiam imagini debetur cultus ipſi exemplari debitus, imperfectus & analogicus. Reſp. homo pictus & verus homo non conveniunt *analogico* genere, ſed *æquivoco* ſaltem. Ariſtoteles ἐν προκατηγορ. cap. de homonymis: ὁμώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινὸν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος, οἷον ζῶον, ὅ, τε ἄνθρωπος καὶ τὸ γεγραμμένον. Subſumo, ſicut ſe habet imago ad exemplar, ita ſe habet cultus imaginis ad cultum exemplaris. Atqui imago eſt ipſum exemplar *æquivoce*, non *analogice*, multo minus συνωνύμως. Ergo etiam cultus imaginis eſt cultus æquivocus. 8) Qua ratione *analogicus* ac *reductivus* iſte cultus rudioribus, qui in imaginum cultu operoſiores ſunt ipſis magiſtris, ita explicari poſſit, ne periculum idololatrias ipſis metuendum ſit? quotus enim quisque eorum, qui imagines venerantur, cogitat de latria, hyperdulia, dulia, de cultu illo inferiore, qui ſecundum quid *analogice* ac *reductive* ſit latria, hyperdulia, dulia? 9) An cultum illum analogicum imaginibus SS. Trinitatis Chriſti & crucis debitum ſtatuat aliquo modo divinum, an vero nullo? Si prius, denuo ſequetur, partem divini honoris ad imagines transferri, idque analogia manifeſte requirit, cum conſiſtat in quadam participatione inter id, quod analogice reducitur, & ad quod reducitur. Si poſterius, Deus per illum imaginum cultum non coletur, cum Deo non conveniat niſi divinus honor.

Exceptiones adverſariorum.

§. XC. Quid ſi dicatur, papiſtas quidem procidere ante imagines, ſed nihil hic eſſe idololatricum, cum adoratio in genere notet quemvis honorem etiam humanum, cumque adoratio non referatur ad ipſas imagines, denique cum totum hoc ſpectet ad excitationem animorum ad Deum? Ita Piſtorius diſputat in hodeg. cap. de imag. pag. 295. cui ſolide reſpondet D. Menzerus in antipiſt. diſp. VII. th. 43. & ſeqq. 1) Synodus Nicæna II. itidem honorariam ſaltem adorationem imaginibus tribuit, ſed quo modo eam explicet, vidimus theſ. LXXVI. 2) Ipſa praxis oſtendit, adorationem illam imaginum non eſſe *civilem*, ſed *religioſam*, ſiquidem colunt eas ſacrificando, vovendo, jurando, &c. cum tamen Bellarminus lib. III. de cultu ſanctor. cap. 9. agnoſcat, *votum eſſe actum religionis ſoli Deo debitum, qualis etiam ſit juramentum & ſacrificium.* 3) Voce legis divinæ manifeſte prohibitum incurvare ſe ſculptili, atque illud colere. Quicunque ergo ſe incurvat imagini, ut interiorem cordis ſui cultum hac ratione exterius proferat, is contra præceptum Dei peccat. 4) *Civilis* illa adoratio regibus & honoratioribus delata non poteſt hic habere locum, cum imagines non habeantur in numero rerum civilium, ſed ſacrarum ac religioſarum. Jam-vero in rebus ſacris nota religioſi cultus ex geniculationis geſtu petitur. 1 Reg. XIX. 18. Rom. XI. 4. 5) Adde, quod magna ſit diſſimilitudo, quando hominibus rationalibus exhibetur civilis & externa reverentia, quæ in ſcriptura vet. teſt. aliquando vocatur adoratio, & ejus exempla in ſcriptura exſtant: ſed inanimatis ſtatuis hoc exhibere non eſt idem, & ejus nullum exſtat in ſcriptura vel mandatum vel exemplum, imo lex Dei, quia utrumque prohibet, & adorationem & cultum imaginum, altero interiorem cultum ſpiritus, altero externam honorariam adorationem imaginum prohibet. 6) Bellarminus II. de imag. c. 24. & Gregorius de Valent. tract. de adoratione Chriſti punct. 2. diſerte improbant eorum ſententiam, qui dicunt, *imaginem non eſſe ullo modo in ſe colendam, ſed ſolum coram imagine colendum exemplar: imaginem vero tantum nobis eſſe motivum, ut prototypum ſolum honoremus.* 7) Scholaſtici plerique eundem omnino cultum deferunt imagini, qui debetur exemplari.

Alterum argumentum, quo probatur, per cultum committi idololatriam.

§. XCI. Atque hæc dicta ſint de argumento *primo*, quo demonſtrare cupimus, pontificios per cultum imaginum committere idololatriam; *alterum* hoc eſto. Quandocunque per cultum imaginum Deus colitur, committitur idololatria. Pontificii per cultum imaginum Deum colere volunt. Ergo per cultum imaginum idola-

lolatriam committunt. *Minorem* haud inviti concedunt. *Majoris* veritatem comprobat tum manifeſtum Dei præceptum, quo ſe per imagines coli vetuit, tum exempla eorum omnium, qui idololatriæ accuſati ſunt, quod per imagines Deum colere voluerunt. Præceptum manifeſtum exſtat Deut. IV. 15. *Cavete diligenter animabus veſtris; (non enim vidiſtis ullam imaginem in die, qua locutus eſt Jehovah ad vos e medio ignis)* v. 16. *Ne forte corrumpatis vias veſtras, & faciatis vobis ſculptile, aut imaginem ullius ſimulacri, &c.* Prohibet legislator populo, ne faciat ſibi ſculptile aut imaginem, non cujusvis rei, ſed ejus, in qua repræſentetur & colatur Deus; additur enim ratio, ideo nullam Dei ſimilitudinem in ſolenni legis promulgatione viſam, quod nollet ſui aliquam ſimilitudinem fieri. Quod ſi prohibitum, ne Dei aliqua ſimilitudo fiat, utique etiam prohibitum, ne in ſimilitudine vel imagine quadam Deus colatur. Bellarminus lib. II. de imag. c. 8. ſcribit: *Non eſſe tam certum in eccleſia, an ſint faciendæ imagines Dei ſive Trinitatis, quam Chriſti & ſanctorum: interim*, concludit, *licere pingere imaginem Dei Patris in forma hominis ſenis, cum angeli ſint incorporei & depicti in vet. teſt. cum Deus viſus ſit ſpecie corporea, cum tribuantur ei membra humana, &c.* (*) Sed hæc

(*) Communior hodie doctorum eccleſiæ Romanæ ſententia huc redit, illas Dei & trinitatis, perſonarumque divinarum imagines eſſe admittendas, quæ adparitiones divinas, in ſanctioribus litteris commemoratas, exprimant. Adprobat hanc ſententiam *Catechiſmus concilii Tridentini part. III. ad præceptum I. decalogi*, §. 36. qui quidem catechiſmus ſymbolicam auctoritatem in eccleſia Romana obtinuit, ex quo dijudicari ac cognoſci poteſt, quænam vera ac genuina illius de præcipuis religionis chriſtianæ capitibus ſit ſententia.

Non deſunt tamen in hac ipſa eccleſia magni nominis theologi, qui longius progrediuntur, adſerentes, licitum eſſe, non ea duntaxat forma effigiare Deum, qua olim ſe adſpectabilem reddidit mortalibus, ſed alia quoque ex hominum ingenio efficta. Hanc ſententiam adoptavit ROBERT. BELLARMINVS, pater purpuratus, *loco* ſupra a GERHARDO *adlegato*, ubi & JO. CALVINVM ſecus ſentientem confutare adnititur. Bellarminum preſſo pede ſequitur VINCENT. LVDOV. GOTTI, in academia Bononienſi quondam controverſiarum profeſſor, poſtea eccleſiæ Romanæ cardinalis, in *theolog. ſcholaſt dogmat. tom. XVI. p. 161.* Plures hujus ſententiæ fautores excitavit BENEDICTVS XIV. eccleſiæ Romanæ pontifex, in *epiſtola* ad JOSEPHVM, epiſcopum Auguſtanum, ſereniſſimum Haſſiæ Landgravium, exarata, *fol VII. ſeqq.* ubi vel tribus notamus, doctiſſimum huncce præſulem, cum adhuc cardinalis eſſet, PROSPER DE LAMBERTINIS nuncupatus, in copioſo *de canoniſatione ſervorum Dei* opere, *libr. IV. part. II. cap. XX.* §. 3. *p. 188.* nec illas improbaſſe imagines, quæ Deum patrem repræſentant ſub forma ſenis, inque ejus ſinu Chriſtum, & inter utrumque Spiritum ſanctum in forma columbæ; licet hæc trinitatis repræſentatio in libris divinioribus haud deprehendatur; aſt mutaſſe eundem mentem ſuam, poſtquam BENEDICTI XIV. nomine adoptato, ſolium papale conſcenderat. Quæſitus enim a JOSEPHO epiſcopo Auguſtano, num imagines Spiritus S. ſub ſpecioſi juvenis forma tolerandæ eſſent? in *epiſtola* modo *excitata* ſine ambagibus reſpondit, ejusmodi imagines e medio eſſe tollendas, eam quidem ob rationem, quod Spiritus ille ſanctior nullibi in ſacris litteris ſub hacce forma adparuiſſe legatur.

Nec prætermittendum heic eſt, fuiſſe nonnullos eccleſiæ Romanæ ſectatores, qui omnes divinitatis imagines prorſus rejecerint. Fecerunt id ex antiquioribus MARTINVS PEREZIVS AIALA, archiepiſcopus quondam Valentinus, in opere *de divinis apoſtolicis atque eccleſiaſt. traditionibus, part. III. tract. de imagin. f. 222, 223.* FRID. NAVSEA, archiepiſcopus Viennenſis, in *cathechiſmo cathol. libr. IV.* ad præcept. I. GEORG CASSANDER, in *conſultat. de articulis religionis inter catholicos & proteſtantes controverſis, art. 21.* ſub fin. *oper. f. 980.* POLYDORVS VERGILIVS, quem ſupra laudavit GERHARDVS, JO. HESSELIVS, theologus quondam Lovanienſis, in *catechiſmo*, Lovan. *MDLXXI.* edito, *libr. I cap. LXV.* aliique, quorum veſtigia nonnulli quoque ex recentioribus ſunt ſecuti Eminet ex his DOMINICVS MACER, cathedralis eccleſiæ Viterbienſis quondam canonicus ac protonotarius apoſtolicus, qui in *hiero-lexico* voce *Icona* hac de re ſequentem in modum diſſeruit: *Antiquitus non permittebatur, patrem æternum in figura humana depingi. — — — Commendanda ſane eſt* URBANI *VIII. memoria, cujus ſanctiſſimus zelus in ignem comburi II. Aug. MDCXXVIII. decreverat omnes imagines, ſanctiſſimam Triadem in uno corpore repræſentantes, tribus faciebus & quatuor oculis.* Huic ad latus

hæc omnia nondum probant, ipſius Dei imaginem pingi poſſe vel debere, quando enim corporeæ illæ ſpecies, in quibus ſe repræſentavit Deus, depinguntur, tum non ipſe Deus, ſed id, in quo ſe manifeſtavit Deus, depingitur, quod ipſe Bellarminus quodammodo agnoſcit, unde in arg. tertio coll. 956. fatetur, *Non ſine periculo exhiberi imperitis ejusmodi picturas, in quibus membra corporea tribuuntur Deo.* Coll. 956. diſputat, tribus modis aliquid pingi poſſe: 1) *Ad exprimendam perfectam ſimilitudinem formæ & naturæ rei ipſius, qua ratione ſi quis Deum pingere tentaret, verum idolum conſtitueret.* 2) *Ad hiſtoriam aliquam oculis exhibendam, ut ſi quis pingere vellet expulſionem Adami de paradiſo, pingere deberet Deum in forma hominis ambulantem &c. qui autem ita pingeret, non vellet certe repræſentare Dei naturam, ſed ſolum exhibere oculis per picturam, quod alius auribus exhiberet recitando ſcripturam.* 3) *Ad explicandam rei ram, non per immediatam & propriam ſi dinem, ſed analogiam ſive metaphoricas casque ſignificationes, ut cum in forma hu extra hiſtoriam pingitur Deus Pater, Ch in forma ovis, &c. ubi notandum, non d ejusmodi imagines multiplicari, nec tolera eſſet, quod pictores audent ex capite ſuo co gere imagines Trinitatis, ut cum pingunt hominem cum tribus faciebus, vel unum nem cum duobus capitibus, & in medio e columbam, iſta enim monſtra quædam voca & magis offendunt deformitate ſua, qua vant ſimilitudine.* Hæc omnia Bellarminu poſtea concludit, *in ſcripturis tantum pr tam eſſe imaginem Dei primi generis.* Q vis vero hiſtoricæ iſtæ picturæ, in quibu nifeſtationes divinæ exprimuntur, non om a nobis improbentur (*), tamen extra l riam pingere imaginem vel erigere ſtatuan

latus ponimus FRANCISC. COMBEFISIVM, theologum Gallum, ord. F. F. prædic. congregat. S. Ludovici Lutetiæ Pariſiorum, qui in *not.* ad NICEPHOR. Conſtantinop. libellum de *imaginibus*, *manipulo originum Conſtantinopolitanarum* inſertum, haud admittendum eſſe cenſet, *quod rudi pictura Trinitatis arcanum nonnullis delineetur, ut ſenioris viri ſpecie patrem deſignent, Filium, qua carnem adſumſit, Spiritum S. qua adparuit columbæ ſpecie.* Eandem ſententiam propugnarunt NATALIS ALEXANDER, theologus Gallus, dominicanorum familiæ adſcriptus, in *ſelect. hiſt. eccleſ. ſæculi VIII. capitibus, diſſert. VI.* atque JAC. LE FEVRE, theologus Sorbonicus, in libro, cui index: *Entretien d' Eudoxe & d' Evariſte ſur l' hiſtoire des Iconoclaſtes du P. Maimbourg p. 154. ſeqq.* Ut alios taceamus.

(*) Hæc GERHARDI de imaginibus divinitatis ſententia egregie conſpirat cum ea, quam eccleſia Germanica & Gallica tempore CAROLI M. ſuo adprobavit calculo, & quam eccleſia noſtra evangelica hodiernum amplectitur. Hæc enim concilii Francofurtani ſequitur placita, mediaque inter *Iconoclaſtas* atque *Iconodulos* via incedit. Admittit nimirum *figuras emblematicas* divinitatis perſonarumque in divinis; repudiat vero prorſusque proſcribendas cenſet eas Trinitatis imagines, quæ ex arbitrio hominum effinguntur. Legenda, quæ, præter CHEMNITIVM & GERHARDVM, de hocce argumento ſcripſere ex noſtris JO. SCHROEDERVS, ſupra §. *LXII. p. 258.* laudavit GERHARI in *apodixi theolog. gemina de imaginibus* &c. Swi *MDCVI.* 8. edita lectuque digniſſima, CASP. E BROCHMANDVS, in *ſyſt. theolog. tom. II.* *lege, cap. VII. qu. I. p. 21, 22.* PAVLVS TA VIVS, theologus quondam Roſtochienſis, in DEDEKENNI *vol. II p. 1114. ſqq.* BALTHA MEISNERVS, theol. Wittebergenſis, in c *adiaphoriſt. diſp. III. §. 26. ſeqq. p. 57. ſeqq.* JO. A OSIANDER, in *theolog. moral. part. ſpec. ca §. XVII. p 273.* CHRISTOPH. MATTH. P FIVS, in *diſſertat. theol. de eo, quod licitum eſt picturam imaginum S. S. Trinitatis & perſo divinarum*, Tubing. *MDCCXLVI.* edita, *p. 22* aliique, quos nominare ſuperſedemus.

Quum vero eccleſiæ Reformatæ theologi, u pra jam obſervavimus, a nobis heic diſſenti atque imagines Trinitatis & perſonarum divina omnes damnent; varia ex hoc ipſo diſſenſu orta certamina.

De controverſia, quam ANDR. CAROLS DIVS, Wittebergenſis, ſtatim ſub initium formationis nimirum A. *MDXXII.* excitavit, c abſente LVTHERO, imagines templo ejiceret pra ad §. *LXX. p 264.* diximus. Legi merentur, de hac Iconoclaſia a CAROLSTADIO ten ſcripſerunt SECKENDORFIVS & LOESC RVS, ille quidem in *hiſtoria Lutheraniſmi libr.* CXI

qua Deus vel *immediate* vel *analogice* entetur, prohibitum eſſe ſtatuimus, pro- manifeſta ſcripturæ dicta Deut. IV. 15. *n vidiſtis ſimilitudinem, obſerva ergo te ne forte deceptus facias tibi ullam ſimi- em*. Eſa. XL. 18. *Cui aſſimilabitis Deum, am ſimilitudinem ponetis ei*? Eſa. XLVI. i *aſſimilabitis me & æquabitis, aut com- tis me, & ſimilitudo ero?* Act. XVII. 29. *lebemus exiſtimare auro & argento aut ſculpturæ artis aut cogitationis hominis eſſe ſimile*. Ac res ipſa oſtendit, non poſſe talem quandam imaginem fingi vel pin- gi, qua Deus unus in eſſentia, ac trinus in per- ſonis vel *immediate* vel *analogice* repræſentetur: hinc veteres diſerte ſcribunt, nefas eſſe Dei ima- ginem aliquam fingere. Clemens Alex. lib. I. ſtrom. adſerit, *Deum ex Moſis diſciplina nec ho- minis effigie, nec ulla alia re repræſentari*. Ter- tullianus de corona militis: *Indignum, ut imago Dei vivi imago idoli & mortui fiat*. Origenes lib. VII. cont. Celſ. in fin. *negat Dei ſimilitudinem ullam faciendam*. Idem repetit Euſebius lib. I. de præparat. evang. c. 6. Athanaſius orat. contra gen-

III. CXIX. hic vero in *hiſtoria motuum relig. I.* §. XI. *cap.* 14. *ſeqq.*
me Iconoclaſiam, quam CAROLSTADIUS vit, inſecuta eſt diſputatio JACOBI ANDREÆ THEODORO BEZA, in colloquio Mompel- nſi anno *MDLXXXVI.* habito, inſtituta. Quin- rticuli inter nos ac Reformatos controverſi, *de domini: de perſona Chriſti: de imaginibus, tem- ac ſimilibus rebus: de baptiſmo: de prædeſtina-* heic fuerunt ſub examen vocati, nec in ullo n articulorum, niſi in tertio vel tandem con- runt utriusque partis theologi. Ipſe enim BE- ingenue faſſus eſt, picturas ex Eſaja ac Danie- ſumtas inter res adiaphoras referendas eſſe. *Ba* hujus *colloquii*, quæ Tubing. *MDLXXXVII.* odierunt, *p.* 420. 421.
c tamen alii eccleſiæ Reformatæ doctores ean- cum THEOD. BEZA adoptarunt ſententiam, otius rigidiora ſecuti principia, imagines omnes mplis proſcribendas eſſe cenſuerunt, contradi- us noſtræ eccleſiæ theologis. Hinc cum ſecu- I. ad finem vergente in Anhaltinis atque Am- nſibus eccleſiis, imagines, altaria, aliæque cæ- iæ abrogarentur, doctoresque Anhaltini hoc- tum edito ſcripto defendere adniterentur, mox a eos inſurrexerunt nonnulli ex noſtris theolo iſumque imaginum, quæ nullam promeren eprehenſionem, in ædibus ſacris defendendum erunt. Ex ſcriptis ab utraque parte editis, com- orari merentur: *der theologiſchen Facultat zu mberg Antwort auf die Anhaltiſche Schrift von bwerfung der Bilder, Altære &c.* MDXCVII. *nleitung, wie das Wittenbergiſche Buch wieder nhaltiſchen zu leſen*, Amberg MDXCVII. 4. *Ab- ung ſolcher Anleitung*, Wittenberg, *MDXCVII.* 4. *ort auf die Abfertigung*, Amberg, MDXCVIII. emque *endliche Antwort auf der Anhaltiſchen er Abfertigung*, Wittenberg, MDC 4. Spe- bue quoque ABRAHAMI TAVRERI liber, cui titulus: *Bericht wieder den neuen Bilderſtürme- riſchen Carlſtædtiſchen Geiſt im Fürſtenthum Anhalt*, Leipzig *MDXCVII.* 4. & SIM. GEDICCI *Be- richt und Wiederlegung des Zerbſtiſchen Buchs, wie- der die Bilder und Altarſtürmer*, Magdeb. MDXCVII. 4. Vid. de hoc certamine FRID. BALDVINI *Bericht von den Bildern Gottes, Chriſti und der Hei- ligen* &c. in præfatione huic libro præmiſſa.

Quum controverſia hæc theologica exſtincta vide- retur, renovavit eandem ABRAHAMVS SCVLTE- TVS, Sileſius, concionator FRIDERICI, electo- ris palatini, aulicus, ac theologiæ in academia Heidel- bergenſi quondam profeſſor. Quum enim hic ipſe princeps, Reformatorum ſacris addictus, ann. *MDCXIX.* in Bohemiæ regem eligeretur, atque hoc ipſo anno Pragæ ſolemni ritu inauguraretur, SCVLTETVS imagines ſacras e ſacello regio de- turbavit, easdemque deſtruxit, utque hoc factum de- fenderet, homiliam germanicam edidit *de imagini- bus idololatricis*, quæ Francofurti MDCXX. typis fuit exſcripta. Sed confutavit eandem THEOD. THVM- MIVS, theologus Tubingenſis, edito tractatu, cui titulus: *Sultetus iconoclaſtes, hoc eſt, demonſtratio, in qua contra Abrab. Sultetum imaginum factura ea- rumque uſus in templis hiſtoricus ex verbo Dei & pia antiquitate tractatur*, Tubing. *MDCXX* 4. Edidit quoque FRID. BALDVINVS, theologus Wittem- bergenſis, *Gegenbericht auf Abr. Sultesi vermein- ten ſchriftmæſſigen Bericht von Gözenbildern*, Wit- temberg. *MDCXX* 4. Nec tantum noſtrates theo- logi, ſed & cœtus Romani doctores, ac ſpeciatim BALTHASAR HAGERVS, ſocietatis Jeſu ſacer- dos, concionem iſtam a Sculteto editam, ſcriptis im- pugnarunt; quibus quidem THEOPHILVS MOSA- NVS, Esbacenſis, qui cauſſam SCVLTETI defen- dendam ſuſceperat, oppoſuit *gründliche Rettung der Predigt Abr. Sulteti von denen Gözenbildern*, Ha- nov. *MDCXX.* 4. itemque *Cenſur von Frid. Baldui- ni Bericht von Gözenbildern*; ſed reſpondit eidem

gentes, Hieronymus in cap. XL. Eſa. Auguſtinus de fide & ſymb. c. 7. Theodoretus in Deut. q. I. Damaſcenus lib. IV. orth. fid. c. 17. Synodus Conſtantin. ut habetur in act. VI. Synodus Nicen. Nicephorus lib. VIII. hiſtor. eccleſ. c. 53. (*) quorum ſententiam imitatus Polydorus Virgilius II. de rer. invent. c. 23. ſcribit: *Cum Deus ubique præſens ſit, nihil a principio poſt homines natos ſtultius viſum, quam ejus ſimulacrum pingere.* Quod ſi imaginem aliquam Dei fingere nefas, multo minus fas erit imaginem aliquam Dei colere. Inde Auguſtinus epiſt. CXIX. ad Januar. dicit: *Primo præcepto prohiberi, ne quis colat ullam imaginem Dei, niſi unam eandem cum ipſo, quæ eſt Chriſtus.* Ambroſius epiſt. XXXI. ad Valent. *Non vult Deus in lapidibus coli.* Abulenſis in cap. IV. Deuter. *Vetuit Deus, non ſolum imaginem aliquam adorari, ſed etiam ſe ipſum adorari in imagine;* unde colligit hoc conſectarium: *In imaginibus ſignantibus Deum pure ſcilicet Trinitatem duo inconvenientia ſequi poſſunt, primum idololatria, ne etiam imago colatur, ſecundum error & hæreſis, ſcilicet attribuere Deo corporeitatem.* Pereſius parte III. de traditionibus tr. de imag. ſecutus Auguſtinum, prodidit, *Primo Dei præcepto prohiberi, ne colatur aliqua in figmentis hominum Dei ſimilitudo, non quia non habet imaginem Deus, ſed quia nulla ejus imago coli debet, niſi illa, quæ hoc eſt, quod ipſe.* Vaſques lib. II. de adorat. diſp. IV. c. 2. *Ex Deut. IV. clare deducitur, non licuiſſe tum, verum Deum in aliqua imagine venerari.*

§. XCII.

laudatiſſimus BALDVINVS, inque lucem publicam edidit tractatum hac inſcriptione inſignitum: *Ausführlicher und in Gottes Wort wohlgegründeter Bericht von Bildern Gottes, Chriſti und der Heiligen, in und auſſerhalb den Gotteshæuſern, darinnen zugleich Theophilo Moſano geantwortet wird.* Wittemb. *MDCXXI. MDCXLIII.* 4. Conferri quoque merentur ejusdem *caſus conſcientiæ lib II. cap. II caſu* 2. ubi peculiaris extat diſquiſitio, num ſine peccato nulla Dei imago vel ſculpi, vel pingi poſſit, licet non colatur. Quod vero ad Ieſuitam HAGERVM attinet, is cauſſam ſuam peroravit in der *Rettung der Ehre Gottes in Verehrung der Bilder, wieder Theoph. Moſani vindicias,* Mogunt. *MDCXXII.* 4. Atque hæc de controverſia iconoclaſtica, a SCVLTETO præter neceſſitatem ſuſcitata, ſufficiant. Adeat, qui plura de ea legere voluerit, ANDR. CAROLI *memorabilia eccleſiaſt. ſec. XVII. libr. II. cap. LII p. 423. die fortgeſezte Sammlung von alten und neuen theologiſchen Sachen,* ad ann. *MDCCXXV. p. 25. ſeqq.* & PETR. BÆLII *dict. hiſt. & crit. tom. IV* voce *Sultet,* qui *loc. cit. p. 182. not. (d)* recte obſervat, minus circumſpecte rem ſuam egiſſe Sultetum, quod mox ſub initia regiminis domini ſui, eaque valde imbecillia atque incerta, tam odioſam, deſtructione imaginum, innovationem ſuſceperit.

Quod reſtat, paucis notamus, de uſu imaginum deitatis diſputatum quoque fuiſſe inter duumviros doctiſſimos, ANDREAM RIVETVM, theologum quondam Lugduno Batavum, & JO. CONRAD. DANNHAVERVM, academiæ Argentoratenſis profeſſorem theologum, prout obſervavit b. cancell. PFAFFIVS, in *diſſertatione* ſupra a nobis *laudata, p. 17.* Loca RIVETI ſupra adlegavimus. Quod vero ad DANNHAVERVM attinet, is tum in *collegio Decalog. diſp. III. p. 118. ſeqq.* tum in *hodomoria ſpiritus Calvin. part. I. phantaſm. VI. p. 1124. ſeqq.* hancce quæſtionem copioſe pertractavit.

Subjungimus vel tandem b. SPENERI de hoc argumento cogitata, quæ exſtant *part. I. der theologiſchen Bedenken, p. 3.* ubi ita infit: *Gott den Vater als einen alten Mann und den heiligen Geiſt als eine Taube wegen der in ſolcher Geſtalt geſchehenen Offenbahrungen vorzubilden, möchte zwar an gantz Einfæltigen, jedoch, daſs ſie wüſsten, daſs es dennoch keine eigentliche Bilder wæren, geduldet werden; an andern aber, die eine mehrere Erkænntniſs haben, wolte ich ſolches nicht gerne ſehen, ſondern lieber wünſchen, daſs ſie davon abſtrahirten.*

(*) Plura veterum loca huc ſpectantia in medium adduxere ex cœtus Reformati doctoribus DAN. CHAMIERIVS, in *panſtrat. cathol. tom. II. libr.* XXI. *cap. 2.* JO. DALLÆVS, *libr. II. de imaginibus,* & JAC. BASNAGIVS dans *l'hiſtoire de l'égliſe, tom. II. libr. XXII. cap. II. p. 1311. ſeqq.* Addi merentur ex noſtris MARTIN. CHEMNITIVS, in *exam. concil. Trident. part. IV. loco II. ſect. IV. cap. 1. §. 3.* & C. M. PFAFFIVS in *diſſert.* modo laudata, *p. 4 ſeqq.*

Exempla idololatrarum.

§. XCII. Eos, qui per cultum imaginum Deum colere voluerunt, idololatriæ fuiſſe accuſatos, teſtantur exempla: I) μοσχολάτρων in Ægypto, qui per cultum vituli conflatilis verum Deum coli poſſe putabant, quos idololatras fuiſſe, graviſſima pœna teſtatur Exod. c. XXXII. (Vide *Lutherum* in præfat. præfixa germanicæ verſioni prophetarum.) Excipit Bellarminus lib. II. de imag. c. 13. *Iſraëlitas exiſtimaſſe, ſummum Deum eſſe vitulum illum, quia viderant in Ægypto vitulum in ſummo honore, unde etiam dicantur obliti Dei ſui, Pſal. CVI. 21. & permutaſſe gloriam ſuam in ſimilitudinem bovis. v. 20.* Reſp. ex textu evidentiſſime patet, iſtius vituli cultum in honorem veri Dei ab ipſis inſtitutum fuiſſe, v. 4. dicit Aaron: *Hi ſunt dii tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* At noverant, non a vitulo illo ante horas non ita multas fabricato ſeſe ex Ægypto eductos, ſed a vero Deo. v. 5. *Aaron ædificat altare vitulo, & præconis voce clamat: Cras ſolennitas Domini eſt* ליהוה, ubi adparet ipſi Deo ſolennitatem indici. Viderant, Ægyptios colere Deum ſuum per bovem ſive vitulum, Apim dictum; (quem ſacrabant Serapidi, teſtibus Auguſtino XVIII. de civ. Dei c. 5. Cicerone de natur. Deorum, Macrobio lib. I. Saturnal. c. 21. Herodoto, Diodoro Siculo, Plutarcho, &c.) ideo etiam verum illum Deum, per quem ex Ægypto educti erant, his ritibus & in hoc ſimulacro colere voluerunt. Johan. Ferus in cap. VII. Act. *Judæi venerati ſunt Deum verum in vitulo, quem formavit Aaron, idque patet ex ipſorum verbis,* hi ſunt dii tui, *&c. peccarunt vero, quod idolum extra primum Dei præceptum fecerunt.* Quid quod evidentia textus cogit Bellarminum, ut ſcribat coll. 984. *Non improbabiliter dicitur, quod Judæi putaverint in idolo ſe colere Deum verum, ceterum in hoc peccarunt graviſſime, tum quia idolo ſacrificabant, & in ipſo idolo vim divinam ineſſe credebant, tum etiam quod imaginabantur, Deum eſſe corporeum & ipſi idolo ſimilem, ex quo ſequebatur, ut putarent ſe colere verum Deum, ſed revera non colerent, niſi figmentum ſuum.* Hæc Bellarminus, a quo merito requiritur, ut probet, Iſraëlitas crediſſe, in ipſo vituli idolo aliquam vim divinam ineſſe, & Deum corporeum ſtatuiſſe. Si enim ex eo, quod vitulo ſacrificaverint, id colligitur, utique pari ratione colligere poterimus, pontificios etiam ſtatuere, quod imaginibus vis aliqua divina inſit, (fruſtra renitente concilio Trident.) cum thure, precibus, votis &c. eas colant. Obliti dicuntur Dei ſui, non quod Dei patrum ſuorum, a quo ex Ægypto educti erant, plane non meminerant, ſed quia obliviſcebantur mandatorum ejus, peculiariter illius, quo prohibiti erant, ſimulacrum aliquod ad cultum Dei fabricare; qui mandatorum Dei obliviſcitur, is ipſius Dei obliviſcitur; qui verum Deum aliter colit, quam in verbo præcepit, is non colit verum Deum, ſed cordis ſui idolum. Dicuntur gloriam ſuam (Deum ſuum) commutaſſe in ſimilitudinem bovis comedentis fœnum, non quod ſtatuerint, Deum in eſſentia ſua talem eſſe, quod ſi vel maxime aliis, tamen Aaroni nunquam in mentem venit, ſed quia vitulo iſti divinos honores tribuerunt, & ſic gloriam vero Deo debitam ad ipſum transtulerunt. Quamvis autem verum Deum hac ratione colere voluerint, tamen Spiritus ſanctus pronunciat, ipſos verum Deum commutaſſe in ſimilitudinem vituli: neque enim hac in parte reſpicitur colentium affectus, vel intentio, ſed Dei animus ac ſententia. Jer II. 27. tribuitur Iſraëlitis, *quod dixerint ligno, pater meus es tu, & lapidi, tu genuiſti me:* Atqui reges, principes, ſacerdotes ac prophetæ Iſraëlitarum (quos ibidem Jeremias idololatriæ accuſat) non fuere tam emotæ mentis, ut ſtatuerent, ligneas ac lapideas illas ſtatuas eſſe creatores ſuos, alias cerebrum in calcaneo geſtaſſent, ſed quia per cultum illarum ſtatuarum Deum creatorem colere voluerunt, ideo recte de illis hoc pronunciatur, quod honorem creatoris mutaverint in ſimilitudinem ligneæ vel lapideæ ſtatuæ.

1. μοσχολάτραι. *2. Micha.*

§. XCIII. II) Micha cum matre ſua per ſimulacra Deum colens idololatriam committit. Jud. XVII. Utrumque adſer-

tionis membrum ex textu ſatis evidens eſt; v. 3. dicit mater: *Sanctificando ſanctificavi argentum illud,* (ex quo factum eſt ſimulacrum) *Domino*, (Jehovæ) *ut de manu mea ſuſcipiat filius meus*, *& faciat* (ex eo) *ſculptile atque conflatile.* v. 5. Cum argentarius ex eo feciſſet ſculptile atque conflatile, id fuit erectum in domo Michæ, is habuit ſacellum in ædibus, in quo ſimulacrum illud repoſuit: ex reliqua pecunia fecit אפוד, hoc eſt, veſtem ſacerdotalem, qua ſolebant uti ſacerdotes vet. teſt. in peragendis ſacris: *Implevitque manum unius filiorum ſuorum, & factus eſt ei ſacerdos.* Poſtmodum v. 13. ubi levitam peregre ad ſe venientem in ſacerdotem conſecraſſet, dicit: *Nunc ſcio, quod benefaciet mihi Jehova, quia levitici generis ſacerdotem nactus ſum,* quia noverat, ex ſola levitica tribu ſacerdotes eſſe deligendos, Cap. XVIII. 31. Danitæ dicuntur ſibi erexiſſe ſculptile ipſius Michæ, quod fecerat, cunctis diebus, quibus fuit domus Dei in Siloh, ex quo manifeſte patet, totum hoc negotium a Micha & ipſius matre in honorem veri Dei ſuſceptum: exiſtimarunt enim, ſe in cultu iſtius ſimulacri verum Deum culturos, ipſique gratificaturos, ac nihilominus idololatriæ accuſantur, ſimulacrum enim illud dicitur תרפים Jud. XVIII. 18. 24. Huc pertinet, quod Jud. VIII. 27. de Gedeone commemoratur, quomodo ex inauribus ſpoliorum aureis fecerit אפוד, ac poſuerit illud in civitate ſua in Ophrah. Quamvis vero Gedeon in honorem & cultum veri Dei id faceret, expreſſe enim dicit v. 23. *Jehovah vobis dominabitur*; tamen univerſus Iſraël dicitur poſt illud אפוד fornicatus, id eſt, idololatriam commiſiſſe, nimirum quia verum Deum aliter colere voluit, quam in verbo ſuo præceperat. Auguſtinus lib. VII. quæſtionum q. 41. *Non fruſtra quæritur, cum idolum non fuerit, id eſt, cujusquam dei falſi & alieni ſimulacrum, ſed* אפוד, *hoc eſt, unum de ſacramentis taberaculi, quod ad veſtem ſacerdotalem pertineret, quomodo fornicationem ſcriptuar populi dicat iſta ſectantis atque venerantis, ideo ſcilicet, quod præter tabernaculum Dei, ubi erant, iſta quæ ſibi fieri juſſerat Deus Iſraël, extra ſimile aliquid fieri fas non erat, ideo ſequitur & dicit ſcriptura:* Et factum eſt Gedeon & domui ejus in ſcandalum, *id eſt, ut ab offenſo Deo diſcederet, quia & hoc quoddam genus idoli quodammodo erat, quod extra Dei tabernaculum quodlibet manu factum pro Deo coleretur, cum illa ipſa, quæ juſſa ſunt in tabernaculo fieri, ad Dei potius cultum referrentur, quam pro Deo aliquid eorum aut pro Dei ſimulacro colendum haberetur, quanquam per* אפוד *ea locutione, quæ ſignificat a parte totum, omnia poſſunt intelligi, quæ conſtituit Gedeon in ſua civitate velut ad colendum Deum ſimilia tabernacula Dei.*

§. XCIV. III) Iſraëlitæ ſervierunt Baal & Aſtharoth, Jud. II. 13. atqui Deum ipſum vocarunt Baal, hoc eſt, per cultum Baalis verum Deum colere voluerunt. Oſ. II. 16. *In die illo vocabis me, vir meus, nec vocabis me ulterius Baal*, v. 17. *auferam enim nomen Baal de ore ejus, &c.* nihilominus dicuntur malum feciſſe in oculis Jehovæ, ſerviendo Baal. Sic Jeroboamus 1 Reg. XII. 28. facit duos vitulos aureos, quorum alterum collocavit in Dan, alterum in Bethel, ac dixit: *Ecce dii tui Iſraël, qui te eduxerunt ex Ægypto.* Jeroboamo non erat propoſitum, a vero Deo Iſraëlis populum abducere, aut illi perſuadere, aureos illos vitulos vere deos eſſe, ſed ſimulacra illa ad cultum veri Dei erexit. Etenim cum metueret, ne populus Iſraëliticus adſcendens ad facienda ſacrificia in domo Dei in Jeruſalem, hac occaſione ad Roboamum relaberetur, docuit populum, vero illi Deo, qui ex Ægypto majores ipſius eduxerat, non minus ſerviri poſſe coram illis vitulis aureis, quam Hieroſolymis coram ſancto ſanctorum, ſupra quod erant cherubim, nihilominus erat idololatra 1 Reg. XIV. 9. Pertinet huc, quod de Jehu commemoratur 2 Reg. X. 25 & ſeqq. quod ſervos quidem Baalis trucidaverit, ſtatuam ejus confregerit, ædem quoque Baalis deſtruxerit, interim tamen a peccatis Jeroboami, filii Nadab, qui peccare fecit Iſraël, non receſſerit, neque dereliquerit vitulos aureos in Dan & Bethel, quorum cultores vocat ſervos Jehovæ,

3 *Iſraëlitæ.*

v. 23.

v. 23. nimirum quia per cultum vitulorum iſtorum verum Deum coli exiſtimabat. 2 Reg. XVIII. 22. Rabſaces legatis Hiskiæ reſpondet: *Quod ſi dixeritis mihi, in Jehova Domino noſtro confidimus, nonne is eſt, cujus abſtulit Hiskias excelſa & altaria? Dixitque ad Juda & Jeruſalem, coram altari hoc incurvabitis vos in Jeruſalem.* Ergo etiam ad gentes percrebuit iſta fama, quod per excelſa & ſtatuas illas verum Deum Iſraëlitæ colere voluerint. Bellarminus l. d. non improbabilem judicat ſententiam Abulenſis & Cajetani in c. VII. Jud. qui dicunt, duo genera idolorum fuiſſe apud Hebræos, *unum* ſine nomine certi Dei, quale fuit idolum Michæ Jud. XVII. & forte vitulus aureus, quem fecit Aaron Exod. XXXII. & renovavit Jeroboam 2 Reg. XII. *alterum* cum certo nomine ut Baal, Moloch, Aſtaroth, &c. de primo genere admitti poſſe, quod Judæi putaverint in idolo ſe colere verum Deum (*).

§. XCV. IV) Gentiles verum Deum, cujus aliqualem cognitionem ex libro naturæ diſcebant, colere voluerunt per illum, quem ſimulacris deferebant, honorem.

4. Gentiles.

Bellarminus II. de imag. c. 13. hioc præfracte negat, ac probare inſtituit, *gentiles habuiſſe idola ſua pro diis, vel certe in idolis creaturas loco veri Dei coluiſſe.* Reſp. fuerint ſane quidam ex plebe tam ſtupidi atque excordes, ut idola illa vere deos eſſe ſtatuerent; tamen plerique præſertim cultiores per imagines atque in imaginibus illis verum Deum colere voluerunt, non autem ipſas imagines deos eſſe exiſtimarunt. Auguſtinus in enarr. Pſal. CXIII. conc. 2. *Ne quisquam dicat, cum irriſa fuerint ſimulacra, non hoc viſibile colo, ſed numen, quod illic inviſibiliter habitat, ipſa ergo numina in alio pſalmo ſic damnat ſcriptura; quoniam dii gentium dæmonia. Videntur autem ſibi purgatioris religionis eſſe, qui dicunt, nec ſimulacrum nec dæmonium colo, ſed per effigiem corporalem ejus rei ſignum intueor, quam colere debeo.* Chryſoſtomus orat. XII. de prima Dei notitia, & Maximus Tyrius ſerm. XXXVIII. adſeverant, *ſummum, primum, maximum Deum, creatorem omnium & conſervatorem a ſe in ſimulacris ex auro, argento & ebore factis coli.* Surius tom. V. fol. 881. refert, quod Julianus apoſtata, Artemium Syriæ ducem & martyrem ad idololatriam traducere conatus, hoc modo ethnicorum idololatriam excuſaverit: *Non tanquam deos colunt eorum imagines, abſit: hoc enim ita accipiunt agreſtiores & ſimpliciores, ſed qui cupiditate tenentur ſapientiæ, & res deorum accurate inquirunt, ſciunt, cuinam honorem tribuant, & ad quem tranſeat adoratio divinarum imaginum.* Pereſius parte V. de tradit. ex c. XVII. Actor. colligit: *Multa fuiſſe idola, quæ tantum benefactorem Deum repræſentabant, nec omnia, quæ gentes colebant, falſum deum ſignificaſſe, fuiſſe enim Athenis aram ignoto deo erectam, iſti ſcilicet Deo, qui feciſſet mundum, & omnia, quæ in eo ſunt.* Fonſeca in annot. margin. ad Cajetan. in c. IV. Deut. *In plerisque ſtatuis Deum & virtutes ejus & id, quod ſignificabatur, non ſignum colebant olim nonnullæ gentes, ita ut nonnulla ſimulacra conſecrata habuerint vero Deo, alia diis falſis.* Johan. Ferus in c. 17. Act. *Tametſi gentiles idola ſibi præſtituebant, tamen eorum animus erat, vero Deo cultum exhibere.* Catechiſmus Trid. in explic. primi præc. *Præclare apoſtolus eos mutaſſe Dei incorruptibilis gloriam in ſimilitudinem volucrum, quadrupedum ac ſerpentium dixit, hæc enim omnia tanquam Deum venerabantur, cum illi horum imagines ponerent.* (**)

§. XCVI.

(*) Gregorius de Valent. in tract. de idolol. lib. II. cap. 6. eſſe quendam ſimulacrorum cultum licitum putat, quod probare conatur ex 1 Petr. IV. 3. Ubi vetus interpres ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις vertit *illicitos ſimulacrorum cultus*, unde colligit, *quosdam igitur ſimulacrorum cultus eſſe licitos, ſicut cum cædem hominis injuſtam audimus, jure aliquando hominem cædi poſſe intelligimus.* Reſp. 1) Hoc epitheton ἀθεμίτοις rectius *nefarios*, quam *illicitos idolorum cultus* deſignat, ut Eraſmus reddidit. 2) Epitheta non ſemper diſtinguendi & diſtribuendi, ſed etiam amplificandi gratia adhibentur, ut cum dicimus *nefaria ſtupra, impura adulteria.* 3) In ep. Jud. v. 11. dicuntur *peccatores impii*, nemo tamen inde colligit, eſſe quosdam peccatores pios, quatenus tales manent. GERHARDUS.

(**) Jer. II. 11. Deus teſtatur de ethnicis, *quod deos ſuos*

aug-

Tertium argumentum contra cultum imaginum.

§. XCVI. Denique hoc argumento utimur contra religioſum imaginum cultum. Omnis ἐθελοθρησκεία adverſatur primo præcepto. Religioſus imaginum cultus eſt ἐθελοθρησκεία. Ergo religioſus imaginum cultus adverſatur primo præcepto. *Majorem* confirmatam dedimus ſuperius, *minor* ex eo patet, quod religioſus imaginum cultus deſtituitur mandato, promiſſione & applicatione ſcripturæ ſacræ. Adrianus I. in epiſt. ad Conſtantinum & Irenen Augg. quæ in actis concilii Niceni II. habetur, operoſe probat, non quod Deus juſſerit imaginem aut creaturam aliquam religioſe adorari, ſed quod cultus propria voluntate ſuſceptus Deo probetur. Recitatur ibidem dictum cujusdam Stephani Boſtrorum epiſcopi: *Quicunque imagines divorum confitentur, non errant: ſiquidem omne opus factum in nomine Dei bonum & ſanctum eſt.* Thomas III. ſent. diſt. 9. q. 1. art. 2. reſp. ad 3. Marſilius III. ſent. q. 8. art. 2. dub. 2. reſp. ad 5. fatentur, cultum imaginum non poſſe ex ſcriptura probari.

Dicta ſcripturæ pro ſtabiliendo imaginum cultu allata.

1. Cherubin & ſerpens æneus.

§. XCVII. Excipit Bellarminus lib. II. de imag. c. 12. non deſtitui cultum imaginum ſcripturæ teſtimonio, cum tria genera teſtimoniorum præſto ſunt. *Primo* ea, quæ expreſſe agunt de imaginibus, nimirum Ex. XXV. de cherubim propitiatorii, & Num. XXI. de æneo ſerpente. Imagines enim cherubim ſuper arcam exiſtentes neceſſario adorabantur ab iis, qui arcam adorabant. Serpens quoque æneus non poterat non honorari, cum in loco ſublimi a Deo poſitus fuiſſet, & ſalutem miſeris in ſe adſpicientibus adferret. *Reſp.* 1) nec arcam nec cherubim Iſraëlitæ adorabant, ſed verum Deum, qui apud arcam illam peculiari modo ſeſe præſentem fore pollicitus erat. Vetuſtiſſimus mos eſt facie ad orientem verſa adorare, nec tamen ipſe oriens ſimul adoratur. Magi Chriſtum infantulum in præſepi poſitum adorabant, nec tamen ipſum præſepe ſimul adorabant. Qui canebant Chriſto hoſianna, cum aſino veheretur, ita potuerunt eum adorare, ut tamen non adorarent aſinum. Coram altari, coram baptiſterio Deum adoramus, nec tamen altaria vel baptiſteria adoramus. 2) Serpens æneus poterat abſque religioſo cultu adſpici, neque etiam debebat religioſe honorari. *Illud*, quia non eſt neceſſe, ut id, quod in ſublimi loco poſitum, & ſalutem adfert hominibus, religioſe colatur, alias etiam ſol, luna ac reliqua cœli ſidera eſſent colenda. *Hoc* vero, quia ſerpens iſte a Moſe erigebatur, non ut honoraretur, ſed ut adſpiceretur, ac typus eſſet Chriſti ſuo olim tempore in crucem agendi & ſalutem collaturi his, qui oculis fidei eum adſpicerent Joh. III. 14. Refert Lyranus ex Rabbi Salomone, in ipſo ſerpente non fuiſſe virtutem ſanandi, ſed adſpicientes ſerpentem cognoviſſe, quod afflictio illa juſte ſit a Deo illata, ac petentes ab eo miſericordiam ſic eſſe ſanatos. Quin imo cum ſerpens ille religioſe per ſacri-

nunquam mutaverint. Jam vero manifeſtum eſt, imagines ac ſtatuas deorum ſubinde a gentibus varie immutari, adeoque uni Deo v. g. Jovi aut Marti plures imagines erigi conſueviſſe. Ergo imagines ab ethnicis non pro diis, ſed pro *deorum ſignis*, ut Cicero loquitur, fuere habitæ atque cultæ. Id adeo certum eſt, ut veteres Dd. cum adverſus idololatriam gentilium ſcriberent, in hac illorum exceptione refellenda quaſi ex profeſſo inſiſterent. Vide *Lactantium* in l. inſt. *Arnobium* l. VI & VII. contra gente, *Clementem Alex.* in l. ſtromat. *Athanaſium* contra idola, *Auguſtinum* in Pſ. CXIII. Arnobius: *Sed inquiunt*, (ethnici idololatræ:) *nos neque æra, neque auri argentive materias aut alias, quibus ſigna conſtant, eos eſſe per ſe deos, & religioſa decernimus numina, ſed eos ipſos in his colimus ac veneramur, quos dedicatio infert ſacra & fabrilibus efficit inhabitare ſimulacris.* Reſp. autem Arnobius: *id æque abſurdum eſſe, ac ſi ſtatuas & ſimulacra deos eſſe putes.* Atqui 1) Judæi & ethnici illas ſtatuas deorum nomine inſignire conſueverunt. *Reſp.* eſt uſitata *metonymia*, qua ſigno nomen rei ſignatæ tribuitur, ſicut ipſi adverſarii imaginibus nomen prototypi imponunt, & in ſacrialibus ſimulacra boum, leonum, cherubinorum appellantur boves, leones &c. 2) Idololatræ dicuntur deos alienos coluiſſe & veri Dei obliti eſſe Deut. XXXII. Pſ. CVI. *Reſp.* per religioſum cultum ſunt ex imaginibus dii alieni, & Dei obliviſcuntur, qui non colunt eum juxta verbum. GERHARDVS

ſacrificia coli inciperet, ab Ezechia rege abolitus & exuſtus eſt. 2 Reg. XVIII. 2 Paral. XXIX.

1 Pſ. 99. adorate ſcabellum pedum ejus.

§. XCVIII. *Secundo* loco Bellarminus adfert illa teſtimonia, quæ docent, creaturas religioſe honorandas propter ſolam relationem ad Deum, ut Pſ. XCIX. 5. *Adorate ſcabellum pedum ejus.* Matth. V. 34. 35. *Nolite jurare per cœlum, quia thronus Dei eſt, nec per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus:* ubi prohibentur juramenta ſine debitis circumſtantiis per cœlum & terram, ne contumelia fiat ejusmodi creaturis, quatenus relationem habent ad Deum. Reſp. 1) Verba hebræa pſalmi ſic habent:

הִשְׁתַּחֲווּ לַהֲדֹם רַגְלָיו קָדוֹשׁ הוּא. *Adorate ad ſcabellum pedum ejus, quia ſanctus ipſe.* Per *ſcabellum pedum* quidam intelligunt terram, quæ Matth. V. 35. & Act. VII. 49. eo nomine adpellatur, ſed rectius arca fœderis hoc loco intelligitur, cum Pſ XCIX. 1. Deus dicatur *inſidere cherubim*, qui erant ſupra propitiatorium arcæ impoſitum, quæ & alibi 1 Paral. XXVIII. 11. 2 Eſ. LX. 13. Thren. II. 1. ſcabellum pedum Dei dicitur. Porro cum hebræa verba utroque modo converti poſſint: *adorate ſcabellum pedum ejus*, & *adorate ad ſcabellum pedum ejus*, ideo quidam priorem, quidam vero poſteriorem verſionem amplectuntur. Priorem ſequitur Bellarminus, ſed poſteriorem præferendam eſſe conſtat ex his fundamentis. Deus nuſpiam legitur ſanxiſſe, ut adoraretur arca fœderis; ſed ſeſe peculiari ratione præſentem in tabernaculo ad arcam fœderis adorari juſſit. Nec ſancti viri ipſam illam arcam fœderis, ſed ad arcam Deum adorarunt. 1 Paral. XIII. 6. *Adſcendit David & omnis vir Iſraël ad collem Kirjath-Jearim, qui eſt in Juda, ut adferret inde arcam Domini Dei ſedentis ſuper cherubim, ubi invocatum eſt nomen ejus.* Quid quod in hoc ipſo Pſ. V. 9. ſimili loquendi modo dicitur, הִשְׁתַּחֲווּ לְהַר קָדְשׁוֹ προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ, *adorate in monte ſanctitatis ejus.* Et Pſ. CXXXII. 7. נִשְׁתַּחֲוֶה לַהֲדֹם רַגְלָיו προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. *Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.* Auguſtinus, cum hebrææ linguæ non adeo gnarus eſſet, nec videret, quomodo ſcabellum pedum Dei adorari poſſet, ad carnem Chriſti totum hoc refert. *Fluctuans* (ait) *converto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hic & invenio; quomodo ſine impietate adoretur ſcabellum pedum ejus, ſuſcepit enim de terra terram, quia caro de terra eſt, & de carne Mariæ terram accepit, & quia in ipſa carne hic ambulavit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit, nemo autem illam carnem manducat, niſi prius adoraverit: inventum eſt, quomodo adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolum non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando &c.* 2) Sententia Chriſti de juramentis oppoſita eſt Phariſæorum corruptelis, qui exiſtimabant, fidem datam per juramentum, in quo non expreſſe nomen Dei, ſed aliæ formulæ, licet oblique & indirecte ad Deum referrentur, interponebantur, impune poſſe falli, ſicut Chriſtus ipſe explicat Matth. XXIII. 16. vel tales jurandi formulas, in quibus ipſum nomen Dei expreſſe non nominabatur, libere & abſque peccato contra ſecundum præceptum decalogi poſſe in familiari ſermone & in quibusvis caſibus uſurpari. Oſtendit autem Chriſtus Matth. XXIII. 16. & ſeq. quando in formulis juramentorum mentio fit creaturarum, tunc jurisjurandi religionem & invocationem non dirigi ad creaturas, vel ibi ſubſiſtere, ſed oblique, indirecte ſeu mediate, referri ad ipſum Deum, & quidem ſolum, qui præſentiam, gloriam, potentiam & operationem ſuam illuſtri aliqua ratione in creaturis patefecit, uti hæc explicantur a Chemnitio c. LI. harm. p. 363. ſed ex eo nondum ſequitur, per imagines etiam jurari, vel aliam religioſi cultus partem ad eas transferri poſſe, neque enim in imaginibus gloria, potentia ac majeſtas Dei eo modo elucet, quo in creaturis eſt conſpicua. Quid quod Hieronymus ſtatuit, Chriſtum hoc loco ſimpliciter damnare formulas jurandi per creaturas tanquam impias? Quidam etiam diſputant, tales loquendi formulas, non tam juramenta, quam obteſtationes adpellandas eſſe, cum jurisjurandi religio ſit honor ac cultus ſoli Deo debitus.

3. *Creaturæ di- cuntur ſacræ.* §. XCIX. *Tertium* genus teſtimoniorum arceſſit Bellarminus ex illis ſcripturæ locis, quæ docent, creaturas dici *ſacras* propter relationem ad res ſacras vel ſanctas. Exod. III. 5. *Locus, in quo ſtas, terra ſancta eſt,* propter angeli ſcilicet præſentiam. Exod. XII. 14. *Dies paſchæ, dicitur ſancta & venerabilis*, propter ſignificationem, & quia dedicata erat cultui divino. Exod. XXVIII. 2. dicuntur *veſtes ſacerdotum ſanctæ*, propter eandem cauſam. 2 Tim. III. 15. *ſcripturæ dicuntur ſacræ literæ*, quia ſigna ſunt ſacrarum rerum, nec ſolum literas, ſed etiam verba ipſa prolata venerari conſuevimus, præſertim nomen *Jeſus*, & evangelium audimus ſtantes detecto capite &c. At imagines Chriſti & ſanctorum etiam inſtitutæ ſunt ad ſignificandas & repræſentandas res ſacras: an ergo eas honorare non liceat? *Reſp.* Magna omnino in exemplis hiſce occurrit diverſitas, ac proinde ex illis colligi nequit, quod Bellarminus ſibi colligendum propoſuit. Exod. III. 5. locus, in quo ſtabat Moſes, dicitur *ſanctus*, tum propter Dei patefactionem, tum propter verbi prædicationem. Quamvis enim Auguſtinus tract. III. in Johan. creatum angelum Moſi adparuiſſe ſtatuat, idem tamen II. de Trinit. cap. 13. rectius ſentit, per angelum illum Filium Dei intelligi poſſe, quod non ſolum ex v. 4. 6. & ſeqq. ſed etiam ex Deut. XXXIII. 16. patet. *Benedictio ejus, qui adparuit in rubo, veniat ſuper caput Joſephi.* Idem ſtatuit Euſebius lib. I. hiſt. cap. 2. Dies paſchatis & veſtes ſacerdotales dicuntur *ſanctæ*, propter eandem cauſam, ob quam tabernaculum dicitur ſanctuarium, nimirum quia cultui divino ſunt conſecratæ. Scripturæ dicuntur ſacræ, quia ſunt θεόπνευςοι, a Spiritu ſancto inſpiratæ, quia tractant res ſacras, & pia eorum meditatione Spiritus ſanctus hominem ſanctificat. Sed imagines aliquo horum modorum ſanctas dici, probandum adhuc erat Bellarmino, neque enim divino cultui ſunt conſecratæ ipſius Dei voce & inſtituto. Ac ſi vel maxime ſacræ dicuntur, ex eo tamen nondum evinci poteſt, religioſæ adorationis & venerationis cultu eas honorandas eſſe, ſed externam ſive ceremonialem quandam honorificentiam, quali templa ac vaſa ſeu utenſilia ejus εὐσχημόνως haberi ſolent, ipſis propter hoc nomen competere. Nomini *Jeſu* honorem exhibemus, & ei genua flectimus, ſecuti præſcriptum apoſtoli Philipp. II. 10. non quod ipſi ſono vocis vel apicibus literarum vim quandam occultam ineſſe ſtatuamus, ſed ut profiteamur, nos credere in *Chriſtum* θεάνθρωπον, ſalvatorem noſtrum unicum, cui ex mortuis reſuſcitato & ad dextram Patris evecto ſummus ille honor ſubjectionis & adorationis debeatur.

Ex conciliis & Patribus. §. C. De conciliorum ac patrum ſententiis, quas ſecundo & tertio loco Bellarminus adducit, conſulatur Chemnitius in exam. concil. Trid. Notum eſt, patres concilii Francofurtenſis a Carolo Magno anno 794. ex Gallia, Italia & Germania, magno numero congregatos, media via ingreſſos eſſe, & cum Niceno concilio II. contra Conſtantinopolitanum ſtatuiſſe, quod imagines haberi fas ſit: contra vero cum concilio Conſtantinopolitano contra Nicenum II. pronunciaſſe, quod imagines adorari fas non ſit, qua de re teſtantur Ado Viennenſ. in chron. an. 795. Abbas Conradus Urſpergenſ. an. 793. Hincmarus Remenſis in l. cont. epiſc. Laudunenſem, Aventinus in annal. Boiorum lib. IV. Antoninus lib. IV. c. 85. Regino lib. II. Schaffneburg. Sigebertus, Eginardus in vita Caroli M. apud Erphordienſem c. 69. Blondus lib. I. decad. 2. Mutius lib. IX. Carolini libri de imagin. Omnes iſtos ſcriptores mentiri, vel libros eorum corruptos eſſe, impudenter adſerit Alanus Copus dial. IV & V. cujus ſententiam optat quidem veram eſſe, ſed tamen falſam ſuſpicatur Bellarminus lib. II. de imag. c. 14. qui aliud quærit effugium, nimirum decretis hujus ſynodi non conſenſiſſe Romanum pontificem. Atqui norma conciliorum non eſt ſententia Romani pontificis, ſed ſcripturarum auctoritas. Nicenum II. quam fuerit turbulentum, ac quibus rationum momentis imaginum cultum adſtruxerit, petatur ex actis iſtius concilii. Patres abſolute definiunt idololatriam, qua honor divinus tribuitur creaturæ, interdicunt, ne qua Dei ſimi-

ſimilitudo fiat, imagines adorari prohibent, eos, qui contra agunt, hæreticis accenſent, qua de re videatur Irenæus lib. I. adv. hæreſ. c. 24. Epiphanius tom. II. lib. 1. hæreſ. 23. Auguſtinus de hæreſ. ad Quodvultdeum, hæreſ. 7. Theodoretus lib. I. hæret. fab. *Nos crucem nec adoramus nec optamus*, ait Minutius Felix in Octavio. *Invenit Helena crucem Domini, regem adoravit, non lignum utique, quia hic gentilis error eſt, ſed adoravit illum, qui pependit in ligno*, ſcribit Ambroſius ſerm. de obitu Theodoſii. *Perlatum ad nos fuerat*, (ſcribit Gregorius ad Serenum Maſſilienſem epiſcopum lib. IX. epiſt. 9. & habetur c. perlatum diſt. 3. de conſecrat.) *quod inconſiderato zelo ſuccenſus ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confregeris, & quidem eas adorari vetuiſſe, omnino laudamus, fregiſſe vero reprehendimus. Dic frater, a quo factum eſſe ſacerdote aliquando auditum eſt, quod feciſti? Aliud enim eſt picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum, addiſcere.* Quinimo non dubitat Eraſmus adſerere in ſymb. catech. VI. p. 207. *Usque ad ætatem Hieronymi fuiſſe probatæ religionis viros, qui in templis nullam ferre voluerunt imaginem nec pictam, nec ſculptam, nec textam, ne Chriſti quidem, propter anthropomorphitas, paulatim autem imaginum uſum irrepſiſſe in templa &c.*

§. CI. *Quartum* argumentum petit Bellarminus ex miraculis, quæ per imagines Chriſti & ſanctorum facta; ſed cum manifeſtum ſit, non omne id, per quod miracula fiunt, adorandum eſſe, (ut ſilentio involvamus, miracula illa, per ſtatuas facta, ut plurimum eſſe fictitia, quod de quibusdam concedit Gregorius de Valent. cont. Heerbrand.) ideo Bellarminus probare conatur, miracula, per imagines facta, ideo facta eſſe, ut ſancirent imaginum cultum, *cur quæſo*, ait, *ignis cœleſtis diſcerpſit ſtatuam Juliani, niſi ut vindicaret injuriam factam ſtatuæ Chriſti? cur ab imagine a Judæis confoſſa ſanguis prodiit, ut eſt apud Athanaſium lib. de paſſione imaginis Domini, niſi ut oſtenderet, ſe honorare id, quod Judæi contumelia adficiebant. Cur illis duntaxat conferuntur beneficia per imagines, qui honorant & colunt imagines?*

4. Ex miraculis.

Reſp. 1) Ethnicorum idolis itidem miracula & ſermones tribuunt hiſtorici, ecquis vero hoc nomine religioſe ea coleret? Valerius Maxim. lib. I. memorab. c. 2. *Acer ſui numinis vindex Apollo, qui Carthagine a Romanis oppreſſa, veſte aurea indutus id egit, ut ſacrilegæ manus inter fragmenta eis abſciſſæ invenirentur*, c. 8. *Fortunæ muliebris ſimulacrum non ſemel, ſed bis locutum conſtitit* &c. Vide ibidem plura, ut & apud Auguſtinum lib. IV. de civ. Dei c. 19. 2) Miracula absque verbo nihil probant, ſed ſunt inſtar ſigilli a literis avulſi. 3) De ſtatua ænea ab hæmorrhouſa erecta Euſebius nuſpiam dicit, quod religioſo aliquo cultu a chriſtianis fuerit honorata, quinimo non fuit in oratoria chriſtianorum translata per trecentos annos, ſed tempore demum Juliani apoſtatæ fragmenta ejus a Juliano colliſæ ſunt in templum repoſita ac adſervata, referente Sozomeno lib. V. c. 20. Quod autem Nicephorus lib. X. hiſt. c. 30. addit, *chriſtianos ſtatuam illam in diaconico eccleſiæ loco honoratiori poſuiſſe, & cultu convenienti eam proſecutos fuiſſe*, in eo poſteriorum temporum ſuperſtitiones vetuſtis hiſtoriis ſuo more adſuit. In primitiva certe eccleſia ad cultum iſtam ſtatuam non fuiſſe uſurpatam, ex eo manifeſte patet, quod Nicephorus ibidem commemorat, *temporis diuturnitate oblivionem inductam fuiſſe, cujusnam ea ſtatua formam referret, & ejus rei gratia ibi collocata eſſet, quia enim ſub dio ſteterat, corpus fuiſſe mutatum, & imbres ex locis ſuperioribus limum ſecum trahentes ſtatuæ ipſi aggeſſiſſe, ut literæ non adparerent.* 4) Librum de paſſione imaginis non eſſe Athanaſii, plurimæ evincunt circumſtantiæ, adeo ut ipſe Bellarminus eum non audeat Athanaſio tribuere II. de imag. c. 10. Nannius Lovanienſis non diffitetur, ſuppoſititium eſſe. Sed quicquid ſit de miraculis per imagines editis, adorandas propterea illas eſſe, probari nulla ſpecie poteſt; quis enim unquam apoſtolorum tempore adoravit umbram Petri, vel ſudaria & ſemicinctia Pauli? imo ipſi apoſtoli divinum

vinum adorationis cultum ſibi exhiberi diſerte prohibuerunt Act. X. 26. & XIV. 15.

Ex rationibus.

§. CII. *Quintum* Bellarmini argumentum prodeat. *Homo dignus eſt veneratione, quia imago Dei eſt. Ergo & Chriſti & ſanctorum imagines veneratione dignæ ſunt.* Reſp. Honor, qui confertur homini ratione vel officii vel donorum, eſt civilis quædam reverentia, & ad ſecundam decalogi tabulam pertinet; ſed honor, quem imaginibus deferri vult Bellarminus, eſt cultus religioſus. Clemens Rom. lib. V. recogn. plane invertit hoc argumentum, ſiquidem gentilibus, qui vitio vertebant chriſtianis, quod religionem haberent abſque ſimulacris, reſpondet hoc modo: *Si vere velitis Dei imaginem colere, homini benefacientes, veram in eo Dei imaginem coleretis. Si ergo vultis vere Dei imaginem honorare, nos vobis, quod verum eſt, aperimus, ut homini, qui ad imaginem Dei factus eſt, benefaciatis. Hæc autem in tantum ad honorem Dei imaginis cedunt, ut, qui iſta non fecerit, contumeliam imagini divinæ intuliſſe credatur. Quis ergo iſte honor Dei eſt per lapideas & ligneas diſcurrere formas, & inanes atque exanimes figuras tanquam numina venerari, & hominem, qui eſt vere imago Dei, ſpernere?* Hæc Clemens ille. Invertimus proinde argumentum hoc modo: ſi adorandæ ac colendæ ſunt imagines Dei ac Chriſti, certe vivæ potius adorandæ eſſent & colendæ, quam mortuæ, quæ ex auro, argento, lapide &c. manibusque hominum conficiuntur. Jam vero nemo ſtatuit, vel Deum Patrem in homine vivo, vel Chriſtum Filium ejus in Chriſtiano vivo, vel Spiritum ſanctum in columba viva adorandum eſſe & colendum, proinde multo minus convenit, ut Deum Patrem, Filium & Spiritum ſanctum in mortuis, inſenſatis, ac mutis imaginibus adoremus ac colamus. Auguſtinus lib. VIII. de civit. Dei cap. 16. *Religionis cultus, qui debetur ex animo, nequaquam ei rei debetur, quæ inferior eſt animo.* Baronius anno 814. ſect. 38. ex Theodoro Studita ſcribit, *honorem imaginis ſive naturalis ſive artificialis redire ad prototypum:* Ergo, ſi artificialis imago religioſe colitur, utique & naturalis religioſe colatur.

§. CIII. *Sextum* argumentum. *Imago regis venerabilis eſt honore quodam civili. Ergo imagines Chriſti & ſanctorum ſunt honorabiles cultu religioſo.* Reſp. 1) De cultu Dei judicandum eſt ex verbo patefacto, non ex conſuetudine ſeculi, neque ex noſtris ratiocinationibus. 2) In homine pio longe expreſſior ſimilitudo & imago Dei eſt, quam in ulla picta vel ſculpta imagine, nec tamen cultu religioſo pii ſunt honorandi. 3) Num & ſic argumentabimur: miniſtri eccleſiæ ſunt *legati Dei*, 2 Cor. V. 20. jam vero legatus regis honoratur quandoque honore regis proprio, ut diſputat Bellarminus lib. II. de imagin. c. 20. diſt. 3. cui honoris generi confert cultum imaginibus debitum c. 23. Ergone etiam legatis Dei debetur honor Deo proprius? 4) Si quis principis imaginem tantum non adficiat dedecore, is ſufficienter eam honoravit: ita quoque ſufficit ad honorem imaginum, ſi non tractentur ignominioſe. 5) Optima ratio colendi imaginem Dei proponitur nobis in ſacris literis, quæ in eo conſiſtit, ut egenis Chriſti membris benefaciamus, dona Dei in aliis reverenter agnoſcamus, honore nos invicem præveniamus &c.

§. CIV. *Septimum* argumentum. *Imago eſt capax injuriæ & contumeliæ. Ergo & honoris atque cultus* Reſp. Utriusque quidem honoris civilis & religioſi capax eſt imago, ſed poſteriorem illi deferre divina lege prohibemur. Gen. IX. 6. prohibetur effuſio ſanguinis humani argumento, quia *ad imaginem Dei factus eſt homo.* Imago Dei viva capax contumeliæ, ergone etiam cultus religioſi? *Octavum* argumentum. *Idola gentium merito exſecramur & confringimus, quod non fit, niſi ratione ſignificationis, quia ſunt imagines falſorum deorum. Ergo e contrario imagines Chriſti & ſanctorum honorabiles ſunt, quia res vere bonas ſignificant.* Reſp. Idola gentium non tantum ratione *ſignificationis*, ſed maxime ratione *cultus* confringuntur, ſublato cultu idololatrico memoriæ cauſa retineri poſſunt, ſicut Conſtantinus imperator & Theophilus epiſcopus eo fine quo-

ndam ethnicorum idolorum ſtatuas le-
r adſervaſſe, ut eſſent idolomaniæ ethnicæ
Euſebius in vita Conſt. l. III. c. 52. So-
lib. V. hiſt. c. 16. Imagines Chriſti & ſan-
n retineri & honeſte tractari poſſunt, ne
contra Dei præceptum adorentur. Nono.
machi fuerunt impii, qui imagines defen-
t, viri ſancti. Decimo. *Iconomachi infeli-*
rtiti ſunt exitum, qui imagines defenderunt,
ate donati. Reſp. Iconomachorum atque
claſtarum temeritatem non adprobamus,
latrarum interim ſuperſtitionem vehe-
r improbamus, ſed nec ab omni errore
ſunt immunes, nec ex felicitate externa
mum æſtimandi.

§. CV. Finiemus hanc de cultu
hriſtian- imaginum diſſertationem, ubi prius
leima- monuerimus, ab ipſis pontificiis
us. quibusdam ſcriptoribus eum im-
ri, qua de re ita ſcribit Caſſander in con-
impp. Ferdinandum & Maximilianum loco
ag. *Ad imagines ſanctorum quod attinet,*
i eſt, initio prædicati evangelii aliquanto
re inter chriſtianos, præſertim in eccle-
naginum uſum non fuiſſe, ut ex Clemen-
Arnobio patet. Quantum autem veteres
eccleſiæ ab omni veneratione imaginum ab-
rint, declarat unus Origenes adverſus
, ubi ait: Impoſſibile eſt, ut qui Deum
fiat ſupplex ſtatuis, nec hoc tantum ſtul-
ſt, ſi quis preces offert ſimulacris &c.
era ideo quoque non honoramus ſimula-
e quando in eam incidamus credulitatem,
iis tribuamus aliquid divinitatis. Addit
der: *Nec valebat tunc illa ratio, quæ a*
llis obtendi ſolet, honores iſtos non ſimu-
ſed iis, quorum ſpeciem repræſentant,
i: hic enim color a paganis quoque adfer-
bat, ut eſt apud Arnobium. Non, in-
, materias æris, auri, argenti & alias,
bus ſigna conficiunt, eos per ſe deos eſſe
gioſa numina diſcernimus, ſed eos in his
s, eosque veneramur, quos dedicatio in-
ura. Et apud Lactantium: *Non ipſa,*
nt, ſimulacra timemus, ſed eos, ad quo-
maginum facta, & quorum nominibus
conſecrata ſunt. Verum hunc cultum, qui Deo per imagines exhibetur, non ſatis aptum & convenientem eſſe Deo, ſed a ſuperſtitioſis hominibus excogitatum, ex paganis quoque prudentiſſimi animadverterunt. Auctor enim eſt Auguſtinus, Varronem dixiſſe, antiquos Romanos annos 170. deos ſine ſimulacro coluiſſe. Qui mos ſi (inquit Varro) adhuc manſiſſet, caſtius dii obſervarentur, atque hujus ſuæ ſententiæ teſtem adhibebat inter reliquos gentem etiam Judaicam. Idem Clemens tradit, Chriſtianis vetitum fuiſſe, artem fallacem (picturam) exercere. Adpellat quoque ſpecioſum quidem, ſed improbum artificium, quod poſteaquam floruit, auctus eſt error. Et prophetiam citat, quæ dicit: res hic ſeſe habebunt infeliciter, quando crediderint ſtatuis. *Sicut & concilium Elibertinum anno 320. celebratum decrevit:* Picturas in eccleſia eſſe non debere, ne, quod colitur, in parietibus pingatur. *Prudenter quoque poſt hos monuit Gerſon in declarationibus defectuum eccleſiaſticorum:* Judicate, *inquit,* ſi tanta imaginum & picturarum in eccleſiis varietas expediat, & an non plures nonnunquam ſimplices ad idololatriam convertantur? *Et ſanioribus ſcholaſticis diſplicet ſententia Thomæ, qui cenſet, imaginem eadem adoratione colendam, qua res ipſa colitur, quæ per imaginem ſignificatur. Gabriel quoque Biel ſaniorem ſententiam refert eorum, qui dicunt, quod imago, neque, ut conſideratur in ſe, ſecundum quod lignum eſt, lapis aut metallum, neque ut conſideratur ſecundum rationem ſigni & imaginis, eſt adoranda, quia qualitercunque conſideretur, eſt res quædam inſenſibilis & creatura, cui adoratio latriæ minime eſt exhibenda. Quapropter* (ait Caſſander) *merito reprehenditur a poſterioribus & ſanioribus ſcholaſticis opinio Thomæ, ut minus tuta & periculoſa, adſerentis, crucem Chriſti adorandam adoratione latriæ, ea videlicet adoratione, qua Chriſtus ipſe eſt adorandus, qua de re diſputat Johannes Picus Mirandulanus concl. III. quæ eſt hujusmodi:* Nec crux Chriſti, nec illius imago adoranda eſt adoratione latriæ, etiam eo modo, quo ponit Thomas. *A Thoma diſſentientes commemorat*

Durandum, *Henricum de Gandavo*, *Johannem Guarranum*, *Robertum Holkot & Petrum de Aquila*, *Franciſcum Maronis &c.* Tandem concludit Caſſander: *Neque vero ſatis eſſe videtur, ſi conditionibus & admonitionibus populus ab illis erroribus avocetur, niſi etiam principum & epiſcoporum communiter id cura efficiatur, ut quam minima perturbatione fieri poteſt, hujusmodi errorum occaſio præſcindatur. Quamdiu enim ſerico, auro & gemmis ornatæ ſtatuæ in templis & aris conſtituentur, ſuperſtitionis finis ſperandus non eſt. Et ad cultum veræ Dei imaginis, id eſt, hominis, invitandus populus, qui cultus conſiſtat in egenorum ſubventione, qui non modo imaginem Dei, ſed vicem & perſonam Chriſti nobis repræſentant. Chriſtus enim in judicio, ut in libris ſuis inquit magnus ille imperator, non eſt dicturus:* Quicquid uni ex imaginibus iſtis feciſtis, mihi feciſtis: *Sed* quicquid uni ex minimis iſtis feciſtis &c. Idem de ſynodo Francofortenſi ſic ſcribit: *Cum apud Græcos acres contentiones & magni motus imaginum cauſa exſtitiſſent, nec illi ſibi conſtarent, aliis atque aliis nunc imagines confringentibus & delentibus, nunc vero coli & adorari jubentibus, eccleſia Romana confractionem omnino damnavit, uſum vero in tota eccleſia Romana & per totum fere orbem jam receptum retinendum cenſuit. Quam conſuetudinem eccleſiæ Romanæ, quæ pariter confractionem & adorationem improbat, Gallicanæ & Germanicæ eccleſiæ aliquot annis diligenter ſunt ſecutæ, & fortiter tutatæ ſunt, usque adeo, ut, cum in ſynodo Nicena ſub Conſtantino & Irene de imaginibus adorandis aliquot decreta edita fuiſſent, atque exemplar illius Germanicæ ſynodi Francofurtum (ubi tunc a Carolo epiſcoporum Germaniæ, Galliæ, Aquitaniæ, Italiæ, adverſus Felicem quendam, Orgelitanum epiſcopum, Chriſtum ratione humanæ naturæ filium adoptivum adſerentem, frequens ſynodus habebatur) allatum & juſſu Caroli diligenter lectum fuiſſet, cui ſynodo etiam legati Romani pontificis interfuerunt: ſummo patrum conſenſu Græca illa ſynodus, qua parte imagines adorandas cenſebat, improbata & damnata fuit, ut quæ non modo divinis literis & antiquæ patrum traditioni, ſed etiam conſuetudini Romanæ eccleſiæ adverſaretur. Quæ damnatio etiam actis & capitibus illius Francof. ſynodi inſerta fuit. Atque ea de re Caroli ipſius titulo quatuor libri conſcripti fuerunt, quorum Hincmarus epiſcopus Remenſis meminit, & eorum exemplum hodieque in bibliotheca Vaticana, & in nonnullis Galliæ locis exſtat, qui libri & rationes orientalium diligenter confutant, & quæ hactenus fuerat, eccleſiæ Romanæ ſententiam acriter defendunt. Quæ ſententia breviter comprehenditur in epiſtola Gregorii ad Serenum epiſcopum Maſſilienſem: quam Carolus in ſuo ſcripto lib. II. c. 23. ponit, cujus hoc eſt argumentum:* Imagines a b. Gregorio, Romanæ urbis antiſtite, & adorari prohibentur & frangi. *Breviter autem & ſcite moderatam hanc de uſu imaginum ſententiam expreſſit Carolus lib. IV. adv. ſynod. Græc. c. 9.* Imagines nil, ſi non habentur, derogant, nil, ſi habentur, prærogant, cum tamen abdicatæ quandam incautam levitatem adferant, adoratæ vero culpam inurant. *Cum autem poſtea Romani pontifices Græcis in hac cauſa paulatim concederent, eccleſiæ tamen Gallicanæ & Germanicæ in hac ſententia & moderatione, quam primum a Romana eccleſia receperant, in Francofortenſi concilio probata, conſtantiſſime aliquot ſeculis perdurarunt, ut ex ſcriptoribus Gallicanis conſtat, in quibus eſt vir eruditus Jonas, epiſcopus Aurelianenſis. &c.* Idem: *Manifeſtius eſt, quam ut multis verbis explicari debeat, imaginum & ſimulacrorum cultum nimium invaluiſſe, & adfectioni ſeu potius ſuperſtitioni populi plus ſatis indultum eſſe, ita, ut ad ſummam adorationem, quam pagani ſuis ſimulacris & imaginibus effingendis & exornandis admiſerunt, nihil a noſtris reliqui factum eſſe videatur. Quare & prudentes in eccleſia catholica viri jam olim modum aliquem huic rei ponendum & ſuperſtitioni occurrendum eſſe cenſuerunt, in quibus fuit Guilhelmus ille Durandus, epiſcopus Meldenſis, de modo concilii generalis celebrandi.* Hæc omnia Caſſander. Corn. Agrippa de vanit. ſcient. c. LVII. *dici non poteſt, quanta idololatria apud rudem populum ala-*

r per imagines Ethnici, cum ad Chriſti ionem converſi erant, in eccleſiam noſtram ſacra & multas ſteriles ceremonias introdu- it, quarum omnino nihil eſt apud primos & vere chriſtianos. Joh. Caſpar Rutlandus cis comm. theol. tit.XIV. de imag. *Chriſtia- ıagines Chriſti, b. virginis & ſanctorum nt tanquam memoriale, ut nos admoneant. enim intuemur imaginem Chriſti crucifixi eſurgentis, ſtatim revocantur nobis in me- ım ſalvifica mors Chriſti & glorioſa ejus rectio &c. Quod ſi autem alicubi eſſet ima- ad quam rude vulgus accurreret, ut eam ıret, & apud eam auxilium quæreret, hanc magiſtratus ejus loci tollere &c. Debent prædicatores populum rudem ac ſuperſti- n informare, ne putent imaginibus ali- divini numinis ineſſe, & ideo eis magna ſtitione peculiares cultus & honores tri- t. Liber quidem per ſe eſt uſus imaginum, caveatur abuſus & ſuperſtitio, quæ ha- s ſervata eſt apud vulgum in ſtatuis Chri- ſanctorum, quæ ſuperſtitio debet per con- tores corrigi & emendari, non tamen uſus inum omnino tolli debet e templis &c.*

§. CVI. Atque hæc dicta ſint de tertia primi præcepti parte, videlicet de appendice illa *εἰδικῇ* imagines concernente; reſtat pars *quarta*, quæ eſt generalis promiſſio ac comminatio ad totam legem per- s, hiſce verbis Exod. XX. 5 & 6. propo- *Ego ſum Dominus* (Jehovah) *Deus tuus, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in fi- in tertiam & quartam generationem odio abentium, & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſto- præcepta mea.* Hanc promiſſionem ac ninationem dicimus generalem eſſe ad a omnino decalogi præcepta referendam, od plurale מִצְוֹתָי, *præcepta mea*, hoc lo- urpatum manifeſte evincit. Quemadmo- enim primum præceptum eſt *ὡς εἰπεῖν* eptum præceptorum, fons & caput cete- n omnium, cujus vis ad reliqua omnia itur & promanat: ita promiſſio & comminatio primo huic præcepto addita generalis eſt, per omnia decalogi præcepta deducenda. Id ipſum repetitio horum verborum Exod. XXXIV. 6 & 7. itidem non obſcure confirmat.

alis ſio ac natio præ- ddita.

§. CVII. Proponuntur autem in his verbis rationes ſatis efficaces, quibus ad præſtandam mandatis ſuis obedientiam hortari nos Deus voluit, continent enim minas graviſſimæ ultionis inobedientibus paratæ, & promiſſionem ſingularis beneficentiæ obedientibus exſpectandæ. Enucleatius dicendo, quinque rationes hic proponuntur, quibus ad obedientiam excitamur. *Primo* enim Jehova ſe vocat Deum noſtrum non ſolum creationis jure, ſed & aliorum beneficiorum reſpectu, præſertim ratione fœderis nobiſcum initi, qua de re plura diximus ſuperius §. XLIV. *Deinde* vocat ſe Deum fortem אֵל, proprie ſignificat *potentem*, per antonomaſian *κατ' ἐξαίρετον λόγον* tribuitur Deo, cujus potentia eſt infinita, ad omnes ac ſuper omnes creaturas ſe extendens, a cujus potentia dependent omnia in cœlo & terra, quæcunque aliqua potentia, virtute vel facultate ſunt inſtructa, ac propter hæc dona ab ipſo accepta ad præſtandam obedientiam & cultum ipſi adſtringuntur. Oſtendit igitur Deus hac adpellatione, ſibi non deeſſe robur ad puniendum contumaces & benefaciendum morigeris. *Tertio* adpellat ſe ipſum קַנָּא, *zelotem*, קָנָא ſignificat *zelum habere*, quod ſimul ex favore & ira provenit, quando ſcilicet timetur, ne alteri attribuatur, quod cum nemine quis habere vult commune. Uſurpatur proprie de marito, qui ex ſincero amore erga conjugem ferre non poteſt, ut fidem conjugalem ſibi ſoli debitam ad alium transferat. Oſtendit igitur Deus, ſe non poſſe ſpirituale illud adulterium ferre, quo honor, cultus, dilectio & fiducia ſibi debita transferatur ad creaturas vel fictitia numina, ſed acerrimum fore honoris ſui vindicem. Origenes hoc loco: *Qui legitimo utitur matrimonio, non patitur uxorem peccare, ſed accenditur zelo ad ſervandam caſtitatem matrimonii: ſic animam ſibi ſpiritualiter conjunctam Deus non patitur*

Quinque rationes ad obedientiam excitantes in ea propoſitæ.

titur peccare, nec ferre poteſt, ut alludat adulteris. Si autem viderit eam temerantem conjugii jura, dat ei libellum repudii, Eſa. L. 1. *eſt autem novum genus bonitatis ejus, ut etiam poſt adulterium revertentem & toto corde pœnitentem ſuſcipiat*, Jer. III. 1. *Quarto* minatur Deus, ſe viſitaturum iniquitates parentum in filiis in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt ipſum. Oſtendit igitur, ſe non eſſe ſimilem falſis gentilium diis, qui nec bene nec male facere poſſunt, ſed graviter punire non ſolum illos ipſos, qui reluctantur & inique agunt, ſed etiam ipſorum poſteros in tertiam & quartam generationem. Quod nominatim tertia & quarta generatio exprimitur, id quidam ſecuti Auguſtinum quæſt. XLII. in Deut. eo referunt, *quod ſeptenarius, qui ex ternario & quaternario conjunctis oritur, ſit numerus perfectionis, ut hac ratione perfectum Dei odium adverſus peccantes denotetur.* Lyra in c. XX. Exod. hanc adfert rationem, *quia mali homines vident filios ſuos usque ad tot generationes, & ſic informant eos ſuis malis exemplis, vel illi imitantur, quod viderunt in patribus. Denique* promittit Deus, ſe miſericordia uſurum in multa millia erga eos, qui ipſum diligunt, & mandata ejus obſervant. Pœnas minatus erat in tertiam tantum & quartam generationem; miſericordiam extendit in milleſimam, ut oſtendat, ſe magis ad miſericordiam, quam ad vindictam, propenſum eſſe, & hac ratione ad ſui dilectionem ac præceptorum ſuorum ſpontaneam obedientiam nos alliciat. Dilectio Dei, qua nos complectitur, exſerit ſe per inenarrabile benefaciendi ſtudium. Dilectio noſtra, qua Deum complectimur, exſerat ſe per ſtudium obediendi. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit*, dicit Chriſtus Johan. XIV. 23. *Si diligitis me, mandata mea ſervate*, v. 15. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Vera ac Deo placens mandatorum divinorum cuſtodia proficiſci debet ex vera & ſincera dilectione. Viciſſim vera Dei dilectio non eſt otioſa, ſed in cuſtodiendis mandatis divinis ſedula. Nec probantur Deo arbitrarii cultus, quos ex dilectione, neſcio qua, proficiſci hypocritæ prætendunt, ſed objectum dilectionis ſtatuuntur hoc loco Dei præcepta. Sed nec perfecta impletio, verum cuſtodia præceptorum diligentibus Deum hoc loco tribuitur, nec ex debito, ſed ex gratia obedientiam illam remunerari Dominus adſeritur, quo ipſo meritum operum noſtrorum luculenter evertitur.

Explicatio loci Exod. 34.

§. CVIII. Hæc Dei bonitas & juſtitia verbis paululum immutatis latius deſcribitur Exod. XXXIV. 6 & 7. Jehovah enim Moſi gloriam ſuam manifeſtans & coram ipſo tranſiens clamat: *Jehovah, Jehovah fortis, miſericors & miſerator, tardus ad iram & multus miſericordia & veritate: ſervans miſericordiam millibus, auferens iniquitatem & prævaricationem & peccatum, & qui abſolvendo non abſolvit, viſitans iniquitatem patrum ſuper filios filiorum in tertiam & quartam generationem.* Potentia Dei exprimitur voce אֵל: bonitas ejus ſeptem vocabulis exprimitur. 1) vocatur רַחוּם, *miſericors*, deducitur nomen ab affectu uterino ſive a viſceribus, ſicut Luc. I. 78. *Viſcera miſericordiæ* Deo tribuuntur, denotatur enim internus ille ac vere ſerius miſericordiæ adfectus, quo parens ex intimis viſceribus adficitur erga liberos; oſtendit igitur Deus, ſe adfici malis noſtris, *cor ejus propter nos inverti*, &c. Oſ. XI. 8. 2) חַנּוּן, *clemens*, ad gratificandum paratus; oſtendit igitur, ſe promtum ac paratum eſſe ad omnis generis beneficia in nos ex gratia conferenda, quemadmodum perennis fons continuis undis exuberat. 3) אֶרֶךְ אַפַּיִם, *longus narium*, hoc eſt, tardus ad iram & vindictam μακρόθυμος; oſtendit igitur, ſe non ſtatim iraſci ob peccata noſtra, eademque ſubito vindicare, ſed *ſua μακροθυμίᾳ ad pœnitentiam nos invitare*, Rom. II. 4. &c. 4) רַב חֶסֶד, *multus benignitate*: חֶסֶד proprie ſignificat ardentem illam στοργὴν, adfectum illum pietatis & caritatis, quo parentes tanguntur erga liberos, & viciſſim hi erga illos, quandoque etiam notat benignitatem ac beneficentiam; oſtendit igitur Deus, ſe eſſe *divitem miſericordia*, Eph. II. 4. 5) רַב אֱמֶת, *dives veritate* in ſervandis

pro-

promiſſis, quod enim Deus ex gratia promittit, ex veritate & in fide præſtat. 6) Cuſtodiens חֶסֶד, *miſericordiam* in multa millia, benefaciendo non defatigatur, ſed parentum pietatem in longa poſterorum ſerie remuneratur. 7) Auferens עָוֹן, *iniquitatem*, (qua adpellatione originale peccatum ut plurimum denotatur) וָפֶשַׁע, & *transgreſſionem, prævaricationem*, (qua adpellatione peccata ignorantiæ & infirmitatis exprimi ſolent) וְחַטָּאָה, & *peccatum* ſive delictum; (quo nomine peccata malitiæ, delicta voluntaria ſine fronte admiſſa ſignificantur.) Oſtendit igitur Deus, ſe omnis generis peccata etiam graviſſima condonare, nimirum illis, qui veram pœnitentiam agunt. Juſtitia Dei adverſus peccatores impœnitentes exprimitur duobus membris: 1) נַקֵּה לֹא יְנַקֶּה, Pagninus: *abſolvendo non abſolvet*. Münſterus: (*nocentem*) *innocentem non faciens*. Lutherus: *coram quo nemo innocens*. Targum: *parcendo non parcet*, nimirum pertinaci ac impœnitenti. Oſtendit igitur Deus, ſeſe juſto judicio in contumaces animadverſurum, nec in ipſos ſolum ſed & poſteros; ideo additur 2) *viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem*, qua de re ſuperius. Hebræi colligunt ex hoc loco XIII. מִדּוֹת ſive *proprietates* & *epitheta* Dei, de quibus vide Münſterum in cap. XXXIV. Exod. Zanchium lib. I. de natura Dei cap. 18. & diſput. noſtr. ſuperiorem de natura Dei, theſ. 139.

Qua ratione Deo tribuatur zelotypia.

§. CIX. Quæritur hoc loco: I) Qua ratione Deo tribuatur zelotypia. *Homo zelotes & invidus* (dicebat olim apoſtata Julianus) *reprehenſione dignus eſt*, quis ergo laudabit Deum ob zelotypiam? Reſp. quando adfectus humani per ἀνθρωποπάθειαν Deo tribuuntur, repurgandi prius ſunt ab omnibus vitiis ac defectibus, & quod ſupereſt puriſſimum ac ſinceriſſimum, id tantum Deo tribuendum. Zelotypia eſt adfectus per ſe honeſtus ac laudabilis, quo maritus ob violatam conjugii fidem uxori adulteræ iraſcitur: ſic Deus vocat ſe zelotem, cum ex ſincero erga nos amore ferre nequeat, ut honorem ac cultum ſibi ſoli debitum per ſpirituale adulterium diis alienis tribuamus: hic zelus oritur ex amore & juſtitia, ac tantum abeſt, ut Deum dedeceat, ut a falſis gentilium diis eum potius diſcernat. Gentium dii cultoribus ſuis ſine ulla indignatione permittunt, ut quosvis alios una cum ipſis colant, perinde ut lenones uxores ſuas aliorum libidini proſtituunt: ſed Dominus Deus noſter zelotes eſt, qui coram ſe alienos deos habere prohibet, ac ſi habeantur, ſevere iraſcitur, graviterque punit. Si quid vitii in humano zelotypiæ adfectu quandoque concurrit, id repurgetur prius ac ardentiſſimus ille amor, quo absque ullo vitio maritus adulteræ iraſcitur, Deo relinquatur. Gloſſa ordin. ex Origene in cap. XX. Exod. *Omnis mulier aut ſub viro eſt, & ſubjecta legibus viri; aut meretrix eſt, & utitur libertate peccandi. Qui ingreditur ad meretricem, ſcit, quod ad proſtitutam & cunctis patentem ingreſſus eſt, ideo aliis indignari non poteſt. Qui legitimo utitur matrimonio, non patitur uxorem peccare, ſed accenditur zelo ad ſervandam matrimonii caſtitatem, ut poſſit legitimus fieri pater. Sic omnis anima aut proſtituta eſt dæmonibus, & habet plures amatores, ut intrent ad eam, modo ſpiritus fornicationis, modo ſpiritus avaritiæ, poſt hunc venit ſpiritus ſuperbiæ & alii plurimi, alter tamen alteri non invidet, nec ad zelotypiam commovetur, ſed ſeſe invicem invitant: ſed ſi anima conjuncta fuerit viro legitimo, id eſt, Chriſto, etiamſi aliquando fuerit peccatrix, ulterius eam peccare non patitur.*

Quomodo filius non portet iniquitatem patris.

§. CX. Quæritur II) *quomodo cum divina juſtitia, præſertim vero cum dicto prophetico Ezech. XVIII. 20. conveniat, quod hoc loco minatur Deus, ſe viſitaturum iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem?* Reſp. 1) Hieronymus & Origenes allegorice philoſophantur de gradibus peccatorum in homine. *Cum a diabolo ſuademur ad peccandum, ſemen ejus ſuſcipimus, cum facimus, quod ſuadet, jam genuit nos, naſcimur enim ejus filii per peccatum; ſed quia fere ſine adjutorio non peccamus, unum & alios nimio*

ſterio ſceleris nobis adjungimus, ideo omnes velut unus ex altero ſecundum perſuaſionis ordinem generati ex diabolo progeniem ducunt, &c. Sed verba legis diſerta non ſunt in allegorias transformanda. 2) Quidam diſtinguunt inter judicium divinum & judicia civilia: in illo liberos puniri propter parentum peccata, concedunt; in his vero puniri, negant. Sed prophetam Ezechielem manifeſtum eſt loqui de judicio Dei, coram quo negat filios portare iniquitatem parentum. Adde quod in civilibus etiam judiciis ob crimen læſæ majeſtatis puniuntur liberi, l. V. C. ad l. Jul. majeſt. de cujus legis æquitate tractant Weſenbecius in paratit. l. hujus legis, Scipio Gentilis tract. de Jurisd. lib. V. c. IV. Duarenus in comm. ad hanc legem, Gomezius V. variar. reſol. cap. II. 15. &c. 3) Sunt, qui diſtinguunt inter tempus ſervitutis Ægyptiacæ ante legis promulgationem, quo tempore idololatriam populi ſui Deus non eſt ultus, & inter tempus habitationis in terra Canaan poſt legis promulgationem, quo tempore poſt tam ſolennem fœderis renovationem, miraculoſam liberationem, divinæ majeſtatis declarationem, &c. idololatriam populi ſui etiam in ipſis poſteris Deus punivit. 4) Sed enim, cum comminatio ſit generalis omnium omnino locorum ac temporum homines concernens, ideo ſimpliciſſime reſpondetur duplici diſtinctione: a) quidam liberi ſequuntur exemplum parentum, ac peſſimis eorum veſtigiis inſiſtunt: quidam vero ad Dominum convertuntur, & ad bonam frugem ſe recipiunt. De liberis prioris generis agitur in Exod. ideo notanter additur, *Deum vindicaturum iniquitatem parentum in liberis*, nimirum illis, qui parentum exemplo ipſum oderunt. De liberis poſterioris generis agitur in Ezech. ideo additur v. 14. *Si parens* (impius) *genuerit filium, qui viderit quidem peccata patris ſui, ſed non fecerit ſimilia*, v. 17. *hic non morietur propter iniquitatem patris ſui, ſed vivendo vivet.* Hinc R. AbenEzra in cap. XX. Exodi ſcribit, locum illum intelligendum de liberis, qui ſunt paternorum ſcelerum ſectatores. b) Quædam pœnæ ſunt æternæ, quædam vero temporales: æternis pœnis non ſubjiciuntur liberi propter parentum peccata, ſi ex toto corde fuerint converſi ad Deum, ſed temporalibus calamitatibus quandoque liberi etiam vere pii ſubjiciuntur propter parentum delicta: (Auguſtinus q. VIII. in Joſuam, lib. I. contra adv. legis & prophet. c. 16.) interim calamitates illæ non ſunt proprie dictæ pœnæ, ſed paternæ caſtigationes, ad commodum piorum, qui nec ipſi omni ex parte innocentes ſunt, ipſis a Deo impoſitæ. Obſervandum enim, quod hæc comminatio divina non ſit eo modo accipienda, ac ſi præciſe & perpetuo de tot generationibus impiorum pœnas Deus ſumat, ſiquidem quandoque intercedit quædam interruptio, Deo ſcilicet iram ſuam propter poſterorum pœnitentiam remittente. Sic pepercit Deus Joſiæ, ac dedit ei, ut in pace moreretur, nec videret ſequentium temporum mala, quæ propter avi Manaſſis idololatriam ac ſcelera erant ventura: mortuo Joſia, rediit ultio divina in ſequentes generationes, adeo, ut nec ipſis Joſiæ liberis pepercerit, cum veſtigiis proavi ſui inſiſterent. 2 Reg XXII. & ſeqq. Vide plura in tract. de natura Dei §. 157.

An omne peccatum ex odio Dei ortum.

§. CXI. Quæritur IV) an omne peccatum, qualecunque ac quantulumcunque ſit, recte dicatur ex odio Dei ortum? Reſp. Scotus II. ſent. diſt. 37. notat, quod *averſio a fine ultimo poſſit dupliciter intelligi, formaliter & virtualiter. Formaliter, quando in avertendo habet ultimum finem pro objecto poſitive, vel privative. Poſitive, ut ſcilicet voluntas nolit illum finem actu poſitivo, & hoc nolle proprie eſt odiſſe Deum. Privative, ut ſcilicet non velit, cum deberet velle ultimum finem, & tale non velle eſt omittere illud præceptum*, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. *Virtualiter, quando avertitur ab aliquo neceſſario ad conſequendum ultimum finem; hæc averſio virtualis eſt communis omni peccato mortali.* Hæc Scotus. Simplicior eſt reſponſio ex ipſa phraſi petita, *odiſſe* enim dicitur, non ſolum qui ſcienter & prudenter odii adfectu erga aliquem præditus eſt, ſed etiam qui præcepta ac volun-

voluntatem ejus negligit, & ſic ex conſequenti eum odiſſe convincitur. *Qui parcit virgæ, odit filium ſuum*, Prov. XIII. 24. ſiquidem per nimiam indulgentiam eum perdit, & ſic non vere amare, ſed odiſſe convincitur. Luc. XIV. 26. *Qui venit ad me, nec odit patrem & matrem ſuam, &c. non poteſt eſſe meus diſcipulus*, non quod hoſtili odio parentes quis debeat proſequi, ſed quod parentum juſſa ſervitio Chriſti contraria negligenda ſint ac poſthabenda. Sic hoc loco diſtinguendum inter peccati *cauſam* & *actum*. Peccati actus non ſemper includit actualiter ac formaliter Dei odium, cauſaliter tamen id in ſe continet, ſiquidem omne peccatum includit neglectum præceptorum divinorum.

Explicatio ſecundi præcepti.

§. CXII. Atque hæc dicta ſint de primo decalogi præcepto, progrediamur ad *ſecundum*, cujus hæc eſt ſanctio: *Non adſumes nomen Domini Dei tui in vanum, quia non habebit Deus inſontem, quicunque in vanum uſurpaverit nomen ejus.* Partes duæ ſunt: 1) *prohibitio*: 2) *comminatio*.

Nomen Dei quid?

Per שֵׁם יְהוָה, *nomen Dei*, non intelliguntur apices illi literarum, quibus nomen Dei ſcribitur, quaſi abunde ſatisfiat huic præcepto, ſi nomen Jehovah ſuis literis ac punctis integre non ſcribatur, ſed loco ejus אֱלֹהִים אֲדֹנָי ſcribatur, ac pronuncietur: quemadmodum ſuperſtitioſi Judæi ſtatuunt, ſed per nomen Dei intelligitur in ſcripturis 1) Deus ipſe, ſic *invocare nomen Domini*, *diligere nomen Dei*, *pſallere nomini Dei*, Gen. XXII. 5. Pſal. V. 12. IX. 3. &c. eſt verum Deum invocare, diligere, laudare 2) Quia verus Deus non eſt aliter agnoſcendus, quam ſe in verbo ex arcana majeſtatis ſuæ luce progreſſus manifeſtavit, ideo nomine Dei intelligitur, quicquid de eſſentia & voluntate Dei in verbo ipſius patefactum eſt. Joh. XVII. 6. *Manifeſtavi nomen tuum hominibus.* Act. IX. 15. *Ut portet nomen meum coram regibus.* 3) Nomine Dei intelligitur ipſius auctoritas, juſſum ac mandatum. Deut. XVIII. 19. *Quicunque non audierit verba mea, quæ loquitur propheta ille in nomine meo, ego requiram ab eo*, Jer. XIV. 14. *Falſo prophetant in nomine meo, non miſi eos, nec præcepi eis.* 4) Dei majeſtas & gloria, Exod. IX. 16. *Vt narretur nomen meum.* Pſal. VIII. 2. *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.* 5) Cultus & profeſſio Dei, Mich. IV. 5. *Omnes populi ambulabunt, unusquisque in nomine Domini Dei noſtri.* 2 Sam. VII. 13. *Ipſe ædificabit domum nomini meo.*

In vanum ſumere.

§. CXIII. Hoc nomen ſuum prohibet Deus adſumere in vanum: נָשָׂא, latiſſimæ eſt ſignificationis, proprie autem ſignificat *levare*, *elevare*, Pſal. XVI. 4. *Non levabo nomina eorum in labiis meis.* Pſal. L. 16. *Quare enarras ſtatuta mea, & levas pactum meum in os tuum?* Act. IX. 15. *Organum electum eſt mihi βαςάσαι, ut portet meum nomen coram gentibus.* Vult igitur Deus nomen ſuum levari, ſed non in vanum, לַשָּׁוְא temere, leviter, incogitanter; eſt enim nomen Domini Dei noſtri, quæ verba ſunt *αἰτιολογικά*, (*) ideo enim nomen Domini non eſt adſumendum in vanum, quia eſt *nomen Domini Dei noſtri*. Additur prohibitioni comminatio. *Non habebit Deus illum innocentem, quicunque in vanum uſurpaverit nomen ejus* לֹא יְנַקֶּה, *non abſolvet*, non ſinet impunitum, eſt enim verbum judiciale, & oſtendit, transgreſſores hujus præcepti reos fieri iræ Dei & pœnarum. Finis hujus ſecundi præcepti eſt, abuſum nominis divini prohibere; verum contra & religio-

(*) Emphaticum eſt & *αἰτιολογικόν*, quod, cum Jehova ipſe legis hujus auctor & lator ſit, non tamen dicat: *non adſumes nomen meum*, ſed *nomen Domini Dei tui in vanum*. Quod ſi enim terreni principis nomen non ſine reverentiæ adfectu audimus aut legimus, quem honorem conſebimus deberi nomini Domini Jehovah, quod *magnum* Jer. X. 6. quod *laudabile* Pſal. CXLV. 3. quod *ſanctum* Pſal. XCIX. 9. quod *terribile* Pſal. XLVII. 3. Eſt inſuper nomen *Dei noſtri*. Deus enim noſter eſt creatione, manifeſtatione, agnitione &c. GERHARDUS.

gioſum ejus uſum requirere. Proponitur autem verbis negativis, ex quibus antitheſis adfirmativa colligenda eſt, propter corruptionem naturæ noſtræ, quæ ad profanationem divini nominis perpetuo inclinat, ac propter gentilium conſuetudinem, qui per nomina falſorum deorum ſuorum vaniſſime jurabant. Pulcerrima eſt Chemnitii obſervatio, *ſicut in aliis præceptis plerumque una aliqua ſpecies craſſioris delicti exprimitur, ut abominatio reliquorum peccatorum coram Dei judicio oſtendatur: ita hic contrario modo ſub minori majus cogitandum proponitur. Homines enim in vana & otioſa uſurpatione nominis divini, quæ fit ſine manifeſta blaſphemia, cogitant ſe inſontes, ſed quia ſecundum præceptum dicit*: Non habebit Deus inſontem, qui adſumſerit nomen meum in vanum; *ergo multo minus, qui profanarint ac blaſphemarint, inſontes erunt*, loco de lege pag. 117. (*)

Virtutes in ſecundo præcepto requiſitæ.

§. CXIV. Quare cum prohibeat Deus nomen ſuum in vanum aſſumi, ex antitheſi colligitur, quod velit illud modis omnibus religioſe ac ſancte a nobis uſurpari. Pertinent igitur ad ſecundum præceptum hæ virtutes: 1) Reverenter ſentire de Dei nomine, hoc eſt, grato animo cogitare, quantum ſit beneficium, quod Deus ex arcana majeſtatis ſuæ luce prodiens nomen ſuum nobis manifeſtaverit. 2) Nomen Dei invocare, hoc eſt, verum Deum, prout in verbo ſeſe patefecit, in nomine mediatoris Chriſti in omnibus adverſitatibus invocare, Pſal. CV. 1. *Confitemini Domino, invocate nomen ejus.* Pſal. XX. 8. *Nos in nomine Dei noſtri recordabimur.* 3) Nomini Dei gratias agere, hoc eſt, mente & voce confiteri, quod a Deo omnis generis beneficia ad nos deſcendant, & hac beneficiorum Dei prædicatione alios ad agnitionem, & invocationem nominis divini invitare, Pſal. VII. 18. *Pſallam nomini Domini*; Pſal. XCII. 2. *Bonum eſt celebrare Jehovam, & pſallere nomini tuo, altiſſime.* 4) Nomen Dei prædicare, hoc eſt, cœleſtem doctrinam a Deo nobis traditam propagare, alios de ea informare, ut & ipſi ad veram Dei agnitionem adducantur, Pſal. XXII. 23. *Narrabo nomen tuum fratribus*, Gen. IV. 26. *Enos cœpit invocare nomen Domini.* 5) Nomen Dei confiteri, hoc eſt, veritatem ex patefacto verbo agnitam intrepide & conſtanter profiteri, nulla habita odiorum vel periculorum ratione, ut Dei gloria illuſtretur, ut ad veram Dei notitiam alii adducantur. Act. IX. 14. *Ligare omnes confitentes nomen Jeſu.* Matth. X. 32. *Qui confitebitur me coram hominibus, &c.* & quia publica illa veræ doctrinæ confeſſio facit ad illuſtrandam divini nominis gloriam, ideo in vet. teſt. confiteri Domino, uſurpatur pro celebratione divini nominis. 6) Nomen Dei celebrare ac glorificare, hoc eſt, non ſolum lingua Deum celebrare, ſed etiam omnes actiones ad Dei gloriam referre. Pſ. XXIX. 2. *Adferte Domino gloriam nomini ejus.* Pſal. LXXXVI. 12. *Glorificabo nomen tuum.* Pſal. C. 4. *Laudate nomen ejus &c.* 7) Per nomen Dei jurare, hoc eſt, quando gloria Dei vel ſalus proximi requirit, jurejurando Deum invocare, ut ſit teſtis, nos vera dicere, ac ſevere puniat mentientes, Deut. VI. 13. *Per nomen Dei tui jurabis*, Eſa. LXV. 16. *Qui juraverit in terra, jurabit in Deo veraci.* 8) Pro gloria nominis Dei zelare, hoc eſt, ex ſincero amore Dei & ſtudio gloriæ divinæ dolere propter contumeliam ac contemtum divini nominis, & ſuo loco eum prohibere. Num. XXV. 13. *Pineas zelatus eſt pro Deo ſuo.* Pſ. LXIX. 10. *Zelus domus tuæ comedit me.*

Peccata in ſecundo præcepto prohibita.

§. CXV. Viciſſim quia Deus prohibet nomen ſuum in vanum adſumere, ex eo colligitur, quod ſecundo præcepto prohibeantur hæc peccata: 1) Irreligioſe ac non ſatis reverenter de Deo ſentire, non expendere, quantum ſit beneficium

(*) Senſum præcepti plerique interpretes referunt *ad jusjurandum temerarium*, ſicut & paraphraſtes Chaldaicus reddidit: *Non jurabis fruſtra per nomen Dei tui.* Quem ſecuti ſunt Philo in expoſ. decal. & Joſephus libr. III. antiq. cap. 4. *Alii* videntur prohibitum, ne divinitatis titulos rebus creatis & vanis tribuamus, neve nomen Dei alibi, quam in precibus & fidei inſtitutione & cauſis graviſſimis uſurpemus. GERHARDVS.

cium manifeſtatio nominis divini. 2) Invocationem Dei omittere, in precibus negligentem eſſe, invocare quidem, ſed non legitime, quod fit, ſi ad creaturas, vel fictitia numina invocatio dirigatur, ſi ad certum locum ſine verbo præſentia & auxilium Dei adligetur, ſi præſcribatur Deo tempus ac modus, ſi ea petantur, quæ divinæ voluntati ac legi repugnant, ſi preces noſtra nitantur dignitate, ſi non invocetur in nomine Chriſti mediatoris, ſi preces conceptæ ſine vero cordis adfectu ac ſenſu recitentur, ſi battologia adhibeatur, ſi absque vera pœnitentia oretur, &c. 3) Gratiarum actionem omittere, nunquam vel raro celebrare Dei beneficia, fortunæ vel cauſis ſecundis ea tribuere, frigide ac oſcitanter gratias agere, beneficia Dei extenuare, donis Dei abuti, eademque negligere. 4) Occaſiones erudiendi alios prætermittere, nomen Dei non uſurpare, cum tædio de nomine Dei audire vel loqui, doctrinam cœleſtem corruptelis inficere, falſam doctrinam ſpargere, nomen Dei humanis ſomniis prætexere. 5) Veritatem agnitam vel ex metu vel ſpe præmiorum, vel ex obſtinata malitia abnegare, non confiteri, cum interrogamur, fidem celare, modis illicitis perſecutionem fugere, libertate chriſtiana abuti, ſine vocatione ingerere ſe periculis, & huic temeritati confeſſionem prætexere. 6) Omittere Dei celebrationem, vel in ea frigidum ac remiſſum eſſe, jocoſe ac ridicule verbum Dei adhibere, nomen Dei in ſuperſtitionibus, ſortilegiis atque incantationibus ſcripto vel voce uſurpare, abuti Dei nomine ad exſecrationes, blaſphemare Dei nomen, quod fit multis modis, ſi voces impiæ ac blaſphemæ adverſus Deum & verbum ejus proferantur, ſi pernicioſis ſcandalis ac vitæ peſſimæ exemplo animi nondum converſorum a vera religione abalienentur, &c. 7) Juramentum legitimum recuſare, pejerare, quod fit, ſi mendacium juramento confirmetur, ſi juramentum violetur, ſi doloſe juretur; non legitime jurare; quod fit multis modis, ſi in cauſis non neceſſariis futiliter ac temere juretur, ſi juramentum non habeat tres hoſce comites, judicium, juſtitiam & veritatem. (Ex parte jurantis requiritur judicium diſcretionis, ex parte rei tum in conſcientia jurantis, tum in ſermone requiritur veritas, ex parte cauſæ requiritur juſtitia) Si juretur de re illicita vel impoſſibili, vel dubia & incomperta, ſi juretur per creaturas, vel fictitia numina, ſi forma juramenti in Deum contumelioſa adhibeatur. Pugnat etiam cum legitimo juramento deferre illis juramentum, quos manifeſte conſtat falſo juraturos; quod illicito juramento promiſſum impie perſolvere &c. Scholaſtici dicunt VI. modis perjurium committi: a) dum ſcienter juratur falſum, b) dum doloſe juratur verum, quod putatur eſſe falſum, c) dum ignoranter juratur falſum, quod creditur eſſe verum, d) dum non ſervatur promiſſum juramento firmatum, e) dum juratur illicitum, vel quod vergit in deteriorem exitum, f) dum juratur indiſcrete. 8) Non adfici dolore propter contumeliam divini nominis, non oſtendere dictis & factis ſerium prohibendi eam ſtudium, non prohibere blaſphemias, cum poſſint ac officii ratione debeant; duci zelo, ſed non ſecundum ſcientiam, quod fit, cum id, quod non eſt Dei gloria, defenditur tanquam Dei gloria, cum id, quod judicatur gloriæ Dei repugnare, & cum zelo propulſatur, revera non lædit Dei gloriam.

§. CXVI. De ſingulis hiſce virtutibus ac vitiis colligenda ſunt dicta ſcripturæ ex concionibus prophetarum, Chriſti & apoſtolorum, addendæ etiam promiſſiones & comminationes; ſubjungenda inſuper exempla, quibus teſtatum fecit Deus, obedientiam erga hoc præceptum dignis penſari præmiis, transgreſſores autem meritis adfici ſuppliciis. Id hoc loco a nobis fieri inſtituti noſtri ratio non permittit, ſubjungemus quæſtionum quarundam brevem ἐπίλυσιν. Quæritur I) *an Chriſtianis licitum ſit jurare?* (*) Negabant olim *Eſſæi*, referente Joſepho *An licitum ſit jurare?*

(*) Annis poſt Chriſtum CC. multi martyres impoſitum a magiſtratu juramentum recuſarunt, chriſtianis jurare nullo modo licitum opinantes, prout ex Chemnitio *part. II. loc. p. 49.* in *fol.* obſervavit GERHARDUS. Addimus & hoc, multos fuiſſe ex patribus, tam græcis, quam latinis, qui ab uſu jurisjurandi plane abſtinendum eſſe exiſtimaverint; prout oſtendit JO. BARBEYRACIUS, in *præfat.* ad verſionem Gallicam operis *Pa-*

Joſepho (*), lib. II. de bell. Judaic. cap. VIII. & *Manichæi*, (**) quos hodie ſequuntur *Franciſcani* c. Nuper nobis 51. ext. de teſtibus & atteſtat. (***) & *anabaptiſtæ*. (****). Atqui 1) Deus ipſe jurat, Gen. XXII. 16. *Per memet ipſum juravi* Jer. XLIV. 26. *Ecce, juravi in nomine meo magno, dicit Dominus*. Am. IV. 2. *Juravit Dominus Deus in ſancto ſuo*. Confer. Num. XIV. 21. Jer. XXII. 5. LI. 14. Am. VI. 8. 2) Jurat Chriſtus mediator nov. teſt. Matth. V. 18. *Amen, Amen, dico vobis*, quam eſſe formulam juramenti colligitur ex Hebr. VI. 14. & cum prius taceret Chriſtus, adjuratus poſtea a ſummo pontifice per Deum viventem edit ſuam confeſſionem, Matth. XXVI. 63. 3) Jurant angeli, Dan. XII. 7. *Angelus levatis manibus in cœlum jurat*. Apoc. X. 6. *Angelus jurat per viventem in ſecula*. 4) Jurant ſancti vet. & nov. teſt. Gen. XIV. 22. *Abraham juravit regi Sodomorum*. Gen. XLII. 15. *Joſeph a fratribus juramentum exigit*. Joſ. XIV. 9. *Juravit Moſes dicens. &c.* 1 Sam. XX. 3. *David fœdus cum Jonatha initum juramento firmat.*

conf.

Pufendorf. de jure nat. & gent. quem refutare adgreſſus eſt REMIGIVS CEILLIERIVS, dans *l'apologie de la morale des péres de l'égliſe*. Cum primis lectu digna ſunt, quæ hanc in rem ſcripſit J. E. J. WALCHIVS, in pererudita *commentat. qua antiquorum chriſt. doctorum de jurejurando ſententiæ perceuſentur & dijudicantur*, Jen. *MDCCXLIV. 4.* Conferri tamen meretur JOS. BINGHAMVS, in *antiq. eccleſiaſt. vol. VII. libr. XVI. cap. VII. §. IV. ſeqq. p. 353.*

(*) Refert JOSEPHVS *loc. cit.* de Judæis, *Eſſæorum* ſectæ addictis, eos *jusjurandum magis fuiſſe averſatos, quam perjurium.* Cum vero nonnullis interjectis, idem ſubjungat, Eſſæos *juraſſe, ſectæ dogmata non aliter tradere, quam acceperint;* colligimus exinde, eos aliquando jurejurando ſe obſtrinxiſſe, nec generatim omnia, ſed ea duntaxat rejeciſſe juramenta, quæ in vitæ quotidianæ commercio, & levi quidem de cauſſa ſuſcipi ſolent. Nec aliter accipienda ſunt verba PHILONIS, qui inter Eſſæorum pietatis indicia refert, το ανωμοτον, *non jurare.*

(**) Nullum deprehendimus antiquitatis teſtimonium, ex quo comprobari poſſet, *Manichæos* diſertis verbis rejeciſſe juramenta. Rectius hicce error tribuitur *Pelagianis*, prout oſtendit GERARD. JO. VOSSIVS, in *hiſt. pelag. libr. V. part. II. theſ. I. p. 510. ſeqq.*

(***) Hocce juris canonici capitulum a b. GERHARDO adlegatum non omni ex parte probare videtur id, quod erat probandum. Produxerat, ſecundum caſum in iſto capitulo recenſitum, cuſtos quidam fratrum minorum contra presbyterum quendam nonnullos ordinis ſui teſtes non juratos, regulam ordinis ſui, ſecundum quam ipſis jurare non liceat, adlegantes. Verum non obſtante hac fratrum minorum exceptione, HONORIVS III. eccleſiæ Romanæ præſul reſcripſit, quod nullius teſtimonio, ſi vel maxime religioſus fuerit, niſi juratus depoſuerit, in alterius præjudicium credi debeat.

Equidem in eccleſia chriſtiana antiquiori juramenta duntaxat a *laicis*, minime vero a *clericis*, exigebantur, quippe quibus omne juramentum erat interdictum. Obtinuit hicce mos adhuc tempore MARCIANI imperatoris, qui ejusdem diſertam facit mentionem in *l. 25. §. I. C. de epiſc. & cler.* ubi ait: *eccleſiaſticis regulis & canone a beatiſſimis epiſcopis antiquitus inſtituto, clerici jurare probibentur*, quem textum PHOTIVS in *nomo-canone tit. IX. p. 993.* in *biblioth. jur. canon antiq.* JVSTELLI relato, reperit. Vid. illuſtr. BOEHMERVM, in *jure eccleſ. proteſt. tom. I. libr. I. tit. XII. §. XXI. p. 461. ſeqq.* Atque hanc legem ſequuta, ut probabile eſt, ſynodus *Triburienſis* aliquot poſt ſecula decrevit, presbyteros non per jusjurandum, ſed per conſecrationem ſuam interrogandos eſſe; addita ratione, *quia ſacerdotes ex levi cauſſa jurare non debeant.* Vid. *conc. Tribur. c. XXI. tom. IX. concil p. 452.*

Deprehendimus tamen in temporibus etiam antiquioribus exempla, in quibus jusjurandum a clericis, immo & ab ipſis epiſcopis fuit exactum. Ita concilium *chalcedonenſe*, ſec. V. celebratum, in certo quodam caſu jusjurandum ab epiſcopis Ægyptiacis poſtulavit, *act. IV.* & concilium *Tyrium*, ann. *CCCCXLVIII.* habitum, idem ab IBA, epiſcopo Edeſſeno, exegit. Vid. *tom. IV. concil. p. 517. C.* & *p. 630. e.*

Tandem vero ſeculo VIII. omnes clerici atque religioſi præſtationi juramentorum ſubjecti ſunt, nec in teſtimonio dicendo amplius excipiuntur, obſervante laudatiſſ. BOEHMERO, *loco excitat. p. 1225.*

(****) *Anabaptiſtas*, ſive *Mennonitas* negare, jurare chriſtianis eſſe licitum, patet ex actis colloquii Franckenthalenſis, *artic. XXI. num. 1. 2.* aliisque eorum ſcriptis in lucem publicam editis. Sunt tamen ex iis, ſaltim recentioribus, qui ſuam hac de re mentem ita explicant, ut non omnem jurisjurandi uſum rejicere videri queant. Vid. b. BVDDEI *diſſertat. de concordia relig. chriſtian. ſtatusque civilis, cap. VI. §. 6.* Copioſe Anabaptiſtarum ſententiam confutarunt ex noſtris JO. MÜLLERVS in *anabaptiſmo, error. XX. p. 366. ſeqq.* itemque EHREGOTT DANIEL COLBERGIVS, in *chriſtianiſmo hermetico-platonico*, germanice edito, *part. II. cap. X. §. 14.* ex reformatis vero JO. CLOPPENBVRGIVS in *gangræna theolog. anabaptiſt. part. III. diſp. IX. §. 7.* aliique.

Nec, quod vel tribus heic notamus, HVGONIS GROTII admitti poteſt ſententia, ſtatuentis, juramenta quidem adſertoria, non autem promiſſoria licita eſſe; prout uberius comprobavit JO. ADAM. OSIANDER, cancellarius quondam Tubingenſis, in *adnotat. ad* GROTIVM.

ſam. XXIV. 23. XXVI. 10. 16. Rom. IX. 1. ſtolus: *Veritatem loquor in Chriſto Jeſu, tior, teſtimonium mihi perhibente conſcien-* r. I. 23. *Teſtem invoco Deum in anima mea.* Rom. I. 9. 1 Cor. XV. 31. 2 Cor. XI. 31.). Phil. I. 8. 1 Theſſ. II. 5. 2 Theſſ. II. 1. ſtimum juramentum eſt virtus ſecundi i, moralia autem in nov. teſt. non ſunt ab- Deut. VI. 13. *In nomine meo jurabitis.* V. 16. de cultu nov. teſt. dicitur: *Qui ju- terra, jurabit in Deo veraci.* Jer. XII. 16. *erint per nomen meum, ædificabuntur in ppuli mei.* Hebr. VI. 16. *Homines per ma- jurant, &c.* quod ex ſe non eſſe malum r ibidem exemplo Dei promiſſionem ramento confirmantis. 6) Juramentum x recta in Deum fide, quod ſcilicet exiſti- , omnia illi comperta eſſe, omnia oculis ia, indicamus etiam, Deum eſſe amantem ; ac mendacis perjurii vindicem, 2 Cor. *Novit Dominus, quod non mentior.* 7) ntum eſt pars cultus divini, quia per quem , eum profitemur nos pro vero Deo agno- *Juramentum ſit per præſtantiorem ac ma-* Hebr. VI. 16. Eſt ergo juramentum quæ- nfeſſio divinæ excellentiæ Rom. I. 9. *Te- ſt Deus, cui ſervio in ſpiritu meo.* 8) Ju- m ſpectat ad gloriam Dei illuſtrandam, imi ſalutem promovendam, utique ergo ere non eſt vitioſum. Manifeſtatio verita- in gloriam Dei cedit, & *omnis controver- homines finis ad conſummationem eſt ju- m.* Hebr. VI. 16. Concludimus igitur cum no epiſt. CLIV. *Non jurare, ſed pejerare n eſt.* Thomas 2. 2. quæſt. 89. artic. 2. *eſſe licitum patet* 1) *ex origine, quia ju- m introductum eſt ex fide, qua homi- dunt, Deum habere infallibilem veritatem erſalem omnium cognitionem:* 2) *ex fine, ucitur ad finiendum controverſias.* (*)

§. CXVII. Excipiunt anabaptiſtæ: *Olim quidem in vet. teſt. ſub lege patribus licuiſſe, in novo autem prohibitum nobis eſſe jurare per Chriſtum* Matth. V. 34. & Jac. V. 12. *Exceptio adverſariorum.* Reſp. Chriſtus ibidem diſerte dicit. v. 17. *ſe non veniſſe, ut legem ſolveret, ſed ut impleret.* Verba igitur Chriſti non oppoſita ſunt legi divinæ, (**) ſed Phariſæorum corruptelis, quæ quales fuerint ex Matth. XXIII. 16. colligitur; nimirum, judicabant licitum eſſe, etiam in familiari ſermone & in communibus negotiis, in quocunque caſu, de re quacunque per nomen Dei jurare, ſi vel maxime non faciat ad Dei gloriam vel proximi utilitatem, quæ per ſimplicem promiſſionem pacta erant, data occaſione violabant, Deum perjurii tantum vindicem eſſe ſtatuentes; quin imo eum, qui non per ipſum Dei nomen, ſed per cœlum, per terram, per templum juret, etiamſi, quod juravit, non præſtet, vel falſum ſit, exiſtimabant non eſſe reum perjurii coram Deo. Hiſce igitur corruptelis opponit Chriſtus, omnino non eſſe jurandum vel directe per Deum vel indirecte per creaturas, puta vane ac temere, vel falſo, ſed in communi ſermone, ubi negotia per ſimplicem adfirmationem vel negationem expediri poſſint, cavenda eſſe temeraria juramenta. Vide Chemnitium c. LI. harm p. 358. c. Etſi Chriſtus de jurejur. *Prohibitus eſt ibi modus jurandi ex levitate, non ex neceſſitate.* Idem ſibi vult Jacobi dictum, quod ex verbis Chriſti deſumtum eſt, perinde igitur ut particula ὅλως, in verbis Chriſti non eſt ſimpliciter univerſalis, ſed ad ὑποκειμένην ὕλην reſtringenda, ita quoque univerſale pronunciatum Jacobi, neque aliud ullum jusjurandum de temerariis ac levibus juramentis accipiendum, quorum ſpeciebus aliquot enumeratis ſimiles omnes prohiberi indicat Auguſtinus ſerm. XXVIII. de verb. apoſt.

§. CXVIII.

ntroverſiis dubiis Deus juramentum interponi Exod. XXII. 11. juramentum eſt pars cultus di- ſa. XIX. 17. ubi propheta vaticinatur de gentibus rum veri Dei cultum convertendis; uti etiam V. 23. Juramenta eſſe licita probatur: 1) *ſcriptu- ris* & mandato Dei: Deut. VI. 2) *exemplis,* ipſius Dei, Chriſti, angelorum, patriarcharum, 3) *præcepto Dei* ne juramentum violetur. Num. XXX. 3. 4) *rationibus*, quæ ſunt. a) fidei confirmatio Hebr. VI. b) πάσης ἀπολογίας πέρας. GERHARDUS.

(**) Hebr. VI. 16. *omnis controverſiæ finis eſt juramentum.* Ergo auctor illius epiſtolæ non judicavit, rationem ac neceſ-

Quæ juramenta ſint licita.

§. CXVIII. Quæritur II) *de quibus rebus ſit jurandum*, ſeu *quæ juramenta ſint licita*? Reſp. non ideo, quia juramenta ſunt licita, jurandi conſuetudinem inducere debemus, ſed, non niſi neceſſitate ita exigente, ad jurisjurandi obteſtationem deſcendamus. Philo libr. de dec. p. 481. graviſſime ſcribit: *Utiliſſimum fuerit & creaturæ rationali convenientiſſimum, omnino abſtinere a jurejurando, & ſic veritati adſueſcere, ut ſimplex ſermo vim juramenti habeat, ſecundaria vero, juxta proverbium, navigatio eſt, recte jurare.* Idem de ſpecial. legib. p. 490. *Conſuetudo crebro jurandi argumentum eſt perfidiæ.* Syracides c. XXIII. 9. & ſeqq. a temeraria jurandi conſuetudine his verbis nos revocat: *Juramento non adſueſcat os tuum, qui jurat atque aſſidue nomen Dei uſurpat, culpa non vacabit. Vir crebro jurans replebitur ſcelere, neque a domo ejus recedet flagellum, ne temere quidem uſus juramento, innocens judicabitur, &c.* quæ verba ex ſecundo decalogi præcepto ſunt deſumta. Proinde illud tantum legitimum eſt juramentum, quod fit de re licita, poſſibili, certa, juſta & bona, quando Dei gloria & ſalus proximi illud exigit, hinc variæ conſtituuntur legitimi juramenti ſpecies. Aliud eſt *privatum*, inter privatos & paucos: aliud *publicum*, quod in loco publico ſolenniter præſtatur. Aliud eſt *adſertorium*, quo de re præſenti aut præterita aliquid aſſeveratur vel negatur; aliud *promiſſorium*, quo ad faciendum vel omittendum aliquid obſtringimur; aliud eſt *voluntarium*, quo quis ſe ſponte ad juramentum offert; aliud *coactum*, quo ad jurandum invitus quis cogitur; aliud *privatum*, quo in fœderibus ac contractibus privati utuntur; aliud ἐπακτὸν, quod a magiſtratu imponitur, quod vocant *conceptum*, *ſolenne*, *corporale juramentum*. ἐπακτὸν ſive *impoſitum* eſt, quod juranti ab aliis imponitur, idque vel pro auctoritate, quale eſt illud, quod magiſtratus a ſubditis exigit, vel vi & coactione. Quæ *coactio* vel *juſta* eſt, ut quando victor victis juramentum fidelitatis imponit; vel *injuſta*, qua latrones juramenta aliis, quos ſcelere invaſerunt, extorquent. Thomas II. 2. quæſt. 89. art. 6. *Aliud eſt juramentum per ſimplicem conteſtationem, quod fit per Deum, aliud per exſecrationem, quod fit per creaturas.* JCti habent judiciale, purgatorium, calumniæ, perhorreſcentiæ, &c. Alexander Alenſ. par. III. quæſt. 31. membr. 3. artic. 1. omnes modos jurandi reducit ad hos quatuor: *Jurans veritatem primam, quæ Deus eſt, reveretur, & in teſtimonium adducit, id fit 1) in quantum principium eſt omnis veritatis, & tunc juratur* per Deum, per veritatem: *2) in quantum cognitor eſt omnis veritatis, & tunc eſt forma*, teſtis mihi Deus: *3) in quantum judex & retributor præmiorum bonis, & tunc eſt forma*, vivit Dominus: *4) in quantum retributor pœnæ malis, & tunc eſt forma*, hæc addat mihi Dominus, non ſalver.

§. CXIX.

ceſſitatem præſtandi juramentum a Chriſto in nov. teſt. ſublatam. Auguſtinus de mend. cap. XV. *Dictum eſt a Domino*, ne juretis omnino, *ne ſcilicet jurando ad facilitatem jurandi veniatur & ex facilitate ad conſuetudinem, atque ita ex conſuetudine in perjurium decidatur, quod etiam Jacobus dicit, ne in condemnationem incidatis.* Particula ὅλως non referenda ad actionem, ſed actionis *objectum*, quod non ſit jurandum per illa objecta, quæ ibi enumerantur. Præceptum de juramentis Phariſæi ſic intelligebant, quod duntaxat in eo prohibeatur perjurium, interim temeraria juramenta in vita communi permitterent, ſed Chriſtus veram legis explicationem opponit. Auguſtinus epiſt. CLV. *Hoc quidem propterea mihi dictum videtur, non quia verum jurare peccatum eſt, ſed quia pejerare immane eſt peccatum.* Univerſalis particula ſæpe ad ſubjectam materiam reſtringenda, ſic etiam hoc loco particula ὅλως quævis juramenta prohibet, ſcilicet levia ac temeraria in re levicula. Sic Exod. XX. 10. *nullum opus facies in Sabbato*, ſcilicet profanum. Luc. VII. 28. *Non ſurrexit major baptiſta*, ſcilicet inter eos, qui vulgari modo nati. Quidam τὸ ὅλως interpretantur *frequenter* ac *ſubinde*, ſicut διαπαντὸς uſurpatur Sir. XXIII. 21. Vide *Lyram* in comm. GERHARDVS.

An liceat jurare per creaturas.

§. CXIX. Quæritur III.) *an liceat jurare per creaturas?* Reſp. Hieronymus in cap. V. Matth. exiſtimat, Chriſtum formulas jurandi per creaturas ſimpliciter improbare tanquam impias (*), & in hanc ſententiam multa ex veteribus (**) adlegantur in jure canonico, can. conſidera 8. & can. movet 16. cauſ. XXII. quæſt. 1. can. ecce dico 10. cauſ. XXII. quæſt. 5. Hieronymo quidam reſpondent, tum demum juramenta per creaturas improbari, ſi

(*) Hæc HIERONYMI expoſitio oraculi ſervatoris, quod legitur *Matth. V. 34.* contextui eſt convenientiſſima. Verba enim: μη ομοσαι ολως, cum verbis immediate ſequentibus ita connectuntur, ut facile pateat, mentem Chriſti hanc eſſe, plane non eſſe jurandum per creaturas, neque per cœlum, neque per terram &c. quæ quidem jurandi formulæ tempore Chriſti inter Judæos maxime erant uſitatæ. Vid. JO. SELDENUS, *de ſynedriis veterum ebræorum, lib. II. cap. XI. §. VII. oper.* junctim editorum *vol. I. tom. II. p. 1475.* & GEORG. ELIESER EDZARDI *ad Avoda Sara cap. II. p. 286. ſeqq.* Ad loca veteris teſtamenti, ex quibus nonnulli comprobare adnituntur, juramenta per creaturas in vet. teſtam. fuiſſe licita, reſpondet b. canc. PFAFFIUS, in *not. exeget. in evangel. Matthæi p. 97. ſeqq.*

(**) Auguſtinus in epiſt. ad public. *Non licet per creaturas velut per numina jurare, ſed tamen licet eas adpellationis noſtræ invocationisque de Deo teſtes facere.* Theophylactus in cap. V. Matth. *Deus ſolus per ſemet ipſum jurat, utpote nulli ſubjectus, nos autem cum non ſimus noſtræ poteſtatis, quo pacto per caput noſtrum jurabimus? alterius enim eſt poſſeſſio. Aliud ergo eſt eum citare teſtem, qui jus habet ulciſcendi, quam per rem maxime caram adſcrere, aliquid eſſe verum, quod diximus.* Concilium Carthag. IV. can. 61. *Clericus per creaturas jurans acerrime objurgandus, ſi perſtiterit in vitio, excommunicandus.* GERHARDUS.

Hiſce antiquitatis teſtimoniis a GERHARDO adductis adjungimus decretum, quod ſub nomine PII I. epiſcopi Romani circumfertur, atque ita habet: *Si quis per capillum Dei vel caput juraverit, vel alio modo blaſphemia contra Deum uſus fuerit; ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur; ſi laicus, anathematizetur. Et ſi quis per creaturam juraverit, acerrime caſtigetur;* apud GRATIANUM *cauſſ. XXII. quæſt. I. c. X.*

Conſtat ex hiſtoriarum monumentis, poſt cædem Julii Cæſaris, decreviſſe ſenatum Romanum, ut per *genium imperatoris* juraretur. Credebant enim falſorum numinum cultores, cuilibet homini duos genios connaſci, bonum & malum. Fingebant etiam homines ad adulandum parati, principibus ſuis ineſſe divinitatem quandam. Vid. DAN. GEORG. MORHOFII binas *diſſertationes* lectu digniſſimas, *de divinitate principum*, quæ in *diſſertationibus* ejus junctim editis exſtant *p. 83. ſeqq.* Sed conſtanter recuſabant veteres chriſtiani, jurare per *genium imperatoris*, quia hoc ſpeciem quandam idololatriæ, & reapſe defectionem ad paganiſmum, religionisque chriſtianæ abnegationem eſſe cenſebant. Ipſi perſecutores nominis chriſtiani ejusmodi juramentum a chriſtiano præſtitum irrefragabile renunciationis teſtimonium eſſe ſibi perſuadebant, atque hanc ipſam ob rationem nihil amplius, quam hocce juramentum a Chriſti ſectatoribus requirebant. Hinc in EUSEBII *libr. IV. cap. XV. p. m. 131.* legimus, proconſulem POLYCARPUM martyrem ſæpius urſiſſe, eundemque hiſce verbis adlocutum eſſe: *Jura per genium cæſaris,* cui ille magna animi conſtantia reſponderit: *chriſtianus ſum.* Idem obſervamus in actis proconſularibus *martyrum Scyllitanorum* in Africa, ubi proconſul SPERATO dixiſſe legitur: *Tantum jura per genium regis noſtri;* cui ille hocce dedit reſponſum: *Ego imperatoris mundi genium neſcio, ſed cœleſti Deo meo ſervio.* Vid. *acta martyr. Scyllitan.* apud BARONIUM in *annal. ad an. CCII. n. 11.* Prætermittimus teſtimonia TERTULLIANI, ORIGENIS aliorumque, recitata a JOSEPH. BINGHAMO *libr. XVI. antiq. eccleſiaſt. cap. VII. §. 6. vol. VII. p. 361. ſeqq.* qui & obſervat, easdem pœnas iis, qui tempore perſecutionis gentilibus obſequentes per genium imperatoris jurarunt, fuiſſe inflictas, quæ idololatris atque apoſtatis in eccleſia chriſtiana olim fuerint conſtitutæ.

Licet vero, prout ex dictis patet, veteres chriſtiani recuſaverint, jurare *per genium imperatoris*, jurarunt tamen, teſte TERTULLIANO in *apol. cap. XXXII. per ſalutem imperatoris.* Verum hæc quoque verba poſtea omitti juſſit CAROLUS M. licet revera non ſint formula juramenti proprie ſic dicti, ſed potius, uti ſupra obſervat GERHARDUS, gravis quædam obteſtatio, cujus ſenſus hic eſt, non minus hac in re mihi cordi eſt veritas, quam curæ

ſi religio jurisjurandi ad ipſas creaturas referatur, ſicque aliquid numinis & divinitatis, ut omnipotentia, vel omniſcientia, eis tribuatur. Jer. V. 7. *Iurant in his, qui non ſunt dii*, vel ſi temere ac leviter per creaturas juretur hac opinione, quod talibus obteſtationibus non peccetur contra ſecundum præceptum, nec ſit perjurium eas fallere, quæ erat phariſæorum opinio, cui Matth. V. 34. opponit Chriſtus veram legis explicationem; quod temeraria, futilia ac levia juramenta ſint prohibita, ſi vel maxime non fiant expreſſe per Dei nomen, ſed per cœlum, terram, Hieroſolymam, caput jurantis, cum in hiſce quoque formulis nomen Dei oblique, indirecte, relative & implicite contineatur, ſiquidem *cœlum eſt thronus Dei, terra ſcabellum pedum ejus, Hiereſolyma eſt urbs magni regis, & nemo ne unicum quidem capillum capitis ſui album vel nigrum reddere poteſt.* Adde, quod ignominia, quæ creaturis eo ipſo infertur, quod cultus ſoli Deo debitus ipſis tribuitur, in creatorem earum redundet. Anshelmus in cap. V. Matth. *Non debemus jurare per creaturas, tum quia bonae ſunt factae a ſummo bono, tum quia Deus habitat in eis.* Lutherus in enarr. 2. præcepti tom. II. latin. Witteb. *Semper is, qui jurat per ea, quae Dei ſunt vel ei adplicata, etiam per Deum jurat, ex quo, in quo, & in quem omnia ſunt.* Alexander Alenſ. p. III. quæſt. 31. artic. 9. *Iurare per creaturam eſt creatorem ejus teſtem veritatis adducere.* Sed enim cum juramentum proprie ſic dictum ſit cultus ſoli Deo debitus, ideo formulas illas, in quibus nomen Dei non expreſſe ponitur, præſtat vocare graves obteſtationes ac vehementes adſeverationes vel certe juramenta indirecta, quo pertinent ſimiles formulæ. Deut. IV. 26. *Teſtor contra vos hodie cœlum & terram.* Gen. XLII. 15. *Vivit Pharao.* 1. Sam. XX. 3. *Vivit anima tua, &c.* Refert Zigabenus in elencho Iſmaëlit. *Mahometum jurare per ſolem, lunam, aſtra, igneum ſplendorem, animalia & hujusmodi* (*). Juſtinianus imperator magiſtratus novos *non modo per Deum omnipotentem & filium ejus unigenitum D. N. I. C. ſed & per ſanctam & glorioſam Dei genitricem & ſemper virginem Mariam ac per ſanctos archangelos Gabrielem & Michaelem jurare jubet* (**). Novell. VIII. in fin. Rex Otho Johanni papæ in c. tibi Dn. Johanni diſt. 63. jurat *per ſacroſanctam Trinitatem, per lignum vivificae crucis, per ſanctorum reliquias.* Sed cum juramentum ſit ſpecies cultus ſoli Deo debiti, quo gloria omniſcientiæ ac omnipotentiæ ipſi tribuitur, ideo ſtatus Auguſtanæ confeſſioni addicti has jurandi formulas non recipiunt, unde placuit in pacificatione religionis anno MDCLII. Paſſavii inita, ut in camera imperiali deinceps adſeſſoribus vel cauſas ibidem agentibus aut defendentibus liberum eſſet, utrum ſub hac formula vel per Deum & evangelium jurare vellent (***). Monet autem Weſenbecius in parat. de jurejur. num. 6. intelligendum hoc de verbo hypoſtatico, hoc

curæ cordique mihi eſt ipſa imperatoris ſalus. Huc referri quodam modo poteſt juramentum JOSEPHI *Geneſ. XLII. 15. Vivit Pharao;* ubi vetus interpres habet, *per ſalutem Pharaonis.* Similis eſt jurandi formula, qua uſus eſt rex Davides *1. Sam. XX. 3. Vivit Jehova & vivit anima tua.* Conf. *1. Sam. XXV. 26. 2. Sam. XV. 21. 2. Reg. II. 2, 4, 6.* Ad ejusmodi ſacræ ſcripturæ loca haud incommode adplicari poſſunt verba BASILII M. antiſtitis Cæſareenſis, in *pſalm. XIV. Sunt quidam ſermones, ſpeciem quidem juramenti habentes, qui tamen non ſunt, ſed obteſtatio ad eos, qui audiunt.*

(*) De formulis jurandi apud *Muhammedanos* uſitatis, legi meretur LUDOV. MARACCIUS in *prodromo refutationis Alcorani p. 46. ſeqq.*

(**) Hæc juramenti formula, qua invocationi divinæ angeli etiam & ſancti adjunguntur, a puritate ac ſimplicitate priorum poſt Chriſtum natum ſeculorum plurimum recedit. In primitiva enim eccleſia juramentorum interpoſitio in ſolius Dei nomine facta eſt, eratque pars quædam ſpecialis cultus Deo debiti ipſique peculiaris & propria. Vid. BINGHAMI *origines ſive antiquitates eccleſiaſt. vol. VII. p. 364. ſeqq.*

(***) Notandum tamen, promiſcuam hanc jurisjurandi formulam in transactione Paſſavienſi præſcriptam, poſtea in *receſſu imperii de anno MDLV.* §. *106.* ſublatam, illamque, quæ fit *per Deum & evangelium*, adprobatam fuiſſe. Vid. BÖHMERUM in *jure eccleſiaſt. proteſt. tom. I. libr. II. tit. XXIV.* §. *LV. p. 1299.*

hoc eſt, de Filio Dei, non de litera evangelii. Juramenti forma apud Judæos (*) hæc eſt: *Iuramentum praeſtans tenet librum legis brachio ſuo & lingua ſancta jurat in hunc modum: Ego juro per Deum Iſraelis, per eum, qui dicitur clemens & miſericors, quod huic nihil debeam.* Judices dicunt: *nos adjuramus te per Deum, aut per eum, qui adpellatur miſericors, quod non ſit in manu tua quicquam.* Et ipſe reſpondet: *Amen!* Schindlerus in lex. in verbo שבע.

§. CXX. Quæritur IV.) *quid de ceremoniis, quae in juramentis adhibentur, ſtatuendum ſit?* Reſp. Ritus aliquos majoris reverentiæ ergo in juramentis adhiberi non eſt inſolens. Eleazarus jurabat *manu femori Abrahae ſubjecta*, Gen. XXIV. 2. (**) ſiquidem ex ſemine Abrahæ Meſſias proditurus ſperabatur (***). Chriſtiani olim jurabant *tacto ſancti alicujus martyris ſepulchro*, referente Gregorio lib. V.

De ceremoniis quae in jurando adhibentur.

(*) De forma juramenti Judæorum copioſe agit *ordinat. cameral. part. I. tit. 86.* Peculiarem quoque diſſertationem *de formulis juramentorum judaicorum* Roſtoch. edidit C. D. HALTERMANNUS. Jungi merentur CASP. ZIEGLERUS, *de juribus Judaeorum*, *cap. V.* JAC. FRID. LUDOVICI, in diſſert. ſupra jam adlegata *de ſolennibus juramentorum cap. I.* §. *XXVIII. p. 30. ſeqq.* JAC. AUG. FRANCKENSTEINIUS, in *diſſertat. de juribus ſingularibus circa Judaeos maxime in Germania* Lipſ. *MDCCXXII.* CHRIST. WILDVOGELIUS, in *diſſert. de juramentis Judaeorum*, Jenæ *MDCCXX.* De frequentibus Judæorum perjuriis, quæ ipſi inter cauſſas præſentis exilii ſui referunt, vide JO. ANDR. EISENMENGERUM, in *dem entdeckten Judenthum, tom. II. p. 501. ſeqq.* auctoresque a JO. ALB. FABRICIO, in *bibliog. aph. antiq. cap. XII.* §. *VII. p. 621.* edit. recentiſſ. itemque a JO. CHRISTOPH. WOLFIO, in *biblioth. ebraea vol. IV. p. 518. ſeqq.* adlegatos. Cumprimis legi heic meretur CHRISTOPH. DAV. BERNARDI, ex-judæi & lectoris quondam lingg. orient. in academia Tubingenſi, *unpartheyiſche Beurtheilung des Eydſchwurs eines Juden gegen einen Chriſten*, Tubing. *MDCCXXVIII.* 8. ubi non tantum doctrina Judæorum de juramentis ex eorum ſcriptis diligenter exponitur, ſed & formula integra juramenti a Judæo recitandi, neceſſariis ſtipata cærimoniis, præſcribitur.

(**) Conferendus heic eſt locus *Geneſ. XLVII. 29. ſeqq.* ubi de Joſepho memoratur, eum juraſſe Jacobo patri ſuo, *manu ſub femore ejus poſita.* Differit quoque de hocce ritu jurandi apud Ebræos olim uſitato FLAV. JOSEPHUS *libr. I. antiq. jud. cap. XVI.* Quod ſi eidem fides habenda, mutua fuit ea manuum impoſitio. Ita enim hocce juramentum deſcribit: *γινονται τουτον τον τροπον, υπο τοις μηροις αλληλων τας χειρας επαγαγοντες επικαλουνται τον Θεον μαρτυρα των εσομενων: ſiunt autem hoc modo, ſubditis alter alteri manibus ſub femora, Deum futurorum teſtem invocant.* Verum fortaſſis in eo tantum caſu factum hoc eſt, quando promiſſio erat mutua, non vero ubi ſervus duntaxat hero ſuo fidem obligabat, prout fecit Eleazarus, ſervus Abrahami. Vid. JO. CLERICUM in *commentar. ad Geneſ. XXIV.* 2.

(***) Cum *exire ex alicujus femore* apud Ebræos idem ſubinde ſignificet, ac ortum ex aliquo trahere *Geneſ. XLVI. 26.* nonnulli in eam ingreſſi ſunt ſententiam, ritu iſto jurandi *manu ſub femore poſita*, *Geneſ. XXIV.* 2. ſignificatum fuiſſe, Eleazarum jurare Abrahamo hero ſuo per aliquem, qui ex ejusdem *femore exiturus* eſſet, hoc eſt, per Meſſiam. Hancce ſententiam a CHRYSOSTOMO, HIERONYMO, THEODORETO aliisque tum veterum, tum recentiorum adoptatam, ſuo quoque calculo heic adprobat GERHARDUS noſter. Conf. ejusdem *commentar. ſuper Geneſin p. 467.* Verum, quamquam hæc obſervatio non tantum ingenioſa, ſed & pia videri queat, contorta tamen eſt longiusque petita. Nec per eum jurare poterat Eleazarus, ſervus Abrahami, qui nondum natus erat, nec per plura ſecula naſciturus erat, prout non ſine ratione monet laud. CLERICUS *loc. cit.* Neque enim ſermo eſſe heic poſſet de Meſſia, quatenus eſt verus Deus, qui inde ab æterno exſtitit; ſed de Meſſia ut *homine*, ex Abrahami poſteris aliquando naſcituro.

Alii alias hujus ritus plane ſingularis adduxerunt rationes. *Tradunt Ebraei*, ait HIERONYMUS, *quod in ſanctificatione ejus, hoc eſt, in circumciſione juraverit Eleazarus.* Hanc ſententiam ex ebrææ gentis doctoribus inprimis ornandam ſuſcepit R. SALOMON, ſecutus hac in re paraphraſes chaldaicas. JONATHAN enim verba ebraica: תחת ירכי ita reddit: בגזירת מהולתי *in ſectione circumciſionis meæ.* Targum vero Hieroſolym. habet: תחות ירך קימי *ſub*

lib. V. epiſt. 33. vel *manu altari*, Gregorius Turonenſis lib. V. hiſtor. cap. 3. vel *evangeliorum libro impoſita*, Sozomenus lib. VI. hiſtor. eccleſ. cap. 30. Ex conſtitutione Carolina, quam auream bullam vocant, ante electionem regis vel imperatoris Romani, electores principes eccleſiaſtici coram altari propoſito S. Johannis evangelio & manibus pectori reverenter ſuppoſitis; ſeculares vero principes electores evangelio ipſo corporaliter manibus ſuis tacto juramentum præſtant (*). Deut. XXXII. 40. Dan. XII. 7. juratur *elevatis ad cælum manibus*, unde procul dubio mos hodiernus ortus, quod corporale vel ſolenne juramentum præſtatur erectis & elevatis duobus prioribus digitis, indice ac medio, ut denotetur animæ & corporis oppignoratio, quidam volunt etiam pollicem elevandum eſſe, ut ſacroſanctæ Trinitati juramentum deferri indicetur. Fœminæ jurant adpoſita ad pectus dextra, quem morem etiam veteribus Alemannis (**) uſitatum fuiſſe, refert Petrus Gregorius in ſyntag. lib. L. cap. VIII. num. 30. Præter contrectatio-

ſub femore fœderis mei. Nec tamen hæc ſententia ulla innititur ratione probabili, ſed ad meram redit conjecturam: ut taceamus, fautores hujus conjecturæ explicare haud poſſe, quid ſibi velit juramentum per circumciſionem.

Jo. Clericus, quem ſupra laudavimus, exiſtimat, ſuppoſitionem illam manuum ſub femore eſſe ſpeciem quandam ſervilis miniſterii, qua innuatur plenum in omnibus, quæ jurentur, obſequium. Subjungit idem: „ qui „ in camelum ſaltu ſe ſubjicere non poterant, „ neque aliud adminiculum habebant, opera „ ſervorum indigebant; qui, ſuppoſitis femori manibus, ſe camelo imponerent. Hinc „ forte, aut ſimili ex cauſſa, natus eſt hic ritus. „ Eandem hujus ritus ſignificationem ſuo quoque calculo adprobarunt ex ebrææ gentis magiſtris R. Aben Ezra, ex chriſtianis vero doctoribus Martinus de Roa, Jeſuita hiſpanus, in *ſingularibus ſacr. ſcripturæ part. II. libr. III. cap. XVIII.*

Prætermittimus alias aliorum conjecturas, quæ legi poſſunt in Gerhardi noſtri *comment. ad Geneſ. XXIV. 2. p. 467.* itemque in *notis*, part. II. *der allgemeinen Weltbiſtorie* ſubjectis, *p. 282.* Add. Dan. Fesselium *lib. I. adverſar. ſacr. cap. IV.* atque interpretes ad *Geneſ. XXIV. 2.*

Singularis heic eſt Hermanni von der Hardt, philologi quondam Helmſtadienſis, ſententia. Is enim, rejecta communi interpretum expoſitione, ſecundum quam veteres manum femori alterius ſubjicere conſueviſſe, ſtatuitur, veteres Ebræos non per *femur*, ſed potius per dextram dextræve carpum olim juraviſſe arbitratur. Hancce ſententiam ex nativa vocis ירך ſignificatione, qua *carpum*, nobilem dextræ partem, denotat, comprobare adnititur. Oſtendit quoque ex uſu totius orbis, tum veteris, tum recentis, morem jurandi per dextram ſemper fuiſſe uſitatum, atque varia ex Homero & Eustathio adducit teſtimonia, ex quibus luculenter patet, veteres juraſſe per dextræ carpum. Denique ex verſione Arabica, quæ in eundem ſenſum conſpirat, nonnulla depromit, atque ad exemplum ipſius Dei, qui per dextram ſuam robuſtumque brachium juraſſe dicitur, provocat. Vid. ejusdem *commentationem de juramento per dextræ carpum*, Helmſtadii ann. *MDCCXI.* 4. typis exſcriptam, atque recenſitam in *actis erudit. Lipſ.* ad ann. *MDCCXII. p. 191. ſeqq.* Si dicendum, quod res eſt, hæc expoſitio memorabilis iſtius jurandi apud Ebræos conſuetudinis magna veri ſpecie ſe commendat, ac communi hactenus interpretum ſententiæ, quæ vocem ירך per *femur* exponit, omnino præferenda videtur.

(*) Vid. *auream bullam tit. II.* §. 2. & 3.

(**) Vid. *leges Alemannorum tit. LVII.* ex edit. Heroldi, & den *Schwaben Spiegel, cap. XXI.* ex edit. Schilteri. Quænam vero fuerit cauſſa, quod fœminæ inde ab antiquiſſimis temporibus tacto pectore jurare ſoleant, de eo non una eademque eruditorum eſt ſententia. Nonnulli rationem hujus ritus inde depromunt, quod mulieres tactu pectoris in teſtem vocent propriam conſcientiam, atque indigitent, ſe ita veritatem dicturas, prout illud cor in ſiniſtra parte collocatum expoſcat, ſeque, ſi commiſerint perjurium, animam, quæ in corde potiſſimum ſedem ſuam habeat, perdituras. Vid. ill. Strykium, *de jure ſenſ. diſſ. VII. cap. I. num. 41.* & Jac. Frid. Ludovici, JCtum Halenſem, in *diſſertat. de ſolennibus juramentorum, cap. I. §. XXIV. p. 27.* Verum, ſi hæc valeret ratio, una eademque jurisjurandi forma viris æque ac mulieribus eſſet præſcripta, ſiquidem & mares cor ſub ſiniſtro pectore habent,

ſtationem libri evangeliorum (*) accenduntur hodie alicubi candelæ (**), & aliæ adhibentur ceremoniæ, quæ licet abfuerint, nihil tamen juramenti integritati ex eo decedit.

Quæ juramenta ſint ſervanda?

§. CXXI. Quæritur V.) quæ juramenta ſint ſervanda? Reſp. *In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute voviſti, ne facias; impia eſt promiſſio, quae ſcelere impletur*, ut habet Iſidori ſententia c. in malis cauſſa XXII. quæſt. 4. *quod male juratur, pejus praeſtatur; miſerabilis eſt neceſſitas, quae parricidio ſolvitur*, dicit Ambroſius lib. III. de officiis c. 12. ubi de Herodis juramento tractat, *nec juramentum debet eſſe vinculum iniquitatis*, ut ait idem Ambroſius, Hubaldum a juramento concubinæ dato abſolvens. Hieronymus tribus conditionibus juramentum conſtare dicit, *veritate, judicio & juſtitia*. Veritate, ut juretur, quod conſcientia dictitat eſſe verum. Judicio, ut deliberato animo, adhibito judicio de re certa & comperta juretur, quæque jurisjurandi religio ſit, probe attendatur. Juſtitia, ut de re juſta, licita & poſſibili, quæ neque cum fide vel caritate pugnet, ſuſcipiatur. Pulcre Philo de ſpecialibus legibus ad tria decal. præcepta. pag. 491. *Qui juratus male agit, addit culpam culpae, dum ſacramento abutitur, cum debuiſſet potius abſtinere a malitiis, abſtineat igitur, & ſupplex Deum exoret, ut pro ſua clementia temeritati inconſultae ignoſcat, qua ad jurandum praeceps actus eſt, nam duplicare noxam, cum te poſſis exonerare dimidio, maxima eſt mania vix unquam curabilis*. Si vero de re licita ac poſſibili jura-

bent, nullumque heic inter utrumque ſexum diſcrimen deprehenditur. Ut jam illud haud urgeamus, fœminas olim non ſiniſtrum pectus, prout hodie fieri ſolet, ſed aut utrumque, aut ſolum dextrum attigiſſe, prout obſervavit CAROL. FERD. HOMMELIUS, JCtus Lipſienſis isque doctiſſimus, in *libello ſingulari de jure canonico ex germanicis legibus & feudalibus explicando p. 13. not.* (2). Aliam hujus ritus rationem adducit NICOL. HIER. GUNDLINGIUS, JCtus quondam Halenſis, cujus hanc in rem meditatio *part. IV. Gundlingianor. num. 2. p. 311. ſeqq.* inſerta legitur. Obſervat is ex CHRYSOSTOMI *homil. XIX. ad populum Antiochenum*, primis religionis chriſtianæ temporibus mulieres minutos evangeliorum codices nitide deſcriptos in collo ſuſpendiſſe, eosdemque ſemper ſecum tuliſſe. Cum vero tum temporis mos per evangelia jurandi obtinuerit, non opus fuiſſe, ut illa in præſtatione juramenti mulieribus porrigerentur a judice, ſed ſuffeciſſe, ſi pectus tangerent, in quo ſcilicet evangeliorum codex penderet. Verum hancce conjecturam, ut ut ingenioſam, omni probabilitate deſtitui, rationibus minime contemnendis comprobat laudatiſſ. HOMMELIUS *loco excitato p. 14.* qui & aliam eamque longe probabiliorem hujus ritus profert rationem, quæ ex more jurandi veterum Germanorum eſt deſumta. Obſervat nimirum vir doctiſſimus ex monumentis antiquitatis, Germanos olim per arma juraſſe, atque hanc conſuetudinem apud eos ita fuiſſe inveteratam, ut, poſtquam ad Chriſti fidem fuiſſent converſi, eccleſiæ antiſtites eandem genti moris patrii tenaciſſimæ haud ſtatim potuerint eripere, ſed eo duntaxat rem perduxerint, ut Germani in cauſſis levioribus per arma, in gravioribus autem per evangelium jurarent. Hanc jurisjurandi formam cum fœminæ obſervare haud potuerint, factum hinc eſſe, ut fœminæ alio, quam viri, modo, per pectus videlicet, ſacramenta ediderint.

Cæterum conſtat, clericos eodem modo jurare, quo mulieres, non eam quidem ob rationem, quod in imo pectoris ſcrinio altaque in mente evangelium repoſtum habere credantur, quæ GUNDLINGII eſt conjectura, ſed quod iis pariter atque fœminis armorum uſus inde ab antiquiſſimis temporibus eſt interdictus; prout obſervat HOMMELIUS ſæpius jam a nobis laudatus *loc. cit. p. 16.*

(*) De ſolennitate in juramentorum præſtatione uſitata, quæ fit *tactis ſacroſanctis evangeliis*, copioſe diſſerit JO. FRID. LUDOVICI, in *diſput. de ſolennibus juramentorum cap. I. §. XVIII. ſeqq. p. 20. ſeqq.* ubi & obſervat 1) evangelia ut plurimum duobus duntaxat digitis, & quidem dextræ prioribus, tangi; 2) uſu receptum eſſe, ut evangelium Johannis ejusque principium: *in principio erat verbum*, evolvatur.

(**) In quibusdam locis non tantum candelæ accenduntur, ſed & caput defuncti alicujus proponi ſolet juraturis. Vid. LUDOVICI *loco excitato §. XXVI. p. 28. ſeqq.*

juramentum præſtitum, religioſe ſervandum eſt; ſi vel maxime id videatur durum ac difficile, Pſ. XV. 4. *Qui juravit malum*, (quod rebus ſuis obeſſe videt) *& non mutat*, *is habitabit in monte Domini.* Hinc facile adparet, quid ſtatuendum ſit de juramento, latroni præſtito, tum de certa pecuniæ ſumma ipſi numeranda, tum de ſilentio præſtando, de quo late diſputat Rauchbarus p. II. quæſt. juris quæſt. 4. Sane præſtantiſſimi quique theologi illud ſervandum eſſe ſtatuunt, ſanctior enim ac auguſtior nobis debet eſſe jurisjurandi religio, quam pecuniæ jactura, nec ſuo genere illicitum eſt tale juramentum συγχειτικῶς ſcilicet, quatenus vita per illud conſervari poteſt. Si juſtum fuit ac licitum, tale quid juramento promittere, juſtum quoque ac licitum erit juramento promiſſa implere. Joſua, licet deceptus a Gibeonitis, tamen noluit jurisjurandi religionem violare. Joſ. IX. 18. (*) Ac juramenta etiam hoſtibus præſtita ſervanda eſſe, patet ex Ezech. XVII. 13. Scholaſtici dicunt, juramentum coactum eſſe obligatorium in foro conſcientiæ, non autem in foro exteriori. Proinde pecuniam latroni juratam eſſe dandam, ſed tamen haberi remedium, quo poſſit datam in judicio repetere, aut judici denunciare, nec debet jurare, quod non velit denunciare, quia hoc eſt contra fraternam correctionem, ac proinde illicitum. (**)

An adprobandus uſus ligaturarum ac characterum.

§. CXXII. Quæritur VI.) *an adprobandae ſint ſuperſtitioſae illae vel ligaturae, vel ſuſpenſiones quarundam rerum, vel characteres ad avertendos morbos aliaque mala adhibitae.* Reſp. Minime vero. Quamvis enim non intercedat manifeſtum pactum cum diabolo, nec adhibeatur Chriſti vel baptiſmi abjuratio, tamen ſuperſtitio illa eſt peccatum contra ſecundum præceptum, quippe qua nomen Dei levatur in vanum. Non hoc fine verbum ſuum dedit nobis Deus, ut ad avertendos corporis morbos characteres ejus uſurpemus, ſed ut ad vitam æternam, atque animæ ſalutem ex eo inſtruamur. Joh. XX. 31. Quæcunque igitur curationes vel obſervationes non habent cauſam in natura, vel inſtitutione divina, ſuperſtitioſæ judicentur, atque earum inventio transſcribenda eſt diabolo. Inconſiderate igitur quidam medici curationem illam per concepta quædam verba probant, ſuperſtitionem anicularum hac ratione confirmando, (vide Aëtium lib. VIII. cap. 50. Trallianum libr. IX. cap. 4.) ſive ſtatuant, revera per incantationes tolli morbos, ſive ex accidenti, quatenus confidentia & alacritas ægroti uſu incantationum, quibus aliquid virium tribuit, excitatur & ex conſequenti morbus levatur.

Explicatio tertii præcepti.

§. CXXIII. Præceptum tertium: *Memento, ut diem ſabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptima autem die ſabbatum Domini Dei tui eſt. Non facies omne opus in eo tu & filius tuus, & filia tua, ſervus tuus & ancilla tua, jumentum tuum & advena, qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Deus cælum & terram, & mare, & omnia, quae in eis ſunt, & requievit die ſeptimo. Idcirco benedixit Dominus diei ſabbati, & ſanctificavit eum.* Partes duæ ſunt: *Praeceptum* & præcepti

(*) Placuiſſe Deo, quod Joſua ſervaverit juramentum Gibeonitis præſtitum, exinde adparet, quod fœderis iſtius violatio a Saule perpetrata, non niſi cæde poſteritatis expiari potuit. 2 Sam. XXI. 6. GERHARDUS.

(**) *Non quaeritur, quid juris quis adverſus latronem habeat: ſed quomodo in conſcientia juramento obſtrictus ſit? quo reſpectu juramentum iſtud dicitur a theologis obligatorium. Duo promitti ſolent in hoc juramento: 1.) certa pecuniæ ſumma: 2.) ſilentium perpetuum. Prius quod attinet, ſanctior eſt juramenti religio, quam pecuniæ jactura. Ad poſterius dicimus, tacendam eſſe injuriam iſtam & vim illatam, quoad ſpeciem, hoc eſt, damnum a latronibus illatum vi præſtiti juramenti non revelandum, & interim quoad genus manifeſtari poſſe, hoc eſt, magiſtratus in genere moneri poteſt, ut vigilet, inque id incumbat, ut provincia malis hominibus, quos hinc inde graſſari, furari, prædari certum ſit & exploratum, expurgetur, & viæ publicæ tutæ conſerventur.* Hæc ex VINC. SCHMUCCIO adnotavit GERHARDUS.

pti *ratio*. Præceptum obſervationem ſabbati præſcribit tum ſanctificatione, tum quiete ab externis laboribus peragendam. In hoc præcepto *ceremonialia* a *moralibus* accurate ſunt diſtinguenda; ſanctificari ſabbatum, & ab operibus, quæ cultum divinum remorantur, abſtineri, hoc eſt, certis diebus publicum eccleſiæ miniſterium inſtirui, certum aliquod tempus miniſterio verbi εὐταξίας cauſa tribui, *morale* eſt. Sed diem ſeptimum ſanctificari, hoc eſt, judaicum ſabbatum in vet. teſt. obſervatum huic cultui attribui, *ceremoniale* eſt, ut ſuo loco plenius docebimus. Ratio præcepti ad ipſius Dei exemplum ac primævum inſtitutum nos remittit, ipſe quippe Deus ſex diebus fecit opera ſua, cum cœlum ac terram in principio conderet, ſeptimo autem die quievit, ac diem illum quiete ſanctificavit.

Memento. §. CXXIV. Ut ſcopum ac finem præcepti indagemus, expendemus prius ſingula verba. I.) Non ſimpliciter, ut in reliquis præceptis, dicit Deus: ſabbati diem ſanctificabis, ſed præmittit attentionis voculam, *memento*, ut diem ſabbati ſanctifices. In Hebræo eſt זָכוֹר in forma *infinitivi*, quod genus præcipiendi admodum grave eſt ac ſerium, accuſatur igitur corruptæ naturæ noſtræ oſcitantia, quod pietatis ac divini cultus oblivio ſæpiuſcule animum noſtrum ſubeat, ergo hujus verbi ſtimulo ex veterno noſtro excitamur. Præterea admonemur hac voce, quod ad præceptorum divinorum obſervantiam requiratur animus memor ac vigilans, qui dies ac noctes de præceptis ſervandis cogitet, Pſalm. I. 2. *Beatus, qui in lege Domini meditatur die ac nocte.* Pſalm. CXIX. 16. *Non obliviſcar verborum tuorum.* v. 176. *Mandatorum tuorum non ſum oblitus.* Præceptorum divinorum oblivio proxima eſt ad transgreſſionem ipſorum via. Quinimo cum recordandi verbum magis animi adfectum, quam externum opus concernat, ſignificatur hac voce non tam externam ſabbati obſervationem, quam interiorem ſanctificationem hoc præcepto requiri. Et quod in ſpecie de ſanctificatione ſabbati hic præcipitur, id ad omnia omnino præcepta Dei aliis in locis transfertur. Deut. VI. 8. *Lex iſta erit ſignum in manu, & inter oculos tuos recordatio.* Mal. IV. 4. *Mementote legis Moſe ſervi mei, cui mandavi in Horeb ad univerſum Iſrael ſtatuta & judicia.* Denique cum in prima ſtatim mundi creatione ſabbatum fuerit a Deo ſanctificatum, ideo recordandi verbo memoria illius rei quaſi renovatur. Rabbini ridicule ſtatuunt, ideo verbum *recordandi* in principio hujus præcepti poſitum eſſe, quod in omni re pretioſa, ut ſi quis habeat novam veſtem, debet exſpectare diem ſabbati, ut primo tunc utatur ea.

Ut ſanctifices. §. CXXV. II.) Jubemur *ſanctificare* ſabbatum, qua in re ſcopus & anima quaſi hujus præcepti conſiſtit. Aliter autem Deus ſanctificat ſabbatum, Gen. II. 3. aliter homines illud ſanctificant. Deus benedicit ſabbato, & ſanctificat illud, hoc eſt, divino cultui deputat, & qui *juxta praeſcriptum Dei ſabbatum ſanctificant, ſuper eos tranſit haec benedictio*, ut Rabbi Agnon dicit, *Dei benedicere eſt benefacere.* Ergo qui in honorem Dei ſabbatum ſanctificant, omnis generis bonis, præſertim ſpiritualibus, implentur. Homines ſanctificant ſabbatum, quando illud a Deo ſanctificatum eſſe agnoſcunt, pro ſancto habent & ſanctis operibus in eo vacant. Quæ vero ſunt illa opera? interior ſanctificatio ac ſpiritualis cultus in prioribus duobus præceptis requiruntur, ſed quia in hac vita ſpiritualis ille ac interior cultus externo aliquo exercitio publici miniſterii indiget, per quod Deus interiorem illam ſanctificationem in nobis efficit, conſervat & auget, ac in quo interioris illius ſanctificationis γνωρίσματα eduntur, ideo hoc tertium præceptum accipiendum eſt de publico verbi ac ſacrarum ceremoniarum miniſterio. Exod. XXXI. 13. *Sabbata mea cuſtodietis, ut ſciatis, quod ſim Jehovah ſanctificans vos.* v. 14. *Cuſtodietis ſabbatum, quia ſanctitas eſt vobis*; id eſt, per publicum ac externum illud miniſterium verbi interiorem ſanctificationem in cordibus veſtris operabor. Exod. XX. 24. *In quocunque loco memoriam nominis mei inſtituero, veniam ad te, & benedicam tibi.* Quæ vero ſint illa publici miniſterii & cultus divini exercitia, in enumeratione virtutum hujus præcepti adparebit.

§. CXXVI.

Diem.

§. CXXVI. III.) Non ſimpliciter jubemur ſabbatum ſanctificare, ſed additur: Memento, ut *diem* ſabbati ſanctifices, non quod ſuperſtitioſam dierum obſervationem Deus confirmare velit; ſed ut doceamur, integrum ſabbati diem ſanctificare ac ſanctis operibus tranſigere. Vulgaris idemque peſſimus mos eſt, aliquam tantum eamque fere minimam diei ſacræ partem divino cultui impendere, reliquam vero ignavo otio vel etiam choreis ac conviviis tribuere, ſed meminerimus diem, non aliquot horas ſabbati eſſe ſanctificandas. Deinde cum dies haberi jubetur ſanctus, communi ſenſu ex eo ſequitur, ſanctum diem etiam ſancta opera & ſanctam converſationem requirere, quemadmodum etiam poëta ethnicus ſcribit:

Sancta dies oritur, linguisque animisque favete:

Hoc dicenda bono ſunt bona verba die.

Denique cum præter ſabbatum dierum ſit etiam ſabbatum menſium & annorum, Lev. XXV. 4. & XXVI. 35. Ideo expreſſa fit diei ſabbati mentio, ut intelligatur, potiſſimum de ſabbato dierum hic agi, aliis in locis generaliter in plurali Deus loquitur: *Cuſtodite ſabbata mea,* Exod. XXXI. 13.

Sabbati.

§. CXXVII. IV.) Nominatim exprimitur dies ſeptimus, qui divino cultui ſit deſtinatus. Populus Iſraëliticus erat carnalis, ad ſuperſtitionem & idololatriam admodum pronus, non ergo ritus tantum ac ceremonias, quibus ad cultum Dei informarentur, ſed etiam certa tempora ac certos dies præſcripſit illis Deus, in quibus ritus illos ac ceremonias exercerent, nec ipſorum arbitrio liberum reliquit, eligere dies, quoscunque vellent, ſed certis legibus eos adſtrinxit, ut hac ratione ab ἐθελοθρησκείαις revocarentur: Deut. XII. 8. *Non facietis ſinguli, quicquid rectum in oculis ipſorum.* Adde, quod ſeptimus dies convenientiſſime præ reliquis fuit electus, propter memoriam præteriti (puta propter ſabbati creationis) & ſignum futuri (videlicet propter ſabbatum redemtionis, quod Chriſtus in ſepulcro egit, & propter ſabbatum æternum) Exod. XXXI. 13. *Sabbatum meum cuſtodietis, quia ſignum eſt inter me & vos.* Ezech. XX. 20. *Sabbata mea dedi eis, ut eſſent in ſignum inter me & ipſos.* Ab hoc ceremoniali legis involucro in nov. teſt. ſumus liberi.

Sex diebus operaberis.

§. CXXVIII. V.) *Sex diebus operaberis & facies omnia opera tua:* תַּעֲבֹד proprie ſignificat *ſerviliter operaberis;* oſtendit igitur Deus diſcrimen inter labores externos & inter exercitia pietatis ac cultus divini. *Illos* vocat ſerviles, *his* vero ſanctificari dicit ſabbatum. Ne vero exiſtimetur, labores illos vocationis Deo diſplicere, ideo in hoc ipſo præcepto, quod de ſanctificatione ſabbati agit, expreſſam eorum mentionem facit, ac ſex dies illis adſignat, ſeptimum tantum diem cultui divino tribuendum præcipit. Quidam verba illa: *ſex diebus operaberis* intelligunt *permiſſive*, hoc ſenſu, quod liberum illis reliquerit Deus populo ſuo, quid ac qua iſtarum dierum operari velit, ſed rectius accipiuntur προστακτικῶς in forma præcepti dicta, ſicut etiam D. Lutherus vertit *ſechs Tage ſollt du arbeiten*, nam non minus labores vocationis, quam ſanctificatio ſabbati a Deo requiruntur. Gen. III. 19. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Atque eadem in hebraico verbo forma eſt, quæ in reliquorum præceptorum verbis occurrit: תִּנְאָף תִּרְצָח תַּעֲבֹד &c. Propter extremam naturæ corruptionem non minus reliquis diebus ignavum otium homini prohibitum, quam ſeptimæ diei ſanctificatio præcepta. Id ipſum comprobat ratio huic præcepto ſubjecta, quod non tantum ſeptimo die quieviſſe Deum commemorat, ſed & ſex diebus operatum fuiſſe. Ergo ut exemplum Dei in quiete ſabbati nobis proponitur, ita quoque idem in opere ſex dierum nobis proponi cenſeamus.

§. CXXIX. VI.) Servilibus laboribus conceduntur dies ſex, cum ſeptimus tantum ſabbati ſanctificationi concedatur, non quod opera illa, quibus ſextiduum illud tranſigitur, ſint præſtantiora ac digniora illis, quibus ſabbatum ſanctificatur, ſed quia nota eſt Deo extrema naturæ corruptio, propter quam caro noſtra laboribus ſubi-

ſubigenda; ne torpeſcat otio. Creati ſumus initio non ad ſervilia illa opera, ad ſudorem illum vultus, ſed ad illa opera, quibus ſabbatum ſanctificatur, & in vita æterna, quando ſabbatum ex ſabbato celebrabimus, ceſſabunt laborioſa illa ac ſervilia opera neceſſitatibus hujus vitæ inſervientia; ſed propter corruptionem naturæ ex peccato primorum parentum ortam ac in nos traductam pœnæ loco multiplicati ſunt illi labores ac ſudores, ideo ſexti diei laboribus probe ſubactis ac defatigatis, unius tandem, videlicet ſeptimæ diei, quies conceditur. Ex quo fundamento adparet, quid de copia ſuperfluarum ac ſuperſtitioſarum feriarum ſit ſtatuendum.

Et omnia opera tua facies.

§. CXXX. VII.) Jubemur ſex diebus operari, & omnia opera *Noſtra* facere ſeu abſolvere, (עָשָׂה enim utrumque ſignificat) quod ipſum non caret ἐμφάσει. Præſcribit enim Deus unicuique ſuæ vocationis opera, quæ absque ulla πολυπραγμοσύνῃ exſequatur, 1. Cor. VII. 17. *Unumquemque ſicut vocavit Deus, ita ambulet.* 1. Theſſ. IV. 11. *Operam detis* ἡσυχάζειν καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν. 2. Theſſ. III. 11. dicuntur ἀτάκτως ambulare οἱ μηδὲν ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ περιεργαζόμενοι. Quin imo cum opera illa ſervilia dicantur *noſtra*, & ab operibus, quibus ſabbatum ſanctificatur, diſtinguantur, innuitur, non eſſe in viribus noſtris, ſancta illa opera, in ſabbato peragenda, eo modo perficere, ut ſint Deo grata, ſed hoc eſſe Dei opus, ipſe eſt, qui nos ſanctificat Exod. XXXI. 13. *Sabbatum meum cuſtodietis, ut ſciatis, quod ego ſim Iehovah, ſanctificans vos.* Ezech. XX. 20. *Dedi illis ſabbata mea, ut ſciant, quod ſim Iehovah, qui ſanctificat ipſos.*

Septima die eſt ſabbatum Dei.

§. CXXXI. VIII.) Septima dies dicitur *ſabbatum* Domini Dei noſtri; ſane *propter hominem inſtitutum eſſe ſabbatum* pronunciat Chriſtus. Marc. II. 27. hoc eſt, propter hominis uſum ac commodum, interim non dicitur hominis, ſed Dei ſabbatum, tum quia ab ipſo inſtitutum, tum quia in prima ſtatim creatione poſt abſolutum cœli ac terræ opificium ab ipſo celebratum. Ac latet in hiſce verbis αἰτιολογία, Dominus ille, cujus eſt ſabbatum, eſt Deus tuus, ergo in honorem & cultum ipſius ſabbatum ſanctificabis. Quinimo his verbis etiam modus quadantenus præſcribitur, quo debeat a nobis ſabbatum ſanctificari. Quia enim eſt Dei ſabbatum, ergo operibus Dei, hoc eſt, a Deo præſcriptis & requiſitis eſt ſanctificandum, quemadmodum in primo præcepto, verbis illis: *Ego ſum Dominus Deus tuus*, jubemur Deum non aliter colere, quam in verbo nobis præſcripſit. Pertinet huc pulcerrimus locus Eſa. LVIII. 13. *Si averteris a ſabbato pedem tuum, nec feceris voluntatem tuam* (חֶפְצֶךָ, beneplacitum tuum,) *in die ſancto meo, tum vocabitur ſabbatum jucundum in ſanctitatem Domini glorioſum, tunc glorificabis eum, dum non facies vias tuas, & non invenietur voluntas tua.* (Ubi nomine voluntatis noſtræ intelliguntur non ſolum prava carnis deſideria, ſed etiam ſuperſtitioſæ ἐθελοθρησκείας, ut ex totius capitis contextu adparet) Denique verbis hiſce: *Sabbatum Domini Dei tui eſt*, in ſolius Dei honorem ac cultum ſabbatum celebrare, ac ipſi ſoli religioſæ adorationis cultum exhibere jubemur. Auguſtinus lib. VIII. de civit. Dei cap. 27. *Martyribus non conſtituimus templa, ſacerdotia, ſacra & ſacrificia, quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſane memorias eorum tanquam ſanctorum hominum Dei &c. Sed non conſtituimus eis ſacerdotes, nec offerimus eis ſacrificia &c. quia incongruum illicitumque eſt, atque uni Deo tantummodo debitum.*

Non facies omne opus in eo.

§. CXXXII. IX.) *Non facies omne opus in eo.* Refert Münſterus in cap. XX. Exod. ex Rabbinis, quod verba iſthæc eo modo intelligant, quod die ſabbati non liceat pomum carboni admovere, ut aſſetur, aut vinum ſuper ſinapi pulverem mittere, aut allium, quod edere velis, decorticare, prohibitum quoque eſſe, ſaltantem pulicem capere, reptilia, quæ utrumque ſexum habent, interficere, niſi tibi ſint infeſta; arborem non licet conſcen-

ſcendere, ne ramum frangas. Super herbas caveto gradi, ne calceamento herbam evellas. In cythara aut alio muſico inſtrumento non licet ludere, non licet cantare, nec alium ſonum edere, quo vel puerum a fletu coërceas &c. Dicunt etiam, ſabbatum hoc modo ſanctificari, quando homines aliis utuntur veſtibus, & aliter loquuntur atque edunt, quam in diebus profanis, videlicet ſi veſcantur carnibus ac piſcibus, ſi vinum bibant &c. Sed hæ nugæ gerris Siculis ineptiores merito ſuis auctoribus relinquuntur. Quæ opera ſabbato facienda Deus prohibuerit, id non ſolum ex aliis ſcripturæ locis, ſed ex ipſis hujus præcepti verbis colligitur. *Non facies ullum opus*, ſcilicet ſervile, quod publici miniſterii partes & cultum divinum impediat, præcedit enim vocabulum תַּעֲבֹד, & jubentur ſervi ac jumenta ab opere abſtinere, Lev. XXIII. 7. כָּל מְלֶאכֶת עֲבֹדָה לֹא תַעֲשׂוּ, *Omne opus ſervitutis ſive ſervile non facietis*. Deut. V. 15. additur ratio: *Memento, quod & ipſe ſervieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus &c.* Ergo in memoriam iſtius beneficii jubet Deus, ut ſabbato etiam ſervis ac jumentis quies a labore concedatur. Ubi denuo ceremonialia a moralibus hujus præcepti adcurate ſunt diſtinguenda. *Morale* enim ac perpetuum eſt, opera illa prohiberi, quæ publici miniſterii exercitium impediunt; interim opera ea, quæ ad cultum Dei, ad ceremonias ſacras, ad dilectionem proximi & vitæ neceſſitatem pertinent, non ſunt prohibita. Contra vero multa erant ceremoniali lege Judæis prohibita, quæ in nov. teſt. non amplius nos obligant. Exod. XVI. 29. *Sabbato non egrediatur quiſquam e loco ſuo.* Atqui Chriſtus ſabbato ſæpius iter fecit Matth. XII. 1. Sic Jer. XVII. 21. ſevere edicitur, *non eſſe portanda onera die ſabbati.* Sed Joh. V. 8 jubet Chriſtus tolli grabatum. Quidam hæc verba *allegorice* interpretantur, quod non ſint facienda ſabbato opera noſtra, hoc eſt, ea, quæ a vitiata noſtra natura proficiſcuntur; ſed enim locum habet hæc allegoria in ſpirituali chriſtianorum ſabbato, quod eſt perpetuum, ac ſingulis vitæ diebus celebrari debet: at hoc loco alienum eſt, neque enim ſeptimo tantum die, ſed & ſex illis intermediis diebus a talibus corruptæ carnis operibus abſtinendum eſt.

§. CXXXIII. X.) Non facies ſabbato ullum opus, *nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec ſervus tuus, neque ancilla tua &c. neque peregrinus tuus, qui eſt in portis tuis.* Colligimus ex his verbis: 1.) quamvis ſanctificatio ſabbati primario ac proprie non conſiſtat in externa quiete, interim quia ſervilia opera veram ſabbati ſanctificationem impediunt, ideo diſertis verbis hoc præcepto prohibentur, ex quo colligenda eſt regula quædam generalis in omnibus decalogi præceptis obſervanda, quod non ſolum peccata, ſed etiam peccatorum occaſiones lege Dei ſint prohibitæ: quodque non ſolum virtutes lege Dei requirantur, ſed etiam omnia ea, quæ virtutibus impedimento ſunt, averruncari jubeantur. Patet etiam ex eo, quam præſenti animo, quam ſerio ſtudio, quantave attentione ſacra ſint tractanda, qua ſpiritus alacritate ac libertate verbum Dei audiendum! 2.) Cum diſerta mentio fiat filiorum, ſervorum ac peregrinorum, ex eo colligitur, a parentibus, patribusfamilias & magiſtratibus exigi, ut non ipſi ſolum ſabbatum ſanctificent, ſed etiam a filiis, ſervis ac peregrinis curæ & fidei ſuæ commiſſis illud ſanctificari curent. Quod religionis communicationem concernit, nulla eſt differentia inter parentes ac liberos, dominos ac ſervos, magiſtratus ac ſubditos, *unus omnium Dominus, una omnium fides, una omnium ſpes ac haereditas*, Eph. IV. 4. & 5. 3.) Quod etiam advenæ jubentur ſeptimo die ab operibus feriari, ex eo patet, quamvis peregrini non fuerint coacti ad religionem Iſraëliticam ſuſcipiendam, tamen ab ipſis requiſitum fuiſſe, ut in externis divinæ legi ſeſe ſubjicerent, quod ſuo modo etiam chriſtiano magiſtratui ad imitationem eſt propoſitum. Si advenis licuiſſet ſabbato operari, non ſolum exemplo ſuo Iſraëlitis ſcandalo fuiſſent, ſed etiam in fraudem legis per iſtos opera ſua ſervilia exſequi potuiſſent.

Nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec ſervus tuus &c.

§. CXXXIV.

...mentum ...m.

§. CXXXIV. XI.) Jumentorum etiam in hoc præcepto Deus meminit, non quod *de bobus ipſi ſit curae,* 1. Cor. IX. 9. hoc eſt, legem ſuam brutis tulerit, aut quaſi ſanatio ſabbati etiam ad bruta pertinuerit; ſed ntis imperatur ſabbato quies has ob cauſas: Quia labor jumentorum requirit gubernato- hominem. 2.) Niſi expreſſa jumento- facta fuiſſet mentio, potuiſſent Judæi in em legis divinæ adcommodare eadem gens ad opus faciendum. 3.) Quia non ho- s ſolum, ſed & jumenta quiete aliqua in- t, ideo ſeptimo die eadem refici Deus vo- Quod autem hominum & jumentorum em conjungit, id facit ideo, ut oſtendat, n ſabbati obſervationem non conſiſtere in na illa quiete a ſervilibus operibus, quæ ni cum jumentis communis eſt, ſed requiri er ſanctificationem, quæ eſt homini pro- & propter quam externa iſta quies præci- 4.) Quia Deus etiam brutis animantibus em aliquam concedit, ex eo diſcere debe- quanto majori benignitate & clementia nos præditus ſit? 5.) Ad humanitatis offi- on ſolum ſervis & peregrinis, ſed ipſis jumentis exhibenda hoc verbo invitamur, per exercitia crudelitatis in bruta accenditur getur inhumanitas erga proximum, ut te- Domitiani exemplum, qui ex quotidiano as confodiendi exercitio tyrannidem di- Prov. XII. 10. *Cognoſcit juſtus animas torum ſuorum, viſcera autem impiorum crudelia.*

nim die- cis Deus & ter- m.

§. CXXXV. XII.) Revocantur Iſraëlitæ ad primævam ſabbati inſtitutionem, ideo αἰτιολογικῶς ſubjungitur: *Sanctifica diem ſabbati &c. Sex enim diebus fecit Iehovah cælum & terram, & ma- & omnia, quae in eis ſunt, & requievit ptimo,* idcirco benedixit Deus diei ſabbati, nctificavit illum. Sabbatum inter cætera at eſſe perpetuum memoriale creationis, revocantur Iſraëlitæ ad iſtum articulum. nadmodum Deus ſex diebus omnia creavit, die autem ſeptimo requievit, & vidit, quæ fecerat: ita ſex diebus debebant operari, ſeptimo autem quieſcere, & cogitare de beneficiis in articulo creationis & providentiæ nobis præſtitis. Quomodo vero quievit Deus, cum proprie loquendo in opere creationis non laboraverit? *ipſe dixit, & facta ſunt.* Reſp. Quies dupliciter poteſt accipi, *vel* ut notet finem ac terminum actionis, *vel* ut refrigerium poſt laborem exprimat; priori modo Deo tribuitur quies, non autem poſteriori. Ut in opere Dei nulla cogitanda defatigatio, ita in ipſius quiete nulla eſt ignavia. Deinde ceſſavit Deus a condendis novis creaturarum ſpeciebus, interim a ſe conditas tuetur & gubernat. Joh. V. 17. dicit Chriſtus: *Pater meus* ἕως ἄρτι *operatur, & ego operor.* Vide Auguſtinum lib. IV. de Gen. ad liter. cap. 12. Hæc alibi latius explicantur. Hoc loco obſervemus additam præcepto rationem. Die ſeptimo poſt hominis creationem quievit Deus, utique ergo in Deo etiam quieſcat homo, ut Deus quieſcat in ipſo. Cumque Deus ita quieſcat die ſeptimo, ut tamen non ceſſet ab omni opere, ſed rerum univerſitatem conſervet ac gubernet; ita quoque ſabbati ſanctificatio non conſiſtit in ignavo otio, ſed ut ea operemur, quæ ad Dei gloriam faciant.

Virtutes in tertio præcepto requiſitæ.

§. CXXXVI. Ex his fundamentis facile poteſt colligi, quæ ſint virtutes tertii præcepti. 1.) Lev. XXIII. 3. dicit Dominus ad Iſraëlitas: *Sex diebus fiet opus, die autem ſeptimo ſabbatum quietis eſt* מִקְרָא־קֹדֶשׁ, *convocatio ſancta,* quod v. 7. 8. 21. 27. repetitur. Ergo lex de ſabbato requirit, ut inſtituantur publici eccleſiæ congreſſus, ut fideles congregentur ad publicum miniſterium. 2. Reg. X. 20. *Sanctificate cœtum ipſi Baal, & convocarunt,* ubi verba deſumuntur ex tertio præcepto. 2.) In publicis illis congreſſibus propaganda eſt vera doctrina, verbum Dei prædicandum, & audiendum eſt, Lev. X. 11. *Sacerdotes in tabernaculo eccleſiae doceant filios Iſraël omnia ſtatuta, quae locutus eſt Iehovah.* Luc. IV. 16. *Chriſtus ſabbato docet in ſynagoga Nazarethana.* Act. XIII.

14. & 15. *Paulus & Barnabas ingreſſi die ſabbatorum ſederunt, poſt lectionem autem legis & prophetarum miſerunt principes ſynagogae ad eos dicentes: Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite.* v. 44. *ſequenti ſabbato pene univerſa civitas convenit audire verbum Dei.* Act. XV. 21. *Moſes a temporibus antiquis habet in ſingulis civitatibus, qui eum praedicent in ſynagogis, ubi per omne ſabbatum legitur.* 3.) In iisdem adminiſtrandæ ceremoniæ divinitus inſtitutæ, præſertim ſacramenta, quæ licet in novo teſtam. ad certum tempus ac locum non ſint alligata, tamen convenit eorum adminiſtrationem in publico eccleſiæ cœtu potiſſimum vigere. 1. Cor. XI. 20. *Convenientibus vobis in unum, hoc non eſt dominicam cœnam edere.* Act. XX. 7. *Una ſabbatorum, cum conveniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſſerebat eis.* 4.) Inſtituenda publica & ſolennis Dei invocatio ac celebratio, qua confeſſio, gratiarum actio & preces noſtræ conjungantur cum eccleſia, Pſalm. XXII. 23. *In medio congregationis* בְּתוֹךְ קָהָל *laudabo te.* v. 26. *a te laus mea in congregatione multa.* Act. XVI. 13. *die ſabbatorum egreſſi ſumus extra urbem, ubi videbatur oratio eſſe, & ſedentes loquebamur mulieribus, quae convenerant.* 5.) Colligendæ eleemoſynæ, ad ſuſtentationem pauperum. Eſa. LVIII. 7. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos introduc in domum tuam, hoc vocabitur ſabbatum Domini ſanctum &c.* 1. Cor. XVI. 1. *De collectis, quae fiunt in ſanctos, ſicut ordinavi eccleſiis Galatiae, ſic & vos facite.* v. 2. *In una ſabbatorum quisque veſtrum apud ſe reponat, recondens, quod ei placuerit.* Vide Juſtinum apol. II. p. 77. ubi eccleſiaſticos cœtus ſui temporis pulcerrime deſcribit. Huc referenda etiam reliqua miſericordiæ opera, quibus ſabbatum minime profanatur. Chriſtus ſæpius die ſabbati ægros ſanavit, & contra Phariſæorum ſuperſtitionem hoc ſuum factum defendit. 6.) Abſtinendum ab operibus manuariis, ſervilibus & mechanicis, quæ publicum divini cultus exercitium impediunt.

Peccata contra tertium præceptum.

§. CXXXVII. Pugnat igitur cum tertio præcepto 1.) *Deſerere congregationem* Hebr. X. 25. nolle publicis eccleſiæ congreſſibus intereſſe, abjecte de illis ſentire, raro adeſſe ſacris concionibus. 2.) Dies ſacros conſumere ignavo otio, lectionem, meditationem & auſcultationem verbi negligere, inflectere doctrinam ad aliorum adfectus ac cupiditates. 3.) Sacramentorum adminiſtrationem atque uſum intermittere, inſtitutionem divinam mutare, excludere a communione ſacrorum eos, qui erant admittendi; admittere eos, qui erant excludendi. Ezech. XXIII. 38. *Sabbata mea profanarunt, cum filios ſuos idolis immolarunt.* 4) Publicas eccleſiæ preces contemnere, abſque urgente cauſa ab eis ſe ſubtrahere, intereſſe quidem precibus publicis, easdemque recitare, ſed abſque adfectu & attentione, lingua ignota precari. 1. Cor. XIV. 17. *Tu quidem bene gratias agis, ſed alter non aedificatur.* 5.) Vel parum vel nihil conferre ad pauperum ſuſtentationem; *tuba canere, ſi quando eleemoſynae dantur* Matth. VI. 2. hoc eſt, in illis erogandis ſe oſtentare. 6.) Domeſticis nullam concedere quietem; opera, quæ ſabbati ſanctificationem impediunt ac differri poterant, ſabbato peragere.

Officia miniſtrorum verbi.

§. CXXXVIII. Ceterum cum non omnes poſſint prophetæ officio fungi, 1. Cor. XII. 29. ideo ſanctione hujus præcepti ſtatuitur diſcrimen inter *miniſtros* verbi & *auditores*, quibus ſingulis ſua munia ſuæque partes adſignantur. *Miniſtrorum* officia ſunt, 1.) veram & integram legis ac evangelii doctrinam gregi ſibi commiſſo proponere. 1. Petr. IV. 11. *qui loquitur, loquatur ut eloquia Dei,* quo pertinet inſtitutio rudiorum catechetica, ἔλεγχος eorum, qui veritati adverſantur, παράκλησις adflictorum &c. 2.) Sacramenta ſecundum divinam inſtitutionem recte adminiſtrare, 1. Cor. XI. 23. *A Domino accepi, quod tradidi vobis.* 3.) Diſciplinam eccleſiaſticam conſervare, Matth. XVIII. 17. *Dic eccleſiae,* quo pertinent νουθεσία, ἐπανόρθωσις, ἐπιτίμησις, uſus clavium in abſolutione & excommunicatione. 4.) Preces pro tota eccleſia facere, 1. Sam. XII. 23. dicit Samuel: *Abſit a me, ut peccem Iehovae, ceſſando orare*

orare pro vobis, ac docere vos viam bonam & rectam. 5.) Auditoribus probatæ vitæ exemplo præire. Tit. II. 7. *Per omnia te ipſum praebe exemplar bonorum operum &c.* qua de re in capite de miniſterio dicetur uberius.

Auditorum. *Auditorum* officia ſunt: 1.) verbum Dei ex ore miniſtrorum tanquam ex Dei ore audire, a pſeudoprophetis ſibi cavere. 2.) Uti ſacramentis divinitus inſtitutis. 3.) Obedire miniſtris, ſubtrahere ſe fratribus inordinate ambulantibus, excommunicatis non dicere ave &c. 4.) Orare pro miniſtris, gratias Deo agere pro fidelibus verbi præconibus. 5.) Profeſſionem doctrinæ morum honeſtate ornare. 6.) Denique miniſtros diligere, honorare, pacifice cum illis vivere, ipſis benefacere, conferre aliquid ad alendos docentes ac diſcentes in ſcholis, tolerare infirmitates miniſtrorum, quæ non enormiter corrumpunt aut impediunt officium, aut publicum præbent ſcandalum. Antitheſis facile oſtendet, quid miniſtris ac auditoribus cavendum ſit, ne ſui officii parum memores ac tertii præcepti transgreſſores audiant. Addendæ etiam promiſſiones ac comminationes, addenda exempla, quibus obedientiam hujus præcepti remunerari, inobedientiam vero puniri mani feſtum fiat (*).

§. CXXXIX. Quæritur I.) *quotuplex ſit ſabbatum?* Reſp. 1.) Eſt ſabbatum *creationis*, Gen. II. 2. quo Deus ab omni opere ſuo, quod fecerat, requievit, ac diei ſeptimæ benedixit. *Quotuplex ſit ſabbatum.* 2.) Eſt ſabbatum *Moſaicum*, quo ſeptimus dies publico divini cultus exercitio & vacationi ab operibus œconomicis ac politicis fuit deſtinatus, Exod. XX. 10. Ceterum quia opera, quibus ſanctificatur ſabbatum, ſunt finis ille, propter quem homo conditus eſt, ideo etiam tota reliquorum dierum hebdomada apud Hebræos dicitur ſabbatum ſive ſabbata. Ad hoc Moſaicum ſabbatum referendum etiam ſabbatum *annorum*, quod erat ſeptimus quisque annus, quo Iſraëlitæ agrorum ac vinearum culturam intermittere jubebantur, Lev. XXV. 3. & ſeqq. unde dicitur, *ſabbatum terrae*. 3.) Eſt ſabbatum *redemtionis*, quo Chriſtus per integrum ſabbati diem in ſepulchro quievit, Luc. XXIII. 54. 56. Quemadmodum abſoluto primæ creationis opere quievit Deus die ſeptimo: ita abſoluto ἀνακτίσεως καὶ ἀναπλάσεως noſtræ opere itidem quieſcere voluit Chriſtus in ſepulchro, ut æternam quietem nobis a ſe partam demonſtraret. Auguſtinus lib. IV. de Geneſi ad lit. cap. 11. *Chriſtus ipſo die ſabbati requievit in ſepulchro,*

(*) Circa ſabbatum in defectu peccant *Photiniani*, qui in nov. teſt. *illud ea ratione dicunt eſſe abrogatum, ut nihil* (& ſic nec morale) *remanſerit*. In exceſſu 1.) Judæi, qui adhuc hodie in nov. teſt. ſabbati obſervationem ſtatuunt neceſſariam. Fingunt, *omnes gentiles, qui ſabbatum non ſervaverunt, horribiles cruciatus perpeti in inferno, & nolentes volentes cogi ad ſabbatum etiam apud inferos ſervandum, videlicet damnatos eo momento, quo Iudæi in terris ſabbatum initiant, evocari ab angelo dato ad requiem ſigno, & ſtatim, quo momento Iudæi ſabbatum finiunt, revocari ad pœnas*. Helvicus tom. IV. Giſſ. diſp. 9. 2.) *Ebionitæ* non tam ob rigorem Moſaicum, quam propter exempla apoſtolorum, quæ in actis eorum exſtant, una cum dominica chriſtiana etiam ſabbatum judaicum coluerunt. Euſebius lib. III. hiſt 27. 3.) Illis ſe adſimulant *Chriſtiani* noſtra ætate *in Æthiopia* degentes, referente Bellarmino lib. III. de cult. ſanctor. cap. 9. *Perkinſius* lib. II. caſuum conſc. cap. 16. quæſtionem proponit: *Utrum ſit in poteſtate eccleſiæ Dei in terris diem ſabbati a die ſeptimo ad diem ullum alium transferre?* ad quam reſpondet negate, modeſte tamen addit, *ſe non abſolute aliquid definire, ſed tantummodo proponere illud, quod veritati & rationi maxime congruere ſibi videatur*. Moroſius neceſſitatem efflagitat Schönfeldius in ſyllogiſmo ſeptimo D. Mentzero oppoſito, cujus minor propoſitio ſic habet: *Chriſtianæ juventuti decalogum integre* (ſive verbo ad verbum, a litera ad literam) *ita, ut ſimul, obſervato ceremonialium & moralium diſcrimine, loco ſabbati ceremonialis diem ſeptimum in genere* (id quod morale eſt) *& quidem diem quemque dominicum celebrandum*. Contra Mentzerus tom. II. Giſſ. diſp. 1. th. 145. *Non eſt morale, diem quemvis ſeptimum eſſe ſabbatum, ſed hoc morale eſt, ex diebus illis ſeptem aliquem vel aliquot peculiariter tribuere cultui divino*. Lutherus tom. VIII. Jen. fol. 348. in translatione reddit *den Feyertag*. Confer *Balduinum* q. VI. in Col. II. *Meiſnerum* in vindic. dom. XVII. poſt Trin. th. 46. GERHARDUS.

eumque totum diem habuit ſanctae cujusdam vacationis, poſteaquam ſexto die, id eſt, paraſceve, quem dicunt ſextum ſabbati, conſummavit omnia opera ſua, cum de illo, quae ſcripta ſunt, in ipſo crucis patibulo complerentur, nam & hoc verbo uſus eſt, quando ait: Conſummatum eſt (*). 4.) Eſt ſabbatum *chriſtianum*, quo juxta apoſtolorum conſtitutionem dies hebdomadis primus publicis eccleſiæ congreſſibus deſtinatus eſt, qua de re plura ſuo loco. 5.) Eſt ſabbatum *ſpirituale*, ac internum, quo a corruptæ carnis noſtræ operibus feriamur, ac Deum in nobis operari ſinimus. Hoc ſabbatum continuum ac perpetuum debet eſſe in renatis Eſa. LVI. 2. *Cuſtodiens ſabbatum cuſtodiet manus ſuas, ne faciat omne malum.* Eſa. LVIII. 13. *non facias voluntatem tuam in die ſancto meo &c.* Hebr. IV. 10. *Qui ingreſſus eſt in requiem ejus, etiam ipſe requievit ab operibus ſuis, ſicut a ſuis Deus.* Ignatius epiſt. III. ad Magneſianos. ὁ ἕκαςος ἡμῶν σαββατιζέτω πνευματικῶς, μελέτῃ νόμου χαίρων, οὐ σώματος ἀνέσει, δημιουργίαν θεοῦ θαυμάζων *&c.* Auguſtinus lib. IV. de Gen. ad lit. c. 13. *Tempore gratiae nov. teſt. perpetuum ſabbatum obſervat, qui ſpe futurae quietis operatur, quicquid boni operatur, nec in ipſis bonis operibus ſuis quaſi habens bonum, quod non accepit, gloriatur &c. quieſcit a priſtinis operibus, ut jam in novitate vitae ambulans Deum in ſe operari cognoſcat.* Iſidorus Peluſiota lib. I. epiſt. 71. *Dies ſeptimus ſanctus vobis vocabitur, non facietis in eo opus ullum* λατρευτὸν, *ſervile, verum quaecunque fient omnia animae.* Per λατρείαν hoc loco ſervitutem intelligit. *Nihil igitur*, inquit, *ſervilium rerum ac vos ab otio in Dei cultu collocando tanquam ſervos abſtrahentium die ſabbati facietis, nec quod vos peccatorum pondere deprimat. Eſt enim recreationis ac remiſſionis dies, nec ipſius dignitatem vitiorum colligationibus dedecorari contumeliaque adfici convenit. Quod autem ſequitur, nimirum quaecunque fiunt ea animae fieri oportere, per haec verba ea omnia, quae animae lucrum adferunt, expleri praecepit, hoc eſt, precationem, quietem, admonitionem, beneficentiam, pudicitiam, continentiam, veritatem, puritatem &c.* Absque hoc ſpirituali ſabbato non placet Deo externa ſabbati obſervatio: quinimo in figuram iſtius ſpiritualis ſabbati obſervatio ceremonialis ſabbati fuit inſtituta. Irenæus lib. IV. c. 30. *Sabbata perſeverantiam totius diei erga Deum deſervitionis docebant.* 6.) Eſt ſabbatum *aeternum*, in quo & anima & corpore a peccatis, calamitatibus & miſeriis hujus vitæ requieſcemus. Eſa. LXVI. 23. *Erit ſabbatum ex ſabbato* Hebr. IV. 6. *Supereſt introire quosdam in requiem.* v. 9. *Proinde relinquitur ſabbatiſmus populo Dei.* Origenes homil. XXIII. in Num. *Ultra hunc mundum eſt veri Sabbati obſervatio.* Hoc ſabbatum inchoatur in renatis per ſpirituale ſabbatum hujus vitæ, & conſummabitur tandem in futura vita, in qua *Deus erit omnia in omnibus* 1. Cor. XV. 28. (**)

Quo fine ſabbatum inſtitutum.

§. CXL. Quæritur II.) *quo fine ſabbatum Moſaicum fuerit a Deo inſtitutum?* Reſp. fines ſunt complures: 1.) ut eſſet certus dies, in quo publici eccleſiæ congreſſus inſtituerentur, ac doctrina de vera Dei agnitione publice proponeretur. Lev. XXIII. 3. *Die ſeptimo eſt ſabbatum quietis, congregatio ſancta.* Quo pertinent ſacrificia, preces, hymni &c. quibus vere ſanctificatum fuit ſabbatum. 2.) Ut perpetuum memoriale articuli de creatione exſta-

(*) Sipontinus vult ſabbatum dici a שֶׁבַע, quod eſt *ſeptem*, eo quod ſit dies hebdomadis ſeptimus. Plutarchus lib. IV. ſympoſ. a σαββάζειν vel a σάββοις, id eſt, *Bacchis*, ſed male. Rectiſſime deducitur a שָׁבַת *quievit.* GERHARDUS.

(**) Quæritur, *an ſabbatum fuerit ante Moſen uſitatum?* Moſes quidem dicit, *Deum ſeptimo die quieviſſe*, ſed non addit vel benedictionem vel ſanctificationem creato homini per mandatum injunctam fuiſſe, nec ullum exſtat veſtigium ſanctificationis diei ſeptimi in Geneſi ante promulgationem legis. Unde Rabbini in bereſchit rabba dicunt: *Abraham non obſervavit ſabbatum*, unde in ipſa promulgatione legis non tantum ceſſationis a creatione, ſed etiam liberationis ex Ægypto memoriale ſtatuitur. GERHARDUS.

ret, quo reſpiciunt verba hujus præcepti:
l. XX. 10. 11. *Sex diebus operaberis &c.*
enim diebus fecit Deus cœlum & terram,
equievit die ſeptimo. 3.) Ut monumentum
liberationis ex ſervitute Ægyptiaca, & gra-
m actionis Deo debitæ pro quiete a labori-
quos in Ægypto ſuſtinuerant graviſſimos.
. V. 14. *Die ſeptima ſabbatum erit Ieho-*
v. 15. *& memineris, quod ſervus fueris*
rra Ægypti, & eduxerit te Iehova, Deus
, ex ea, in manu forti & brachio extenſo,
:o praecepit tibi Deus, ut faceres diem ſab-
4.) Ut brutis ac hominibus concederetur
; corporalis, brutis quidem propter homi-
hominibus autem propter cultum divinum
l. XX. 10. *Non facies ullum opus, nec*
is tuus, nec jumentum tuum. 5.) Ut com-
efierent Iſraëlitæ, de ſabbato ſpirituali ac
no, de ſabbato redemtionis, quod Chri-
:git in ſepulchro ac de ſabbato æterno. Exod.
I. 13. *Sabbatum meum cuſtodietis, quia*
ım eſt inter me & vos. Ezech. XX. 12.
ata mea dedi eis, ut eſſent ſignum inter me
os. Auguſtinus IV. de. Geneſ. ad lit. c. 11.
probabiliter poteſt, obſervandum ſabbatum
ieis fuiſſe praeceptum in umbra futuri, quae
tualem requiem figuraret, quam Deus ex-
o hujus quietis ſuae fidelibus bona opera
ntibus arcana ſignificatione pollicebatur.
:hlinus lib. III. de cabbala: Cabbaliſtæ di-
, *ſabbatum eſt myſterium Dei vivi. Exſtat*
que ſymbolum mundi ſuperioris, id eſt, ju-
i aeternitatis, ubi ceſſat omnis labor. Qua-
mino dicendi uſu legibus indicitur. Deut. V.
:rva diem ſabbati, *quod vult referri ad*
nes exteriores juxta mundum inferiorem.
ı Exod. XX. memora diem ſabbati ad ſan-
:andum illum, *videlicet animae vires con-*
endo menti ad contemplationis profectum
a mundum ſuperiorem. Vide ibid. plura &
ange Galatinum lib. XI. cap. 8. & ſeq.

Cur in locum ſabbati ſucceſſerit dies primus ſeptimanæ.

§. CXLI. Quæritur III.) *cur in locum ſabbati Judaici primus ſeptimanae dies in novo teſtamento ſacris ſit deſtinatus?* Reſp. de abrogatione ſabbati dicetur inferius; hoc loco explicandum, quare primus ſeptimanæ dies publico cultus divini exercitio ab apoſtolis (*) deſtinatus ſit? (id quod peculiari conſtitutione Conſtantini fuit poſtea confirmatum, referente Euſebio lib. IV. de vita Conſtantini cap. 18.) Cauſa primaria ac potiſſima eſt, quod Chriſtus eo die a mortuis reſurrexit, ut colligitur ex hiſtoria evangelica Matth. XXVIII. 1. Marc. XVI. 1. unde primus ſeptimanæ dies vocatur ἡμέρα κυριακὴ Apoc. I. 10. *Dies Dominicus.* 1.) Quemadmodum ſeptimo die requievit Deus ab hexaëmero creationis opere, in cujus beneficii memoriam ſabbatum in veteri teſtamento fuit inſtitutum: ita primo ſeptimanæ die poſt peractum redemtionis noſtræ per mortem ac paſſionem myſterium Chriſtus glorioſe ex mortuis victor rediit, in cujus beneficii memoriam primus ille ſeptimanæ dies in novo teſtamento celebratur. 2.) Quemadmodum in veteri teſtamento ſabbatum inſtitutum, ut eſſet memoriale liberationis ex Ægypto: Deut. V. 15. ita in novo teſtamento dies dominicus eſt memoriale ſpiritualis noſtræ liberationis ex regno & captivitate ſatanæ, per Chriſti reſurrectionem nobis partæ, cujus typus fuit illa ex Ægypto Iſraëlitarum eductio. 3.) Per Chriſti mortem ac reſurrectionem facta eſt ceremoniarum leviticarum ac umbrarum legalium abrogatio, inter quas cum & ſabbatum numeretur; Col. II. 17. ideo mutatio ſabbati in diem dominicum publicum eſt teſtimonium, liberatos eſſe Chriſtianos ab umbris legalibus & diſcrimine dierum divinitus olim ſancito. Ignatius epiſt. III. ad Magneſ. ἑορταζέτω πᾶς ὁ φιλόχριςος τὴν κυριακὴν τὴν ἀναςάσιμον (reſurrectioni conſecratum) τὴν βασιλίδα τὴν ὕπατον (reginam

(*) Apoſtolos primum ſeptimanæ diem in celebrandis conventibus obſervaſſe, colligi poteſt ex Act. XX. 7. 1 Cor. XVI. 2. ubi μία σαββάτων eſt *primus ſeptimanæ dies.* Hæc dies præ cæteris eſſe hanc ob cauſam ſacris conventibus videri poteſt convenientior, quia Chriſtus octavo die poſt reſurrectionem, ſcilicet hac prima die, congregatis ſuis diſcipulis ſolenniter miniſterium apoſtolicum iterum concredidit, Joh. XX. GERHARDUS.

nam ac principem) *πάσων τῶν ἡμέρων*. Nec abſurde additur, hac in parte ad articulum etiam creationis habitum fuiſſe reſpectum, ſiquidem primo ſeptimanæ die lux a tenebris in prima creatione diviſa eſt. Juſtinus apolog. II. p. 77. *τὴν τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα, ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. Die ſolis communiter omnes conventum agimus, quia dies primus eſt, quo Deus tenebras & confuſam materiam depellens mundum fecit, & Jeſus Chriſtus, ſalvator noſter, eodem die ex mortuis reſurrexit.* Auguſtinus ſerm. CXXXVI. de temp. tom. X. col. 186. *Univerſa ſabbati gratia & antiqua illa feſtivitas populi Judaeorum diei iſtius* (dominicæ) *ſolennitate mutata eſt. Illi in ſabbato non faciebant opus ſervile, nos in die dominica opus ſervile non facimus, quia peccatis & vitiis non ſervimus. Illi de domibus ſuis non egrediebantur, & nos de domo Chriſti non egredimur. Sumus enim in eccleſia. Illi non accendebant ignem in die ſabbati, nos e contrario accendamus in nobis ignem Spiritus ſancti & omne vitium excoquamus peccatorum, de quo igne Dominus ait:* ignem veni mittere in terram. *Illi per diem ſabbati non ambularunt in itinere, perdiderunt enim eum, qui dixit*, ego ſum via. *Nos autem dicimus*, beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, &c. De prærogativis diei dominicæ late tractat Blaſius Viegas in comment. Apoc. cap. I. p. 55. Origenes in cap. XVI. Exod. ſtatuit, *die dominica primum manna in deſerto pluiſſe*, idque ex Moſe colligit, addens: *Si die dominica pluit manna de cælo, & in ſabbato non pluit, intelligant Judaei, jam tunc praelatam fuiſſe dominicam noſtram Judaico ſabbato, & indicatum, quod in ſabbato ipſorum gratia a Deo ad eos de cælo nulla deſcenderit.* Eadem eſt ſententia Ambroſii in 1 Cor. X. Auguſtini ſerm. CCLVII. de temp. ſynodi Cæſarienſis, quam refert Beda epiſt. de celebr. paſch. Sex enim integris diebus continuo pluit manna, ſcilicet a die dominica uſque ad feriam ſextam incluſive. Förſterus in theſ. catech. decad. I. probl. 8. *SS. Trinitas ſingulari ſtudio & conſilio diem ſeptimanae primum in perpetuam beneficiorum ſuorum cardinalium ἀνάμνησιν ſolenniter conſecrare voluit. Et pater quidem opere creationis, quod eo die cæptum; Filius vero opere redemtionis, quod die iſto reſurrectione ſua abſolvit. Spiritus denique ſanctus opere ſanctificationis, ad quod in diſcipulis Chriſti peragendum, eo die ὀφθαλμοφανῶς effuſus fuit.*

An ſimpliciter opera œconomica & politica ſabbatho ſint prohibita?

§. CXLII. Quæritur IV. *num abſolute & ſimpliciter opera hujus vitae, œconomica ſcilicet & politica, ſabbato ſint prohibita?* Reſp. Judæi in obſervatione ſabbati admodum ſuperſtitioſi ſunt, ſed meminerimus ſcopum hujus præcepti eſſe, ut ſanctificetur, hoc eſt, ſanctis operibus ſabbatum tranſigatur: quæcunque igitur opera non impediunt vel remorantur publicum divini cultus exercitium, non ſunt in hoc præcepto prohibita; ac in nov. teſt. majorem libertatem eſſe docet Chriſtus Matth. XII. 1. Joh. V. 9. Luc. XIV. 5. quinimo ſi vel neceſſitas vel proximi dilectio quædam opera ſabbato exigat, illis contra hoc præceptum non peccatur. Exſtat hac de re verſiculus complectens quatuor caſus, in quibus ſabbato operari liceat:

Parva, neceſſarium, reſpublica cum pietate.

Matth. XII. 1. *Diſcipuli in fame vellunt ſpicas ſabbato.* v. 12. *Licet ſabbatis benefacere.* Luc. XIII. 15. *Nonne unusquisque veſtrum ſolvit bovem ſuum aut aſinum a praeſepio & ducit aquatum?* Luc. XIV. 5. *Cujus veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahat eum die ſabbati?* Irenæus lib. IV. c. 19. p. 244. *Continere ſe jubebat lex ab omni opere ſervili, id eſt, ab omni avaritia, quae per negotiationem & reliquo terreno actu agitatur: animae autem opera, quae fiunt per ſententiam & ſermones bonos in auxilium eorum, qui proximi ſunt, adhortabatur fieri.* De his caſibus intelligenda eſt l. omnes 3. C. de feriis. *Omnes judices urbanaeque plebes & cunctarum artium officia*

officia venerabili die ſolis quieſcant. Ruri tamen poſiti agrorum culturae libere licenterque inſerviant, (quoniam frequenter convenit, ut non aptius alia die frumenta ſulcis aut vineae ſcrobibus mandentur) ne occaſione momenti pereat commoditas cœleſti proviſione conceſſa. Et cap. pervenit de conſecr. diſt. 3. *Pervenit ad me, quoſdam perverſi ſpiritus homines prava inter vos aliqua & ſanctae fidei adverſa ſeminaſſe; ita, ut die ſabbati aliquid operari prohiberent, quos quid aliud niſi antichriſti praedicatores dixerimus, &c.* Extra caſum neceſſitatis ſervilibus & œconomicis operibus profanatur ſabbatum. Improbamus igitur ſerio, quod ſcribit Toletus Jeſ. inſtruct. l. IV. c. 25. *Licet iter facere (audito prius ſacro) & venari, licet ſtudere ſuper lites propter pecuniam. Licet carnes vendere, animalia occidere ad victum propter pecuniam, licet in ſolennitatibus conſtruere loca pro ſpectaculis, quando non poſſunt fieri niſi in feſto.* (*)

Explicatio quarti præcepti.

§. CXLIII. Præceptum quartum: *Honora patrem & matrem tuam, ut ſis longaevus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Partes duæ ſunt: præceptum & promiſſio. Præceptum eſt, *honora patrem & matrem.* Promiſſio, *ut ſis longaevus ſuper terram.* 1.) Nominatur pater, qua adpellatione eum, a quo geniti ſumus, denotari nemo ambigit. Sed Spiritus ſanctus, hoc nomen aliis etiam tribuens, veram hujus præcepti explicationem nobis monſtrat. Dicuntur enim patres omnes majores in linea adſcendente: Joh. VI. 58. doctores eccleſiæ: 2 Reg. XIII. 14. Gal. IV. 19. præceptores:

patrem

(*) *Caſaubonus* exerc. I. ad ann. Baron. cap. 9. p. 61. *In univerſum pronunciant Rabbini omne periculum præſens amittendæ vitæ impellere Sabbathum. Ipſi dicere ſolent* מסכנת נפש דוחה שבת *Joſephus p. 670. id ita dixit:* ὑπὲρ μόνȣ τȣ̃ σώματος ἀμύνονται καὶ τοῖς σάββασι pro ſolo corpore etiam in ſabbatis reſiſtere licet, ubi corpus eſt, quod Rabbinis periculum animæ. *Philo* in libro περὶ ἀποικίας refert, *fuiſſe nonnullos doctores, qui docerent,* τὰς ῥητὰς νόμȣς εἶναι σύμβολα νοητῶν πραγμάτων, *leges ſcriptas eſſe ſymbola rerum intellectualium.* Hi obſervationem ſabbati ſecundum literam non magni faciebant, quos propterea Philo ibi reprehendit, & hortatur, ut ſententiam mutent. Contra alii Judæi τῷ ῥητῷ nitentes ceſſandum ſine ulla exceptione ſtatuebant, ac ne hoſti quidem jugulanti eſſe reſiſtendum. Temperavit hunc rigorem Matathias Maccabæus, quo auctore decretum, ut hoſte vitam eripiente inſuper habere ſabbatum fas eſſet, ut refertur 1 Macc. II. 41. *Ioſephus* lib. XII. c. 8. *Matthæus Pariſius* ad ann. 1260. Eodem tempore apud Theoceſbery quidam Judæus cecidit in latrinam, ſed quia tunc erat ſabbatum, non permiſit ſe extrahi niſi ſequente die dominica propter reverentiam ſui ſabbati, quam ob rem Judæum mori contigit in fœtore. Similem hiſtoriam de alio Judæo, qui in latrinam itidem die ſabbati inciderat, narrat *Munſterus* ad cap. 12. evang. hebraici ſecundum Matthæum. *Azorius* tom. I. lib. 7. inſtit. cap. 7. p. 551. *Intermiſſionem cultus divini concedit. Suarez* lib. II. de feſtor. obſervat. cap. 1. num. 3. fol. 153. ſtatuit, *Deum diem ſeptimum dedicaviſſe ad ſuum cultum in mente & propoſito, non in exſecutione.* Item, *Deum non poſuiſſe obligationem aut legem ſanctificationis ſabbati. Cajetanus* in Thom. II. q. 122. art. 4. Suarez fol. 154. *Deum feciſſe cultum ſabbati in ipſa exteriori quiete ab operibus ſervilibus, & non præcepiſſe actum, ſed tantum ceſſationem ab actu. Albericus Gentilis* lib. I. de nupt. cap. 6. probat, *die ſabbati licitum eſſe fruges invehere, ſi eccleſiaſtica non impediantur per L. 3. C. D. feriis.* 1.) *Dii facientem adjuvant,* Varro I. de re ruſt. *& oportet manus admoventem Deorum opem invocare.* 2.) Etiam feſtis quædam exercere diebus, fas & jura ſinunt. 3.) Non exiguntur neceſſario integri dies, qui cultui divino tribuantur, *Covarruvias* lib. IV. variar. reſol. c. 19. 4.) Licet ovem erigere in ſabbato, & eſurientibus ſpicas frumenti excutere. 5.) *Licet diebus feſtis piſcari propter neceſſitatem, & capere debitorem fugitivum.* Panormitanus cap. III. de conſuet. 6.) *Sabbatum non mutatum in diem dominicum, ſed abrogatum.* Bernhardus hom. XXX. in Cant. 7.) Sic nec mandatum, ut dominico abſtinerent homines a laboribus quotidianis, tradunt theologi. 8.) Si licet vacare libris, cur non & aratris, num vocationum acceptio apud Deum? GERHARDUS.

ptores: 2 Reg. II. 12. magiſtratus: Gen. XLI. 43. domini: 2 Reg. V. 15. ſeniores: 1 Tim. V. 1. tutores ac curatores: Joh. XIX. 26. patroni: Job. XXIX. 16. artifices magiſtri: Gen. IV. 22. illi ergo omnes pertinent ad hoc quartum præceptum. 2.) Quamvis in genere omnes ſuperiores honorandos eſſe, ſancire Deus hoc præcepto voluerit, tamen parentum diſerta fit mentio, quia œconomica ſocietas eſt fundamentum politiæ, & quia hæc adpellatio admonet magiſtratus, præceptores, dominos ac ſuperiores omnes, ut paternum erga inferiores fidei ac curæ ſuæ commiſſos animum induant, præſertim vero, quia paterna prærogativa peculiarem quendam adfectum requirit, unde primus locus in altera decalogi tabula datur parentibus, qui proximo poſt Deum loco ſunt habendi ac honorandi.

& matrem.

3.) Patri additur mater, ne propter ſexus imbecillitatem ac judicii infirmitatem levius de ea ſentiatur. Eccleſ. VII. 29. *Dolorem matris tuae ne obliviſcaris.* 4.) Non dicitur ſimpliciter: honora patrem & matrem, ſed additur: honora patrem *tuum*, & matrem *tuam*, quibus vocabulis proponitur αἰτιολογία hujus præcepti;

tuam;

ideo honorabis patrem, quia eſt tuus pater, a quo genitus & educatus es: ideo honorabis matrem, quia ex ea non ſine maximis difficultatibus ac doloribus in hanc vitam editus es. *Qui liberos ad vitam produxerunt, ſunt effigies & ſimulacra divini numinis*, ait Philo de ſpecial. *ll.* pag. 489. 5.) Nulla additur conditio, quales parentes ſint honorandi, ſed ſimpliciter dicitur: *Honora patrem tuum & matrem tuam*; Qualescunque tandem ſint, ideo honorandi ſunt, quia parentes tui ſunt. Qui parentes ideo honorat, quia divites, honorati ac potentes ſunt, non tam prærogativam paternam, quam divitias, honorem ac potentiam in illis honorat.

honora.

6.) Jubentur parentes *honorari*. In hebræo eſt כַּבֵּד, quod importat ejus perſonæ ſeu rei, de qua dicitur, intenſionem atque excellentiam. Debetur parentibus non ſolum honor, ſed etiam dilectio, timor, obedientia, &c. Sed hæc omnia ſapientiſſimus legislator uno honorandi verbo complexus eſt. Qui enim vere & ex animo parentes honorat, is eosdem diliget, verebitur, ac debitam obedientiam illis exhibebit. 7.) Denique quia præceptum de honorandis parentibus in ſecundam tabulam rejectum fuit, ex eo evidenter colligitur, deberi quidem parentibus honorem, obedientiam & dilectionem, interim tamen Deo, qui eſt *Pater ſpirituum*, Hebr. XII. 9. *Ex quo omnis paternitas in cœlis ac ſuper terram nominatur*, Eph. III. 15. majorem honorem, obedientiam & dilectionem deberi.

Ut ſis longævus ſuper terram.

§. CXLIV. *Promiſſio* præcepto addita obedientibus vitam longævam promittit; *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longaevus*, in hebræo eſt, *ut prolongentur*, vel *ut prolongent ſe dies tui ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* 1.) Hæc promiſſio accuſat naturæ noſtræ corruptionem, quod non niſi propoſito præmio in honorandis parentibus Deo obſequimur, cum tamen ipſa natura dictitet, honorandos eſſe vitæ noſtræ auctores. Mal. I. 6. *Nonne filius honorare debet parentem?* Valerius Maximus lib. V. memorab. c. 4. dicit: *Primam eſſe naturae legem, ut parentes diligamus.* 2.) Teſtatur, quanti faciat Deus honorem parentum. Expendit hoc apoſtolus Eph. VI. 2. *Honora patrem tuum, &c. quod eſt mandatum primum in promiſſione.* 3.) Obſervanda etiam promiſſionis æquitas ac legislatoris in ea promulganda ſapientia. *Qui enim parentes honorat, is vitae ſuae corporalis auctores honorat, aequum igitur eſt, ut vita hac diu perfruatur*: Ita Lyranus hoc loco. 4.) Promiſſio hæc Eph. VI. 3. ita exponitur, *ut bene ſit tibi, & ſis longaevus*, quia longævitas, abſque proſperitate ac felicitate, moleſta potius, quam grata eſt. 5.) Diſtinguendum in hac promiſſione *ſpeciale* a *generali*. Quod enim terra Canaan deſignatur, id ſpeciale eſt, & ad ſolos *Iſraelitas* pertinet, ideo apoſtolus in repetitione promiſſionis pericopen illam omittit, ac ſimpliciter dicit, *ut bene ſit tibi, & ſis longaevus*

ſuper

ſuper terram, Eph. VI. 3. 6.) Quamvis promiſſio huic præcepto addita ſit corporalis, tamen per eam non excluduntur promiſſiones futuræ vitæ, ſed, ut apoſtolus pronunciat 1 Tim. IV. 8. *pietas* (cujus pars non poſtrema eſt parentum honor & reverentia, quæ ipſo pietatis nomine εἰδικῶς accepto quandoque notatur) *habet praemia praeſentis & futurae vitae*, ideo ex aliis ſcripturæ locis explicationes hujus promiſſionis colligendæ ſunt, ex quibus manifeſtum fiet, non tantum corporalia, ſed & ſpiritualia, non tantum terrena, ſed & cœleſtia ac æterna præmia manere eos, qui in honorandis parentibus debitum Deo obſequium præſtant. 7.) Promittitur μακροβιότης in terra, quam Dominus Deus dabit, quæ eſt tacita admonitio, ut cogitent Iſraëlitæ, a Deo ſibi contingere promiſſæ terræ occupationem, æquum igitur eſſe, ut debitum in ea præceptis divinis præſtent obſequium, maxime cum Deus ſibi reſervaverit jus iterum adimendi Iſraëlitis regionem illam promiſſam, ſi præceptorum ſuorum parum memores eſſe velint.

Virtutes in quarto praecepto requiſitae.

§. CXLV. Ex his fundamentis facile colligitur, quæ ſint *virtutes* quarti præcepti. Finis ac ſcopus præcepti eſt conſervatio ſocietatis œconomicæ ac politicæ in mutuis ſuperiorum & inferiorum officiis. Superiores jubentur ab inferioribus honorari, & parentum nomine denotantur. Traditur igitur ſuperioribus hæc regula, ut re ipſa parentes ſe exhibeant erga inferiores, ac tales ſe præſtent, ut honorifice ac reverenter de ipſis ſentiatur. Inferioribus hæc regula traditur, ut honorent ſuperiores, ubi adpellatione honoris omnia omnino officia ſuperioribus debita comprehenduntur. Parentum nomine proprie ac potiſſimum intelliguntur *patres carnis*, Hebr. XII. 9. quorum *officium* Eph. VI. 4. revocatur ad hæc capita: *1.) Educent liberos*, proſpiciant illis de victu & amictu, defendant contra injurias. Matth. VII. 9. *Quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei?* 1 Tim. V. 8. *Qui domeſticis non providet, infideli deterior eſt.* 2 Cor. XII. 14. *Parentes debent filiis theſaurizare.* Huc referendum, quod tenentur parentes proſpicere liberis de honeſto artificio, quo ſe olim ſuſtentent, de conjugio, &c. Baſilius in enarr. Pſalm. VII. *Parentum eſt colligere liberis, ut praeter hoc, quod ad vitam illos genuerunt, etiam vivendi ſubſidia ſubminiſtrent.* 2.) Inſtituant in vera cœleſtis doctrinæ cognitione, vel aliis inſtituendos tradant, neque enim naſcitur nobiſcum Dei notitia, ſed teneris mentibus inſtillanda eſt. Huc referendum, quod tenentur parentes adducere ſecum liberos ad templa, ablegare eos ad ſcholas. 3.) Regant eos domeſtica diſciplina, Prov. XXII. 15. *Stultitia colligata eſt in corde pueri, virga correctionis elongare faciat eam ab eo.* Prov. XXIII. 13. *Ne ſubtrahas a puero correptionem.* Confer c. XXIX. 17. Eadem ſunt officia tutorum ac curatorum, qui in parentum locum ſuccedunt. Pugnant cum his paterni officii partibus: *a)* non quærere aut ſuppeditare liberis neceſſaria, quod apoſtolus vocat τῶν οἰκείων ἐ προνοεῖν, non tueri eos contra injurias, non adhibere ad labores, ad honeſta opificia, &c. educare eos in luxu. *Actum eſt de civitate, in qua pueri veſtiuntur purpura*, dicebat Plato. *b)* Non erudire liberos in vera doctrina, nec aliis erudiendos tradere, peſſimæ vitæ exemplo eos corrumpere, delicta juventutis coram liberis recenſere. *c)* Diſciplinam domeſticam negligere, quod rex ſapiens vocat *virgae parcere*, Prov. XIII. 24. præpoſtera indulgentia ad delicta liberorum connivere, vel in caſtigatione non adhibere debitam moderationem, ob rem qualemcunque iraſci ac debacchari in liberos, quod apoſtolus Eph. VI. 4. vocat παροργίζεσθαι, nimia erga eos ſeveritate uti, ac nimis dura tractatione animos eorum abalienare, diris eos devovere, quas imprecationes ſuum quandoque juſto Dei judicio ſortiri effectum, demonſtrant exempla apud Lazium in geneal. Auſtriac. lib. II. & Camerarium in operis horar. ſubciſiv. part. I. cap. LXXXVI. p. 396. *Pudore & liberalitate retinere liberos ſatius eſſe, credo, quam metu*, dicit apud Comicum Mitio.

Parentum officium.

Liberorum officium.

§. CXLVI. Liberorum *officium* eſt parentes honorare, nimirum *ſermone, opere ac patientia*. Eccleſ. III. 8. Requiritur igitur 1.) interior reverentia, qua parentum auctoritas divinitus conſtituta agnoſcatur, Eph. VI. 1. *Filii obedite parentibus in Domino*, agnoſcite, Deum hoc conſtituiſſe ac mandaſſe. 2.) Exterior honor ac reverentia in verbis ac geſtibus, de quibus enim honorifice & reverenter ſentimus, illos etiam exterius honoramus. Eccleſ. III. 8. *Qui timet Deum, honorat parentes ſermone*. 3.) Amor, hic enim cohæret cum reverentia, & ex ſenſia beneficiorum, quæ a parentibus contingunt, æſtimatione oritur, Matth. X. 37. *Qui patrem aut matrem plus diligit, quam me, &c.* 4.) Obedientia, quæ eſt pars honoris: quos enim vere & ex animo honoramus, illorum etiam juſſis obſequimur. Eph. VI. 1. *Filii obedite parentibus in Domino*. 5.) Ἐπιείκεια, qua patienter tolerentur nævi ac infirmitates parentum, itidem oritur ex vero & ſincero honore parentibus debito, Eccleſ. III. 8. *Qui timet Dominum, honorat parentes patientia*. 6.) Gratitudo, quæ non minus ad honorem illum requiritur, qua ἀμοιβαὶ redduntur τοῖς προγόνοις, definiente apoſtolo 1 Tim. V. 4. Græci pulcerrima adpellatione nominant ἀντιπελαργίαν καὶ ἀντιπελάργησιν, *quia ciconiae ſenes volandi impotes nido ſe continent, ex his prognatae terra marique volitant, & cibos parentibus adferunt*, ut ſcribit Philo de decal. p. 483. Pugnat igitur cum his liberorum officiis *a)* Non agnoſcere τὸ θεῖον in parentibus, non habere eos loco eo, in quem divinitus conſtituti. *b)* Nullam verbis vel geſtibus reverentiam illis exhibere. *c)* Odio eos proſequi, non agnoſcere beneficia, quæ per illos Deus nobis præſtat. *d)* Parentibus immorigerum eſſe, eos lædere, percutere, furtim aliquid ipſis ſubtrahere, absque conſenſu ipſorum conjugium contrahere; vel etiam in rebus impiis ac illicitis obedientiam eis præſtare. *e)* Parentes ſubſannare, infirmitates eorum exagitare, ac ignominioſe traducere. *f)* Nullam illis gratiam rependere, ſenio adfectos non ſuſtentare, ac pro virili juvare, &c.

Officium præceptorum ac diſcipulorum.

§. CXLVII. De *officiis* magiſtratus ac ſubditorum peculiari capite ſuo loco dicetur. Quæ ſint præceptorum erga diſcipulos, dominorum erga ſervos, miniſtrorum erga auditores, & in genere ſuperiorum omnium erga inferiores, viciſſim etiam quæ inferiorum erga ſuperiores *officia*, id per analogiam quandam ex illis, quæ dicta ſunt, facili negotio colligitur. Præceptores induant parentum animum erga diſcipulos, cum ſint veri animorum parentes. Viciſſim diſcipuli amore ac reverentia filiali præceptores ſuos proſequantur. Quintilianus l. II. inſtit. c. 10. *Diſcipulos id unum moneo, ut praeceptores ſuos non minus quam ipſa ſtudia ament, & parentes eſſe non quidem corporum, ſed mentium, credant, multum haec pietas ſtudio confert.* De officiis dominorum præcipitur Eccleſ. VII. 23. XXXIII. 30. & ſeqq. Col. IV. 1. Eph. VI. 9. &c de officiis ſervorum, Col. III. 22. Eph. VI. 5. & ſeqq. 1 Petr. II. 18. &c. de ſenioribus, Tit. II. 2. & ſeqq. de junioribus, 1 Tim. V. 1. Tit. II. 6. 1 Petr. V. 5.

An etiam ſpurii obligentur ad honorandos parentes.

§. CXLVIII. Quæritur hoc loco: I.) *an etiam ſpurii obligentur hoc praecepto ad honorandos parentes?* Reſp. Sane maxima ignominia ſpurii a parentibus adficiuntur: jure civili Hebræorum *non licebat eis ingredi in concionem* Deut. XXIII. 2. hoc eſt, publicum aliquod officium civile vel eccleſiaſticum adminiſtrare; jure civili prohibentur patri ſuccedere, adeo, ut ne alimenta quidem petere poſſint *l. ex complexu C. de inceſtis nuptiis*. Unde videri poſſent tales parentes nullo amore digni; ſed enim quia manet obligatio naturalis & conjunctio ſanguinis, ideo æquum eſt, ut tales liberi diſſimulata parentum injuria præſtent ea, quæ ſunt ſui muneris. *Si enim injuriam à proximo illatam eidem condonare chriſtiana religione jubemur, quanto magis parentibus haec dilectio fuerit exhibenda*, ut ſcribit Rungius in cap. XX. Exodi.

Quando parentes ſint odio habendi.

§. CXLIX. Quæritur II.) cum jubeantur parentes honorari, quare & quo ſenſu dicat Chriſtus Luc. XIV. 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, &c. non poteſt eſſe meus diſcipulus?* Reſp. *Chriſtus non venit, ut ſolveret legem*, Matth. V. 17. quinimo legem de honorandis parentibus contra Phariſæorum corruptelas diſertis verbis urget & explicat Matth. XV. 4. & ſeqq. ergo verba Chriſti Luc. XIV. 26. non abolent, ſed determinant honorem ac obedientiam parentibus debitam, nimirum quod in caſu confesſionis honor parentum poſtponendus ſit honori Dei, *odiſſe* enim non hoſtilem quendam adfectum notat, ſed parentum amori dilectionem cœleſtis patris præferendam eſſe monet, uſitatum enim eſt, in lingua hebræa verba & nomina quandoque poni pro contrariis negatis. Sic odiſſe dicitur, qui non amat vel obtemperat. Hanc explicationem ſuorum verborum tradit Chriſtus ipſe Matth. X. 37. *Qui patrem & matrem plus diligit, quam me, non eſt me dignus. Amandus eſt genitor, ſed praeponendus eſt creator, nec debet plus amari beneficium, quam benefactor*, ut ſcribit Ambroſius in cap. XII. Lucæ. Huc pertinet, quod apoſtolus jubet *obedire parentibus in Domino*, Eph. VI. 1. non ſolum propter Dei mandatum, ſed etiam ut Deo magis obediatur, quam parentibus, Act. V. 29.

An μακροβιότης beneficii loco habenda?

§. CL. Quæritur III.) *num poſſit beneficii ac praemii loco μακροβιότης haberi, cum haec vita ſit labor ac dolor, a quo citius liberari, beneficii loco potius ſit habendum?* Reſp. Sane non poteſt omni ex parte negari, verum eſſe, quod Nazianzenus ſcribit orat. funebri de fratre Cæſar. *Longius vitae ſpatium nobis hoc adferre, ut plura mala partim videamus, partim ſuſtineamus, partim perpetremus:* quibus malis cito defunguntur, qui obſtetricante morte ad veram in cœlo vitam præmature transferuntur, ſed hoc ex accidenti eſt, interim longævitas in ſe ac per ſe eſt Dei donum, piis loco præmii promiſſum. Quamvis enim in hac vita pii ſint ſubjecti variis calamitatibus, ut hac ratione vitæ productio videatur calamitatum prolongatio: tamen in ipſa cruce ſentiunt Dei præſentiam & auxilium, quin & norunt, *paſſiones hujus temporis non eſſe condignas ad futuram gloriam*, Rom. VIII. 18. unde etiam *gloriantur in adflictionibus;* Rom. V. 3. utpote τῇ ἐλπίδι χαίροντες, Rom. XII. 12. Adde, quod piis etiam in hac vita calamitates mitigentur, quod ſua confeſſione ac vitæ exemplo alios ad veram doctrinam invitent, quod in veritatis cœleſtis cognitione ipſimet creſcant & confirmentur, quod variis Dei beneficiis corporalibus ac ſpiritualibus perfruantur. Vita æterna majus bonum eſt, interim longævitas hujus vitæ non deſinit eſſe bonum, inde 1 Tim. IV. 8. *hujus & futurae vitae praemia* conjunguntur, ut admoneamur, eatenus præſentis vitæ commoda exſpectanda eſſe, ut majorem interim æternorum habeamus rationem; propter pædagogiam legalem populo Iſraëlitico terrena plerumque promiſſa proponebantur, ſed in nov. teſt. potiſſimum cœleſtia bona promittuntur, quamvis interim utrobique tam in vet. quam nov. teſt. verum ſit apoſtolicum illud pronunciatum, quod *pietas habeat praemia praeſentis & futurae vitae.*

Cur morigeri liberi quandoque non ſint longævi.

§. CLI. Quæritur IV.) *qua ratione conſiſtat liberis morigeris vitae longaevitatem praemii loco promitti, cum quandoque contingat morigeros non eſſe longaevos, contra vero immorigeros eſſe longaevos?* Reſp. Obſervandi hac de re canones theologici. Promiſſiones bonorum corporalium intelligendæ ſunt cum exceptione caſtigationis & crucis. Item potiſſima præmia ac pœnæ differuntur ad futurum judicii diem. Mors præmatura, ſi contingat piis ac morigeris liberis, non eſt iræ divinæ indicium, ſed potius gratiæ exuberantis ſignum. Sap. IV. 7. *Juſtus, etiamſi praematura morte obeat, quiete tamen perfruetur.* v. 10. *Quoniam Deo placuit, carus ei fuit, & cum inter peccatores viveret, translatus eſt.* v. 11. *Raptus eſt, ne malitia mentem ejus immutaret, &c.* Unde beneficii loco quibusdam

contingit *colligi in pace, ne videant oculi illud malum, quod adducit Deus ſuper terram,* 2. Reg. XXII. 20. Eſa. LIII. 1. & 2. Sin vero impii ac immorigeri præmatura morte e regione viventium abſcindantur, locum habet illud Pſalm. LV. 24. *Viri ſanguinarii & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Prov. XX. 20. *Qui maledicit patri aut matri ſuae, ejus lucerna exſtinguetur in mediis tenebris.* Prov. XXX. 17. *Oculum, qui ſubſannat patrem, effodient corvi torrentis.* Duplici autem nomine impiis malum ac ingratum eſt cito ex hac vita excedere; *primo*, quia privantur deliciis carnis, quibus ſe tradiderunt, *deinde*, quia ad æterna ſupplicia citius rapiuntur, quemadmodum e contrario piis duplici nomine bonum eſt cito ex hac vita migrare, *tum* ut ex vitæ hujus miſeriis liberentur, *tum* ut ad veram quietem ac felicitatem transferantur.

Explicatio quinti praecepti.

§. CLII. Præceptum quintum: Non Occides. Finis ac ſcopus præcepti eſt, mutua charitatis officia præſcribere, quibus homines invicem juventur; nam ex negato colligendum eſt adfirmatum: prohibere autem ea, quibus ſalus & incolumitas vitæ humanæ læditur. 1.) Absque ulla vel perſonarum vel modi vel numeri vel inſtrumenti ſpecifica determinatione occidere prohibemur: neque enim dicit legislator: *Non occidat vir, non occidat mulier, &c. non occides parentem, non civem, &c. Non occides publice, non occides gladio vel fuſte, non occides multos;* ſed in genere: *Non occides*, ut cædes in univerſum prohibita intelligatur. 2.) Negativi præcepti ſententia accuſat naturæ noſtræ corruptionem, per quam ad occidendum proni ſumus. 3.) Cum delicti gravioris adpellatione prohibeantur ira, odium, invidia, &c. ſignificatur, quo loco habeantur coram Dei judicio illa peccata, quæ exiſtimamus eſſe leviora. 4.) Diſerta interpretatio hujus legis, Matth. V. 21. & ſeqq. a Chriſto tradita, oſtendit, non externam tantum, ſed etiam interiorem cædem prohiberi, non manui tantum, ſed & cordi præcipi, ne occidat, hoc eſt, ne ad cædem propendeat, ne quærat occaſiones ac media cædis, &c. 5.) Cum præceptum de non occidendo ſubjungatur illi, quod tradit parentes honorandos eſſe, quorum nomine etiam magiſtratus intelliguntur, ex eo adparet, magiſtratum, quatenus eſt perſona publica, & juxta Dei legem de ſceleratis ſumit ſupplicium, non peccare contra hanc legem, id quod evidentius probatur ex Gen. IX. 6. Exod. XXII. 18. Rom. XIII. 4. &c.

§. CLIII. *Adfirmativa* hujus præcepti ſententia proponitur in illa totius ſecundæ tabulæ epitome Lev. XIX. 18. *Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.* *Negativam* pulcerrime exponit Chriſtus Matth. V. 22. *Qui iraſcitur fratri, reus erit judicio; qui dixerit fratri ſuo: racha, reus erit conſilio; qui dixerit ei, fatue: reus erit gehennae ignis.* v. 24. *Reconciliare fratri tuo.* v. 25. *Eſto conſentiens adverſario tuo cito, dum es in via;* ubi oſtenditur, non ſolum externis operibus, ſed etiam interioribus cordis motibus, verbis ac geſtibus hoc præceptum violari. Requiritur ergo in hoc præcepto: 1.) corde diligere proximum, id eſt, complecti eum vera benevolentia, adfici vero ac ſerio calamitatum ſenſu, quas in proximo videmus, manſuetum eſſe ac placabilem, amare concordiam, grato animo agnoſcere beneficia a proximo nobis præſtita, tolerare proximi infirmitates. 2.) Verbis diligere proximum, hoc eſt, comem atque affabilem ſe præbere, juvare conſilio, erigere conſolatione. Quo pertinent etiam amici ac benevoli geſtus. 3.) Opere diligere proximum, hoc eſt, re ipſa teſtatum facere interiorem dilectionem. Quo pertinent multæ inſignes virtutes, utpote juſtitia particularis, quæ nullius corpus ac vitam lædit; beneficentia, quæ exercet opera charitatis; condonatio fraterna, quæ offenſas remittit; juſtitia diſtributiva puniens, qua magiſtratus divina auctoritate circumdatus animadvertit in facinoroſos; fortitudo bellica & togata, quæ ſuſcipit pericula & labores pro defenſione reipublicæ ac propugnat juſtitiam; amicitia, quæ ex vera & ſincera benevolentia honeſtorum officiorum communicationem inſtituit.

Virtutes in quinto praecepto requiſitae.

§. CLIV.

cata contra ... ntum præ- ceptum.

§. CLIV. Pugnat cum hoc quinto præcepto 1.) Corde occidere proximum, hoc eſt, temere eidem iraſci, ipſum odiſſe, ipſi invidere, mala contra ipſum co- are ac machinari, ardere cupiditate vindictæ, micitias ac ſimultates fovere, abjecte de prono ſentire, malis ipſius non adfici, nolle ipſi conciliari, nolle offenſas remittere, ἐπιχαιρεκακεῖν, &c. 2.) Lingua occidere proximum, c eſt, ipſi convitiari, malum imprecari, teere ipſum judicare & condemnare, invicem e mordere, verborum pugnas concitare, deeſſe nſilio & conſolatione, miſeriæ proximi illure. Huc pertinent irati geſtus, quibus odium malevolentia erga proximum oſtenditur, quos briſtus complectitur voce *racha*. 3.) Ipſo terno opere proximum occidere, quod variis dis contingere poteſt, non tantum manu, idio, fuſte, lapide, jaculo, ſed etiam vene- . Quinimo, qui efficacem cauſam mortis dit, occidiſſe judicandus eſt, utpote qui imdiunt conceptionem, qui abigunt fœtus per ortionis pocula, qui percutiunt prægnantes, i libidinibus, luxu aliisve modis vitæ ſuæ noat, qui abſque judicio ignari artis medicæ rotis medicamenta præſcribunt, &c. quod cant homicidium cauſale. Referendi ad hanc iſſem, qui vel conſilio vel opere vel falſis teſtimoniis adjuvant cædes, qui non defendunt eos, quos tueri a cæde poterant & debebant. Catalogus virtutum oſtendit etiam alia peccata, quibus contra hoc præceptum delinquitur; Sic juſtitiæ particulari adverſantur injuria, violenta vel fraudulenta proximi læſio; beneficentiæ & amicitiæ adverſantur ſimulata amicitia, inimicitia, gratificatio in rebus illicitis. Condonationi fraternæ adverſantur inhumanitas, malevolentia, vindicta privata. Juſtitiæ diſtributivæ punienti adverſa ſunt crudelitas, tyrannis, nimia lenitas ac indulgentia, προσωποληψία. Fortitudini adverſantur timiditas, deſerens eos, quibus debetur defenſio, ac temeritas periculis non neceſſariis ſeſe objiciens. Hæc omnia dictis & exemplis ſcripturæ ſunt illuſtranda, addendæ etiam promiſſiones ac comminationes de præmiis ac pœnis temporalibus & æternis, in anima, corpore & fortunis, &c. *Diſputare enim de peccatis ſine comminationibus non eſt legem docere, ſed ſolvere*, ut graviter ſcribit Chemnitius p. II. locorum in explicat. 5. præcepti p. 195.

An αὐτοφονία ſit peccatum?

§. CLV. Quæritur hoc loco I.) *an αὐτοφονία ſit peccatum contra quintum praeceptum?* Reſp. Utique! (*) prohibetur enim in ſacra ſcriptura homo hominem occidere, jam vero, qui ſe occidit, utique hominem occidit. Quemadmodum non ſumus domini

(*) In nota margini adſcripta de αυτοχειρια ſequentem in modum diſſerit GERHARDUS: „αυτοχειρια, inquit, pugnat: 1) cum lege divina: *Non occides*. 2.) Cum lege naturæ. 3.) Cum præceptis moralibus, violatur enim fortitudinis officium. 4.) Cum politia, tollitur civis reipublicæ. 5.) Cum jure civili, αὐτόχειρες ſunt infames. Si odium ſui ipſius eſt illicitum, ſecundum illud *Eph. V. 29.* utique multo magis αυτοχειρία.

Martialis.

Nolo virum facile redimit qui ſanguine vitam,
Hunc volo laudari, qui ſine morte poteſt.
Rebus in adverſis facile eſt contemnere mortem,
Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.

Auguſtinus lib. II. ad epiſt. Gaudentii ſecundam, cap. 5. *Cum multi innocentes ab aliis occidantur, a ſe ipſo nullus innocens occiditur. Ea quippe cogitatione, qua occidere ſe ipſum molitur, innocentia prius ſpectatur, ut cum ſe occidit, non innocens moriatur.* Idem lib. XIX. de civit. Dei cap. 4. *Utrum, obſecro, Cato ille patientia, an potius impatientia ſe peremit? non enim hoc feciſſet, niſi victoriam Cæſaris impatienter tuliſſet. Ubi eſt fortitudo? nempe ceſſit, nempe ſuccubuit atque adeo ſuperata eſt.* Videatur Lactantius lib. III. inſtit. cap. 18. De Lucretia quidam ſic cecinit:

Si fuit ille tibi, Lucretia, gratus adulter,
Immerito ex merita præmia morte petis.
Sin potius caſto vis eſt illata pudori,
Quis furor, alterius crimine velle mori?
Fruſtra igitur laudem captas, Lucretia, namque
Vel ſcelerata cadis, vel furioſa ruis. „

mini vitæ alienæ, ita nec poteſtatem accepimus noſtræ, ut in eam pro lubitu injurii, ejusdemque prodigi ſimus. *Nemo eſt dominus ſuorum membrorum* l. 3. ff. ad leg. Aquil. In acie hic ſtamus, non licet injuſſu ſummi imperatoris atque agonothetæ ea excedere. Reipublicæ imo eccleſiæ cives ſumus, non licet utilem reipublicæ civem e medio tollere. Auguſtinus lib. I. de civit. Dei cap. 17. & ſeqq. diligenter tractat hanc quæſtionem, & adſignat varias cauſſas, propter quas αὐτόχειρας ſe ipſos interimere contingat, videlicet calamitatis vel acceptæ vel inſtantis impatientiam, peccati alieni deteſtationem ac fugam, vehementem de proprio peccato pœnitudinem, inanis gloriæ ſtudium, vitæ melioris deſiderium &c. ſed nullam harum juſtam ac ſufficientem eſſe oſtendit, cap. 26. ſcribens: *Hoc dicimus, hoc adſerimus, hoc modis omnibus adprobamus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, velut fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere graviſſimum proprium, quem non polluebat alienum: neminem propter ſua peccata praeterita, propter quae magis hac vita opus eſt, ut poſſint paenitendo ſanari: neminem velut deſiderio vitae melioris, quae poſt mortem ſperatur, quia reos ſuae mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit.* Vide eundem lib. II. contra Petilianum c. 49. epiſt. 60. & 40. & 204. Proinde non probatur nobis, quod Adelhelmus abbas Malmesburienſis diſputat, virgines illas beatas prædicandas, quæ ſibi ipſis ob metum ſtupri violentas manus intulerunt. Rectius Hieronymus in epiſt. ad Marcellum de obitu Bleſillæ ſub perſona Dei. *Non recipio tales animas, quae me nolente exierunt e corpore.* Chryſoſtomus in cap. I. Gal. vocat αὐτόχειρας *ſceleratos & pejores homicidis* (*). Exem-

(*) Ejusmodi *homicidæ*, qui ſibi ipſi violentas intulerant manus, olim communi nomine *biothanati* fuerunt adpellati, cumque ii, qui hocce ſcelus perpetraverant, pœna adfici haud poſſent, antiquior eccleſia chriſtiana juſtum ſuum dolorem de facto teſtabatur, negando reis ſolemnes chriſtianæ ſepulturæ cærimonias, eosdemque ſinendo jacere excommunicatos, & omni commemoratione in precibus ſuis poſt mortem privatos. Peculiaris hanc in rem canon exſtat in actis concilii *Bracarenſis I.* anno *DLXIII.* celebrati. Vid. BINGHAMUM, in *antiquitat. eccleſiaſt. vol. VII. libr. XVI. cap. X. §. VI. p. 400.* Nec tantum a chriſtianis, ſed & aliis, αυτοχειρια tam communi conſenſu olim fuit damnata, ut tum apud Græcos, tum apud Ebræos iis honeſta denegata fuerit ſepultura, qui violentas ſibi manus intuliſſent.

De Ebræis tamen obſervavit H. GROTIUS, nonnullos ex eorum magiſtris de lege ſe non interficiendi unam cauſſam excepiſſe, tanquam ευλογον εξαγωγην *laudabilem exceſſum, ſi quis videat, ſe deinceps victurum in probrum ipſius Dei.* Vid. ejusdem opus *de jure belli ac pacis libr. II. cap. XIX. §. V. num. 4.* Nec defuerunt ex gentilibus philoſophis, qui autochiriam multis in caſibus licitam eſſe, pronunciarent. Fecerunt id eumprimis *Stoici*, ſtatuentes, fas eſſe viro ſapienti, ex vita excedere, ſi ita ſibi vivendum videat, ut nulla ad humanam felicitatem, cui unice homines natos dicebant, redundaret utilitas. Sententiam eorum paſſim explicat SENECA, inprimis *epiſt. LVIII.* ubi ait, *ſi qua dolor impedimento futurus ſit ad omne, propter quod vivitur, exeundum e vita eſſe.* Adjungimus eidem CICERONEM, qui *libr. III. de finib. cap. XVII.* ex mente Stoicorum hac de re ſequentem in modum diſſerit: *Cum ab his, quæ ſecundum naturam fiunt, omnia proficiſcantur officia, non ſine cauſa dici, ad ea referri omnes noſtras cogitationes, & in his & exceſſum e vita & in vita manſionem. In quo enim plura ſunt, quæ ſecundum naturam ſunt, hujus officium eſſe, in vita manere; in quo autem ſunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium eſſe, e vita excedere.* Adeat, qui plura hanc in rem legere voluerit, PLUTARCHUM *de Stoicorum repugn. tom. V. p. 10.* & STOBÆUM, *eclog. eth. l. II. c. IV.* Jungendi ex recentioribus JUSTUS LIPSIUS in *manuduct. ad philoſ. Stoic. diſſert. XXII.* TH. GATAKERUS, in *præloq. ad Antonin. p. 11.* & b. BUDDEUS, in *diſſert. IV. de erroribus Stoicorum in philoſ. moral. §. V.* in *analect. hiſt. philoſ. p. 192.* Varia quoque exempla virorum magnorum philoſophiæ Stoicæ addictorum paſſim deprehenduntur in hiſtoriarum monumentis, qui ſe ipſos vita privarunt, ex quibus exemplum CATONIS Uticenſis heic commemoraſſe ſufficiat.

Nec tantum inter gentiles, ſed & chriſtiani nominis profeſſores exſtiterunt olim nonnulli, qui

Exemplum Catonis (*) ethnicum eſt, Samſonis (**) heroicum, Raziæ (***) extra canonem, Jonæ propho-

qui autochiriam promiſcue licitam eſſe, verbis factisque propugnare haud dubitarunt. Huc pertinent cumprimis *circumcelliones*, ſeculi quarti hæretici, Donatiſtarum partibus addicti, qui non tantum atrociſſima in partem ſibi adverſam facinora commiſerunt, ſed & ſubinde in ſe ipſos ſævierunt, martyriique prætextu, violentas ſibi manus haud raro intulerunt. De furioſa hac ac ſanguinaria turba ita ſcribit AUGUSTINUS *de hæreſ. cap. LXIX. Ad hanc Donatiſtarum hæreſim in Africa pertinent, qui adpellantur circumcelliones, genus hominum agreſte, & famoſiſſimæ audaciæ, non ſolum in alios immania facinora perpetrando, ſed nec ſibi inſana feritate parcendo. Nam per mortes varias, maxime præcipitiorum, & aquarum, & ignium ſe ipſos necare conſueverunt, & in iſtum furorem, alios quos potuerint utriusque ſexus ſeducere, aliquando ut occidantur ab aliis, mortem, niſi fecerint, comminantes &c.* Conferenda, quæ laudatiſſ. AUGUSTINUS, *libr. I. contra Gaudentium cap. XXVII. & XXVIII.* de furioſis hiſce hominibus adnotavit, ex quibus ſimul perſpicimus, hoſce hæreticos furorem ſuum exemplo RAZIÆ defendere voluiſſe, quem ſecundus Maccabæorum liber ſeſe gladio percuſſiſſe memorat, & e muro dediſſe præcipitem, ſuaque deinde inteſtina diſcerpſiſſe. Mentionem quoque horum hominum facit PHILASTRIUS *hæreſ. XXXVII.* qui vero eos non *circumcelliones*, ſed *circuitores* adpellat. *Sunt*, inquit, *in Africa, qui* circuitores *dicuntur. Hi circumeunt terras, & quos inveniunt in via, cogunt eos, ut interficiantur ab illis.*

Recentiori ætate JO. DONNE, ſcriptor Anglus, αὐτοχειρίαν peculiari libro Londini *MDCLXIV.* Anglico ſermone edito defendere auſus eſt. Index libri eſt: Βιαθάνατος, *a declaration of that paradox, or theſis, that ſelf homicide is not ſo naturally ſin, that it may never be otherwiſe.* 8. Confutavit vero eundem JO. ADAMI, in *tract. de autochiria.* Ex Gallis αὐτοχειρίαν multis in caſibus licitam eſſe evincere conatus eſt JEAN DU VERGER DE HAURANNE, qui in eccleſia Romana ſub nomine *abbatis S. Cyrani* magnam conſecutus eſt celebritatem. Edidit is Pariſiis libellum quendam hac inſcriptione inſignitum: *queſtion royale, où eſt monſtré, en quelle extremité, principalement en tems de paix, le ſujet pourroit être obligé de conſerver la vie du Prince aux dépens de la Sienne.* 12. Contenta hujus libelli recenſentur *dans les memoires chronologiques & dogmatiques pour ſervir a l'hiſtoire eccleſiaſtique tom. II. p. 111.*

Præcipuæ rationes contra αὐτοχειρίαν, quas philoſophia ſuppeditat, eleganter ediſſeruntur *dans les eſſais* de MONTAGNE, *livr. II. chap. III.* Scripſit quoque SAM. RACHELIUS, peculiarem *diſſertat. de morte voluntaria.* Add. WATTII *Verwahrung vor die Verſuchung vom Selbſtmord*, & b. MOSHEMII *Sittenlehre, part. VI. p. 248. ſeqq.* Ut alios taceamus.

(*) CATONI Uticenſi præcepta philoſophiæ Stoicæ, quam a teneris imbiberat, non poterant non αὐτοχειρίαν ſuadere, eo præſertim tempore, quo cum deſperatione ipſi erat luctandum. Vid. PLUTARCHI de eo narrationem in *vitis parallelis, tom. V. operum p. m. 635.* add. FLORUM, *libr. IV. cap. 2.* & SENECAM *epiſt. XXIV. de provident. cap. 2.* Filiam ejus PORCIAM, quæ inter Stoicas fœminas numerari ſolet, pariter voluntariæ mortis genere obiiſſe, hacque ratione probaſſe, ſe ex Stoico philoſopho natam educatamque fuiſſe, præter PLUTARCHUM narrat VALERIUS MAXIMUS *libr. IV. cap. 4.* Conf. PETR. BÆLIUM in *dict. hiſt. & crit. tom. III. art. Porcia, not.* (*e*)

(**) Factum SIMSONIS enarratur a ſcriptore ſacro *Jud. XVI. 29, 30.* Ii, qui αὐτοχειρίαν licitam eſſe contendunt, inde patrocinium quærunt ſuæ ſententiæ. Hos inter eſt JO. DONNIUS in *libro* anglico ſupra *excitato p. 172.* Alii vero, qui αὐτοχειρίαν habent pro re illicita, Simſonem quidem ejus reum peragunt, ſed inſimul ejus factum neutiquam adprobandum, ſed potius in vitio ponendum eſſe adſerunt. Iis, qui ita ſentiunt, viam prævit ANASTASIUS Sinaita, ſcriptor Græcus ſeculo VI. clarus, cujus hanc in rem verba recitavit JO. MARCKIUS, in *faſciculo diſſertat. philologic. exeget. p. 230.* Rurſus alii factum Simſonis defendunt, ejusdemque vindicias a *diſpenſatione* divina *repetunt*; id quod præter alios fecit laud. MARCKIUS *loc. cit.* Singularis plane eſt JO. CLERICI ſententia in *comment. ad h. l.* Summa ejusdem huc redit: I) licitum fuiſſe tum temporis, ultionem ſumere ab hoſtibus Iſraëlitarum. II) Simſonem columnas adprehendiſſe, cum ſpe evadendi, adeoque mortem ſuam directe non intendiſſe. III) in omnem eventum ipſi quoque hanc deliberatam conſtitiſſe ſententiam, ut, ſi Deo ita viſum fuerit, paratus etiam ſit ad propriam mortem ſubeundam. IV) Deum

pheticum. Si exempla valere debent, proponimus patriarchas, prophetas, apoſtolos, martyres, qui cum omnia graviſſima perpeterentur, nunquam tamen manum ſibi intulerunt. Exempla Achitophelis, Judæ, Pilati (apud Euſebium lib. II. hiſt. c. 7.) infamem faciunt αὐτοχειρίαν, neque tamen indiſtincte omnes αὐτόχειρες æternæ morti adjudicandi ſunt, qua de re peculiari ſcripto tractat Celichius.

An ſupplicia a magiſtratu irrogata pugnent cum quinto præcepto.

§. CLVI. Quæritur II.) *unde demonſtrari poſſit, facinoroſorum ſuppliciis a magiſtratu irrogatis non peccari contra hoc praeceptum* (*)? Reſp. exſtat manifeſtum divinæ ſententiæ reſcriptum, quo magiſtratui jus gladii conceditur Gen. IX. 6. *Qui effuderit humanum ſanguinem, ejus ſanguis effundetur per hominem.* Rom. XIII. 4. *Non gerit gladium fruſtra.* Quemadmodum igitur magiſtratus non hominis, ſed *Dei judicia exercet*; 2. Paral. XIX. 6. ita quoque non humana, ſed divina auctoritate pœnas irrogat. Miniſter Dei eſt, ad cujus voluntatem gladium divinitus datum ſic adminiſtret, ut, quos ille voce legis occidi jubet, occidantur: quos ſervari conſtituit, defendantur; hoc ſi fecerint, non ſolum non peccant occidendo, ſed peccarent potius non occidendo. Gladius magiſtratus, quo facinoroſi occiduntur, tantum abeſt, ut contra hujus præcepti ſanctionem ſtringatur, ut potius illi ſerviat, & ad eundem ſcopum cum eo collimet. Finis enim hujus præcepti eſt, ut ſecuritati humanæ vitæ conſulatur. Eodem ſpectat, quod hoſtes generis humani, quietis publicæ turbatores, ac vitæ noſtræ inſidiatores gladio ultore puniuntur, ac ſanguis noxius legitime funditur, ne innoxius illegitime fundatur. Auguſtinus lib. I. de civ. Dei cap. 21. *Non ipſe occidit, qui miniſterium debet jubenti, ſicut adminiculum gladius eſt utenti. Ideo nequaquam contra hoc praeceptum fecerunt, quo dictum eſt:* Non occides; *qui Deo auctore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicae poteſtatis, ſecundum ejus leges, hoc eſt, juſtiſſimae rationis imperium, ſceleratos morte puniverunt* (**).

§. CLVII.

Deum hoc modo pœnam ſumſiſſe ab hoſtibus Iſraëlitarum. V) eum eandem ſimul ſumſiſſe de Simſone ipſo propter amores meretricios. Verum multa eſſe, quæ in hac CLERICI ſententia jure meritoque deſiderari queant, oſtendit DAN. MAICHELIUS in erudita diſſertatione, cui titulus: *factum Simſonis ab αὐτοχειρίας crimine vindicatum* §. XX. p. 26. JO. GEORG. WALCHIUS, theologus Jenenſis celeberrimus, in eam deſcendit ſententiam, factum Simſonis tam eſſe ſingulare, ut cum nulla certitudine de illo judicari poſſit. Vid. ejusdem *lexicon philoſoph.* ſub tit. *Selbſtmord*, p. 2367. Nos cum GERHARDO ſtatuimus, factum hocce fuiſſe plane *heroicum*, atque Simſonem, qui illud perpetravit, ab αὐτοχειρίας crimine omnino abſolvendum eſſe. Quidquid enim heic egit, non agit auctoritate privata, ſed publica & vel maxime divina. Patet id tum ex ipſa natura atque indole hujus facti, quod non fuit res virium naturalium, ſed ipſius Dei, tum ex prævia ſupremi numinis invocatione, quam mox philiſtæorum ſtrages, una cum ipſius Simſonis morte, eſt inſecuta; tum denique ex luculento teſtimonio Spiritus S. qui Simſonem *Ebr. XI. 32.* inter fidei heroës refert eorumque accenſet numero, qui promiſſionem vitæ æternæ acceperunt, quod ſane locum non haberet, ſi is fuiſſet αὐτόχειρ, adeoque in tam gravi ac mortali peccato vitam finiiſſet, prout recte obſervat laud. MAICHELIUS, *loc. cit.* §. *XXVII.* *p. 31.* Conf. CHRIST. ROEHRENSEE diſſert. *de Simſone ab autochiria abſoluto*, quæ Wittebergæ A. *MDCCVIII.* prodiit.

(***) RAZIÆ, ſenatoris Hieroſolymitani, ſe ipſum, ne in hoſtium poteſtatem veniret, interficientis, facinus recenſetur laudaturque in libro apocrypho 2. *Macc. XIV. 37. ſeqq.* Sunt equidem, qui illud excuſare adnituntur, ſed recte obſervavit AUGUSTINUS, illud cum lege divina, vitæ conſervationem nobis commendante, manifeſto pugnare. Vid. ejusdem *libr. I. contra epiſtolam Gaudentii, cap. XXXI. tom. IX. operum, p. m. 445. ſeqq.*

(*) Hancce controverſiam uberius tractat GERHARDUS in loco de conjugio §. *CCXCVI — CCCVII.*

(**) Quod arithmetica proportio in irroganda pœna homicidii debeat obſervari, 1) abſolute dicitur. *Quicunque profuderit ſanguinem humanum,*

Quid ſtatuendum de homicidio caſuali.

§. CLVII. Quæritur III. *quid de caſuali homicidio ſtatuendum ſit?* Reſp. (*) Duplici modo caſualia homicidia contingere poſſunt, quandoque enim datur opera rei illicitæ, vanæ ac ludicræ, quandoque vero licitæ & honeſtæ: ex utriusque ſtudio caſuale homicidium contingere poteſt. *Prioris* exemplum eſt, ſi ebrius gradibus decidendo puerum opprimat, ut moriatur, ſi temeraria ſclopeti emiſſione proximus lædatur. *Poſterioris*, ſi *quis abeat cum proximo ſuo in ſylvam ad caedendum ligna, & impulſa fuerit manus ejus in ſecurim ad caedendum lignum, elapſum autem fuerit ferrum ex ligno, inveneritque proximum ſuum, & moriatur*, Deut. XIX. 5. In *priore* caſu, quamvis non ſit dicendum voluntarium homicidium concurrere, tamen non abſolvitur ab omni culpa is, cujus illicito vel temerario ſtudio proximus occiditur. *Poſterior* caſus non poteſt homicidii proprie ſic dicti damnari, aut pœnis homicidii vel latæ culpæ ſubjici, unde in hoc caſu Deus ipſe civitates refugii in lege conſtituit, (**) Exod. XXI. 13. Num. XXXV. 6. Deut. XIX. 6. Joſ. XX. 2. Quamvis vero homicidium caſuale ordinariæ pœnæ in republica non ſit ſubjectum, tamen non eſſe coram Dei judicio rem bonam vel indifferentem, patet ex eo, quod talis homicida extra civitatem ſuam in urbibus refugii uſque ad mortem ſummi ſacerdotis, habitare cogebatur, Num. XXXV. 25. Joſ. XX. 6. quo denotatum fuit, remiſſionem aliam hujus peccati per mortem Chriſti, qui eſt ſummus ſacerdos nov. teſt. pœnitentibus ex fide contingere. R. Salomon hanc adducit legis hujus rationem, *quod effuſio ſanguinis, ſi vel maxime caſualis ſit, abbreviet vitam, & ſit horrida coram Deo.*

Quid de homicidio defenſorio ſtatuendum.

§. CLVIII. Quæritur IV.) *quid de homicidio defenſorio ſtatuendum ſit?* Reſp. Defenſorium homicidium duplex eſt: Publicum & privatum. *Publicum*, quando auctoritate magiſtratus legitimum bellum geritur, cujus requiſita ſuo loco enumerabuntur (***). *Privatum*, quando quis injuſta vi oppreſ-

num, ejus ſanguis effundetur. 2) *προσωποληψία* in lege divina ſimpliciter prohibetur. Lev. XIX. 15. Deut. I. 17. 3) Judex unicuique ratione officii id, quod ſuum eſt, tribuere tenetur, unde dicitur *δίκαιος* quaſi *δίχαιος per medium tranſiens*, propterea quod obſervet æqualitatem. 4) Saul proprium ſuum filium capitali ſupplicio adjudicavit. 1 Reg. XIV. David Abſolonem perſecutus. 2 Reg. XIII. 5) Niſi id fiat, multa mala conſequuntur, teſtis eſt Polonia, in qua cædes multiplicatæ. 6) Viri honorati bis peccant, non facto ſolum, ſed & exemplo. Quod geometrica, ſive harmonica proportio ſit obſervanda. 1.) Exod. XXI. homicida capite plectitur, ſed Dominus ſervum ſeverius caſtigando occidens a pœna illa liberatur. 2.) Leges omnes ſubverterentur, quia infinita locorum, temporum, perſonarum varietas cauſarum diſſimilitudinem judicibus adfert. 3.) Saul filium ſuum ſecundum jus æquum ad interceſſionem populi abſolvit. Pro deciſione diſtinguendum eſt: arithmetica proportio obſervari poteſt, ſi adſit qualitas extrinſeca facti naturam non attingens, ut divitiæ, paupertas, generis obſcuritas: geometrica, ſi adſit conditio factum vel adgravans, vel elevans. Diſtinguitur etiam inter *ἀκριβοδίκαιον* & *ἐπιείκειαν* jus *ſtrictum* & *æquum*. Quoad jus ſtrictum nulla perſonarum adhibenda eſt diſtinctio, ſed omnes æqualiter puniendi &c. GERHARDUS.

(*) Toletus lib. V. cap. 6. p. 349. eum, qui motu repentino correptus, adeo, ut rationis non ſit compos, alterumque occidat, a peccato mortali liberat & abſolvit. GERHARDUS.

(**) De hiſce civitatibus refugii legi meretur CONR. ICKENII, theologi quondam Bremenſis, erudita diſputatio *de homicida involuntario, exſulante in urbe refugii uſque ad mortem pontificis maximi*, Brem. *MDCCXXXI.* edita. Reliquos ſcriptores, qui hocce argumentum excuſſerunt, diligenter recenſent JO. ALB. FABRICIUS, in *bibliograph. antiquaria cap. IX. §. XXVI. p. 422.* edit. recentiſſ. & JO. CHRISTOPH. WOLFIUS, in *adnotat.* quas LUNDII *jüdiſchen Heiligthümern, cap. XXX. p. 979.* ſubjecit.

(***) Requiſita iſta enumeravit GERHARDUS in *loco de magiſtratu politico §. DCCCXXXVI. ſeqq.*

oppreſſus neceſſitate defenſionis cogitur, ut vitæ ſuæ vel ſuorum conſervandæ cauſa alterius vitam lædat. De *priore* nulla eſt dubitatio, quin ſit licitum, niſi cum anabaptiſtis legitima bella improbare velimus. *Poſterius* an ſit licitum, graviter controvertitur. Sed enim cum defenſio proprii corporis ac noſtrorum non ſolum cum jure naturæ, ſed & caritatis lege conveniat, ideo ſervatis conditionibus debitis, præſertim vero moderamine inculpatæ tutelæ, tale defenſorium homicidium licitum eſſe, plerique omnes ſtatuunt. (*) Exod. XXII. 2. *Si effringens fur domum in*

(*) Ita ſane ſtatuunt omnes doctores juris naturæ, ex quibus nominaſſe ſufficiat H. GROTIUM *de jure belli ac pacis, libr. I. cap. III.* §. 2. *& libr. II. cap. I.* §. 3. SAM. PUFENDORFIUM *de jure nat. & gent. libr. II. cap. V.* & in libello *de officio hominis & civis libr. I. cap. V.* §. *XVI. ſeqq.* JO. BARBEYRACIUM, in *notis ad Pufendorf.* & CHRISTIAN. THOMASIUM, in *inſtitut. jurisprud. divinæ libr. II. cap. II.* §. *80. ſeqq. p. 165. ſeqq.* Quibus ex theologorum ordine addimus JO. ADAMUM OSIANDRUM, cancellarium Tubingenſem, in *obſervat. ad Grotium.* JO. HOCHSTETTERUM, *in collegio Pufendorf. exercit. V.* §. *IV. p. 221. ſeqq.* JO. FRANCISC. BUDDEUM, in *inſtitut. theolog. moralis part. II. cap. III. ſect. III.* §. XX. *p. 571. ſeqq.* & JO. GEORG. WALCHIUM in *dem philoſophiſchen Lexico, art. Nothwehr, p. 1908. ſeqq.* Legi quoque meretur PHIL. JAC. SPENERI reſponſum ad quæſtionem: *ob man ſein Leben gegen einen Trunckenbold durch deſſen Entleibung retten dörffe?* quod exſtat in ejusdem *conſiliis theolog.* germanico ſermone editis, *part. IV. cap. VII. art. II. ſect. XVII. p. 392. ſeqq.*

Non defuerunt tamen tum antiquiori, tum recentiori hocce ævo, qui in longe aliam heic abierunt ſententiam, defenſionemque ſui violentam prorſus illicitam pronunciarunt. Huc pertinet ex priſcis eccleſiæ chriſtianæ doctoribus TERTULLIANUS, ſcriptor ſeculi II. juriſconſultus primum, deinde presbyter Carthaginenſis, poſtremum Montani adſecla, vir pietate quidem ſtrenuus, at triſtis ſimul atque auſterus, qui omnem contra injuſtum invaſorem defenſionem improbandam cenſuit, notatus eapropter a BARBEYRACIO in erudita præfatione operi Pufendorfiano *de jure nat. & gent.* præmiſſa. Tertulliano ad latus ponimus AMBROSIUM, epiſcopum Mediolanenſem, ſeculo IV. clarum, qui ſuam hac de re mentem hiſce verbis expreſſit: *Chriſtianus, etiamſi in latronem armatum incidat, ferientem referire non poteſt; ne, dum ſalutem defendit, pietatem contaminet.* Nec alienus eſt ab hac ſententia AUGUSTINUS, celeberrimus iſte Hipponenſium præſul, qui ait: *legem quidem non reprehendo, quæ tales* (latrones & alios invaſores violentos) *permittit interfici, ſed quo modo iſtos, qui interficiunt, defendam, non invenio.* Alium ex ejusdem ſcriptis locum producit H. GROTIUS *loco cit.* qui ita habet: *de occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi places conſilium, niſi forte ſit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, accepta legitima poteſtate.* In eandem ſententiam deſcendit quoque BASILIUS cognomine *magnus*, antiſtes Cæſareenſis, qui eodem floruit ſeculo. Is enim in *ſecunda ad* AMPHILOCHIUM *epiſtola*, diſertis verbis pronunciat: *homicidii reum eſſe, qui alteri vulnus lethale inflixerit, ſi vel maxime id fecerit ad ſui ipſius defenſionem;* provocans inter alia ad verba ſervatoris: *ſi quis tibi colaphum in dextram malam impegerit, ei obverte & alteram, Matth. V. 39.* Ad eandem ſententiam recentiori ætate proxime accedunt *Anabaptiſtæ*, ſeu *Mennonitæ* a MENNONE SIMONIS ita dicti, itemque *Quackeri*, quin & SOCINI ſectatores, qui ex oraculo ſervatoris modo recitato aliisque ſacræ ſcripturæ locis colligunt, fas non eſſe homini chriſtiano contra alterius vim ſe defendere.

Verum eos graviter hallucinari, ac violentam ſui defenſionem, etiam cum interfectione periculum inferentis conjunctam, omnino licitam eſſe, variis iisque gravibus rationibus dudum comprobarunt viri in doctrina morali egregie verſati. Urgent 1) legem charitatis in ipſo decalogo nobis injunctam, ſecundum quam unusquisque ſibi ipſi proximus eſt, vitamque ſuam omni modo conſervare tenetur. Addunt 2) nullam adparere cauſſam, cur in colliſione, alterius, & quidem injuſti adgreſſoris vitam meæ debeam præferre, & cum utraque lex ſimul obſervari nequeat, cur illa potius obliget, quæ alterum non lædere, quam quæ me conſervare jubet. Neque enim 3) præſumi poſſe, Deum voluiſſe hominem ad id obligare, quod communi omnium animantium inſtinctui e diametro repugnat. Urgent 4) quod obligatio de nemine lædendo ſit mutua, quæ ſi ab altero proterve violetur, is nullo jure poſtulare queat, ut ego adverſus ipſum eam obſervem; itemque 5) quod bona irrepara-

in ipſa perfoſſione inventus fuerit & percuſſus, ac vulnere accepto mortuus, non erit percuſſor morti obnoxius. Interim tamen cum in hoc caſu facillime tranſiliri potuerint ea, quæ ad moderamen inculpatæ tutelæ requiruntur, præſertim cum ſtudium vindictæ, ac irarum flammæ inſciis quandoque obrepant, ideo in foro conſcientiæ tutiſſimum eſt, propter effuſionem illam ſanguinis magis dolere ac lugere, quam gloriari, vel animo efferri, factum ſuum coram Dei judicio magis accuſare, quam excuſare, a Dei miſericordia remiſſionem propter Chriſtum potius

parabilia, quale vita eſt, fruſtra nobis a Deo forent conceſſa, ſi defenſionem vitæ ſuæ adverſus ſceleſtos invaſores ſuſcipere haud liceret; ac denique 6) quod mirum in modum turbaretur ſocialitas, quæ juris naturæ fundamentum conſtituit, ſi viris probis modeſtisque incumberet neceſſitas, extrema quævis ab hominibus improbis, exitium nobis intentantibus, perpetiendi.

Nec in contrarium heic urgeri poteſt interdictum decalogi: *non occides;* quod ſi enim hæc verba ſine omni reſtrictione intelligantur, non magis defenſio ſui violenta, quam ſupplicia capitalia forent prohibita, quod tamen ſecus ſeſe habere, ipſæ ſanctiores litteræ nos condocent. Majori ſpecie a diſſentientibus urgeri ſolet effatum ſervatoris *Matth. V. 39.* quod ſupra recitavimus. Provocant ad illud cumprimis SOCINI adſeclæ, adſerentes, quamvis in veteri teſtamento cædes invaſoris fuerit licita, chriſtianis tamen, quibus perfectior lex data ſit, eam minime licere, idque expreſſis Chriſti verbis, quæ *loc. cit.* leguntur, luculenter comprobari poſſe. Verum hanc objectionem non omni ſpecie deſtitutam dudum copioſe ſolideque confutarunt theologi recte ſentientes. Nos in rerum præſentia ſequentia paucis notamus: 1) argumentum Socinianorum niti falſa hypotheſi de Chriſto novo legiſlatore & perfectiore quadam lege evangelica, quem errorem dudum profligarunt purioris fidei doctores, 2) ipſos adverſarios diffiteri haud poſſe, verba ſervatoris: *ne reſiſtatis malo*, non *proprie* & ſecundum litteram eſſe intelligenda, ſiquidem alias ipſemet Chriſtus ſanctiſſimique ejus legati peccaſſent, qui malo reſtitiſſe leguntur, *Joh. XVIII. 23. Actor. XXIII. 3. XXV. 11.* 3) ex abſoluto horum verborum ſenſu multa ſequi abſurda, veluti impunitatem ſcelerum, prohibitionem exercendæ in facinoroſos juſtitiæ, oppreſſionem innocentiæ, ſummam confuſionem, & divini humanique juris everſionem. Unde & JULIANUS imperator, qui ſpretis chriſtianis paganam religionem priſtino ſplendori ſuo reſtituere adniſus eſt, ex hoc ſervatoris oraculo nimis crude ac perverſe intellecto chriſtianam religionem rei publicæ noxiam eſſe criminatus eſt. Nihil itaque aliud ſupereſt, quam ut 4) dicamus, Chriſtum *loc. cit.* loqui de injuriis levioribus, quæ ſine nimio incommodo perferri queunt, non autem de injuriis gravioribus, immo graviſſimis, quibus ipſa hominis vita in diſcrimen adducitur; neque adeo heic prohiberi reſiſtentiam conſervandæ vitæ noſtræ unice intentam prorſusque neceſſariam, ſed reſiſtentiam duntaxat vindicativam eandemque privatam, ad vitæ noſtræ bonorumque eidem æquivalentium conſervationem minus neceſſariam, malumque ac perniciem proximi unice intendentem. Conf. *Rom. XII. 17.* Prætermittimus reliquas diſſentientium objectiones, quarum ſolutionem dederunt theologi Tubingenſes, JO. ADAM. OSIANDER in *obſervat. ad* GROTII *libr. II. de jure bell. ac pac. cap. I. §. 3.* & JO. ADAMUS HOCHSTETTERUS, in *collegio Puſendorfiano p. 222. ſeqq.*

Diſputatum quoque fuit inter viros eruditos: an defenſio ſui violenta, non tantum jure divino ſit licita, ſed & præcepta? Poſteriorem ſententiam ex theologis noſtris amplexi ſunt b. cancell. OSIANDER, HEDINGERUS, SPENERUS aliique; itemque ex JCtis VITRIARIUS, STRYCKIUS, STRUVIUS, TITIUS, alii. Immo ſunt ex iis, qui hocce præceptum eousque extendunt, ut eum, qui ſe, cum reſiſtere poſſet, occidi permittit, damnari poſſe pronuncient, non aliter, ac ſi ipſemet violentas ſibi manus intuliſſet. Vid. ALBERTI in *compend. jur. nat. part. II. cap. III. §. 13.* Aſt CHRISTIANUS THOMASIUS, JCtus quondam Halenſis, qui eandem in *jurisprudentia divina* adoptaverat ſententiam, mentem ſuam poſtea mutavit in *fundamentis juris naturæ & gent.* hancque defenſionem licitam duntaxat eſſe contendit. Nos iis accedimus, qui eandem, pro diverſitate circumſtantiarum, interdum præceptam, interdum licitam, interdum vero plane prohibitam ſtatuunt. Illicita profecto eſt defenſio iſta violenta, ſi imperans, vel princeps ſubditum invadat. Fundamentum hujus ſententiæ inde petimus, quod ratio & tranquillitas rerumpublicarum generatim exigat, ut perſonæ prin-

petere, quam in conſpectum Dei illud proferre. Totam hanc quæſtionem diligenter tractat D. Chemnitius p. II. locorum cap. de vindicta. (*)

Explicatio ſexti præcepti.

§. CLIX. Præceptum ſextum. NON MOECHABERIS. 1.) נָאַף, proprie ſignificat *adulterium committere*, ab *agitando* vel *ſubagitando*, ſynecdochice hoc loco ponitur pro omni illicitarum libidinum ſpecie, quod oſtendit interpretatio hujus præcepti per prophetas & apoſtolos tradita, unde Matth. XV. 19. conjungit Chriſtus μοιχείαν καὶ πορνείαν (**). 2.) Non ſolum exteriora delicta ſcortationis, adulterii &c. ſed etiam interiores flammæ libidinum hoc præcepto prohibentur, Matth. V. 28. *Qui adſpicit mulierem ad concupiſcendum eam, jamtum mœchatus eſt in corde ſuo.* 3.) Quin & omnia illa prohibentur, quæ augent vel excitant illicitas libidinum flammas, ubi damnatur effectus, ibi etiam cauſam damnari intelligimus. Ezech. XVI. 49. *Ecce iſta fuit iniquitas Sodomae ſororis tuae, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia otii fuit ei & filiabus ejus.* 4.) Peccata interiora & exteriora caſtitati adverſa exprimuntur delicti craſſioris nomine, ut quo loco coram Dei judicio habeantur, manifeſtum fiat, ne corruptioni cordis noſtri blandiamur. 5.) Cum omnem impuritatem Deus extreme deteſtetur, nominatim prohibet tori conjugalis violationem, ut intelligamus, conjugii ordinem divinitus ſancitum lege confirmari ac dignitatem ejus aſſeri. 6.) Abſque ulla ſpecificatione vel determinatione omnibus prohibetur adulterium, ne quis perſonæ vel ſtatus exceptione utatur. 7.) Accuſatur voce legis prohibentis extrema naturæ noſtræ corruptio, qua ad omnis generis libidines proni ac proclives ſumus. 8.) Ex negato colligendum eſt adfirmatum, ut adpareat, finem ac ſcopum hujus præcepti eſſe conſervationem caſtitatis & conjugii munitionem.

§. CLX.

principis ſancta ſit atque inviolabilis. Vid. JO. NICOL. HERTIUM, cancellarium atque JCtum quondam Gieſſenſem, *de colliſione legum*, *ſect. I.* §. 21. Diſſentiunt tamen STRUVIUS *de vindicta privata cap. IV. aph. I. num. 8.* & *aph. IV. num. I.* JO. ANDR. VAN DER MÜHLEN in *comment. ad Grot.* aliique.

(*) Probatio defenſionis violentæ petitur: 1.) ab *exemplo Abrahæ* Gen. XIV. 14. qui erat peregrinus in terra Canaan, nullumque gerebat magiſtratum, nec in Sodomæos habebat aliquam poteſtatem, nihilo tamen minus ad defenſionem ſui nepotis, armat familiam, inſequitur & trucidat hoſtes, quæ defenſio non diſplicuit Deo. Quod ſi licuit Abrahamo privato nepotem ſuum in caſu neceſſitatis per hoſtium occiſionem defendere, multo magis licebit propriam vitam tueri. 2.) ab *adprobatione divina*, Exod. XXII. 2. Homicidium, quo fur aut graſſator noctu veniens, nobisque inſidias ſtruens ob neceſſariam familiæ propriique corporis defenſionem interficitur, Deus ipſe a pœna abſolvit. Et tale homicidium divinæ voluntati non eſt ſimpliciter contrarium. 3.) a *lege naturæ*. Inſcriptum eſt naturæ inſculptumque cunctorum cordibus, ſicut nemini nocendum, ita proprium corpus contra injuſtam vim defendendum, vel ordinariis imperiis, vel propria defenſione, cum magiſtratus opitulari nequit; cuivis enim animanti natura inſevit vitæ adpetitum & ſtudium illam conſervandi &c. 4.) a *magiſtratus conceſſione*. Manifeſtam vim in defectu auxilii publici aliquem pro virili repellere, & ſe ſuosque tueri fit ſecundum leges cum adprobatione legitimæ & divinitus ordinatæ poteſtatis. Ergo non debet talis defenſio tanquam privata vindicta reprehendi. 5.) a *defectu interdicti divini*. Chriſtus non venit, ut tolleret politias & mutaret leges naturæ, nec in nov. teſt. quicquam exſtat, quod furem & graſſatorem nocturnum impune occidi poſſe, mutatum probaret. Hæc ex MEISNERI *refut. Socin. p. 203.* adnotavit GERHARDUS.

Nos præcipua, quæ pro defenſione ſui violenta militant argumenta ſupra *p. 332.* adduximus.

(**) Quidam exiſtimant נאף eſſe *ſcortari* Job. XXIV. 15. Jer. III. 9. Sed exempla ſcripturæ oſtendunt נאף proprie ſignificare *adulterari* Lev. XX. 10. Prov. VII. 19. Oſ. IV. 13. Apud Jobum non de ſcortatore, ſed de adultero proprie ſermo eſt, quia ſcortatores non adeo quærunt latebras, ut adulteri. Jer. III. 9. conjunguntur duo verba זנה & נאף non tanquam *συνώνυμα* ſeu *ἰσοδυναμοῦντα* ſed prius tanquam generalius per poſterius tanquam ſpecialius declaratur. GERHARDUS.

Virtutes in ſexto præcepto requiſitæ.

§. CLX. Ex his fundamentis facile conſtitui poteſt, quæ ſint *virtutes* hoc præcepto requiſitæ. Primaria ac principalis virtus hujus præcepti eſt caſtitas, quam dici volunt a *κάζω*, hoc eſt, *orno*, quia caſtitas maximum eſt hominis ornamentum, cum ſit virtus, qua, ex vero Dei timore & dilectione, mundities animi & corporis conſervatur, ac vitantur omnes libidines a Deo prohibitæ. 1 Theſſ. IV. 4. pulcerrimo nomine vocatur *ἁγιασμὸς*. Gal. V. 22. *ἐγκράτεια* Pſalm. LI. 12. mundities &c. Eſt autem duplex caſtitas pro ratione diverſorum ſubjectorum. Caſtitas vitæ *caelibis* & *conjugalis*. *Illa* eſt non ſolum corpus impollutum ſervare, ſed & animum ab incendiis libidinum habere liberum, ita namque definit apoſtolus 1 Cor. VII. 34. *ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu*. *Haec* vero eſt corpus ſuum uni conjugi legitime ſociato caſtum & ſanctum ſervare, leges conjugii divinitus ſancitas reverenter tueri. Hæc virtus ſedem habeat in corde, eluceat in geſtibus & ſermone, adpareat tandem in opere. 1.) In corde ſit ſerium caſtitatis ſtudium; agnoſcatur, Deum eſſe mentem caſtam, & ſevere exigere a nobis caſtitatem, abſint flammæ libidinum, abſint pravæ concupiſcentiæ. 2.) In verbis & geſtibus regnet pudor ac verecundia, qua teſtemur, nos abhorrere ab omni turpitudine, caveantur ſpurci ſermones, impudici geſtus, laſcivia oculorum &c. 3.) In opere demonſtretur caſtitas, ut corpus ſervetur purum & impollutum, caveatur abuſus ſeminis, omnisque corporum illegitima commixtio & contaminatio. Huic virtuti inſervit temperantia, quæ in cibo, potu, ſomno, otio &c. obſervet ordinem naturæ, honeſtati & rectæ rationi convenientem, ne *πάθη* concupiſcentiæ & flammæ libidinum incendantur. Ceterum cum in conjugio ſit vera ac Deo placens caſtitas, ideo conjugii ordo divinitus hic ſancitur. Pertinent igitur ad hoc præceptum leges conjugii, Gen. II. ſancitæ, & poſtea ſæpe repetitæ, ut & officia maritis ac uxoribus præſcripta, qua de re ſuo loco plenius dicetur.

Peccata contra ſextum præceptum.

§. CLXI. Antitheſis oſtendit, quæ *peccata* pugnent cum hoc præcepto. 1.) Pravæ concupiſcentiæ in corde, flammæ libidinum, quas apoſtolus vocat *πυρώσεις* 1 Cor. VII. 9. *Ex corde exeunt ſtupra, adulteria, cogitationes malae.* 2.) In verbis ſpurcities, turpiloquium, obſcœnitas. In geſtibus quævis ſigna laſciviæ, oculorum concupiſcentia, Eccleſ. XXVI. 12. *Fornicatio mulieris in oculis & palpebris agnoſcitur*, impudici amplexus & oſcula, Jer. V. 8. *Unusquisque ad uxorem proximi ſui hinniebat.* 3.) In opere variis modis peccatur contra hoc præceptum, per fornicationem inter perſonas ſolutas, per adulterium inter conjuges, per raptum, quando per vim ſtuprum infertur mulieri, per inceſtum, quando fit commixtio cum conſanguineis & affinibus in gradibus prohibitis, per ſodomiam, beſtialitatem, pæderaſtiam, mollitiem ſive ſeminis voluntariam effuſionem, de qua Thomas pronunciat, quod *ſit ipſa ſcortatione gravius peccatum*, per concubinatum meretricium. Cumque vitare peccata, ſit vitare occaſiones peccati, ideo peccatur contra hoc præceptum intemperantia, ebrietate, luxuria, levitate veſtium, choreis impudicis, otio & ſecuritate, impura lectione, amatoriis cantilenis, lupanarium erectione ac tolerantia. Denique cum in hoc præcepto ſanciatur conjugium, ideo peccatur contra illud vituperatione conjugii & fœminei ſexus, temerariis divortiis, ſimulata caſtitate extra conjugium, prohibitione conjugii in perſonis idoneis, item neglectu officiorum, quæ conjugibus ſcriptura præcipit. Hæc omnia dictis & exemplis e divinis tabulis ſunt illuſtranda, addendæ promiſſiones & comminationes: item exempla præmiorum ac pœnarum, enumerandæ ſunt cauſæ impulſivæ, quæ ad caſtitatem nos adhortari debeant, oſtendendum, quam atrox & deteſtandum ſit adulterii ac ſcortationis peccatum, ſed hiſce immorari non eſt noſtri inſtituti.

Quid proprie ſit adulterium?

§. CLXII. Quæritur hoc loco: I.) *Quid proprie ſit adulterium?* Reſp. R. Salomon dicit, *non eſſe adulterium, niſi in uxore cujus-*

piam

piam fieri, hoc eſt, adulterium committi tantum cum maritata, non autem cum ſoluta. Eum ſequitur Lyranus, cum definit mœchiam, quod ſit *copula carnalis cum uxore alterius viri, quae reputatur una caro cum ipſo.* Sed rectius ſtatuunt, qui committi docent adulterium, quacunque tori ac fidei conjugalis violatione, ſive cum ſoluta, ſive cum maritata nefanda illa commixtio fiat. Lex conjugii hæc eſt: 1 Cor. VII. 4. *Vir non habet poteſtatem ſui corporis, nec mulier;* ergo adulterium eſt, ſi alteruter conjugum poteſtatem ſui corporis alienis permittat. Unitatis conjugalis corruptio dicitur adulterium, quia admiſſu alieni corporis, quod integrum erat, adulteratur ac corrumpitur, ſi vel ad alterius thorum non accedatur. Prov. VII. 5. etiam illa adulterii accuſatur, quæ juveni poteſtatem ſui corporis facit. Recte autem conſtituuntur duæ ſpecies adulterii; *ſimplex*, quando thorus conjugalis proprius violatur, utpote ſi maritus rem habet cum ſoluta, ac ſi ſolutus polluit uxorem alterius; *duplex*, quando non ſolum thorus conjugalis proprius, ſed etiam alienus violatur, utpote ſi conjugatus alterius thorum corrumpit, vel conjugata marito alteri poteſtatem ſui facit.

An lupanaria toleranda?

§. CLXIII. Quæritur II.) *an lupanaria tolerare ſit peccatum contra hoc ſextum praeceptum?* Reſp. *Lutherus* in cap. XIX. Gen. fol. 229. præciſe negat. Paulus III. olim oſtendebat, ſe aliquam eccleſiæ emendationem meditari, dedit negotium quibusdam cardinalibus & epiſcopis, qui ceteris habebantur puriores, quid autem illi ſenſerint, exſtat in III. volumine conciliorum. *Queruntur, tantam eſſe Romae potentiam meretricium, quanta alias nusquam.* An Paulus III. hoc emendavit? in Tridentina quoque ſynodo polliciti ſunt Romanenſes magnam aliquam emendationem, ſed nec effecerunt, nec quicquam conati ſunt. Cur non imitantur potius & ſequuntur Juſtiniani leges? is in authent. tit. de lenonib. vult *meretrices prorſus eliminatas e civitatibus, nec adſtringi aut teneri, ſi quid lenonibus promiſerint, imo ſi juraverint, ſe fore meretrices ad aliquot tempus, a juramento abſolvit.* Aſt Romanus præſul non ſolum tolerat lupanaria, ſed etiam annuum cenſum a ſcortis accipit, quem ad aliquot millia florenorum quotannis excurrere compertum eſt, Stanislaus Orichonius in libro de lege cælibatus, & Hieronymus Marius in Euſebio captivo referunt, quod anno 42. Paulus III. in tabulis habuerit numero 45. meretricum millia, ex quarum fornicatione ſingulis menſibus cenſum exegit, contribuente qualibet ſecundum pulcritudinis ſuæ excellentiam. Atqui omnes illæ deteſtationes ſcortationis, quæ in ſcriptis propheticis ac apoſtolicis occurrunt, rectiſſime etiam contra lupanaria publica, quæ ſunt ſcholæ omnis impuritatis ac immunditiei, vibrantur. Deut. XXIII. 17. *Non ſit ulla meretrix aut proſtituta in Iſrael.* Nec eſt quod dictum Auguſtini lib. de ordine (*Tolle meretrices, & omnia implebuntur libidinibus*) obvertatur, ſiquidem *non ſunt facienda mala, ut eveniant bona*, Rom. III. 8. Scripſit hoc Auguſtinus adhuc catechumenus, nec dum in religione ſatis inſtitutus. Per inverſionem rectius dicitur: *Ale meretrices, & implebis omnia libidinibus*, quia ut Baſilius in Pſalm. I. dicit: *Scortatio non conſiſtit in uno homine, ſed totam civitatem pervadit, accedit enim ad ſcortum unus quispiam juvenis, ille adſciſcit ſibi ſocium, & ille item alterum, unde ſicut ignis accenſus in civitate, ſi ventus graviter incubuerit, non ſiſtit incendium in una vel altera domo, ſed longe lateque vagatur, & magnam ſecum ruinam trahit, ita hoc malum ſemel accenſum per omnes partes urbis graſſatur.* Leges quidem civiles de pretio ſeu mercede meretrici data aut promiſſa non dedignantur aliqua ſtatuere l. Idem etſi ff. de condict. ob turpem cauſam l. Adfectionis ff. de donationib. ex quo quidam colligunt, legibus civilibus non auferri meretrices e Romana ditione, ſed reſpondemus ex Hieronymo in epitaphio Fabiolæ, ubi de hac ipſa re agens ſic ſcribit: *Non tam ſtudioſe citanda ſunt jura civilia, alia ſcribit Papinianus, alia Paulus.* Divina legis ſanctio manifeſta eſt Deut. XXIII. 18. *Non adduces mercedem meretricis in domum Iehovae Dei tui, quia abominatio Iehovae eſt.*

§. CLXIV.

Quale ac quantum peccatum ſit adulterium?

§. CLXIV. Quæritur III.) *Sitne adulterium pro enormi ac deteſtando ſcelere habendum?* Reſp. Alexander III. cap. At ſi clerici, extra de judiciis, reſcripſit Salertiano archiepiſcopo *de adulteriis & aliis criminibus, quae ſunt minora, poſſe epiſcopum cum clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare*, ex quo adparet, quod Romanus Pontifex habeat adulteria pro levioribus criminibus. Sed aliter pronunciandum eſt ex codice divini juris, quod non ſolum morte puniri jubet adulterum, Lev. XX. 10. Deut. XXII. 22. ſed & regno Dei eum excludit, 1 Cor. VI. 13. Gal. V. 21. Adverſatur hoc delictum tabulis fœderis conjugalis, quod coram Dei & eccleſiæ facie fuit initum, utique ergo adulter pro fœdifrago habendus eſt, unde etiam propter adulterium matrimonium ſolvi poſſe Chriſtus pronunciat Matth. V. 32. Chryſoſtomus homil. LXII. in Joh. adfirmare auſus eſt, *adulterium gravius eſſe ſcelus idololatria*, quod quamvis ſimpliciter & abſolute non videatur adfirmandum, magna tamen cognatio eſt inter idololatriam & adulterium, unde idololatræ ſpiritualis adulterii a Deo peraguntur rei. Per adulterium ipſe fons & radix humani generis contaminatur, turbantur familiæ, thorus ipſe, liberis magna fit injuria, violatur honeſtas publica, peccatur in proprium corpus, cœcitas mentis attrahitur, innumeris periculis incurritur, templum Spiritus ſancti profanatur, ex membris Chriſti membra meretricis ac adulteræ efficiuntur. Fructus adulterii plerumque ſunt homicidium ac veneficium. Inde ſapientiſſimi legumlatores graviſſimas adulteris pœnas ſtatuerunt. Suetonius in vita Julii Cæſaris refert, quod libertum ſibi gratiſſimum ob adulteratam equitis Romani uxorem, quamvis nullo accuſante, capitali pœna adfecerit. Julius Capitolinus refert, Macrinum imperatorem adulterii reos vivos ſimul incendiſſe junctis corporibus. Aurelianus imperator, referente Vopiſco, militem, qui adulterium cum hoſpitis uxore commiſerat, ita punivit, ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligatas ſubito dimitti juſſit, ut diſciſſus ille utrinque penderet. Conſtantinus M. legem tulit, qua violatores conjugii gladio plecti jubentur. Parthos nulla delicta, quam adulterium, gravius vindicaſſe, auctor eſt Juſtinus. At ubi nunc lex Julia dormis?

An pollutio nocturna ſit peccatum?

§. CLXV. Quæritur IV.) *An pollutio nocturna ſit peccatum?* Reſp. De onanitico ſcelere coram caſtis auribus dicere pudore prohibemur; quæramus ergo de nocturno illo involuntario ſeminis profluvio, quod in ſomno quandoque contingit (*). Scripſit vero hac de re peculiarem tractatum Johan. Gerſonius cancell. Pariſienſis parte II. operum fol. 211. ubi format has propoſitiones. *Nulla pollutio inchoata & perfecta in ſomno eſt peccatum mortale, quia quod non eſt voluntarium, illud non eſt peccatum, at ſi quis vigilans impurum haberet deſiderium ſe polluendi, quo vigente caderet in ſomnum, aut ſi pollutionem in ſomno cœptam expergiſcens male conſummaret, opus illud obſcœnum imputaretur ad culpam. Item poſſet aliquis peccare poſtmodum complacendo ſibi in tali voluptate probroſa, quam habuit, ac per crapulam poſſet aliquis in hanc ſorditiem delabi, tunc culpam haberet vigilia, non ſomnus.* Addit Gerſonius conſid. 6. *Pollutio corporalis in ſomno contingere poteſt non ſolum abſque peccato mortali praecedente, imo & ex merito, nimirum ſi fiat apud invitos ac renitentes, ſi eveniat ex arcta abſtinentia in pane & aqua, ſi propter finem utilem de eo vigilans cogitavit, ſi fiat daemonis illuſione &c.* Vide ibidem plura. Hiſce diſputationibus occaſionem præbuerunt coacta

(*) Deut. XXIII. 10. *Si fuerit in te vir, qui non fuerit mundus ob accidens noctis, egredietur extra caſtra, & non ingredietur intra caſtra.* v. 11. *Et cum declinaverit veſpera, lavabit ſe in aquis, & cum occubuerit ſol, ingredietur intra caſtra.* De hac pollutione nocturna gravem querelam inſtituit *Auguſtinus* lib. X. confeſſ. cap. 30. ac de iisdem lib. XII. de Geneſ. cap. 15. & lib. XI. de Trinit. cap. 4. fert ſententiam. GERHARDUS.

coacta virginitas, auricularis confeſſio & impoſitæ ſatisfactiones. Lege ceremoniali ſeminifluus immundus habebatur, Lev. XV. 2. quamvis vero non poſſit ex legali contaminatione inferri, quod ſit peccatum, cum & menſtruatæ mulieres, & qui mortuum tangebant, ceremonialiter ac legaliter immundi fuerint habiti, tamen cum fluxus ille ſeminalis rariſſime vel nunquam fiat absque delectatione, vel prægreſſa, vel comitante, vel ſubſequente, tutiſſimum eſt, coram Dei judicio peccatum hoc agnoſcere & deplorare, atque uti remedio conjugii divinitus conſtituto. Serio enim improbandum, quod ex Thoma diſputat Toletus Jeſ. lib. V. inſtruct. c. 13. *Si quis deſideret habere pollutionem ob finem bonum aut ob ſanitatem, aut ad levandas tentationes carnis, quibus interdum adfligitur, non eſt peccatum.*

Explicatio ſeptimi præcepti.

§. CLXVI. Præceptum ſeptimum. *Non furaberis.* 1.) Rabbini exiſtimant de furto hominis ſive plagiatu hoc præceptum agere; ſed interpretatio in ſcriptis propheticis & apoſtolicis tradita oſtendit, quodvis furtum in genere prohiberi. גנב proprie ſignificat *clanculum* aliquid moliri ac ſubducere, ut conſcientia illius, cujus intereſt, fallatur, ſicut Gen. XXXI. 26. *Iacob dicitur furatus cor Laban, cum ipſo inſcio abiret.* 2.) Quamvis non ſolum furta, ſed etiam, imo multo magis rapinas ac deprædationes hoc præcepto Deus prohibere voluerit, tamen diſertam furti mentionem facit, ut ſub prohibitione minoris, majus hoc ipſo longe magis prohibitum eſſe intelligamus. Præterea rapinis ac prædis auctoritate magiſtratus ac renitentia obviam iri poteſt, ſed furtum clam admiſſum diu quandoque conſcientiam judicis & aliorum hominum fugit. 3.) Finis ac ſcopus præcepti eſt, externas facultates munire, ne fraudibus, malis artibus, ac rapinæ hominum ſint expoſitæ. 4.) Ex negato igitur colligendum eſt adfirmatum, videlicet ſanciri hoc præcepto omnes virtutes, quibus res proximi juvantur & conſervantur, adprobari certam dominiorum diſtinctionem, juſtam rerum & facultatum acquiſitionem, poſſeſſionem & legitimum uſum.

Virtutes in ſeptimo præcepto requiſitæ.

§. CLXVII. Ex his fundamentis facile colliguntur *virtutes* hujus præcepti. 1.) Si non eſt furandum, utique ad acquirenda ea, quæ vitæ ſuſtentandæ ac noſtris alendis neceſſaria ſunt, labores vocationis diligenter ſunt perficiendi. Eſt igitur prima hujus præcepti virtus *ſedulitas*, in faciendis laboribus vocationis, qua, reconciliati Deo per fidem in Chriſtum, certi ſumus vocationem & labores vocationis noſtræ ipſi placere, ac prælucente hac fide opera vocationis noſtræ ſedulo perficimus, exitum Deo commendantes, benedictionem & ſucceſſum ab ipſo petentes, ac omnia nobis neceſſaria ex ipſius manibus humiliter exſpectantes, Eph. IV. 28. *Qui furatus eſt, non amplius furetur, ſed laboret manibus.* 2.) Si non eſt furandum, utique diſtinctiones rerum ac dominiorum non ſunt turbandæ; altera igitur hujus præcepti virtus eſt *juſtitia commutativa*, quæ in contractibus ſervat æqualitatem rectæ rationi & honeſtis legibus congruentem. Contractuum variæ ſunt ſpecies, ut emtio & venditio, permutatio, locatio, ſocietas, ἐμφύτευσις &c. quorum omnium æquitatem, recta ratio & honeſtæ leges moderantur. Ad hanc virtutem pertinet redditio depoſiti, ſolutio debiti, redditio eorum, quæ furto vel rapina ſubtracta. 3.) Si non eſt furandum, utique oportet illis facultatibus, quas per honeſtos labores vocationis Deus nobis concedit, contentos eſſe, proinde tertia hujus præcepti virtus eſt *αὐτάρκεια*, qua ſorte noſtra contenti gratuitam Dei benedictionem agnoſcimus, onus paupertatis moderate ferimus, & alienam felicitatem oculo irretorto adſpicimus, 1 Tim. VI. 6. *Magnus eſt quaeſtus pietas cum animo ſua ſorte contento.* 4.) Si non eſt furandum, utique res propriæ cuſtodiendæ ſunt & utiliter collocandæ, vitandi ſumtus non neceſſarii; ne paupertate ſponte attracta ad fraudes & rapinas poſtea impellamur: quarta igitur hujus præcepti virtus eſt *parſimonia*, qua caventur largitiones non neceſſariæ, cuſtodiuntur res propriæ, nec niſi neceſſitate vel honeſtate

ſtate exigente ſumtus ſiunt. Ad hanc virtutem etiam pertinet *frugalitas*, debitam in victu moderationem obſervans. 5.) Si non eſt furandum, ſed potius proximo egenti quippiam conferendum, ergo quinta hujus præcepti virtus eſt *beneficentia ac liberalitas*, quæ communicat facultates & operas debitas non obligatione civili, ſed naturali & divina, ubi & quando decet. Ad hanc pertinet officium mutui, gratuita donatio, hoſpitalitas &c.

Peccata contra ſeptimum præceptum.

§. CLXVIII. Antitheſis oſtendit *peccata*, quibus contra hoc præceptum delinquitur: 1.) ignavia, polypragmoſyne, mendicitate non neceſſaria, artibus illicitis vel curioſis, fiducia noſtræ induſtriæ ac diligentiæ. 2.) Injuſtitia, quæ eſt quævis injuſta rerum translatio, ſive fiat vi, ſive fraude; illa dicitur rapina, hæc furtum. Furti ſpecies variæ ſunt. Simplex furtum eſt ablatio rei alienæ inſcio vel invito domino, qui eſt homo privatus. Ad hanc ſpeciem furti pertinent omnes fraudes in contractibus, quibus in negotio proximus circumvenitur, ſive id fiat mercibus vitioſis, ſive inæquali pretio, ſive pondere ac menſura injuſta, ſive moneta adulterina, ſive fraude verborum aliisque impoſturis. Apoſtolus vocat ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν 1. Theſſ. IV. 6. Peculatus eſt furtum admiſſum in re ad rempublicam ſpectante. Sacrilegium eſt ablatio rei ſacræ. Stellionatus ſunt injuſti contractus. Uſura eſt lucrum, quod accipitur ſolius mutuationis cauſa; ἀνδραποδισμὸς eſt hominis furtum. Peccatur etiam contra juſtitiam commutativam denegatione mercedis operariis debitæ, denegatione reddendi depoſiti, malitioſa dilatione, vel negatione perſolvendi debiti, denegata alieni reſtitutione. 3.) Avaritia, πλεονεξία inordinato divitiarum amore, *quo cor eis adponitur*, Pſalm. LXII. 11. ficta recuſatione eorum, quæ ex neceſſitate debentur, vel ex honeſtate offeruntur. 4.) Illiberalitate, ac ſordibus. Item prodigalitate ac profuſione, quæ eſt proxima ad avaritiam ac fraudes via. 5.) Inhumanitate, immiſericordia, obduratione aurium ad clamorem pauperis, temeraria mutui denegatione. Nec illi ſolum contra hoc præceptum peccant, qui ipſimet furantur, ſed etiam qui alterius furto communicat, ſive id fiat conſilio, ſive mandato, ſive conſenſu, ſive occultatione, ſive permiſſione. Servus negligens pejor dicitur manifeſto fure, & infidelis operarius integrum laboris pretium mala fide expoſcit.

An omne furtum prohibitum?

§. CLXIX. Quæritur hoc loco I.) *An omne furtum ſimpliciter prohibitum?* Reſp. Muſculus in locis utitur hac diſtinctione, quod eorum, quæ *divina lege prohibentur, quaedam ita comparata ſint, ut nunquam abſque culpa perpetrentur, utpote omnia illa, quae in prima decalogi tabula prohibentur, quaedam etiam in ſecunda, ut adulterari, dicere falſum teſtimonium adverſus proximum &c. quaedam vero ita comparata eſſe, ut quandoque non ſolum ſine delicto fieri poſſint, ſed etiam niſi fiant, delictum committatur. Iubemur honorare parentes, interim ſi quid contra cæleſtis Patris mandata praecipiant, honor ille ceſſat. Iubemur non occidere, interim magiſtratus facinoroſos e medio tollendo non peccat, ſed peccaret non tollendo. Ita quoque in hoc praecepto rem ſe habere,* 2. Reg. XI. 2. *cum Athalia mater Ahaſiae omne ſemen regium perderet, Ioſaba filia regis Ioram, ſoror Ahaſiae, Ioas filium Ahaſiae furata eſt e medio filiorum regis, qui interficiebantur, & occultavit illum. Hoc genus furti haudquaquam reprehendendum, quo referendum etiam Iſraëlitarum furtum, quo aurum, argentum & veſtes Ægyptiorum juſſu Dei ſecum abſtulerunt.* Exod. XII. 35. Sed enim ſi adcurate loqui velimus, hæc non fuerunt furta proprie dicta, cum occultatio illa futuri olim regis prudens defenſio contra tyrannicam crudelitatem ſit judicanda. Iſraëlitarum facto itidem non convenit proprie furti definitio, quia Ægyptii iniquiſſime oppreſſerant & exhauſerant Iſraëlitas, æquiſſimum igitur erat fieri refuſionem, accedente præſertim ſummi judicis, Dei ſcilicet, qui omnium bonorum proprietarius eſt, auctoritate. Si in foro civili non judicatur eſſe furtum, quando magiſtratus debitori ſolutionem juſtam denegan-

ganti tot bona vi juſte adimit, ut creditori ſatisfieri poſſit, quanto minus hæc æquiſſima Dei diſpoſitio furti adcuſanda. Adde, quod Ægyptii non inviti ſua dabant Iſraëlitis, ſed Deus ipſorum corda movebat ac inflectebat Exod. XII. 36. hinc quidam notant in deſcriptione hujus ſpolii non exſtare verbum גנב, ſed נצל, quorum illud *furari*, hoc *eripere* (*) ſignificat. Exod. III.

An furtum ſit natura prohibitum?

§. CLXX. Quæritur II.) *An furtum ſit natura prohibitum?* Reſp. omnino 1.) quia lex moralis nihil aliud eſt, quam publica & ſolennis repetitio legis naturæ; jam vero lege morali prohibetur furtum. 2.) Leges civiles diſerte hoc ediſſerunt. l. 1. §. 3. ff. de furt. *Furtum eſt contrectatio rei frauduloſa, lucri faciendi gratia vel ipſius rei vel etiam uſus ejus, poſſeſſionisve, quod lege naturali prohibitum eſt, admittere.* l. probr. 42. ff. de verb. ſign. *Probra quaedam natura turpia ſunt, quaedam civiliter & quaſi more civitatis, ut puta furtum, adulterium natura turpe eſt.* l. nam hoc 14. ff. de condict. indeb. *Natura aequum eſt, neminem cum alterius damno locupletiorem fieri.* l. ex hoc jure 5. ff. de juſt. & jur. dicuntur *jure gentium dominia diſtincta*. Nec obſtat, quod apud Lacedæmonios ingenioſa furta fuerint laudata, quodque Ægyptii multa commiſerint furta absque ulla honeſtatis læſione, referente Alexandro ab Alex. lib. VI. genial. c. 10. quia barbaries illa quarundam gentium legem naturæ nequaquam tollit aut immutat, & ſolennis illa legis divinæ repetitio hoc fine inſtituta eſt, ut corruptelæ, quibus lex naturæ a gentibus depravata eſt, ſubmoverentur. Quod Prov. VI. 30. dicitur: *Non eſt grandis culpa, ſi quis furetur*, id accipiendum eſt *κατὰ λόγον συγκρίσεως* dictum, comparatione enim adulterii, minus peccatum dicitur, cum in ſe ac per ſe ſit longe maximum. Poriſma hujus quæſtionis eſt, nullo neceſſitatis prætextu furtum excuſari, cujus contrarium docet Maldonatus Jeſuit. in ſumm. quæſt. VIII. art. 3. *Pauperes non faciunt furtum, cum preſſi extrema neceſſitate rem alienam capiunt, quia res tum proprie non eſt aliena, ſed communis vitae periclitantis, nec neceſſitas extrema eſt, quae jam fere non poteſt admittere remedium, ut cum pauper exhalat animam, ſed cum vix alia ratione poteſt ſubveniri.*

An juſtum ſit fures ſuſpendio puniri?

§. CLXXI. Quæritur III.) *An juſtum ſit fures ſuſpendio puniri?* Multis hoc nimis durum ac rigidum videtur, cum lex divina quadrupli vel quintupli pœnam ſtatuat, Exod. XXII. 1. cum nulla ſit comparatio inter bona & vitam hominis, cum exaſperatio pœnarum non debeat egredi earum genus (**). Ex quibus patet, fures præſertim effractores, qui cum telo veniunt, capitali pœna adfici, non eſſe improbandum. Præterquam enim, quod Weſenbecius in parat. probat, capitalem pœnam omnibus fere populis placuiſſe, obſervandum eſt, quod in republica Moſaica propter frequentiam furtorum tandem ad pœnam ſeptupli, vel etiam omnium

(*) Hinc nonnulli ita vertunt: & *eripuerunt*, ſive *liberarunt* Ægyptum (nimirum, a plagis). Vid. *Ezech. XIV. 14.*

(**) Vid. Zepperus, Piſcator, Anton. Matthæus JCtus, Keckermannus diſp. XXXII. curſ. philoſ. q. 2. Rationes ſeveritatis illius Carolinæ in fures hæ ſunt. 1.) *Magiſtratus chriſtiani libertas.* Magiſtratus chriſtianus non ita ſtricte alligatus eſt ad leges forenſes, prout magiſtratus populi Iſraelitici, proinde ſanctio eorum non eſt ad illas adcurate examinanda. Si enim libertatem ſuam in aliis pœnis ſervant, utpote contumaciam filiorum gladio non mulctare, hæreticos non interficere &c. utique etiam in exaſperandis furum pœnis ipſis aliqua relinquitur libertas, cum de ſimilibus ſit ſimiliter judicandum. 2.) *Utilitas*, quæ multiplex eſt: a.) fortunæ civium melius cuſtodiuntur: b.) malum e medio citius tollitur: c.) alii ab hujusmodi facinore felicius deterrentur. 3.) *Æquitas.* Communis regula juris eſt: *Creſcentibus delictis creſcunt pœnæ.* Jam vero furta adeo creverunt in Romano imperio, ut nulli fere res ſuæ tuto maneant loco. 4.) *Neceſſitas.* Nullus legiſlator aut imperator, qui ſpectat ſalutem & felicitatem ſubditorum ſuorum, tam crudelis & ſeverus ſine crimine præſumi poteſt aut debet, quod ſupplicium mortis conſtituat, niſi neceſſitate compulſus fuerit. *Meiſnerus* p. II. phil. p. 586. GERHARDUS.

omnium bonorum confiſcationem deſcenſum ſit Prov. VI. 31. *Reddet ſeptuplum, ſi deprehenſus fuerit, & tradet omnem ſubſtantiam domus ſuae.* Quinimo Exod. XXII. 2. Deus ipſe conſtituit, furem, in quo animus graſſandi præſumitur, poſſe etiam extra judicium occidi. *Si in effoſſione inventus fuerit vir & percuſſus, mortuusque fuerit, non erit percuſſor morti obnoxius.* Furto hominis itidem adſignatur capitis ſupplicium, Exod. XXI. 16. *Qui furatus fuerit aliquem, vendideritque illum, & inventus fuerit in manu ejus, morte moriatur.* Ex quo fundamento procul dubio petita Davidis deciſio, 2. Sam. XII. 5. *Filius mortis eſt vir ille, qui pepercit accipere de ovibus & bobus ſuis, & tulit agnam viri pauperis:* fuit igitur in manu judicum poſitum, ut pœnas augerent vel minuerent pro circumſtantiarum varietate. Quare cum publica magiſtratus auctoritate pœna illa furti hodie ſit ſancita, ut patet ex conſtitutione Caroli *in der peinlichen Halſsgerichts-Ordnung* artic. 160. merito conſtitutis legibus, non de illis, ſed ſecundum illas judicandum, maxime cum hac in parte non tam res, quæ violatur, quam delicti qualitas & magiſtratus prohibentis auctoritas ſit reſpicienda. l. capitalium 28. §. Graſſatores, ff. de pœnis. *Graſſatores, qui praedae cauſſa id faciunt, proximi latronibus habentur, & ſi cum ferro adgredi & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur, utique ſi ſaepius atque in itineribus hoc admiſerunt, ceteri in metallum dantur, vel in inſulas relegantur.* Interim tamen in furtis levioribus, iisdemque nondum repetitis, præſertim extremæ neceſſitatis impulſu perpetratis ἐπιείκειαν adhibere, chriſtiani magiſtratus eſſe dicimus. De eleemoſyna, de rerum communione, de uſuris ſuus erit poſtea dicendi locus.

Explicatio octavi præcepti.

§. CLXXII. Præceptum octavum. *Non dices contra proximum tuum falſum teſtimonium.* Poſtquam præcedente ſeptimo præcepto facultates proximi munitæ ſunt, conſequenter famæ ipſius hoc octavo providetur, ne mendaciis vel calumniis ea dehoneſtetur 1.) עָנָה *reſpondere* ſignificat, nominatim igitur de ea teſtimonii ſpecie agitur, quod in judiciis de cauſa aliqua interrogati proferimus. עֵד, uſurpatur tum de *perſona*, quæ teſtificatur, tum de *re*, hoc eſt, teſtimonio, quod teſtis profert. Eſt autem ea teſtimonii natura, ut de veritate ac re certa, quam quis cognovit, vidit & audivit, teſtetur, cui alios fidem habere oportet, qui non cognoverunt nec viderunt. 2.) Non prohibemur ſimpliciter teſtimonium dicere, quia uſu teſtificandi humana ſocietas carere nequit, ſed falſum teſtimonium proferre mandato Dei prohibemur. 3.) Nec prohibemur dicere teſtimonium contra proximum, ſiquidem amore Dei ac ſtudio veritatis & juſtitiæ quandoque contra proximum in judiciis teſtimonium dicere cogimur, ſed falſum contra eum proferre teſtimonium prohibemur. 4.) Quia falſum in foro proferri teſtimonium hoc præcepto prohibetur, utique ordinem judiciorum & actiones forenſes eodem muniri manifeſte intelligitur. 5.) *Synecdochice* ſub una falſi teſtimonii forenſis ſpecie (quod reliquis peſtilentius) continetur in genere deteſtatio omnis mendacii. Lev. XIX. 11. *Non furabimini, nec mentiemini, nec fallaciter agetis quisque cum proximo ſuo*, Matth. XIX. 18. Marc. X. 19. Rom. XIII. 9. ὀυ ψευδομαρτυρήσεις. 6.) Scopus igitur ac finis hujus præcepti eſt conſervatio veritatis in humana ſocietate.

Virtutes in octavo præcepto requiſitæ.

§ CLXXIII. Ex his fundamentis facile intelligitur, quod veritas ſeu veracitas ſit *primaria* ac principalis virtus hujus præcepti, quæ lucere debet 1.) in corde, ut ſerio amore ac ſtudio veritatis ducamur, 2.) in lingua, ut veritatem libere, intrepide ac conſtanter profiteamur, 3.) in geſtibus, ut inſidioſas ſimulationes & occultationes caveamus, 4.) in opere, ut pacta & promiſſa inviolata ſervemus. Cæterum cum veritatis uſus in communi vita latiſſime pateat, ideo ratione objectorum talis poteſt conſtitui catalogus virtutum hujus præcepti. Veritas ſermonis propria ſervari debet: 2.) in judiciis & quidem ab omnibus illis per-

perſonis, quæ in foro verſantur, vel ad judicia requiruntur. Judex juſtam de re cognita & utraque parte audita debet proferre ſententiam. Actor juſtam intendat accuſationem. Reus, delicti ſibi conſcius, illud nec neget nec palliet. Teſtes nec incomperta nec falſa proferant, nec veritatem malitioſe occultent. Advocati nec malas cauſas defendendas ſuſcipiant, nec bonas malitioſe eludant. b.) In conſiliis, ut veritas, gloria Dei & ſalus proximi in eis ſpectetur. c.) In fœderibus & contractibus, ut ἄνευ δόλυ καὶ ἀπάτης juxta veterum formulam in eis agatur. d.) In doctrinis & artibus humanæ vitæ utilibus ac neceſſariis. e.) In tota civili ſocietate, ut vera de proximo dicantur, innocentia ejus defendatur, ambigua in meliorem partem interpretatione moderata convertantur.

Peccata contra octavum præceptum.

§. CLXXIV. Pugnat igitur cum hoc præcepto, 1.) amare mendacium, delectari falſis teſtimoniis: 2) dicere mendacium vel in judiciis, quando judex profert falſam ſententiam, quando parte utraque nondum ſufficienter audita judicium fertur, quando ex δωροφαγίᾳ, προσωποληψίᾳ, metu periculi, captatione gratiæ, judicium pervertitur, quando legitimus judiciorum ordo ac proceſſus turbatur: quando actor falſam accuſationem reo intendit, quando levi de cauſa forenſes actiones inſtituit: quando reus delictum negat, vel contra conſcientiam cauſſam ſuam palliat: quando teſtes veritatem negant vel depravant, vel occultant, quando de re non ſatis comperta teſtificantur: quando advocati malæ cauſſæ patrocinium ſuſcipiunt, lites proprii commodi cauſa alunt, cauſas bonas malitioſe eludunt; vel in conſiliis, quando prava conſilia dantur; vel in fœderibus & pactis, quando fraudulentis & ambiguis verbis concipiuntur; vel in doctrinis & artibus, quando malitioſe depravantur: vel in civili ſocietate, quando proximi famæ per convitia vel calumnias detrahitur, quando adulationibus verum judicium pervertitur, quando ex ambitione vel vanitate etiam verum crimen proximi propalatur, quando ambigue dicta vel facta ſiniſtris interpretationibus pervertuntur. 3.) Inſidioſis occultationibus ac ſimulationibus in vita ac moribus uti. 4.) Fœdera ac pacta violare &c. Referenda etiam ad hunc locum peccata omiſſionis, atque ea, quibus alienorum peccatorum participes reddimur, quæ ex commemoratis ſpeciebus facile intelliguntur.

§. CLXXV. *Secundariae* ac minus principales hujus præcepti virtutes ſunt, quæ linguam hominis moderantur, utpote 1.) *taciturnitas*, quæ arcana probe tenere novit, & non neceſſaria vel non utilia dictu reticet, cui repugnant garrulitas, futilitas, proditio ac nimium ſilentium. 2.) *Comitas & affabilitas*, quæ libenter & cum ſignificatione benevolentiæ audit, reſpondet ac loquitur, ubi opus eſt ſermone gratiæ ſale condito, cui repugnant moroſitas cum faſtidio alios audiens & duriter reſpondens, & ſimulata comitas. 3.) *Urbanitas*, quæ eſt veritatis condimentum, figurate ac jocoſe dictis ad alios monendos, delectandos, vel taxandos, ſervata perſonarum, loci ac temporis ratione utens, cui repugnant ſcurrilitas, jocos obſcœnos & contumelioſos ſpargens, mordacibus dictis alios reprehendens & inſultans, quæ eſt intempeſtiva urbanitatis adfectatio. 4.) Referunt etiam huc *candorem*, *ſimplicitatem*, *conſtantiam*, *modeſtiam*, *gravitatem*, *eloquentiam*, *docilitatem*, *appetitionem verae gloriae &c.* Sed hæc omnia nihil aliud ſunt, quam ſurculi & propagines veritatis ſeu veracitatis.

§. CLXXVI. Virtutes & vitia hujus præcepti itidem dictis & exemplis ſcripturæ ſunt illuſtranda, addendæ promiſſiones & comminationes, exempla præmiorum & pœnarum &c. ſed inſtituti noſtri ratio hanc operam hoc loco a nobis ſumi non permittit. Quæramus igitur I.) *An omne omnino mendacium ſit peccatum contra octavum praeceptum?* Reſp. Finis ratione diſtinguitur mendacium in *pernicioſum*, *officioſum* & *jocoſum*. Auguſtinus in enchirid. ad Laur. cap. 22. Lombardus III. ſentent. diſtinct. 38. c. Ne quis 22. q. 2. *Pernicioſi* finis eſt lædere, *officioſi* prodeſſe, *jocoſi* delectare. Mendacium pernicioſum hoc præce-

An omne mendacium ſit peccatum?

pto prohibitum eſſe, nemo dubitat. Sed de officioſo & jocoſo multi dubitant, an in peccatorum cenſum referenda ſint, qua de re Auguſtinus in L. de mendacio ad Conſentium (*), & epiſt. I. ad Hieron.

(*) Diſputat in hocce libro AUGUSTINUS contra *Priſcillianiſtas*, a PRISCILLIANO, ſeculi IV. hæretico, ita dictos, qui mendacia & perjuria tempore perſecutionis adprobaſſe dicuntur. Eousque autem progreditur AUGUSTINUS, ut omnem fictionem, ac veritatis diſſimulationem tanquam peccaminoſam prorſus rejiciat. Eandem ſententiam, præter GERHARDUM noſtrum, ex recentioribus ſcriptoribus defendendam ſuſceperunt ZACH. URSINUS, in *catechiſmo Heidelbergenſi*, ejusdemque *explicationib.* JO. LA PLACETTE *dans les divers traités ſur des matiéres de conſcience, tract. I. cap. III. p. 12. ſeqq.* BENEDICT. PICTETUS, theologus quondam Genevenſis, *dans la morale chretienne, tom. V. libr. II. cap. XIII.* JO. HOORNBEKIUS, theologus Ultrajectinus, in *theologia practica*, *part. I. libr. III. cap. I.* JAC. BERNARDUS, in *diſſertat. de mendacio* gallice ſcripta, ejusdemque tractatui *de l' excellence de la religion* adnexa; PHIL. NAUDÆUS, in peculiari epiſtola *claſſi I. biblioth. Bremenſ. p. 518.* inſerta, aliique, cumprimis ex reformatæ eccleſiæ doctoribus. Verum, cum præſens vitæ humanæ conditio non ferat, ut omnis ſimulatio & fictio prorſus abeſſe queat, alii ſatius eſſe arbitrati ſunt, hanc, ſi quidem innoxia ſit, admittere, quam doctrinam a vita alienam profiteri. Legenda, quæ hanc in rem ſcripſerunt H. GROTIUS, *libr. III. de jure belli ac pac. cap. I. §. 12. ſeqq.* (refutatus eapropter a NICOL. ABRAHAMO, profeſſore Pontomuſſano, libro *de veritate & mendacio*, Pariſiis edito) SAM. PUFENDORFIUS, *libr. IV. de jure nat. & gent. cap. I. §. 9. ſeqq. pag. 436. ſeqq.* & *de officio hominis & civis libr. I. cap. X. §. 8. ſeqq.* JO. BARBEYRACIUS, in *adnot. ad Pufendorf.* SAM. HUBERUS, *libr. II. de jure civitatis, ſect. VI. cap. II. §. 2. ſeqq. p. 510. ſeqq.* (ubi & ZIEGLERUM, qui in *notis ad Grot.* Auguſtini propugnavit ſententiam, refellit) CHRISTIAN. THOMASIUS, in *jurisprud. divin. libr. II. cap. VIII. §. 59. ſeqq.* & CHRISTIANUS WOLFIUS, in *den vernünftigen Gedancken von der Menſchen Thun und Laſſen §. 985. 986.* alibique paſſim; quibus ex theologorum ordine ANDR. ADAMUS HOCHSTETTERUS, in *collegio Pufendorf. exerc. VII. §. XIV. p. 286. ſeqq.* JO. FRANC. BUDDEUS, in *inſtitut. theol. moralis, part. II. cap. III. ſect. V. §. 33. p. m. 631. ſeqq.* JO. LAURENTIUS MOSHEMIUS, in *diſſertat. theolog. de officio hominis chriſtiani circa veritatem in loquendo*, Helmſtad. *MDCCXXXV.* edita, aliique jungi merentur.

Hi, ut majorem argumento huic adfunderent lucem, rejecta veterum inter mendacia *jocoſa*, *officioſa* & *pernicioſa* diſtinctione, quam ſupra commemoravit GERHARDUS, aliam inter *mendacium* & *falſiloquium* conſtituerunt, atque ope hujus diſtinctionis opinionem eorum, qui non omnes fictiones illicitas eſſe pronunciant, commodius defendi poſſe crediderunt. Statuerunt nimirum, in iis tantum caſibus licitum eſſe, ficto ſermone uti, ubi alterius jus haud lædatur, nec lex obligationem nobis imponat, ſenſa animi noſtri aliis patefaciendi. Secus ſeſe rem habere, ſi alter cogitata mentis noſtræ ex nobis intelligendi jus aliquod habeat. *Prius* adpellarunt *falſiloquium*, quod ſubinde vitio carere queat; *poſterius* vero *mendacium*, quod ſemper vitium involvat, inque ſcripturis ſanctioribus diſertis verbis damnetur, *Levit. XIX. 11. Proverb. VI. 16, 19. XIII. 5. Epheſ. IV. 25. Coloſſ. III. 9.* Rem omnem paucis verbis expedit FRIDEMANNUS BECHMANNUS, theologus quondam Jenenſis, in *adnotationib. ad inſtitut. catecheticas* CONR. DIETERICI, *p. 85. Notandum*, inquit, *quod aliud ſit mentiri, aliud veritatem quandoque occultare; illud culpa non caret, ſed peccatum eſt; hoc vero non ſemper eſt peccaminoſum. Accidit enim interdum, ut quis non teneatur ex mente alterius reſpondere, ubi cum veritatem occultat, non peccat.* Præcipuum, cui hæc ſententia innititur, argumentum deſumi ſolet ex *fine* ſermonis eoque ultimo, qui eſt noſtra aliorumque ſalus, ac cumprimis gloria ſupremi numinis. Quoties itaque noſtra aliorumque utilitas id exigit, neque tertii jus læditur, neque gloria Dei detrimentum inde patitur, toties veritatem occultare, fictoque uti licet ſermone. Abſurdum enim foret, *medium*, ſermonem nimirum, qui utiliſſimum & plane neceſſarium ſocietatis humanæ vinculum eſt, eo modo adhibere, quo *fine* ſuo eſſet cariturum. Huic argumento aliud adjungunt doctrinæ moralis doctores, quod ab *exemplis ſanctorum* eſt deſumtum. Hi quippe nonnullis in caſibus a veritate ſibi potius recedendum eſſe cenſuerunt, quam imprudenti veritatis manifeſtatione, vel ſe, vel alios ſummo exponere periculo. Huc referri ſolet factum meretricis *Rahabæ*, *Joſ. II. 3.* commemoratum, atque laudatum

Hieron. ex profeſſo tractat. Quamvis vero jocoſum mendacium non multum nocumenti adferat, officioſum inſuper etiam prodeſſe videatur, quo nomine (cum caritati tantopere non adverſentur, quam pernicioſum) longe minora peccata cenſenda ſunt; interim tamen in claſſem adiaphororum vel etiam virtutum neutiquam ſunt referenda; ſiquidem abuſus ſignorum non ſolum in pernicioſo, ſed etiam officioſo ac jocoſo mendacio concurrit. Voces ſunt animi ac rerum ſymbola, abutuntur igitur vocibus, qui per eas aliud ſignificant, quam rem ſe habere animo

datum *Ebr. VI. 31.* itemque illuſtre *Samuelis* exemplum, quod legitur *1 Sam. XVI. 2.* cui addi meretur factum *Eliſæi 2 Reg. VI. 14-20.* quod ipſemet Deus haud improbavit. Ut complura alia ſacræ ſcripturæ teſtimonia, huc ſpectantia, brevitatis ſtudio taceamus.

Id unicum adjicimus, de mendaciorum natura noſtra quoque ætate in ecclesia Romana acriter fuiſſe diſputatum, occaſionem huic controverſiæ præbente CAROLO AMBROSIO CATTANEO, ſocietatis Ieſu ſacerdote, gente Italo, qui librum titulo *lectionum ſacrarum* inſignitum edidit, quem vero, poſt obitum auctoris, confutare adgreſſus eſt JOSEPH. AUGUSTINUS ORSIUS, monachus S. Dominici familiæ adſcriptus, qui rigidiora heic adoptavit principia. Hiſtoria hujus controverſiæ ediſſeritur *dans la bibliotheque Italique, tom. VIII. IX. X. XI. XII.* & *XIV.* Nec tantum in Romana, ſed & Reformata eccleſia, ſpeciatim Belgica, de hocce argumento recentiori hocce ævo fuit diſputatum. Excitavit hancce controverſiam JACOBUS SAURINUS, eccleſiæ Wallonicæ Hagienſis quondam paſtor, edita diſſertatione gallica *ſur le menſonge*, inſerta ejusdem operi biblico, quod inſcribitur: *diſcours hiſtoriques, critiques, theologiques & moraux ſur les evenemens les plus memorables du vieux & du nouveau teſtament.* Equidem ea in tractando hocce argumento moderatione uſus eſt vir iſte doctiſſimus, ut adlatis ab ambabus partibus argumentis arbitri officium lectori reliquerit, ingenueque faſſus ſit, clara ac diſtincta ſatis ſacrarum litterarum teſtimonia hac de re adferri haud poſſe, atque hanc ipſam ob rationem æquum omnino eſſe, ut ſe ſe invicem tolerent diſſentientes. Atque hanc ipſam diſſertationem, facto meretricis *Rabab*, exploratores Iſraëlitarum fraude atque dolo manibus regis Hierichontini eripientis, ſubjungere primum conſtituerat auctor, ejusdemque in hoc nexu ſpectatæ adprobationem, antequam ederetur, a cœtibus Wallonicis, Arnheimenſibus & Bredenſibus impetravit. Verum, cum is poſtea, mutata mente, alium huic diſſertationi locum in opere ſuo biblico adſignaret, eandemque ad factum Samuelis adplicaret, qui, juſſu divino, Bethlehemitis præcipuum adventus ſui finem occultavit, *1 Sam. XVI. 2.* ægre id tulit ARMANDUS DE LA CHAPELLE, qui ſacrorum munere in eccleſia Wallonica Hagienſi tum temporis fungebatur, librumque SAURINI acriter perſtrinxit *dans la bibliotheque raiſonée, tom. II. part. I. art. VII.* ubi inter alia ita ſcribit: *S'il n'y avoit, que les hommes, qui priſſent interêt à cette affaire, je verrois ſans peine & ſans ſurpriſe, que l'autheur ne decidât point une queſtion, qui d'elle même eſt certainement des plus epineuſes. Mais, apres avoir mis Dieu de la partie, il m'eſt douloureux, je l'avoue, de ne ſavoir pas, ſi le Dieu, que j'adore, eſt innocent où coupable, & je voudrois bien, que Mr Saurin eut prononcé definitivement ſa ſentence.* Licet vero ſcriptor quidam anonymus cauſſam Saurini defendendam in ſe ſuſciperet *dans les lettres ſerieuſes & badines ſur les ouvrages des ſavans &c. tom. II. part. I.* tantum tamen aberat, ut CHAPPELLIUS priſtinum rigerem tantiſper mitigaret, ut potius calamo acerbiore contra SAURINUM uteretur, ejusdemque diſſertationem ſcriptum maxime profanum adpellaret, in quo quippe ipſemet Deus criminis mendacii adcuſaretur. Re tandem ad ſynodum Hagienſem delata, hæc unanimi decreto revocationem diſſertationis *de mendacio* imperavit SAURINO, qui poſtea edita declaratione publice teſtabatur, ſe in opuſculo hocce hiſtorici duntaxat partes egiſſe, nec de hocce argumento quidquam definiviſſe. In qua quidem declaratione ſynodus tandem adquievit, inſimulque tamen JO. LUDOV. BONVOUSIO, verbi divini apud Ultrajectinos præconi, munus demandavit, in peculiari libro controverſiæ hujus theologicæ rationes cauſſasque exponendi, atque receptam in eccleſiis Reformatis ſententiam propugnandi; quod & exſecutus eſt edito libro, cui index: *le triomphe de la verité & de la paix, ou reflexions ſur ce, qui s'eſt paſſé de plus important dans le dernier ſynode au ſujet des Meſſieurs Saurin & Maty.* Prodiit hocce ſcriptum Trajecti ad Rhenum *MDCCXXXI.* 8. Uberius hiſtoriam hujus litis ex noſtris enarravit MOSHEMIUS, ſupra jam laudatus, in *diſſertat.* jam *adlegata cap. I. §. XIX. p. 27. ſeqq.*

animo conceperunt. Auguſtinus epiſt. II. ad Hieron. *Ad ſanctas ſcripturas ſi admiſſa fuerint vel officioſa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis?* Et iterum: *Quae tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur, cujus pondere contentioſae falſitatis conteratur improbitas? ſtatim enim ut protuleris, ſi aliter ſapit, quia contra nititur, dicit illud, quod prolatum erit, honeſto aliquo officio ſcriptorem fuiſſe mentitum.* Idem de mendac. cap. 14. *Quisquis, eſſe aliquod genus mendacii, quod peccatum non ſit, putaverit, decipiet ſe ipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum.* Item. *Nullo pacto, nullo fine, nulla diſpenſatione humana vel divina, poteſt licite mendacium dici.* Hieronymus mitior eſt, ſic enim ſcribit in comm. Gal. II. *Utilem ſimulationem & in tempore adſumendam, Iehu regis Iſrael nos doceat exemplum, qui non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, niſi ſe finxiſſet idolum colere velle* 2 Reg. X. Thomas 2. 2. q. 110. artic. 3. *Mendacium eſt malum ex ſuo genere, eſt enim actus cadens ſuper indebitam materiam, cum enim voces ſint ſigna naturaliter intellectuum, innaturale eſt & indebitum, quod aliquis voce ſignificat, id quod non habet in mente.* Juvandus quidem proximus, ſed licitis ac legitimis mediis, nec bona intentio actiones ſua natura vitioſas reddit bonas. Apoſtolicum præceptum eſt: *Mala non eſſe facienda, ut eveniant bona.* Rom. III. 8. Si propter commodum proximi liceret mentiri, utique pro Dei gloria idem multo magis liceret. Conceſſerim equidem illud mendacium, cui voluntas ſeu intentio fallendi non eſt conjuncta, non eſſe peccatum mortale, interim tamen jocoſa ac officioſa mendacia plane non eſſe peccata, ex eo minime ſequitur. Præterquam enim, quod abuſus ſignorum etiam in his mendaciis concurrit, hoc inſuper vitium habent, ut qui talibus mendaciorum generibus utitur, auctoritatem ſibi abroget, ut poſtea non poſſit cum fructu admonere, arguere, aut conſilium dare, audientes enim exiſtimabunt ipſum officioſe mentiri; ut ipſos in viam revocet, non quaſi revera res ſe ita habeat. Geſnerus in cap. XXVII. Gen. *Non eſt plena definitio mendacii, qua dicitur falſa eſſe ſignificatio vocis cum intentione fallendi.* Auguſtinus in enchir. cap. 6. & de mend. cap. 22. *Sed hoc inſuper addi oportet, quod mendacium e privata cupiditate carnis aeque proprie mendaciorum non ex inſtinctu Spiritus S. promanet, quodque directum ſit vel in contumeliam Dei, vel in detrimentum proximi, quem laedere & circumvenire iniquum ſit, vel alioquin ex ingenii vanitate proficiſcatur.* De *exemplis ſanctorum*, qui officioſe vel jocoſe mentiti ſunt, obſervandum, quod nec temere damnanda, nec temere imitanda ſint. De obſtetricibus Ægyptiacis reſpondet Auguſtinus, *non mendacium ipſarum, ſed fidem & timorem Dei ac miſericordiam erga Iſraeliticos infantes Domino placuiſſe.* Reliqui vel ex humano ſpiritu vel adflatu divino ea, quæ cum re non conſentiunt, protulerunt; ſi prius, humani aliquid paſſi ſunt: ſi poſterius, eorum dicta & facta mirabimur, non autem imitabimur. Sic Biel III. ſent. diſtinct. 38. quæſt. 11. primo in genere reſpondet, *non eſſe neceſſarium, ut ab omni mendacio officioſo & jocoſo ſanctos excuſemus, aut ab omni peccato, cum non fuerint perfectiores apoſtolis, qui peccarunt venialiter etiam accepto Spiritu ſancto.* Item: *Potuiſſe illos dicere talia familiari conſilio Spiritus ſancti, per quod lex revocetur:* Poſtea in ſpecie ad ſingula exempla reſpondet. *Abraham dicit, ſe reverſurum, nimirum, quia credidit filium poſt immolationem morte ſuſcitandum, ergo non protulit aliquid contra id, quod in mente habuit. Iſaac uxorem vocat ſororem, more illius gentis, quo omnes cognatae dicebantur ſorores. Iacob vocat ſe Eſavum, quia revera erat Eſavus, non quidem in perſona; tamen in officio & dignitate: quaerebat autem Iſaac de eo, cui debebatur benedictio. Ioſeph vocat ſe augurem exprimendo opinionem populi, qui eum talem eſſe exiſtimabant, vel, ſecundum Alenſem, verbum augurandi ſumitur communiter pro ſcientia futurorum. Rachab exploratores abiiſſe dicens non propter mendacium, ſed propter pietatem commendatur. Iehu mendacium fuit pernicioſum, quia mortis procurativum. Judithae non mendacia, ſed adfectio ad populi libe-*

rationem commendatur. Hactenus Biel. Sed enim cum nec officioſo nec jocoſo mendacio conditiones mendacii proprie dicti conveniant, ideo in illis condemnandis haudquaquam præcipites nos eſſe convenit.

An omnis ſimulatio prohibita?

§. CLXXVII. Quæritur II.) *An omnis ſimulatio ſit prohibita?* Reſp. Diſtinguunt inter ſimulationem. *Unam* eſſe dicunt, quæ deceptionem tantum ſpectet, hanc eſſe peccati arguendam, nemo dubitat. *Alteram*, quæ non eo tendit, ut aliquis fallatur, ſed conſilia tantum occultat, ne impediantur, quo referunt exemplum Chriſti ſimulantis, ſe longius iturum, Luc. XXIV. 28. (*) Bonaventura dicit: *Eſt quaedam ſimulatio cautelae, quaedam doctrinae, quaedam deceptionis. Prima fuit Ioſuae & Davidis, ſecunda Chriſti, qua docuit diſcipulos officium hoſpitalitatis, tertia eſt hypocriſis.* Sed enim quan[...]s non ſemper exigatur, ut id, quod novimus, in apertum proferamus; Eccl. XIX. 8. *Nec apud amicum, nec apud inimicum mores alienos enuncies, & ſi non redundat in te peccatum, ne detegas:* tamen probe cavendum, ne ſimulatione utamur, quando confeſſio veritatis exigitur, nec calliditas prudentiæ ſpecie nobis imponat. (**) De exemplo Chriſti quidam ſtatuunt, ſignificatum eo fuiſſe, quam procul a cordibus iſtorum diſcipulorum adhuc abeſſet, uti & abitum ſuum ad cœlos eo fuiſſe adumbratum, ac proinde in illa ſimulatione non inveniri mendacium, cum rei ſignificatæ factum probe adæquetur. Auguſtinus lib. II. qq. evang. quæſt. 51. *Quod ſcriptum eſt de Domino,* finxit ſe longius ire, *non ad mendacium pertinet, non enim omne, quod fin-*

(*) Huncce locum *Priſcillianiſtæ* olim ad defendendum *mendacium* adlegarunt, prout notat AUGUSTINUS *libr. contra mendac. ad Conſent. cap. XIII.* Urſerunt, Chriſtum *finxiſſe, ſe longius ire*, hanc autem *fictionem* eſſe *falſam ſignificationem* per *factum*, ſicut *mendacium* per *verbum*. Sunt quoque ex Jeſuitarum ſodalitate nonnulli, qui exinde inferunt, *licite poſſe quempiam æquivoco ſermone* uti, cum ipſemet ſervator heic ſimulatione uſus ſit.

Aſt dudum reſponderunt theologi, in hocce exemplo nullam deprehendi ſpeciem vel *mendacii* vel *æquivocationis*, ſiquidem ſimulatio non fuerit in *verbis* veritati contradicentibus, ſed in *geſtibus* veritati conſentientibus. Chriſtus enim e mortuis redivivus præ ſe ferebat geſtus *viatori*, pro quo habebatur, convenientes, *agebat*que, ut qui iturus eſſet longius, & revera iturus fuerat, niſi rogatus fuiſſet a diſcipulis, alia fortaſſis ratione ſe iis manifeſtaturus. Lectu digna ſunt, quæ ad hunc locum adnotavit GROTIUS. Alii dicunt, ſimulationem hanc fuiſſe tentatoriam, æque ac illam, quæ in Abrahami hiſtoria a ſcriptore ſacro commemoratur *Geneſ. XXII.* 2. Vid. GLASSIUM in *philol. ſacr. p. 1520.* In eandem ſententiam deſcendunt BEAUSOBRE & L'ENFANT, qui in notis gallicis ad *Luc. XXIV.* 28. ita ſcribunt: *C'eſt un feinte innocente & pleine d'amour, par laquelle Jeſus-Chriſt veut éprouver la foi de ſes diſciples. Ainſi en uſent les Medicins à l'egard des malades, & les* Peres *à l'égard de leurs enfans. Ces ſortes de feintes ne ſont jamais miſes au rang des menſonges.*

(**) Hunnius in qq. ſuper cap. 18. Gen. *Deus hypothetice dicit :* Si vixero ; veniam ad te, *ut inſerviat ſuo inſtituto, nondum enim volebat agnoſci, ſe eſſe Jehovam. Neque hac eſt ſimulatio, ſed diſſimulatio, quæ cum Dei natura non pugnat.* 1.) *Quis enim merito accuſaverit eum, ſi maxime Abrahamo ſe tum non aperuiſſet plane, quisnam eſſet, cum non ex debito teneatur ſe aperire Abrahæ?* 2.) *Ad hæc quia ſub initium adparitionis illius ſine ullo ſuo periculo Abrahamus ignorare potuit, eum eſſe Dominum, qui adparebat, idcirco Deus agnitionem ſui in eum differt temporis articulum, quem ſuo inſtituto judicabat maxime accommodum, nam quia potiſſimum hac vice propter Saram adparuerat, ideo exſpectabat, donec illa cordis ſui diffidentiam proderet, ut tum redarguendi, tum in fide confirmandi eam occaſionem haberet commodiorem. Angeli ſimulant ſe in platea pernoctaturos, ut inſervirent inſtituto, & excitarent in Lotho adfectum retinendi ipſos, ſicut & Salvator fecit;* Luc. XXIV. *quæ non eſt ſpecies ullius mendacii, cum hæc a Chriſto & Angelis fiant, non ad fallendum quenquam, neque ad nocendum cuiquam, neque ex dolo malo, ſed hoc duntaxat fine & conſilio, ut augeant in illis, a quibus diſceſſuri videntur, ſui detinendi ſtudium ac deſiderium.* Idem in cap. XIX. Gen. Atque hæc ex Hunnio adnotavit GERHARDUS.

fingimus, *mendacium eſt*, *ſed quando id fingimus*, *quod nihil ſignificat*, *tunc eſt mendacium*, *cum autem fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem*, *non eſt mendacium*, *ſed aliqua figura veritatis*, *alioquin omnia*, *quae a ſapientibus & ſanctis viris*, *vel etiam ab ipſo Domino figurate ſunt dicta*, *mendacia deputabuntur*, *quia ſecundum uſitatum intellectum non ſubſiſtit veritas in talibus dictis &c. Sicut autem dicta*, *ita etiam facta finguntur ſine mendacio ad aliquam rem ſignificandam.* Syrus reddidit, *faciebat eos putare*, *quod quaſi ad locum longinquum proficiſceretur.* (*)

An liceat in judicio vel confeſſione aequivocationibus uti?

§. CLXXVIII. Quæritur. III.) *An liceat in judicio vel in caſu confeſſionis aequivocationibus uti*, *ac veritatem occultare?* Reſp. Jeſuitæ id ſibi licere putant (**). Sic enim Toletus libr. IV. inſtruct. ſacerd. cap. 21. *Aliquando licet uti aequivocatione*, *& decipere audientem*, *non ſemper*, *ſed quando judex contra juſtitiam petit juramentum*, *licet uti aequivocatione & jurare ſecundum ſuam mentem contra mentem judicis*, *ut puta*, *quaerenti judici*, *feciſtine illud? Reſpondeat*, *non feci*, *intelligendo inter ſe*, *ut dicam tibi*, *vel hoc tempore*, *vel quid ſimile. Et ſi vir uxorem quaerat*, *an ſit adultera? iſta poteſt dicere*, *non ſum*, *quamvis verum fuerit*, *intelligendo*, *ut tibi revelem. Sic*, *qui cogitur jurare alteram in ſponſam accepturum*, *intelligendo*, *ſi poſtea placuerit. Et a latronibus comprehenſus juraverit*, *ſe poſtea daturum centum aureos*, *ut liberetur*, *& aequivoce jurans*, *inter ſe dicens*, *ſi poſtea libuerit*, *tunc non tenetur ſolvere. Sic a cuſtode injurioſe detentus*, *ut dimittatur*, *jurans ſe rediturum poſtea*, *poteſt uti aequivocatione*, *& non tenetur redire.* Campianus in epiſt. ad Generalem ſocietatis ex Anglia ſcripta & Treviris anno 1583. typis evulgata pag. 86. *Catholicorum conditio in Anglia graviſſima*; *animis nihil liberum*, *nihil integrum relinquitur*, *non vox*, *non religio*, *loquendum tibi eſt cum aliis*, *adfirmandum juramento*, *quod ceteri adfirmarunt*, *etiamſi conſcientia plane contrarium ſenſeris.* (nimirum juxta doctrinam Baſilidis hæretici, qui, uti refert Euſebius lib. IV. hiſtor. eccleſ. cap. 7. ex Agrippa Caſtore docere non erubuit, fidem perſecutionis temporibus incunctanter etiam perjurio negandam.) (***) Gre-

(**) Geſnerus in cap. 27. Gen. quæſt. 1. *Quando de fictione & ſimulatione agitur*, *ſemper confeſſio & religio excipienda eſt*, *de qua veriſſime ſentit* Auguſtinus libr. de mend. cap. 14. *capitale eſt mendacium longeque fugiendum*, *quod fit in doctrina religionis*, *ad quod mendacium nulla conditione quiſquam debet adduci. Sed extra tempus confeſſionis in rebus ad hanc vitam pertinentibus ſæpe negotia ita comparata ſunt*, *ut id*, *quod fieri aequum eſt*, *abſque aliqua fictione*, *occultatione & ſolertia conſequi nequeamus. Rebecca abſque odioſo jurgio cum marito & totius familiae perturbatione benedictionem Jacobo citra hanc aſtutiam impetrare nequiviſſet. Infantium in Ægypto vitam obſtetrices citra tale honeſtum commentum tueri*, *Gabaonitæ abſque aſtutia Iſraelitarum amicitiam comparare*, *Nathan Davidem abſque commento ad agnitionem delicti adducere*, *Chuſai Achitophelis ſcelerata conſilia evertere*, *femina Davidis nuncios abſcondere*, *Rahab exploratores dimittere & denique Joſua*, *David & reliqui principes abſque ſtratagematum adminiculo res magnas gerere non potuiſſent.* GERHARDUS.

(**) De æquivocationibus & reſervationibus, ut loquuntur, mentalibus, quas ſocietatis Jeſu ſacerdotes eo uſque extendunt, ut easdem promiſcue, etiam in judicio, & ubi interrogans jus quæſitum veritatem explorandi habet, locum invenire, contendant, legi merentur LUDOV. MONTALTIUS, ſeu, qui ſub hoc nomine latitat BLASIUS PASCALIUS, in *litteris provincialibus de morali & politica Jeſuitarum diſciplina*, *epiſt. IX. p. m. 341. ſeqq.* PERRAULTUS, in libro, cui titulus: *la morale des Jeſuites*, *extraite fidellement de leurs livres*, *tom. I. p. 135. ſeqq.* aliique ex ipſis pontificiis, maxime recentioribus, qui doctrinam moralem Jeſuitarum ſcriptis impugnarunt, eandemque ſummæ impietatis damnarunt. Add. ex theologis proteſtantibus BALTHAS. MEISNERUM, in diſſert. *de papiſticis aequivocationibus*, Wittemb. *MDCXXIII.* THEOD. THUMMIUM, in tractatu *de juramentis & Jeſuitarum aequivocationibus*, Tubing. *MDCXXV*. ANDR. RIVETUM, in *explicat. decalog.*, *oper. tom. I. p. 1280.* & JO. LA PLACETTE, *dans les divers traités des matières de conſcience*, *trait. I. cap. VIII. ſeqq.* Ut alios haud memoremus.

(***) Quod BASILIDES docuerit, ETIAM PER-

Gregorius de Valentia tom. III. pag. 1346. æquivocationem vocat *prudentem defenſionem.* Thomas Mortonus Anglus in apol. cathol. libr. II. cap. 13. adlegat verba ſacerdotum Wisbycenſium in epiſtola, quam ad catholicum generoſum inſcripſerint, in qua ſic loquuntur: *Ars eſt noſtrorum Jeſuitarum, ut in juramentis ſuis magiſtratus illudant; cum a magiſtratibus quaeritur: es ne ſacerdos? tum ſacerdoti* (dicunt) *licebit reſpondere: non ſum talis (ſed addita hac intentione, intus in animo concepta, non ore prolata) qualem me eſſe cupitis, aut ut narrem tibi, aut aliquid ſimile.* Sed hæ ſunt doctrinæ fraudum ac perjuriorum; quando in judiciis tanquam teſtes examinamur, vel confeſſio religionis exigitur, tenemur absque ullis æquivocationum involucris nudam ac ſimplicem veritatem profiteri. De juramentis præclara exſtat Iſidori ſententia c. Qui pejerare. cauſa XXII. q. 5. *Quacunque arte verborum quis juret, Deus ſic accipit, ſicut ille, cui juratur, intelligit.* Ibidem. *Deus duplicitatis aſpernator ſimplicem intentionem utriusque conſiderat, & tam ex parte recipientis, quam ex parte praeſtantis verborum artem adſpernatur & odit.*

Explicatio noni & decimi praecepti.

§. CLXXIX. Præceptum nonum: *Non concupiſces domum proximi tui.* Præceptum decimum. *Non concupiſces uxorem proximi tui, nec ſervum ejus, nec ancillam ejus, nec bovem ejus, nec aſinum ejus, nec omnia, quae illius ſunt.* 1.) Oſtendimus ſuperius th. 45. geminum concupiſcentiæ genus his præceptis prohiberi, *actualem* ſcilicet ac *originalem*; id quod ex verbis horum præceptorum & collatione aliorum ſcripturæ locorum ibidem evicimus. 2.) Accuſantur igitur his præceptis non tantum vitioſi adfectus, ad quos plenus ac deliberatus accedit conſenſus; ſed & prava inclinatio, primi illi vitioſæ concupiſcentiæ motus, imo etiam ipſa habitualis concupiſcentia, per quam peccatum originale ab apoſtolo definitur. 3.) Obſtruitur igitur fons peccatorum in hiſce ultimis præceptis, ſiquidem *ex corrupto corde noſtro exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiae,* Matth. XV. 19. 4.) Chriſtus ipſe in explicatione legis Matth. V. oſtendit, ita interpretanda eſſe hæc duo ultima præcepta, ut ducantur per omnia decalogi mandata. 5.) Diſtinguendi autem neceſſario adpetitus naturales & ordinati a vitioſis concupiſcentiæ motibus; non enim illos, ſed hos lex divina prohibet. Apoſtolus aliam profert diſtinctionem Gal. V. 17. inter concupiſcentiam carnis & ſpiritus. Nec naturalis, nec ſpiritualis, ſed corruptæ carnis concupiſcentia lege Dei prohibetur. 6.) Deut. V. fit objectorum transpoſitio, uxor enim primo loco, domus ſecundo recenſetur, ex quo adparet, diſtinctionem horum præceptorum non poſſe ex objectis primo ac proprie peti. 7.) Concupiſcentia non continet ſe in illis objectis, quæ in his præceptis enumerantur, ſed latius vagatur, ideo additur generalis clauſula: *non concupiſces quicquam eorum, quae ſunt proximi:* & cum Chriſtus Luc. VIII. 14. inter ſpinas numeraſſet curas hujus ſeculi, deceptionem divitiarum & voluptates addit Marc. IV. 19. καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι. Gal. V. 17. Opera ſpiritus, contra quæ caro concupiſcit, enumerantur ex utraque decalogi tabula. Ideo autem nominatim uxorem, domum, ſervos, ancillas, agros, boves, aſinos proximi concupiſcere prohibemur, quia hæc in uſu vitæ humanæ quotidie oculis noſtris obverſantur. 8.) Apoſtolus involucris illis Moſaicis de non-concupiſcenda domo, uxore, agro &c. omiſſis, præcepta hæc ſine circumſtantiæ additione vel objectorum ſpecificatione proponit Rom. VII. 7. XIII. 9. *Non concupiſces.*

§. CLXXX.

PERJURIO fidem perſecutionis temporibus negandam eſſe, non tradit EUSEBIUS *loco ſupra citato.* Hoc tantum ex Agrippa Caſtore *loc. cit.* refert, Baſilidem docere, *quod indifferens ſit victimas diis immolatas deguſtare, & perſecutionum tempore licenter fidem abnegare.* Conf. ven. C. W. F. WALCHII *vollſtändige Hiſtorie der Kezereyen, part. I. p.* 304.

CLXXX. Requiritur igitur in his duobus :eptis interior perfecta harmonia omnium :titionum cum norma legis divinæ perfecte ;ruens, concreata totius naturæ integritas, tualis & numeris omnibus abſoluta obedien- contra vero accuſantur omnes cogitationes, nationes, impetus & adfectus contra Dei le- ; quorum omnium cum fons & ſcaturigo :ccatum originis, ideo apoſtolus illud vocat upiſcentiam. Agnoſcamus proinde extre- ı naturæ noſtræ corruptionem, qua ad omnis ris pravas concupiſcentias effreni impetu fe- r, propter quas etiam poſt regenerationem idiana peccatorum remiſſione indigemus; n. XXXII. 6. quibus ipſa bona opera infici- r & maculantur, quo minus Dei judicio op- poſſint; agnoſcamus, inquam, haſce no- ſordes, & ſeriis gemitibus eas deploremus, nus, merito Chriſti easdem in nobis tegi, gnemus illis virtute ſpiritus, carnem cum concupiſcentiis mortificantes, & ad plenam erna vita exſpectandam integritatem ac per- onem intimo cordis deſiderio adſpiremus.

x Dei ſte imple- poſſis?

§. CLXXXI. Præmiſſa hac de- calogi expoſitione probe obſerva- ta, facile adparebit, *an perfe- illam obedientiam, quam Deus in lege a nobis irit, viribus naturae vel gratiae, hoc eſt, nte regenerationem, vel poſt regenerationem, e vita praeſtare poſſimus.* Gravis hic con- a nobis adverſaria cum pontificiis, quibus aſum, perfectam legis impletionem vires nis, præſertim renati, non excedere. Nos a ſtatuimus, homines nondum renatos *ex- m* quidem diſciplinam præſtare poſſe, quam ura vocat *juſtitiam carnis;* Hebr. IX. 10. *interiorem* obedientiam cordis ſine fide & tu ſancto ab eis non poſſe inchoari, nedum ari aut impleri, atque ipſam illam exter- non renatorum diſciplinam Deo non pla- , nec eſſe vere bonum opus. Ad renatos attinet, dicimus, legem ab illis impleri us modis, *primo* fide & imputatione; *enim impoſſibile erat legi, eo quod infir- tur per carnem, hoc Deus miſſo filio prae- ſtitit, & de peccato damnavit peccatum, ut ju- ſtificatio legis impleretur in nobis*, Rom. VIII. 3 & 4. *Finis legis Chriſtus eſt ad juſtitiam omni credenti*, Rom. X. 4. *Deinde* inchoa- tione ſeu nova obedientia ex fide orta, ideo enim credentibus imputatur perfecta legis obedientia a Chriſto præſtita, non ut ſecundum carnem li- bere vivant, ſed ut in præceptis Dei ambu- lent: hæc renatorum nova obedientia non tan- tum in externis operibus conſiſtit, ſed etiam in- teriorem obedientiam complectitur, ſiquidem interiores cordis concupiſcentias & deſideria car- nis mortificat, inchoatis novis cum lege Dei conſentientibus motibus, interim tamen a per- fecta illa legis impletione, quam Deus requirit, procul adhuc abeſt, id quod ſequentibus de- monſtramus argumentis.

Argumenta pro parte ne- gante. 1. Scriptura diſerte recla- mat.

§. CLXXXII. I.) Scriptura ma- nifeſtis ac perſpicuis verbis adſe- rit, legem Dei requirere adeo perfectam ac numeris omnibus integram obedientiam, ut plena ejus perſolutio ſit nobis in hac vi- ta impoſſibilis. Joh. VII. 19. *Mo- ſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit le- gem.* Act. VII. 53. *Accepiſtis legem in diſpoſitio- ne angelorum, & non ſervaſtis.* Act. XIII. 38. *Per Chriſtum annunciatur vobis peccatorum re- miſſio & ab omnibus, quibus non potuiſtis juſti- ficari per legem Moſis.* Act. XV. 10. *Quid tenta- tis Deum, imponendo jugum ſuper cervicem diſci- pulorum, quod neque patres noſtri neque nos portare potuimus?* Rom. VIII. 3. *Quod impoſſi- bile erat legi, eo quod infirmabatur per carnem, praeſtitit Deus miſſo filio ſuo.* v. 7. τὸ φρόνη- μα σαρκὸς *legi Dei non ſubjicitur, imo ne poteſt quidem.* Gal. III. 21. *Non eſt data lex, quae poſſet vivificare.* Socinus contra dictum Rom. VIII. *Quod impoſſibile erat legi*; excipit part. II. de ſervatore cap. 23. f. 194. *infirmari legem per carnem eſſe idem, quod alibi dicitur hominem a ſervitute peccati liberari.* Reſp. con- textus oſtendit, aliud ſignificare, nimirum, quod lex ſit impoſſibilis homini carnali, adeoque ſa- lutem præſtare nequeat. Nam in præcedentibus

 oppo-

opponit legem Spiritus vitæ in Chriſto legi peccati & mortis, ac dicit, quod *lex Spiritus vitae Chriſti liberaverit eum a lege*, id eſt, quod in Chriſto inveniat legis impletionem. Excipiunt alii in genere, hæc dicta intelligenda eſſe de non renatis, qui non poſſunt naturæ viribus legem Dei implere, interim renatos viribus gratiæ id poſſe. *Reſp.* dicta hæc ſunt generalia, ac ratio eorum itidem generalis eſt. Ideo lex eſt jugum, quod portare nemo noſtrum poteſt, quia requirit perfectam omnium virium & actionum integritatem, nec patitur ſibi ſatisfieri vel qualicunque externa vel inchoata interiore obedientia, ſed dilectionem perfectam ab omni concupiſcentiæ labe immunem requirit, quam cum nemo hominum etiam renatorum poſſit præſtare, ſiquidem *primitias tantum Spiritus accipiunt*, Rom. VIII. 23. *& volentibus ipſis facere bonum adjacet malum*, Rom. VII. 21. Ideo vox legis eſt univerſale Dei judicium, quo *omnes* omnino *concluduntur ſub peccatum*, Gal. III. 22. *ut omne os obſtruatur, & ὑπόδικος fiat omnis mundus Deo*, Rom. III. 19. hinc Chriſtus dicit Joh. V. 45. *eſt, qui vos accuſat, Moſes, in quo vos ſperatis.* Iſraëlitæ per circumciſionem recipiebantur in fœdus gratiæ, dabatur eis ſpiritus υἱοθεσίας & renovationis, interim tamen fatentur apoſtoli, non gentibus ſolum, ſed & circumciſis Judæis legem fuiſſe tale jugum, quod portare non potuerunt. Bellarminus lib. IV. de juſtif. cap. 14. excipit, apoſtolos tantum de ceremoniali lege loqui, quod probare conatur 1.) ex occaſione illorum verborum: Scribit enim Lucas, *ſurrexiſſe quosdam ex diſcipulis, qui dicerent, oportere gentiles converſos circumcidi*, atque iſtam fuiſſe cauſam, cur apoſtoli concilium egerint, ut viderent de verbo hoc, ergo de circumciſione aliisque id genus ceremoniis Petrus loquitur. 2.) Ex verbis decreti: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam haec neceſſaria, ut abſtineatis ab immolatis ſimulacrorum, a ſanguine, ſuffocato & ſcortatione.* Hæc ſola dicuntur neceſſaria ex lege ceremoniali, non ſimpliciter ex omni lege, alias liceret chriſtiano mœchari, occidere, furari, &c. 3.) Ex ſumma decreti & verborum: Volunt apoſtoli removere jugum legis a cervicibus apoſtolorum; ſi per τὸ removere jugum legis intelligitur abrogatio legis quoad obligationem, neceſſario de ſola ceremoniali lege id intelligendum, moralis enim adhuc obligat. Si vero per τὸ removere jugum legis intelligitur tollere opinionem juſtificationis, ſequetur, legem ceremonialem quoad obligationem nondum eſſe ſublatam. *Reſp.* ex v. 5. patet, duplicem fuiſſe quæſtionem motam a pſeudoapoſtolis: a.) an circumciſio adhuc gentes obliget? b.) an obſervatio legis moralis ad juſtificationem ſit neceſſaria? *Surrexerunt* (ait Lucas) *quidam ex haereſi Phariſaeorum, qui crediderunt, dicentes, quod oporteat eos circumcidi, praecipere quoque, ut ſervent legem Moſis.* Apoſtoli diſtincte reſpondent, *primo* circumciſionem non amplius obligare gentes, volunt tamen paucas quasdam ceremonias legales de ſanguine & ſuffocato a gentibus obſervari propter evitationem ſcandali, quod Judæis oboriri poterat; hiſce adjungunt ex lege morali continentiam a fornicatione, quæ apud gentiles non habebatur pro peccato. *Deinde* legem moralem dicunt obligare quidem converſos ex gentibus ad obedientiam; interim tamen opera ejus non valere ad juſtificationem, quæ pendeat ex ſola Dei gratia in Chriſto nobis propoſita. Hoc decreti ſcopo obſervato, facile adparet, quid reſpondendum ſit argutiis Bellarmini, neque enim de obſervatione tantum legis ceremonialis quæſtio erat, ſed etiam de lege morali, an ex ejus obſervatione ſperari poſſit juſtificatio & ſalus? Apoſtoli reſpondent, legis ceremonialis obſervationem eſſe in nov. teſt. penitus ſublatam, & ex lege Moſis non poſſe nos juſtificari aut ſalvari, cum ſit jugum importabile, ideo in ſola Dei gratia omne perfugium, atque omnem ſpem ſalutis nobis conſtitutam eſſe. Si de ſola ceremoniali lege fuiſſet quæſtio, cur diceretur jugum importabile? externi iſti ritus non excedunt hominis etiam non renati vires. Fruſtra excipit Bellarminus, dici jugum importabile, quoniam ægre ac difficulter portabatur, non enim de difficultate, ſed de impoſſibilitate hoc loco agi, ipſe verborum ſonus arguit. Stapletonus in antidotis pag. 325. *propter adjunctam legem moralem*

cere-

noniarum multitudinem fuiſſe onus difficile ıtat, fateatur igitur non de ceremoniali tan-, ſed etiam morali lege apoſtolos loqui. d ſi lex ceremonialis fuit jugum importabile, o magis tale jugum fuit lex moralis, ſiqui- Luc. XI. 42. & Matth. XXIII. 23. confert ſtus inter ſe opera legis ceremonialis & mo-, atque hæc illis graviora βαρύτερα eſſe unciat, quod probe obſervari velim. Præ- ſubjungitur v. 11. *per gratiam Domini no- eſu Chriſti credimus ſalvari, quemadmodum atres noſtri*, ex quo colligimus hoc modo. Dei gratia, qua juſtificamur & ſalvamur, nitur non ſolum obſervationi ceremonia-, ſed etiam operibus legis moralis. Ergo ceremonialis tantum, ſed etiam, imo multo s, legis moralis obſervatio dicitur jugum rtabile. *Antecedens* patet ex epiſtolis ad anos & Galatas, in quibus illius legis opera ticulo juſtificationis excluduntur, *ex qua eſt ti agnitio*: Rom. III. 20. *quae omnes ho- r peccati arguit, & univerſum mundum at*: v. 19. *quae mentibus hominum in- a*: Rom. II. 15. *quae data eſt propter greſſores*: Gal. III. 19. *de qua dictum; ecerit ea, vivet in eis.* v. 10. At hæc omnia norali competunt; ergo non tantum cere- alis, ſed & moralis legis obſervatio ad ju- ıtionem ac ſalutem eſt inefficax. Conjunge nnibus diſputationem Pauli in epiſt. ad Ga-, ubi itidem contra illos pſeudo-apoſtolos nſtrat, nos juſtificari ſola fide abſque ope- legis, etiam moralis, ut ſuo loco plenius detur. Ex eo colligimus, quæſtionem fuiſſe m non de ceremoniali tantum lege, ſed de morali: an opera legis moralis ad ju- tionem requirantur?

ura le- m per- tit.

§. CLXXXIII. II.) *Alteram* argumentorum claſſem petimus a natura legis. Bellarminus quidem lib. V. de grat. & lib. arb. c. 4. §. 7. ſcribit: *Praecepta*: occides, *&*: Non furaberis, *nihil aliud ant, niſi voluntariam omiſſionem externi ope- micidii & furti. Concupiſcentia enim rei alienae & odium proximi praeceptis aliis prohibentur. Itaque non praevaricatur praecepta*: Non furaberis & non occides, *ſed illa obſervat ſecundum ſubſtantiam operis, qui abſtinet manum a furto & a caede, etiamſi forte praevaricetur praeceptum*: Non concupiſces rem proximi tui: *Et* ne oderis fratrem in corde tuo. cap. 9. *Non eſt neceſſe, omnia in Deum referri explicite, ſatis eſt, ſi opus referatur in finem proximum, tunc enim per ſe dirigetur in Deum, ut ultimum finem.* Sed *lex eſt ſpiritualis*, dicit apoſtolus Rom. VII. 14. non externam tantum, ſed internam etiam ſpiritus obedientiam requirit, talem integritatem ac perfectionem poſtulat, ut nihil carnale ſit, aut ſentiatur in viribus noſtris, quod vel alio inclinet & trahat, vel impediat, quo minus totus homo ſit ſpiritualis & motus dilectionis ardentiſſimus. Lutherus. *Praeceptum quodlibet eſt ita ſpirituale, ut non ſolum opus, & fructum & folia & ramos, hoc eſt, opera, verba, ſigna prohibeat, ſed etiam radicem & ſuccum, id eſt, cupiditatem, ex qua talia veniunt.* Deut. VI. 5. proponitur ſumma legis moralis: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex omnibus viribus tuis, & proximum, ſicut te ipſum.* Jubemur Deum diligere *ex corde* non dimidio, ſed *integro* ac perfecto, ut in amore nihil ei vel præponamus, vel adæquemus, ut ipſum ſolum diligamus, & ſi quid aliud diligimus, id propter ipſum, ſub ipſo, in ipſo & juxta voluntatem ejus diligamus. Jubemur Deum diligere *ex tota mente*, ut ea ſemper cogitemus, quæ nos ad ipſius dilectionem inflammare poſſint, ut in omnibus ſtudiis & actionibus noſtris ipſius gloriam nobis habeamus propoſitam. Jubemur Deum diligere *ex tota anima*, ut maximo ſtudio exſequamur, quæ novimus Deo grata & accepta eſſe, ut perfecto odio proſequamur omne id, quod novimus ipſi ingratum & adverſum. Jubemur Deum diligere *ex tota virtute*, ut totis ipſi adhærentes viribus nullis minis vel blanditiis ab ipſo nos divelli patiamur, ut omnes animæ vires, omnia corporis membra dilectioni Dei & mandatorum divinorum obſervationi inſerviant

viant (*). Hoc præceptum de dilectione Dei eſt regula & menſura obedientiæ in præceptis *affirmativis*, quemadmodum præceptum de non concupiſcendo eſt regula & menſura obedientiæ in præceptis *negativis*. Quamdiu *caro concupiſcit adverſus Spiritum* Gal. V. 17. & *lex in membris noſtris eſt rebellans legi mentis noſtrae* Rom. VII. 23. Deum non ex toto corde noſtro, anima, viribus, cogitatione diligimus, ſed ex parte, ideoque minus, quam debemus: quicquid autem minus fuerit, quam eſſe debeat, in vitio eſt, ſiquidem mandatum ejus violat, Deut. IV. 2. XII. 32. Auguſtinus de doctr. chr. c. 22. *Diliges Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipſa, quae confers. Cum ait:* toto corde, tota anima, tota mente, *nullam vitae noſtrae partem relinquit, quae vacare debeat & quaſi locum dare, ut alia velit frui, ſed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit.* Idem de ſpir. & lit. c. 26. *Fortaſſe quispiam putaverit, nihil nobis deeſſe ad cognitionem juſtitiae, quod Dominus verbum conſummans & brevians ſuper terram dixit*, in duobus præceptis totam legem prophetasque pendere, *nec ea tacuit, ſed verbis apertiſſimis promiſit:* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum tanquam te ipſum. *Quid verius, his impletis impleri omnem omnino juſtitiam? Veruntamen qui hoc attendit, etiam illud attendat, quam in multis offendamus omnes, dum putamus Deo, quem diligimus, placere vel non diſplicere, quod facimus, & poſtea per ſcripturam ejus, ſive certa & perſpicua ratione commoniti cum didicerimus, quod ei non placeat, poenitendo deprecamur, ut ignoſcat. Plena humana vita eſt documentis talibus, unde autem minus novimus, quod ei placeat, niſi quia & ipſe minus notus eſt nobis? Videmus enim nunc per ſpeculum, &c. Ad illam vitam immortalem pertinet:* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute tua. *Ad hanc autem*, non regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſideriis illius: *ad illam:* Non concupiſces ad iſtam; poſt concupiſcentias tuas non eas. Idem de perſ. juſtitiæ ad ratiocin. 17. *In plenitudine caritatis, nimirum in patria praeceptum illud implebitur:* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; *nam cum eſt adhuc aliquid carnalis concupiſcentiae, quod vel continendo frenetur, non omnino ex tota anima diligitur Deus; tunc, cum nulla lex erit in membris, ex toto corde diligemus Deum* (**). Ex quibus omnibus concludo, ſi vel maxime mandatis Dei obedire in hac vita incipi-

(*) *Triplex* dilectionis *totalitas* rigoroſe exigitur. 1.) *Objecti diligibilis*, ejusque tum primarii, ut diligamus totum Deum, & quæcunque ad eum pertinent: tum ſecundarii, ut diligamus proximum inimicum pariter & amicum 1. Joh. IV. 21. Matth. V. 24. & quidem juxta integrum decalogum, Jac. II. 10. 2.) *Modi ex parte diligentis*, ut noſtra erga utramque dilectio ex limpido & puro totius cordis, quod adfectuum ſedes, fonte derivetur, id eſt, ut non ſolum Deum ſuper omnia, præferendo illum omnibus aliis juxta *Becanum* p. 465. vere, non ficte, non ſimulate, juxta *Bellarminum* lib. II. de monach. c. 13. p. 634. recto corde, pro virium noſtrarum modulo, ſecundum *Coſterum* c. IV. p. 245. ſed toti juxta omnia membra, omnes omnino animæ & corporis vires ſinceriſſime diligamus & impenſiſſime, adeo, ut omnes cogitationes, omnis vita & intellectus in illum conferatur, a quo habemus ea ipſa, quæ conferimus; *Auguſtinus* de doctr. chriſt. c. 22. ut omnes cordis actus, motus & adfectus ad eum diligendum concurrant. 3.) *Temporis*, ut Deum & proximum diligamus perpetuo & indeſinenter, Deut. VI. 12. XI. 1. unde quidam Judæus, referente Helvico tom. III. diſp. Gieſſ. p. 178. *Quoniam hoc viſcus* (inquit: *cor eſt omnium primum in hominis formatione, & poſtremum, quod moritur, ideo innuitur his verbis toto corde. Deum eſſe diligendum continue uſque ad extremum momentum vitae.* Requiritur *perfectio* a.) *eſſentialis* ex tota anima & omnibus viribus: b.) *integralis* juxta omnia & ſingula mandata: c.) *accidentalis*, omni tempore. GERHARDUS.

(**) Diligendus eſt Deus *toto corde*, id eſt, tota voluntate, quæ eſt actionum omnium in anima principium, ſicut motuum omnium in corpore prin-

Exceptiones Bellarmini.

cipimus, tamen nos deficere in primo & ultimo præceptis, Bellarminus lib. II. de monachis c. 13. 1.) fatetur, *Gregorium Nyſſ. lib. creat. hominis c. 8. Anshelmum in c. 22. Matth. ugu... um lib. I. de doctr. chriſt. c. 22. Bernrdum ſerm. 20. in cant. praeceptum hoc ſic inpretari, ut per animam ſignificetur pars anive vegetativae, per cor facultas ſentiens, per entem intelligens vel aliquid hujusmodi*, ſed dit *veriſimilius eſſe, iſta omnia idem omnino nificare.* Reſp. Sane ubicunque in ſcriura jubemur Deum diligere ex toto çorde, n minor quædam dilectio nobis præcepta irligitur, quam ubi adjectis etiam reliquis memis ex tota anima, ex totis viribus & ex tota ente eum diligere jubemur, qui enim totum r requirit, is intellectum, voluntatem & relias vires non excludit, ſed ſimul complectitur, m phraſi hebræa *cordis* nomine hæc omnia inligantur: interim tamen dubium nullum, ſinlaris emphaſeos & uberioris declarationis gra etiam reliqua membra adjici, ut omnes anie vires, omnes cordis adfectus, omnes mentis noſtræ cogitationes ſancto Dei amori deberi intelligamus. Quia enim omne, quicquid in nobis eſt, ab ipſo donatum obtinemus, ideo jure optimo omnia, quæ habemus, ipſius dilectioni & obſequio iterum impendere jubemur. Thomas 2. 2. q. 44. art. 5. *Quando jubemur Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota virtute diligere, deſignantur 4. potentiae principales in homine, ſcilicet intellectiva, volitiva, ſenſitiva, & motiva, per cor intelligitur voluntas, quia omnibus imperat, ſicut cor vitae influxum communicat, per mentem intellectus, per animam vis ſenſitiva, per virtutem vis motiva corporalium membrorum.* 2.) Præceptum hoc adfirmativum eſt, ideo ſolum præcipitur, ut exerceamus iſtas animæ potentias propter Deum, quando id neceſſitas gloriæ ejus procurandæ requireret, alio autem tempore, ſi id fieret, opus eſſet conſilii & ſupererogationis; petitum eſt hoc Bellarmini pronunciatum ex Biele lib. I. ſent. diſt. 1. q. 4. art. 3. ubi dicit: *Non teneri hominem actualiter ſumme diligere Deum, quoties de Deo cogitat, ſed ſufficere habitualem dilectionem.* Cui ſimilia habet Johan. Heſſelius pon-

principium eſt cor. *Tota anima*, id eſt, toto adpetitu inferiori ſeu ſenſitivo (quo ſenſu ſcriptum Gen. II. *factus eſt homo in animam viventem*, id eſt, vita animali & ſenſibili cœpit vivere) quem etiam adpetitum movet voluntas, ſicut ſphæra ſuperior ſuo motu orbes inferiores movet. *Ex totis viribus*, id eſt, per omnes potentias motivas & exſecutivas ejus, quod voluntas imperat, ſic, ut illæ omnes Deo ſerviant in ſanctificationem juſtitiæ, ſicut in impiis ſerviunt iniquitati ad iniquitatem. Denique *ex tota mente*, id eſt, toto intellectu, qui per voluntatem caritate informatam movetur ad credendum de Deo, quæ ſunt credenda, ad meditandum de Deo dilecto, ad ea inveſtiganda, quæ ad Dei cultum & gloriam faciunt. Sic ergo diligendus Deus, ut tota noſtra voluntas, adpetitus, actio, intellectus in eum feratur, nec horum quippiam mundo, carni, diabolo aut peccato ſerviat. *Stapletonus* in promt. moral. Dom. 12. poſt ſent. p. 294. Requiritur, ut Deum diligamus toto corde a totis viribus, at renati vix dimidiatis viribus pollent, eo quod veteri & novo homine, veteri & novo corde, vetuſtis & innovatis viribus ſeſe invicem perpetuo oppugnantibus conſtent. Rom. VII. Gal. V. Eph. IV. Col. III. multo igitur minus ex totis viribus diligere poſſunt. Victor in Marc. XII. *Lex hæc ejusdem verbi circa eandem materiam repetitione præ cæteris abundat. Facit hoc autem, quo hominem tanto Dei amore flagrare debere commonſtret, ut nihil prorſus in ullam omnino animæ facultatem irrepere ſinat, quod ſuam erga Deum dilectionem excludat aut diminuat, aut alio transferat.* Theophylactus in c. X. Luc. *Nos oportet tum vegetativam facultatem animæ ſubjicere dilectioni Chriſti. Sed quomodo? vehementer, non autem remiſſe. Sed & ſenſitivam, atque hanc etiam vehementer, quin & rationalem, eandemque ex totis viribus. Quare nos ipſos totos debemus Deo concedere, ſubjicereque nutritivam, ſenſitivam, rationalem noſtram facultatem dilectioni Dei.* Anshelmus in Matth. XXII. Ex toto corde tuo, *id eſt, intellectu perfecto, ut in confeſſione divinitatis nullum relinquas errori locum*, & in tota anima tua, *id eſt, tota voluntate tua, ut ſcilicet nihil velis illi contrarium.* Et in tota mente tua, *id eſt, tota memoria tua, nihil reminiſcens, quo minus de eo ſentias.* GERHARDUS.

pontificius: *Ex ipſo praecepto*, ſcribens, *dilectionis tenetur homo, quandoque a cogitatione de Deo abſtinere, ut miro modo ex Dei amore Deum non cogitet, Deumque amet, dum ab amando ceſſat: cui opponendum illud contrarium, de Deo ſaepius cogitandum, quam ſpirandum*; itemque Molanus in lib. de pract. theol. tract. III. c. 16. concl. 1. n. 11. *Eſſe de honeſtate & non de neceſſitate, ut Deum ſuper omnia diligamus.* Item tract. III. c. 8. concl. 3. n. 19. *non praecipitur nobis a Deo, ut pro inimicis oremus.* Reſp. Quando vero incidere poſſet tempus ejusmodi, quo nulla nos urgeret promovendi divinam gloriam neceſſitas? 1. Cor. X. 31. *Quicquid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Præceptum de diligendo Deo ſuper omnia perpetuo nos obligat, cum nullo unquam tempore ſummi boni amore deſtitutos nos eſſe conveniat; ſi nondum ferimur toti in amorem Dei, ſi quid in amore ipſi præponimus vel æquamus, ſi nondum omnia diligenda propter ipſum, in ipſo & juxta ipſius voluntatem diligimus, ſi ipſum unicum omnium noſtrorum adfectuum, conatuum & actionum finem nondum ſtatuimus, imo ſi vel minima in nobis oriatur cogitatio ac concupiſcentia prava, quæ puriſſimo & ſanctiſſimo illi amori adverſetur, nondum perfecte præceptum hoc implemus. Si ex toto corde Deus diligendus, nullus debet eſſe cordis adfectus, qui non in amorem Dei feratur. Auguſtinus de ſpiritu & lit. c. 36. *Non reſtat in nobis aliquid, quod addi poſſit ad totum, quod ſi reſtabit aliquid, illud non erit totum.* 3) Illud *ex toto corde* ab Auguſtino & Bernhardo ita exponitur, ut ſignificetur imperari nobis omnes gradus charitatis, quos vel in hoc mundo vel in alio habere poſſumus, ita, ut ſemper Deum amemus, nec ullus ſit in nobis contrarius cupiditatis motus, ſive voluntarius ſive involuntarius, cum amore Dei pugnans; ex quo recte deducunt, hoc mandatum in hac vita perfecte impleri non poſſe. *Reſp.* Bene habet, egregii illi ſcripturæ interpretes & ſingularia eccleſiæ lumina noſtram confirmant ſententiam, negant, mandatum dilectionis in hac vita perfecte a nobis impleri poſſe, quod præcepti iſtius evidentia & proprii cordis experientia eos fateri coegit. Quid ulterius deſiderat Bellarminus? regerit, eosdem patres adfirmare, hoc præceptum, licet non poſſit perfecte impleri in hac vita, non tamen facere prævaricatores, niſi impleatur, ſiquidem præcipitur aliquid duobus modis: uno modo, ut ſolum indicetur id, quod faciendum eſt, *alio* modo, ut indicetur præcepto id, quod faciendum eſt, & finis, cujus gratia id faciendum. Si dicat imperator militibus, pugnate adverſus illam urbem, ſolum indicat id, quod faciendum eſt; ſi vero dicat, capite urbem, indicat, quid faciendum eſt, & finem etiam illius operis, idem enim eſt, ac ſi diceret, pugnate ad hunc finem, ut urbem capiatis. Præceptum autem proprie non obligat ad finem, ſed ad media, neque enim peccant milites, urbem non capiendo, modo ſtrenue pugnent, & pugnando dent operam, ut illam capiant. Ita quoque Stapletonus lib. VI. de juſt. c. 10. *Hoc praeceptum diligendi Deum eſt doctrinale, non obligatorium.* Reſp. Putida eſt hæc diſtinctio, quam ſuperius in tractatu de peccatis actualibus theſ. 44. plenius excuſſimus. Leges humanæ κατὰ τὸ δυνατὸν feruntur, neque ultra vires hominis quicquam requirunt, ſed lex divina non ſolum præcipit, ut conemur ad illam perfectionem dilectionis, quam præſcribit, adſpirare, verum etiam ut in tanto perfectionis gradu, quem requirit, diligamus. Corruptæ rationis noſtræ indicium eſt, ſi κατὰ δύναμιν & quantum in nobis eſt, agamus, de reliquis Deum non eſſe magnopere ſolicitum; ſed vox legis urgens perfectam Dei dilectionem, & *maledictum* pronuncians *omnem, qui non permanſerit in omnibus, quae ſcripta ſunt in libro legis*, Deut. XXVII. 26. Gal. III. 10. nimis manifeſta eſt. Qualis a lege obedientia requiratur, non æſtimandum eſt ex viribus naturæ deſtitutæ, ſed inſtitutæ; quamvis igitur præceptum dilectionis propter peccatum per lapſum primorum parentum in nos traductum in hac vita implere non poſſimus, tamen perfecta ejus impletio a lege exigitur, & quidem meritiſſime, cum perfectis ac ſufficientibus ad implendam eam viribus genus humanum primitus fuerit a Deo inſtructum. Invertimus igitur Bellarmini ſimilitudinem (qua & Stapletonus

utitur in antidotis ad VII. cap. Roman.)
iadmodum miles perfectis ad urbem occu-
ım viribus inſtructus ſuo non ſatisfecit mu-
ſtrenue pugnando, ſed requiritur inſuper,
em re ipſa occupet: ita primus homo per-
ad Deum ex toto corde diligendum in-
us fuit viribus, quas ad poſteros propagaſ-
i in concreata integritate perſtitiſſet, jure
a nobis Deus exigit, non ſolum ut adſpi-
ad illam dilectionem, ſed etiam ut revera
o corde ſe diligamus. *Omnis certe ἀνο-
ſt peccatum.* 1. Joh. III. 4. jam vero non
re iſtum dilectionis gradum eſt ἀνομία.
non implere illum dilectionis gradum eſt
um. Egregie igitur ſophiſticatur Bellar-
, quando ex Auguſtino & Bernhardo pro-
onatur, *non eſſe coram Deo peccatum,
deeſt perfectioni dilectionis, quam lex re-
,* hoc enim patres iſti non ſolum nuſpiam
, ſed etiam diſerte contradicunt. Auguſti-
e ſpiritu & litera cap. 36. dicit: *Ideo no-
aeceptum, ut Deum ex toto corde, ex tota
, ex totis viribus diligamus, ut admone-
, quid fide expoſcere, quo ſpem praemit-
ebeamus.* Idem & nos dicimus, fidem in
o perfectam legis impletionem quærere,
ectionis illud præceptum in æterna demum
erfecte a nobis impleri, at num ex eo ſe-
, quod perfectioni illi deeſt, non eſſe co-
Deo peccatum? minime vero, ſed manet
m, ſi vel maxime nos non ſimus ſolvendo.
ſubjungit Auguſtinus, *per hoc, quantum
idetur, in ea, quae perficienda eſt juſti-
multum in hac vita profecit, qui, quam
ſit a perfectione juſtitiae, proficiendo co-
: ſed ſi dici poteſt juſtitia minor huic vitae
tens, quia juſtus ex fide vivit, quamvis
inus a Domino, & ideo per fidem ambu-
nondum per ſpeciem; non abſurde dicitur
ad illam pertinere, ne peccet.* Urget
ninus, quod in Auguſtino ſequitur: *Ne-
im, ſi eſſe nondum poteſt tanta dilectio
quanta illi cognitioni plenae perfectaeque
r, jam culpae deputandum eſt, aliud eſt
totam nondum adſequi caritatem, aliud
ſequi cupiditatem.* Reſp. Auguſtinus no-
mine *culpae* intelligit peccatum mortale, quod
nos actu coram Deo reos ſtatuit, tali culpæ non
eſt deputanda charitatis imperfectio; interim ta-
men ſi Deus velit in judicium nobiſcum intrare,
poſſet propter hanc imperfectionem nos a facie
ſua projicere, & propter hunc defectum noſtra
vel habitualis vel actualis juſtitia non poteſt Dei
judicio opponi, ideo ſubjungit Auguſtinus: *Quia
haec ſcripturae ſacrae teſtimonia:* Non juſtifica-
bitur in conſpectu tuo omnis vivens; ſi dixeri-
mus, quia peccatum non habemus, nos ipſos
decipimus, & veritas in nobis non eſt; Non eſt
homo, qui non peccet; *falſa eſſe non poſſunt,
illud eſſe conſequens video, ut qualemlibet vel
quantamlibet in hac vita potuerimus definire juſti-
tiam, nullus in ea ſit hominum, qui nullum ha-
beat omnino peccatum, omnique homini ſit neceſ-
ſarium dare, ut detur illi, dimittere, ut dimit-
tatur illi, & ſi quid habeat juſtitiae, non de ſuo
ſibi eſſe praeſumere, ſed de gratia juſtificantis
Dei, & adhuc tamen ab illo eſurire & ſitire
juſtitiam, qui eſt panis vivus, & apud quem
eſt fons vitae, qui ſic operatur juſtificationem in
ſanctis ſuis, in hujus vitae tentatione laboranti-
bus, ut tamen ſit, quod petentibus largiter adji-
ciat, & quod confitentibus clementer ignoſcat.
Sed inveniant iſti, ſi poſſunt, aliquem ſub onere
corruptionis hujus viventem, cui jam non habeat
Deus, quod ignoſcat.* Eodem modo ſcribit
libr. III. contra duas epiſt. Pelag. cap. VII. *Vir-
tus, quae nunc eſt in homine juſto, hactenus per-
fecta nominatur, ut ad ejus perfectionem perti-
neat etiam ipſius imperfectionis & in veritate
agnitio, & in humilitate confeſſio. Tunc enim
ſecundum hanc infirmitatem pro ſuo modulo per-
fecta eſt iſta parva juſtitia, quando etiam, quid
ſibi deſit, intelligit. Gratia Dei tribuit hic ſtu-
dium ſervandi praecepta, & eadem, ſi quid
etiam in illis praeceptis minus ſervatur, ignoſcit.*
Epiſt. XXVI. ad Hieronymum: *Propter illud im-
perfectionis vitium:* Si dixerimus, peccatum non
habemus, nos ipſos fallimus, & veritas in no-
bis non eſt, *propter illud etiam; quantumlibet
profecerimus, neceſſarium eſt nobis dicere:* Di-
mitte nobis debita noſtra, *cum jam omnia in
baptiſmo dimiſſa ſint, ex quo vitio* non juſtifica-

bitur in conſpectu Dei omnis vivens. Ex Bernhardo profert Bellarminus ſerm. L. in Cant. *Non latuit praeceptorem, praecepti pondus hominum excedere vires, ſed judicavit utile, ex hoc ipſo ſuae illos inſufficientiae admoneri, ut ſcirent ſane, ad quem juſtitiae finem niti pro viribus oportet, ergo mandando impoſſibilia non praevaricatores homines fecit, ſed humiles.* Hactenus Bernhardus, in cujus verbis obſerva, quod expreſſe dicat, præcepti pondus noſtras ſuperare vires; at ſi non obligati eſſemus ad perfectum illum dilectionis gradum, ſi legem implere poſſemus, quomodo lex tale pondus eſſet, quod vires noſtras ſuperaret? Dicit inſuper, nos noſtræ inſufficientiæ admoneri, quæ admonitio nihil aliud eſt, quam legis accuſatio, ut patet ex illis, quæ ſequuntur apud Bernhardum. Proinde quod additur, Deum mandando impoſſibilia non facere homines prævaricatores, accipiendum hoc ſenſu, quod inſufficientia illa noſtra ac virium noſtrarum ἀδυναμία manifeſtetur quidem in lege, interim tamen illud fieri non aliquo legis vitio ſed noſtro, perinde ut apoſtolus diſſerit Rom. VII. 12. *Lex quidem ſancta & mandatum ſanctum & juſtum & bonum.* v 13. *quod ergo bonum, mihi factum eſt mors? abſit, ſed peccatum, ut adpareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem, ut fiat ſupra modum peccans peccatum.* Attendat Bellarminus illis, quæ immediate cohærent verbis ex Bernhardo citatis: *Deus mandando impoſſibilia non praevaricatores homines fecit, ſed humiles, ut* omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus coram Deo, *quia* ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro coram illo. *Accipientes quippe mand tum, & ſentientes defectum clamabimus in cœlum, & miſerebitur noſtri Deus, & ſciemus in illa die, quia non ex operibus juſtitiae, quae fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſalvos nos fecit.* 4.) Sed enim animadvertit Bellarminus, ſe in concedendo nimis liberalem fuiſſe, ideo aliud quærit ſubterfugium. *Illud ex toto corde* (ait) *non ſignificat omnes actus cordis vel omnem intentionem poſſibilem, ita ut imperetur, ut nihil corde agamus, niſi Deum diligere, idque ſumma vehementia amoris, ſed ſolum ut amemus Deum amore praecipuo, nihilque illi in amore vel anteponamus, vel aequemus, ac proinde ſolum in hoc praecepto contineatur id, quod faciendum eſt, non finis, ob quem faciendum eſt;* ex qua interpretatione colligit, adverſari quidem huic præcepto omnia peccata mortalia, non autem adverſari illi amorem honeſtum amicorum, licet non referatur actu in Deum, non peccata venialia, non motus involuntarios concupiſcentiæ, etſi rerum alioquin graviſſimarum, utpote infidelitatis, blaſphemiæ, &c. præceptum hoc perfecte in hac vita ſervari poſſe. Quod commentum repetit lib. I. de amiſſ. grat. & ſtatu peccati cap. 12. *Toto corde,* ſcribens, *integre quidem & perfecte, ut nihil amori Dei praeponatur, ſed non ſemper continuo actu in hac vita, hoc enim hic non requiritur, ſed tantum indicatur de perfectione futurae vitae.* Deſumtum autem eſt ex Thomæ 2. 2. q. 24. art. 8. *Caritatis perfectio intelligitur vel ex parte diligibilis, & ſic nullius creaturae charitas perfecta, quia Deus in tantum diligibilis, in quantum bonus, bonus autem eſt infinite; vel ex parte diligentis, quando diligit, quantum poteſt, quod fieri poteſt tripliciter: a) ut totum cor hominis actualiter feratur in Deum, haec eſt perfectio charitatis in patria; b) ut homo ſtudium ſuum deputet ad vacandum Deo & rebus divinis, praetermiſſis aliis, nimirum, quantum neceſſitas praeſentis vitae requirit, haec perfectio in via (in hac vita) poſſibilis; c) ut quis habitualiter totum cor ſuum ponat in Deo, ita ſcilicet, ut nihil cogitet vel velit, quod divinae dilectioni ſit contrarium, haec perfectio communis eſt omnibus habentibus charitatem.* Reſp. Non ſolum Deo in amore nihil æquandum vel anteponendum, ſed etiam omnia diligenda, propter ipſum & juxta voluntatem ejus diligenda ſunt; pravæ concupiſcentiæ, licet ad eas nondum accedat conſenſus vel delectatio, nihilominus repugnant dilectioni Dei, quia repugnant præcepto: *Non concupiſces;* omnium autem præceptorum ſumma eſt charitas, ubicunque igitur in corde oriuntur pravi motus, ibi nondum ex toto corde diligitur Deus. Negari certe nequit, in

in decalogo propoſitam eſſe formam ac normam illius dilectionis, quam homo in ſtatu innocentiæ Deo præſtitiſſet, illa ſane talis fuiſſet, ut in omnibus animæ viribus ac potentiis puriſſima dilectionis flamma luxiſſet, nec ullo unquam tempore vel exſtincta vel incendiis pravorum adfectuum obfuſcata fuiſſet, hanc rectitudinem in Adamo toti humano generi conceſſam Deus adhuc jure a nobis requirit. Quæ Bellarminus pro confirmatione interpretationis ſuæ adfert, facilem habent explicationem. a) *Totum interdum ſumitur pro magna parte. Ergo & hoc loco.* Reſp. Ex puris particularibus procedit collectio. Demonſtrandum erat, ſynecdochicam illam *totius* ſignificationem etiam hic habere locum; contrarium oſtendit res ipſa, non magnam virium noſtrarum partem, ſed omnes omnino animæ vires ac potentias a Deo donatas habemus. Ergo non ex magna tantum virium parte, ſed ex omnibus ac totis viribus perfectiſſime eum diligamus. b) *Quaedam ſcripturae dicta oſtendunt, praeceptum hoc eſſe facile.* c) *Promiſit Deus, ſe facturum, ut tempore nov. teſt. diligatur in toto corde.* d) *Multi hoc mandatum impleverunt.* e) *Patres dicunt, nihil impoſſibile a Deo nobis mandatum eſſe.* Reſp. Horum omnium explicatio ſequetur ſuo loco. Ceterum an motus primi concupiſcentiæ, quibus nondum accedit conſenſus, ſint peccata contra legem Dei, quod argumentum noſtrum adſerit, Bellarminus vero lib. V. de ſtatu peccati c. 10. acriter negat, de eo ſuperius latiſſime egimus.

3. Confeſſio omnium ſanctorum contrarium teſtatur.

§. CLXXXIV. III.) *Tertiam* argumentorum claſſem petimus ex confeſſione omnium ſanctorum, qui ſe coram Deo peccatores eſſe, contra vero a perfecta legis impletione procul adhuc abeſſe conqueſti ſunt. Exod. XXXIV. 7. *Coram Deo nemo innocens*, 1 Reg. VIII. 46. *Non eſt homo, qui non peccet* (*), Job. IX. 2. *Vere novi, quod non juſtificabit ſe homo coram Deo.* v. 3. *Si velit cum eo contendere, non reſpondebit ei ad unum ex mille.* Hinc in vulgata verſione v. 28. ſubjungitur. *Verebar omnia opera mea, ſciens, quod non parcis delinquenti.* Job. XV. 15. *Ecce inter ſanctos ejus nemo integer, & cæli non ſunt mundi in conſpectu ejus:* v. 16. *quanto magis abominabilis ac putridus homo, qui bibit velut aquam iniquitatem.* Pſalm. XIX. 13. *Delicta quis intelligit? ab occultis munda me.* Pſalm. XXXII. 6. *Pro remiſſione peccatorum orandum eſt omnibus ſanctis.* Pſalm. CXXX. 3. *Si iniquitates obſervaveris, Domine, quis ſuſtinebit?* Pſalm. CXLIII. 2. *Ne intres in judicium cum ſervo tuo, quia coram te non juſtificabitur omnis vivens.* Prov. XX. 9. *Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato?* Eſa. LXIV. 6. *Omnes noſtrae juſtitiae ſunt inſtar panni menſtruatae.* Dan. IX. 5. *Peccavimus & inique egimus.* v. 7. *Tibi, Domine, juſtitia, nobis autem confuſio faciei.* v. 18. *Non in juſtitiis noſtris proſternimus deprecationes noſtras in conſpectu tuo, ſed in miſerationibus tuis multis.* Rom. VII. 14. *Ego carnalis ſum, venundatus ſub peccato.* v. 18. *Scio, quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum, nam velle adjacet mihi; perficere autem bonum non invenio.* v. 23. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae & captivantem me in lege peccati, quae eſt in membris meis.* 1 Cor. IV. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non ſum juſtificatus.* 1 Joh. I. 8. *Si dixerimus, nos non habere peccatum, mendaces ſumus.* Jac. III. 2. *In multis offendimus omnes.* Naſcitur hinc varia argumentorum ſeges. Ubi peccatum, ibi ἀνομία: ubi

(*) Ad hunc locum excipit Smalcius contra diſp. XII. Frantzii de cauſis peccatorum, non *loqui Salomonem de impingentibus per imbecillitatem & ignorantiam, licet peccati lege non ſint captivati; at de talibus, qui quidem peccarunt antea, ſed poſt ſunt a peccato ceſſare, & deinceps perfecte ſervire Deo.* Reſp. Oſtendit contextus, Salomonem loqui de talibus peccatis, quæ ſunt graviſſima, propter quæ Deus iratus ejiciat Iſraëlitas ſuos in terram hoſtium & longinquam valde, ibique tamdiu adfligat, donec his caſtigationibus commoti ad ipſum redeant per veram pœnitentiam. GERHARDUS.

Reſp. Utrumque dictum Jacobi generale eſt: *in multis offendimus omnes*, & *qui in uno offendit, reus factus eſt omnium.* Phariſaicum eſt, dicere quidem mandata eſſe minima, quorum transgreſſione non peccetur contra legem, ut oſtendit Chriſtus Matth. V. 19. Idem, qui dixit: *Non mœchaberis*, dixit etiam: *Non concupiſces*, ergo non ſolum qui mœchatur, ſed etiam qui concupiſcit, contra legem agit, & reus peccati coram Deo efficitur. Bellarminus cap. XI. præcedente abſurdiſſimum eſſe judicat, ſi ſtatuatur, hominem juſtum, ſtatim atque unum aliquod peccatum veniale commiſit, eſſe vere ac perfecte legis prævaricatorem, & per hoc reum omnium cœleſtium mandatorum; quod homini non excidiſſet, ſi aliam juſtitiam, quam quæ ex lege eſt, videlicet eam, quæ eſt ex fide, agnoſceret, ſi ſplendentem Moſis faciem remoto velamine intueretur, qua de re plura ſuo loco.

4. Scriptura per legem nos juſtificari negat.

§. CLXXXV. IV.) *Quartam* argumentorum claſſem petimus ex illis ſcripturæ dictis, quæ teſtantur per legem, & ex lege non poſſe homines coram Deo juſtificari & ſalvari. Quicunque perfectam & integram obedientiam legi præſtare poteſt, is poteſt etiam per legem juſtificari & ſalvari. At nullus homo per legem juſtificari & ſalvari poteſt. Ergo, nullus homo perfectam & integram obedientiam legi præſtare poteſt. *Propoſitio* eſt immotæ veritatis. Lev. XVIII. 5. *Cuſtodite leges meas, quae faciens homo vivet in eis.* Ezech. XX. 11. *Dedi eis praecepta mea & judicia mea oſtendi eis, quae faciens homo, vivit in eis.* Luc. X. 28. *Fac hoc & vives.* Rom. VII. 10. *Mandatum erat ad vitam.* Gal. III. 12. *Qui fecerit ea, vivet in eis.* *Aſſumtio* non minus certa Gal. III. 11. *In lege neminem juſtificari coram Deo, δῆλον manifeſtum eſt.* Rom. III. 20. *Ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro coram Deo.* Si ex lege poſſemus coram Deo juſtificari, opera legis non excluderentur a juſtificationis actu; atqui manifeſte excluduntur, Rom. III. 28. *Arbitramur hominem juſtificari per fidem abſque operibus.* Gal. III. 10. *Quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledictione ſunt.* Hac de re in articulo juſtificationis plura, ubi eadem opera Bellarminianas exceptiones, diſtinctione inter opera legis *ceremonialis* & *moralis*, inter opera *liberi arbitrii* & *gratiae*, inter opera, quæ fidem *praecedunt* & *ſequuntur*, inter juſtificationem *primam* & *ſecundam* nitentes, excutiemus. Photiniani diſtinguunt inter opera legis *moralis Moſaicae* & inter opera legis, *prout a Chriſto completior facta in nov. teſt.* Sed hæc hypotheſis falſa eſt. Hoc loco illud examinandum, quod Bellarminus lib. IV. de juſtif. ſcribit, *apoſtolum* Gal. III. 11. *non ſignificare eos maledictos eſſe, qui legem implendo juſtificari quaerunt, ſed eos, qui ſuis viribus ſine fide & gratia legem implere, & juſtificari ſe poſſe credunt.* Reſp. pſeudo-apoſtoli illi, contra quos Paulus eo in loco diſputat, non excludebant fidem a juſtificatione, ſed opera legis ei conjungebant, ut adparet ex Act. XV. 5. *Surrexerunt quidam de haereſi Phariſaeorum πεπιστευκότες, qui crediderant.* Niſi fuiſſent in eorum numero, qui Chriſto nomen ſuum dederant, certe non tantum moleſtiæ ac negotii apoſtolo falſa ſua doctrina exhibuiſſent. Contra eos demonſtrat apoſtolus, ex fide, non ex operibus legis eſſe juſtificationem, argumento uſus inter reliqua etiam iſto, quod a maledictione legis petitum eſt. Lex Dei maledictum pronunciat omnem omnino hominem, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea. Jam vero nemo hominum permanet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut ea faciat. Ergo, omnes homines ſunt ſub maledictione legis. Finge cum Bellarmino, argumentum apoſtoli de ea tantum legis impletione, quæ fit noſtris viribus ſine fide & gratia, concludere, & alienum erit a ſcopo, quem ſibi præfixum habebant pſeudoapoſtoli, alienum erit a mente Galatarum, qui fidem Chriſti nondum abjecerant, nec abjicere inſtituerant.

§. CLXXXVI. V.) *Quintam* argumentorum claſſem petimus ex illis ſcripturæ locis, quæ teſtantur,

5. Filius Dei eo fine in mundum venit,

ri loco t le-

tur, Filium Dei, eo fine in hunc
mundum eſſe miſſum, ut noſtri
loco perfectam legi obedientiam
præſtaret, quæ per fidem nobis
aretur, quave coram Deo conſiſtere poſ-
. Si homo perfecte poſſet legi ſatisface-
on opus ei eſſet Chriſti merito. At hoc
um; ergo & illud. *Connexionis* veritas
: ex pronunciato apoſtolico Gal. II. 21. *Si*
em eſt juſtitia, ergo gratis δωρεὰν ſine
Chriſtus mortuus. Si perfecte legem im-
ıc per eam juſtificari poſſemus, quid opus
hriſto tot labores, tot moleſtias, tot an-
exhiberi? Referenda huc omnia ſcriptu-
ta, quæ de fine incarnationis ac fructu
ıis dominicæ, itemque de *formali* cauſa
juſtificationis loquuntur, quæ ſuum habe-
ıferius locum. Hac vice expendemus ſe-
a. Act. XIII. 38. *Per Chriſtum annuncia-*
bis remiſſio peccatorum, & ab omnibus il-
ibus non potuiſtis in lege Moſis juſtificari.
VIII. 3. *Quod impoſſibile erat legi, in quo*
abatur per carnem, id Deus præſtitit Fi-
uum mittens in ſimilitudine carnis peccati,
cato damnavit peccatum in carne, v. 4.
ificatio τὸ δικαίωμα legis impleretur in
Matth. V. 17. *Non veni ſolvere legem,*
plere. Excipiunt, Chriſtum nobis pro-
ſſe gratiam Dei & Spiritum ſanctum, ut
implere poſſemus. *Reſp.* Sane Chriſtus
non tantum ſuam donat juſtitiam, ſed &
m ſanctum, qui legem Dei ſcribit in cor-
noſtris, facit nos zelotas bonorum ope-
flectit corda noſtra ad ſpontaneam obe-
m præſtandam &c. interim tamen obedi-
lla nondum eſt numeris omnibus in hac
rfecta & abſoluta, ſiquidem *primitias tan-*
piritus accipimus, Rom. VIII. 23. *manet*
carnis & Spiritus, Gal. V. 17. *renovatio*
de die in diem, 2 Cor. IV. 16. *indigemus*
iana peccatorum remiſſione, Matth. VI. 12.
ıæc qualiſcunque *inchoata* renatorum obe-
ı non eſt talis quædam perfecta legis im-
qua coram Dei judicio conſiſtere & vi-
ternam mereri poſſint, ſed gratia Dei &
Chriſti non in prima tantum reconcilia-
nus V.

tione, ſed etiam toto vitæ curſu
ad juſtificationem indigent. Ex-
cipit Bellarminus lib. IV. de juſti-
ficat. cap. 14. *Chriſtum eſſe ſem-*

Exceptio Bellarmini.

per noſtrum mediatorem, quamvis ipſimet legem
impleamus, tum quia ſemper vires & gratiam
nobis ſubminiſtrat, per quam bona opera facia-
mus, tum quia peccata noſtra, quamvis levia
& quotidiana, ipſe purgat, ac converſos in
gratiam iterum recipit. Reſp. Peccata illa no-
ſtra, quibus legem Dei quotidie tranſgredimur,
non ſunt ex ſe & ſua natura levia, ſiquidem di-
cuntur ab ipſo Chriſto ὀφειλήματα, debita quæ-
dam Matth. VI. 12. Sed remoto gratiæ um-
braculo nos reos æternæ damnationis facerent,
ideo ſacerdotali illa Chriſti ad dextram Patris in-
terceſſione, quæ nititur dignitate meriti a ſe
præſtiti, quotidie indigemus. Rom. V. 2. Non
ſolum *fide juſtificati pacem habemus ad Deum*
per Chriſtum; ſed etiam *per eundem habemus*
acceſſum fide in gratiam iſtam, in qua ſtamus.
Eph. III. 12. *In Chriſto habemus fiduciam &*
acceſſum in confidentia per fidem ejus. Hebr. IV.
15. *Habemus pontificem tentatum per omnia*
juxta ſimilitudinem abſque peccato. v. 16. *Ad-*
eamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut
miſericordiam conſequamur, & gratiam inve-
niamus ad auxilium opportunum. 1 Joh. II. 1.
Si quis peccaverit, advocatum habemus apud
Patrem Jeſum Chriſtum juſtum. v. 2. *& ipſe*
eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Quamvis
igitur magnum ſit Chriſti beneficium quotidiana
illa noſtri per Spiritum renovatio, tamen ab al-
tero illo regenerationis beneficio accurate diſtin-
guendum eſt, nec gloria juſtificationis tribuen-
da eſt *inchoatae* noſtræ obedientiæ: quamvis enim
oriatur ex novis illis viribus a Chriſto mediatore
per Spiritum ſanctum in nos collatis, tamen cum
infirmetur per carnem, nec adſequatur perfectio-
nem a lege præſcriptam, ideo nec pro perfecta legis
impletione, nec pro perfecta coram Deo ſubſiſtente
juſtitia venditari poteſt. Quod Bellarminus ad-
dit, *per noſtram ſententiam Chriſtum conſtitui*
otioſum mediatorem, quaſi tam inſigni obedien-
tia non potuerit hoc efficere, ut juſtificatio legis
in nobis impleretur, id facilem habet explicatio-

nem;

nem; omnino enim juſtificatio, τὸ δικαίωμα legis, in nobis beneficio Chriſti mediatoris impletur, quod qui negare vellet, apertis tibiis apoſtolo Rom. VIII. 4. id adſerenti contradiceret, impletur autem non *inhaeſione*, ſed *imputatione*, non *operibus*, ſed *fide*; impletur in hac vita *inchoative*, in futura *conſummative*. Viderit autem Bellarminus, ne a ſuæ fidei hominibus Chriſtus otioſus mediator conſtituatur, quibus peccatum in carne renatorum adhuc hærens videtur non eſſe proprii generis peccatum, quibus infirmitates quotidianæ videntur peccata ex ſe & ſua natura levia, quibus præter Chriſti meritum tot ſunt adverſus peccata illa remedia, utpote aquæ luſtralis adſperſio, epiſcopalis, ſacerdotalis ac monialis benedictio, pectoris tunſio, preculatum horariarum ſine mente & ſono recitatio &c.

6. Propria renatorum experientia perfectæ legis impletioni refragatur.

§. CLXXXVII. VI.) *Sextam* argumentorum claſſem petimus ex propria renatorum *experientia*. Quis in dilectione Dei ſeſe ſatis fervidum eſſe ſentit? quis in timore Dei quandoque remiſſum ſe ipſum fieri non ſentit? quis tali ac tanta patientia adflictiones ſuſtinet, qualem ac quantam lex Dei exigit? quis in precibus ſemper eſt attentus & adſiduus? cui non obrepunt dubitationes de exauditione? quis impiorum felicitatem oculo ſemper irretorto & abſque tacito cordis murmure adſpicit? quis omnibus officii ſui partibus quotidie ſatisfacit? quis proximum non verbis tantum, ſed & animo & opere; non ſimulate, ſed vere; non frigide, ſed ardenter; non ad tempus, ſed conſtanter; non perfunctorie, ſed intime; non tantum benefacientem, ſed & perſequentem ſemper diligit? quis non aliquando pravis titillatur concupiſcentiis? At hæc omnia non præter, ſed contra legem fiunt, non ſunt res mediæ, ſed vere & ſua natura peccata, non ſunt naturæ inſtitutæ effectus, ſed deſtitutæ defectus & corruptæ carnis noſtræ fructus (*).

7. Allegoriæ id ipſum docent.

§. CLXXXVIII. VII.) Referri huc poſſunt allegoriæ, quæ legis divinæ jugum humeris noſtris importabile eſſe oſtendunt. Quamvis enim allegoriæ non præbeant firma & apodictica argumenta, plurimum tamen ornant ac delectant ſubſtratis prius ex literali ſcripturæ ſenſu firmis ac immotis fundamentis. Sic *graves Moſis manus* Exod. XVII. 12. ſignificant legem eſſe *jugum oneris*, Eſa. IX. 4. *radians Moſis facies* Exod. XXXIV. 29. notat, nos non poſſe εἰς αὐτὴν ἀτενίσαι & ſplendorem legis ferre, 2 Cor. III. 13. *gravis ac difficilis Moſis lingua* Exod. IV. 10. convincit nos, quod ipſius præceptis perfecte obedire non poſſimus. *Lapideae decalogi*

(*) Rom. III. 10. & 12. *Non eſt juſtus, non eſt qui faciat bonum.* Ergo nemo perfecte implet legem. Excipit Pererius diſp. VI. in c. 3. Rom. *Sententias illas non ad omne genus hominum ſimpliciter referenda eſſe, ſed ad omnes homines impii & iniqui populi, apud quos vere dicatur, quod non ſit juſtus quiſpiam, nec faciat bonum.* Sed refragatur *ſcopus* apoſtoli, cui propoſitum eſt omnes omnino homines peccati reos agere v. 9. *Cauſati ſumus, Judæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe.* Item, *ut ſubditus fiat totus mundus Deo.* Repugnat etiam ſcopus pſalmi XIV. ex quo hæc deſumta. In eo enim omnes homines, quaſi coram Dei judicio conſtituti, peccatorum rei aguntur, non aliqui, ſed omnes omnino, ideo utilitatem illam tripliciter effert Spiritus S. 1.) per expreſſam *adfirmativam* omnes, quæ notatur in hebræo ה demonſtrativo, quaſi digito notatur, ſermonem eſſe de iis, de quibus apoſtolus in præcedentibus egerat, id eſt, de filiis hominum ex patre & matre natis. 2.) Per particulam *combinantem* יחדו omnes *ſimul* ſeu *pariter*, ita, ut nemo excipiatur. 3.) Per *negationem*, quæ nullum prorſus excludit, *ne unus quidem*. Cum hac ſententia congruit univerſa ſcriptura prophetica & apoſtolica. *Non eſt homo, qui non peccet* 2 Paral. VI. 36. Eccleſ. VII. 21. 1 Reg. VIII. 46. *innocens apud Deum non eſt innocens* Exod. XXXIV. 7. *non eſt juſtus qui faciat bonum & non peccet* Eccleſ. VII. 21. *juſtus in die ſepties cadit*, Prov. XXIV. 16. *nemo poteſt dicere, mundum eſt cor meum*, Prov. XX. 9. Unde Chryſoſtomus in comm. Pſalm. XIV. ex his verbis colligit, etiam b. Mariam peccato originali fuiſſe obnoxiam. GERHARDUS.

ulae Exod. XXIV. 12. conterunt cor no-
non ſanant. Num. XIX. ſummus ſacer-
ui ligna accenderat, & alter, qui cine-
vacca ruffa collegerat, erant immundi
ıd veſperam: ſic in hac vita uſque ad ejus
m ſumus immundi in omnibus noſtris
ıs. Ut in promiſſam terram non Moſes,
a Iſraëlitas introduxit; ita cœleſtis Joſua
s per evangelii doctrinam, non autem
per legem ad vitam æternam nos ducit.
ıs præfat. in libros veteris teſtamenti tom.
ı. latin. Jenenſ. p. 67. *Lex habet tria diſcipu-*
genera, primi ſunt, qui legem audiunt,
contemnunt eam, & turpem abſque omni
gunt vitam, ad hos lex non pervenit. Il-
vituli cultores in Exod. horum figuram
, ad quos Moſes non perferebat legem,
motus ira legum tabulas frangebat. Se-
unt, qui tentant ſuis viribus praeſtare le-
e gratia Dei, horum figuram hi gerunt,
riam in vultu Moſis ferre non poterant,
nuo referret leges, atque ad hos quidem
it lex, verum ipſi non poſſunt eam ferre:
nt igitur eum velamine & hypocriticam
ſimulatione externorum operum legis a-
verum lex etiam illa ipſa opera judicat
ccata, ubi velamen amotum fuerit, con-
enim nos, quod noſtrae vires nihil ſint,
tum Chriſti gratia nobis opus ſit. Ter-
ı ſunt, qui in Moſis faciem ſine velamine
: defigere oculos, hoc eſt, qui vere intelli-
gem, & vident, quam ſit impoſſibile hu-
viribus eam praeſtare, atque hic quidem
ſerit illa vis peccati & potentia mortis,
ſt illa haſta Goliath immenſae magnitudi-
ujus cuſpis ſexcentos aeris ſiclos pendet.
nt igitur eum omnes Iſraëlitae praeter uni-
Davidem, hoc eſt, Chriſtum noſtrum Do-
i, qui nos ab omnibus illis monſtris libe-
niſi enim gloriam vultus Moſis Chriſtus
e gloria obſcuraret, nemo illum legis ful-
, hoc eſt, peccati ac mortis terrores per-
poſſet. Hi igitur omnia opera, omnem
mtionem de ſuis viribus abjiciunt, neque
legis uſum norunt, quam ut per eam
a ſua agnoſcant & miſere deſiderent
Chriſtum &c. Huc refert Lutherus in verbis paulo præcedentibus, quod tres apoſtoli in monte Thabor Moſen quidem & Eliam videbant, non tamen metuebant eos, erat enim in Chriſti vultu gloria, quæ omnem metum animis adimebat. Chemnitius c. LI. harm. fol. 288. hanc texit allegoriam: *In vet. teſt. tam terribilis erat promulgatio legis, ut populus non poſſet in montem adſcendere, ſed clamabat:* Vocem illam non poſſumus audire. *Sed quando Chriſtus mediator explicat legem, addens ſuam impletionem; ſive quando evangelium utitur miniſterio legis, addens ei ſuam ἐπιείκειαν, tunc turbae in ipſum montem, ubi Chriſtus legem explicat, adſcendunt & de efficacia doctrinae ejus mirantur,* Matth. VII. 28. Hujus loci etiam eſt parabola Chriſti Luc. X. in qua totum genus humanum adumbratur in homine illo, qui Hieroſolyma Jericho verſus iter faciens in latrones incidit, rebuſque ſuis omnibus exutus ac ſpoliatus, inſuper lethaliter vulneratur, &c. ſacerdos & levita prætereunt, nihil opis miſero huic homini conferentes, qua in re lex Dei, cujus illi miniſtri erant, ſignificata eſt, quæ cernit quidem hominis cladem & miſeriam, nempe peccatum & mortem, ſed non juvat nec relevat homines. Matth. XVIII. ſervus quidam in conſpectum Dei producitur, qui decem millia talentorum ei debet, ſervus hoc debitum inficiari non audet, nec tamen ſolvendo eſſe poteſt, æterno igitur carcere damnari meretur: ejuſmodi debiti ſummam omnes homines Deo debent, omnia decalogi præcepta multis modis transgreſſi, nec poſſunt ſuis viribus hoc debitum perſolvere, igitur a lege accuſantur & damnantur. Eodem etiam pertinet parabola drachmæ perditæ & ovis amiſſæ, Luc. XV.

Dicta veterum.

§. CLXXXIX. Huic ſententiæ toties ſuum præbent veteres adſenſum, quoties concupiſcentiam in carne renatorum adhuc hærentem peccatum eſſe adſerunt, quoties noſtra juſtitia coram Deo nos ſubſiſtere poſſe negant. Peculiariter huc referenda dicta, in quibus legem in hac vita impleri poſſe diſerte negant. Juſtinus martyr in

dial.

dial. cum Tryph. pag. 252. *Nam genus humanum omne maledictioni obnoxium eſſe invenietur juxta legem Moſis.* Maledictus *enim* quilibet *dictus eſt*, qui non permanet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea, *nemo certe exacte omnia praeſtitit.* Irenæus lib. III. cap. 20. p. 211. *Veniens lex, quae data eſt per Moſen, regnum quidem mortis abſtulit, latronem & non regem eum detegens, & homicidam eum oſtendit, oneravit autem hominem, qui habebat peccatum in ſe, reum mortis oſtendens eum, ſpiritualis enim cum lex eſſet, manifeſtavit tantummodo peccatum, non interemit.* Origenes in cap. III. ad Rom. *Quis recte ſuper caſtitate ſua gloriabitur, cum ſcriptum legat, quia* ſi quis adſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo? *Quis ſuper juſtitia ſua gloriabitur, cum audiat prophetam dicentem: quia* omnis juſtitia noſtra ſicut pannus menſtruatæ? *ſola igitur noſtra gloriatio eſt in fide crucis Chriſti, quae excludit omnem gloriationem, quae deſcendit ex operibus legis.* Idem homil. X. in Num. non longe a princ. *Requirendum eſt, quomodo & ſancti dicantur aliqui, & de peccatis eorum ſcribatur. Non enim, ut putant quidam, ſtatim ut quis ſanctus eſſe cœperit, peccare jam non poteſt, & continuo ſine peccato putandus eſt. Si enim ſanctus non peccaret, non utique ſcriptum eſſet:* Sumetis peccata ſanctorum. Num. XVIII. 1. *Si ſanctus ſine peccato eſſet, non diceret Dominus per Ezechielem prophetam ad angelos, quos mittebat peccatores punire, & a ſanctis meis incipietis* Ezech. IX. 6. *Si enim ſancti ſine peccato ſunt, quomodo ipſi primi ſuccumbunt in ſuppliciis peccatorum? Si ſancti ſine peccato eſſent, nunquam diceret ſcriptura, quia juſtus in principio ſermonis eſt accuſator ſui.* Prov. XVIII. 17. Cyprianus in expoſ. orat. dom. *Ne quis ſibi innocens placeat, & , ſe extollendo plus, pereat, inſtruitur & docetur, ſe peccare quotidie, quotidie pro peccatis jubetur orare.* Lactantius lib. VI. cap. 11. *Nemo eſſe ſine delicto poteſt, quamdiu indumento carnis oneratus eſt, cujus infirmitas triplici modo ſubjacet dominio peccati, factis, dictis, cogitationibus.* Auguſtinus epiſt. LXXXIX. *Omnibus neceſſaria eſt oratio dominica, quam etiam ipſis arietibus gregis, id eſt, apoſtolis ſuis Dominus dedit, & unusquisque Deo dicat:* Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *Cui enim haec in oratione verba neceſſaria non fuerint, ipſe hic ſine peccato vivere pronunciandus eſt, quales ſi aliquos futuros Dominus praevideret, meliores utique quam exſtiterunt ejus apoſtoli, aliam orationem illos doceret, qua non peterent dimitti ſibi peccata, quibus in baptiſmo fuerant jam omnia dimiſſa.* Macarius hom. XXXVIII. oſtendit, *eos, qui a gratia divina illuminantur, diriguntur, pacifici ac boni redduntur* ἐξ ἀληθείας, *ſe ipſos reputare graviores peccatores omnibus hominibus.* Ambroſius in cap. II. Rom. *Non hi juſti ſunt, qui audiunt legem, ſed qui credunt in Chriſtum, quem lex promiſit, & hoc eſt facere legem, omnis autem non faciens legem, qui non credit legi, dum non recipit, cui lex teſtimonium perhibet, omnis ſalus in lege de Chriſto eſt, hic ergo ſervat legem, qui credit in Chriſtum, ſi autem non credit, tranſgreſſor eſt legis, quia non recipit Chriſtum, quem lex ad juſtificationem venturum cecinit, quam ipſa dare non potuit.* In cap. IV. Rom. *Quomodo Iudaei per opera legis juſtificari ſe putant juſtificatione Abrahae, cum videant Abrahamum non ex operibus legis, ſed ſola fide juſtificatum?* In cap. III. Galat. *Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus. Hoc ſcriptum eſt in deuteronomio, quia ſi quid legis praeteriiſſet aliquis, maledictus haberetur, & tanta mandata ſunt, ut impoſſibile ſit ſervare ea. Unde & Petrus in actis apoſtolorum ait: Quid imponitis jugum fratribus, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus?* Idem loc. cit. *Quoniam nemo poterat legem implere, rei erant omnes maledicto legis, ut vindicaret in eos. Chriſtus autem homo natus eſt, oblatus pro nobis, redemit nos a diabolo.* Iſidorus Peluſiota lib. I. epiſt. C. pag. 26. *Dic ad Novatiani ſupercilii diſcipulum: Quid tanquam purus ſtolide gloriaris? quid te ipſum peccati expertem ſimulas? quid naturae ſocietatem inficiaris? Eſaias immundum ſe eſſe praedicat. David omnem hominem mendacem*

eſſe agnoſcit, atque omnes in peccatis con- & in lucem editos fuiſſe. Atque etiam ipſe homines mirum in modum & ſedulo itati addictos eſſe, ac ſolo miſericordiae oleo e-ait. Et tu puritatis faſtum arroganter ? Hieronymus in cap. II. Galat. *Quod au- lege nullus juſtificetur apud Deum, &c. emo eam ſervat, ideo dictum eſt, quod le juſtificandi eſſent credentes.* In cap. V. ſuper locum: Evacuati eſtis a Chriſto, que per legem juſtificamini. *Si in lege ſpem , & juſtificari vos poſſe creditis, inſir- hriſti gratiam judicatis, & quod jam onſecuti eſtis, tanquam non habentes pro- iltis laboribus adipiſci.* Idem in cap. XI. *In lege multa praecepta ſunt, quae Apo- on poſſe compleri pleniſſime docet.* In com- ap. II. Galat. *Congregandum in hoc loco, in lege praecepta ſint, quae explere nul- at.* Lib. I. contra Jovin. fol. 13. *Poſt di- data lex, quam implere nullus potuit.* rdus Claraevallenſis ſerm. LXXV. ſuper . 789. *Opus habent & ſancti pro pecca- are, ut de miſericordia ſalvi fiant, pro- uſtitiae non fidentes.* Auguſtinus lib. I. cap. 19. *Omnia mandata Dei fa- putantur, quando quidquid non fit, tur.* Bellarminus hunc unicum ex pa- ro ſententia noſtra adducit locum, cui let lib. IV. de juſtific. c. 14. *Auguſti- qui de ſumma perfectione implendi legem, m non perveniamus in hac vita.* Id ipſum dicimus, non enim negamus inchoari le- ectionem, ſed in ſummo perfectionis gra- lvi negamus, quia peccatorum remiſſione nus. Bellarminus regerit, *per poenitentiam ri praevaricationis veniam, & hac ra- andata deputari impleta.* At illa pecca- remiſſio non contingit per opera legis, tras ſatisfactiones, ſed ex fide in Chri- ex evangelio, &c. ut ſuo loco plenius mus. Idem Auguſtinus epiſt. XXIX. ad . *Charitas eſt virtus, qua id, quod dili- eſt, diligitur, haec in aliis major, in nor, in aliis nulla eſt. Pleniſſima enim, m non poteſt augeri, quamdiu vivit hic homo, eſt in nemine, quamdiu autem augeri poteſt, profecto illud, quod minus eſt, quam eſſe debet, ex vitio eſt, ex quo vitio non juſtifi- cabitur in conſpectu tuo omnis vivens, propter quod vitium, ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos fallimus.* De actis cum Fe- lice Manichaeo, lib. II. cap. 11. *Data eſt enim lex ſuperbis hominibus & viribus ſuis totum tri- buentibus, ut cum implere non poſſent legem datam, praevaricatores invenirentur & facti rei ſub lege peterent miſericordiam a Deo condi- tore.* Idem q. CV. in Exod. *Quia lex a quovis perficiente non omni ex parte completur, propi- tiatorium deſuper eſt. Ad hoc enim opus eſt, ut Deus nobis ſit propitius, & ideo deſuper po- nitur, quia ſuperexaltat miſericordia judicio.* Idem de Spiritu & lit. cap. 5. *Illud praeceptum* (de diligendo Deo ſuper omnia) *poteſt fieri co- ram hominibus, non coram Deo, qui cordis et- iam ipſius & intimae voluntatis eſt inſpector.* De tempore ſerm. XLIX. *Hoc ergo dicit legem im- plere, hoc eſt, non concupiſcere. Quis ergo hoc, qui vivit, poteſt? adjuvat nos pſalmus, qui modo cantatus eſt:* Exaudi me Domine in tua juſtitia, *hoc eſt, non in mea.* Sedulius in cap. VII. Rom. *Lex ſpiritualis eſt, quia ſpiritualia mandat, ardua praecepit opera Spiritus, pro- hibens peccata, & ideo non poteſt impleri.* In cap. X. Rom. *Perfectionem legis habet, qui in Chriſtum credit. Cum enim nullus juſtificare- tur ex lege, quia nemo implebat legem, niſi qui ſperabat in promiſſionem Chriſti, fides poſita eſt, quae crederet, pro perfectione Legis, ut in omnibus praetermiſſis fides ſatisfaceret pro tota lege.* Carolus Magnus lib. I. de imagin. cap. 15. *Deus jugum legis homini imponit, homo ferre non valet.* Vide etiam cap. praecedens XIV. Chry- ſoſtomus in cap. III. Gal. ſuper locum, juſtus ex fide vivet. *Hoc enim non ſolum oſtendit, ex fide juſtificationem eſſe, verum etiam fieri non poſſe, ut per legem contingat ſalus. Poſteaquam,* in- quit, *legem nemo ſervavit, ſed omnes ob trans- greſſionem erant obnoxii maledicto, excogitata eſt facilior quaedam via per fidem. Quod idem maximum argumentum eſt, ex lege neminem poſ- ſe juſtitiam adipiſci, non enim dixit propheta:*

Juſtus

Juſtus *ex lege* vivet, *ſed* ex fide, *lex autem non eſt ex fide.* Idem in c. II. Galat. *Lex jubet omnia fieri, quae in ipſa ſcripta ſunt, ac non facientem punit. Omnes igitur illi mortui ſumus, eo quod nullus eam impleverit.* Primaſius in c. III. Gal. ſuper locum, Quid igitur lex &c. *Propter transgreſſionem*, inquit, *non propter juſtificationem. Haec audientes conticeſcant, qui delirant, quod lex quemquam ad regnum cœlorum tranſmiſerit.* Theophylactus in cap. III. Gal. ſuper locum: Quod vero per legem nullus juſtificetur, &c. *Demonſtrato, quod lex maledictos faciat, fides autem benedicat, oſtendit jam nunc, quod fides ſola juſtificet.* Et poſtea: *Apud homines juſti forſan videri queant legi detenti, quales Phariſaei juſtificantes ſe ipſos coram hominibus. Quia igitur lex ob difficultatem operum non juſtificabat, ſed maledictioni potius ſubjugabat, venit gratia, facilem viam oſtendens, fidem videlicet, per quam juſtificati benedicimur.* Nilus in gnomis: *Quanto plus in lege profeceris, tanto plus ad perfectionem tibi deeſſe intelliges.* Bernhardus ſerm. II. in vig. nat. col. 37. *Propterea mandata ſua mandavit cuſtodiri a nobis, ut videntes imperfectionem noſtram deficere & non poſſe implere, quod debet, confugiamus ad miſericordiam, & dicamus, quoniam melior miſericordia tua ſuper vitas.* Idem ſerm. L. in Cant. col. 642. *Caritas, quae in lege jubetur, minime in vita iſta ab aliquo hominum poteſt vel potuit adimpleri. Quis enim ſibi arrogare audeat, quod ſe Paulus ipſe fatetur non comprehendiſſe? Nec latuit praeceptorem praecepti, pondus hominum excedere vires, &c.* Serm. LXXIII. ſuper Cant. *Si iniquitates obſervaverit etiam electorum, quis ſuſtinebit? Opus itaque habent & ſancti pro peccatis orare, ut de miſericordia ſalvi fiant, propriae juſtitiae non fidentes, omnes enim peccaverunt & egent miſericordia Dei.* Idem ſerm. L. in Cant. *Eſt caritas in actu, eſt & in adfectu. Et de illa quidem, quae operis eſt, puto datam eſſe legem hominibus mandatumque formatum, nam in adfectu quis ita habet, ut mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum, iſta in praemium datur, cujus initium profectumque vitam quoque praeſentem experiri divina poſſe gratia non negamus, ſed plenam conſummationem defendimus futurae felicitati. Quo ergo jubenda fuit, quae implenda nullo modo erat? aut ſi placet tibi de adfectuali caritate datum fuiſſe mandatum, non inde contendo, dummodo acquieſcas & tu mihi, quod minime in vita iſta ab aliquo hominum poſſit vel potuerit adimpleri.* Radulphus lib. XX. cap. 1. in Levit. *Quis eſt, qui omnia, quae praecepit Dominus, faciat? non ejus beatitudinis ſumus, nec ejus meriti, ut univerſis illis obtemperemus, non eſt enim homo ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet, nec juſtificabitur in conſpectu ejus omnis vivens.* Ipſe Lombardus lib. III. ſent. diſt. 27. lit. E. *Dilectionis Dei modus inſinuatur, cum dicitur:* Ex toto corde, *id eſt, ex toto intellectu*, ex tota anima, *id eſt, ex tota voluntate*, ex tota mente, *id eſt, memoria, ut omnes cogitationes & omnem vitam & omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea, quae confers illi. Haec dicens nullam vitae noſtrae partem reliquit, quae vacare debeat, ſed quicquid venerit in animum, illuc rapiatur, quo dilectionis impetus currit.* lit. F. *Illud autem praeceptum non penitus impletur ab homine in hac mortali vita, ſed ex parte non ex toto, quia ex parte diligimus, ſicut ex parte cognoſcimus, in futuro autem implebitur ex toto.* lit. G. *Sed cur praecipitur homini iſta perfectio, cum in hac vita eam nemo habeat? quia non recte curritur, ſi quo currendum eſt, neſciatur, &c.* Ecce habes, cur illud praeceptum eſt, quod hic penitus impleri non poteſt.

Pontificiorum ſententia de perfecta legis impletione.

§. CXC. Pontificii auctoritatem concilii Tridentini ſecuti ſtatuunt, legem Dei in hac vita omnino impleri poſſe, præſertim a renatis. Sic enim habet concilium Trident. ſeſſ. VI. can. 18. *Si quis dixerit, Dei praecepta homini etiam juſtificato & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſervandum impoſſibilia, anathema ſit.* Bellarminus lib II. de monach. c. 13. *Si lex non poſſet impleri, ſequeretur, hominem nunquam peccare, non enim peccat, qui non facit, quod non poteſt, & Deus eſſet omnino tyranno iniquior & crudelior, quippe qui tributum peteret, quod nemo ſolve-*

lvere poſſet, & hoc peteret a ſuis amicis. Ibid.
'atrum conſenſus eſt, nihil impoſſibile nobis a
)eo mandatum eſſe. lib. IV. de juſtific. cap. 10.
.egem Dei juſtis hominibus abſolute eſſe poſſibi-
m, fatentur omnes catholici, (Romanenſes)
on quidem per ſolas vires liberi arbitrii, ut
ıeretici nos dicere calumniantur; ſed per au-
ilium gratiae Dei & ſpiritum fidei & charita-
s in ipſa juſtificatione nobis infuſum. cap. 13.
'oteſt homo plus facere, quam Deus praecepit,
itur multo magis poteſt implere praeceptum
)ei. lib. III. de Rom. pontifice cap. 23. antith. 6.
'on timemus adſerere, poſſe hominem per gra-
am Dei juſtificatum ejusdem gratiae adjutorio
& legem implere, & ea impletione vitam aeter-
ım promereri. Corn. Janſenius, ſcriptor alio-
ıin modeſtus & eruditus, cap. 81. concord. evang.
ntentiam noſtram de impoſſibilitate legem im-
endi vocat *blaſphemam doctrinam, & impiam*
Deum blaſphemiam. Petrus à Soto in me-
ıodo confeſſ. ann. 1564. Dilingæ edita p. 77.
Ideo ſunt divina mandata dulcia, adeo ſuavia,
axime amanti & naturae humanae quaſi co-
nata & congenita, ut difficilius multo ſit ea
ansgredi, quam obſervare. Quanto difficilius
dulteria, homicidia, furta & ſimilia admit-
ıntur, quam abſtineatur ab eis? Iſidorus, re-
rente Socrate lib. IV. cap. 18. per annos 40.
'ccatum vel in animo ſenſiſſe vel cupiditati, vel
ıe conſenſiſſe ultro dejeravit. Cenſ. Col. f. 49.
natos in hac vita poſſe ſuis operibus legis per-
ctionem conſequi, f. 194. *legi plene & abunde*
a nobis ſatisfieri, ſi quemadmodum in nobis eſt,
praeſtiterimus. Petr. Binsfeldius in lib. recept. con-
cluſion. ſect. IV. p. 880. *Juſtus cum auxilio ſpeci-*
ali & adjutorio Dei poteſt diu imo usque ad fi-
nem vitae cavere omnia peccata mortalia, & im-
plere omnem legem obligantem ſub culpa mortali.
Petrus Cudſemius in viv. ſpecul. loc. XI. p. 105.
legem Dei & mandata Chriſti non modo eſſe fa-
ctu non impoſſibilia, ſed volentibus & Deum di-
ligentibus usque adeo poſſibilia, ut ſint ipſis ſua-
via & facilia, levia non gravia. Quinimo non
ſolum perfecte impleri legem a renatis poſſe con-
fidenter adſerunt, ſed etiam ſupererogationis
opera (quæ rectius dicerentur opera ſuperarro-
gationis) ab iisdem præſtari poſſe diſputant. So-
tus in adſert. cathol. de lege p. 59. *Non tantum*
homo in hac vita legem implere poteſt, ſed etiam
plura, majora & ſanctiora opera, quaeque lex
praeſcribit, praeſtare. Supererogamus enim non-
nihil his, ad quae ex neceſſitate tenemur. Bel-
larminus lib. IV. de juſtific. cap. 13. *Poteſt ho-*
mo plus facere, quam Deus praecipiat, igitur
multo magis poteſt implere praeceptum. Tilem.
Smebingus de ſeptem ſacram. p. 304. *Quot ſan-*
ctorum millia fuiſſe putamus, qui non ſolum prae-
cepta Chriſti adimpleverunt, verum etiam con-
ſilia evangelica obſervarunt, & multa ſupere-
rogarunt, qui horribilia ſuſtinuerunt tormenta,
multo plus ſatisfacientes, quam debuerant pro
peccatis ſuis. (*) Ceterum ne Bellarminus con-
queratur, ſuæ fidei hominibus per calumniam
tribui,

(*) A Pontificiis non prorſus abludunt *Photiniani* & *Arminiani.* Petr. Bertius in præfat. tractatus Arminiani de vero & genuino ſenſu cap. VII. ad Rom. *Priſca eccleſia quaeſtionem de impoſſibilitate præſtandi legem inter capitales non cenſuit, quod vel ex Auguſtino patet, qui optat, ut Pelagius agnoſcat, poſſe eam præſtari per gratiam Chriſti, & pacem fore edicit. Ipſi apoſtoli Chriſti in eo quidem occupati fuerunt, ut homines extra gratiam conſtitutos convincerent de impotentia præſtandi obedientiam; at de regenitorum imperfectione & impotentia vix verba ab iis facta invenias, quinimo contra illis crucifixionem carnis & concupiſcentiarum, mortificationem operum carnis, reſurrectionem in novam vitam, ambulationem ſecundum ſpiritum tribuunt, aperteque proteſtari non verentur, ipſos per fidem vincere mundum.* Jo. Sommerus Photinianus & Crellius in tract. de juſtificat. quærit: *Hominis bona opera non poſſe ſiſti judicio Dei ſecundum legem propoſitam judicantis,* (nam ipſi Deo ſe nemo comparare poteſt) *quæ ſcriptura unquam dixit?* Socinus part. I. de Chriſto ſervat. cap. 4. vocat *hyperbolicam noſtrorum hominum proportionem, cum ſcribunt, juſtitiam noſtram perpetuo a perfectione Chriſti non minus quam cœlum a terra diſtare.* Smalcius in refut. theſium Franzii contra diſput. VI. de bonis operib. f. 176. duplicem ſtatuit perfectionem; aliam *abſolutiſſimam,* quando quis nunquam vel ſemel quidem peccat: alteram *comparatam,* quando quis in nullius peccati habitu hæſit, ac de priori dicit, *etiamſi difficillimum ſit propter carnis infirmitatem, ut homo ad eam re ipſa perveniat, non eſſe tamen prorſus impoſſibile.* Et poſtea: *Voluit Deus, ut homi-*

tribui, quod per ſolas liberi arbitrii vires legis impletionem poſſibilem eſſe ſtatuant, proponimus ipſi diſputationes ſcholaſticorum. Biel. in II. ſent. diſt. 28. q. un. art. 3. *Homo per liberum arbitrium ex ſuis naturalibus poteſt divina praecepta, quoad actus ſubſtantiam, implere, ſed non ad intentionem praecipientis, quae eſt conſecutio ſalutis aeternae.* Idem I. ſent. diſt. q. 2. art. 3. *Poteſt viator ex puris naturalibus Deum diligere, quia omni dictamini rectae rationis voluntas ſe poteſt ex ſuis naturalibus conformare, ſed poteſt ratio oſtendere, quod hujusmodi objectum diligendum.* Hoc ipſum repetit III. ſent. diſt. 27. q. 11. art. 3. ubi ſecundum opinionem Scoti, Occami & Petri de Alliaco, hanc formet propoſitionem: *Viatoris voluntas humana ex ſuis naturalibus poteſt Deum diligere ſuper omnia.* Nicolaus de Orbellis II. ſent. diſt. 28. q. 2. *Mandata Dei non ſunt ſupra hominem, quia omni volenti ſe diſponere Deus dat gratiam gratum facientem, per quam ille poteſt adimplere, non tantum quantum ad genus operis, ſed etiam quantum ad intentionem praecipientis.* Nec improbari illud quibusdam Pontificiis oſtendit Johan. Cochlæus in XVIII. art. confeſſ. Auguſt. *Qui hominem propriis naturae viribus praecepta Dei quoad ſubſtantiam actus facere poſſe negant, videntur hominis naturam (opus utique bonum & imaginem Dei) nimis deprimere, atque a naturali bonitate ſua, quam a Deo habet, & qua ratio ad optima deprecatur, ut ait Ariſtoteles in ethicis, dejicere, & ipſum Deum optimum maximum ſumma bonitate clementiaque & miſericordia privare, dum imputant ei, quod impoſuerit homini praecepta factu impoſſibilia. Sciunt namque omnes, quod tyrannicum ſit potius, quam regium, ſubditis impoſſibiles conſtituere leges, & onera imponere ipſis importabilia.*

Argumenta adverſariorum. 1. Matth. XI. jugum meum ſuave.

§. CXCI. Videamus Bellarmini aliorumque argumenta, quorum prima claſſis petita ex divinis literis (*) I.) Matth. XI. 30. dicit Chriſtus, *jugum meum ſuave, & onus meum leve eſt.* Ergo mandata

homines ex hoc ipſo agnoſcerent ipſius ſummam clementiam & æquitatem, quod qui perfectiſſimam ab eis jure exigere poterat obedientiam; tali tamen contentus ſit, quæ vires humanas non ſuperet. Arminius in reſp. ad XXXI. artic. opp. p. 143. *Non repugno iſti ſententiæ Auguſtini, qua ſtatuit, hominem ſine peccato eſſe poſſe in hac vita.* reſp. ad IX. quæſt. opp. p. 150. *Præſtatio legis ſecundum mentem poſtulantis eſt æſtimanda, qui cum aut rigide velit in ſummo perfectionis gradu illam obſervari aut ſecundum ἐπιείκειαν tantum, reſpondebitur bifariam ad quæſtionem, an fideles ſub gratia nov. teſt. poſſint in hac vita legem Dei perfecte ſervare? nempe non poſſe hominem talem legem Dei perfecte præſtare, ſi conſideretur ut præſtanda juxta rigorem. Si vero poſtulet ſecundum ἐπιείκειαν, & vires collatæ ſint proportionatæ poſtulato, quod dicendum eſt, cum evangelico fœdere poſtulet, reſpondendum eſt, poſſe perfecte præſtari.* Idem in artic. perpend. de regenerat. §. IV. opp. p. 785. *Qui dicit regenitos poſſe per Chriſti gratiam legem perfecte præſtare in hac vita, ille non Pelagianus eſt, neque gratiæ Dei facit injuriam, neque juſtificationem ex operibus ſtabilit.* Vorſtius in apol. exeg. pag. 111. *Obedientia in lege Dei requiſita ſecundum quid & per accidens nobis eſt impoſſibilis, nempe quatenus extra gratiam Dei tum juſtificantem tum regenerantem adhuc verſamur, & quamdiu ita, prout jam corrupti ſumus, in nobis ipſis ſpectamur. Interea verum manet, Deum nihil omnino præcipere, quod non per illam integram ipſius Dei voluntatem catenus ſaltim præſtare poſſimus, ut Deus ipſe gratioſe in hac obedientia tandem adquieſcat.* p. 112. *Deus in nobis efficit, ut nimirum ſponte nobis deſimus, præcepta ipſius, per hanc ejusdem gratiam præſtare & poſſimus & velimus, adeoque re ipſa præſtemus, ita ſaltem, ut Deus in hac præſtatione clementer acquieſcat.* Venator in declar. pag. 174. *Non credo Deum jure poſſe ab hominibus exigere, quod a nativitate ipſa præſtare non potuerint, atque ad hoc præſtandum vires dare non velle, & quod tamen propterea velit eos condemnare, quod bonum impoſſibile non præſtiterint, & peccatum inevitabile non omiſerint.* GERHARDUS.

(*) ADAM. CONZENUS, Jeſuita, in *comment.* ad *cap. X. epiſt. ad Rom.* urget locum *Deuter.* XXX. *11. mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt* &c. Reſp. Tum ex loci contextu, tum ex Rom. X. 5. 6. 7. 8. & 9. ſatis perſpicuum, Moſen ibi non loqui de *lege*, ſed de *evangelio*, Deut. XXX. hoc verbum dicitur non eſſe occultum, nec remotum, quod propter peccata expulſi pœnitere & ita pœnitentes reduci in patriam

ei non ſolum ſunt poſſibilia, ſed etiam fa-
Reſp. 1) *Lex eſt jugum, quod portare*
poteſt. Act. XV. 10. 2) Dictum igitur
accipiendum de *jugo crucis*, non autem
o legis, quod ex collatione aliorum ſcri-
locorum & ex circumſtantiis hujus ipſius
olligere pronum eſt. Quemadmodum
Matth. XVI. 24. Chriſtus dicit: *Qui vult*
ui, tollat crucem ſuam; ita hoc loco pro-
ad ſe venientibus requiem & refocillatio-
ed carni crucis jugum imponit, ne requiem
romiſſam de carnis deliciis ac voluptatibus
etemur. Jugum pro ſervitute & diſcipli-
riori in ſcripturis accipi uſitatiſſimum eſt,
igitur crux a Chriſto nobis impoſita jugum
s, quia carnem coërcet, regit atque intra
continet. Jugum Chriſti dicitur, quia
o bona voluntate ſua illud imponit, & quia
exemplo illud portamus, qui in corpore
gum crucis ſanctificavit. Dicitur onus
v leve, quia Deus *non ſinit nos tentari*
ires, 1. Cor. X. 13. unde apoſtolus vo-
παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, 2. Cor.
. quæ verba ex hoc Chriſti dicto videntur
nta: jugum dicitur χρηςὸν *commodum &*
quia Spiritus ſua gratia & conſolatione
adeſt in cruce, ut eam non ſolum patien-
amus, ſed & *in paſſionibus gaudeamus*,
14. 3) Si vel maxime intelligatur jugum
e *doctrina Chriſti*, nihil ex eo ſententiæ
decedit. Doctrina Chriſti eſt jugum ſua-
nus leve, *tum* reſpectu ad legem habito,
jugum oneris, Eſa. IX. 4. *& jugum im-*
ile, Act. XV. 10. cui Chriſtus noſtri loco
jecit, & a maledictione ejus nos liberavit:
tione interioris renovationis per Spiritum
n, qua lex Dei in corde ſcribitur, ut ſpon-
obedientiam ei præſtemus. Chriſtus ju-
gum legis, hoc eſt, maledictionem & rigorem ejus a credentibus ſuſtulit, ſed ne illa liberatio a jugo oneris legalis ita accipiatur, quaſi liberum ſit pro libidine carnis impoſterum quidvis agere, ideo mentionem facit ſui jugi, quod eſt nova obedientia renatorum, qua exuitur vetus homo, contra vero novus induitur. Hoc ſuum jugum Chriſtus vocat *ſuave & leve*, quia credentes ambulant in operibus bonis non juxta rigorem legalem, ut vel perfecta legis obedientia mereantur ſalutem, vel, ſi quid deſit, damnentur; ſed juxta ἐπιείκειαν evangelicam, hoc eſt, perfectam legis impletionem fide in Chriſto amplectuntur, & per Spiritum renovari delectantur lege Dei ſecundum interiorem hominem; quæ obedientia licet rigori legis non omni ex parte ſatisfaciat, tamen placet Deo, quia ex fide & a dilectis filiis proficiſcitur, ac ſi quid vel imperfecte vel minus fit, propter Chriſtum ipſis condonatur.

§. CXCII. II) *Mandata Dei gravia non ſunt*, 1. Joh. V. 3. Ergo *multo minus impoſſibilia.* Reſp. Diverſo reſpectu mandata *Dei* ſunt *gravia & non gravia.* *Gravia* ſunt, imo importabilia, reſpectu perfectæ impletionis juxta rigorem legis a nobis præſtandæ, qua ratione lex dicitur *jugum oneris*, Eſa. IX. 4. *Levia* autem ſunt 1.) reſpectu *imputationis*, ſiquidem perfecta illa obedientia, quam Chriſtus legi præſtitit, per fidem credentibus imputatur, quam imputationem non eſſe excludendam, patet ex 1 Joh. III. 23. *Hoc eſt mandatum ejus, ut credamus in nomine Filii ejus Jeſu Chriſti, & diligamus invicem*, & 1 Joh. V. 3. poſtquam dixerat apoſtolus, mandata Dei non eſſe gravia, αἰτιολογικῶς, v. 4. ſubjungit, quoniam *omne, quod natum eſt ex Deo, vincit mundum,*

2. Mandata Dei gravia non ſunt, 1 Joh. V.

&

iam & recipi in gratiam debeant. Rom. X.
ua ex fide eſt juſtitia ſic dicitur. *Prope eſt verbum,*
iquit apoſtolus vers. 8, 9. *in ore tuo & in corde*
uo, hoc eſt, verbum fidei, quod prædicamus. Ob-
cit porro CONZENUS locum *Marc. IX. 23.*
redenti omnia poſſibilia. Reſp. Non agitur ibi
e mandatis divinis, ſed de miraculoſa ſanatio-
e cujuſdam obſeſſi, quem ſanari non poſſe exi-

ſtimabant diſcipuli, quibus Chriſtus reſpondet: *Credenti*, me a patre veniſſe, & a patre habere talem omnimodam poteſtatem operandi quasvis ſanationes, *omnia*, videlicet, quæ divinis nituntur promiſſionibus, ſunt *poſſibilia.* Sed ſi vel maxime de lege exponatur, tamen non aliter omnia poſſunt credentes, niſi in Chriſto, qui ipſis factus eſt juſtitia. 1. Cor. I. 30. GERHARDUS.

us V.

& haec eſt victoria, quae vincit mundum, fides noſtra. v. 5. *Quis eſt, qui vincit mundum, niſi qui credit, quoniam Jeſus eſt Chriſtus?* 2) reſpectu *inchoationis*, quia Spiritus ſanctus renatos interius renovat, veram & ſeriam Dei dilectionem in illis accendit, per quam libero ſpiritu, non gravatim, nec coacte mandatis Dei obediunt, *haec eſt charitas Dei*, (inquit apoſtolus) *ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt.* Hoc reſpectu *delectantur renati lege Dei*, Rom. VII. 22. *ſunt zelotae bonorum operum*, Tit. II. 14. nimirum juxta interiorem hominem; interim tamen *vident aliam legem in membris repugnantem legi mentis ſuae*, ideo obedientiam ſuam non poſſunt in judicium Dei adferre tanquam perfectam legis impletionem, ſed defectus, infirmitates ac ſordes propter Chriſtum ſibi remitti petunt. Auguſtinus lib. III. ad Bonif. cap. 7. *Gratia Dei tribuit in hac vita ſtudium praecepta ſervandi, & eadem, ſi quid in illis praeceptis minus ſervatur, ignoſcit.* In hac peccatorum remiſſione paratum habent pii remedium, per quam, quicquid non fit, ignoſcitur, & hoc potiſſimum reſpectu mandata eis gravia non ſunt. Regerit Bellarminus lib. III. de juſtif. c. 11. *Illa non-imputatio aut tollit obligationem legis, ita, ut praevaricator non incurrat reatum, aut tollit reatum ex praevaricatione ortum. Si tollit obligationem, facit, ut lex non ſit lex, & jugum non ſit jugum. Si permittit contrahi reatum, & contractum poſtea ſolvit, tunc non facit jugum eſſe ſuave, & onus leve, imo oſtendit, jugum eſſe duriſſimum & onus graviſſimum, quippe quod portari non poteſt. Certe ſi boves ſub jugo ad ſingulos paſſus caderent, etiamſi aratoris induſtria continuo reſurgerent, non tamen propterea eorum jugum diceretur ſuave, & onus leve.* Reſp. Renati non a maledictione ſolum, ſed & rigore legis per Chriſtum ſunt liberati, *non amplius ſunt ſub lege, ſed ſub gratia*, Rom. VI. 14. *nec tamen lex deſtruitur per fidem*, Rom. III. 31. *ſed potius ſtabilitur*, qua de re ſic habendum. Quamvis renatorum obedientia non adſequatur perfectionem in lege præſcriptam, tamen maledictionis ſuæ fulmen in eos actu non vibrat, ſiquidem per fidem ſunt in Chriſto, jam vero *nihil condemnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Jeſu* Rom. VIII. 1. Interim legi ipſi ex eo nihil decedit, quo minus poſſet ad perfectiſſimam obedientiam etiam renatos obligare, & maledictioni eos ſubjicere, niſi eſſent renati, hoc eſt, niſi per fidem in Chriſto perfectam illam, quam legi præſtitit, obedientiam adprehenderent, *ac per legem Spiritus vitae in Chriſto a lege peccati & mortis liberati eſſent*, Rom. VIII. 1 & 2. Quia vero ſunt in Chriſto, & quia ducuntur a Spiritu ſancto, ideo ipſis mandata Dei non ſunt gravia, quæ alias in ſe reſpectu carnis per peccatum corruptæ ſunt graviſſima, imo importabilia.

3. Renati diligunt Deum & proximum; Ergo implent legem.

§. CXCIII. III) Per dilectionem implentur Dei mandata, Joh. XIV. 23. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit.* Rom. XIII. 8. *Qui proximum diligit, legem implevit.* Gal. V. 14. *Omnis lex in uno ſermone impletur, Diliges proximum ſicut te ipſum.* Atqui renati diligunt Deum & proximum; ergo implent legem. *Reſp.* Non qualiscunque & quantulacunque dilectio ſatisfacit legi, ſed talis ac tanta, quæ normæ legis exactiſſime congruit, nec ulla unquam laborat imperfectione, aut prava quadam concupiſcentia vitiatur. Chriſtus naturam veræ ac ſeriæ dilectionis deſcribit, quod ſermonem Dei, per quem non ſola lex, ſed & evangelium intelliguntur, audiat, memori corde reponat, ac mandatis Dei obedire ſtudeat. Paulus charitatem tanquam legis ſummam & ἀνακεφαλαίωσιν nobis commendat, quam potiſſimum nobis deceat eſſe commendatam. Regerit Bellarminus, 1) non negari a ſe, dilectionem in hac vita imperfectam eſſe, cum poſſit creſcere, & major ſit futura in patria, id vero omnino negandum eſſe, quod in hac vita non poſſit eſſe tam perfecta, ut præcepto adimplendo ſufficiat, nam non poſſemus eſſe Chriſti diſcipuli & amici, niſi hoc præceptum dilectionis adimpleremus. *Reſp.* ex loco Auguſtini ſuperius adducto: *Quamdiu caritas augeri poteſt, profecto illud, quod minus eſt, quam eſſe debet, ex vitio eſt, ex quo vitio non juſtificabitur coram Deo omnis vivens, propter quod vitium* ſi dixerimus, quia

ia peccatum non habemus, nos ipſos fallimus. ſtra dilectio non efficit nos Chriſti diſcipulos amicos, 1 Joh. IV. 10. *In hoc eſt caritas, non od nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe exit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem peccatis noſtris.* Nunquam certe diligimus um, niſi prius a Deo diligamur, qui per Spium ſanctum veram ſui dilectionem in cordibus ſtris operatur, quæ nos Chriſti diſcipulos & icos eſſe demonſtrat, quæ vere placet Deo, imvis ſit imperfecta & multis nævis contamia. Joh. XIII. 35. *In hoc cognoſcent omnes, od diſcipuli mei ſitis, ſi dilectionem habueritis icem.* 1 Joh. IV. 19. *Nos diligamus Deum, oniam Deus prior dilexit nos.* 2.) Deut. X. 6. prædicitur futurum, ut in novo teſtanto Deus diligatur *toto corde & tota anima.* ſp. Ambiguitatem iſtius phraſeos ex toto corpaulo poſt explicatam dabimus.

Homines lam dicuur perfecti.

§. CXCIV. IV) *Scriptura docet, homines eſſe perfectos in hac vita, utique ergo perfecte diligunt & legem implent, quia caritas eſt vinculum perfectionis.* Gen. VI. 9. *it erat vir juſtus & perfectus:* Gen. XVII. 1. it Deus ad Abrahamum: *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Matth. V. 48. *Eſtote perfecti, ut Pater veſter, qui in cælis eſt, perfectus eſt.* Matth. XIX. 21. *Si vis perfectus eſſe, abi, vende, &c.* Phil. III. 15. *quotquot perfecti ſumus, hoc ſentiamus.* 1 Joh. IV. 12. *Si diligamus alii alios, Deus in nobis habitat, & caritas ejus perfecta eſt in nobis.* Reſp. Petitum eſt hoc argumentum ex ſchola Pelagii, cui ſolide reſpondetur ab Auguſtino in libro de perfectione juſtitiæ contra Cœleſtinum. (*) Summa reſponſionis huc redit: 1) *Quaedam* eſſe mandata exigentia perfectionem, ſed non quæritur, utrum præceptum ſit, ſed hoc ipſum, quod præceptum eſſe conſtat, utrum in corpore mortis hujus impleri poſſit, ubi caro adverſus ſpiritum concupiſcit? *Quaedam* teſtimonia ipſum finem, quo currendo tendatur, commemorare, non enim recte curritur, ſi quo currendum ſit, neſciatur, & tamen finis ille in hac vita, antequam conſummetur curſus, non adprehenditur. *Quaedam* teſtimonia loqui de beneficiis ſpiritualibus inchoatis, *quaedam* de conſummatis, quæ erunt tantum in vita æterna. 2) Renati ideo dicuntur perfecti, quia quicquid adhæret imperfectionis & ſordium, tegitur oratione: *Dimitte nobis debita noſtra.* 3) Perfectus, integer, immaculatus, &c. ſignificat phraſi ſcripturæ eum, qui habet bonam conſcientiam,

*) Lib. de perfect. juſtit. docet Auguſtinus, *poſſe hominem dici juſtum, qui perfectioni juſtitiæ plurimum acceſſit, ut ei proximus fieret.* lib. II. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 13. *Sunt ergo in terra juſti, ſunt magni, fortes, prudentes, continentes, patientes, pii, miſericordes, temporalia mala omnia propter juſtitiam æquo animo tolerantes. Sed ſi verum eſt, imo quia verum eſt,* ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus: *&* non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens, *non ſunt ſine peccato, nec quisquam eorum tam arroganter inſanit, ut non ſibi pro ſuis qualibuscunque peccatis dominica oratione opus eſſe arbitretur.* cap. XVI. *Huic* (Paulum dicit) *tanto viro perficiendo neceſſarium fuit, ut ab illo angelus ſatanæ non auferretur, a quo propterea colaphizabatur, ne magnitudine revelationum extolleretur, & audet quisquam quenquam vel putare vel dicere poſitum ſub onere hujus vitæ ab omni omnino mundum eſſe peccato, ſint licet homines tanta excellentes juſtitia, ut ad eos de columna nubis loquatur Deus.* cap. XV. *Cum dicitur cujusque perfectio, qua in re dicatur, vivendum eſt.* Et poſt: *Poteſt fieri, ut jam ſit aliquis ſapientiæ perfectus auditor, cujus nondum ſit perfectus & doctor: poteſt perfectus eſſe juſtitiæ cognitor, nondum perfectus effector: poteſt perfectus eſſe, ut diligat inimicos, qui nondum eſt perfectus, ut ſufferat; & qui perfectus eſt in eo, quod omnes homines diligit, quippe qui etiam ad inimicorum dilectionem pervenerit: quæritur, utrum jam ſit in ipſa quoque dilectione perfectus, id eſt, utrum, quos diligit, tantum diligat, quemadmodum illa incommutabilis regula veritatis diligendos eſſe præſcripſit. Cum ergo legitur in ſcripturis cujusque perfectio, qua in re dicatur, non negligenter intuendum eſt, quoniam non ideo quisque prorſus ſine peccato eſſe intelligitur, quia in aliqua re dicitur eſſe perfectus, quanquam & in hoc poſſit ita dici, ut non, quia jam non eſt, quo proficiat, ſed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur.* GERHARDUS.

hoc eſt, qui caret criminibus damnabilibus, & ipſa peccata venialia non negligit quotidiana oratione mundare. Hos fontes veræ ſolutionis monſtrat Auguſtinus, quos merito opponimus Pontificiis, cum non vereantur Pelagianorum argumenta jam olim exploſa poſtliminio in eccleſiæ proſcenium adducere. Ceterum ut res ſit evidentior, proponimus hanc diſtinctionem. Perfectio alia eſt *abſoluta*, quam poſſumus vocare perfectionem graduum: alia vero *reſpectiva* & conditionata, quam docendi gratia vocabimus perfectionem partium. Abſoluta perfectio eſt, quæ ſummum illum obedientiæ gradum, quem lex requirit, integre præſtat. Talis perfectio fuit in Adamo ante lapſum, talis etiam in Chriſto, qui integram ac numeris & gradibus omnibus abſolutam obedientiam legi præſtitit. In renatis talis perfectio non eſt, niſi tantum imputatione, quatenus perfecta illa Chriſti obedientia per fidem ipſis imputatur. Col. I. 28. *Ut praeſiemus omnem hominem perfectum in Chriſto.* Col. II. 10. *In eo eſtis conſummati* πεπληρωμένοι. Hebr. X. 14. *Una oblatione conſummavit* τετελείωκεν *in ſempiternum ſanctificandos.* Perfectio conditionata eſt ſincera illa renatorum ſecundum totum legem obedientia in hac vita inchoata, in æterna tandem vita conſummanda; ſive eſt ſerium ac ſincerum ſtudium obediendi Deo ſecundum omnia ejus præcepta, etſi aliquid deſit reſpectu graduum. Hanc perfectionem renatis tribui non diffitemur, de qua recte uſurpatur illud veterum: *Perfectionis pars eſt imperfectionem agnoſcere.* Phil. III. 12. *Non quod jam adprehenderim, aut perfectus ſim, ſequor autem, ſi comprehendam, in quo & comprehenſus ſum a Chriſto Jeſu.* v. 13. *Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe, &c.* Dicitur autem hæc obedientia renatorum perfecta, a) ratione omnium mandatorum, ſiquidem omnibus & ſingulis Dei mandatis obedire ſtudent renati, quamvis obedientia ſit inchoata. Pſal. CXIX. 6. *Tunc pudore non adficiar, cum reſpexero ad omnia praecepta tua.* b) Ratione ſinceritatis, qua vero & non ſimulato adfectu, ſerio & non hypocritico ſtudio renati Deo obediunt, ac pravis motibus reſiſtunt. Pſal. CXIX. 34. *Toto corde exquiſivi mandata tua.* c) Ratione probabilis & ſanctæ converſationis, quam ducunt ſine querela ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης, ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, Phil. II. 15. Sic Noa dicitur vir juſtus & perfectus *in generationibus ſuis*, Gen. VI. 9. d) Ratione infirmorum, qui nondum pervenerunt ad illum cognitionis & obedientiæ gradum. Eph. IV. 13. *Donec occurramus in unitatem fidei, &c. in virum perfectum*, v. 14. *ut jam non ſimus pueri.* Hebr. V. 13. *Qui lactis particeps, parvulus eſt*, v. 14. *perfectorum autem eſt ſolidus cibus.* Abſoluta autem perfectio tum *cognitionis*, tum *obedientiae*, diſertis verbis denegatur renatis in hac vita. 1 Cor. XIII. 10. Phil. III. 12. Auguſtinus lib. I. de grat. Chriſti contra Pelag. c. 49. ex Ambroſio: *Perfectos ſecum multos, ait apoſtolus, in hoc adhuc mundo ſitos, qui ſi ad perfectionem veram reſpicias, perfecti eſſe non poterunt, quia ipſe dixit:* Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem a facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. *Ita & immaculati ſunt in hoc mundo, & immaculati erunt in regno Dei, cum utique ſi minuitius excutias, immaculatus eſſe nemo poſſit, quia nemo ſine peccato eſt.* (*)

§. CXCV.

(*) Chryſoſtomus homil. XXIII. in Geneſ. *Perfectus* (Noa) *in generatione ſua, in tempore illo, in generatione illa perverſa, quæ adeo in malum declinavit, quod neque veſtigium veritatis præ ſe ferre voluit.* Habacuc querens, impium abſorbere juſtum, ait *juſtiorem ſe ipſo abſorbere* צדק ממנו cap. I. 13. ubi *juſtum* non ut ſimpliciter juſtum laudat, ſed quatenus cum improbo comparatur. Ambroſius lib. de Noe & arca cap. XI tom. IV. p 152. *Perpenſe addidit, in generatione iſta, ut neque ſuperiores condemnaret, neque poſteriores* (fideles) *excluderet, recteque diluvium factum adſtrueret interim generationis ejus, quæ non haberet conſortium æquitatis.* Deus ipſe exponit, qualem perfectionem intelligat: Deut. XVIII. 13. *Perfectus eris cum Domino Deo tuo*, videlicet ut ipſum ſolum audias, non præſtigiatores. 1 Reg. XI. 4. de *Salomone* dicitur, *quod cor ejus non fuerit perfectum cum Domino*, nimirum quia ivit poſt deos gentilium. Joſ. XXIV. 14. *Servite Domino perfecte & vere, ac abjicite deos alienos.* GERHARDUS.

5. Quidam dicuntur dilexiſſe Deum ex toto corde.

§. CXCV. V.) Scriptura docet, quosdam ſervaſſe mandata, ac præcipue illud de dilectione ex toto corde, & de non concupiſcendo. Pſalm. CXIX. 34. *In toto corde exquiſivi te*, & de eodem dicitur 1 Reg. XIV. 8. *Non fuiſti ſicut ſervus meus David, qui cuſtodivit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens, quod placitum eſſet in conſpectu meo.* Act. XIII. 22. *Inveni David, filium Jeſſe, virum ſecundum cor meum, qui omnes voluntates meas faciet.* 1 Reg. XV. 5. *Eo quod feciſſet David rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab omnibus, quae praeceperat ei cunctis diebus vitae ſuae, excepto ſermone Uriae.* Item de Joſia 2 Reg. XXIII. 25. *Similis non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in toto corde ſuo, in tota anima ſua, & in (tota) univerſa virtute ſua.* Item de Aſa & populo 2 Paral. XV. 12. *In tota voluntate ſua quaeſiverunt Dominum, & invenerunt eum.* Item de Joſua, in cujus libro cap. XI. 15. *Sicut praeceperat Dominus Moſi ſervo ſuo, ita praecepit Moſes Joſuae, & ille univerſa complevit, non praeteriit de univerſis mandatis. Nec unum quidem verbum, quod juſſerat Dominus Moſi.* Nec dubium, quin ſimilia dici poſſint de Abrahamo, de Moſe, de Samuele, de Elia, Eliſæo, Eſaia, Jeremia, aliisque prophetis. In nov. teſt. legimus de Zacharia & uxore, Luc. I. 6. *Erant juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela.* De apoſtolis dicit Dominus Joh. XVII. 6. *Sermonem tuum ſervaverunt.* Eosdem vocat *amicos*, Joh. XV. 14. 15. & tamen ibidem addit, *ſolos amicos eſſe eos, qui praecepta cuſtodiunt.* Apoſtolus vero Paulus Rom. VII. 15. ſeqq. aperte demonſtrat, ſe non peccare, dum invitus concupiſcit, quia non ipſe opus illud facit, ac proinde ſe ſervare legem, quæ, cum jubet: *non concupiſces*, voluntati præcipit, non ſenſui, qui legis non eſt capax. *Reſp.* Audimus denuo Pelagium redivivum, is enim, teſte Auguſtino lib. de nat. & grat. cap. 36. itidem longa ſerie commemorabat eos, qui non modo non peccaſſe, ſed etiam juſte vixiſſe referuntur, Abel, Enoch, Melchiſedech, Abraham, Iſaac, Jacob, Joſeph, Jeſum Navæ, Phineem, Samuelem, Natham, Eliam, Eliſæum &c. reſpondet autem ibidem Auguſtinus: *ſi omnes ſanctos & ſanctas, cum hic viverent, congregare poſſemus & interrogare, utrum eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſponſuros putamus, utrum hoc, quod iſte* (Pelagius) *dicit, aut quod Johannes apoſtolus? Rogo vos; quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſent, una voce clamaſſent:* ſi dixerimus; quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas non eſt in nobis. *An illud humilius reſponderent fortaſſe, quam verius? Sed huic jam placet, & recte placet laudem humilitatis in parte non ponere falſitatis. Itaque hoc ſi verum dicerent, haberent peccatum, quod humiliter faterentur, quia veritas in eis non eſſet.* Reſpondemus igitur in genere. Phraſis illa, *ex toto corde*, duplicem obtinet ſignificationem. *a)* Exprimit perfectam illam obedientiam a lege requiſitam, ut ſummo perfectionis gradu Deum diligamus, eidemque numeris & gradibus omnibus abſolutam obedientiam, nullo pravæ concupiſcentiæ aut ullius alterius peccati nævo maculatam, præſtemus. *b)* Notat ſinceram ac ἀνυπόκριτον obedientiam, qua ratione opponitur hypocriſi & externæ ſimulationi. Scriptura enim hoc modo hypocriſin deſcribit Pſalm. XII. 3. *In corde & corde locuti ſunt.* 1 Paral. XII. 33. *Parati erant ad pugnandum abſque corde & corde.* Hieronymus vertit *non in duplici corde*; id v. 38. exponitur, *expediti erant ad pugnandum corde perfecto.* Quoties igitur renati ex toto corde Deum diligere, & mandata ejus ſervare dicuntur, ſenſus eſt, quod Deum diligant non ſimulate, non hypocritice, ſed vere & ex animo, corde integro & ſincero, interim tamen ſummum perfectionis gradum ſe non adſequi fateantur, quotiescunque peccata ſua fatentur, eorumque remiſſionem fide quærunt; adde, quod ex parte adhuc carnales ſint, unde pravis concupiſcentiæ motibus illa Dei dilectio & mandatorum divinorum obedientia ſæpiſſime contaminatur. Putidum illud ſubterfugium, quod pravæ carnis concupiſcentiæ non ſint peccata, ſuo loco

 plenius

plenius excuſſimus (*). Si apoſtolus concupiſcentiæ malum a ſe plane removet, quomodo conſtare poterit, quod ſub finem capitis inquit: *Idem ego mente quidem ſervio legi Dei, carne vero legi peccati;* quæ verba irrefragabiliter evincunt, ipſum illum apoſtolum, qui Spiritu & mente per Spiritum renovata ſervit legi Dei, carne ſua (quæ certe ipſius propria caro eſt) ſervire legi peccati, ac proinde legem Dei nondum perfecte implere. Pulcre Auguſtinus de perfectione juſt. reſp. 16. *Cum eſt adhuc aliquid carnalis concupiſcentiae, quod vel continendo frenetur, non omni modo ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro ſine anima concupiſcit, quamvis caro concupiſcere dicatur, quia carnaliter anima concupiſcit.* (**) Si concupiſcentiam illam carnis peccatum eſſe apoſtolus negat, cur toties ac verbis tam diſertis peccatum adpellat, cur tam miſerabiliter eo nomine conqueritur, cur ab illa peccati ſervitute ſe liberari tantopere expetit? In ſpecie ad exempla a Bellarmino adducta reſpondemus hoc modo. 1.) David erat vir ſecundum cor Dei, interim tamen *ab occultis ſuis delictis mundari expetit*, pſalm. XIX. 13. *Iniquitates ſuas haudquaquam obſervari petit*, pſalm. CXXX. 2. *& judicium Dei deprecatur*, pſalm. CXLIII. 2. Quinimo ſanctos omnes, ac proinde etiam ſe ipſum peccatorum remiſſione indigere fatetur, pſalm. XXXII. 6. Adde, quod manifeſta addatur exceptio 1 Reg. XV. 5. *Non declinavit ab ullo eorum, quae praeceperat ei Deus cunctis diebus vitae ſuae, praeterquam in ſermone* (negotio) *Uriae.* (***) 2.) Joſias ex toto corde ad Dominum converſus, juxta omnem legem Moſis fecit, nimirum quia flagrantiſſimo pietatis ac religionis zelo accenſus idololatriam abrogavit, & ardentiore cordis adfectu, quam ullus rex alius, verum Dei cultum viciſſim inſtauravit. Pericope illa: *juxta univerſam legem Moſis*, integritatem inſtaurati cultus potiſſimum concernit, quod nihil quicquam eorum prætermiſerit, quæ de abrogatione idololatriæ & inſtauratione veri cultus in lege præſcripta erant, ut ex contextu manifeſtum: interim a perfecta & abſoluta legis impletione Joſiam adhuc abfuiſſe præter generalia dicta oſtendit lapſus ejus, quod Ægyptio regi bellum movens non neceſſarium in eodem occubuerit. 3.) De Aſa res expedita eſt, quamvis enim fecerit, quod rectum in oculis Domini, abrogatione cultuum idololatricorum, quo reſpectu dicitur in tota voluntate quæſiviſſe Dominum, tamen excelſa nondum ſuſtulit, nihilominus propter ſinceram & minime hypocriticam obedientiam

(*) Vid. *tom. IV. loc. X. cap. IX.* §. *CXXIX. p. 368. ſeqq.* & inprimis *tom. V. loc. XI. c. X.* §. *XXXVI. ſeqq. p. 17. ſeq.*

(**) Idem AUGUSTINUS *loc. cit.* ad locum Hiobi: *vias ejus cuſtodivi, & non declinavi a mandatis ejus, neque diſcedam;* qui locus objiciebatur a Pelagianis ad probandam perfectionem juſtitiæ in hac vita, reſpondet ſequentem in modum: *Cuſtodit vias Dei, qui non ſic exorbitat, ut eas relinquat, ſed in eis currendo proficit, & ſi aliquando ut infirmus offendit aut titubat, proficit autem minuendo peccata, donec perveniat, ubi ſine peccato ſit, non enim aliter poteſt eo modo perficere, niſi cuſtodiendo vias ejus. Declinat autem a mandatis Domini, atque diſcedit apoſtata; non ille, qui etiamſi habeat peccatum confligendi, tamen cum eo perſeverantiam non relinquit, donec eo perveniat, ubi nulla cum morte contentio remanebit.* lib. I. retract. cap. 19. *Merito quaeritur, utrum iſta perfectio ſic poſſit intelligi, ut tamen verum ſit, neminem jam utentem voluntatis arbitrio hic vivere ſine peccato? A quo enim usque ad unum apicem lex perfici poteſt, niſi a quo fiunt univerſa divina mandata? Sed in iisdem mandatis eſt etiam quodcunque jubemur dicere:* Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, *quam orationem usque ad finem ſeculi tota dicit eccleſia; omnia ergo mandata facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoſcitur.* GERHARDUS.

(***) Confer 1 Reg. XV. 1, 2, 3. cum 1 Reg. XIV. 21, 22, 23. & adparebit, de conſervatione religionis ab idololatria puræ eſſe ſermonem. Hieronymus de Davide loquens lib. III. contra Pelagianos, diſputansque nullum fuiſſe ſine peccato, *exempli gratia*, inquit, *uno tantum utamur teſtimonio.* Inveni David filium Jeſſe, virum ſecundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. *David ſanctum eſſe, non dubium eſt, & tamen qui electus eſt, ut omnes Dei voluntates faceret, aliqua feciſſe reprehenditur. Utique poſſibile erat ei facere, qui ad hoc electus eſt, ut omnes Dei voluntates faceret. Nec Deus in culpa eſt, qui prædixit, eum cunctas ſuorum præceptorum facere voluntates, ſed ille, qui prædicta non fecit, neque enim dixit inveniſſe ſe virum, qui cunctas in perpetuum ſuæ juſſionis faceret voluntates.* GERHARDUS.

r dicitur cor ejus perfectum fuiſſe cum Deo nibus diebus. 1 Reg. XV. 14. Quid quod a pheta Domini hoc nomine reprehenditur, d *conſiſus regi Aram & non confiſus Jeho-*; 2 Paral. XVI. 7. quod prophetam contra & æquum ex indignatione ponit in domo ceris; v. 10. in infirmitate ſua non quærit minum, ſed medicos, v. 12. 4.) Quod Jo- dicitur nihil eorum omiſiſſe, quæ præceperat ovah Moſi Joſ. XI. 15. id de Cananæorum tione ac terræ promiſſæ diſtributione potiſ- um intelligendum eſſe, contextus oſtendit; in- m non negamus, ipſum ex toto corde feciſſe a legem Dei etiam moralem, ſed ad ſum- m perfectionis gradum ab omni peccati labe nunem adſpirare non potuit. Certe Num. XI. a Moſe perverſus Joſuæ zelus reprehenditur. lem pertinet exemplum Regis Ezechiæ, quod finem hujus capitis 11. Bellarminus itidem ucit. *In veritate & corde perfecto is ambu- t coram Deo*, Eſa. XXXVIII. 3. nimirum, a non ſimulavit pietatem, ſed vere & ſincere m coluit, interim grato animo agnoſcit, d Deus *poſt tergum omnia peccata ejus pro- rit*, v. 17. propter quæ omnia ipſius oſſa con- bantur. v. 13. Quid quod ob theſauros regis ylonici legatis temere oſtentatos a propheta rehenditur Eſa. XXXIX. 5. & ſeqq. 5.) De hariæ & Eliſabethæ exemplo ita loquitur Ju- ſtinus in qq. & reſp. ad orth. q. CXLI. *Si unus Chriſtus divinam legem implevit, quomodo irre- prehenſibiles in lege ambulaverunt Zacharias & Eliſabeth?* Reſpondet Juſtinus: *Aliud eſt, eſſe irreprehenſibilem, & aliud peccato immunem. Immunis namque peccato prorſus eſt irreprehen- ſibilis, irreprehenſibilis autem neceſſario peccato immunis non eſt &c. unus Chriſtus peccati ex- pers dicitur.* Auguſtinus lib. I. de gratia Chriſti contra Pelagium cap. 48. *Dictum hoc eſt, quan- tum mihi videtur, ſecundum quandam inter ho- mines converſationem probabilem atque laudabi- lem, quam nullus hominum juſte poſſet in accu- ſationis & criminationis querelam vocare; quam propterea in Dei conſpectu Zacharias & Eliſa- beth ejus uxor habuiſſe referuntur, quia in ea homines nulla diſſimulatione fallebant, ſed ut adparebant hominibus, ita noti erant oculis Dei. Non autem dictum eſt hoc ſecundum perfectionem illam juſtitiae, in qua vere atque omnino imma- culati perfectique vivemus, nam & apoſtolus Paulus dixit*, ſecundum juſtitiam, quæ ex lege eſt, *ſe fuiſſe ſine querela, in qua lege etiam Za- charias ſine querela converſabatur. Sed hanc apoſtolus juſtitiam in ſtercoribus & detrimentis deputavit in comparatione juſtitiae, quam ſpera- mus, & quam nunc eſurire ac ſitire debemus, ut ea quandoque ſatiemur in ſpecie, quae nunc eſt in fide, quamdiu juſtus ex fide vivit.* (*) Epiſt. XCV.

*) Idem AUGUSTINUS lib. de perfect. juſtit. *Ingredi ſine macula non abſurde ille dicitur, non qui jam perfectus eſt, ſed qui ad ipſam perfectio- nem irreprehenſibiliter currit, carens criminibus damnabilibus, atque ipſa peccata venialia non ne- gligens mundare eleemoſynis.* Iterum: *Aliud eſt eſſe ſine peccato, quod de ſolo in hac vita unigenito dictum eſt, aliud eſt eſſe ſine querela, quod de mul- tis juſtis etiam in hac vita dici poteſt. Quoniam eſt quidam modus bonae vitae, de quo in iſta huma- na converſatione juſta querela eſſe non poſſit. Quis enim juſte queritur de homine, qui nemini male vult, & quibus poteſt, fideliter conſulit, nec con- tra cujusquam injurias tenet libidinem vindicandi, ut veraciter dicat, ſicut & nos dimittimus debito- ribus noſtris, & tamen eo ipſo, quod illud verum dicit:* Dimitte, ſicut & nos dimittimus, *ſine peccato ſe non eſſe declarat.* Iterum: *Illi vero in Apocalypſi propterea tales dicti ſunt, quod non ſit inventum in ore eorum mendacium, quia non di- xerunt ſe non habere peccatum, quod ſi dicerent, ſe ipſos deciperent, & veritas in eis non eſſet. Porro ſi veritas in eis non eſſet, inveniretur in ore eorum mendacium. Quod ſi propter invidiam, cum eſſent ſine peccato, dicerent, ſe non eſſe ſine peccato, hoc ipſum eſſet mendacium, falſumque eſ- ſet, quod dictum eſt*, non eſt inventum in ore ipſorum mendacium. *Ideo ergo ſine macula ſunt, quia ſicut ipſi dimiſerunt, ſic illi Deo dimittente mundati ſunt.* Ibid. de Zach. & Eliſabetha. *Qui juſti ambo utique legerant inter ipſa mandata, quemadmodum ſua peccata mundarent. Nam Zacharias, quod de omni ſacerdote ex hominibus accepto in epiſtola ad Hebraeos dicitur, etiam pro ſuis peccatis utique hoſtias offerebat.* lib. II. de peccat. merit. & remiſſ. cap 13. *Num de Za- charia & Eliſabeth, qui nobis ſæpe in hujus quæ- ſtionis diſputationibus objiciuntur, quid dicamus, niſi*

XCV. expendit illud, quod Zacharias fuerit ſacerdos. Omnes autem ſacerdotes neceſſe habebant ex lege Dei primitus pro peccatis ſuis offerre ſacrificium, deinde pro populo: ſicut nunc per orationis ſacrificium convincimur non eſſe ſine peccato, quoniam juſſi ſumus dicere: *Dimitte nobis debita noſtra*, ita & tunc per ſacrificia victimarum animalium convincebantur ſacerdotes ſine peccato non eſſe, qui pro ſuis peccatis jubebantur offerre. Dicimus ergo, Zachariam & Eliſabetham coram Deo juſtos fuiſſe fide in Chriſtum, per quem in ſacrificiis adumbratum remiſſionem peccatorum conſecuti ſunt, cujus beneficia in cantico Zacharias celebrat, *& ſcientiam ſalutis in remiſſione peccatorum* diſerte conſtituit. Luc. I. 77. hanc fidei juſtitiam demonſtrarunt bonis operibus, ſiquidem in omnibus Dei mandatis incedebant ſine querela, obedientia ipſorum erat ſeria ac ſincera, non hypocritica, ἄμεμπτοι erant coram hominibus, ſed coram Deo peccatores, ſicut paulo poſt commemoratur incredulitate Zachariam peccaſſe, in omnibus Dei mandatis incedebant ratione partium, quamvis ratione graduum perfectam obedientiam illis nondum præſtarent. 6.) Apoſtolus Paulus diſerte fatetur Rom. VII. 7. legi de non concupiſcendo ſeſe nondum perfectam præſtare obedientiam, cum ſit *ſpiritualis* v. 14. *ſe vero carnalem eſſe ac ſub peccato venundatum*, quia ſcilicet peccatum adhuc in carne habitet. v. 17. quo nomine ſe ταλαίπωρον eſſe pronunciat, & a corpore mortis hujus liberari deſiderat. v. 24. Juſtitiam fidei paſſim commendat, ſed operum juſtitia nos coram Dei judicio ſubſiſtere poſſe negat. 1 Cor. IV. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non ſum juſtificatus.* (*)

Dicta veterum.

§. CXCVI. Cap. 12. producit Bellarminus dicta patrum, in quibus negant, Deum impoſſibile quippiam homini præcepiſſe. *Reſp.* Triplici reſpectu mandata Dei ſunt & dicuntur homini poſſibilia: 1.) Reſpectu *integritatis* concreatæ. Legis doctrina ſolenniter per Moſen repetita eſt, ſed non a Moſe primum cœpit, verum in ipſa creatione hominum mentibus inſita & inſculpta eſt. Hoc igitur ſenſu ac reſpectu non præcepit Deus impoſſibilia, quia primos homines perfectis & integris viribus inſtruxit, quibus legem Dei tum generalem tum ſpecialem de non comedendo vetitæ arboris fructu implere poterant. 2.) Reſpectu *divinae gratiae.* Hieronymus lib. II. dial. adverſus Pelag. *Mandata Dei ſunt impoſſibilia naturae, ſed poſſibilia gratiae.* Auguſtinus de Spiritu & lit. cap. 9. *Voluntas oſtenditur infirma per legem, ut ſanet gratia voluntatem, & ſana voluntas impleat legem, non conſtituta ſub lege, nec indigens lege.* Per

niſi quod evidenter ſcriptura teſtatur, eminenti juſtitia fuiſſe Zachariam in principibus ſacerdotum ad offerenda vet. teſt. ſacrificia? Legimus autem in epiſtola, quæ ad Hebræos inſcribitur, ſolum Chriſtum eſſe principem ſacerdotum; qui non haberet neceſſitatem, ſicut illi, qui ſacerdotum principes dicebantur, ſacrificium pro ſuis primum offerre peccatis quotidie, deinde pro populo. In hoc enim numero Zacharias, in hoc Pinees, in hoc ipſe Aaron, a quo iſte ordo exorſus eſt, fuit, & quicunque alii in illo ſacerdotio laudabiliter juſteque vixerunt, qui tamen habebant neceſſitatem, ſacrificium primitus pro ſuis offerre peccatis, ſolo Chriſto exiſtente, cujus venturi figuram gerebant, qui hanc neceſſitatem ſacerdos incontaminabilis non haberet. Quid autem de Zacharia & Eliſabeth laudabile dictum eſt, quod non in eo comprehendatur, quod de ſe apoſtolus, cum in Chriſtum nondum credidiſſet, profeſſus eſt? Dixit enim ſe ſecundum juſtitiam, quæ in lege eſt, fuiſſe ſine querela, *hoc & de illis ita legitur:* Erant autem ambo juſti ante Deum, *ergo quidquid in eis erat juſtitiæ, non erat ad homines ſimulatum, ideo dictum eſt ante Deum.* GERHARDUS.

(*) THOMAS STAPLETONUS in *promt. catholico*, Dominic. de *nuptiis Cananæis*, concludit, *integram præceptorum divinorum obſervationem hominibus renatis eſſe poſſibilem, quod miniſtris Maria præceperit, ut facerent, quodcunque Chriſtus ipſis dixerit; idque etiam miniſtri facile explere potuerint.* Reſp. quæ conſequentia? Miniſtri potuerunt explere mandata Chriſti in haurienda aqua; ergo omnia Dei mandata, etiam quæ intrinſecam & perpetuam perfectionem cordis requirunt, perfectiſſime impleri a nobis poſſunt. GERHARDUS.

ratiam vero intelligenda eſt non tantum gra- enovationis, qua conferuntur homini vires præſtandam legi divinæ obedientiam, ſed gratia remiſſionis, qua adhærentes peccati s non imputantur, & quidquid non fit, vel s fit, propter Chriſtum ignoſcitur. Augu- lib. I. retract. 19. *Omnia mandata Dei fa- eputantur, quando quicquid non fit, igno-*. lib. III. contra duas epiſt. Pelag. cap. 7. *ia Dei tribuit in hac vita ſtudium praecepta ndi & eadem, ſi quid in illis praeceptis mi- ſervatur, ignoſcit.* lib. XIX. de civit. Dei 27. *Ipſa quoque noſtra juſtitia, quamvis ſit propter veri boni finem, ad quem refer- tamen tanta eſt in hac vita, ut potius pec- um remiſſione conſtet, quam perfectione vir- n.* D. Lutherus in enarr. Pſalm. LI, tom. IV. fol. 377. b. *Quid, inquies, an non decalo- praeſtari debet? Si autem praeſtatur, an ea juſtitia eſt? Reſpondeo, volumus decalo- praeſtare & ſervare, ſed cum larga, hoc evangelica diſpenſatione ſeu diſtinctione, accepimus tantum primitias Spiritus, & ge- r Spiritus in corde manent.* Item, *caro no- cum ſuis libidinibus & concupiſcentiis, hoc ota arbor cum fructibus etiam manet. Haec eſt, cur decalogus nunquam poſſit plene ſtari &c. facimus legem per Spiritum ſan- , & tamen manet verbum:* miſerere, *hoc nos manemus peccatores, & opus habemus vita remiſſione peccatorum per Chriſti meri-*

3.) Reſpectu *perfectionis* in futura vita ectandæ. Auguſtinus de perfect. juſtit. con- cœleſtium reſp. 16. *In plenitudine caritatis ceptum illud implebitur:* Diliges Dominum n tuum ex toto corde tuo & ex tota anima & ex tota mente tua. *Nam cum eſt adhuc id carnalis concupiſcentiae, quod vel conti- o frenetur, non omni modo ex tota anima itur Deus &c. cur ergo non praeciperetur ni iſta perfectio, quamvis eam in hac vita habeat? non enim recte curritur, ſi, quo ndum eſt, neſciatur. Quomodo autem ſci- , ſi nullis praeceptis oſtenderetur?* De Spi- & lit. cap. 36. *Praeceptum illud dilectionis*

omus V.

in illa vita complebimus, cum videbimus a facie ad faciem. Sed ideo nobis hoc etiam nunc prae- ceptum eſt, ut admoneremur, quid fide expoſce- re, quo ſpem praemittere, & obliviſcendo, quae retro ſunt, in quae anteriora nos extendere de- beamus. lib. I. contr. Julian. cap. 2. Baſilii di- ctum, quod peccatum facile poſſit ab hominis voluntate ſeparari, ut munda ſit per omnia, ex- plicat hoc modo, *facile eſt non humanae volun- tati, ſed naturae Dei, & quod ait: munda per omnia tunc fiet, quando in altera vita Deus erit omnia in omnibus.* Bellarminus reponit ſuam crambem, hominem non poſſe quidem vivere abſque peccato, interim tamen perfecte imple- re poſſe præcepta, cum peccata venialia non ſint contra ſed præter mandata, de quo ſubterfugio, quid ſtatuendum ſit, diximus ſuperius.

Rationes pro ſtabilienda perfecta legis impletione.

§. CXCVII. Cap. XIII. produ- cit Bellarminus aliquot rationes, quibus evincere conatur, legi divi- næ perfectam obedientiam a no- bis præſtari poſſe. I.) *Poteſt ho- mo plus facere, quam Deus prae- cipiat, igitur multo magis poteſt implere praeceptum.* Reſp. An- tecedens ex topica Pelagii peti- tum manifeſta falſitate laborat, ut in examine operum ſuperero- gationis oſtendetur. II.) *Si prae- cepta eſſent impoſſibilia, neminem obligarent, ac per hoc praecepta non eſſent, neque enim fingi poteſt, quomodo aliquis peccet in eo, quod vitari non poteſt.* Reſp. Diſtinguendum inter naturam *inſtitutam* & *deſtitutam*, Deus legem homini propoſuit in ſtatu innocentiæ, cum viribus adhuc eſſet ſanis atque integris, per lapſum homo ſua culpa in ἀδυναμίαν iſtam incidit, per quam rigori divi- næ legis & juſtitiæ nihil decedit. Quid enim? num obligatio atque obæratio tollitur, ſi quan- do debitor ſua culpa ad extremam paupertatis li- neam redigitur? Minime vero, ſed creditori ſuum jus, quod dederat repetendi, manet ſal- vum atque integrum; & ſi nemo in eo peccat, quod vitare non poteſt, quid de peccato origi-

1. Poſſumus plus præſtare, quam lex requirit?

2. Impoſſibilia neminem obligant.

 nali

nali faciemus? Videmus infantes mori, mors peccati eſt ſtipendium, utique ergo infantes peccatis ſunt obnoxii, quod ipſum tamen vitare non poſſunt. Num hoc judicium Dei injuſtum? abſit. Apud Anshelmum lib. I. cur Deus homo c. 24. Baſo proponit quæſtionem. *Si non poteſt homo debitum reddere, quomodo injuſtus eſt, debitum non reddendo?* cui hoc modo reſpondet Anshelmus: *Forſitan ſi nulla eſt in illo impotentiae cauſa, aliquatenus excuſari poteſt, ſed ſi in ipſo impotentiae eſt culpa, ſicut non levigat peccatum, ita non excuſat non reddentem debitum, ſicut ſi quis injungat ſervo ſuo aliquod opus, & ei praecipiat, ne dejiciat ſe in foveam, quam illi demonſtrat, unde nullatenus exire poſſit, non propterea is a culpa liberabitur.* Idem de conc. virgin. cap. 28. *Deus recte exigit a natura, quod ei dedit, & quod ſibi juſte debetur, ſi quis vir & uxor ejus ad magnam dignitatem quandam vel poſſeſſionem nullo ſuo merito, ſed gratia ſola provecti ſimul crimen grave inexcuſabiliter committunt, & pro eo juſte dejiciuntur, & in ſervitutem rediguntur, quis dicet filios, quos poſt damnationem genuerunt, eidem non debere ſubjacere ſervituti?*

3. Deus foret tyranno crudelior.

§. CXCVIII. III.) *Si lex eſſet impoſſibilis, ſequeretur, Deum omni tyranno eſſe crudeliorem & ſtultiorem, quippe qui ab ipſis etiam amicis tributum exigeret, quod nemo ſolvere poſſet, & leges ferret, quas ſciret a nemine obſervandas.* Reſp. 1.) Lex Dei pertinet ad omnes omnino homines etiam non renatos; quare ſi connexum argumenti ſatis firmum, ſequetur, aut homines non renatos itidem implere poſſe legem, quibus non minus, quam renatis, proponitur, aut illorum reſpectu Deum tyrannum eſſe, quorum neutrum concedere poterit Bellarminus. 2.) Legem ſuam non eo fine poſt lapſum repetivit Deus, quaſi perfecte eam homines implere & vitam æternam promereri poſſent, ſed ut ex eo eſſet *cognitio peccati;* Rom. III. 20. ut eſſet *paedagogus noſter ad Chriſtum,* Gal. III. 24. ut exſtaret norma bonorum operum, in quibus renati perpetuo ambulare debent &c. 3.) Deus non ſolum mortificat per legem, ſed etiam vivificat per evangelium, non ſolum oſtendit morbum per vocem legis, ſed etiam adfert medicinam per vocem evangelii, *infundit vulneribus noſtris oleum & vinum.* Luc. X. 34. Auguſtinus de Spiritu & lit. cap. 19. *Lex data eſt, ut gratia quaereretur, gratia data eſt, ut lex impleretur. Neque enim ſuo vitio lex non implebatur, ſed vitio prudentiae carnis, quod vitium per legem demonſtrandum, per gratiam ſanandum fuit.* Si vel maxime doctrina evangelii non fuiſſet ex immenſa Dei miſericordia hominibus poſt lapſum patefacta, per quam remiſſio peccatorum & Spiritus renovationis credentibus obtingit, ut mandatis Dei obedire incipiant; nemo tamen Deum in jus vocare fuiſſet auſus, ſi per legem exigeret debitum, ab illis, qui ſua culpa in paupertatem ac perſolvendi debiti ἀδυναμίαν inciderunt. (*)

4. Chriſtus paſſus, ut juſtificatio legis in nobis impleretur.

§. CXCIX. IV.) *Chriſtus paſſus eſt, ut juſtificatio legis in nobis impleretur* Rom. VIII. item docuit nos orare, *fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra,* Matth. VI. ubi petimus gratiam, implendi præcepta, denique *Chriſtus factus eſt omnibus obedientibus ſibi cauſa ſalutis aeternae* Hebr. V. at ſi lex impleri non poteſt, Chriſtus non obtinuit, quod voluit, fruſtra nos oramus quotidie, & nemo ſalvari poterit. Nam ſi lex impleri non poteſt, juſtificatio legis nunquam impletur in nobis, nec fit Dei voluntas in terra, nec unquam vere obedimus Chriſto. *Reſp.* 1.) Vere hic eſt finis miſſionis & paſſionis Chriſti, ut juſtificatio τὸ δικαίωμα legis in nobis impleretur, ſiquidem perfecta

(*) *Præcepit Deus impoſſibilia,* a.) ob juſtitiæ ſuæ commendationem; b.) propter gloriæ Chriſti illuſtrationem; c.) propter noſtri humiliationem; d.) propter noſtri inſtitutionem, ut ſciamus, quales fuerimus, quod facere debeamus, & quales futuri ſimus; e.) propter hypocritarum confuſionem. GERHARDUS.

fecta illa legis impletio, quam Chriſtus noſtri loco præſtitit, per fidem nobis imputatur, *Chriſtus eſt τέλ⊕ finis & impletio legis ad juſtitiam omni credenti* Rom. X. 4. ideoque notanter dicit apoſtolus τὸ δικαίωμα legis impleri non a nobis, noſtris viribus vel operibus, ſed in nobis, videlicet per imputationem, cui ſpiritus renovationis individuo nexu conjunctus eſt, per quem lex Dei in corda noſtra ſcribitur, ut non *amplius ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum ambulemus*. Rom. VIII. 4. Tota ſcriptura dicit, Chriſtum pro peccatis noſtris & propter peccata noſtra mortuum eſſe, ut eorum remiſſio per fidem nobis contingeret; nuſpiam autem dicit, Chriſtum eſſe paſſum pro bonis operibus noſtris, ut tantam illis vim atque efficaciam impetraret, qua coram Dei judicio ſubſiſtere poſſint. Ambroſius in comm. Rom. VIII. *Ideo dicit damnatum peccatum, ut impleretur in nobis juſtificatio legis datae a Moſe. Sublati enim de conditione legis facti ſumus amici ejusdem, juſtificati enim amici legis ſunt. Quomodo autem impletur in nobis juſtificatio, niſi cum datur remiſſio omnium peccatorum? ut ſublatis peccatis juſtificatus adpareat mente ſerviens legi Dei.* 2.) *Voluntas* quidem *Dei eſt ſanctificatio noſtra*, 1 Theſſ. IV. 3. interim & hæc Dei voluntas, ut *videns Filium & credens in eum, habeat vitam aeternam* Joh. VI. 10. Utrumque igitur petimus, ut juſtificatio nobis contingat per fidem in Chriſtum, & ut renovatio & ſanctificatio noſtra quotidie creſcat, ideo in ipſa oratione dominica peccatorum remiſſionem petimus, qua certe non indigeremus, ſi voluntas Dei in lege patefacta perfecte a nobis impleretur. 3.) Vere Chriſtus obedientibus factus eſt αἴτι⊕ ſalutis æternæ, Hebr. V. 9. ſed notandum, quod dupliciter Chriſto obedire dicimur; a.) vera in ipſum fide Rom. I. 5. εἰς ὑπακοὴν πίςεως Rom. XV. 18. *Non audeo quicquam loqui eorum, quae per me effecit Chriſtus in obedientiam gentium.* Hac fidei obedientia coram Deo juſti ſumus, ideo 1 Petr. I. 2. obedientiæ conjungitur *adſperſio ſanguinis Chriſti.* b.) Obedire dicimur Chriſto in operibus bonis Act. V. 29. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Rom. VI. 12. *Non regnet peccatum in corpore veſtro, ut obediatis concupiſcentiis ejus.* v. 16. *Cui exhibetis vos ſervos ad obediendum, ſervi eſtis &c.* Hæc operum obedientia in hac vita nondum eſt numeris omnibus abſoluta & incontaminata.

§. CC. V.) Omnes vere juſtificati habent Spiritum S. qui parit ſuos fructus Gal. V. enumeratos. Jam vero, qui hos fructus habet, non accuſatur a lege, quia *adverſus illos non eſt lex*, & hoc eſt, quod apoſtolus dicit, *per legem Spiritus vitae nos liberari a lege peccati & mortis*, Rom. VIII. Reſp. 1.) In hac vita tantum *primitias Spiritus accipimus*, Rom. VIII. 23. 2.) Operationes Spiritus S. fiunt in *corpore peccati & mortis*, Rom. VII. 24. ergo pro ratione inſtrumenti & modulo infirmitatis noſtræ perficiuntur. 3.) Proinde indigemus *renovatione de die in diem.* 2 Cor. IV. 16. 4.) Quamvis non ambulemus ſecundum carnem, ſed ſecundum Spiritum, tamen ex parte adhuc *carnales ſumus, venundati ſub peccatum*, Rom. VII. 14. 5.) Proinde licet ipſam, ut ita loquar, ſubſtantiam fructuum Spiritus lex non accuſet, tamen qualitatem, hoc eſt, imperfectionem eorundem, ut & peccatum in carne renatorum adhuc habitans accuſat. 6.) Ideo autem renati liberi ſunt ab accuſatione legis, quia per fidem ſunt in Chriſto. Rom. VIII. 1. *Nihil damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Jeſu*, non quia inhærens vel actualis operum juſtitia perfectiſſime cum lege congruit. Ab accuſatione legis renatos immunes præſtat non inhærens juſtitia propria, ſed Chriſti juſtitia per fidem imputata. Ambroſius in comm. *Lex ſpiritus vitae ipſa eſt & lex fidei. Nam & lex Moſis ſpiritualis eſt, quia prohibet peccare, non tamen vitae, quia reis mortis peccata remittere non poteſt, ut vivificet morituros. Haec vero quia & peccare non vult & a morte revocat, lex ſpiritus vitae adpellatur, non per litteram conſtans, ſed per ſpiritum, quia corde creditur, & ſpiritus eſt,* quod

5. Fructus Spiritus S. non accuſantur a lege.

quod creditur. Haec itaque lex in Chriſto Jeſu, hoc eſt, per fidem Chriſti, liberat credentem a lege peccati & mortis. Lex peccati eſt, quam in membris dicit habitare. Lex vero mortis Moſis lex eſt, quia mortificat peccatores. Hactenus Ambroſius. (*) Hujus loci eſt illud ſophiſma: *Opera Dei ſunt perfecta.* Deut. XXXII. 4. Sed obedientia renatorum eſt opus Dei, ergo perfecta. *Reſp.* Quædam opera Deus immediate per ſe ipſum operatur, quæ certe perfectiſſima ſunt, quædam vero in renatis ac per renatos, qui nondum ſunt in hac vita penitus renovati, ſed ſub vetuſtate carnis ex parte adhuc conſtituti; in æterna demum vita perfecte conſummabitur, quod in hac vita Deus per renovationem operari incipit. Quid enim? Si omnia Dei opera ſtatim perfecta, ex ſemine non prius frutex, ſed perfecta ſtatim arbor naſcetur.

6. Renati ſunt ex Deo nati.

§. CCI. VI.) Omnes juſtificati ſunt ex Deo nati, ſed qui *ex Deo natus eſt, non peccat, nec poteſt peccare;* 1 Joh. III. 9. qui non peccat, legem implet. *Reſp.* 1.) Aliud eſt peccare, aliud peccatum habere. Renati non peccant, hoc eſt, non indulgent concupiſcentiis carnis, nec patiuntur in corpore mortali peccatum regnare, interim tamen, *ſi dixerint, ſe peccatum non habere, mendaces erunt,* 1 Joh. I. 8. 2.) Quædam ſunt peccata ignorantiæ & infirmitatis, quædam vero malitiæ & contra conſcientiam. Renati non peccant, hoc eſt, non indulgent ſceleribus contra conſcientiam, interim tamen a peccatis ignorantiæ & infirmitatis nondum ſunt immunes, Prov. XXIV. 16. *Septies in die cadit juſtus, & reſurgit,* Pſalm. XIX. 13. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.* 3.) Renatos non peccare intelligendum eſt cum *reduplicatione*, videlicet, quatenus ſunt renati, interim tamen illi ipſi renati adhuc circumgeſtant carnem, in qua habitat peccatum, quod ſingulis diebus, imo horis, quin & momentis eos ſolicitat ad actualia peccata, cujus concupiſcentiis ſi quando obſequuntur, eisque ſecure indulgent, deſinunt eſſe in renatorum numero, donec vere ad Deum viciſſim convertantur. Rom. VIII. 13. *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini, ſi vero ſpiritu actiones carnis mortificaveritis, vivetis.* Auguſtinus tractat. V. in epiſt. Joh. diſputat: *Peccatum illud, quod renatus non facit, eſſe violationem caritatis.* Idem expoſit. in epiſt. ad Galat. *Aliud eſt non peccare, aliud peccatum non habere. Nam in quo peccatum non regnat, non peccat, id eſt, qui non obedit deſideriis ejus. In quo autem non exiſtunt omnino iſta deſideria, non ſolum non peccat, ſed etiam non habet peccatum. Quod etiamſi ex multis partibus in iſta vita poſſit effici, ex omni tamen parte nonniſi in reſurrectione carnis atque commutatione ſperandum eſt.*

Quo fine propugnetur ἀδυναμία perfecte implendi legem.

§. CCII. Neque vero doctrina de impoſſibilitate legem implendi hoc fine traditur, ut ejus prætextu ſecuritas, ignavia, & adfectata omiſſio vel alantur, vel excuſentur, quo inclinat Becanus tract. de eccleſia q. III. concl. 2. num. 6. ſcribens: *Doctrina de impoſſibili impletione legis repugnat ſanctitati, & praebet occaſionem peccandi. Si enim praecepta decalogi ſunt impoſſibilia, fruſtra de eorum obſervatione ſolicitus ſim, fruſtra caveam a furtis, homicidiis, adulteriis.* Sed 1.) ut agnita virium noſtrarum ἀδυναμίᾳ & juſtitiæ noſtræ imperfectione confugiamus ad Chriſtum, qui nos *redemit a maledicto legis, factus pro*

(*) Pererius diſp. XVII. in cap. II. Rom. num. 103. pag. 361. tale argumentum texit: *Circumciſio prodeſt, ſi legem obſerves Rom. II. 25. Atqui Abrahae & aliis ſanctis vet. teſt. profuit circumciſio.* Reſp. 1.) Apoſtoli dictum eſt conditionale, quod nihil ponit. 2.) Sancti imperfectionem operum ſuorum agnoſcunt, perfectam obedientiam habent in Chriſto. 3.) Obſervantia ergo legis, quæ in circumciſione requiritur, non eſt cauſa ſalutis vel nota legis perfectæ impletæ, ſed indicium circumciſionis ſpiritualis recte uſurpatæ cum ſpirituali cordis circumciſione conjunctæ. GERHARDUS.

pro nobis maledictum : Gal. III. 13. *Per quem Deus praeſtitit, quod erat legi impoſſibile* Rom. VIII. 3. *ut ſit finis legis ad juſtitiam omni credenti*, Rom. X. 4. Hæc gloria perfectæ juſtitiæ ſoli Chriſto relinquenda eſt, qui eſt ὅσιος ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν. Hebr. VII. 26. Illius juſtitiam qui ignorant ac repudiant, ſuam *quaerentes ſtatuere, juſtitiae Dei non ſunt ſubjecti.* Rom. X. 3. 1) *Primus* igitur hujus doctrinæ uſus eſt in articulo juſtificationis, ne ſcilicet imperfectam illam & multis modis contaminatam, quam legi præſtamus, obedientiam judicio Dei opponamus, ſed fide in Chriſtum nos juſtificari diſcamus. 2.) *Alter* hujus doctrinæ uſus eſt in articulo de bonis operibus, ut diſcamus, non poſſe naturalibus liberi arbitrii viribus ſinceram & veram obedientiam legi debitam inchoari, ſed per Spiritum ſanctum *legem Dei in corda noſtra ſcribi* oportere, Jer. XXXI. 33. ut non externam tantum qualemcunque, ſed etiam interiorem obedientiam & quidem ſpontaneo ſpiritu & ex animo præſtare incipiamus. Viciſſim, cum a perfectione illa, quam lex requirit, inchoata obedientia adhuc procul abſit, ideo de ea coram Dei judicio non poſſumus gloriari, ſed fateri cogimur, *omnes noſtras juſtitias eſſe quaſi pannum mulieris menſtruatae*, Eſa. LXIV. 6. & *cum omnia fecerimus, nos tamen ſervos inutiles eſſe*, Luc. XVII. 10. 3) *Denique* ut ſciamus inchoatam illam renatorum obedientiam ideo Deo placere, quia proficiſcitur ex fide in Chriſtum, per quam tegitur ejus imperfectio & adhærens vitium, non autem quia perfecte legi ſatisfacit.

Uſus legis triplex.

§. CCIII. Quamvis vero legem Dei non poſſimus perfecte in hac vita implere, & ex ea coram Deo juſtificari, uſus tamen ejus longe maximus eſt & digniſſimus, 1 Tim. I. 8. καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται. Sequemur autem vulgatam illam enumerationem in libris eccleſiarum noſtrarum ſymbolicis receptam, qua triplex uſus legis ſtatuitur: 1) πολιτικὸς ſeu pædagogicus, ut regat τὸ ἐπιθυμητικὸν, ac coërceat homines nondum renatos, ne in manifeſta ſcelera prorumpant, quibus ſocietas, honeſtas & tranquillitas humanæ vitæ turbetur, ſed in externo obſequio hoc legis freno contineantur. 1 Tim. I. 9. *Lex juſto non eſt poſita, ſed injuſtis & non ſubditis, impiis & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis* v. 10 *fornicariis, maſculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, perjuris.* Quamvis enim externa illa nondum renatorum diſciplina, *cum non ſit ex fide, peccatum ſit*, Rom. XIV. 23. ac proinde perſonam non reddat Deo gratam & acceptam, cum *ſine fide impoſſibile ſit Deo placere*, Hebr. XI. 6. ſevere tamen a Deo flagitatur & exigitur, quin & corporalibus præmiis remuneratur, ut politica ſocietas conſervetur, & homines de Chriſto doceri poſſint. Hieronymus in q. ad Algaſiam. 8. *Lex data eſt, ut peccatorum venena monſtret, & hominem male libertate ſua abutentem, qui prius ferebatur improvidus, & per praecipitia labebatur, freno legis retineat, & compoſitis doceat incedere greſſibus, ita, ut ſerviamus in novitate ſpiritus, & non in vetuſtate literae.* D. Lutherus in comm. III. Gal. tom. IV. latin. fol. 99. b. *Primus intellectus ſeu uſus legis eſt, coërcere impios. Diabolus enim regnat in toto orbe terrarum, & impellit homines ad omnis generis flagitia. Ideo ordinavit Deus magiſtratus, parentes, praeceptores, leges, vincula & omnes ordinationes civiles, ut, ſi non poſſint amplius efficere, revinciant ſaltim diabolo manus, ne pro libidine ſua ita ſaeviat in ſuis. Sicut ergo hominibus obſeſſis, in quibus diabolus potenter regnat, vincula & catenae injiciuntur, ne quem laedant, ſic toti mundo, qui eſt obſeſſus a diabolo, & praeceps fertur in omnia ſcelera, adeſt magiſtratus ſuis vinculis & catenis, hoc eſt, legibus cohibens manus & pedes, ne praeceps ruat in omnis generis flagitia. Haec civilis coercitio ſumme neceſſaria eſt & a Deo inſtituta, cum propter publicam pacem, tum propter omnes res conſervandas, maxime vero ne tumultibus & ſeditionibus ferocium hominum curſus evangelii impediatur.* 2) θεολογικὸς ἐλεγκτικὸς, *ut peccatum arguat.* Of. VI. 6. lex vocatur *dolabra.*

1. Politicus.

2. Theologicus ἐλεγκτικός.

labra. Rom. III. 20. *Per legem eſt agnitio peccati.* Rom. IV. 15. *Lex iram operatur.* Rom. V. 20. *Lex ſubintravit, ut abundaret delictum,* Rom. VII. 7. *Peccatum non cognovi, niſi per legem, nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: non concupiſces,* Gal. III. 19. *Lex propter transgreſſiones poſita eſt,* v. 22. *Concluſit ſcriptura omnia ſub peccatum, &c.* De hoc legis uſu exſtant multa veterum dicta. Ambroſius comm. in III. Rom. *Per legem peccati cognitio, per fidem autem abolitio, ideo ſequenda fides eſt.* Idem in cap. VII. Rom. *Index peccati lex eſt, non genitrix, reos-faciens peccatores.* Idem lib. de fug. ſecul. cap. 7. *Lex factum damnat, non aufert malitiam.* Cyrillus lib. VIII. in Joh. *Omnes ſub lege condemnantur propter peccatum.* Hieronymus in eccleſ. cap. II. *Lex rigida, inbenigua, non parcens, peccatorem interficiens.* Chryſoſtomus in c. IV. Rom. *Si ergo lex iram operatur, transgreſſioniſque reos facit, manifeſtum eſt, quod & maledictioni faciat obnoxios. Porro qui maledictionis, ſupplicii, tranſgreſſioniſque rei ſunt, digni certe non ſunt, qui haereditatem capiant, ſed potius, qui & poenas luant & ejiciantur.* In comm. ep. Rom. καὶ αἱ κατηγορίαι, καὶ οἱ ἔλεγχοι διὰ τοῦτο πάντως ἐγένοντο, ἵνα λαμπρὰ ἀκούσιν ἀνοιγῇ τῆς πίστεως ἡ θύρα. 1 Tim. I. ἐὰν νομίμως χρήσῃ τῷ νόμῳ, παραπέμπει σε πρὸς Χριστὸν, ὅταν γὰρ αὐτοῦ σκοπὸς ᾖ δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον, μὴ δύνηται δὲ, παραπέμπει πρὸς τὸν δυνάμενον. Auguſtinus de pœnit. medic. cap. 1. *Ad hoc data lex eſt, ut ſuperbo infirmitatem ſuam notam faceret, infirmo pœnitentiam ſuaderet. Ad hoc data lex eſt, ut vulnera oſtenderet peccatorum, quae gratiae benedictione ſanaret. Ad hoc data lex eſt, ut diceremus etiam in convalle plorationis,* video aliam legem in membris meis &c. *& ſuccurret nobis exaudiente Deo, qui erigit eliſos, & ſolvit compeditos, illuminat cæcos gratia Dei per Jeſum Chriſtum.* Idem de actis cum Felice Manich. l. II. c. 11. *Data eſt lex ſuperbis hominibus & viribus ſuis totum attribuentibus, ut cum implere non poſſent legem datam, praevaricatores invenirentur, & facti rei ſub lege miſericordiam peterent a Deo conditore.* Idem epiſt. CLVII. ad Optatum: *Danda fuerat lex, quae manifeſtius ſibi ipſum oſtenderet hominem; ne ſuperbus animus humanus a ſe ipſo ſe poſſe eſſe juſtum putaret. & ignorans Dei juſtitiam, id eſt, quae homini ex Deo eſt, & ſuam volens conſtituere, id eſt, quaſi ſuis viribus partam, juſtitiae Dei ſubjectus non fieret. Oportebat itaque, ut addito mandato, cujus vox eſt:* non concupiſces, *ſuperbo peccatori etiam praevaricationis crimen accederet, atque ita gratiae medicinam non ſanata per legem, ſed convicta infirmitas quaereret.* epiſt. CC. ad Aſellicum: *Utilitas legis eſt, ut hominem de ſua infirmitate convincat, & gratiae medicinam, quae in Chriſto eſt, implorare compellat.* De Spiritu & lit. c IX. *Per legem oſtendit Deus homini infirmitatem ſuam, ut ad ejus miſericordiam per fidem confugiens ſanaretur.* cap. XIII. *Lege operum dicit Deus, fac, quod jubeo, lege fidei dicitur Deo, da, quod jubes, ideo enim jubet lex, ut admoneat, quid faciat fides, &c.* cap. XVII. *Velamen poſitum eſt in lectione vet. teſt. donec ad Chriſtum tranſeatur & auferatur velamen, id eſt, tranſeatur ad gratiam, & intelligatur, ab ipſo nobis eſſe juſtificationem, qua facimus, quod jubet, qui propterea jubet, ut in nobis deficientes ad illum confugiamus.* In Pſ. LXXXIII. *Data eſt lex hominibus, non quae ſalvaret eos jam, ſed per quam cognoſcerent, in qua aegritudine jacebant &c. Data eſt lex, ut aegrum de morbo convinceret, qui ſibi ſanus videbatur, ut peccata demonſtrarentur, non ut auferrentur.* Bernhardus ſerm. II. in vig. nat. col. 53 ſeq. *Propterea mandata ſua mandavit cuſtodiri nimis, ut videntes, imperfectionem noſtram deficere & non poſſe implere, quod debet, confugiamus ad miſericordiam & dicamus, quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas.* Serm. L. in Cant. col. 642. *Deus mandando impoſſibilia non praevaricatores homines fecit, ſed humiles,* ut omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus coram Deo, *quia* ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro coram ipſo. *Accipientes quippe mandatum, & ſentientes defectum, clamabimus*

in

im, & miſerebitur noſtri Deus, &c. De u legis ſæpiſſime Lutherus tom. IV. opp. lat. . præſertim in comm. epiſt. ad Gal. c. III. *tendit hominem ſibi ipſi, quod ſit peccator, reus mortis & dignus aeterna ira. Ad rodeſt iſta humiliatio, contuſio & contri- iſtum malleum, legem ſcilicet? Ad hoc l, ut gratiae pateat ad nos aditus. Sic x miniſtra & praeparatrix eſt ad gratiam.* 10. *Lex eſt carcer ſpiritualis & vere in- , quia cum revelat peccatum, minatur s & aeternam Dei iram, homo non poteſt re, nec conſolationem invenire*, &c. Hoc officium lex exſequitur, non externa tan- ed interiora peccata, imo abſconditam natu- avitatem accuſando, peccati atrocitatem ſtando, contritionem operando, & ſuis verberibus ad Chriſtum compel- lendo, uti paſſim Lutherus docet.

ologicus nnés.

3) *Tertius* legis uſus eſt θεολογικὸς διδακτικὸς, quo inſtruit re- quæ ſint vere bona opera, in quibus am- debeant, ac Deo placere poſſint. Quem- lum enim equus indomitus freno coërcetur ſtringitur, domitus vero equus eodem fre- igitur, ut intra metas recti itineris juxta um ſeſſoris retineatur: ita lege Dei intra- s homines coërcentur, regenerati vero ea atur & retinentur intra metas eorum ope- in quibus juxta Dei voluntatem debent am- , qua ſimilitudine Cyrillus utitur, qui . contra Julian. f. 53. *Quemadmodum*, ait, *conducunt frena, ut bene currant, & or- ta ſunt, & ſicut navibus gubernacula, uae ad rectum ſcopum contendant, ita & ibus lex utilis eſt.* Ezech. XX. 19. *In prae- meis ambulate.* Jer. XXXI. 33. *Scribam le- n corda eorum*, &c. Rom. III. 31. *Num deſtruimus per fidem? abſit, ſed legem ſta- s.* Rom. XIII. 8. *Qui proximum diligit, implevit.* Primum legis uſum tantum ad enatos pertinere volunt, quod intelligen- cum reſtrictione illa, quatenus credentes nati ac renovati: cum enim renati itidem te adhuc carnales ſint, ideo ipſis quoque frenum legis neceſſarium eſt, ut caro cum ſuis concupiſcentiis coërceatur, ne in externa delicta prorumpat, & ſpiritum ſeſſorem excutiat. Lutherus in cap. III. Gal. tom. IV. latin. p. 114. *Propter carnem adhuc opus eſt renatis paedagogo, qui fortem aſinum exerceat & vexet, ut hac paedagogia minuantur peccata, & Chriſto via paretur. Chriſtus enim, ut ſemel ſecundum tempus corporaliter venit, totam legem abrogavit, peccatum abolevit, mortem & infernum deſtruxit, ita ſpiritualiter ſine intermiſſione ad nos venit, & iſta perpetuo in nobis exſtinguit atque occidit.*

Antinomorum error impugnatur.

§. CCIV. Triplex iſte legis uſus liquide oſtendit, repudiandum eſſe *antinomorum* furorem, qui legem Dei moralem ex eccleſia proſcribendam & eliminandam cenſent, quibus opponimus hunc ſyllogiſmum: quicquid a Deo ipſo ſolenniter promulgatum, a prophetis & apoſtolis, imo Chriſto ipſo repetitum atque auditoribus inculcatum, & cujus tractatio non ſolum utilis, ſed & neceſſaria eſt, illud ex eccleſiæ pomœriis neutiquam proſcribendum. Lex moralis 1) ab ipſo Deo in monte Sinai ſolenniter promulgata: Exod. XX. 2) ab omnibus prophetis repetita, quippe qui præter explicationem promiſſionis gratiæ fuerunt etiam interpretes legis, quod ἔνδηλον: 3) a Chriſto ipſo & apoſtolis in nov. teſtam. auditoribus inculcata Matth. V. 17. *Non veni ſolvere legem, ſed implere.* Rom. III. 3. *Legem non deſtruimus per fidem; ſed ſtabilimus:* 4) utilitatem habet cum quadam neceſſitate conjunctam, ſiquidem non renatos in externa diſciplina coërcet, accuſando peccatum ad Chriſtum nos compellit, renatis normam bonorum operum præſcribit, carnis vetuſtatem in eis arguit, imperfectionem & immunditiem inchoatæ ipſorum obedientiæ adhærentem accuſat, ne vel ad arcanos raptus, vel ad carnis licentiam, vel ad ἐθελοθρησκείας vel ad juſtitiæ propriæ perſuaſionem ferantur. Breviter dicendo, niſi doctrina legis pura, integra atque illibata in eccleſia conſervetur, nec articulo de juſtificatione, nec

nec doctrinæ de bonis operibus, nec orthodoxiæ de peccato & libero arbitrio ſua conſtabit puritas & integritas.

Argumenta antinomorum.

§. CCV. Quæ firmando errori ſuo fulcra adhibent antinomi, facili negotio ſubruuntur. I.) *Juſto non eſt lex poſita*, 1 Tim. I. 9. renati ſunt juſti. *Reſp.* Nec omnes, qui in externo eccleſiæ conſortio ſunt, renati & renovati ſunt, nec illi, qui renati & renovati ſunt, ab omni carnis vetuſtate liberati ſunt. Juſtis non eſt lex poſita, quatenus a maledictione legis per fidem in Chriſtum liberi ſunt, & ex fide ſpontaneam legi obedientiam præſtare incipiunt, interim illi ipſi juſti ſunt ex parte *adhuc carnales & ſub peccatum venundati;* Rom. VII. 14. ideo indigent legis ſpeculo, in quo peccati ſordes ipſis adhuc adhærentes conſpiciantur, & norma in bonis operibus ſectanda præſcribatur. Juſtis igitur non eſt lex poſita ratione primi uſus, quatenus Spiritus ſancti ductu ſpontaneam legi obedientiam præſtant, nec legis verberibus indigent. Deinde reſpectu condemnationis, quo ſenſu quidam ſtatuunt ab apoſtolo dictum: νόμ☉ ὐ κεῖται δικαίῳ, non autem ὐ τίθεται, quæ loquendi formula uſurpari videtur hoc ſenſu Matth. III. ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Bernhardus ep. 11. *Apte non dicitur: Juſti non habent legem, aut juſti ſunt ſine lege, ſed* juſtis non eſt lex poſita, *hoc eſt, non tanquam invitis impoſita, ſed voluntariis, eo liberaliter data, quo ſuaviter inſpirata, unde & pulcre Dominus:* Tollite jugum meum ſuper vos, *ac ſi diceret: non impono invitis, ſed vos tollite, ſi vultis, alioquin non requiem, ſed laborem invenietis animabus veſtris.* II.) *Renati non ſunt ſub lege*, Rom. VI. 14. *Liberati ſunt a lege*, Gal. IV. 5. Ergo non indigent doctrina legis. *Reſp.* Non ſunt ſub lege, quoad maledictionem ac condemnationem legis, Rom. VIII. 1. *Nulla eſt condemnatio his, qui ſunt in Chriſto.* Deinde quoad rigorem legis, cui gratia opponitur, interim tamen *libertatem illam non debent dare in occaſionem carnis, ſed per charitatem ſervire invicem*, Gal. V. 13. Jam vero *omnis lex in uno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* v. 14. Ergo ab obedientia legi præſtanda non ſunt liberi. III.) *Renati aguntur Dei Spiritu*, Rom. VIII. 14. Ergo non indigent calcari legis. *Reſp.* Renovatio Spiritus non tollit in renatis omnem vetuſtatem carnis, ſed manent vetus & novus homo, exterior & interior, caro & Spiritus. Caro igitur freno & calcari legis indiget, freno quidem, ne ruat in externa delicta, calcari autem, ut ad ſerviendum & obſequendum ſpiritui exſtimuletur. Quid? quod Spiritus ſanctus regit quidem & agit renatos, non tamen immediate, ſed utitur verbo tanquam organo, ideo ex lege bonorum operum norma petenda eſt, in quibus renati ambulent, quo pertinet integer pſalmus CXIX. IV.) Si renati adhuc ſub lege eſſent, ipſorum opera non evangelio, ſed legi accenſenda forent. *Reſp.* Bona opera renatorum pertinent ad legem ratione *objecti*, quia lex eſt norma & regula iſtorum operum, ad evangelium ratione *cauſæ efficientis*, quia per evangelii prædicationem datur Spiritus renovationis, cujus fructus ſunt bona renatorum opera. Gal. V. 22. Ex his reliqua facile dijudicari poſſunt.

Uſus legis latius exponitur.

§. CCVI. Quæ de uſu legis dicta ſunt, latius diduci & explicari poſſunt hoc modo: 1) Lex eſt ſpeculum juſtitiæ, ſanctitatis & perfectionis divinæ; id ſic declaro. Deus Pater ab æterno genuit Filium, in quo plene & perfecte relucet ipſius imago. Col. I. 15. *Filius eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ*, Hebr. I. 3. eſt ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποςάσεως ἀυτῦ, quod breviter ſic effertur: Filius Dei eſt imago Patris ſubſtantialis, ergo ut Pater eſt æternus, omnipotens, juſtus, perfectus; ita quoque Filius eſt æternus, omnipotens, juſtus, perfectus: nimirum, quia eſt ſubſtantialis & perfecta Patris imago. Quamvis vero ab æterno Deus Pater hanc ſui imaginem, Filium dico, genuerit, tamen ex ὑπερβολῇ ἀγαθότητ☉ ſuæ voluit etiam aliam ſui imaginem exſtare, non quidem ſubſtantialem, ſed

ſidentalem, hominem igitur (ut & ange-
reavit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam,
27. quæ juxta interpretationem apoſtoli
nda eſt *juſtitia & ſanctitate vera*, Eph. IV.
Propter hanc Dei imaginem in ſe relucen-
mo conformis erat creatori ſuo. Sicut
eſt juſtus, bonus, ſanctus, miſericors:
que homo ad Dei imaginem creatus erat
bonus, ſanctus, miſericors. Nec tamen
ectionis gradu homo erat juſtus, bonus,
, miſericors, quo Deus, ſiquidem non
bſtantialis Dei imago, ſed creatus ad Dei
em; poterat igitur illam Dei in ſe relu-
-imaginem amittere, quia erat in ipſo
is, ſicut etiam per lapſum, proh dolor!
niſit, tenuibus ſaltim reliquiis adhuc re-
Deus igitur aliam ſuæ juſtitiæ & ſancti-
naginem nobis propoſuit in ipſa lege: qua-
n in lege nos eſſe vult, ab omni ſcilicet
labe immunes, contra vero luce juſtitiæ
itatis radiantes, talis ipſe eſt, ſed modo
perfectiori, imo plane ſingulari, cum il-
imago, in lege propoſita, ne quidem di-
m ejus imaginis, quæ in primo homine
t, adſequatur, ſiquidem imago Dei in
homine fulgens erat viva & interior, ſed
illa Dei, quæ in lege proponitur, eſt ex-
& literarum apicibus ἐκτυπωμένη. Qua-
n ex lege ad inſtaurationem imaginis divi-
ſemet ipſo ſuis viribus homo non poſſit
re, ideo miſit Deus Filium ſuum in mun-
qui cum ratione divinæ naturæ ſit ſubſtan-
Dei Patris imago, in adſumta carne ſua ima-
Dei perfectiſſimo modo relucentem ex-
t, eandemque per fidem & Spiritum re-
onis in nobis inſtauraret. Is non ſolum
ſanctus, ab omni ingenita peccati labe
nis inde a primo conceptionis momento
ed & perfectam obedientiam legi præſti-
uam per fidem nobis donat, & per Spiri-
anctum imaginem Dei in nobis reparare
, perfecte autem in vita æterna eam in
conſummabit. 2.) Lex eſt ſpeculum pri-
hominis juſtitiæ. Quales enim Deus in le-
eſſe vult, talis erat primus homo in con-
creata ſua integritate & juſtitia. Quicquid exterius in lege nobis præſcribitur, id in corde hominis interius vivis literis ſcriptum erat. Jubet lex, ut Deum ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus diligamus, talis dilectio fulgebat in corde primi hominis, nulla, ne minima quidem, pravarum concupiſcentiarum vel inordinati amoris fuligine contaminata; hinc propter qualeſcunque divinæ imaginis in homine reliquias *opus legis in cordibus gentilium ſcriptum eſſe* pronunciat apoſtolus Rom. II. 15. Atqui cum lex Dei cordi primi hominis inſcripta atque inſculpta fuerit, quare ſpecialem illam de non comedendo vetitæ arboris fructu legem Deus ipſi prohibuit? *Reſp.* Ad exercitium obedientiæ ſummo creatori debitæ proponebatur, ſiquidem imago illa Dei, ad quam primus homo conditus erat, complectebatur non ſolum juſtitiæ & ſanctitatis veritatem, ſed etiam arbitrii libertatem, illam igitur in externo quodam objecto exerceri oportuit. Athanaſius ſerm. de incarn. verbi pag. 39. *Deus ad ſuam ipſius imaginem hominum genus effiguravit, deditque illis ſuae rationis dotem, ut veluti umbras quaſdam ac lineamenta* (σκιάς τινάς) *rationis poſſidentes rationalesque effecti perſeverare poſſent in beatitudine, viventes veram & re vera ſanctorum in paradiſo vitam; animadvertens rurſum arbitrium, defectumque hominis* (legendum potius delectum δυναμένην προαίρεσιν) *utroque vergere,* (εἰς ἀμφότερα νεύειν) *mature hanc gratiam, quam ipſis dederat, legis & loci praeſidio communitam voluit.* 3.) Lex eſt ſpeculum corruptionis per lapſum protoplaſtorum in naturam humanam introductæ. *Per unius obedientiam peccatores conſtituti ſunt multi*; Rom. V. 19. hoc eſt, primus homo debitum obedientiæ tributum Deo denegans, ac datam legem transgrediens, peccatum in mundum introduxit, cujus ratione *natura omnes homines ſunt filii irae*, Eph. II. 3, *venundati ſub peccatum*, Rom. VII. 14. a quo ne ipſi quidem renati in hac vita penitus liberantur: quamvis enim *delectentur lege Dei ſecundum interiorem hominem* per Spiritum renovatum Rom. VII. 22. *vident tamen aliam*

legem, in membris ſuis repugnantem legi mentis, & captivantem eos in lege peccati, quae eſt in membris ipſorum. v. 23. Propter illud ἀντιςρατεύειν ſemper nitimur in vetitum. Lex jubet, ut Deum ex toto corde diligamus, ipſi confidamus, eumque timeamus, ſed homines natura fugiunt Deum, vera in ipſum fiducia ac timore deſtituti. Lex jubet, ut proximum diligamus, tanquam nos ipſos, ſed homines natura propenſi ſunt ad quærendum ſuum commodum & ſuum honorem. Lex prohibet, ne concupiſcamus, *ſed ex corde hominis*, tanquam ex venenato fonte, *exſurgunt pravae concupiſcentiae, quae ipſum coinquinant*, Matth. XV. 19. 4.) Lex eſt ſpeculum perfectiſſimæ illius, quam Chriſtus mediator noſtri loco præſtitit, obedientiæ. Chriſtus non ſolum natus eſt ſanctus, Luc. I. 35. ſed & toto ſuæ in his terris converſationis tempore ſanctis operibus vitam transegit, perfectiſſimam ac numeris omnibus abſolutiſſimam legi obedientiam præſtans, adeo, ut ne quidem *jota unum aut unus apex praeterierit, quem non impleverit*, Matth. V. 18. hinc vere dicere poteſt: Matth. XI. 29. *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Sancta Chriſti vita eſt perfectiſſima pietatis & virtutum omnium regula, quicquid exterius lex præſcribit, id in Chriſti corde interius fulſit, omnes ipſius actiones, omnes ſermones exactiſſime congruerunt cum norma divinæ legis; ſiquidem *peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus.* Eſa. LIII. 9. 1 Petr. II. 22. 5.) Lex eſt ſpeculum vitæ piæ & ſanctæ a renatis ducendæ. Chriſtus donat credentibus ſuam juſtitiam, quæ per fidem ipſis imputatur, huic juſtificationis & regenerationis beneficio nexu individuo conjuncta eſt renovatio, per quam credentes ſpiritu mentis ſuæ ad imaginem Dei reformari incipiunt, ut ſint *zelotae bonorum operum*, Tit. II. 14. Deoque *ſerviant in juſtitia & ſanctitate*, Luc. I. 75. Horum operum, hujus juſtitiæ & ſanctitatis, cui renati ſtudere debent, perfectiſſima norma in lege divina proponitur, adeo, ut novis mandatis ac nova evangelica lege ipſis minime opus ſit. Pſalm. XIX. 8. *Lex Jehovae perfecta eſt.* Deut. IV. 2. XII. 32. *Quod praecipio tibi, hoc tantum facias, non addas quidquam nec detrahas;* inde Eph. II. 10. dicitur *Deus praeparaſſe illa opera, in quibus pii ambulare debent.* Quæ de conſiliis perfectionis in nova lege a Chriſto additis diſputantur, ſolido deſtituuntur fundamento, ut ſuo loco adparebit. Non opponit Chriſtus explicationem ſuam Matth. V. doctrinæ Moſaicæ, ſed corruptelæ phariſaicæ; non legi propheticæ, ſed gloſſæ erroneæ ac hæreticæ. 6.) Lex eſt ſpeculum perfectionis in vita æterna exſpectandæ. Renati in hac quidem vita incipiunt legi divinæ ſinceram obedientiam præſtare, ſed hæc ipſorum obedientia non eſt modis omnibus perfecta, in futura autem vita numeris omnibus abſoluta erit. Quemadmodum in vita æterna ipſorum corpora erunt σύμμορφα glorioſo Chriſti corpori, Phil. III. 21. ita quoque ſpiritu mentis ſuæ plene & perfecte erunt renovati, ab omni vetuſtate carnis exuti, ad imaginem Dei perfecte reformari: 1 Joh. III. 2. *cum adparuerit, ſimiles ei erimus.* Qua de re pulcerrime ſcribit Nazianzenus orat. IV. de theol. μηκέτι πολλὰ ὄντες ὥσπερ νῦν τοῖς κινήμασι καὶ τοῖς πάθεσιν, ὐδὲν ὅλως Θεῦ ἢ ὀλίγον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς φέροντες· ἀλλ᾽ ὅλοι θεοειδεῖς, ὅλυ Θεῦ χωρητικοὶ καὶ μόνυ, τῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, πρὸς ἣν σπεύδομεν. *Non amplius multa exſiſtentes ut nunc, variis animorum motibus & adfectibus jactati, nihil omnino Dei aut parum in nobis habentes, ſed toti Deo ſimiles & conformes, totius ac ſolius Dei capaces futuri ſumus; haec enim eſt perfectio, ad quam tendimus* Hinc Auguſtinus toties repetit præceptum de dilectione in futura demum vita perfecte implentum iri, ubi nulla amplius erit concupiſcentia refrenanda.

Obediendum eſſe legi.

§. CCVII. Omnino autem hæc obedientia legi debita in hac vita a renatis eſt inchoanda, ſiquidem ſcriptura vere credentes ac renatos hoc modo deſcribit, quod caveant externos lapſus & peccata contra conſcientiam; quod ambu-

nt in bonis operibus, & præſtent exter-
bedientiam legi congruentem; quod per
m ſanctum inchoentur in eis novi motus
le, mente, voluntate, & omnibus mem-
cta ſingula præcepta; quod Spiritu, id
vis illis viribus a Spiritu ſancto donatis
ent pravis concupiſcentiis, ac carnem
nortificent: ſed quia in hiſce omnibus
atum præſtant, quantum lex exigit, ideo
unt immunditiem ac infirmitatem ſibi
operibus adhærentem, ſtatuunt, fide,
item ſuis operibus, ſe coram Deo juſtos
petunt peccata ſua tegi, ſeque Spiritu
regi, & prælucente hac fide & vero
nore bona operantur. Huc pertinet ob-
Lutheri, quod lege Dei νομίμως hoc
utamur, 1.) ſi diebus ſingulis expenda-
uid in ea a nobis requiratur: 2.) Si gra-
eo agamus, quod Filium redemtorem
qui a maledicto legis nos liberavit.
i peccatorum, quibus legem transgreſſi
, confeſſionem ſubjiciamus, eorumque
ationem per Chriſtum ſperemus. 4.)
amus precationem, ut Spiritu ſuo in ope-
onis ferventes nos faciat, ac legem ſuam
noſtrum ſcribat. Κελεύσματα illa, quæ
dientiam legi præſtandam nos invitare
t, hoc ordine enumerat Chemnitius de
ap. VIII. p. 255. *a)* Vera fides cupit
atis liberari, erit igitur indefeſſa horta-
vitanda peccata & præſtanda bona ope-
) Cum fide datur Spiritus ſanctus, qui
pellit ad bonum, cavendum igitur, ne
hoſpitem contriſtemus vel excutiamus.
lectio Dei tot beneficiis erga nos decla-
nobis imperrare debet, ut Deum dili-
, & mandata ejus cuſtodiamus; aman-
n natura eſt, amato obſequi. *d)* Ex
filiali ſolicite cavendum, ne Deum, be-
n illum Patrem, offendamus. Atqui
ctio proponit ſibi Dei beneficia, pro-
nes & exempla præmiorum, quibus in-
homo blande invitetur ad obedientiam
llam: ita timor filialis proponit ſibi
am, comminationes & exempla pœna-
rum, quibus exterior homo coerceatur ac re-
frenetur. Media, quibus ad ſinceram obedien-
tiam deducimur, ſunt, auditus ac meditatio
verbi, ſeriæ preces, fuga occaſionum peccan-
di &c. Pſalm. I. 2. *Beatus, qui in lege Do-
mini meditabitur die ac nocte.* Pſalm. CXIX.
11. *In corde meo abſcondi eloquium tuum, ne peccem tibi.* Deut. VI. 6. *Verba, quae prae-
cipio tibi, erunt in corde tuo,* v. 7. *Repetes
ea filiis tuis, loqueris de eis, quando ſedebis
in domo tua, quando ambulabis per viam,
quando jacebis in lecto, & quando ſurges.* v. 8.
Ligabis ea in ſignum in manu tua &c.

Definitio legis moralis.

§. CCVIII. Atque hæc dicta ſint de *lege morali*, quam ſi quis exacte definire velit, reſpiciat potiſſimum ad hæc membra: 1.) Quod ſit doctrina cœleſtis & divina, non in monte Sinai primum tradita, ſed in creatione patefacta, poſtea vero ſolenniter repetita, ac per prophetas & apoſtolos declarata. 2.) Quod ſit æterna & immota juſtitiæ regula, nulli mutationi vel abolitioni obnoxia: qua ratione non ab humanis ſolum legibus, ſed & ceremonialibus ac forenſibus Moſaicis diſtinguitur. 3.) Quod non ſolum externorum operum regula ſit, ſed & cogitationum, imo totius naturæ integritatem, hoc eſt, perfectam, interiorem & exteriorem obedientiam requirat. 4.) Quod promittat quidem benedictionem & vitam, hoc eſt, corporalia & ſpiritualia, hujus & æternæ vitæ præmia, ſed ſub conditione perfectæ obedientiæ. 5.) Quod propter naturæ corruptionem per peccatum introductam nemo hominum perfectam illam obedientiam in hac vita legi præſtare poſſit, unde promiſſiones legis nobis redduntur inutiles. 6.) Quod reſpectu corruptæ naturæ ſit judicium univerſale accuſans & condemnans homines, ideoque compellat nos ad Chriſtum, qui eſt finis legis ad juſtitiam omni credenti. 7.) Quod ſit norma bonorum operum, in quibus renati ambulare debent. Hæc omnia vel certe potiora complectitur Philippea definitio: *Lex moralis*

eſt æterna & immota ſapientia & regula juſtitiæ in Deo, diſcernens recta et non recta, et patefacta eſt hominibus in creatione, et poſtea ſæpe repetita & declarata voce divina, ut ſciamus, quod ſit Deus, et qualis ſit, obligans omnes creaturas rationales, & poſtulans, ut omnes ſint conformes Deo, ac damnans & deſtruens omnes non conformes, niſi fiat remiſſio & reconciliatio propter Filium mediatorem, cui cum Patre & Spiritu ſancto ſit honor, laus & gloria in ſecula, Amen!

APPENDIX.

Iis, quæ de lege Dei morali copioſe atque erudite heic diſſeruit b. GERHARDUS, ſupplementi loco paucula de legibus divinis poſitivis univerſalibus ſubjungemus. Intelliguntur vero hocce nomine eæ leges, quæ *ex libero ſupremi numinis arbitrio profluxere, omnibusque hominibus fuerunt publicatæ, mediante revelatione, nec intercedente luminis naturæ dictamine.* In hancce claſſem referunt nonnulli *I*) mandatum de non comedendo ex arbore vetita, quod, ex eorum mente, non tantum primos noſtros parentes, ſed omnes etiam eorum poſteros reſpexit. *II*) ſacrificiorum obſervantiam; *III*) præceptum de ſabbato; *IV*) interdictum polygamiæ *Gen. II.* 22. coll. cum *Matth. XIX.* *V*) gradus matrimoniales prohibitos *Lev. XVIII.* *VI*) legem de homicidis capitaliter puniendis, *Genes. IX. 6.* ac denique *VII*) præceptam fidem in Chriſtum, *1 Joh. III. 23.*

Hiſtoriam harum legum deſcripſit JAC. FRID. LUDOVICI, in *delineatione juris div. nat.* & *poſitivi univerſalis.* Add. b. BUDDEUM, in *hiſt. jur. nat.* §. *XLIII.* Veſtigia earum deprehenduntur apud theologos noſtrates, DANNHAUERUM, DORSCHÆUM, SCHERZERUM, CALOVIUM, aliosque. In naturam vero atque indolem iſtarum legum adcuratius inquiſivit CHRIST. THOMASIUS, JCtus Halenſis, in *inſtitut. jurisprud. div. libr. I. cap. II. p. 63. ſeqq.* nec non in *diſſertat. de crimine bigamiæ.* Sed idem vir doctus, qui primus fundamenta hujus ſyſtematis jecit, idque dilucidius exponere adniſus eſt, primus quoque fuit, qui hocce ſyſtema rurſus ſubruere conatus eſt, non tantum in *fundamentis jur. nat. & gent.* paſſim, ſed etiam in *obſervat. Halens. tom. VI. obſ. XXVII. p. 279 ſeqq.* cujus exemplum ſecutus eſt laudatiſſ. BUDDEUS, in *theol. morali, p. m. 369. ſeqq.* qui leges iſtas poſitivas univerſales ad *naturales hypotheticas* retulit. Non defuerunt tamen ex altera parte, qui harum legum defenſionem in ſe ſuſceperunt, veluti HOCHSTETTERUS, in *collegio Puſendorf. p. 136. ſeqq.* & JO. ANDR. GRAMMLICHIUS, in *vindiciis legum divinar. poſitiv. univerſal.* Francof. & Lipſ. *MDCCXVI. 4.* editis; quibus WEBERUS, PEYERUS, RÖSLERUS, b. cancell. PFAFFIUS, aliique addi merentur.

Qui philoſophiæ recentioris placita hodie ſequuntur, ea, quæ olim ex ſola lege poſitiva comprobari poſſe plerique exiſtimabant, ex ipſo jure naturæ derivandum eſſe cenſuerunt. Viam iis hac in re præivit ill. WOLFIUS, cujus veſtigia preſſit b. CANZIUS noſter, in *uſu philoſoph. Leibnitianæ ac Wolf. in theolog. cap. XI. §. XXI. p. 470. ſeqq.* itemque in *diſciplinis moralibus omnibus*, §. *3708. ſeqq. p. m. 1144.* nec non in *compendio theolog. p. 137. ſeqq.* alibique paſſim. Ad ſententiam laudatiſſ. CANZII proxime accedit DAN. WYTTENBACHIUS, vir doctiſſimus, in *tentamine theologiæ dogmat. tom. III. §. 1405. p. 1291. ſeqq.* Ut alios taceamus.

Quænam noſtra de hocce argumento ſit ſententia, eundo per certas poſitiones, paucis jam exponemus. Sit itaque theſis *I*) non dantur leges divinæ poſitivæ univerſales, quæ a *nudo* DEI *arbitrio* eſſent profectæ. Quum enim Deus ſit legislator ſapientiſſimus, nihil præcipit vel vetat eam tantum ob rationem, quia *vult*, nec ob ſuam utilitatem fert leges, ſiquidem nulla re indiget, nec tantum ad oſtendendam ſuam auctoritatem, quod ſolo homine dignum, ſed ob utilitatem totius generis humani publicam. Proinde, quod *II*) notamus, leges iſtæ univerſales innituntur rationibus objectivis, in rerum, circa quas voluntas Dei verſatur, natura fundatis, hocque reſpectu, & ſecundum *radicem* ſuam, recte dicuntur NATURALES. Nec *III*) obſtat huic ſententiæ, quod rationes iſtæ objectivæ nobis non ſemper ſatis ſint cognitæ atque perſpectæ. Nam ſi vel maxime hoc concederemus, nullum tamen foret dubium, dari omnino ejusmodi rationes a communi hominum utilitate deſumtas. Nam nec regis humani ſubditum dubitare decet, quin lex a ſapienti principe lata ad utilitatem publicam ſpectet, licet, quanam id fiat ratione, non ſatis perſpectum habeat. Nec, quod *IV*) notamus, objici heic poteſt, etiam leges divinas *particulares*, cerimoniales nimirum & forenſes, rationibus objectivis pariter eſſe ſuperſtructas; rationes enim, quibus hæ leges innituntur, non a natura hominum *univerſali*, ſed *particulari* duntaxat gentis ebrææ, ejusque indole plane ſpeciali erant deſumtæ. Illud etiam *V*) probe notandum, nonnullas leges divinas easdemque *univerſales* ſupponere *factum* quoddam, propter quod leges iſtæ latæ ſunt. Quum vero factum iſtud ex lumine naturæ cognitum haud ſit, ſed ex ſola revelatione conſtet, facile intelligitur, ejusmodi leges POSITIVARUM titulum jure meritoque gerere. Ita verb. grat. præceptum de celebrando ſabbato innititur facto rationi ſibi relictæ ignoto, ſed ex revelatione cognito, nimirum creatione hujus univerſi ſeptimo die abſoluta, *Exod. XX. 11.* Proinde *VI*) lex poſitiva univerſalis MEDIA inter *naturalem* & divinam *particularem*, interjacet, prout recte obſervavit b. CANZIUS, quem ſupra jam laudavimus. Nec *VII.*) prætermittendum heic eſt, eas ſubinde leges pro naturalibus atque univerſalibus venditari, quæ duntaxat juris divini poſitivi ſunt, adeoque ad leges particulares pertinent. Ex quibus præceptum de *ſacrificiis* heic adlegaſſe ſufficiat. Denique *VIII*) & hoc addimus, leges quasdam, ſpeciatim eas, quæ ad cauſſas matrimoniales *Lev. XVIII.* recenſitas pertinent, ita eſſe comparatas, ut rectius ad leges *naturales*, quam *poſitivas* referri mereantur. Licet enim nonnulli gradus matrimoniales *loc. cit.* prohibiti, juri naturæ *ſociali*, quod officia tantum erga alios, ex ratione præſcribit, haud repugnent; adverſantur tamen iuri naturali *ſuperioris gradus*, quod, præter officia in alios, regulas quoque honeſtatis, de rectitudine animi legesque decori præſcribit. Qua de re in adnotationibus noſtris ad locum *de conjugio* ſuo tempore uberius diſſeremus.

CONSPE-

CONSPECTUS
LOCORUM
CAPITUM ET CONTENTORUM
IN TOMO HOC V. OCCURRENTIUM.

Locus XI.
DE PECCATIS ACTUALIBUS.

Proœmium.

Indicatur *nexus* hujus loci cum præcedente. §. I.

Cap. I.
De Peccati Actualis Natura.

Nominis peccatorum *actualium* ratio traditur, & *Augustini* definitio laudatur, & contra *Bellarminum* defenditur, præcipue quoad notionem *voluntarii.* §. II. III.

Adferuntur definitiones *Johannis* apoſtoli, Phil. *Melanchtonis*, & *Patrum.* §. IV. V. Subjungitur quoque reſponſio ad quæſt. an omnis *ανομια* ſit peccatum? §. VI.

Cap. II.
De Peccati Actualis Ονοματολογια.

Docetur *etymologia* vocum *peccare, αμαρτια, παραβασις.* §. VII.

Adlegantur *ſynonyma* & in textu *hebræo* & apud *LXX. Interpretes*, nec non in *N. T.* occurrentia. §. VIII. IX. quorum *differentia* traditur §. X.

Peccati *homonymia* declaratur. §. XI.

Adferuntur *atroces peccati deſcriptiones* a Patribus traditæ. §. XII.

Denominationes peccati *ſcripturariæ* exhibentur. §. XIII.

Cap. III.
De P. A. Cauſſis & Effectibus.

Peccatorum actualium *cauſſæ tres* adferuntur & ulterius declarantur, additis etiam cauſſis *per accidens.* §. XIV — XVI.

Effectus peccatorum actualium varii exhibentur, additis etiam illis, qui *per accidens* illis adhærent. §. XVII. XIIX.

Cap. IV.
De P. A. Variis Speciebus.

Adferuntur diviſiones actualium peccatorum ratione *cauſſæ efficientis*, *actus* ipſius, *cauſſæ & effecti ſimul*, *ſubjecti*, *objectorum*, *adjunctorum*, *graduum*, *modi.* Subjunguntur etiam diviſiones *ex accidenti.* §. XIX.

Cap. V.
De Peccatis Voluntariis & Involuntariis.

Deſcribuntur peccata *involuntaria* & *voluntaria*, §. XX. utriusque ſpeciei *exemplis* ex Scriptura S. adductis. §. XXI. XXII.

Ignorantiæ ſpecies variæ exhibentur, & gravitas peccati ex deſtinata *malitia* perpetrati docetur. §. XXIII. XXIV.

Cap. VI.
De Peccatis Commiſſionis & Omiſſionis.

Fundamentum hujus peccatorum diviſionis ex multis Scripturæ S. dictis adſeritur. §. XXV.

Scholaſticorum de peccato omiſſionis, an ſit illud *voluntarium*, & num *ſpecie* a peccato commiſſionis differat, diſputationes adducuntur, §. XXVI. XXVII.

Cap. VII.

De Peccatis in averſione a Deo & converſione ad creaturas conſiſtentibus.

Utriusque hujus peccatorum ſpeciei *indoles & natura* cum ex *Scholaſticorum* effatis, tum ex *Scriptura ſacra* docetur. §. XXIIX. XXIX.

Cap. VIII.

De Peccatis, quae ſimul ſunt cauſſa & pœna peccatorum.

Exſiſtentia hujus peccatorum ſpeciei ex Auguſtino & Gregorio probatur, *modusque* quadruplex ex Chemnitio docetur. §. XXX. XXXI.

* In ſubjuncta obſervatione hiſtoria controverſiæ circa quæſtionem, *quo modo Deus peccata peccatis puniat? Auguſtinum* inter & *Julianum*, Pelagii adſeclam, ſubortæ commemoratur, multis & ex Auguſtini libris, & ex Gregorio Magno, locis adlegatis, adnexaque ſolida litis hujus epicriſi.

Cap. IX.

De Peccatis Interioribus & Exterioribus, ut & Cordis, Oris, & Operis.

Omnium harum peccati ſpecierum *exſiſtentia* ex Patribus docetur. §. XXXII.

Interiorum peccatorum duplex ſpecies traditur, &, num ad *originale*, an ad *peccata actualia* referenda ſint illa, diſquiritur. §. XXXIII — XXXV.

Cap. X.

An Concupiſcentia in Renatis ſit peccatum?

Status controverſiæ adcurate determinatur, remotis, quæ huc non pertinent, quæſtionibus. §. XXXVI.

Adfirmans ſententia *argumentis novem* ex Ep. ad Rom. Capp. VI. VII. VIII. deſumtis demonſtratur & contra adverſariorum exceptiones defenditur, §. XXXVII — LI.

Idem fit *duodecim* argumentis ex aliis ſcripturæ locis petitis, & itidem ab exceptionibus adverſariorum vindicatis. §. LII — LXIII.

Confirmatur hoc idem adſertum *teſtimoniis patrum*, præſertim *Auguſtini*, §. LXIV — LXIIX. immo *adverſariorum ipſorum*. §. LXIX.

Diluuntur *exceptiones Bellarmini*. §. LXX — LXXIIX.

Subjungitur quæſtio Scholaſticorum: *an actus peccati exterior habeat malitiam propriam?* §. LXXIX.

Cap. XI.

De Peccatis contra Deum, Proximum, & Nos ipſos, commiſſis.

Fundamentum hujus diviſionis ex Scriptura ſacra adſeritur. §. LXXX.

Subjungitur diviſio peccatorum in ea, quæ contra *primam*, & quæ contra *ſecundam* decalogi tabulam committuntur. §. LXXXI.

Cap. XII.

De Peccatis in Corpus & extra Corpus commiſſis.

Diviſionis hujus *fundamentum* deſumitur ex 1 Cor. VI, 18. cujus dicti ſenſus exponitur. §. LXXXII.

Cap. XIII.

De Peccatis Carnis & Spiritus.

Differentia utriusque hujus peccatorum ſpeciei quænam ſit, docetur. §. LXXXIII.

Cap. XIV.

De Peccatis Manifeſtis & Occultis.

Sedes hujus diviſionis ex 1 Tim. V, 24. 25. deſumitur. §. LXXXIV.

Cap. XV.

De Peccatis clamantibus in cælum.

Quænam peccata huc pertineant, docetur §. LXXXV.

Cap. XVI.

Cap. XVI.

De Peccatis Capitalibus.

Scholaſticorum de *numero* horum peccatorum ſententiæ exhibentur. §. LXXXVI.

Cap. XVII.

Exſiſtentia & *varii modi* horum peccatorum exhibentur §. LXXXVII. LXXXIIX.

Cap. XIIX.

De Participatione peccatorum alienorum.

Iterum & *exſiſtentia & modi* hujus peccatorum ſpeciei docentur. §. LXXXIX.

Cap. XIX.

De Peccatis Venialibus ac Mortalibus.

* In Obſervatione addita varia vocis *venialis peccati* acceptio docetur, & quæſtio ipſa ſolide deciditur.

Scholaſticorum hac de re ſententiæ commemorantur. §. XC. XCI.

Verus ſenſus hujus diviſionis docetur. §. XCII.

Nullum peccatum ex ſe & ſua natura veniale eſſe, demonſtratur ſeptem argumentis, & ad Bellarmini exceptiones reſpondetur. §. XCIII. XCIV.

Patrum hac de re ſententiæ adducuntur & a Bellarmini exceptionibus liberantur §. XCV. ad alias quoque ejus exceptiones reſpondetur §. XCVI.

Diverſæ vel ipſorum *Scholaſticorum* & *Pontificiorum* ſententiæ, quod quædam peccata ſint ſua natura venialia §. XCVII. inprimis *Bellarmini* §. XCIIX.

Bellarmini pro ſua hypotheſi argumenta tria ex Matth. V, 22. XXIII. & Luc. XII, 59. adducuntur & diluuntur §. XCIX. C.

* Interſperguntur heic notæ ad locutiones *ερρεθη τοις αρχαιοις, ενοχος τη κρισει, ρακα, μωρος*, & *εις την γεενναν του πυρος*, occaſione loci Matth. V, 21. 22.

Ejusdem, cum ex patribus, tum ex ratione, deſumtæ probationes hujus theſeos infringuntur §. CI.

De *peccatis mortalibus* duplex quæſtio adducitur §. CII.

Cap. XX.

De Peccatis Regnantibus & Non-regnantibus.

Diviſionis hujus *fundamentum* ex variis Scripturæ locis adſeritur. §. CIII.

Cap. XXI.

De Peccatis per ſe & per accidens.

Utraque hæc peccatorum ſpecies declaratur. §. CIV.

Cap. XXII.

De Peccato mortuo & vivente.

Ratio hujus diſtinctionis & *definitiones* ſpeciei utriusque exhibentur §. CV.

Cap. XXIII.

De Peccato manente & remiſſo.

Fundamentum utriusque ſpeciei ex Scriptura traditur. §. CVI.

Cap. XXIV.

De Peccato in Spiritum Sanctum.

Patrum deſcriptiones hujus peccati exhibentur. §. CVII.

Loca Scripturæ, in quibus mentio ejus fit, adducuntur. §. CIIX. peccatum hoc ipſum definitur & explicatur §. CIX.

* In obſervatione addita, loca ex *Ep. ad Hebr.* & *1 Joh. V, 16.* huc referri alias ſolita illuſtrantur, & *huc non pertinere* dicuntur. Deinde doctrina ipſa *de Peccato in Spir. S.* ſolide ac prolixe tractatur, *ſex* quippe *momentis* diſtincte expoſitis: adjungitur etiam tractatio *de peccato in filium hominis.*

Cap. XXV.

De Uſu hujus loci & peccatorum actualium definitione.

Triplex hujus doctrinæ uſus docetur §. CX. Peccata actualia *definiuntur*. §. CXI.

Locus

Locus XII.
DE LIBERO ARBITRIO:
Hoc est:
DE VIRIBUS HUMANIS POST LAPSUM ADHUC RELIQUIS.

Proœmium.

Nexus hujus cum præcedente loci declaratur. §. I.
Mentis & *voluntatis* facultatem eſſe liberum arbitrium, adſeritur, &, quo ſenſu tamen *ad adpetitum magis inclinare* recte dicatur, docetur §. II. III.

Cap. I.
De diſtinctione libertatis.

Arbitrio *libertas* tribuitur
1. ratione *modi* agendi §. IV. cujus libertatis *denominationes* variæ adferuntur §. V. eamque poſt lapſum quoque manſiſſe, nec per providentiam divinam tolli, adſeritur §. VI — IX. Deo etiam ipſi illa adſcribitur §. X.
2. ratione *normæ* ad judicandum & eligendum propoſitæ: hæc vocatur libertas *ab obligatione:* quæ *numquam* homini *competit.* §. XI — XIV.
3. ratione *objecti:* de qua heic ſermo eſt. §. XV.

Cap. II.
De Conſideratione Liberi Arbitrii ſecundum quadruplicem ſtatum hominis.

Hæc arbitrii libertas alia fuit *ante*, alia *poſt lapſum:* & *hæc* iterum alia *ante*, alia *poſt converſionem:* & denuo *hæc* alia eſt *in hac*, alia in *futura* vita. §. XVI — XVIII.
Libertas arbitrii *ante lapſum* quæ fuerit, declaratur §. XIX. & quomodo *vocari* poſſit, ac ab ea, quæ vocatur *libertas a coactione*, diſcerni debeat, docetur §. XX. XXI. addita doctrina de *illius jactura.* §. XXII. XXIII.
Libertas arbitrii *poſt lapſum* deſcribitur & declaratur §. XXIV — XXXI.

Cap. III.
De vero controverſiae ſtatu.

Removentur novem quæſtiones huc non pertinentes, *verus* contra *quæſtionis ſtatus* traditur diſtincte §. XXXII. XXXIII.

Cap. IV.
De amiſſo libero arbitrio poſt lapſum.

Extrema *intellectus humani corruptio* & ad ſpiritualia percipienda *ἀδυναμία* ex multis Scripturæ S. oraculis adſeritur, quæ ſimul a perverſis multorum interpretationibus vindicantur. §. XXXIV -- XXXVI.
Eadem ratione & *voluntatis* corruptio probatur, & contra exceptiones aliter ſentientium defenditur. §. XXXVII — XLIII.
Antiquitatis hac de re teſtimonia, in *quinque* claſſes diſtributa, adferuntur §. XLIV — XLIIX.
Adducuntur etiam *Scholaſticorum* & *Pontificiorum* ipſorum teſtimonia. §. XLIX.

Cap. V.
Errantes de Libero Arbitrio in Exceſſu.

Pelagii & adſeclarum, *Scholaſticorum*, & *Pontificiorum*, præcipue *Concilii Tridentini*, *Coſteri*, & *Bellarmini*, errores recenſentur §. L — LIV.
His accenſendi etiam eſſe cenſentur *Eraſmus* & *Synergiſtæ*. §. LV.
* In Obſervationibus adjectis de *Eraſmi* deque *Synergiſtarum* moliminibus prolixius diſſeritur.

Cap. VI.

Cap. VI.

Errores Bellarmini de Libero Arbitrio refutati.

Sectio I.

De diſtinctione inter auxilium ſufficiens & efficax.

Bellarmini inter auxilium *ſufficiens* & *efficax*, itemque ſententia ejus de *efficacia gratiæ*, propo-
k diluitur. §. LVI. LVII.

Sectio II.

De diſtinctione inter gratiam operantem & cooperantem.

Bellarmini de gratia *operante* & *cooperante*, una cum ejus *argumentis*, recenſetur & confutatur.
I — LXII.

Sectio III.

Examen libri IIItii Bellarmini de natura liberi arbitrii.

rum hac de re diverſæ ſententiæ adducun-
LXIII.

Lutherus contra Bellarminum defenditur, quod Deum libertate arbitrii non privet. §. LXIV.

Sectio IV.

Examen libri IVti Bellarmini de viribus liberi arbitrii in naturalibus.

s hominis ſint in *notitia Dei naturali*; & num *ſervum* dicere liceat hominis arbitrium, diſcutitur
. LXVI.

Sectio V.

Examen libri Vti Bellarmini de viribus liberi arbitrii in moralibus.

u homini liberum arbitrium *in moralibus* poſſit, docetur §. LXVII.

i pro libero arbitrio hominis *argumenta* proponuntur & ſolvuntur. §. LXIIX — LXXI.

Reſpondetur etiam ad argumenta illius *ſcripturaria* in *ſex* claſſes ab eo diſtributa, nec non ad ea, quæ ex *patribus* adducit. §. LXXII — LXXIX.

Sectio VI.

Examen libri VIti Bellarmini de viribus liberi arbitrii in ſpiritualibus.

ipſa diſtincte propponitur §. LXXX.

i *exceptiones*, quibus noſtram ſententiam nat, diluuntur §. LXXXI. *rationesque*, quas i hypotheſi cum ex *ſcriptura*, tum ex *patri-* ſumit, infringuntur §. LXXXII. LXXXIII.

Multa Scripturæ Sacræ dicta, ſiniſtre a. Bellarmino explicata, vindicantur. §. LXXXIV — CI.

* In nota ad §. XCV. dictum Joh. XV, 5. dilucide explicatur, verusque illius ſenſus exponitur.

Cap. VII.

Errantes de Libero Arbitrio in Defectu.

tur in defectu heic peccantes, eorumque er- eſcribuntur. §. CII.

Obſervationibus additis differitur de *Valentianis*, *Marcionitis*, *Enthuſiaſtis*, itemque de *fato Stoicorum*, nec non de ſyſtematibus *Bened. de Spinoza*, *Thom. Hobbii* ſ. Hobbeſii, *Petri Bælii*, *Ant. Collini*, *Franc. Nic. Malebranchii*, nec non *Leibnitii* & *Wolfii*.

Cap. VIII.

De Operibus non renatorum.

minum *irregenitorum* qualia ſint in judicio , ex Scriptura docetur §. CIII.

* In Nota prolixe & diſtincte hæc doctrina exponitur.

Dicta *veterum* **hac de re adducuntur. §. CIV.**

* In Obſ. adjecta de ſententia *Auguſtini*, qui bona infidelium opera *peccata* nuncupavit, peculiariter agitur.

Reſpondetur ad objectiones adverſariorum, & præcipue *Bellarmini* exceptiones ſolvuntur. §. CV — CVII.

* In Nota §. CVI. adjecta de loco Rom. XIV, 23. quædam notatu digna dicuntur.

Cap. IX.

De libertate arbitrii poſt lapſum reliqua, nec non de uſu hujus doctrinae.

Objecta liberi arbitrii adcurate diſtinguuntur in *mundana* & *ſpiritualia*, quæ utraque denuo dividuntur. §. CIIX — CX.

In quibusnam ſuperſit aliqua arbitrii libertas, docetur §. CXI — CXIV.

De *impedimentis* libertatis reſiduæ, cum *externis*, tum *internis*, agitur §. CXV — CXIX.

Quintuplex doctrinæ hujus *uſus* oſtenditur §. CXX — CXXIV. at ejus etiam *abuſus* traditur §. CXXV.

Converſio *non eſt momentanea*, ſed *ſucceſſiva*. §. CXXVI. CXXVII.

Cap. X.

Explicatio dictorum quorumdam huc pertinentium.

Loca *Luc. XI*, 13. coll. 1 Cor. XII, 3. & *Gal. III*, 14. explicantur. §. CXXIIX. CXXIX.

Tractantur quæſtiones: *an homo in converſione habeat ſe pure paſſive? an habeat ſe ſicuti lapis & truncus? an convertatur repugnans?* §. CXXX — CXXXIX.

Summa doctrinæ hujus repetitur §. CXL — CXLVI.

Locus XIII.

De Lege Dei.

Nexus hujus loci cum præcedentibus oſtenditur §. I.

Vocum *Lex* & תורה *etymologia*, *homonymia*, & *ſynonymia*, una cum variis, quæ legi tribuuntur, *adpellationibus*, exhibentur. §. II — V.

Variæ legis *definitiones* traduntur. §. VI.

Dividuntur leges

1. ratione auctoris, in *divinas* & *humanas*. §. VII.
2. ratione materiæ in *morales*, *cerimoniales*, & *forenſes*: cujus diviſionis fundamenta quoque docentur. §. VII — IX.
3. ratione accidentium in *ſcriptas* & *non-ſcriptas*. §. X.
4. ratione objectorum in *eccleſiaſticas* & *politicas*: ubi etiam differitur de diviſione *juris* in *naturale*, *gentium*, & *civile*. §. XI. XII.

Summa legis *moralis* contineri dicitur in *Decalogo*, licet *diu ante* ſollemnem hujus promulgationem lex moralis ipſa *exſtiterit*: id quod *per ſingula decalogi præcepta* exemplis *patriarcharum* probatur. §. XIII — XXIV.

Promulgatio legis moralis *ſollemnis* inſtituta a Deo eſt: cujus rei *cauſſæ* adferuntur potiores. §. XXV. XXVI.

Docetur promulgationis *modus*, quoad *antecedentia*, *concomitantia*, & *conſequentia*. §. XXVII — XXX.

Tabulæ in promulganda lege morali adhibitæ conſiderantur ratione *cauſſæ efficientis*, *materiæ*, *formæ*, *numeri*, *finis*, & *durationis*. §. XXXI — XXXVII.

Quæ præcepta ad utramque tabulam pertineant, disquiritur, adlatis partium diſſidentium rationibus, & ſtabilita vera ſententia. §. XXXIIX — LII.

Regulæ generales explicationi veræ cujusque præcepti inſervientes. §. LIII.

Sapiens præceptorum decalogi *ordo* oſtenditur §. LIV.

Explicatur præceptum *primum* §. LV. & quidem

1. ejus *præfatio* §. LVI.
2. *virtutes* in eo mandatæ §. LVII. LVIII.
3. *peccata* contra illud pugnantia. §. LIX — LXI.
4. *adpendix* præcepti primi de *non faciendis ſculptilibus*: ubi prolixa occurrit diſquiſitio de cultu imaginum, rationibus & pro illo & contra illum ſollicite adductis & ſolide penſitatis. §. LXII — CV.

   * In obſervationibus, quarum ingens heic occurrit copia, *hiſtoria controverſiarum* hac de re agitatarum adcuratius ubique edocetur, *auctores*que *præcipui* adlegantur.
5. generalis primo præcepto addita & *promiſſio* & *comminatio* exponitur §. CVI — CVIII. ubi ſubjunguntur quæſtiones:
   a. qua ratione Deo tribuatur *Zelotypia?* §. CIX.
   b. quomodo *filius non portet iniquitatem patris?* §. CX.
   c. an *omne peccatum ex odio Dei ortum* recte dicatur? §. CXI.

Expli-

Explicatur præceptum *ſecundum*: & quidem

1. locutiones *nomen Dei* & *in vanum ſumere*. §. CXII. CXIII.
2. *virtutes* & *peccata*. §. CXIV. CXV.
3. adduntur quæſtiones:
   a. an Chriſtianis licitum ſit *jurare?* §. CXVI. CXVII.
      * In obſervationibus controverſiæ circa hanc rem exortæ uberius recenſentur.
   b. *quæ* juramenta ſint licita? §. CXIIX.
   c. an liceat jurare *per creaturas?* §. CXIX.
      * Iterum in Notis additis quæſtio hæc prolixius tractatur.
   d. quid ſtatuendum ſit de *cerimoniis*, quæ in juramentis adhibentur? §. CXX.
   e. quæ juramenta ſint *ſervanda?* §. CXXI.
   f. an adprobandus uſus *ligaturarum* vel *characterum?* §. CXXII.

Explicatur præceptum *tertium*. §. CXXIII.

1. *ſingula* præcepti hujus *verba*, tamquam totidem momenta, expenduntur §. CXXIV — CXXXV.
2. *virtutes* & *peccata* hujus præcepti indicantur. §. CXXXVI. CXXXVII.
3. Docentur *officia* & *miniſtrorum verbi* & *auditorum*. §. CXXXIIX.
4. Reſpondetur ad quæſtiones:
   a. *quotuplex* ſit ſabbatum? §. CXXXIX.
   b. *quo fine* ſabbatum Moſaicum a Deo fuerit inſtitutum? §. *CXL*.
   c. cur in locum ſabbati *ſucceſſerit dies primus* ſeptimanæ? §. *CXLI*.
   d. num ſimpliciter *opera œconomica & politica ſabbato ſint probibita?* §. CXLII.

Explicatur præceptum *quartum*.

1. ſingula ejus *verba* explicantur. §. CXLIII. *CXLIV*.
2. *virtutes* hujus præcepti docentur. §. *CXLV* — *CXLVII*.
3. quæritur:
   a. *an etiam ſpurii obligentur hoc præcepto ad honorandos parentes?* §. CXLIIX.
   b. *quando parentes ſint odio habendi?* §. CXLIX.
   c. an *μακροβιότης beneficii loco habenda?* §. CL.
   d. *cur morigeri liberi quandoque non ſint longævi?* §. CLI.

Explicatur præceptum *quintum*.

1. *momenta* hujus præcepti expenduntur. §. CLII.
2. *virtutes* & *peccata* hujus præcepti. §. CLIII. *CLIV*.
3. quæritur:
   a. *an αὐτοφονία ſit peccatum contra quintum præceptum?* §. *CLV*.
      * In obſervationibus multa occurrunt notatu omnino digniſſima.
   b. *an ſupplicia a magiſtratu irrogata pugnent cum quinto præcepto?* §. *CLVI*.
   c. *quid ſtatuendum de homicidio caſuali?* §. *CLVII*.
   d. *quid de homicidio defenſorio ſtatuendum?* §. *CLIIX*.

Explicatur præceptum *ſextum*.

1. *momenta* præcipua oſtenduntur. §. CLIX.
2. *virtutes* & *peccata* hujus præcepti. §. CLX. CLXI.
3. quæſtiones ſolvuntur:
   a. *quid proprie ſit adulterium?* §. CLXII.
   b. *an lupanaria ſint toleranda?* §. CLXIII.
   c. *quale ac quantum ſit peccatum adulterii?* §. CLXIV.
   d. *an pollutio nocturna ſit peccatum?* §. CLXV.

Explicatur præceptum *ſeptimum*.

1. *momenta* indicantur §. CLXVI.
2. *virtutes* & *peccata* hujus præcepti. §. CLXVII. CLXVIII.
3. ſolvuntur quæſtiones:
   a. *an omne furtum ſimpliciter ſit prohibitum?* §. CLXIX.
   b. *an furtum ſit natura prohibitum?* §. CLXX.
   c. *an juſtum ſit fures ſuſpendio punire?* §. CLXXI.

Explicatur præceptum *octavum*.

1. *momenta* docentur. §. CLXXII.
2. *virtutes* & *peccata* hujus præcepti recenſentur. §. CLXXIII — CLXXV.
3. quæritur:
   a. *an omne mendacium ſit peccatum?* §. CLXXVI.
      * In Nota uberius hæc quæſtio dilucidatur.
   b. *an omnis ſimulatio ſit prohibita?* §. CLXXVII.
   c. *an liceat in judicio vel in confeſſione æquivocationibus uti?* §. CLXXIIX.

* In Notis auctores primarii huc pertinentes adducuntur.

Explicantur præcepta *nonum* & *decimum*. §. CLXXIX. CLXXX.

Tractatur doctrina de *poſſibilitate perfectæ impletionis legis*, ubi

1. res ipſa & ſententia genuina proponitur. §. CLXXXI.
2. *argumenta* negantem ſententiam probantia adferuntur
   a. ex *ſcriptura*. §. CLXXXII.
   b. ex *natura legis*. §. CLXXXIII.
   c. ex *confeſſione omnium ſanctorum*. §. CLXXXIV.
   d. ex iis Scripturæ dictis, quæ teſtantur, *per legem neminem coram Deo juſtificari poſſe*. §. CLXXXV.
   e. ex iis Scripturæ locis, quæ Filium Dei ideo miſſum eſſe in mundum docent, ut *noſtri loco* legem *perfecte impleret*. §. CLXXXVI.
   f. ex propria *renatorum experientia*. §. CLXXXVII.
   g. ex *allegoriis* ipſis in ſcriptura ſacra obviis. §. CLXXXIIX.
   h. ex veterum teſtimoniis. §. CLXXXIX.
3. *Pontificiorum* de perfecta legis impletione ſententia adlegatur §. CXC. eorumque argumenta adducuntur & ſimul refutantur, petita
   a. ex Matth. XI, 30. §. CXCI.
   b. ex 1 Joh. V, 3. §. CXCII.
   c. quia renati *diligunt Deum & proximum* §. CXCIII.
   d. quia ſcriptura nonnullos homines dicit eſſe *perfectos*. §. CXCIV.
   e. quia quidam dicuntur Deum *ex toto corde* dilexiſſe. §. CXCV.
   f. quia *Veteres* idem docuerunt. §. CXCVI.
   g. aliæ *ſex rationes* Bellarmini pro ſtabilienda perfecta legis impletione adferuntur & diluuntur. §. *CXCVII. — CCI.*
4. *Finis & ſcopus* noſtræ ſententiæ de [illegible] perfectæ impletionis legis docetur §. *CCII.*

Oſtenditur *uſus* legis triplex: politicus, theologicus elenchticus, & theologicus didacticus. §. CCIII.

Rejicitur *error antinomorum*, argumentis eorum ſolide refutatis. §. *CCIV. CCV.*

Ulterius & latius legis *uſus* declaratur. §. CCVI.

Neceſſitas legi obediendi docetur. §. CCVII.

Tandem *Definitio* legis moralis traditur. §. CCIIX.

Subjungitur *Adpendix*, in qua argumentum de *legibus divinis poſitivis univerſalibus* pertractatur.

1. oſtenditur quænam *leges* hocce nomine adpellari ſoleant.
2. hiſtoria *controverſiæ*, quæ hac de re inter eruditos recentiori ævo fuit agitata, ediſſeritur.
3. additur [illegible], quid de hac controverſia ſit ſentiendum?

IOANNIS GERHARDI

THEOLOGI QVONDAM JENENSIS

CELEBERRIMI

LOCORVM THEOLOGICORVM

TOMVS SEXTVS

DENUO EDIDIT

VARIISQVE OBSERVATIONIBVS

ET DISSERTATIONE

DE ATTRITIONE ET CONTRITIONE,

ILLVSTRAVIT ET AVXIT

IO. FRIDERICVS COTTA

THEOLOGUS TUBINGENSIS.



TUBINGAE

SUMTU IO. GEORGII COTTAE.

M D CC LXVII.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
72661
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1897.



IO. FRIDERICI COTTAE

S. THEOL. DOCTORIS

ET IN ACADEMIA TUBINGENSI

PROF. PVBL.

PRAEFATIO.

Sextus hicce tomus *locorum theologicorum* Io. Gerhardi, immortalis memoriæ viri, quem denuo publici nunc juris facio, *tria* complectitur doctrinæ ſanctioris capita, quorum *primum* leges Moſaicas, tam cærimoniales, quam forenſes, quas Deus Iſraëlitarum genti olim præſcripſerat, juſto ordine

diſpoſitas, complectitur; *alterum* vero graviſſimam ſolatiique plenam de evan gelio doctrinam exhibet; *tertium* denique argumentum de pœnitentia, quæ ut recte obſervat b. GERHARDUS, *legis et evangelii viva quædam praxis eſt* adcurate evolvit.

Quod ad leges Moſaicas, ſpeciatim *rituales* attinet, eæ, utut ſint particulares, adcuratiori tamen inveſtigatione ſunt digniſſimæ; ſiquidem non tantum Deum habent auctorem, ſed & Chriſtum ſcopum atque complementum, qui per umbras iſtas Leviticas fuit præfiguratus. Unde jure meritoque laudandus eſt b. GERHARDUS noſter, qui in *loco XIV.* non tantum leges iſtas cultum numinis externum ſpectantes, curatius, quam antea ab aliis factum erat, explicuit, ſed & in originem rationemque harum legum diligentius inquiſivit. Quum vero poſt tempora GERHARDI non defuerint viri in ebræorum antiquitatibus verſatiſſimi, qui ſcriptis in lucem publicam editis maiorem huic argumento lucem adfundere ſunt anniſi, haud male me facturum eſſe exiſtimavi, ſi eorum obſervationes notatu dignas, nec non eas, quas propria ſuggeſſit meditatio, ſuis locis adſpergerem, atque ea, quæ a b. GERHARDO vel brevius dicta, vel ſubinde minus adcurate poſita, vel denique penitus erant prætermiſſa, in notis partim uberius illuſtrarem, partim vero emendarem, partim denique novis adaugerem acceſſionibus. Atque hinc enata eſt ingens notarum ampliſſimarum copia, in quibus id cum primis egi, ut ad intimiorem legum ac rituum judaicorum cognitionem viam lectoribus ſternerem, ſenſumque myſticum ſub externo cærimoniarum cortice latentem (*), quantum quidem inſtituti permittebat brevitas, evolverem, adlegatis

(*) Præcipuus quippe legis cærimonialis finis atque uſus fuit typicus, prout ſuo loco uberius a me oſtenſum. Quum enim Deus ab æterno conſtituerit, mundum per filium ſuum unigenitum redimere,

tis ubique præcipuis auctoribus, qui de unoquoque argumento uberius ſunt commentati. Neque tamen diſſimulare heic poſſum, eſſe ex iis, ad quos ſubinde lectores meos remiſi, ſcriptoribus nonnullos, qui in typis partim inveniendis, partim ad antitypum adplicandis ingenio ſuo atque imaginationi ſubinde plus, quam decet, indulſerint, typosque præter rem adcumulaverint (*). Quem

)(3 qui-

dimere, hominesque ad ſempiternam perducere felicitatem, placuit ipſius ſapientiæ, illam ſub œconomia Moſaica, inque puerili eccleſiæ ætate, adhibere docendi methodum, qua præſtantiſſima de redemtore generis humani promiſſa, non tam verbis expoſita, quam rebus figurata atque adumbrata fuerunt, quas ſcriptura ſanctior τυπους, σκιας *Ebr. X. 1.* υποδειγματα, *cap. VIII. 5.* adpellat. Egregia hanc in rem ſunt verba SCHERLOCKII, ſcriptoris Angli, quæ ex verſione Gallica heic adponemus: *Il eſt difficile*, inquit, *de s' imaginer, que Dieu, ayant réſolû de ſauver enfin le Monde par Ieſus-Chriſt, - - - eût fait intervenir une loi, qui n' eût aucun égard, aucun rapport à l' Alliance éternelle, qu' il vouloit établir. Et certes, quiconque ſe donnera la peine d' examiner ſerieuſement & d' une même vûe toute la conduite de la providence depuis le commencement jusques à la fin, appercevra peut-être plus de raiſon, qu' il ne penſe, d' admettre des types & des figures dans la Loi Moſaique.* Vid. eius librum cui titulus: *uſages & fins des prophet. &c. diſc. VI. p. 165.*

(*) Hunc exceſſum, quem ſupra paucis notavimus, copioſius exponit atque acerbe perſtringit SPENCERUS, cuius hæc ſunt verba: *Sociniani & Iudaei moderni omnia legis myſteria & ſenſus latentes, Meſſiam praecipue ſpectantes, tanquam ſimilitudines coactas & luſus phantaſiae reſpuunt & adſpernantur. Multi autem in vitium plane contrarium currunt & in fingendis allegoriis ſibi quidlibet permittunt, totam legem perpetuis myſteriis & allegoriis gravidam exiſtimantes. Nam philoſophandi materiam ex ipſis arcae vectibus, annulis & dimenſione ſumunt, in quovis tabernaculi uncino & laqueolo arcanum aliquod olfaciunt acutae naris homines, & nullum, quantumvis minutum legis apicem praetereunt, cui non allegoricum, forſan & anagogicum ſenſum adſuant. Quis autem cui cerebri ſuppetit unciola, ſibi perſuadere poteſt, Deum ritus tam multos & multiformes ad pauca & ſimplicia chriſtianiſmi myſteria repraeſentanda ſtatuiſſe? vel iis umbris & figuris ad res evangelicas adumbrandas uti voluiſſe, quae tam obſcurae ſunt & incerti ſenſus, quod nemo*

hac de re placita ſub adcuratius examen theologicum revocantur. Reliqua, quæ tum de pœnitentia generatim ſpectata, tum de ſingulis ejus partibus, ex hiſtoria præſertim eccleſiaſtica, tum antiquiori, tum recentiori dici potuiſſent, peculiari ultimoque reſervantur volumini, quod, uti in præfatione *tomi quinti* jam monui, *locis* hiſce *theologicis* a me aliquando, ſi vitam viresque conceſſerit Deus, adjungetur.

Atque ex his, quæ modo dixi, quænam hujus *tomi ſexti* operis Gerhardani ſit ratio, & quid in nova hac editione a me fuerit præſtitum, benevolus lector facile perſpicit.

Poſſem equidem coronidis loco heic ſubjungere obſervationes quasdam argumentis quibusdam, in *præfatione* tomi præcedentis breviter pertractatis, uberius illuſtrandis, objectionibusque nonnullis, quas vener. ERNESTI mihi nuper oppoſuit (*), diluendis inſervientes.

Aſt malo, ſilentio theologico me involvere, judiciumque de iis, quæ inter laudatiſſimum virum & me ſunt diſputata, æquis relinquere lectoribus, quam contentionis ſerram cum viro doctiſſimo præter neceſſitatem reciprocare.

Quod reſtat, ut Tuo, BENEVOLE LECTOR, favore me meosque qualescunque conatus in poſterum quoque complectaris, eſt quod ſub finem hujus præfaminis, ea, qua decet, obſervantia rogo contendoque.

Dabam Tubingæ die XXII. Aprilis
ann. MDCCLXVII.

(*) Vid. ejusdem *neue theologiſche Bibliothek*, *tom. VII. part. III. p. 191. ſeqq.*

LOCUS XIV.
DE
LEGIBUS CEREMONIALIBUS ET FORENSIBUS.

PROOEMIUM.

§. I.

Connexio cum praecedentibus.

Explicationi legis moralis convenienti ordine ſuccedit διάσκεψις legum *ceremonialium & forenſium*, quæ nihil aliud ſunt, quam ſpeciales legis moralis adpendices, rivuli ex fonte εὐγνωμοσύνης & æquitatis deducti; ſpecialia διατάγματα eccleſiam & politiam Judaicam peculiariter concernentia, numero ſatis multa, adeo ut Rabbini in libro Makoth cap. quod incipit: *Hi ſunt flagellandi* &c. tot mandata jubentia recenſeant, quot exiſtimant in corpore humano eſſe membra; hoc eſt 248. ac tot mandata prohibentia, quot ſunt in quolibet anno dies, hoc eſt, 365. Leges *ceremoniales* ſunt exercitia primæ tabulæ, quia determinant cultum Dei in prima tabula præſcriptum per externas circumſtantias. Leges *forenſes* ſunt exercitia ſecundæ tabulæ, quia itidem juſtitiam erga homines exercendam & in ſecunda tabula præſcriptam per externas circumſtantias determinant.

TRACTATUS I.
DE LEGIBUS CEREMONIALIBUS AC FORENSIBUS CONJUNCTIM SUMTIS.

§. II.

Diſcrimen legum ceremonialium ac forenſium a morali,

1. Reſpectu pateſactionis.

Utræque tum ceremoniales tum forenſes leges a morali multis modis differunt, præſertim vero *pateſactione, obligatione, duratione & fine*. *Primo* enim reſpectu *pateſactionis* talis eis intercedit differentia. Lex *moralis* in prima ſtatim creatione mentibus hominum fuit inſita & inſculpta, ac per Moſen tantum repetita: ſed *ceremoniales & forenſes* leges Moſis demum tempore natæ ac promulgatæ ſunt. Præcepta legis moralis data fuerunt primo loco ac tempore & modo ſolenniori, quorum repetitionem inter multa prodigia factam ſecuta demum eſt ceremonialium & forenſium promulgatio. Decalogum, legis moralis ſummam, dedit Deus immediate toti populo Deut. V. 22. *Verba haec locutus eſt Jehovah ad omnem congregationem veſtram in ipſo monte e medio ignis, nubis & caligi-*

caliginis voce magna & non addidit: ſed reliquæ leges populo ad tabernacula ſua reverſo demum Moſi, ac per Moſen populo traditæ ſunt Deut. V. 30. *Vade, dic illis: revertimini ad tabernacula veſtra.* v. 31. *Tu vero hic ſta mecum, ut dicam tibi omnia praecepta & ſtatuta & judicia, quae docebis illos.* Præcepta decalogi fuerunt ab ipſo Deo tabulis lapideis inſcripta Deut. V. 22. *Verba haec ſcripſit Jehovah in tabulis lapideis; & dedit ea mihi.* Exod. XXXII. 16. *Tabulae erant opus Dei, ſcriptura quoque erat Dei ſcriptura, ſculpta ſuper tabulas;* ſed reliquæ leges a Moſe ſunt conſcriptæ; Deut. XXXI. 9. *ſcripſit Moſe legem iſtam*, ubi tamen monendum, quod ipſe quoque decalogus tabulis poſterioribus a Moſe videri poſſit inſcriptus Exod. XXXIV. 28. *Fuit Moſes cum Jehovah quadraginta dies & quadraginta noctes, & ſcripſit in tabulis verba fœderis, decem verba.* Tabulæ fœderis decalogum complectentes in arcam fuerunt repoſitæ Exod. XXV. 16. *Pones in arca teſtimonium, quod tibi dabo.* Exod. XL. 20. *Tulit Moſes & poſuit teſtimonium in arca ipſa.* Deut. X. 5. 1 Reg. VIII. 9. Hebr. IX. 4 Sed Deuteronomium complectens reliquas leges a Moſe conſcriptas commendatum fuit ſacerdotum ac regis cuſtodiæ Deut XVII. 18. *Cum ſederit rex ſuper ſolium regni ſui, ſcribet ſibi literatam legem hanc in libro* (Münſterus vertit: *deſcribit ſibi exemplar legis hujus in volumine.* Vulgata: *ſcribet ſibi deuteronomium legis hujus*) *a conſpectu ſacerdotum levitarum*, v. 19. *& erit apud illum, & leget in eo.* Deut. XXXI. 9. *Scripſit Moſes legem iſtam, & dedit eam ſacerdotibus filiis Levi portantibus arcam foederis & omnibus ſenioribus Iſrael.*

2. Reſpectu obligationis.

§. III. *Deinde* reſpectu *obligationis* tale animadvertitur inter legem moralem & reliquas tum ceremoniales tum forenſes diſcrimen, quod illa eſt *univerſalis* regula ac norma, omnes omnino homines, imo & ipſos angelos obligans. Præſcribit enim regulam conformitatis illius, quæ debet eſſe inter Deum archetypum & creaturam rationalem ad imaginem Dei conditam, ideo ab initio mundi etiam ante Moſen ſemper ſonuit in eccleſia. Hæ vero ſunt *ſpeciales* conſtitutiones, Iſraeliticum populum ſolummodo obligantes. Lex enim eos tantum obligat, quibus lata eſt, at leges ceremoniales & forenſes Iſraëlitis tantum latæ ſunt (*), unde toties in earum promulgatione repetitur, *obſervabitis haec in generationibus veſtris*, *in manſionibus veſtris &c.* Ergo Iſraëlitas tantum obligant, ac proinde ſtante adhuc politia Judaica, cum terminus durationis illarum legum adhuc vigeret, gentibus converſis non ſunt impoſitæ, quod manifeſtum argumentum eſt, legibus illis ſolummodo Iſraëlitas obligatos ac obſtrictos fuiſſe. Huc referendum, quod lex moralis *interiorem & exteriorem*, hoc eſt, numeris omnibus perfectam obedientiam, adeoque totius naturæ integritatem requirit, *eſt enim ſpiritualis*, Rom. VII. 14. Sed ceremoniales & forenſes leges *externae* obedientiæ pædagogia ſunt contentæ, cum externa tantum officia deſcribant.

3. Reſpectu durationis.

§. IV. Ex hoc ſecundo diſcriminis membro naſcitur *tertium* in *durationis* diverſitate poſitum. Lex moralis eſt *aeterna* & immota regula, non in prima tantum creatione mentibus hominum inſita, & ad finem usque mundi duratura, ſed etiam ante jacta mundi fundamenta ab æterno in mente divina exiſtens & in omnem æternitatem immobilis ac immutabilis permanſura, ut oſtendimus §. XIV. proxime præcedentis tractatus. Sed ceremoniales ac forenſes leges tantum *ad tempus* veteris teſtamenti pertinent, proinde promulgato novo fœdere antiquatæ ſunt, ut ex Jer. XXXI. 31. colligit epiſtola ad Hebræos VIII. 13. dicendo: *novum antiquavit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Inde eſt, quod ceremonialia moralibus neutiquam præferenda, ſed longiſſime potius poſt-

(*) Leges iſtas ſolis Iſraëlitis datas eſſe, vel ex fine ac ſcopo illarum facili oſtendi poteſt negotio. Ex inſtituto hoc comprobavit H. GROTIUS, *Libr. I. de jure belli ac pacis, cap. I. §. XVI.*

ponenda, ſecus quam Phariſæi hypocritæ ſta-
ınt, quibus propheticum illud dictum Chri-
oppoſuit: *Miſericordiam volo, & non ſa-
cium*, Oſ. VI. 6. Matth. IX. 13. XII. 7.

§. V: *Denique finium* diverſo-
rum reſpectu legibus illis non me-
diocris intercedit differentia. Le-
gis moralis qui ſint fines, expoſi-
dedimus ſuperius, qui vero ceremonialium
›renſium legum fines ſint, paulo poſt expoſi-
dabimus. Συλλήβδην dicendo utræque tum
noniales tum forenſes propter politiam Ju-
ım divinitus ſunt promulgatæ, ut eam certis
litutionum eccleſiaſticarum & forenſium vin-
culis continerent, & a reliquis
gentium politiis ſecernerent. Cæ-
terum quatuor potiſſimum cauſæ
ſunt, propter quas politia Judaica
fuit eo modo conſtituta: 1) ut
eſſet officina divinarum patefactio-
, hoc eſt, ut certus eſſet populus, cui Deus
verbo & additis ingentibus miraculis ſeſe
aceret. Pſ. LXXVI. 2. *Notus in Judaea
r, in Iſraël magnum nomen ejus*, v. 3. *in
n eſt tabernaculum ejus, & habitatio ejus
on*, quo alludit Eſaias XXXI. 9. *Dixit Je-
h, cujus ignis eſt in Sion, & focus in Je-
em.* 2) Ut eſſet academia & ſchola, hoc
certa ſedes doctrinæ, ex qua omnes homi-
eram Dei cognitionem & rationem veri cul-
vini peterent. Pſal. CXXII. 3. *Jeruſalem
cata eſt ut civitas in hunc finem, ut ibi con-
tur ſimul.* v. 4. *illuc adſcenderunt tribus,
r Domini, ut ibi praedicaretur teſtimonium
verbum Domini Iſraëli.* Pſ. CXLVII. 19.
*ıciat verbum ſuum Jacob, ſtatuta ſua &
ia Iſraeli.* v. 20. *non fecit taliter omni na-
, & judicia ſua non manifeſtavit eis.* Hu-
ci eſt obſervatio illa, quod Jeruſalem in me-
ere τῆς οἰκεμένης ſita fuerit, ut ex hoc
› in omnem mundi habitabilis circumferen-
ɔdor cœleſtis doctrinæ ſpargeretur. 3) Ut
ɔibliotheca, in qua Moſis ac prophetarum
a conſervarentur, ac ad poſteritatem trans-
rentur. Rom. III. 2. *Iſraëlitis τὰ λό-
τε Θεε fuerunt concredita.* Auguſti-
nus lib. XII. contra Fauſtum c. 23. *Quid eſt gens
Judaea, niſi quaedam ſcriniaria chriſtianorum,
bajulans legem & prophetas ad teſtimonium ad-
ſertionis eccleſiae?* 4) Ut eſſet hoſpitium Chri-
ſti naſcentis, docentis & redemtionis officium ex-
ſequentis. Gen. XLIX. 10. *Non auferetur ſce-
ptrum de Juda, nec legislator de medio populi
ejus, donec veniat Schiloh.* Rom. IX. 4. *Iſraëlita-
rum ſunt αἱ ἐπαγγελίαι.* v. 5. *ex quibus eſt Chri-
ſtus ſecundum carnem.* Joh. IV. 22. *Salus eſt ex
Judaeis.* Bernhardus ſerm. VI. de nativ. col. 51.
*Impia ſynagoga Chriſtum Dei Filium nobis pe-
perit officio quidem matris, ſed non matris
adfectu.*

Reſpectu ...nium.

politiæ ...icæ divi- ...s conſti- ...utae.

§. VI. Quare cum lex moralis
tanto a reliquis ſecernatur diſcri-
mine, adcurate obſervandum erit,
quæ mandata ad legem moralem
pertineant, quæ vero ſint tantum
ceremonialia & forenſia. Tra-
duntur autem duo potiſſimum
κριτήρια, quibus deprehendi ac
inveſtigari iſtud poſſit. *Prius* eſt
lumen naturae in notitiis nobiſcum
natis adhuc reliquum. Quæcunque enim conve-
niunt cum notitiis naturalibus in creatione menti-
bus hominum inſitis, & poſt lapſum κατὰ μέρος
adhuc reliquis, ea pertinent ad legem moralem.
Sic honor parentum a ſanioribus ethnicis compro-
batur, & cum ipſa naturæ lege congruit. Noti
ſunt Euripidis verſiculi:

κριτήρια, ex quibus manifeſtum fiat, quæ præcepta ad legem moralem, quæ ad ceremoniales & forenſes pertineant.

ὅςις δὲ τὲς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
Ὅδ' ἐςὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος.

*Quisquis in vita ſua parentes colit, hic & vivus
& defunctus diis carus eſt.* Ergo præceptum de
honore parentum eſt morale. *Poſterius κριτή-
ριον* eſt *lumen gratiae* in explicatione Moſis ac
prophetarum, præſertim vero Chriſti & apoſto-
lorum in nov. teſt. propoſitum. Cum enim no-
titiæ naturales per peccatum valde obſcuratæ ſint,
ideo lumen naturæ ad dijudicationem hujus rei
non ſatis clarum, ſed accedat oportet lumen gra-
tiæ in concionibus prophetarum & apoſtolorum
nobis accenſum, ideo additur hæc regula: Quæ
Moſes & prophetæ oſtendunt, pertinere non
tantum

tantum ad Iſraëlitas, ſed ad omnes gentes, ea ſunt legis moralis præcepta. Sic leges *de reverentia ſanguinis, in conjugiis* obſervandas, ad legem moralem pertinere colligitur ex eo, quod Moſes diſerte addit, Lev. XVIII. 24. propter transgreſſionem iſtarum legum Cananæos a Deo puniendos. Ita quoque, quando prophetæ ex lege contra vitia inter gentes uſitata concionantur, tum certum eſt, mandata illa prohibentia pertinere ad decalogum. In nov. teſt. clarior lux hujus notitiæ per Chriſtum & apoſtolos tradita eſt; quæcunque enim in nov. teſt. quod ad omnes gentes pertinet, repetuntur & præcipiuntur, illa ad legem moralem pertinent, & omnes homines obligant: ubi tamen hæc exceptio obſervanda eſt, quod *abſtinentiam a ſanguine & ſuffocato*, itemque *circumciſionis* ritum in primo eccleſiæ nov. teſt. germine apoſtoli obſervarint, ac obſervari juſſerint Act. XV. 29. XVI. 3. XXI. 26. non quod ad legem moralem, & ad omnes omnino omnium temporum & locorum chriſtianos ea pertinere exiſtimaverint, ſed ut ſynagoga Judaica cum honore ſepeliretur, neve intempeſtivo chriſtianæ libertatis uſu infirmis ſcandalum præberetur, hoc eſt, ne animi Judæorum ad Chriſtum converſorum abalienarentur, ac vinculum concordiæ inter converſos ex Judæis & gentibus disrumperetur. Lyranus in cap. XV. Act. *Suffocatum & ſanguis erat quidem licitus cibus, ſed propter amicabilem ſocietatem ſcriptum fuit gentilibus, ut abſtinerent a talibus, ſicut frequenter contingit, quod aliquis abſtinet a cibo, quem ſcit abominabilem ſocio ſuo.* Procedente autem tempore ceſſante cauſa ceſſavit effectus, manifeſtata evangelicæ doctrinæ veritate.

TRACTATUS II.
DE LEGIBUS CEREMONIALIBUS IN SPECIE.

§. VII.

Legum ceremonialium ἐτυμολογία.

Atque hæc dicta ſint de legibus ceremonialibus & forenſibus conjunctim ſumtis; reſtat, ut de utrisque ſigillatim agamus. *Ceremoniales* leges ab *objecto* ſeu materia circa quam illud nominis ſunt ſortitæ, agunt enim de ceremoniis ſive ritibus eccleſiaſticis in externo Dei cultu obſervandis. *Ceremoniarum* adpellatio unde originem ducat, cognoſci poteſt ex Valerio Maximo, qui lib. I. memorabil. cap. 1. exempl. 10. ſic ſcribit: *Urbe* (Roma) *a Gallis capta cum flamen Quirinalis, virginesque Veſtales ſacra onere partito ferrent, easque pontem ſublicium transgreſſas & clivum, qui ducit ad Janiculum, deſcendere incipientes, L. Alvanius plauſtro conjugem & liberos vehens adſpexiſſet, propior publicae religioni, quam privatae caritati ſuis, ut plauſtro deſcenderent, imperavit, atque in id virgines & ſacra impoſita, omiſſo cœpto itinere, Cerete oppidum pervexit, ubi cum ſumma veneratione recepta, grata memoria, ad hoc usque tempus hoſpitalem humanitatem teſtantur, inde enim inſtitutum eſt ſacra ceremonias vocari, quia Ceretani ea infracto reipublicae ſtatu, perinde ac florente coluerunt.* Dionyſ. Gothofredus in notis ad Feſtum p. 1710. monet, *Cerus veterum lingua idem fuiſſe, quod ſanctus.* Quidam malunt ſcribere *cerimoniae*, quod cum etymologia Valerii Maximi non congruit. Hebræis uſitatum eſt leges ceremoniales vocare חֻקִּים & in regimine חֻקֵּי, in forma fœminina חֻקּוֹת, (præſertim ſi conjungatur vocabulum מִשְׁפָּטִים, quo *conſtitutiones politicae* denotantur) a radice חָקַק *conſtituit rei alicujus formam*, impreſſit imaginem, quia ceremoniæ leviticæ fuerunt typicæ, Chriſtum & beneficia ejus potiſſimum adumbrantes. Per מְחֹקְקִים, Gen. XLIX. 10. intelligitur ſacrum & auguſtum illud collegium LXX. ſeniorum ex ſtirpe regia oriundorum: Græcis συνέδριον & corrupta voce סַנְהֶדְרִין, Rabbinis *domus magni conſilii* dictum, qui poſt regiæ gubernationis formam tam in captivitate Babylonica, quam poſt illam usque ad Herodis tempora ſummum obtinuerunt in populo Iſraëlitico auctoritatis & imperii gradum. Vocabulum חֻקִּים, Septuaginta reddiderunt per τὰ δικαιώματα

a juſtificationes, Exod. V. 14. Deut. IV. 5. &c. quod ceremoniarum iſtarum obſervatio fue- raëlitarum coram Deo juſtitia, ſed quia typi nbræ fuerunt Chriſti & beneficiorum ipſius, *actus eſt nobis a Deo juſtitia* 1 Cor. I. 30. ıdoque generali adpellatione dicuntur προσ- ιατα *conſtitutiones*, *ordinationes* Lev. I. 46. Deut. XII. 1. &c. Item νόμιμον *ſta- n legale* vel legitimum. Exod. XXVIII. 43. III. 17. νόμος *lex* Exod. XII 43. Num. IX. 3. XXIV. 25. &c. ἐντολὴ *praeceptum* Deut. 12. &c. Lutherus vertit, *Satzungen*, *Kir- ech'e*. Rom. IX. 4. λατρείας nomine de- i videntur, uti etiam Hebr. IX. 1. cum fue- xterna divini cultus exercitia.

...ones le- ...ceremo- ...ium.

§. VIII. Παχυλῶς igitur καὶ ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν leges ceremo- niales ſunt conſtitutiones divinæ de ritibus eccleſiaſticis, populo Iſraëlitico per Moſen traditæ, quæ nodo poſſunt diſtingui, ut dicantur quædam ıere ritus eccleſiaſticos in publico externi cul- ercitio obſervandos, cujusmodi ſunt totus paratus & ornatus levitici ſacerdotii, taber- um cum ſuis partibus & vaſis &c. Quædam præſcribunt privatas quasdam obſervantias o, veſtitu, variisque lotionibus. *Prior* s ceremonialium legum agit vel de perſonis, rebus, vel de locis, vel de temporibus ſa- *Perſonae* ſacræ in vet. teſt. erant 1) ſum- acerdos. 2) ſacerdotes reliqui. 3) Levi- Sacerdotes a) eligebantur coram toto po- b) adſpergebantur aqua expiationis, rade- r eorum pili & corpora lavabantur. c) in- ntur ſpecialibus veſtimentis. d) conſecra- r per unctionem. e) offerebantur pro eis cia. f) ad miniſterium adplicabantur. ni ſacerdotis *veſtes* erant: 1) veſtis linea: nica hyacinthina cum tintinnabulis: 3) ſu- merale: 4) rationale ſive pectorale: 5) us: 6) tiara: 7) lamina aurea in fronte: eminalia linea. Sacerdotes minores, ex his n quatuor habebant, tunicam lineam, fœ- ia, balthcum & tiaram. Summus ponti- fex ungebatur in capite, reliquis minoribus ſacer- dotibus ſolæ manus ungebantur. Levitæ non ungebantur. Officia ſacerdotum erant 1) doce- re ac de lege reſpondere: 2) orare: 3) ſacrifi- care: 4) benedicere: 5) dijudicare lepram: 6) purgare. *Res ſacrae* erant vel ſacramenta, vel ſacrificia, quæ differunt ut λῆψις καὶ δόσις. Sacramenta in veteri teſtamento fuerunt duo, vi- delicet, circumciſio Abrahæ tradita, Gen. XVII. & agnus paſchalis Exod. XII. De his ſuo loco age- tur plenius. Sacrificiorum ſpecies variæ erant, de quibus paulo poſt videbimus. Ad res ſacras non incommode referuntur etiam vaſa ac utenſi- lia ſacra. *Locorum ſacrorum* nomine intelligo tabernaculum fœderis cum omnibus ſuis partibus, cui poſtea ſucceſſerunt duo templa, prius a Salo- mone, poſterius a Zorobabele exſtructum. *Tem- pora ſacra* comprehendunt feſta ac ſolennitates, quæ ſunt vel hebdomaticæ, ut ſabbatum Exod. XX. 10. Levit. XXIII. 3. vel menſtruæ, ut neo- meniæ Num. X. 10. 2 Reg. XXIII. 4. vel deni- que anniverſariæ, eæque vel ſingulis annis recur- rentes, vel aliquot annis exactis obſervari juſſæ. Priores ſunt vel *primariae*, ut feſtum paſchatos, pentecoſtes & ſcenopegiorum. Exod. XXIII. 14. XXXIV. 23. Deut. XVI. 1. 10. 13. a quo feſtum collectæ quidam diſtinguunt: vel *ſecundariae*, ut feſtum tubarum Lev. XXIII. 24. & expiatio- nis Lev. XXIII. 17. Poſteriores ſunt anni ſabba- tarii Lev. XXV. 4. & jubilæi v. 13. quorum illi ſeptimo, hi vero quinquageſimo quoque anno celebrabantur. Ad *privatas* conſtitutiones refe- ro diſcrimen animalium Lev. XI. 2. immundi- tiem leviticam, quæ contrahebatur ex attactu puerperæ, Lev. XII. 4. lepræ, Lev. XIV. 46. aut flu- xus tam naturalis, quam morbifici, Lev. XV. in- tegro, varias lotiones munditiei illi oppoſitas, ordinationes de cibo, Lev. XVII. 12. de veſtitu, Deut. XXII. 11 & 12. de aratione v. 10. de ſatio- ne v. 9. de aucupio v. 6. &c.

Collatio inter ſummum ſa- cerdotem vet. teſt. & Chriſtum.

§. IX. Summi ſacerdotis conſe- cratio, ejusdemque ornatus & of- ficium deſcribuntur Exod. XXVIII & XXIX. Lev. VIII. quem fuiſſe

 typum

latur Chriſtus *rex juſtitiae & pacis* v. 3. *major omnibus leviticis ſacerdotibus*, v. 10. nec ſocium, nec ſucceſſorem habens, quemadmodum alias vet. teſt. pontifices, quorum *plures fiebant, eo quod morte prohiberentur permanere*, v. 23. *hic autem eo quod manet in aeternum, ſempiternum habet ſacerdotium*, v. 24. *quia in ſempiternum ſedet ad dextram Dei*, Hebr. X. 12. *de cetero exſpectans, donec ponantur inimici ejus ſcabellum pedum ipſius*, v. 13. Sacerdotes vet. teſt. ſine jurejurando conſtituti ſunt: hic autem cum jurejurando per eum, qui dixit ad illum: *Juravit Dominus & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in aeternum*, Hebr. VII. 21. *Lex homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes, ſermo autem jurisjurandi poſt legem, Filium in aeternum perfectum*, v. 28. *Illi ſerviebant exemplari & umbrae rerum cœleſtium*, Hebr. VIII. 5. *hic vero novi & melioris teſtamenti mediator eſt ac ſacerdos*, v. 6. *Illi quotannis ingrediebantur in ſanctum ſanctorum manu factum*, Hebr. IX. 7. *Sed Chriſtus non in manufacta ſancta introivit, ſed in ipſum cœlum*, v. 24. *Nec ut ſaepe offerat ſemet ipſum, quemadmodum pontifex intrabat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno*, v. 25. *ſed ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuam adparuit*, v. 26. *Illi quotidie miniſtrabant, & easdem ſaepe hoſtias offerebant, quae nunquam poterant auferre peccata*, Hebr. X. 11. *hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam*, v. 12. *una oblatione conſummavit in aeternum ſanctificandos*, v. 14. *Illi per ſanguinem hircorum & vitulorum: hic vero per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, aeterna redemtione inventa*, Hebr. IX. 12.

Quomodo ſacramenta vet. teſt. pertineant ad leges ceremoniales.

§. XI. *Sacramenta* vet. teſt. ad leges ceremoniales ab omnibus interpretibus referuntur, quod ipſum tamen non caret difficultate, ſiquidem ſacramenta proprie loquendo ſunt ſigilla evangelicarum promiſſionum, quo reſpectu ad evangelium potius, quam ad legem pertinent. Præterea ſi ſacramenta ad leges ceremoniales abſolute referenda, conſequens erit, Chriſtum inſtitutione now
rum ſacramentorum novas etiam leges tradidiſſ
Scholaſtici quidem diſputant, ſacramenta ve
teſt. non contuliſſe gratiam, cum impoſuerit
Dominus in onus & ſervitutem, quod Thom
p. III. q. 62. art. 6. ſic probare conatur, *qu*
ſacramenta veteris legis non habuerunt virtute
quandam ex paſſione Chriſti, quam ſignaba
tantum. Biel. lib. IV. ſent. diſt. 1. q. 3. utitur h
argumento: *Omnis gratia eſt juſtificativa eju*
cui confertur, ſed ex ſacramentis veteris leg
nemo juſtificatur, inde in concilio Florentino a
no 1439. ſub Eugenio papa decretum: *Sacr*
menta antiquae legis non cauſabant gratiam, ſ
eam ſolum per paſſionem Chriſti dandam eſſe
gurabant, quam ſententiam amplectitur etia
concilium Trident. ſeſſ. VII. can. 2. atque e
hyperaſpiſtes Bellarminus lib. II. de ſacram. ca
13. Stante hac hypotheſi facile poſſet adſign
ratio; quare vet. teſt. ſacramenta ad leges cer
moniales referantur; ſed falſitatem iſtius pronu
ciati demonſtrabimus ſuo loco. Certe anne
erat circumciſioni hæc promiſſio vere evange
ca: *ero Deus tuus, & Deus ſeminis tui*, Ge
XVII. 7. quæ, juxta interpretationem Lev. XX
12. Jer. XXXI. 1. Matth. XXII. 32. & alibi p
ſim traditam, ſpondet Dei gratiam, præſenti
& inhabitationem ſpecialem, adeoque ipſam
tam æternam, inde circumciſionem apoſtol
vocat σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίς
Rom. IV. 11. Ergo vet. teſt. ſacramenta n
poſſunt nec debent haberi pro onere quod
ſervili carnalis exercitii ergo Iſraelitis impoſi
Sic ergo habendum. Si per *ceremonias* in g
nere intelliguntur quicunque ritus externi in o
los incurrentes, concedimus ſacramenta ad le
ceremoniales referri poſſe, quippe quæ in n
teſt. ratione externi elementi una cum reliquis
viticis ceremoniis ſunt ſublata, ſurrogatis in e
rum locum aliis. Sin vero *ceremoniarum* n
mine in ſpecie intelliguntur legales conſtitutio
de talibus ritibus, qui tantummodo erant co
monefactiones de peccato, non autem remedi
contra peccatum; qui tantummodo nervi er
publicorum congreſſuum, non autem mediu
per quod in fœdus gratiæ Iſraelitæ recipiebant

tantummodò erant typi beneficiorum Chri- non autem organa μεταδοτικὰ, negamus, amenta vet. teſt. ad leges ceremoniales refe- la eſſe, cum ex inſtituto Dei ac ſua natura int evangelicæ promiſſionis ſigilla, peccati edia, ac beneficiorum Chriſti organa, qua e in loco de ſacramentis dicetur plenius, ubi :abitur etiam illa quæſtio, an præter circum- nem & agnum paſchalem alia quædam, ut- ſacrificia, purgationes leviticæ, eſus man- aquæ ex petra eruptio & potus &c. fuerint teſt. ſacramenta?

io ſacri- orum. §. XII. *Sacrificiorum* ſpecies erant variæ, quæ ut rectius perci- piantur, diſtinctiones eorum enu- merabimus. Sumuntur autem dif- ferentiæ ſacrificiorum 1.) ex cauſ- ſa *efficiente*. *cauſſa -ciente.* Offerebantur enim vel a ſummo pontifice, vel a mi- noribus ſacerdotibus. Ubi obſer- um, nos agere de ſacrificiis certa lege Mo- præſcriptis ac determinatis. Quamvis ante Moſen miniſterium ſacrificiorum non- erat ad certam quandam tribum, certasque nas reſtrictum, ſed ſingulis patriarchis ſa- are licitum; tamen poſt Moſen, conſtituta ſiæ Iſraëliticæ hierarchia, certæ cuidam tri- ertisque perſonis cultus iſte divinus fuit de- latus. Summus ſacerdos quotannis ſemel ixat ſanctum ſanctorum ingrediebatur, & m ſolus. Huic adjuncti erant ſacerdotes res, qui & ipſi ſua offerebant ſacrificia, alia- acra publica peragebant, non quidem in anctô ſanctorum, ſed in ſecunda taberna- parte. His viciſſim inſerviebant Levitæ, uidem in ſacrificando, ſed ante taberna- i excubando, & partes officii ſibi demandati iendo. Hæc divina conſtitutio, qua ne- præterquam ſacerdotibus, ſacrificare licitum tam ſancte & religioſe obſervabatur, ut s reatum transgreſſor ejusdem incurreret. Num. III. 10. *Externus, qui (ad miniſtrandum) acceſſerit, moria- tur.* 2.) Ex cauſſa *materiali*. *cauſſa -riali.* Of- ntur enim in ſacrificiis vel *animalia*, vel *fru- ctus*. *Animalia* vel quadrupeda, vel volatilia. Illa vel majora, ut de genere boum, videlicet vitulus, juvencus, bos, vacca; vel minora, ut de genere caprarum, videlicet hircus & hæ- dus; vel ovium, ut agnus & aries. De vo- latilium genere offerebantur columba & turtur. *Fructus* ſive terra naſcentia offerebantur vel li- quida, ut vinum & oleum; vel arida, ut thus, ſal, granum, fructus, panis, idemque coctus vel in clibano, vel in ſartagine, vel in craticula, ſimila, &c. 3.) Ex cauſſa *formali*. *Ex cauſſa formali.* Singulis enim ſa- crificiis ſui ritus ſuæque ſolennita- tes erant præſcriptæ, quas ex Levitico petere li- cebit. Sic holocauſtum incendebatur totum: in ſacrificio pacificorum adeps ſolum cremebatur in odorem ſuavitatis Deo; pectus & armus cede- bant ſacerdotibus, reliquæ carnes edebantur a privatis &c. 4.) Ex cauſſa *finali*. *Ex cauſſa finali.* Sic holocauſtum ac- cendebatur ad reverentiam divinæ majeſtatis, vel, ut Philo loquitur, honorandi ac propitiandi Dei gratia. Hoſtia pro peccato vel delicto offerebatur pro remiſſione peccati. Sa- crificium pacificorum offerebatur, vel ad gratias pro beneficiis acceptis peragendas, vel ex voto pro beneficiis impetrandis facto. Suidas univer- ſa ſacrificia diſtinguit: a) in δωροφορικὰ, quæ munus aliquod offerunt Deo: b) in ἀπολυτρω- τικὰ, quæ redimunt: c) in διαλλακτικὰ, quæ placant ſive reconciliant: d) in ἀποπληστικὰ, quæ vota explent. Vulgariter dividitur ſacrifi- cium in ἱλαστικὸν & εὐχαριστικόν. In illo ty- pus proponebatur unici ſacrificii propitiatorii, in ara crucis a Chriſto offerendi; in hoc vero po- pulus Iſraëliticus ſuam obedientiam ac gratitu- dinem Deo probabat. 5) Ex *ob- jecto*. *Ex objecto.* Alia hoſtia offerebatur pro ſacerdotibus, iisdemque vel conſe- crandis vel propitiandis, alia pro principibus, alia pro tota multitu- dine, alia pro privata perſona. 6.) Ex *ſubjecto*. *Ex ſubjecto.* Aliud ſacrificium offerebatur in ſancto ſanctorum, alia in ſecunda tabernaculi parte. Item quædam mactabantur in latere altaris aquilonari, quæ ſan- ctiſſi-

ctiſſima dicebantur; quædam in quovis loco atrii mactabantur, quæ ſancta vulgaria dicebantur. 7.) Ex *adjunctis.* Sic dignitatis ratione primum locum tenebat holocauſtum, quod totum comburebatur, & nihil ex eo reliquum manebat præter pellem. Secundum locum hoſtia pro peccato, quæ comedebatur ſolum in atrio a ſacerdotibus, & quidem ipſo ſacrificii die. Tertium locum obtinebant hoſtiæ pacificæ, quæ comedebantur ipſo ſacrificii die, non tamen ubique, ſed tantum in Hieruſalem. Quartum locum hoſtiæ pacificæ ex voto, quæ poterant etiam comedi ſequenti die. Ratione temporis, aliud erat juge ſacrificium, aliud interpolatis vicibus offerebatur (*).

Ex adjunctis.

Enumeratio ſacrificiorum

§. XIII. Enumerabimus levitica ſacrificia hoc ordine: 1.) Primum erat *holocauſtum* (**) עֹלָה ab *elevando* vel *adſcendendo,* quia elevabatur ſuper altare, & odor ejus in altum adſcendebat coram Domino. LXX Interpr. vertunt: ὁλοκαύτωμα & ὁλοκαύτωσιν, eo quod totum cremebatur, Lutherus vertit ein *Brandopffer*, quo reſpectu dicitur etiam אִשֶּׁה, Levit. I. 9. & alibi paſſim, quaſi dicatur ſacrificium igni deſtinatum, quidam vertunt ignitum. Pſalm. L. 23. vocatur כָּלִיל, *conſummatum, abſolutum,* quia totum fuit igne abſumtum. LXX Interpr. vertunt quandoque ὁλοκάρπωμα, ὁλοκάρπωσιν & in genere θυσίαν. Fuit autem ſacrificium tale, in quo tota hoſtia propitiandi & honorandi Dei gratia igne in altari conſumebatur, nec quidquam de ea reliquum manebat, præter pellem, quæ cedebat ſacerdoti: fiebat vel ex

Leviticorum. 1. Holocauſtum.

(*) Gualterus Levitica ſacrificia ita recenſet: *Sacrificium aliud eſt* ἱλαστικὸν *propitiatorium, alind* εὐχαριστικὸν *gratiarum actionis. Propitiatorium vel univerſale eſt vel particulare. Univerſale* διαλλακτικὸν *eſt omnium peccatorum, ſeu quo omnium peccatorum in Chriſto expiatio ſignificabatur, videlicet holocauſtum majorum & minorum pecudum, Græcis* ὁλόκαυστον *vel* ὁλοκαύτωμα, *Hebræis* עֹלָה adſcenſio, *a radice* עָלָה adſcendit; *vel quod totum ſuper altare adſcenderet, ſeu imponeretur, quæ ſententia R. D. Kimchi placet, vel quod totum in fumum adſcenderet, & abiret, vel quod prima ſacrificii ſpecies fuerit ſanctiſſima omnium, ideoque adſcendat, id eſt, ſuperet excellentia ſua reliqua omnia. Particulare eſt, certorum peccatorum, alias* ἀπολυτρωτικὸν *dictum, & id quidem duplex: unum, quod pro peccato, alterum, quod pro delicto dicitur. Sacrificium pro peccato,* θυσίαν περὶ ἁμαρτίας *LXX. Int. Lutherus Sündopffer, Hebræi* חַטָּאת *vocant, a radice* חָטָא peccavit. *Expiabantur hoc ſacrificii genere peccata* ἀκουσίως *& ex errore aut ignorantia commiſſa. Sacrificium pro delicto LXX. Int. vocant* θυσίαν περὶ πλημμελείας, *Lutherus Schuldopffer, Hebræi* אָשָׁם, *id eſt,* delictum, culpa reatus, *a radice* אָשַׁם, deliquit ignominioſe *Erat ſacrificium pro delicto, quo peccatum* ἑκουσίως *a ſciente & volente & re deliberata admiſſum oblato ariete expiabatur. Sacrificium* εὐχαριστικὸν *duplex eſt: ſimplex & mixtum. Simplex uno offerendarum rerum genere conſtabat, & rurſum erat duplex: ſacrificium pacificorum & mincha ſeu oblatio. Sacrificium ſeu hoſtiam pacificiorum LXX. Interpr.* θυσίαν σωτηρίας, *Lutherus Danckopffer, Hebræi* זֶבַח שְׁלָמִים. *Erat vel ſpontaneum, quod ex animi devotione nulla urgente neceſſitate offerebatur, vel votivum, quod reddebatur ex pacto, id eſt, quod quis in periculis & neceſſitatibus conſtitutus Deo ſe in eccleſia oblaturum, ſi liberaretur, promiſerat. Mincha ſeu oblatio LXX. Interpr. dicitur* δῶρον *&* θυσία, *Luthero Speisopffer, à radice* נָחָה, *ab* offerendo, *munus enim Deo offerebant honorarium de frugibus terræ, ut auctorem eorum Deum eſſe teſtificarentur, & aliquam gratitudinis ſignificationem exhiberent. Mixtum ſacrificium euchariſticum LXX. Interpr. vocant* θυσίαν αἰνέσεως, *ſacrificium laudis, Lutherus Lobopffer, Hebræi* תּוֹדָה. *Conſtabat ex diverſis rerum generibus, nempe ex animalibus & terræ fructibus, offerebaturque Deo ad declarandam pro acceptis beneficiis gratitudinem,* in cap. XII. Marc. GERHARD.

(**) Conferenda, quæ de holocauſto ſcripſerunt ex ebrææ gentis doctoribus R. ABRAH. ROPHE in *ſchilte gibborim cap. LXII. f. 66.* atque ex chriſtianis JO. BIERMANNUS in *Moſe & Chriſto p. 530.* & J. G. LACKEMACHERUS in peculiari diſſertatione *de muniis offerentium & ſacerdotum in ſacrificio holocauſto.* JO. SELDENUS, unicam hanc ſacrificiorum ſpeciem ante tempora Moſis in uſu fuiſſe, ſtatuit *libr. III. de jure nat. & gentium, cap. VIII. oper. tom. I. pag. 308. ſeqq.*

quadrupedibus, iisdemque vel majoribus, ut
ve & vi[illegible]o, vel minoribus, ut ariete, capro,
'co, vel ex avibus, ut turture & columbis.
at typus veri & unici illius propitiatorii ſacri-
ii, quod Chriſtus in ara crucis exaltatus & ca-
itis igne ſuccenſus Patri ſuo cœleſti *obtulit in*
rem ſuavitatis. Eph. V. 2. Hujus ſacrificii
ecies erant עֹלַת תָּמִיד, *ὁλοκαύτωσις ἐνδελε-*
ἰς, *ὁλοκαύτωμα ἐνδελεχισμοῦ*, *juge ſacrifi-*
m, quod ſingulis diebus mane & veſperi erat
erendum, cujus materia erant agni anniculi
maculati, ſimila & oleum. Item *holocau-*
m ſabbati, quod duplo plus offerebat, quam
e ſacrificium. *Holocauſtum neomeniae*, in
o offerebantur duo juvenci, aries unus, agni
niculi immaculati ſeptem, tres decimæ ephah
ilæ oleo permiſtæ &c. Significabat autem
e illud ſacrificium, quod fructus ſacrificii a
riſto agno illo Dei in ara crucis oblati duret
perpetuum. Hebr. XIII. 8. *Jeſus Chriſtus*
heri & hodie, idem etiam in ſeculum. Apoc.
XIII. 8. *agnus occiſus eſt ab ori-*
gine mundi. 2.) *Oblatio pro*
peccato קָרְבַּן עַל חַטָּאת,
θυσία περὶ τῆς ἁμαρτίας, ſa-
crificium pro peccato (*), ſcilicet per ignorantiam
commiſſo, *ein Sündopffer*. Offerebatur autem
pro peccato vel pontificis, vel principis, vel
totius populi, vel privati alicujus hominis. Pro
peccato pontificis & populi offerebatur vitulus;
pro peccato principis hircus; pro peccato pri-
vati, ſi in re lauta erat, capra ſive ovis; ſi me-
dioeris fortunæ erat, duo turtures vel duo pul-
li columbarum; ſin pauper erat, decima pars
ephah ſimilæ. Vide Lev. IV. &
V. 3.) *Oblatio pro delicto* אָשָׁם,
θυσία περὶ τῆς πλημμελίας,
ein Schuldopffer, ſacrificium pro
delicto (**), ſcilicet eo, quod ex *προαιρέσει*
ac malitia commiſſum eſt, cujus materia erat

Oblatio pro peccato.

3. Oblatio pro delicto.

 aries

(*) De hocce ſacrificio uberius differunt ex ebræis MOSES MAIMONIDES in *jad chaſaka*, *libr. IX. tract. 4.* atque ABRAH. ROPHE *loc. cit. cap. LXIII. fol. 66.* ex chriſtianis vero doctoribus BIERMANNUS, ſupra jam laudatus, *libr. III. cap. VI. p. 563.* b. BUDDEUS, in *hiſt. eccleſiaſt. tom. I. p. 721. ſeqq.* itemque BERNH. SEB. CREMERUS, in *antiquitatibus Moſaico-typicis*, *tom. II. p. 77. ſeqq.* Cæterum exempla a Moſe adlata nos condocent, pro iis maxime peccatis hæc ſacrificia olim fuiſſe oblata, quæ aut ex ignorantia, aut errore, aut præcipitantia, erant commiſſa. Vid. *Lev. V. 1, 2, 3, 4.* Unde in eam nonnulli ingreſſi ſunt ſententiam, hæc ipſa ſacrificia ad peccatum originale ac naturalem, quæ inde oritur, hominum immunditiem reſpectum habuiſſe; obſervante BUDDEO *loco excitato pag. 722.*

**) Evolvi heic meretur JO. CHRISTOPH. WICHMANSHAUSEN in diſputat. de אשם *h. e. ſacrificio piaculari pro noxa offerendo*, Witteb. *MDCCXVI.* edita.

Diſtinctum fuiſſe ſacrificium אשם a ſacrificio על חטאת h. e. pro *peccato*, extra dubitationis aleam poſitum eſt, notantque ebræorum magiſtri, חטאת ex maſculinis fœmineisque animalibus fieri debuiſſe, at אשם ex ſolis maſculis; חטאת pro privatis, & pro tota congregatione, אשם vero pro privatis duntaxat fuiſſe oblatum. Obſervant porro, חטאת fuiſſe duplex, *unum*, cujus partes quædam cum adipe fuerint oblatæ in altari, *alterum*, cujus reliquiæ (ſanguine in ſanctum illato, & cornibus ænei altaris adſpergendo) extra caſtra fuerint exuſtæ, cujusmodi quid in אשם factum haud fuerit; & quæ ſunt hujus generis alia. Vid. b. BUDDEUM *loc. cit. p. 722, 723.*

Verum quodnam inter binas haſce voces חטאת & אשם intercedat diſcrimen, de eo variæ ſunt eruditorum ſententiæ. Nonnulli exiſtimant, per חטאת generatim quodlibet denotari peccatum, per אשם autem ejusmodi peccatum, quo non tantum Deus, ſed & homines lædantur. Alii per חטאת peccatum per ignorantiam commiſſum, per אשם vero peccatum proæreticum intelligendum eſſe contendunt, quam ſententiam poſt alios adoptavit GERHARDUS noſter. Alii aliter. Vid. MOSEN MAIMONIDEM in *præfat.* ad codicem miſchnicum *ſcbachim*, & JO. HENR. HOTTINGERUM *de jure Ebræorum* §. *CXXIII. CXXIV.* Nonnullis eruditorum diſcrimen illud, quod inter חטאת & אשם Ebræi olim conſtituerunt, tam difficile explicatu viſum eſt, ut nihil certi hac de re definiri poſſe exiſtimaverint. Aliis tamen veroſimillimum videtur, חטאת fuiſſe

4. Sacrificium conſecrationis.

aries integer. Vide Lev. VI. 6. & cap. VII. 1. & ſeqq. 4.) *Sacrificium conſecrationis* (*), quo ſacerdotes inaugurabantur ac conſecrabantur, in quo offerebatur vitulus pro peccato, aries in holocauſtum & aries impletionum. Vide Exod. XXIX. & Lev. VIII. Dicitur עלת מלאים ὁλοκαύτωμα τελειώσεως Lev. VIII. 27. 5.) *Sacrificium purgationis* טהרה, quod ſpectabat immunditiem vel puerperæ (**), pro qua exactis purificationis diebus offerebatur agnus anniculus in holocauſtum & pullus columbæ aut turtur in oblationem pro peccato (***). Sin vero pauperior agnum offerre non poterat, accipiebat duos turtures aut duos pullos columbæ (*), Lev. XII. 6. & 8. vel leproſi (**), pro quo peractis mundationis ritibus offerebantur duo agni immaculati, & agna una annicula immaculata, & tres decimæ ſimilæ pro minchah mixta oleo & ſextarius olei: ſin vero pauperior erat, agnus unus in hoſtiam pro delicto & decima pars ſimilæ, duo turtures, aut duo pulli columbarum Lev. XIV. 10. 21. 22. vel viri ſeminiflui, pro quo, exactis diebus ſeptem, & veſtimentis prius lotis, duo turtures aut duo pulli columbini offerebantur, Lev. XV. 14. vel mulieris, menſtruato ſanguine naturaliter aut morbifice effluente contaminatæ (***), pro quo itidem duo turtures, aut duo pulli columbini offere-

5. Sacrificium purgationis.

fuiſſe peccatum *gravius*, quod aliquis a teſtibus convictus, negare haud potuerit, אשם autem peccatum certo reſpectu *levius*, ubi quidem aliquis ſibi fuerit conſcius, ſe peccaſſe, a nemine vero mortalium iſtius peccati potuerit convinci. Quemadmodum itaque חטאת *pro peccato* ad *pœnam* ejus averruncandam, ita אשם *pro reatu* ad tranquillandam conſcientiam fuiſſe oblatum. Ita FLAV. JOSEPHUS hac de re cenſuiſſe videtur *libr. III. antiq. judaic. cap. X.* Sententiam ejus in medium attulit, ſuoque calculo adprobavit HADRIANUS RELANDUS, in *antiquit. ſacris veter. Ebræor. part. III. cap. IV.* cujus veſtigia heic ſecuti ſunt b. BUDDEUS *loc. cit. p. 723. ſeqq.* CONRAD. ICKENIUS in *antiquitat. Ebraicis, part. I. cap. XIII. §. XXIV. p. 163.* JO. CHRISTOPH. WICHMANSHAUSEN, quem ſupra laudavimus, aliique.

(*) Sacrificia *conſecrationis* non conſtituunt peculiarem ſacrificiorum ſpeciem, ſiquidem ſub reliquis ſpeciebus a GERHARDO ſupra adductis jam continentur, atque partim ad ſacrificia *pro peccato*, partim ad *holocauſta*, partim denique ad ſacrificia *pacificorum* ſpectant. Cæterum de hiſce ſacrificiis, nec non reliquis ritibus in inauguratione ſacerdotum olim uſitatis, copioſius commentati ſunt interpretes, ac cumprimis JO. CLERICUS in *comment.* ad *Exod. XXIX. 11-20.* Jungi tamen merentur GEORG. DAV. ZIEGRA, *de inauguratione & conſecrat. ſacerdotum Ebr.* Witteberg. *MDCLXXXII.* DAN. LUNDIUS, *de conſecratione ſacerdotum Levitic.* Upſal. *MDCCVII.* 8. CONR. ICKENIUS, in diſput. *de adſperſionibus Ebræorum p. 75. ſeqq.* & JO. JAC. SCHEUCHZERUS, in *phyſ. ſacr.* ad *Exod. XXIX.* ut alios taceamus.

(**) Argumentum hoc egregie excuſſit JO. CHRISTOPH. WAHRENDORFIUS, in *examine canonis Levitici de purificatione puerperarum ad Lev. XII.* Helmſtad. *MDCCVII.* 8. Conferri quoque merentur SCHEUCHZERUS, in *phyſica ſacra* ad *Levit. XII. p. 450.* itemque REIHERUS, in *matheſi biblica, tit. 28. p. 217.* In rationes typicas hujus legis ad puerperas ſpectantis inquiſivit CREMERUS *tom. II. antiquitat. Moſaico-typicarum p. 263. ſeqq.* ubi & contra SPENCERUM diſputat. Add. BIERMANNUM in *Moſe & Chriſto, p. 589.* & FRID. ADOLPH. LAMPIUM *im Gnadenbunde, part. III. p. 1217.*

(***) Ex iis, quæ heic dicuntur, facile patet, ſacrificia *purgationis* pariter non conſtituere peculiarem ſacrificiorum ſpeciem. Non deſunt tamen tum ex ebræis, tum ex chriſtianis, qui hæc ſacrificia cum GERHARDO a reliquis diſtinguunt, veluti PHILO judæus, CLOPPENBURGIUS, SAUBERTUS, alii.

(*) Tale ſacrificium pauperiorum obtulit Maria mater ſervatoris, cum feſtum purificationis puerperarum celebraret, prout patet ex *Luc. II. 24.* Conf. ad h. l. JO. REINHARD. RUSII *harmoniam evangeliſtarum, tom. I. p. 216. ſeqq.*

(**) Legi heic meretur HENR. HULSII differtat. *de purgatione lepræ, menſtrui & impuri ex mortuo*, quæ ejusdem *commentario in Iſraëlis priſci prærogativas* adjecta conſpicitur.

(***) Vid. hac de re tractatum miſchnicum *Nidda*, apud SURENHUSIUM, *tom. VI. p. 389.* & MAIMONIDEM, in *jad chaſaka, lib. V. tract. I.* Add. HULSIUM in *diſſertat.* modo *excitata*, & SCHEUCHZERUM, in *phyſ. ſacr.* ad *Levit. XV. p. 186. ſeqq.* Eundem locum illuſtravit quoque CREMERUS, *loc. cit. tom. II. p. 353. ſeqq.*

Sacrificium expiationis. ferebantur, Lev. XV. 29. 6.) *Sacrificium expiationis*, in quo כִּפֵּר, expiabat ſummus pontifex (*), *a)* ſe ipſum cum tota a domo per oblationem vituli & arietis, antequam ingrediebatur ſanctuarium: *b)* tabernaculum teſtimonii per adſperſionem ſanguinis hirci: *c)* altare thymiamatis per ſanguinem hirci & per ſanguinem juvenci: *d)* totam eccleſiam Iſraëliticam per hircum in deſertum emiſſum (**), cui

B 3

(*) Factum hoc eſt *die expiationis*, de quo infra ad §. XXII. nonnulla dicemus. Hoc loco, ubi de ſacrificiis ſermo eſt, paucis notamus, non *unum*, ſed *plura* hocce die oblata fuiſſe ſacrificia. Numerantur eorum in univerſum XV. quorum XII. *holocauſta*, duo nempe agni ſacrificii jugis, juvencus, aries, 7. agni feſti hujus cauſſa, atque aries pontificis, & III. *piacularia*, hirci duo, quorum alter veſperi comedebatur, & ſanguis ejus adſpergebatur altari exteriori, alter vero comburebatur, & ſanguis ejus inferebatur ſancto, & denique juvencus piacularis pontificis maximi. *Lev. XVI.* & *Num. XXIX. 8-11.* Sic ut in univerſum eſſent agni 9, arietes 2, hirci 2, & juvenci 2.

(**) Dignum memoratu eſt, quod præter arietem in *holocauſtum*, duos hircos, per omnia, quantum fieri poterat, ſibi ſimiles, ab Iſraëlitis accipere debuerit ſummus ſacerdos, atque ſuper eos, in parte atrii euro-aquilonari conſtitutos, ſortem jacere, qua unus ליהוה *Jehovæ*, alter לעזאזל *Azazeli* cedebat, *Lev. XVI. 8. ſeqq.* Ille, qui *Jehovæ* ceciderat, ſacrificio pro peccato deſtinabatur, tandemque, reliquis ritibus a Deo præſcriptis rite peractis, mactabatur offerebaturque. Quod vero ad alterum hircum, qui *Azazeli* ceciderat, attinet, ſummus ſacerdos, poſtquam eidem manus impoſuiſſet, atque univerſi populi peccata, edita confeſſione, in eum conjeciſſet, illum Iſraëlitarum peccatis onuſtum, tradebat viro cuidam, qui eundem ex lege in deſertum abduceret, ſymbolo futurum, eadem ratione Iſraëlitarum quoque peccata e conſpectu Jehovæ remota eſſe.

Quum vero obſcurum ſatis ſit, quid intelligatur per עזאזל *Azazel*, mirum videri haud debet, viros eruditos in varias de hocce vocabulo abiiſſe ſententias.

Prima eſt, per *Azazelem* ipſum illum hircum intelligi, qui in deſerta emittebatur. Ita cenſuerunt multi iique eruditiſſimi viri, hiſce præcipue argumentis in hancce opinionem deducti, quod ipſa vox *Azazel* ex עֵז *caper* & אזל *abiit* videatur eſſe compoſita; itemque, quod ſententia hæc cum uſu capri piacularis in deſerta emiſſi egregie conveniat, atque ab antiquiſſimis interpretibus, veluti SYMMACHO, AQUILA, nec non LXX. ſenioribus Græcis, quin & celeberrimis eccleſiæ Græcæ doctoribus, THEODORETO, CYRILLO, HIERONYMO aliisque fuerit adoptata. Loca illorum recitavit JO. CASP. SUICERUS in *theſauro eccleſiaſt. p. 458. ſeqq.* Verum ſpecioſe objiciunt viri quidam docti, verba Moſis *Levit. XVI. 8.* exſtantia huic repugnare ſententiæ. Ita enim legi *loco excitato: Dabitque Aaron ſuper duobus hircis ſortes: ſortem unam* ליהוה *pro Jehovah & ſortem alteram* לעזאזל *pro Azazele.* Præfixum enim *Lamed*, quod eſt nota *dativi*, non poſſe in eodem commate diverſam habere ſignificationem. Quod ſi autem ſtatuas, לעזאזל de hirco emiſſario eſſe intelligendum, illud quoque admitti debere, alterum hircorum, qui immolandus erat Deo, dictum fuiſſe יהוה *Jehovah*, quod prorſus ſit alienum. Addunt alii, eam quoque ob rationem hanc vocis originem calculum haud mereri, quia vocula עז *capram* ſignificet, non vero *hircum*, & quia עז ſit in fœminina forma, אזל vero in maſculina.

Altera ſententia illorum eſt, qui ſtatuunt, עזאזל eſſe nomen *loci* in deſertis Arabicis, & quidem aſperum & præruptum montem. Ita quidem plerique Ebræorum ſentiunt, & cum iis SAM. BOCHARTUS, qui *Azazel* ab Arabica voce *azala*, quod *ſeparare* & *recedere* ſignificat, derivat, & לעזאזל explicat πρὸς ἀναχωρησιν, i. e. *ut in locum deſerti remotum & ſeparatum deducatur*, *qui vocatur verſ. 22.* ארץ גזרה *terra exciſa aut divulſa.* Vid. ejus *Hierozoicon libr. II cap. LIV. p. 651.* Ad eandem ſententiam propius accedit HADR. RELANDUS in *antiq. hebr. p. 434.* לעזאזל explicans ex arabica lingua: *receſſioni.* Conſentit quoque cum duumviris hiſce in re ipſa SALOMON DEYLINGIUS *obſervat. ſacrar. part. I. obſ. XVIII §. VII. p. 87. ſeqq.* licet arabicam illam *vocis* originem, quam BOCHARTUS dedit, pro certa atque ab omni exceptione ac dubitatione immuni venditare non audeat. Verum, quidquid ſit de derivatione vocis Arabica, ſententiæ huic duo cum primis videntur obſtare: I.) quod nuſquam dicat *mons Azazel*, uti dicit *montes Ararat*, *mons Abarim*, *mons Ebal*, mons

cui iniquitates filiorum Iſraël imponebantur. Vide Lev. XVI. 7.) Sacrificium מִנְחָה

mons Gerizim, &c. II) quod nemo ex iis, qui regionem iſtam toties peragrarunt, adcuratamque ejusdem dederunt deſcriptionem, montis hujus ullam fecerit mentionem, ejusdemque ſitum indicaverit. Vid. HERM. WITSIUM in *œconomia fœder. Dei, libr. XIV. cap. VI.* ubi de hircis expiationis ex inſtituto agit, *§. L. p. 663.*

Tertium locum illis adſignamus, qui per עזאזל ſpiritum malignum ſeu *diabolum* intelligendum eſſe cenſent, non quaſi diabolo hircus iſte eſſet offerendus (erat enim Deo ſacer) ſed quod juſſu ſupremi numinis exponeretur vexandus infernali genio. Innititur hæc ſententia variis argumentis, quæ eidem haud exiguam conciliare videntur probabilitatem. Favet enim eidem I) recepta Ebræorum opinio, *Azazel* dæmonis cujusdam nomen eſſe, ſicut & *Sammaël*, *Azael*, *Machazeel*. Nec II) hæc ſententia deſtituitur ſuffragio multorum chriſtianorum, tam veterum, quam recentiorum. Certe jam antiquiſſimis chriſtianiſmi temporibus exſtitiſſe nonnullos, qui ſtatuerint, ex duobus hircis unum quidem Deo ad ſacrificium fuiſſe deputatum, alterum autem *ad averruncum aliquem malum & impurum dæmonem amandatum*, ex epiſtola quadam ſatis longa, quam CYRILLUS Alexandrinæ eccleſiæ antiſtes ad Acacium, Melitenes epiſcopum, περὶ τῶν ἀποπομπαίων exaravit, luculenter patet. Similiter poeta chriſtianus in Marcum, Valentini diſcipulum, qui præſtigiis ſuis illudere credebatur ſpectatoribus, ita cecinit:

Hæc tu ille Satanæ *fretus auxilio patris*
Azazeliquo *mira deſignas ope.*

Citavit hoſce verſus EPIPHANIUS *hæreſ. XXXIV.* Ad recentiores vero quod attinet, ſententiam hanc cumprimis exornandam ſuſcepit JO. SPENCERUS, ſcriptor Anglus ſupra jam a nobis excitatus, *de legibus Ebræor. ritual. libr. III. diſſert. VIII. cap. I. ſect. II.* Nec alienus eſt ab hac ſententia JO. HENR. REIZIUS, qui in *notis in* GOODWINI *Moſen & Aaronem p. 289.* per *Azazel* intelligit eum, quem gentes in Faunis & hircis bifidis coluerunt, hoc eſt, cacodæmonem, qui hoc loco Jehovæ opponatur. Ut complures alios idem ſentientes, atque a LUNDIO in libro *von den jüdiſchen Heiligthümern L. V. c. XIX. n. 22. p. 1167.* edit. recentiſſ. excitatos, haud commemoremus. Addimus III) ſententiæ hujus fautores ad ipſam quoque vocis originem provocare, quam ab עַז *fortis* & אָזַל *abiens, cito recedens, fugiens*, conflari, arbitrantur, ut proinde עזאזל idem ſit, ac עז אשר אזלה *capra, quæ ivit*, hoc eſt, creatura, quæ principium ſuum non ſervavit, ſed a ſupremo numine deſcivit. Verum non ſine ratione monuerunt alii viri eruditi, hanc vocis originem valde coactam eſſe ac violentam, nec dici poſſe, hircum iſtum emiſſarium dæmoni fuiſſe deſtinatum, ut & ille placaretur, perinde ac ſi diviſum cum Deo imperium haberet. Ad quam vero difficultatem reſpondit SPENCERUS, *hircum emiſſum non oblationis loco, ſed anathematis, ad Azazelem amandari debuiſſe.* Alii vero aliam heic viam ineunt, atque analogiam quandam inter hanc Deo devotam pecudem, ipſumque Chriſtum, tum in aliis, tum in eo quoque intercedere arbitrantur, quod, quemadmodum hircus, Azazeli ſorte deſtinatus, mittendus fuerit in deſertum, ut diabolo in locis ſolitariis plurimum agenti *Matth. XII. 43.* vexandus exponeretur, ita & Chriſtus divina voluntate tradendus fuerit in manum diaboli, habentis quippe imperium mortis, ad exagitandum illum. Hancce ſententiam, quæ videtur tolerabilior, copioſe expoſuerunt JO. COCCEIUS, in *commentar. ad Ebr. IX. 25.* WILHELM. MOMMA, in *œconom. temporum, tom. I. libr. II. cap. XI. §. XXXVII. p. 205. ſeqq.* HERM. WITSIUS, in *œconom. fœderum Dei, libr. IV. cap. VI. §. LXXII. p. 676.* JO. VAN DER WAYEN, in *diſſertat. priori de hirco Azazel §. CIV.* in *variis ſacris, p. 185. ſeqq.* aliique.

Quarta ſententia eſt illa, quam STEPHANUS le MOINE in *notis* ad epiſtolam BARNABÆ *p. m. 654.* cum orbe erudito communicavit. Exiſtimat ille, voce *Azazel* deſignari ipſum Deum, qui hocce nomine fuerit nuncupatus, quaſi עז אל. Neque enim infrequens eſſe, ut Deus vocetur עז *robur* fidelium. Unde fluxerit vox Ἄζιζος, quo nomine Mars olim fuerit deſignatus apud Emeſenos, quaſi DEUS fortiſſimus potentiſſimusque. Sic *Azazel* idem eſſe, quod אל גבור Eſaj. IX. 6. utrumque itaque hircum, & immolatum, & oblatum, fuiſſe in Dei ſolius honorem. Unum mactatum ליהוה *Jehovæ* ſub iſta benigna relatione nominis *Jehovah*, qui talem ſe *Judæis* manifeſtaverat. Alterum vero oblatum *Azazeli*, h. e. Deo fortiſſimo, qui ratione *gentilium* & ethnicorum fuerit tantum שדי & אל & עז *potens, robuſtus, fortis*, ſed nondum יהוה, nec reſpectu gentium talem

talem ſe manifeſtaverit. Verum hæc interpretatio, utut ſit ingenioſa, nullum inter viros eruditos nacta eſt adſenſum. Nec ullo comprobari poreſt teſtimonio, Deum ſupremum tempore veteris teſtamenti unquam *Azazelem* adpellatum, vel ſub hocce nomine notum fuiſſe Judæis. Ut alia hujus generis plura taceamus. Refutarunt hancce ſententiam uberius ANDR. ADAMUS HOCHSTETTERUS, præſtantiſſimus quondam academiæ noſtræ theologus, in exercitatione lectu digniſſima *de hirco Azazel in feſto expiationis*, Tubing. *MDCCVII.* edita, *p. 19.* JO. BIERMANNUS, in *Moſe & Chriſto p. 687.* itemque THEOPH. AMELIUS, ſeu, qui ſub hocce nomine latet, PETR. ZORNIUS, in *der Erörterung der dunkelſten Scriftſtellen im alten Teſtament, tom. II. p. 703.*

Liberum quidem relinquimus lectoribus noſtris, quamnam ex ſententiis modo recenſitis eligere velint. Nec tamen diſſimulamus, eam, quam primo adduximus loco, nimirum ipſum caprum in deſertum emiſſum dictum fuiſſe Azazelem, nobis videri longe probabiliſſimam, reliquisque omnibus præferendam. Confirmat enim eandem ipſa ratio atque origo vocis *Azazel*, ſive eam e duabus aliis, עז, quæ *caprum* capramve denotat, & אזל *abiit*, compoſitam dicas, ut אֹזֵל participiale ſit nomen: *iens, abiens*; ſive, quod celeb. MICHAELIS ſtatuit, eandem ex Arabiſmo derivandam cenſeas. Vid. ejus libellum germanico ſermone editum, cui index: *Entwurf der typiſchen Gottesgelahrtheit p. 72.* Accedit, quod vocabuli hujus etymologia ab עז & אזל cum ipſo uſu hujus capri, qui Azazel fuit adpellatus, egregie conveniat. Is enim ex mandato ſupremi numinis vivus in deſertum fuit dimiſſus, abiitque in libertatem, ſicut alter paſſerum leproſi, *Lev. XIV. 53.* cum contra alter hircorum in templo fuerit immolandus. Facile quoque dilui poſſunt dubia, quæ contra hanc expoſitionem moveri ſolent a viris quibusdam eruditis. Quando enim objiciunt, voculam עז eſſe in fœminina, אזל vero in maſculina forma, adeoque nomen *Azazel* non poſſe eſſe ex utraque voce compoſitum; paucis reſpondemus, in nominibus compoſitis ad analogiam Grammatices non ſemper attendi, ipſumque vocabulum ebraicum עז, utut ſignificatione fœmininum ſit, terminatione tamen maſculinum eſſe, uti & plurale עזים, adeoque mirum videri haud debere, ſi cum verbo maſculinæ terminationis jungatur. Idem factum deprehendimus *Lev. XXII. 27.* ubi duplex maſculinum voci עז adjungitur. Conf. JAC. GUSSETIUM, in *comment. ling. ebr. p. 596.* qui hanc ipſam ob rationem, communiorem vocis hujus expoſitionem retinet. Pergunt quidem diſſentientes, ajuntque, expoſitioni huic repugnare verba Moſis *Lev. XVI. 8.* exſtantia, ubi dicitur, ſortes jaciendas eſſe ſuper hircis, uter ceſſurus eſſet *Jehovæ*, uter *Azazeli*. Jam vero unum ex hircis *Azazelem* adpellari haud poſſe, niſi ſimul ſupponatur, alterum illum, qui mactandus erat, dictum fuiſſe *Jehovah*, quod prorſus ſit alienum. Verum nec hujus dubii ſolutio difficilis eſt, ſiquidem Ebræorum *Lamed* non tantum *dativum*, ſed & *finem* atque *eventum* connotat, ut aliqua res SIT, vel FIAT. Atque hunc poſteriorem ſenſum & heic, ubi Jehovæ & Azazeli eſt præfixum, ſuſtinet, ita, ut una ſors, nomen *Jehovah* inſcriptum habens, hircum Jehovæ ſacrum faciat per immolationem, cum contra altera ſors, inſcriptum habens nomen *Azazelis*, hircum conſtituat *Azazelem*, h. e. *emiſſarium* atque *abeuntem*. Vid. SEBAST. SCHMIDIUM, in diſſertat. *de hirco ἀποπομπαίῳ*, Argentor. *MDCLXXVI.* edita, & in *faſciculo diſputat. num. IV.* recuſa, & JO. PHILIPP. HEINIUM, in *collectione nova variorum ſcriptorum faſcic. II. p. 49. ſeqq.* & *libr. II. diſſertationum ſacrarum p. 181. ſeqq.* Jungi merentur JO. FRISCHMUTHI, HENR. HULSII, GUSTAV. PERINGERI, JO. JOACH. SCHROEDERI, PHILIPP. NICOL. WOLFII, aliorumque, ſingulares de hocce argumento diſſertationes. Ut alios auctores, ſupra jam excitatos, taceamus.

Cæterum & hoc vel tribus notamus, hircum illum in *Azazelem* deſtinatum, ex plerorumque theologorum ſententia, Chriſti figuram geſſiſſe, peccata totius humani generis imponi ſibi patientis, eaque in deſertum, ne redire in conſpectum Dei queant, bajulantis. Vid. *Levit. XVI. 21.* coll. *Eſaj. LIII. 6. 12. 22.* Legenda, quæ hanc in rem ſcripſerunt JO. FRISCHMUTHUS in *diſſertat. altera de hirco emiſſario cap. II. §. V.* SEB. SCHMIDIUS *loc. cit.* b. HOCHSTETTERUS in diſſertat. ſupra *laudata ſect. II. p. 21. ſeqq.* itemque in *commentat. de feſto expiationis, ſect. II. §. IV. p. 52. ſeqq.* STEPH. LE MOYNE, in *not.* ad *varia ſacra p. 640. ſeqq.* JAC. RHENFERDIUS, *de expiatione anniverſaria pontif. maximi §. 60.* & apud MEUSCHENIUM in *novo teſtam. ex talmude illuſtrato p. 1034.* DEYLINGIUS *part. I. obſervat. ſacrar. p. 89. ſeqq.* HERM. WITSIUS, in *œconomia fœderum Dei, libr. IV. cap. VI. §. LXXI. ſeqq. p. 675. ſeqq.* aliique, quos nominare ſuperſedemus. Diſcedunt tamen ab hac ſententia alii viri eruditi, qui per hircum emiſſarium *rebelles Judæos* præfiguratos eſſe exiſti-

mant

7. *Sacrificium minchah.* מִנְחָה (*) *Mincha*, quod in genere ſignificat quodlibet donum ſeu donarium, honoris cauſa alicui oblatum eo, quod ſenſim & cum pompa quadam portetur. in ſpecie

mant. Quibus ex recentioribus ſuffragatur FRID. ADOLPH. LAMPIUS, im *Gnadenbunde, part. III. p. 1447. ſeqq.* qui tanquam certum ſupponit, Azazelem eundem cum dæmone eſſe, cui hircus in deſerta eductus velut pars ceſſerit. Eandem ſententiam ante LAMPIUM integro volumine comprobare ſuſtinuit IO. VAN DER WAYEN, theologus quondam Batavus, isque haud incelebris. Confutarunt vero eandem ex eccleſiæ Reformatæ doctoribus HERM. WITSIUS *loco* ſupra *citato, p. 669. ſeqq.* atque ex noſtris laudatiſſimus HOCHSTETTERUS, in *exercitat. de hirco Azazel, ſect. II.* §. 2. *p. 27. ſeqq.*

Equidem in eo facile adſtipulamur duumviris hiſce doctiſſimis, eos plurimum falli, qui per *Azazelem* dæmonem quendam intelligunt, ad quem hircus emiſſarius fuerit ablegandus. Nec tamen penitus improbamus eorum ſententiam, qui per hircum propulſum, non mediatorem Chriſtum, ſed *populum peccatis onuſtum* denotari ſtatuunt, ſiquidem ſententia iſta, ſi modo rite explicetur, neque ab inſtituto diei expiationis, neque a verbis, quibus Moſes rem totam deſcripſit, videtur abludere. De eo enim duntaxat hirco, qui per ſortem ceſſerat Jehovæ, ait Moſes, eundem victimam pro peccatis populi ritu ſolito fuiſſe mactandum, nec ullum eſt dubium, hircum iſtum typum Chriſti, qua victimæ, geſſiſſe. Is enim ſe ipſum Deo ſtitit, quum *iret Hieroſolymam, ut perficerentur omnia, quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis, Luc. XVIII. 31.* Deſcribitur quidem alias ut *agnus*, ob puritatem, innocentiam, manſuetudinem, patientiam, humilitatem; & quidem ut *agnus, qui ad mactationem ducitur*, i. e. ut agnus ſacrificalis, in quem *iniquitatem omnium conjecit Jehova Eſ. LIII. 6, 7.* Inſignitur quoque hocce nomine in ſacris novi teſtamenti libris, veluti *Joh. I. 29, 36.* itemque *1 Cor. V. 7. 1 Petr. I. 19. Act. VIII. 32.* atque ſæpiſſime in apocalypſi Johannæa. Quoniam vero propter noſtra peccata, quæ qua ſponſor in ſe ſuſcepit, venit in ſimilitudine carnis peccato obnoxiæ, *Rom. VIII. 3.* petulantis & petulci *hirci* ſymbolo heic figuratur. Quod vero ad alterum hircum, qui ſortem לעזאזל nactus erat, attinet, is, ſecundum præſcriptum divinum, non erat jugulandus, prout in victimis pro peccato fieri alias conſuevit, ſed vivus ſervandus; neque typus Chriſti, quam potius imago quædam gentis multis peccatis contaminatæ fuiſſe videtur. Imponebantur enim eidem omnia delicta populi ebræi, quæ vero ſanguine alterius hirci, ad expianda quævis peccata effuſo, mox fuerunt expiata, prout ex verbis, quæ *Lev. XVI. 10.* leguntur, colligere licet. Quo facto hircus iſte liber dimiſſus, & per virum quendam idoneum in deſertum deductus fuit. Locus, in quem is fuit emiſſus, a ſcriptore divino *Lev. XVI. 22.* dicitur ארץ גזרה *terra exciſionis*, qua loquendi formula in genere locus ab hominum frequentatione remotus cultuque omni deſtitutus deſignatur. Quid vero de hirco hoc in deſertum abducto factum tandem ſit, id quidem, tacente ſcriptura ſacra, certo determinari nequit. Quæ enim Judæi de hirco ex rupe præcipitato tradunt, ea incertis innituntur traditionibus, nullumque in divinioribus litteris habent fundamentum, prout recte obſervavit ROBERTUS SHERINGHAMUS in notis eruditis, quibus tractatum miſchnicum יומא illuſtravit, *cap. VI.* §. *VI.* add. SEB. SCHMIDII diſſertat. ſupra excitatam *de hirco apompæo* §. *XXXVIII. ſeqq.* Nonnulli ex ſcriptoribus chriſtianis exiſtimant, hircum illum libere dimiſſum fuiſſe in deſertum, ut paſceret, ubi libitum eſſet: qualia animalia Deo ſacra, quæ ἄφετα ζῶα dicebantur, priſcos tam Græcos quam Romanos habuiſſe, SAM. BOCHARTUS nos condocet. Atque id ipſum innuere videntur verba *Lev. XVI. 22.* exſtantia: ושלח את השעיר במדבר *& dimittet hircum in deſertum.* Conſtat quoque ex libris Moſaicis, varia in deſerto loca paſcuis abundaſſe, ipſosque Iſraelitas pecus in iſtis locis aluiſſe. Plura hanc in rem non addimus, ſed lectores noſtros ablegamus ad elegantiſſimam lectuque digniſſimam commentationem cel. MICHAELIS *von der typiſchen Gottesgelahrtheit*, qui *loc. cit. p. 72. ſeqq.* de hocce argumento egregie diſſeruit.

(*) De origine atque ſignificatione vocis מנחה vid. EDUARDI POCCOCKII *commentar. in Joelem p. 40.* & PAUL. FAGIUM in *Onkeloſi paraphraſ. Lev. II. 1.* Commode hæc vox derivari poteſt a verbo Arabico *manacha*, quod ſignificat *donavit*, ut proinde מנחה quodlibet *donum* denotet, ut ſupra obſervavit GERHARDUS. Atque hoc ſenſu occurrit hæc vox in variis ſacræ ſcripturæ locis. Vid. *1 Sam. X. 27.* & *Geneſ. XXXII. 13, 18.* Cum vero ſacrificia ſint dona Deo oblata, communiter uſurpari ſolet hæc vox de oblationibus, non quidem iis, quæ ex pecudibus

ecie autem uſurpatur de ſacrificio cibario, far-
o vel adoreo. LXX. vocant θυσίαν δῶρον,
n *Speiſopffer*. Offerebatur autem ad declaran-
ım gratitudinem pro victu & vitæ ſuſtentatione,
eo tantum ex terræ frugibus ejus materia pete-
ıtur. Lev. II. quinque ejus ſpecies commemoran-
r: *Prima* erat farina ſimilæ ſuperfuſo oleo &
ure ſuperpoſito. *Secunda* ſpecies erat vel pla-
nta ſimilaginea azyma mixta oleo, vel cruſtula
nilaginea azyma uncta oleo, utraque cocta in
bano. *Tertia* ſpecies erat ſimila azyma mixta
eo & cocta in forcipe, poſtea in particulas fra-
ı ſuperfuſo oleo. *Quarta* ſpecies erat ſimila
yma in cacabo & oleo cocta. *Quinta* ſpe-
s erant ſpicæ de primitiis frugum ad
ıem toſtæ & contuſæ, oleo & thure ſuper

his poſitis. 8) זֶבַח שְׁלָמִים *ſacrificium pacificorum* (*) θυσία σωτηρίου, quod duplex fuiſſe (**) ex Lev. VII. adparet. *Prius* erat gratitudinis pro beneficio divinitus collato, *poſterius* voti ſpontanei pro pace & ſalute conſequenda. Ritus hujus ſacrificii deſcribuntur Lev. VII. & X. Nimirum offerendum erat animal mundum, cujus adeps ſolum cremebatur, pectus & armus cedebant ſacerdoti, reliquæ carnes comedebantur a privatis nulla immunditie levitica contaminatis, quicquid die tertia ſupererat, igni comburebatur. 9.) *Oblatio primitiarum*, hoc eſt, eorum, quæ primum ſive ex hominibus, ſive ex animalibus, ſive ex terræ ſemine, orta erant (***). Cete-

8. Sacrificium pacificorum.

9. Oblatio primitiarum.

dibus fieri ſolent, ſed de oblationibus e rebus inanimatis, ſimila, oleo &c. quæ *ferta* adpellantur & ſacrificia muneris; de quibus copioſe agitur in tractatu talmudico *menacbot*, qui exſtat in SURENHUSII *miſchna part. V. p. 65. ſeqq.* Ex ſcriptoribus vero chriſtianis conſuli heic merentur JO. EILERMANNUS, in *Moſe & Chriſto libr. III. cap. IV. p. 540.* & DAVID. GSELLIUS, Helvetus, in *vet. teſtamenti ſacrificiis dilucida ratione expoſitis*, Duisburgi *MDCCXII. 8.* editis *p. 204. ſeqq.*

*) Rationem, cur hæc ſacrificia vocentur *pacifica*, hanc reddit R. LEVI Ben GERSON, quia ſigna erant concordiæ inter offerentem, ſacerdotes & Deum, qui eadem menſa utebantur, cum pars victimæ altari cederet, pars ſacerdoti, pars offerenti; ad *Lev. cap. III.* Hinc de ſacrificio hoc pronunciant ebrææ gentis magiſtri: הלק לשם חלק לכהן וחלק לבעל Vid. PAUL. FAGIUM in ONKELOSI *paraphraſin, Lev. III. 1.* Alii hæc ſacrificia malunt adpellare *ſalutaria*, ſicuti LXX. interpretes, qui vocem שלמים vertere ſolent σωτήρια, *ſacra pro ſalute*, hoc eſt, quod omnia incolumia ſint, Deo oblata. Quem ad modum enim vox שלום Ebræis incolumitatem ſonat, ſic & σωτηρία Græcis, & *ſalus* Latinis. CONRAD. ICKENIUS exiſtimat, ſacrificia שלמים nomen accepiſſe a שלם *ſolvit, reddidit*, quaſi ἀποδοτικὰ aut *retributoria* diceres, quia ad ſolvenda vota, aut reddendas Deo gratias præcipue offerebantur. Vid. ejus *antiquitates hebraicas, part. I. cap. XIII. §. XXVII. p. 165.*

**) Non duæ duntaxat, ſed tres horum ſacrificiorum ſpecies *Lev. VII. 11. 12, 16.* commemorantur. I) תודה ſeu ſacrificia *confeſſionis* beneficiorum a Deo acceptorum *laudiſque* pro iiſdem; unde & pro beneficiis jam *impetratis* offerebantur. Vid. *Pſ. CXVI. 17.* & *Ebr. XIII. 15.* II) נדר *votivum* & III) נדבה *ſpontaneum*. Utraque ſpectabant ad beneficium aliquod *impetrandum*, & quidem ex voto, licet ſæpe nonniſi beneficiis illis jam impetratis offerrentur. *Pſ. CXVI. 14, 18.* Diſcrimen, quod inter bina hæc ſacrificia intercedebat, in eo ſitum erat, quod נדר, ex mente Judæorum, reſpexerit votum *generalius*, verb. grat. ſi quis voverit, ſe oblaturum ſacrificium ſalutare, נדבה autem *ſpecialius*, ex. grat. ſi quis dixerit: ſancte promitto, me hanc vel illam pecudem oblaturum. Nec illud heic prætermittendum, quod ſacrificia illa vel fuerint *publica*, quæ ab univerſo populo diebus feſtis offerebantur, vel *privata*, quæ a qnibusvis Iſraelitis fuerunt oblata. Quorſum hæc ſacrificia ſpectaverint, nemini poteſt eſſe obſcurum. Edocendi iis erant Iſraelitæ, beneficia quævis, quæ Deus in nos contulit, grato agnoſcenda eſſe animo, atque omnia, quæ nobis in mortali hacce vita ſunt neceſſaria, devotis precibus a ſupremo numine impetrari.

(***) Sumit heic GERHARDUS noſter vocem *primitiarum* in ſenſu generaliori, prout tria complectitur: 1) πρωτότοκα, 2) πρωτογεννήματα, & 3) ἀπαρχὰς ſpeciatim ita dictas. πρωτότοκα, Ebræis בכורות *primogenita* dicta, ſunt fœtus primitivi tum hominum, tum animalium, quos Deus ſibi ſacros eſſe juſſit. Atque hæc *primogenita* ad ſacrificia ſalutaria, de quibus in præcedenti nota differuimus, proxime accedebant. πρωτογεννήματα Græcis dicuntur, quæ Ebræis

Ceterum duplex erat primitiarum oblatio, *quaedam* ex legis præſcripto offerebantur Exod. XXII. Num. V. *quaedam* vero ex voto ſpontaneo Num. XVIII. Quin & certæ ſpecies primitiarum definitæ erant Dei præſcripto, quas ad hæc ſumma capita revocabimus. Primitiarum enim nomine cenſentur a.) hominum primogenita, quæ certo pretio, videlicet quinque ſiclis, redimenda erant (*). Ac notanter dicit Dominus, ſeſe tribum leviticam loco primogenitorum ex hominibus in miniſterium elegiſſe, quem typum ad Chriſtum, unicum nov. teſt. Ἀρχιερέα, non incommode referemus (**), *qui ſe ipſum pro nobis ſanctificavit*, Joh. XVII. 19. cum alias non minus quam primogenitis Ægyptiacis ab angelo percuſſore nobis metuendum eſſet, in cujus liberationis memoriam primogenita hominum Deo erant ſacra. Primogenita animalium immundorum pecunia redimebantur; primogenitum aſini redimendum erat ove, vel occidendum; ſed mundorum animalium primogenita offerebantur in ſacrificium, Num. XVIII. 15. & ſeqq. Offerebantur autem die octavo

בכורים, *primitivæ*, i. e. munera, quæ ex frugibus terræ integris, nondumque elaboratis conſtabant, feſtoque primitiarum præ aliis frugibus offerebantur. *Exod. XXIII. 19. XXXIV. 26. Ezech. XLIV. 30.* At ἀπαρχαι, Ebræis תרומות *primitiæ* dictæ, eæ fuerunt, quæ de frugibus univerſis jam elaboratis, ſeu ad uſum hominum præparatis ſepoſitæ, ſacerdotibus dabantur. Extant de his leges divinæ *Deuter. XXVI. 1. ſeqq. XVIII. 4.* add. *Exod. XXIII. 19. XXXIV. 26.* De diſcrimine τῶν בכורים, quæ vulgo *primitiva* dicimus, & τῶν תרומות ſive *primitiarum* vid. MART. JAC. OWMANNUM, in notis eruditis, quas adjecit verſioni latinæ codicis Miſchnici ירים *p. 53.* & *p. 184 ſeqq.* add. RELANDUM in *antiquitat. ſacr. part. III. cap. VIII. §. VII. p. m. 351. ſeqq.* JO. SPENCERUS, Anglus, cujus ſupra jam fecimus mentionem, huncce morem, primitias frugum Deo conſecrandi, ab Ægyptiis aliisque gentibus ad Ebræos manaſſe contendit, *de legibus Ebræor. ritualibus, libr. I. diſſert. I. cap. IX.* contra quem vero diſputat SEBAST. CREMERUS, in *antiquitat. Moſaico typicis tom. II. p. 165. ſeqq.* Verum, licet extra dubitationem poſitum ſit, primitias frugum jam olim apud quamplurimas gentes Deo fuiſſe oblatas, quod poſt SPENCERUM luculenter comprobavit THEODOR. JANSONIUS ALMEELOVENIUS, in *opuſculis p. 115.* exinde tamen neutiquam colligere licet, Ebræos morem huncce Ægyptiis aliisque gentibus acceptum referre debuiſſe. Id potius longe probabiliſſimum eſt, homines inde ab antiquiſſimis temporibus, vel ſponte ſua, vel, quod magis eſt veriſimile, juſſu quodam ſupremi numinis, primitias Deo obtuliſſe, ut hac ratione gratum erga eundem animum ſignificarent, ſeque fruges omnes divinæ benedictioni debere, publice teſtarentur. Vid. JO. CLERICUM, in *comment. ad Lev. XXIII. 10.* Atque hocce inſtitutum longe antiquiſſimum primitiarum Deo offerendarum confirmavit deinceps ſummus legislator, maximamque illarum partem adſignavit ſacerdotibus, quibus hæreditatem inter reliquas tribus haud conceſſerat. Hi enim ex primitiis haud ſpernendum habebant reditum, unde ſe ſuamque familiam commode ſuſtentare poterant, prout ex Judæis obſervavit PHILO ineunte libro *de præmiis ſacerdotum.* Prætermittimus alias hujus legis rationes, quas indicarunt CREMERUS *loc. excitato*, BIERMANNUS in *Moſe & Chriſto libr. III. cap. IX. p. 603 ſeqq.* itemque LAMPIUS im *Gnadenbunde part. III. p. 1172 ſeqq.* Scriptores, qui de primitiarum oblatione & conſecratione copioſe egerunt, vide recenſitos in JO. ALB. FABRICII *bibliograph. antiquar. p. 770.* edit. recentiſſ.

(*) De primogenitorum redemtione apud Ebræos evolvi merentur ſingulares diſſertationes JO. FRISCHMUTII, DAN. LUNDII, JO. HENR. HOTTINGERI, DANIELIS GERDESII aliorumque.

(**) Quomodo Chriſtus per *primogenitum* fuerit repræſentatus, uberius expoſuerunt b. RAMBACHIUS, in libro germanico ſermone edito, qui inſcribitur: *Chriſtus in Moſe, part. I. p. 308.* & WILHELMUS ERNESTUS EWALD, in *emblematibus ſacris, libr. II. p. 162 ſeqq.* Add. ſi placet, diſſertationem noſtram *de gloria Chriſti primogeniti in orbem introducti ipſis angelis adoranda, ad Ebr. I. 6. coll. pſalm. XCVII. 7.* Tubing. *MDCCLVII.* editam, in cujus *part. I.* de titulo *primogeniti*, quo ſervator optimus tum in oraculo modo adlegato, tum & alibi in ſanctioribus litteris inſignitus deprehenditur, copioſe diſſeruimus. Conferenda etiam, quæ de ratione typica legis de *primogenitis* ſcripſerunt JOACHIM LANGIUS, in *myſterio Chriſti & chriſtianiſmi p. 205.* JO. BIERMANNUS, in *Moſe & Chriſto libr. I. cap. VIII. p. 192. ſeqq.* & JO. ADOLPH. LAMPIUS, im *Gnadenbunde part. III. p. 1091 ſeqq.*

ctavo. Exod. XXII. 30. *Septem dies pecus erit cum matre ſua, die autem octavo dabis mihi.* Adumbrabatur hoc ſtatuto æterni illius ſabbati feſtivitas, ad quam priusquam perveniamus, eccleſiæ matris uberibus in hac vita nos ali oportet.) b) Novalia, ſeu primitiæ novarum frugum terra naſcentium. Deut. XXVI. 2 & ſeqq. c.) Manipuli ſpicarum, qui offerendi erant die paſchatos altero. Lev. XXIII. 10 & ſeqq. d.) Grana de ſpicis adhuc virentibus excuſſa ac nondum molæ ſubjecta Lev. II. 14 & ſeqq. e.) Duo panes fermentati ex duabus decimis ſimilæ fermentatæ in feſto pentecoſtes, Lev. XXIII. 16 & ſeq. f.) Placentæ ſive pulmenta & cibi. Num. XV. 19 & ſeqq. 10) *Oblatio decimarum* (*), hoc eſt, partis

10. Oblatio decimarum.

C 2

(*) *Decimæ*, Ebræis מעשרות, Græcis *δεκατας* dictæ, quod decimam partem certarum rerum conſtituerent, varii apud Ebræos fuerunt generis, quarum quædam *κατ' ἐξοχὴν* מעשר decimæ, aut מעשר ראשון *decimæ primæ*, aliæ מעשר מן המעשר *decimæ de decimis*, aliæ מעשר שני *decimæ ſecundæ*, aliæ denique מעשר עני *decimæ pauperum* adpellabantur. De hiſce quatuor decimarum ſpeciebus pro inſtituti noſtri ratione pauca dicemus.

Quod I) ad decimas *primas*, ſeu *κατ' ἐξοχὴν* ita dictas attinet, illæ, oblatis primitiis, a reliquo fructuum acervo decerpebantur, ſingulisque annis, exceptis Sabbathicis (quibus ſponte nata pauperibus erant relinquenda) dabantur de omni proventu terræ atque arborum, *Levit. XXVII. 30.* & *Deuter. XIV. 22, 23.* Cedebant illæ *Levitis*, *Num. XVIII. 21. 24.* qui eas comedebant, nec ii tantum, ſed & uxores & liberi eorum, quin & quicunque alii; ſiquidem חולין ſeu res profanæ cenſebantur.

Notandum vero II) ex primis illis decimis, quas modo commemoravimus, rurſus decimam partem fuiſſe ſeparandam *Num. XVIII. 26.* quæ hanc ipſam ob rationem מעשר מן מעשר *decimæ de decimis*, vel תרומת מעשר *oblatio decimarum* fuerit adpellata, atque ſacerdotibus adſignata, *Num. XVIII. 28.* coll. *Ebr. VII. 5.* dataque iis vel *immediate* ab ipſis Iſraëlitis, qui hancce portionem a Levitarum decimis demebant, vel *mediate* a Levitis, partem hanc a ſuis decimis ſeparantibus, *Num. loc. cit.* & *Neh. X. 39.* Atque de hac inprimis decimarum ſpecie ſermonem eſſe *Malach. III. 10.* recte obſervat DEYLINGIUS, *obſerv. ſacr. part. III. p. 212. ſeqq.*

Ab hiſce vero decimis III) diverſæ erant *decimæ*, quæ vocantur *ſecundæ*, Ebræis מעשר שני dictæ, quas a reliqua maſſa dominus iterum ſeparabat, ut easdem cum ſuis liberis æque ac ſervis, ſed nonniſi mundis, nec in luctu conſtitutis, invitatis ad convivium ſacerdotibus atque Levitis, coram domino comederet, *Deut. XII. 17, 18.*

Hiſce IV) ebrææ gentis doctores jungunt *decimas pauperum*, ad quas non tantum Iſraëlitæ, ſed & ſacerdotes & Levitæ fuerint obſtricti. Dicunt, hoc unum fuiſſe ex privilegiis pauperum, recenſitis *Lev. XIX. 9. 10.* & *Deut. XXIV. 19.*

De origine decimarum paucis notamus, eandem longe antiquiſſimam eſſe, ſiquidem jam ante legem Moſaicam Abrahamus ex omni præda hoſtibus erepta decimam partem Melchiſedeco dediſſe legitur, *Geneſ. XIV. 20.* Conſtat quoque de Jacobo, eundem decimam bonorum partem Deo promiſiſſe, ſi voti ſui compos factus fuerit, *Geneſ. XXVIII. 22.* quam redux viginti poſt annis perſolvit. Apud ethnicos quoque conſuetudinem offerendarum decimarum viguiſſe, docent PLUTARCHUS, in *quæſtionibus romanis*, ubi de decimis Herculi datis, *p. 238.* JULIUS POLLUX *pag. 6.* SUIDAS in *Μωσῆς*, & ex recentioribus JO. SELDENUS, in diſſertat. *de decimis ſect. III.* JO. CLERICUS, in *notulis*, huic ſectioni ſubjunctis, itemque in *commentario* ad *Geneſ. XLI. 34. XLVII. 26.* nec non JO. SPENCERUS *de legibus ebræorum ritualibus libr. III. diſſ. I. cap. X. ſect. II.* qui originem decimarum Iudaicarum a gentibus profanis derivandam eſſe cenſet. Idem fecit CLERICUS, quem modo excitavimus, in *adnotat.* ad DAV. CLERICI *quæſtiones ſacras p. 8.* Sed confutarunt hancce ſententiam complures viri eruditi, ex quibus eminet JO. d' OUTREIN in libro belgico ſermone edito, cui titulus: *Jeſus Chriſtus de Hoogepriëſter naar de wyze van Melchiſedech, p. 319. ſeqq.* Decimas olim partim in ſignum ſubjectionis, partim ad grati animi teſtificationem perſolutas fuiſſe, vix dubitare licet. Prius fiebat, cum ſubditi decimas ſolverent regibus ſuis. In decimis vero Deo dicatis utrumque fiebat, ut ſcilicet obſequium ſuum erga eum, inſimulque animum gratum declararet gens Deo ſacra. Conferenda, quæ hanc in rem differit JO. FRANC. BUDDEUS, in *hiſt. eccleſiaſt. vet. teſt. tom. I. p. 391. 392.*

Scriptores de decimis longo agmine recenſuerunt JO. ALB. FABRICIUS, in *bibliograph. anti-*

tis decimæ omnium fructuum tum ex terra, tum ex pecudibus collectorum (*); decimæ iſtæ partim offerebantur Deo per ſacrificia, partim vero cedebant in uſum ſacerdotum. Exod. XXII. Lev. XXVII.

11. Agnus paſchalis. 11.) Addunt quidam *agnum paſchalem*, quem ſimul ſacrificium & ſacramentum fuiſſe contendunt, qua de re ſuo loco plenius diſpicietur(**).

12. Vaccæ ruſa. 12.) Annumerant etiam ritum *vaccæ ruſæ* (***), extra caſtra mactandæ ac comburendæ, cujus cineres

antiquaria, p. 767. ſeqq. edit. recentiſſ. PETR. ZORNIUS, in *commentar.* in HECATÆI Abderitæ *eclogas*, p. 18. & JO. CHRISTOPH. WOLFIUS, in *adnotat.* ad LUNDII *jüdiſche Heiligthümer*, p. 993. edit. recentiſſ. Sufficiat ex iis heic laudaſſe JO. SELDENUM, cujus tractatum de decimis modo excitavimus. Prodiit is Londini *MDCXVIII.* 4. hac inſignitus inſcriptione: *hiſtory of tythes, that is the practice of payment of them, the poſitive lawes made for them, the opinions touching the right of them.* Recuſus poſtea fuit in ejus *operibus* junctim editis, *vol. III.* p. 1060. ſeqq. Priora ejus capita latine vertit, ac *commentario* ſuo in *pentateuchum* ſubjunxit JO. CLERICUS. Seldeno, præter SPENCERUM, quem jam adlegavimus, jungi merentur JO. CONRAD. HOTTINGERUS, cujus *commentarius philologicus, ſive exercitationes X. de decimis Judæorum*, cum epiſtola HADRIANI RELANDI, ann. *MDCCXII.* Lugdun. Batav. in 4. lucem adſpexerunt publicam, &, qui in theologia typica ingenii vires periclitati ſunt, IO. BIERMANNUS, & BERNH. SEBAST. CREMERUS, ille quidem in *Moſe & Chriſto* p. 603 ſeqq. hic vero in *antiquitat. Moſaico-typicis tom. I.* p. 115. ſeqq.

(*) Decimatio *pecoris* a priori illa decimarum ſpecie, quas ex arborum terræque fructibus ſolvebant Ebræi, probe diſtinguenda eſt. Hæ enim, ut ſupra vidimus, ſacerdotibus, Levitis, aut pauperibus cedebant. Quod vero ad decimationem pecoris attinet, illa ita inſtituebatur, ut decimæ quæque pecudes ex bobus, ovibus & capris, illo anno in grege domini ſui natis, non emtis, vel dono acceptis, Deo ſacræ eſſent. *Lev. XXVII.* 32. ſeqq. Non attendebatur quidem in hac decimatione ad qualitatem animalium, immo ne quidem, an ad ſacrificia apta ſint. Ad id tamen, ut Deo offerri, inque atrio mactari poſſent, requirebatur, ut omni carerent vitio. Ceteroquin enim non offerebantur, ſed comedebantur a dominis, & quidem omni in loco. Debebant enim decimæ animantium comedi, qualiacunque eſſent, ſive perfecta, ſive vitiata, ſive viva, ſive maculata. Vendere illa haud licebat. Copioſe hocce argumentum pertractavit HOTTINGERUS in libro ſupra adlegato *de decimis Judæorum, exercitat. X. p.* 228. *ſeqq.*

(**) Pertractavit hocce argumentum GERHARDUS noſter in loco *de circumciſione & agno paſchali.* §. L.

(***) De vacca ruſa certis ritibus comburenda breviter quidem, ſed diſtincte diſſerit Moſes *Num. XIX.* 2. ſeqq. Ritibus vero iſtis a Moſe recenſitis complures alios adjunxerunt ebrææ gentis magiſtri, prout vel ex MOSE MAIMONIDE in *Jad chaſaka*, libr. X. tract. 2. qui inſcribitur פרה אדומה ſeu *de vacca ruſa*, condiſcere licet. Huncce MAIMONIDIS tractatum latine vertit, atque eruditis obſervationibus illuſtravit ANDR. CHRISTOPH. ZELLERUS, abbas quondam Anhuſanus in ducatu Wurtembergico, vir in litteris Ebraicis verſatiſſimus, ediditque eundem Amſtelodami *MDCCXI.* 8. Conferri vero merentur JO. BENED. CARPZOVIUS, cujus binæ de hocce argumento diſſertationes exſtant, Lipſiæ MDCLXVIII. & *MDCXCII.* typis exſcriptæ; JO. CONRAD. KESLERUS, qui *diſſertationes II. de ſacerdote vaccam ruſam comburente*, Bremæ *MDCCII.* edidit, JO. MARCKIUS, in *faſciculo diſſertat. philologico-exeget. num.* 3. itemque JO. BENEDICT. CARPZOVIUS, HADRIAN. RELANDUS, DANIEL LUNDIUS, ANTON. DRIESSENIUS, CONRAD. ICKENIUS, aliique, in JO. ALB. FABRICII *bibliograph. antiquar.* p. 489. adlegati. Quum inſtituti noſtri brevitas haud permittat, ut argumentum hocce de vacca ruſa, a viris doctiſſimis ſæpius jam excuſſum, data opera denuo heic pertractemus, pauculas duntaxat obſervationes de eodem heic adſpergemus, ne illud plane intactum reliquiſſe videamur. Notamus itaque *I*) vaccam iſtam coloris perfecte ruſi (quod genus in Palæſtina perrarum erat, cariſſimoque veniebat pretio) debuiſſe eſſe integram, jugi expertem, trium, quatuor, aut ad ſummum quinque annorum, publico ære emtam. *II*) eandem fuiſſe traditam ſacerdoti cuidam præcipuæ inter Judæos dignitatis, *Sagan* dicto, qui, ſi doctoribus Judaicis

eres ſervabantur in uſum aquæ mundationis: Num. XIX. ſed an hic ritus fuerit ſacrificium pro-

C 3 prie

daicis fides habenda, ſeptiduo ante in conclave domus lapidis (quod a vaſis lapideis ibidem adſervatis nomen accepit) erat ſecluſus. *III*) ab hoc ipſo ſacerdote vaccam rufam ſuper כבש *ponte*, arcubus aut fornicibus ſuperſtructo (ad vitandam pollutionem ex cadavere forte ſub terra deliteſcente oriundam) ad *montem oliveti* deductam, ibique rogo impoſitam facie verſus ſanctuarium, jugulatam fuiſſe. *IV*) peracta mactatione, ſacerdotem ſanguinem, manu ſiniſtra exceptum, digito manus dextræ intincto, ſepties ſparſiſſe e regione ædis ſacræ, oculis in portam ejus orientalem directis. *V*.) Hoc facto, incenſa pyra, injectoque in ignem ligno cedrino, itemque byſſopo & lana coccinea, integram vaccam, cum pelle & fimo combuſtam fuiſſe. *VI*) cineres hujus vaccæ ſtudioſe collectos in tres diviſos fuiſſe partes; quarum una in monte oliveti adſervata (poſtquam aquæ vivæ injecta eſſet portio cinerum) luſtrandis Iſraëlitis inſerviebat; altera vero in templum delata purificandis ſacerdotibus erat deſtinata; tertia denique in חיל ſive antemurali in vaſculo quodam adſervabatur in perpetuam hujus exuſtionis memoriam. Addimus *VII*) hanc ipſam adſervationem cineris eo majori cura factam fuiſſe, quo rarius vaccæ rufæ combuſtio olim contigit. Quod ſi enim ebrææ gentis magiſtros audiamus, a conſtituta republica Judaica uſque ad excidium urbis nonniſi novem combuſtæ ſunt vaccæ rufæ, una quidem ſub templo I. vivente adhuc Moſe, octo reliquæ vero ſub templo II. Cumprimis vero *VIII*) id notandum heic venit, nullum vet. teſtam. typum expreſſius ac ſignantius retuliſſe Meſſiam olim venturum, quam vaccam iſtam rufam. Ipſe color ille rufus peccatum deſignat, ut Eſaias nos condocet *cap. I. verſ. 18.* Chriſtum autem peccata hominum portaſſe, e ſanctioribus litteris abunde conſtat. Omnis labis expers eſſe debebat vacca, ut ſupra obſervavimus: Chriſtus vero ſanctus, vitii expers, intemeratusque erat, teſte apoſtolo *Ebr. VII. 26.* Licet vacca rufa ab omni macula debuerit eſſe immunis, ob ſuſcepta tamen populi inquinamenta immundiſſima facta eſt, atque hac quoque ratione ſignificavit Chriſtum. Hunc enim *μη γνοντα αμαρτιαν* DEUS *υπερ ημων αμαρτιαν εποιησεν, ινα ημεις γινωμεθα δικαιοσυνη Θεου εν αυτω*, *2 Cor. V. 21.* Quemadmodum porro *αζυξ* (*nondum jugum paſſa*) debebat eſſe vacca iſta; ita Chriſtus peccatorum jugum nunquam eſt expertus, nec coacte, ſed animo promto ſpontaneoque obſequio legi ſeſe ſubjecit, ut legi ſubditos redimeret, *Gal. IV. 5.* Extra caſtra immolabatur vacca in conſpectu omnium. *Quorum enim piaculorum ſanguis in ſanctuarium infertur a pontifice, eorum corpora cremantur extra caſtra. Itaque Chriſtus, ut ſuo ſanguine populum luſtraret, extra portam ſupplicium pertulit. Proinde exeamus cum eo extra caſtra, ejus dedecus ferentes*, uti pronunciat ſcriptor divinus *Ebr. XIII. 11, 12, 13.* Nec eſt, quod exiſtimemus, caſu contigiſſe, ut vacca rufa ad montem *oliveti* deducta ibidem immolaretur, ejusdemque ſanguis, a ſacerdote exceptus, guttatim ſpargeretur verſus ædem ſacram. Conſtat enim ex novi teſtamenti hiſtoria, montem olivarum fuiſſe locum iſtum, ubi ſervator optimus præ nimio animi mœrore ſudorem effudit ſanguineum, initiumque fecit ebibendi calicis iræ divinæ. Digna hanc in rem ſunt verba CONSTANTINI L'EMPEREUR, quæ heic adſcribantur. Ita vero ille de eductione vaccæ rufæ in montem olivarum, ejusdemque mactatione diſſerit in *adnotat.* ad codicem *middoth cap. I. §. 3. num. 8. fol. 327. Hinc patet, cur ſervator noſter voluerit etiam pati in olivarum monte, emiſſo, antequam caperetur, cruento ſudore ex animi illo angore piis omnibus venerando? Cauſſa fuit Dei veritas, quæ typum antitypo reſpondere per omnia voluit. Quemadmodum in monte olivarum e junice rufa & aqua pharmacum confectum fuit; ſic in eodem ex ſanguine illo Chriſti ruſo & exſudente aqua confectum nobis vitale medicamen fuit.* Nec illud noſtra attentione indignum eſt, quod præcipuæ in combuſtione vaccæ rufæ olim partes fuerint non tam ipſius Aaronis, pontificis maximi, quam potius Eleazari, filii ipſius, qui erat ſacerdos alter a ſummo pontifice. Vid. *Num. XIX. 3. ſeqq.* Nam & in hac circumſtantia, quæ levioris videri poterat eſſe momenti, latet aliquid, quod fata Meſſiæ venturi præfiguravit. Conſtat enim ex hiſtoria paſſionis ac mortis Chriſti, primas in hoc negotio partes non tam Hannam egiſſe, qui tum temporis ſummo pontificatu fuit defunctus, quam potius Cajapham, qui Hannæ gener ejusdemque *Sagan* ſeu vicarius erat. Hujus quippe juſſu captus eſt ſervator optimus, eodemque quæſitore ac judice morti vel tandem addictus. Denique notari quoque heic meretur aquæ expiatoriæ ex vaccæ crematæ cineribus confectæ effectus isque plane admirabilis, vim atque efficaciam ſanguinis Jeſu Chriſti præfigurans. Quemadmodum enim aqua iſta immundos, qui ea adſpergebantur, emundabat;

prie dictum (*), dubitari haud abs re poterit, cum potius actus præparatorius & miniſterialis fuerit mundationis leviticæ ceremoniis inſerviens.

Quinque requiſita cujusque ſacrificii.

§. XIV. Porro ſi adcuratius penſitemus leviticum illum ſacrificiorum cultum per Moſen conſtitutum, adparebit cujuslibet veri ſacrificii quinque eſſe προσκείμενα. 1) Certa res in eo offerenda. 2) Certus offerendi ritus. 3) Certa perſona, per quam illi ritus adminiſtrentur. 4) Certus locus huic actioni definitus. 5) Certus finis, propter quem oblatio illa ſuſcipienda, atque hæc omnia & ſingula non privato hominum arbitrio erant relicta, ſed divinitus conſtituta & definita. Ac de leviticis quidem ceremoniis res expedita eſt, enumerata eorum προσκείμενα omnia ac ſingula divinitus præſcripta eſſe; ſed de Abelis, Noachi, ac reliquorum ante Moſen patriarcharum ſacrificiis quidam dubitant, fueritne de illis offerendis divinum quoddam mandatum ipſis datum, cum tale κατὰ ῥητὸν in libro Geneſeos non videatur expreſſum. (**) Sed enim quamvis Moſes tot ſeculorum hiſtorias admiranda brevitate complexus revelationis illius ac mandati

An Abelus, Noachus et reliqui patriarchæ habuerint divinum mandatum de ſacrificando?

dabat; ita ſanguis Jeſu Chriſti peccatoribus in eum credentibus adſperſus eos ab omnibus vitiorum ſordibus purgat. Confirmat hoc ſanctiſſimus Chriſti legatus *Ebr. IX. 13, 14. Si taurorum & hircorum ſanguis juvencæque cinis pollutos adſpergens luſtrat ad corporis puritatem; quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum S. ſemet ipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram a mortuis operibus, ut viventem colamus Deum?* Idem apoſtolus Chriſti ſanguinem αἷμα ῥαντισμοῦ vocans *Ebr. XII. 24.* ad ὕδωρ ῥαντισμοῦ *aquam adſperſionis*, in hac lege a LXX. interpr. memoratam *Num. XIX. 9.* manifeſto reſpexit. Nec deſunt ex ipſis Judæis, qui in tota hac luſtralis vaccæ cerimonia typum agnoſcunt, atque luſtratione illa rituali luſtrationem ſpiritualem, ſive mundationem a peccatis ſignificari ultro fatentur, prout obſervavit SALOM. DEYLINGIUS, *obſervat. ſacrar. part. III. obſ. IX. §. XI. p. 99.* Conferenda, quæ de juvencæ rufæ littera & myſterio ſcripſerunt CREMERUS, in *antiquitatibus Moſaico-typicis, tom. II. p. 357. ſeqq.* JOACH. LANGIUS, in *myſterio Chriſti p. 472.* & in *dem Moſaiſchen Licht und Recht* ad *Num. XIX.* ANTON. DRIESSENIUS, in *exercitationibus academicis*, Groningæ *MDCCXIX.* editis, *num. IV.* PETR. DAN. HUETIUS, in *demonſtrat. evangel. propoſ. IX. cap. CXXXVI. p. m. 612. ſeqq.* NATALIS ALEXANDER, in *hiſt. eccleſiaſt. vet. teſtam. tom. I. diſſ. III. art. IV.* JO. d'OUTREIN in peculiari commentatione, quæ ejusdem *commentar. in epiſt. ad Ebræos, tom. IV. p. 667. ſeqq.* ſubjuncta eſt, &, qui primo nominandus erat loco, BERNH. WILH. MARPERGERUS, in *dem letzten Sündopffer im Geſetz, als einem vollſtændigen Vorbilde des gecreutzigten Jeſu*, qui liber lectu digniſſimus Dresdæ *MDCCXXXV.* 8. prodiit. Jungi merentur celeb. JO. DAV. MICHAELIS, im *Entwurf der typiſchen Gottesgelahrtheit p. 82. ſeqq.* edit. ſecundæ, JO. LUNDIUS in *den alten Jüdiſchen Heiligthümern, libr. III. cap. LII. num. 49. p. 772. ſeqq.* edit recentiſs. FRID. ADOLPH. LAMPIUS, *part. III. des Gnadenbundes p. 1220. ſeqq.* aliique, quos nominare ſuperſedemus. JO. SPENCERUM, qui more ſuo ad Ægyptum ejusdemque ſuperſtitioſos ritus heic confugit, ritusque a Deo præſcripti originem a cærimoniis in cultu Typhonis uſitatis arceſſendam eſſe contendit, *de legibus Ebræor. ritualibus libr. II. cap. XVI. ſect. V. p. 578.* paſſim confutarunt viri eruditi, quos ſupra excitavimus.

(*) Si quis rationes eorum, qui ſtatuunt, vaccam rufam pro ſacrificio proprie ac ſtricte ſic dicto haberi haud poſſe, noſſe voluerit, adeat WOLFGANGUM FRANZIUM, in *ſchola ſacrificiorum, diſp. XIII. §. XXV.* & cumprimis JO. BENEDICT. CARPZOVIUM, qui de hocce argumento copioſe diſſeruit in duabus *de vacca rufa* diſſertationibus. Addi meretur PETR. JURIÆUS, in *hiſtoria critica dogmatum rituumque bonorum & malorum* &c. gallice edita, *part. II. p. 362. ſeqq.* Quod ſi tamen Moſen audiamus, erat חטאת, i. e. *victima pro peccato. Num. XIX. 9.*

(**) Inde Bellarminus lib. II. de ſacramentis in gen. cap. 31. *Placuiſſe Deo cultum Abelis, qui obtulit de adipibus gregis ſui, & cultum Jacobi, qui erexit lapidem in titulum, licet cultus illos Deus non præcepiſſet.* Idem repetit Salmeronius diſp. VIII. in 1 Tim. II. circa finem. GERHARDUS.

ſacrificiis offerendis divinitus promulgati
ãm mentionem non faciat, abſit tamen,
uamus, ſanctiſſimos illos patriarchas ſuo
at arbitrio ac privata intentione ſacrifican-
m excogitaſſe. *Primo* enim hiſtoria ec-
omnium temporum teſtatur, ἐθελοθρη-
Deo ſemper fuiſſe inviſas ac adverſas, ec-
go credat, in primo illo primæ eccleſiæ flo-
ipſi placuiſſe? Deut. IV. 2. XII. 32. ***Quod***
io tibi, hoc tantum facias, non addas
am, nec detrahas. v. 8. ***Non facietis ſin-***
quod vobis rectum videtur. Num. XV. 39.
quantur cogitationes ſuas & oculos, poſt
oletis fornicari, ſed magis memores prae-
m Dei facient ea. Eſ. I. 12. ***Quis haec re-***
t de manibus veſtris? Eſai. XXIX. 13.
XV. 8 & 9. ***Fruſtra colunt me docentes***
ta hominum, &c. Id ipſum comprobant
a μοσχολατρείας Aaronicæ, theraphim
ac vitulorum Jeroboami. ***Deinde*** omnes
hiſtoriæ teſtatum faciunt, quod miſericors
er ſuperabundantem ſuam gratiam ſemper
erbum conſtituerit aliquod externum & vi-
gratiæ ſuæ ſignum, ut homines externo
& ſigno admoniti certius ſtatuerent, Deum
vere ac propitium eſſe. Ergo & patriar-
buerunt tale ſignum divinitus conſtitutum,
eſt argumentum b. Lutheri in IV. Gen.
quemcunque Deus probat cultum & re-
ille ipſe Deum auctorem habeat neceſſe
ſacrificia patriarcharum Deus probavit &
t. Ergo ſacrificia patriarcharum Deum
em ac inſtitutorem habent. *Major* proba-
horiſmis illis apoſtolicis Rom. XIV. 23.
uid non fit ex fide, peccatum eſt. Hebr.
ſine fide impoſſibile eſt, Deo placere.
ro fides & verbum tum mandati tum pro-
nis habent ſe correlate; proinde quicquid
que verbo, non poteſt fieri ex fide, &
nſequens Deo placere nequit. *Minoris*
eſt indubitata. Gen. IV. 4. *reſpexit Deus*
el & ſacrificium ejus. Chaldaica para-
habet, quod Deus Abelis munus ſuſcepe-
n beneplacito, cujus divinæ εὐδοκίας ex-

ternum ali[illegible]
colligit Aug[illegible]
vero illud fuerit, [illegible]
flamma cœlitus [illegible]
Abrahæ, Gen. XV. 17. [illegible]
Eliæ, 1 Reg. XVIII. 38. [illegible]
VII. 1. Hinc, referente [illegible]
nibus hebraicis, Theodotion [illegible]
reddidit: ***Et inflammavit*** ([illegible]
nus ſuper Abel, & ſuper ſacrificio [illegible]
VIII. 21. De Noachi ſacrificio [illegible]
odoratus fuerit Dominus odorem ſuavitatis, [illegible]
ut Chaldæus habet, quod Dominus cum [illegible]
placito acceperit oblationem ejus. Idem [illegible]
cium eſto de aliorum patriarcharum ſacrifi[illegible]
Quarto ex eo, quod Gen. VII. 2. Noacho [illegible]
betur ex mundis animalibus ſeptem, ex immun-
dis vero bina tantum in arcam recipere, rectiſſi-
me colligunt Ambroſius lib. de Noah & arca c. 22.
Chryſoſtomus hom. XXIV. in Gen. & Theodo-
retus, voluntatem Dei de ſacrificandi ritu ex hoc
mandato ipſi innotuiſſe. **τὰς μὲν τρεῖς συζυγίας**
**φυλαχθῆναι προσέταξε εἰς τὴν αὔξησιν τοῦ γέ-
νους, τὸ τὲ ἓν περιττὸν εἰς θυσίαν.** ***Quinto***
quæcunque ſacrificia ex fide offeruntur, ea divi-
nam inſtitutionem habeant neceſſe eſt. Atqui
patriarcharum ſacrificia ex fide ſunt oblata. Er-
go habuerunt divinam inſtitutionem. *Majoris*
veritas patet, ***quia fides eſt ex auditu, auditus
autem per verbum Dei,*** Rom. X. 17. Vera
fides non poteſt niſi ex verbo oriri, in quo vo-
luntatem ſuam Deus revelavit, ἐθελοθρησκεῖαι
non poſſunt conſcientias certas & tranquillas re-
linquere, quod Deo probentur, ſemper enim
cogitat mens hominis, quis ſcit, an hoc placeat
Deo? Proinde ut ex fide aliquid fiat, neceſſe eſt
adeſſe ac prælucere nobis Dei verbum, deinde
requiritur, ut in Chriſtum quis credat, quod
per & propter ipſum Deo placeat. *Minoris* ve-
ritas eſt ἔγγραφος Hebr. XI. 4. ***Fide majoris
pretii ſacrificium Deo obtulit Abel, quam Cain,
per quam teſtimonium conſecutus eſt, quod eſſet
juſtus, teſtimonium perhibente de ipſius donis
Deo.*** (*) Id ipſum patet ex eo, quod patriar-
charum

Adamus in illa ſumma conſternatione ne qui-
dem paſſerculum fuiſſet ſacrificare auſus, niſi
expreſ-

charum ſacrificia Deo fuerint probata & accepta, cujus rei cauſam Chryſoſtomus in cap. VIII. Gen. recte refert ad fidem in promiſſum Meſſiam, cujus ſacrificium ἱλαςικὸν in ara crucis offerendum vet. teſt. ſacrificia præfigurabant. *Denique* ratio humana nullam invenire vel excogitare potuit ἀναλογίαν inter Deum, qui eſt ſpiritus, & inter externum ſacrificiorum ritum (*);

Non

expreſſum ut docendi, ita ſacrificandi munus accepiſſet: Gen. VII. 2. mentio fit *mundi & immundi animalis*, Gen. XIV. 20. exſtat mentio decimarum, quæ dabantur ſacerdotibus ex bello. Gen. XXVII. 15. ſingularia & elegantiora indigitantur veſtimenta, quæ ſolis ſacerdotibus geſtanda erant. Patriarchæ dignitatem ſacerdotalem primogenitis deferebant, Gen. XLIX. 3. Adamus ex eſu prohibiti pomi expertus fuerat ingentem cladem, quis ergo credat, ipſum in ea conſternatione privato arbitrio ſacrificia offerre auſum fuiſſe? Sicut Jacobus accepit expreſſum mandatum de altari exſtruendo, & conſequenter de ſacrificando, Gen. XXXV. 1. ubi Deus loquitur ad Jacobum: *Surge, adſcende in Bethel, mane ibi, facque altare Deo, qui adparuit tibi:* ita etiam reliqui patriarchæ ante Jacobum non abſque mandato altaria exſtruxerunt & ſacrificarunt. Deus quando ex pellibus veſtes primis parentibus paravit, ſacrificare eos docuit, neque enim exiſtimandum, quod de corporis tegumento tantum ſolicitus fuerit, neglecto peccati remedio. GERHARDUS.

(*) Ratio humana non tantum nullam invenire poteſt analogiam inter Deum ritumque ſacrificiorum, prout recte obſervat GERHARDUS, ſed & in ipſa mactandi ſacrificandique pecora ratione aliquid deprehendit, a quo natura humana abhorret. Agnoverunt hoc ſapientiſſimi gentilium, abſurdumque judicarunt, ſi quis ſupremum numen, peccatis mortalium offenſum, mactatis pecudibus placare poſſe, ſibi perſuadeat. Hinc CATO *diſtich. libr. IV. n. 15.* ſcribit:

Cum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia eſt morte alterius ſperare ſalutem.

PORPHYRIUS ab animalium mactatione tantopere abhorruit, ut integro capite comprobare annisus ſit, ritum ſacrificandi βλαβερον, παρανομον και ανοσιον eſſe, apud EUSEBIUM, in *præparat. evangel. p. 150.* Et vetus poëta apud PORPHYRIUM περι αποχης ſuam de ratione colendi Deum per ſacrificia ſententiam hiſce verbis, ex origine græca latine verſis, ediſſerit:

Quis gente in hominum tam ſupine eſt credulus,
Aut ſtultus adeo eſt, qui Deos exiſtimet
Seu bilis uſtæ, ſive crudorum oſſium
Projecta, quæ vix tanget eſuriens canis,
Gaudere donis, idque honori ducere,
Facientibusque gratiam repouere?

Nec tantum ex ſaniore ratione, ſed & ex ipſis ſanctioribus litteris comprobari poteſt, ſacrificia *per ſe* Deo haud placere, nec quidquam ei voluptatis adferre. Luculentus hanc in rem eſt locus, qui legitur *pſalm. L. 13.* ubi hæc leguntur verba Jehovæ: *Numquid ipſe manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum bibam?*

Quod ſi itaque ſacrificia, *in ſe* ſpectata, Deo haud placent, aliud ſub iis latere debet myſterium, propter quod Deo ſunt *odor bonæ fragrantiæ Eph. V. 2.* Quodnam vero illud ſit, id quidem ex rationis uſu nemo poteſt adſequi. Ex ſola id conſtat revelatione, quæ nos condocet, a Chriſto redemtore ſacrificium propitiatorium pro peccatis hominum fuiſſe oblatum, id quod ſacrificia in vet. teſt. præfiguraverint, *Ebr. IX. 12. ſeqq.*

Falluntur proinde, qui originem ſacrificiorum ex rationis lumine derivandam eſſe cenſent, ſtatuuntque, ipſam conſcientiam atque naturam (non vero ſpeciale atque expreſſum Dei mandatum) primis parentibus dictitaſſe, Deum ſacrificiis colendum eſſe. Amplexi ſunt hancce ſententiam ebrææ gentis magiſtri, MOSES MAIMONIDES, LEVI BEN GERSON, ISAACUS ABARBANEL, aliique, eam procul dubio ob rationem, ne ſacrificium Meſſiæ propitiatorium per ſacrificia vet. teſtam. adumbratum admittere cogerentur. Nec defuerunt ex antiquiſſimis cœtus chriſtiani doctoribus, qui eidem ſententiæ incauti ſubſcriberent, veluti JUSTINUS martyr, IRENÆUS, ORIGENES, JO. CHRYSOSTOMUS, EPIPHANIUS, HIERONYMUS, THEODORETUS, CYRILLUS, alii. Horum veſtigia ſecuti ſunt plerique eccleſiæ Romanæ doctores, ſpeciatim PAULUS BURGENSIS, ROB. BELLARMINUS, pater purpuratus, PERERIUS, GREGORIUS DE VALENTIA, & recentiori ævo LAURENTIUS MAFEUS in *notis* ad CAROL. SIGONIUM *de republ. Ebræor. libr. IV. cap. I. tom. III. oper. p. 182.* qui in-

gens

Non bove mactato cœleſtia numina gaudent,
Sed, quae praeſtanda eſt & ſine teſte, fide,

poeta. Gentilium ſacrificia quod attinet, ea n tam ipſimet incorporei Dei placandi cauſa exgitarunt, quam ex prava quadam κακοζηλίᾳ Iſraelitico populo mutuati ſunt. Quare cum io humana nullam inveniat ἀναλογίαν inter um ſpiritualem & inter ſacrificia carnalia, in- Deum ſumme miſericordem & inter cruentam ſtimarum mactationem, relinquitur, divinitus tefactum ac mandatum fuiſſe ſacrificiorum rin, nimirum ut typus unici ſacrificii propitiaii in ara crucis offerendi in eis proponeretur, od ipſum etiam manifeſte comprobat, ſacrifindi ritum divinitus mandatum eſſe, ſiquidem n non potuerunt patriarchæ illum typum in ſaficiis invenire, quam ipſam de Meſſia promiſnem ſuo arbitrio excogitare, quod diligenter ſervari velim.

cus ſacrificiorum. §. XV. Certum igitur ſit, omnia omnino fidelium vet. teſt. ſacrificia divinitus inſtituta, ac certo mandati verbo conſtituta fuiſſe. Deus eſt, qui non tantum per Moſen certos ſacrificiorum ritus ac circumſtantias præſcripſit, ſed etiam patriarchis ante Moſen eadem revelavit. Idem etiam certum adſignavit ſacrificiis *locum*, videlicet tabernaculum, & poſtea templum Hieroſolymitanum, Deut. XII. 5. *Locum, quem elegerit Jehovah Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, ut ponat nomen ſuum ibi, ut habitet ipſe, requiretis & venietis illuc.* v. 6. *& adducetis eo holocauſta veſtra & ſacrificia veſtra & decimas veſtras & oblationem manus veſtrae & vota veſtra & ſpontanea veſtra & primogenita boum veſtrorum & ovium veſtrarum.* Lev. XVII. 9 *Quicunque ad oſtium tabernaculi eccleſiae non adduxerit ſacrificium ſuum Jehovae, excidetur vir ille e populo ſuo:* qua in parte non ſolum obedientiam populi Iſraëlitici Deus exerceri & probari voluit, ſed & Chriſtum Hieroſolymis ſacrificium ſuum ἱλαςικὸν oblaturum eſſe præfiguravit. Quinimo tabernaculum & Hieroſolymitanum templum fuerunt typus eccleſiæ, in qua ſola viget fructus paſſionis Chriſti, & in qua ſola Deo grata ſacrificia euchariſtica offerri poſſunt.

gens hac ratione præſidium ſe dogmati ſuo de ſacrificio miſſatico adlaturos, perperam ſibi perſuaſerunt. Avide quoque hancce ſententiam arripuerunt SOCINI ARMINIIQUE adſeclæ, HUGO GROTIUS, SIMON EPISCOPIUS aliique, eam præcipue ob cauſſam, ne admittere cogantur, veteris teſtamenti ſacrificia adumbraſſe ſacrificium propitiatorium a Chriſto oblatum, adeoque eum in finem veniſſe mundi redemtorem, ut peccata hominum morte ſua expiaret. Alibi tamen ſuam hac de re mentem ita explicat GROTIUS, ut ſacrificiorum originem nec ex divina inſtitutione, nec ex rationis ipſius lumine repetendam exiſtimet, ſed hominum ingenio ea eſſe excogitata, ac poſtea a ſupremo numine adprobata, ſtatuat; *libr. V. de veritate relig. chriſtian.* §. *VIII. p.* 237. ex edit. JO. CLERICI. Suffragatur eidem JO. SPENCERUS, qui ſtatuit, Deum rudem hunc craſſumque cultum, qui a gentilibus transmearit ad Judæos, ævi illius ſimplicitati indulſiſſe, habitoque reſpectu ad bonam offerentium intentionem, eundem admiſiſſe ac toleraſſe, *libr. III. de legibus Ebræor. ritualib. cap. III. p.* 973. Sputa SPENCERI linxiſſe CHRISTIANUM DEMOCRITUM, ſeu, qui ſub ficto hoc nomine latitat, JO. CONRAD. DIPPELIUM, in falſo ſic nominata *demonſtratione evangelica*, conſtat. Ad eandem ſententiam propius accedit GUIL. OUTRAMUS, *libr. I. de ſacrificiis, cap. I.* ut PETRUM CHAUVINUM, quem b. BUDDEUS in *diſſertat. de pietate philoſophica*, ſeu *religione naturali* confutavit, aliosque haud memoremus. Cæterum conferri heic merentur, qui copioſius hocce argumentum pertractarunt, veluti ANDREAS RIVETUS *exercitat. XLII. in Genes. oper. tom. I. p.* 170. *ſeqq.* JO. CLOPPENBURGIUS, in *ſcbola ſacrificiorum patriarchalium p.* 126. JO. OWENUS, in *theologumenis, libr. II. cap. I. p. m.* 127. *ſeqq.* SALOM. DEYLINGIUS, *obſervat. ſacr. part. II. obſ. IV. p.* 53. *ſeqq.* JO. WESSELIUS, in *diſſertationibus de origine ſacrificiorum vera & genuina*, Lugd. Batav. *MDCCXXIII.* PETR. JURIÆUS, in *hiſtoire des cultes & des dogmes, part. I. cap. IX. & XIII.* FRANC. FABRICIUS *de origine ſacrificiorum*, Lugd. Batav. *MDCCXIV.* aliique.

ſunt (*). Deſtructo igitur templo Hieroſolymitano, ſi typica illa ſacrificia adhuc offerantur, non minus imò gravius peccatur, quàm ab Iſraëlitis in excelſis ſub arboribus & lucis ſacrificia ſua offerentibus, idololatrias hoc nomine toties accuſatis (**).

Finis ſacrificiorum principalis.

§. XVI. *Finis* ſacrificiorum *principalis* fuit commonefactio de futuro ſacrificio Meſſiæ in ara crucis offerendo, quo reſpicit Johannes baptiſta, quando Chriſtum vocat *agnum Dei* (***), *qui tollit peccata mundi*, Joh. I. 29. & 36.

(*) Ex 1 Sam. IX. 12. XVI. 5. quin & cap. VII. 17. colligitur quidem, prophetas peculiari Dei inſtinctu etiam alibi quam coram tabernaculo & in altari Moſaico ſacrificia offerri curaſſe, quæ tamen fuerunt duntaxat euchariſtica ſacrificia. GERHARDUS.

(**) Quæritur hic 1.) *Quid ſtatuendum de ſacrificiis poſt captivitatem Babylonicam oblatis?* Prohibet Deus alieno igne ſacrificare Lev. IX. 24. X. 1. Num. III. 4. XXVI. 61. &c. Chriſtianus Adrichomius in deſcript. Hieroſol. cap. 88. refert, *ignem tempore Aaronis demiſſum in altari holocauſti nutritum fuiſſe* (quod etiam colligitur ex Lev. VI. 9.) *usque ad tempus captivitatis Babylonicæ, ſed tum in caverna putei abſconditum & tandem ibi nil niſi aquam repertum juxta* 2 Maccab. I. 19. Verum ex v. 21. & 22. non male licet colligere, etiam poſt ſolutam captivitatem Babylonicam a Deo novum ignem fuiſſe cœlitus indultum Judæis ex ſervitute reverſis, absque dubio propter ardentiſſimas a Nehemia adhibitas preces. Adrichomius in theatro putat, aquam in ignem fuiſſe divinitus mutatam (*a*). 2.) Quæritur: *An in ſtatu innocentiæ futura fuiſſent ſacrificia?* Negatur: quia ſunt typi ſacrificii per Meſſiam in ara crucis præſtandi, ſed ſi homo non fuiſſet lapſus, Chriſtus non fuiſſet venturus. Idem colligitur ex capitibus doctrinæ, quæ Adamus debuit ſuis poſteris proponere. Gregorius de Valent. libr. I. de ſacrif. Miſſæ cap. 4. *Si hoc non eſt perpetuum conſilium Dei, ut lex quæcunque, quam ipſe ſancis hominibus, annexum ſacerdotium adeoque ſacrificium habeat, non recte concluſiſſet apoſtolus, legem leviticam idcirco translatam eſſe, quoniam ejus eſt translatum ſacerdotium & ſacerdotio alicujus legis translato neceſſe eſt, ut legis translatio fiat.* Reſponderi enim poſſet, legem ſine ſacerdotio potuiſſe manere. Itaque cum ad illud concludendum generalem illam propoſitionem ſumit, translato enim ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis translatio fiat, tacite propoſitionem alteram ponit, decretum Dei videlicet hoc eſſe, ut ipſius lex nulla ſine ſacerdotio, adeoque ſine ſacrificio conſiſtat, &c. Bellarminus lib. de miſſa cap. 20. *Sacrificium cum ipſa religione natum facit.* At nullo ſcripturæ veſtigio id probari poteſt. GERHARDUS.

(***) Quum ex antiquitatibus ebraicis conſtet, agnos olim in ſacrificiis fuiſſe frequentiſſimos, diſquiſitum fuit a nonnullis, an non ad certum aliquem agnum ſpeciatim reſpexerit JOANNES, famulus & præcurſor Chriſti, quando eundem *agnum Dei* vocat *tollentem peccatum mundi?* Arbitrantur nonnulli, alluſum heic eſſe ad ſacrificium juge, quod ex duobus agnis mane ac veſperi immolandis conſtabat. Hanc ſententiam amplexi ſunt LIGHTFOOTUS, CLERICUS, DODDRIDGE, itemque b. DEYLINGIUS, *obſervat. ſacrar. part. III. p.* 327. *ſeqq.* Alii vero ſtatuunt, Joannem heic reſpexiſſe ad ipſum agnum paſchalem magno rituum adparatu præparandum; cui quidem ſententiæ ſubſcripſerunt CHEMNITIUS, GROTIUS, FRISCHMUTHUS, qui peculiarem *de agno Dei* ſcripſit diſſertationem, itemque LAMPIUS in *comment. in Joann. tom. I. p.* 430. & HEUMANNUS in *der Erklärung des neuen Teſtaments, part. III p.* 50. Atque huic poſteriori ſententiæ & nos ſubſcribimus, eam cumprimis ob

(*a*) Quæ GERHARDUS ex CHRIST. ADRICHOMIO heic adnotavit, exſtant 2 *Maccab. I.* 18 - 22. & apud JOSEPHUM GORIONIDEM *hbr. I. cap. XVI. XVII.* Verum cum tota hæc narratio fabulam oleat, hujusque rei neque in libris Eſræ ac Nehemiæ, neque in FLAVII JOSEPHI *antiquitatibus judaicis* ulla occurrat mentio, eandem jure meritoque hodie explodunt viri eruditi. Eccleſiæ quidem Romanæ doctores, ut fabulam iſtam defendant, inſimulque libri Maccabæorum auctoritatem ſartam tectamque conſervent, in omnes ſe vertunt partes; verum eos operam oleumque, ut vulgo dicitur, perdere, luculenter comprobavit JO. RAINOLDUS, in *cenſura librorum apocryphorum vet. teſtam. tom. I. prælect. CV. p.* 1319. ubi & in originem hujus fabulæ magna diligentia inquiſivit. Conferri quoque heic meretur JO. BUXTORFII erudita *de igne ſacro* diſſertatio.

. & 36. oſtendens reliquos agnos juxta legem ...emonialem oblatos revera non fuiſſe tales, qui ...tuerint auferre peccata, ſed tantum typos ſeu ...uras fuiſſe, hunc vero Jeſum eſſe veram illam ...timam, cujus oblatio ſit vera peccatorum co... n Deo expiatio, ad quam victimam omnia re...ua ſacrificia, tanquam umbræ ad corpus reſpe...int (*). Quanquam vero non tantum ...ni, ſed etiam alia animalia in ſacrificiis offe...antur, tamen agni potiſſimum adpellatio Chri... tribuitur, quia mactatio agni paſchalis erat ...xime illuſtris figura victimæ Filii Dei, & juge ...rificium, quod mane & veſperi offerebatur, ...t agnus immaculatus; adde, quod agnus ſuis ...oprietatibus innocentiam, manſuetudinem & ...luntariam Chriſti obedientiam (**) aptiſſime ...linearit, unde & Eſaias tali comparatione utitur ...p. LIII. 7. *Sicut agnus ad victimam ductus ob...iteſcit.* Propter principalem iſtum ſacrificio...m finem *Abel fide majorem ſive pretioſiorem ...ſtiam obtuliſſe dicitur*, Hebr. XI. 4. nimirum, quia in typo ſacrificii reſpiciebat futurum Chriſti ſacrificium, ex quo ſolo peccatorum remiſſionem ſperabat & conſequebatur, ac proinde agnus Dei dicitur *occiſus ab origine mundi*, Apoc. XIII. 8. non ſolum ratione divini decreti & præſcientiæ, ſed etiam ratione promiſſionis, ratione typi in ſacrificiis, & ratione efficaciæ, eſt enim *agnus, qui tollit peccata mundi*, hoc eſt, ad totum mundum, ad omnes homines, qui ullo unquam tempore in mundo vixerunt, pertinent beneficia hujus agni.

§. XVII. *Minus principales* ſacrificiorum fines ſunt complures: *Primo* fuerunt nervi ac vincula publicorum congreſſuum. 1 Cor. X. 18. *Videte Iſraël ſecundum carnem, nonne, qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Deinde* profecerunt ad conſervationem miniſterii levitici, ſiquidem ſacerdotes ex ſacrificiis, primogenitis, & decimis ſe ſuosque ſuſtentabant. Deut. XVIII. 1. *Non erit ſacerdotibus, Levitis & to-*

Minus principales.

ob rationem, quoniam ſanctiſſimi ſervatoris legati diſertis verbis teſtantur, huncce agnum adumbraſſe Chriſtum. Vid. *1 Cor. V.* 7. & *1 Petr. I. 19.* coll. *Exod. XII. 5.* Memoratu dignum eſt, quod ex antiquiſſimis cœtus chriſtiani doctoribus JUSTINUS martyr, vir rituum Judaicorum haud imperitus, in *colloquio cum Tryphone* Judæo, de agno paſchali adnotavit, eundem ad ignem fuiſſe aſſatum σχηματιζομενον ὁμοιως τῳ σχηματι τȣ σταυρȣ, *figuratum ad ſimilitudinem crucis.* Nec hocce JUSTINI adſertum fundamento deſtitui, exinde luculenter patet, quoniam præcipui gentis judaicæ doctores, veluti MOSES MAIMONIDES in *bilkot korban peſach cap. VIII. §. X.* itemque ISAAC ABARBANEL in *comm. in Exod. fol. 150. col. 4.* hoc ipſum ſuo ſuffragio confirmant. Conferantur CAMPEG. VITRINGA in *obſerv. ſacr. libr. II. cap. X. §. 12. p. 400. ſeqq.* DEYLINGIUS *loc. cit. p. 331.* & cumprimis GERHARDUS noſter in loco *de agno paſchali §. XLVI. ſeqq.* ubi egregia agni paſchalis & Chriſti inſtituitur comparatio. Cæterum generatim omnes agni in vet. teſtamento oblati & mactati, fuerunt typi τȣ αληθινȣ αμνȣ τȣ Θεȣ hoc eſt: CHRISTI. Probe hoc intellexit EPIPHANIUS, qui ſuam hac de re mentem *hæreſ. VIII.* hiſce verbis expreſſit: Εκει ην προβατον αλογον θυομενον, καθοδηγȣν ημας εις το μεγα προβατον, και σφαγιον υπερ ημων και υπερ ολȣ τȣ κοσμȣ τυθεν, *ibi erat ovis muta mactata, deducens nos ad magnam ovem cæleſtem, pro nobis & toto mundo mactatam.* Legi quoque merentur, quæ hanc in rem adnotavit GREGORIUS NAZIANZENUS *orat. XLII. tom. I. oper. f. m. 685.*

(*) Heſychius in Lev. libr. IV. c. 14. *Ex utroque genere agnum & aguellum propterea ſacrificium offerri præcepit Deus, ut oſtenderet, quia Chriſtus pro nobis occiſus, ſimul maſculum fœminamque ſalvabit.* GERHARDUS.

(**) Imo non tantum ob manſuetudinem & voluntariam obedientiam, ſed & ob puritatem atque innocentiam, ſub ſymbolo agni Chriſtus nobis repræſentatur *Joann. I. 29, 36. 1 Cor. V. 7. 1 Petr. I. 19. Act. VIII. 32.* & ſæpiſſime in Apocalypſi. Equidem neutiquam largimur SOCINI ſectatoribus, ob ſolas haſce proprietates Chriſtum agno conferri, cum ſigillatim ad uſum agnorum in ſacrificiis, qui apud Judæos erat frequentiſſimus, oracula ſacra reſpiciant. Nec tamen iſtas proprietates heic penitus excludendas eſſe arbitramur, quoniam propter illas agni in ſacrificium a ſupremo numine olim fuerunt deſtinati.

ti tribui Levi portio & haereditas cum reliquo Iſraële, oblationes ignitas Jehovae & haereditatem ejus comedent. v. 3. *iſtud erit jus ſacerdotum e populo; e ſacrificantibus ſacrificium ſive bovem ſive agnum dabit ſacerdoti armum & maxillas & ventriculum,* v. 4. *primitias frumenti tui, vini tui, & olei tui, & primitias velleris ovium tuarum dabis illi,* v. 5. *ipſum enim elegit Jehovah Deus tuus e cunctis tribubus tuis, ut ſtet ad miniſtrandum nomini Jehovae &c.* *Tertio* fuerunt quaſi objectum & materia quædam, circa quam populus Iſraëliticus ſuam Deo probaret obedientiam ac gratitudinem, inde toties repetitur gravis illa obteſtatio. *Cuſtodite legem meam, & ſtatuta & judicia mea.* *Quarto* obtinuerunt vicem φραγμῦ, ut loquitur apoſtolus Eph. II. 14. quo populus Iſraëliticus a reliquis gentibus ſecernebatur. Deut. XII. 30. *Non inquires de diis gentium, dicendo: Quomodo colebant gentes illae deos ſuos, ſic & ego faciam.* v. 31. *Non facies ſic Jehovae Deo tuo.* v. 32. *Quicquid ego praecipio tibi, hoc facias.* Juſtinus in dial. cum Tryph. p. 183. *Deus ad populum illum* (Iſraëliticum) *ſe adcommodans hoſtias offerre tanquam nomini ſuo praecepit, ut ne ſimulacra coleretis.* Idem in reſp. ad q. 99. p. 352. *Sanguinem irrationalium animalium ita accepit Deus, quaſi animam ipſe ſuam obtuliſſet, qui ſacrificium exhibuit,* id poſtea probat ex Lev. XVII. *Denique* præbuerunt multas utiles commonefactiones. Sic pectus & armus dexter dabatur ſacerdotibus ad ſignificandum, quod miniſtrô eccleſiæ neceſſaria ſit ſapientia cordis ad inſtituendum populum & fortitudo ad tolerandas injurias (*). Variæ ſacrificiorum ſpecies multa & varia Chriſti beneficia præfigurabant, potiſſimum vero multiplex illa varietas & crebra ſacrificiorum repetitio ſignificabat non pecudum ſanguine expiari peccata, ſed aliud perfectius ſacrificium requiri. Hebr. X. 4. Exod. XXIII. 18. prohibitum erat, ne fermento in ſacrificiis uterentur, quod erat ſymbolum puritatis & admonitio de extirpando malitiæ fermento 1 Cor. V. 7. Nullum offerebatur ſacrificium ſine ſale Lev. II. 13. (**) ut in operibus prudentiam adhiberi doceamur(***). Hugo in Levit. *Sicut ſal cibum gratum &*

(*) Auguſtinus lib. XX. de civit. Dei cap. 26. *Hoſtiæ illæ veteris legis, quæ de pecoribus immaculatis, ac ſine ullo prorſus vitio jubebantur offerri, ſignificabant homines ſanctos, qualis ſolus inventus eſt Chriſtus ſine ullo omnino peccato. Proinde quia poſt judicium cum fuerint etiam igni mundati, qui ejusmodi mundatione ſunt digni, in omnibus ſanctis nullum invenietur omnino peccatum, atque ita ſe ipſos offerent in juſtitia, quo hoſtiæ omni modo immaculatæ ac ſine ullo vitio ſint futuræ.* GERHARDUS.

(**) De uſu ſalis in ſacrificiis veterum ebræorum evolvi merentur auctores, qui de hocce argumento data opera ſcripſerunt. Magno numero eosdem excitarunt JO. CHRISTOPH. WOLFIUS in *not.* ad LUNDII *alten jüdiſchen Heiligthümern, cap. XXXV.* §. *I. p. 647. ſeqq.* & JO. ALB. FABRICIUS in *bibliograph. antiquar. p. 488.* edit. recentiſs. Gentes quoque rem ſacram facientes, ſalem adhibuiſſe, adductis veterum teſtimoniis copioſe oſtenderunt SPENCERUS *libr. III. de legibus ritualibus ebræor. p. 761* edit. Tubing. CLERICUS in *notis ad Levit. II. 13.* LOMEIERUS in *epimen. p. 230. 306.* EVERHARD. FEITHIUS in *antiquit. Homer. I. 8. p. 3732. tom. VI. antiquitat. Græcar.* GRONOVII, aliique. Excipiendi tamen heic ſunt Aegyptii, qui eodem in ſacris uſi haud ſunt, obſervante CLERICO *loco excit.* Atque hos alioſque falſorum numinum cultores intellexiſſe videtur MAIMONIDES in *more nevoch. part. III. p. 481.* ubi ſcribit, Deum *idololatris ſe opponere, qui ſale in ſacrificiis ſuis non uterentur.* Cæterum, cujus generis fuerit ſal, quo ſacrificia olim condiebantur, oſtendere conatus eſt HERM. VON DER HARDT in *ephemer. philol. diſc. XL p. 149.* cujus ſententiam quoque adoptavit AMELIUS, ſive PETRUS ZORNIUS in *præfatione*, quæ præmiſſa eſt *part. II. der Erörterung der ſchweresten Stellen neuen Teſtaments.* Conferenda tamen, quæ in b. WERNSDORFII diſſert. *de ſalſura ſpirituali*, nec non in *miſcellan. Duisburgens. tom. I. p. 640.* hanc in rem leguntur.

(**) Evolvi heic merentur DAV. MILLIUS *de uſu ſalis in ſacris Iſraëlitarum eiusque myſterio,* Traject. ad Rhen. MDCCXXXIV. & I. G. CARPZOVIUS in *obſerv. ad* GOODWINUM *p. 716. ſeqq.* Nos quoque nonnulla hanc in rem infra dicemus.

& acceptum facit, ita diſcretio, quae ſalis nomine ſignificatur, noſtrum ſacrificium. Quin & Chriſtus ſale adumbratus dici poteſt, is enim facit nos Deo gratos & acceptos, præſervat animas noſtras a ſpirituali putredine &c. De pacis ſymbolo exponit Chriſtus Marc. IX. 50. (*) Sicut apud veteres κοινωνία ἁλῶν καὶ τραπέζης celebratur. Renes cum reticulo jecoris cremari jubentur, ut ſignificetur, concupiſcentias carnales igne Spiritus ſancti mortificandas eſſe. Circa præceptum de interdicto eſu ſanguinis (**) notandum, quod peccata graviora dicuntur ſanguines Pſ. LI.

(*) *Sal* in ſacris & profanis, inquit JOSEPHUS LAURENTIUS in *opuſculis de conviviis, hoſpitalitate, teſſeris & ſtrenis, cap. VIII. p. 197. tom. IX. antiquit.* GRONOVII, mutuæ pacis amorisque ſymbolum eſt, hinc ſal in omnibus ſacrificiis, unde ſal fœderis dictus & omnis victima ſale conſperſa &c. Solebant quoque veteres ſal hoſpitibus ante alios cibos adponere, ut amicitiæ firmitatem hac ratione ſignificarent, ſiquidem ſal plerarumque rerum corpora conſervat. Vid. JOAN. GUIL. STUCKIUM in præſtantiſſimo opere *antiquitatum convivalium libr. I. cap. 27. de ſacrificiis, p. 146.* GUIL. CHOULIUM *de religione veterum Romanorum p. 251.* & JAC. PHIL. TOMASINUM *de teſſeris hoſpitalitatis cap. XIII.* Exſtat quoque JOAN. COLUMBI *de ſale hoſpitali peculiaris* diſſertatio, quæ Upſaliæ MDCXCVIII. 8. prodiit.

Solet vero, quod porro notamus, vox *ſalis* ſubinde etiam metaphorice poni pro ſancta & ſpirituali *ſapientia*, qua intus conditi eſſe jubemur, ut nempe vigorem fidei ſemper ferventis. Atque hoc ſenſu hancce vocem a ſcriptoribus ſacris ſubinde uſurpari, recte obſervarunt patres Græci iique antiquiſſimi. THEODORETUS *præfat. in cantic. tom. I. oper. pag. 990.* ait, *ſalem* in ſcriptura notare *την πνευματικην συνεσιν, και την θειαν διδασκαλιαν την διασυφασαν τα σεσηποτα, και σωα φυλαττουσαν ſpiritualem prudentiam, & divinam doctrinam, qua ea, quæ corrumpi poſſent, a putredine integra conſerventur.* Plura patrum loca huc ſpectantia exhibet SUICERUS in *theſauro eccleſiaſt. tom. I. p. 182.* Add. PHIL. PICINELLUM in *luminibus reflexis p. 715.* ad externorum quoque ſcriptorum teſtimonia provocantem.

Atque ex his, quæ modo diximus, lucem quoque accipiunt verba optimi ſervatoris Marc. IX. 50. ad diſcipulos ſuos dicentis: *εχετε εν εαυτοις αλας και ειρηνευετε εν αλληλοις.* Scilicet vox *αλας ſal* ſymbolicus heic ſignificat *prudentiam ſpiritualem*, ut proinde hic reſultet ſenſus: *habete in vobis ſal*, i. e. ſapienter vos gerite, & docentes & viventes ſecundum præſcriptum meum, *pacemque inter vos gerite.* Duplex proinde officium heic a ſervatore optimo præſcribitur, quorum alterum reſpectu noſtri, alterum vero erga alios obſervare debemus. Illud *prudentiam*, hoc *pacem* atque amicitiam inculcat. Atque hoc poſterius officium priori commode ſubjungi poterat à ſervatore, quoniam, ut ſupra diximus, recteque a b. GERHARDO obſervatum eſt, *ſal* pacis quoque atque concordiæ ſymbolum olim fuit. Unde in fœderibus quoque tanquam unionis teſſera Ebræis fuit uſitatum. Vid *Num. XVIII. 19.* & CLERICUM in *comment. ad h. l.*

Majori difficultate laborant illa ſervatoris verba, quæ oraculum noſtrum modo expoſitum immediate præcedunt *Marc. IX. v. 49.* & ſub initium *commatis 50.* Evolvi de iis poſſunt interpretes ſcriptoresque a WOLFFIO in *curis philol. & criticis ad h. l.* excitati; quibus tamen jungi merentur SAM. WERENFELSIUS in *opuſculis theolog. p. 307. ſeqq.* & HEUMANNUS in *der Erklarung des neuen Teſtaments, part. I. p. 633. ſeqq.*

(**) Hocce interdictum *Lev. III. 17. VII. 26, 27. XVII. 10, 12, 14. Deuter. XII. 16. XV. 23.* hiſce verbis exprimitur: דם לאתאכלו *ſanguinem non comedetis.* Add. *Lev. XVII. 13, 14. XIX. 26. 1 Sam. XIV. 33, 34. Ezech. XXXIII. 25.* Celebris multorumque diſceptationibus agitata quæſtio eſt, an hæc lex, quam Deus Iſraelitis de non comedendo ſanguine dedit, ab ea, qua carnis cum ſanguine eſum Noacho ejuſdemque poſteris interdixit Deus, *Genes. IX. 4. 5.* diſtingui debeat nec ne? Sunt, qui hoc negant, ſunt &, qui adfirmant. Priorem ſententiam adoptarunt TERTULLIANUS, CHRYSOSTOMUS, THEODORETUS, SULPITIUS SEVERUS, plurimique recentiorum, quibus ipſe GERHARDUS noſter in *comment. ad Gen. IX. 4.* calculum ſuum adjecit.

Nos eorum accedimus ſententiæ, qui legem illam, quæ Iſraelitis eſum ſanguinis prohibet, plane diverſam eſſe ſtatuunt ab ea, quæ *Gene. IX. 4.* Noachidis lata eſt. In hac enim non carnem ſolam, nec *ſanguinem ſolum* Deus prohibet,

LI. 16. Eſa. I. 15. Ergo prohibitio ſanguinum fuit ſymbolum delictorum fugiendorum (*). Thomas 1. 2. q. 102. art. 3. *Adeps & ſanguis non veniebat in uſum ſacerdotum & offerentium, quia hoc erat idololatris proprium, ac prohibebatur eſus ſanguinis hoc fine, ut horrerent humani ſanguinis effuſionem, eſus adipis prohibebatur ad vitandam laſciviam, præterea quia ſanguis maxime neceſſarius ad vitam, adeps vero abundantiam nutrimenti demonſtrat, ſignificabatur, quod a Deo nobis ſit vita & omnis boni ſufficientia, quin & figurabatur effuſio ſanguinis Chriſti & pinguedo caritatis ejus, per quam ſe obtulit Deo pro nobis.* Gloſſa in cap. I. Lev. *Vitulum Deo offerimus, cum carnis ſuperbiam vincimus; Agnum, cum irrationabiles motus corrigimus; hædum, cum laſciviam ſuperamus; turturem, cum caſtitatem ſervamus; panes azymos, cum in azymis ſinceritatis epulamur.* Tales ſignificationes excogitari poſſunt complures, ſi leviticorum ſacrificiorum ritus cum unico propitiatorio Chriſti ſacrificio, ejusdemque variis beneficiis, vel cum euchariſticis ac ſpiritualibus chriſtianorum ſacrificiis (quæ ſunt miniſterium evangelii, Rom. XV. 16. converſio gentium, Phil. II. 17. preces, Apoc. V. 8. Pſalm. LI. 19. gratiarum actio, Hebr. XIII. 15. beneficentia, Phil. IV. 18. Hebr. XIII. 16. mortificatio veteris hominis, Rom. XII. 1. martyrium, Phil. II. 17. 2 Tim. IV. 6. & in genere totus chriſtianorum ſpiritualis cultus 1 Petr. II. 5.) invicem pia dexteritate conferamus.

Utenſilia ſacra.

§. XVIII. Ad res ſacras referenda etiam eſt ſacra *tabernaculi* ac *templi ſupellex*, quam generali adpellatione vocare poſſumus כְּלִי מִקְדָּשׁ, *vaſa ac utenſilia ſacra.* Ratione *ſubjecti* diſtingui poſſunt in ea, quæ in tabernaculo fuere olim poſita, & ex eo in templum Salomonis trans-

hibet, ſed *carnem in vel cum ſanguine ſuo.* Verba quippe ſupremi numinis hæc ſint: אך בשר בנפש דמו לא תאכלו *veruntamen carnem cum anima ſua*, hoc eſt, *ſanguine ſuo*, non comedatis. Senſus eſt, carnem crudam, quæ ſanguine adhuc animatur, ac proinde ſemiviva eſt, non eſſe comedendam. Quo ipſo interdicto Deus homines ab omni crudelitate, communi hominum antidiluvianorum vitio, abducere, ac temerariam humani ſanguinis effuſionem præcavere voluit; cum contra illius legis, quæ ſanguinis eſum Iſraelitis prohibet, longe alius fuerit ſcopus, prout infra ad §. 25. oſtendemus. Nec eſt, quod forte objicias, ejusmodi præcepto plane non fuiſſe opus, cum vix credibile ſit, fore, vel fuiſſe unquam homines tam feros, qui carnem crudum & a ſanguine recenti adhuc madentem, adeoque ſemivivam devorarent. Fuiſſe enim omnino ejusmodi homines, hiſtoriarum monumenta dubitare nos non ſinunt. Imo fuiſſe, qui non modo brutorum ſanguine, ſed etiam humano veſcebantur; teſtatur AMMIANUS MARCELLINUS *libr. XXI. cap. XVI.* ubi de Saraceno quodam ſequentem in modum ſcribit: *ex ea* (turma Saracenorum) *crinitus quidam, nudus, omnia præter pubem ſubraucum & lugubre ſtrepens, educto pugione, agmini ſe medio Gothorum inſeruit, & interfecti hoſtis jugulo labra admovit effuſumque cruorem exſuxit.* Atque hunc ipſum Arabum morem aliis quoque exemplis illuſtravit HENR. VALESIUS in *notis* ad *hunc* AMMIANI locum. Addimus hoc unicum, ſententiam noſtram confirmari quoque teſtimoniis multorum ebrææ gentis doctorum, qui legem Noachicam ab illa, quam Deus genti Iſraeliticæ dedit, diſerte diſtinguunt. Conferenda, quæ hanc in rem ſcripſerunt JO. SELDENUS & PETR. CUNÆUS, ille quidem *libr. VII. de jure nat. & gent. juxta diſciplin. ebræor. cap. I. operum* junctim editorum, *vol. I. p. 766. ſeqq.* hic vero *libr. II. de republ. ebræor. cap. XIX. p. 339.* Addi meretur SAM. SCHELGUIGIUS, qui quæſtionem hanc ex inſtituto pertractavit in *exercitat. de concilio Hieroſolym. cap. XXXIX.* §. 3.

(*) Alias præcepti divini de interdicto ſanguinis eſu rationes, partim typicas partim phyſicas, partim vero morales paſſim adduxerunt viri eruditi. Copioſe easdem ventilavit JO. HENR. HEIDEGGERUS *de libertate chriſtiana a lege cibaria veteri, quæ erat de ſanguine & ſuffocato, cap. IV.* Jungi eidem poſſunt JO. LUNDIUS *in den alten jüdiſchen Heiligthümern, libr. III. cap. XXXVII. num. 56. p. 660.* edit. recentiſſ. & PETR. ZORNIUS, in *biblioth. antiquario-exeget. tom. I. p. 614.* itemque in *der Erörterung der ſchwerſten Schriftſtellen alten Teſtaments tom. II. p. 113.* Plura hanc in rem infra ad §. 25. dicemus.

:anslata ſunt: & in ea, quæ prioribus a Salo-:one ſuperaddita & in templum collocata. Ta-ernaculum & templum in tres partes erant di-incta. *Una* vocabatur ſanctum ſanctorum, uo ſolus pontifex ſemel in anno ingrediebatur. *Altera* ſanctum, quo ſacerdotes quotidie ingre-iebantur. *Tertia* atrium, locus populi. 'ontenta in ſancto ſanctorum epiſtola ad Hebr. IX. 4. & 5. hoc ordine enumerat:

Thuribulum aureum.

1.) *Thuribulum aureum* (*), cujus uſus fuit in offerendo incenſo, quando ſummus pontifex uotannis ſemel in feſto expiationis ſanctum ſanctorum ingrediebatur Lev. XVI. 12. Impletus fuit hic typus a Chriſto, qui in ara crucis *cum clamore valido cum lacrimis & precibus ſe ipſum Patri cœleſti obtulit, ac per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta ſanctorum.* Hebr. IX. 12. Nam per odorem incenſi ac thymiama *preces* denotari (**) patet ex Pſalm. LI. 19. Apoc. VIII. 3. quo referendum, quod Chriſtus antequam in ara crucis ſeſe in ſacrificium efferret, prius ardentiſſimis precibus diſcipulos ſuos & omnes credentes Patri cœleſti commendarit. Joh. XVII. 2.) *Arca fœderis* (***), facta ex lignis *ſittim*

Arca fœderis.

(*) Thuribulum aureum (ſuffitus) quod inter *contenta* in *ſancto ſanctorum* refert GERHARDUS, ſi judæorum magiſtros audiamus, non perpetim in hocce loco fuit adſervatum, ſed potius in conclavi vaſorum templi. Inferebatur quidem quotannis in ſolemni expiationis die a pontifice maximo ſancto ſanctorum, verum peractis cærimoniis iſtius diei inde rurſus auferebatur. Vid. codicem miſchnicum *Joma cap. V. §. I.* & MAIMONIDEM in *abbod jom bakkippurim cap. IV.* Nec difficile eſt cum hac Judæorum traditione conciliare verba apoſtoli, qui *Ebr. IX. 4.* diſerte adfirmat, ſanctum ſanctorum *babuiſſe το χρυσουν θυμιατηριον aureum thuribulum,* ſive vas illud, quo thymiamata, prunis impoſita, ad ſuffitum faciendum inferebantur. Dudum enim obſervarunt viri eruditi, phraſeos hujus rationem exinde eſſe repetendam, quod apoſtolo *loc. cit.* de iis potiſſimum rebus ſermo fit, quæ in adyto iſto interiori fuerint tempore ſolemnis expiationis feſti. Jam vero thuribulum iſtud aureum hoc ipſo tempore ad ſuffitum adolendum in ſancto ſanctorum aderat, atque ibidem tam diu relinquebatur, donec peractis expiationis ſolemnibus ex hoc loco rurſus fuerit aſportatum, inque conclave vaſorum templi denuo illatum. Vid. in hanc ſententiam DEYLINGIUM in *obſerv. ſacr. part. II. num. XLVII. § 19. p. m. 570.* atque JO. GEORG. MICHAELIS in obſervatione, quæ in *muſæo Bremenſi vol. I. part. I.* exſtat, *pag. 27.* Alii hancce difficultatem ita expediunt, ut ajant, non tam ratione *loci,* quam *uſus το εχειν habere* accipiendum eſſe, ſiquidem thuribulum aureum non alibi, quam in ſancto ſanctorum uſum olim habuerit. Hæc conciliandi ratio placuit BUXTORFIO, LEYDEKKERO, BRAUNIO, RELANDO SCHMIDIO, STARCKIO aliiſque. Verum hanc difficultatis expediendæ rationem tanquam minus commodam alii rejecerunt. Vid. DEYLINGIUM *loc. cit. p. 569.*

(**) Copioſius hoc oſtenderunt JO. BIERMANNUS in *Moſe & Chriſto, libr. II. cap. VI. p. 425.* FRID. ADOLPH. LAMPIUS im *Geheimniß des Gnadenbundes, part. III. pag. 1186. ſeqq.* JO. OUTREINIUS in libro belgico, cui titulus: *Tabernakel van Moſes cap. XI. p. 386.* JOH. JAC. RAMBACHIUS in L. cui index: *Moſes in Chriſto p. 699. ſeqq.*

(***) De arca fœderis, quæ in ſancto ſanctorum cuſtodiebatur, omniumque vaſorum miniſterii erat ſanctiſſimum, multa dici heic poſſent, niſi inſtituti noſtri id prohiberet brevitas. Dudum quoque hoc argumentum ab aliis fuit occupatum, copioſeque pertractatum. Evolvi de eo merentur ex Judæis FLAV. JOSEPHUS *libr. III. antiquit. jud. cap. VI.* & JAC. JEHUDA ARIE, ſive LEO in peculiari tractatu *de arca fœderis & de cherubinis, Amſt. MDCLVI. 4.* ex ſcriptoribus vero chriſtianis JO. BUXTORFIUS in *hiſtoria arcæ fœderis,* quæ ejusdem *exercitationibus* eſt inſerta, JO. FRISCHMUTHUS in *diatribe philolog. de arca fœderis,* JO. LUNDIUS in *den alten jüdiſchen Heiligthümern libr. I. cap. IX. p. 34. ſeqq.* HERMANNUS WITSIUS *miſcell. ſacr. tom. I. libr. II. diſſert. I. §. LVI. ſeqq. pag. 425. ſeqq.* JO. FRANC. BUDDEUS in *hiſt. eccleſiaſt. vet. teſt. tom. I. p. 650. ſeqq.* JOAN. PALMROTH in peculiari diſputatione Upſal. MDCC. 8. edita, OLAUS CELSIUS *de judæis eorumque arca & cimeliis,* Upſal. *MDCCXXVII.* 8. aliique. Equidem JOAN. SPENCERUS *libr. I. de legib. ebræor ritualibus*

ſittim, laminis aureis intus ac foris obducta tota, corona aurea ſuperius in circuitu & quatuor annulis in lateribus ornata, cujus ſtructura uberius deſcribitur Exod. XXV. 10. & ſeqq. Per hanc arcam fœderis denotatur *Chriſtus* nov. teſt. mediator (*); ſicut arca ex auro & ligno, ita Chri-

libus cap. I. diſſert. V. p. 829. ſeqq. originem hujus arcæ, quatenus ſacra fabrica erat ad ciſtæ formam compoſita, e ſacris gentilium ciſtis, quarum frequens in ſcriptis veterum mentio occurrit, derivare voluit, multaque magno ſtudio congeſſit teſtimonia ex APVLEIO, PLVTARCHO, PAVSANIA aliisque deſumta, ad comprobandum, ejusmodi ciſtas olim apud varias gentes in uſu fuiſſe; quibus adductis ita tandem concludit: *cum itaque jam dicta fidem faciant, Aegyptios, Trojanos, Phœnices, Hetruſcos, Græcos, Romanos, & gentes alias, arcas in ſacrorum ſuorum cenſu habuiſſe, ſuadet ratio, ut hujusmodi religionis inſtrumenta, legem Moſaicam antiquitate ſuperaſſe cenſeamus. Nemo enim paullo ſanior dixerit, gentes illas omnes arcarum ſuarum exempla ab obſcura diu & contemta Judæorum gente petiiſſe.* Poſtquam etiam obſervaſſet, *gentiles arcas, deorum ſuorum myſteriis conſecratas, e cedro conficere, & auro vel ebore conſpicuas & venerabiles reddere, fuiſſe ſolitos*, hæc vel tandem ſubjicit, *creditu pronum eſt, Deum Iſraelis aureos Cherubinos, arcam etiam cedro & auro plurimo illuſtrem conceſſiſſe, ne prava æmulatio pungeret eorum animos, quum viderent, ethnicorum imagines, ciſtas, & ſacra alia ubique ſplendeſcere, & pueriles eorum animi cultu ſimplici, & infra ſuperſtitionis ethnicæ pompam ſubſidente, offenderentur.* Verum hæc aliaque, quæ vir alias doctiſſimus magna cum fiducia in medium protulit, ſolide confutarunt WITSIVS *loc. excitato §. LXVI. ſeqq. pag. 432. ſeqq.* itemque in *Aegyptiacis libr. II. cap.* XIII. BVDDEVS *loc. cit. p. 692. ſeqq.* DEYLINGIVS *obſerv. ſacr. part* I. *num.* XVII. §. *V. ſeqq. p. 79. ſeqq.* aliique, a. b. cancellario PFAFFIO in *diſſertat. præliminari*, quæ editioni Tubingenſi operis Spenceriani præmiſſa eſt, *p. 11.* magno numero excitati, quibus JO. OVTREINIVS in libro ſupra jam laudato, qui inſcribitur: *Tabernakel van Moſes p. 251.* JO. HEINR. MAIVS in *diſſertat. ſelectis diſſ.* II. *p. 79. ſeqq.* aliique jungi merentur. Spenceri tamen veſtigia more ſuo heic ſecutus eſt JO. CLERICVS in *commentar.* ad *Exod. XXV. 10.*

(*) Arcam fœderis evidentiſſimam Chriſti figuram fuiſſe, ex inſtituto oſtenderunt LUNDIVS in *den alten jüdiſchen Heiligthümern libr.* I. *cap.* XXII. *pag. 119. ſeqq.* LANGIVS in *myſterio Chriſti & chriſtianiſmi p. 161.* LAMPIVS im *Geheimniß des Gnadenbundes, part.* III. *p. 1289. ſeqq.* JOAN. BIERMANNVS in *Moſe und Chriſto libr.* II. *cap.* IV. RAMBACHIVS in libro ſupra a nobis jam adlegato, qui inſcribitur: *Chriſtus in Moſe, part.* I. *p. 734 ſeqq.* aliique, quos nominare ſuperſedemus. Id duntaxat paucis heic adjungimus, SPENCERVM, quem in nota præcedenti jam notavimus, adeo abhorrere a communi chriſtianorum interpretum, qui arcam fœderis rei alicujus ſacratiſſimæ typum fuiſſe ſtatuunt, ſententia, ut etiam in eos, qui ita ſentiunt, vehementius invehatur. *Sat ſcio*, inquit, *nonnullos arcæ ſplendore pertractos ad allegoriam (uſitatum illud ignorantiæ aſylum, cum urget textus Moſaici difficultas) confugere ſolitos, arcam ideo auro puro obductam adſerentes, ut puritatem cultus aut verbi divini (quod auro purificato adſimilatur) populo ſignificaret. At vero in quos fumos atque auras evaneſcet lex divina, ſi quasvis allegorias & phantaſiæ luſus, tanquam legis myſteria, & ſenſus ſecretiores amplecti liceat?* De *legibus ebræor. libr.* III. *cap.* I. *diſſert. V. ſect.* IV. Eandem, ſi non majorem, vehementiam SPENCERI deprehendimus *loc. cit. ſect.* VIII. Quum enim ibidem hanc ſibi formaſſet objectionem, *quod ſingularis arcæ ſanctitas & ornatus opinari ſuadeant, eam rei alicujus ſacratiſſimæ typum fuiſſe, & ab exemplari aliquo cœleſti, magis quam ciſta gentium myſtica, originem traxiſſe*, reſponſionis loco hæc ſubjungit verba: *a telo tam hebeti non eſt, quod multum metuamus. Quis enim ingenio tam felici eſt, ut rem ullam cœleſtem arcæ typo adumbratam adſignare valeat, & ſententiam ſuam probabili aliquo argumento, aut ſcripturæ teſtimonio ſtabilire? Multi quidem μυστικώτερον aliquid arcæ ſubeſſe adſerunt, & in bilem toti vertuntur, niſi dictatis eorum, tenui ſolummodo ſimilitudine ſuffultis, fidem ſupinam tribuamus. Sed (ut aperte loquar) odi profanum illud interpretum genus & arceo, qui cum Dei ſacris ludunt, & legis inſtituta, tanquam imagines cereas, in omnium rerum formas & ideas pro arbitrio fingunt. Arcam quod attinet, lectori conſulto judicandum relinquo, an non veriſimilior ſit eorum opinio, qui arcam ab ſeculi more inſtitutam ſentiunt, & ſententiam argumentis bene multis inſtructam proferunt; quam eorum, qui arcam ad myſteria quædam evangelica adumbranda datam adſerunt, eam autem ſententiam ne vel umbra rationis confirmare poſſunt.* Sed plurimum falli virum alias doctiſſimum,

hriſtus ex divina & humana natura perſonali-
r unitis conſtat. Ligna *ſittim*, interprete R. D.
imchi, erant ſpecies cedri optima, corruptio-
minime obnoxia, ita Chriſti humana natura
on vidit corruptionem Pſalm. XVI. 10. Act. II.
1. Arca in quatuor angulis habebat annulos
ve circulos, quibus vectes immiſſi erant, per
uos arca deportabatur: ita Chriſtus per mini-
erium & prædicationem apoſtolorum in omnes
undi partes ad omnes gentes fuit portatus,
alm. XIX. 5. Rom. X. 18. Corona aurea de-
otat cœleſtem illam gloriam & decorem, quo
coronatus eſt Chriſtus, ſecundum humanam na-
turam Pſalm. VIII, 6. (*) Non deſunt, qui
arcam fœderis de *eccleſia* interpretantur, quæ
interitui non eſt obnoxia, cujus rei typus in li-
gnis *ſittim* propoſitus; induta eſt Chriſti juſtitia,
velut auro puriſſimo, ornata variis Spiritus ſan-
cti donis, certo loco non eſt adfixa, ſed in hoc
quidem mundo ambulatoria, ſicut arca erat porta-
tilis; denique eſt cuſtos ſcriptorum propheticorum
& apoſtolicorum, ſicut arca tabularum legis. Pe-
largus in cap. II. Exod. ex Gregorii paſtorali (**).
3.) *Urna aurea* continens parti-

Urna aurea.

mum, eorumque ſententiam, qui inſtituta Mo-
ſaica, veluti typos, figuras & umbras cum ve-
ritate cœleſti, quæ evangelio expoſita eſt, con-
tendenda eſſe docent, ſolidis ſuperſtructam eſſe
rationibus, luculenter oſtenderunt WITSIUS,
BUDDEUS, DEYLINGIUS, aliique viri eru-
diti, quos ſupra jam laudavimus. Et ſane, ſi
ſecundum effatum divinum, quod *Ebr. VIII. 5.*
legitur, *tabernaculum* fuit umbra rerum cœle-
ſtium, ecquis quæſo dubitet idem adſerere de
arca fœderis? quæ, ut recte monet HERM. WIT-
SIUS, ſanctiſſimum fuit totius tabernaculi *κειμήλιον*.
Et quid opus eſt multis? Scriptor di-
vinus, ubi ex inſtituto id agit, ut tabernaculi
Moſaici myſteria exponat, inter ea, quæ res
arcanas ſignificarunt, diſertis verbis comme-
morat *arcam teſtamenti, undique tectam auro, &
ſplendidos cherubos, propitiatorium inumbrantes*,
Ebr. IX. 4, 5. Et, licet ſanctiſſimus Chriſti
legatus *loc. cit.* myſterium arcæ non exponat,
innuit tamen, quod aliquod ſub illa latuerit
myſterium. Quodnam vero illud fuerit, haud
obſcure ex eo colligere poſſumus, quod *cap. IV.*
ejusdem epiſtolæ, *comm. 14-16.* dixerat, *haben-
tes igitur ſummum pontificem, qui cœlos penetra-
vit, Jeſum, Dei filium, accedamus confidenter ad*
THRONUM GRATIÆ. Hiſce enim verbis
ad ſanctum ſanctorum arcamque fœderis ac
cumprimis ejusdem operculum propitiatorium
reſpici, nemo, qui hocce oraculum attentius
penſitaverit, facile negabit. Validum quoque
argumentum ex oraculo Joannæo, *Apoc. XI.
19.* deſumere, idque SPENCERO opponere,
quin ipſa myſteria arcæ pluribus explicare heic
poſſemus, niſi id tum a GERHARDO noſtro,
tum ab aliis jam abunde fuiſſet præſtitum, no-
ſtrique inſimul inſtituti obſtaret brevitas.

(*) Cyrillus Alex. libr. IV. in Joh. cap. XXVIII.
Hilarius in Pſalm. CXXXI. Humanitatem Chri-
ſti in arca fœderis adumbratam fuiſſe docent.
1.) *Arca teſtamenti erat de lignis ſittim, id eſt,
cedrinis, quae dicuntur imputribilia & ſummam
Chriſti ſanctitatem declarant, cujus videlicet hu-
manitas nulli vel minimæ peccati corruptioni fuit
ſubjecta.* 2.) *Arca fœderis erat deaurata intus
& foris, ſeu laminis aureis cooperta. Sic Chriſtus
totus aureus, ſummique valoris ac pretii, & qua-
tenus Deus, & quatenus homo eſt. Præterea tam
divinitas, quam humanitas fulgebant ardentiſſimæ
caritatis auro.* 3.) *Erat in arca propitiatorium,
quod erat opertorium quoddam aureum ipſius ar-
cæ, in quo etiam Chriſtus exprimitur* Rom. III.
25. *cum per eum Deus fiat nobis propitius:*
4.) *Super propitiatorium erant duo cherubim ſeſe
invicem reſpicientia; converſis vultibus in propitia-
torium, hoc eſt, duo teſtamenta, quae ſibi invi-
cem concinnunt, cum ad Chriſtum reſpiciunt.*
5.) *Erat intra arcam virga Aaron, quæ ſignifica-
bat Chriſti poteſtatem tam regalem, quam pontifi-
ciam, cum virga erat ſimul manna, quia dulcedo
mannæ ſeveritatem virgæ temperat. Erant in arca
tabulæ legis, quæ ſignificant Chriſti ſapientiam;*
Col. II. 3. *in eisdem ſignificatur, quod Chriſtus
perfecte legem impleverit.* Blaſius de Viega in
comm. cap. II. Apoc. p. 467. *Arca aurea, typus
Chriſti, 1.) ratione continentium ſive ambientium:
aurum & ligna ſittim divina & humana natura,
annuli quatuor miniſterium verbi, corona Chriſti
gloria: 2.) ratione contentorum: 3.) ratione
operientium; cherubim duo teſtamenta, propitia-
torium Chriſti meritum: 4.) ratione conſequen-
tium: 1 Sam. IV. jubilabant Iſraëlitæ, cum arca de-
portaretur ad ipſos, ſic in Chriſti incarnatione
lætitia.* GERHARDUS.

(**) Poteſt quoque tota ſupellex ſacra in taberna-
culo conſiderari ut typus *vitæ æternæ.* 1.) *Arca
fœderis* eſt S. Trinitas. In arca erant tabulæ
legis, manna, baculus Aaronis, in cœlo Deus
poni-

particulam mannæ, quam juſſu Dei (*) Moſes in tabernaculo poſuit. Hanc quidam ſtatuunt in ipſa arca fœderis una cum tabulis Moſaicis reconditam fuiſſe, moti verbis apoſtoli (**), qui

ponitur, qui nos ſanctiſſimis ſuis legibus gubernat; Filius, verum & cœleſte manna; Spiritus ſanctus, per baculum miniſterii nos ducens. 2.) *Propitiatorium* eſt ſalvatoris bonitas, Rom. III. qui gratiam Dei ſua morte promeritus. 3.) *Cherubim* ſunt angelorum ſocietas, erimus ἰσάγγελοι Matth. XXII. 4.) *Altare* eſt devotionis ſanctitas, erimus ſacerdotes Dei Apoc. I. offerentes vitulos labiorum. 5.) *Candelabrum* eſt beatæ viſionis claritas 1 Cor. XIII. Exhilarabit nos triplex viſio, corporalis, qua Chriſti humanitatem, ſpiritualis, qua angelorum ſubtilitatem, intellectualis, qua S. Trinitatem videbimus. 6.) *Menſa* eſt beatæ fruitionis ſatietas, adponetur fructus de arbore vitæ. 7.) *Ligna ſittim* imputribilia eſt in omnibus indefectibilis æternitas. Septima illa dies nullam habebit veſperam, Apoc. XXII. GERHARDUS.

(*) Vid. *Exod. XVI. 32.* ubi Deus juſſiſſe dicitur, menſuram aliquam, quam Ebræi *Omer* vocant, iſtius cibi divinitus in deſerto conceſſi, quo Iſraelitæ modo miraculoſo per XL. annos fuerunt ſuſtentati, vaſculo, ſive urnæ inditam, in cuſtodiam reponi, ad perennem cœleſtis iſtius cibi memoriam conſervandam. Legenda, quæ de urna hac, ſive amphora aurea, in interiori ſanctuarii penetrali olim adſervata ſcripſerunt HADRIANUS RELANDUS, in *diſſertat. II. de nummis Samaritanorum*, CAROLUS LUDOV. HOHEISEL in binis diſputationibus *de vaſculo Mannæ*, Jenæ ann. *MDCCXV.* luci publicæ expoſitis, SALOMON DEYLINGIUS, ſæpius jam nobis laudatus, *obſervat. ſacrar. part. III. num. VII. §. IX. ſeqq. p. 77. ſeqq.* THEOPH. AMELIUS, ſive, qui ſub hoc nomine latet, PETR. ZORNIUS in *der Erörterung der dunkelſten Schriftſtellen alten Teſtaments part II. p. 724. ſeqq.* aliique. Cæterum illud notatu digniſſimum eſt, quod cibus ille, *manna* dictus, qui alioquin in craſtinum ſervatus diem mox putreſcebat, vermibusque ſcatebat, non ſine miraculo divino, per novem propemodum ſecula, uſque ad templi incendium incorruptus permanſerit. Vid. BUXTORFIUM in *hiſtoria Mannæ*, quæ ejusdem *exercitationibus* inſerta eſt, *cap. VIII. quæſt. 4.*

(**) Leguntur hæc verba apoſtoli *Ebr IX. 4.* ubi dicitur, in arca fuiſſe *urnam auream cum manna, & virgam Aaronis, quæ germinavit, & tabulas fœderis.* Quod ſi cum hocce effato apoſtolico conferamus dictum *1 Reg. VIII. 9.* omnino videri poſſet, bina iſta loca ſibi invicem repugnare; ſiquidem in poſteriori hoc loco teſtatur ſacra hiſtoria, nihil fuiſſe in arca רק שני לוחות האבנים PRÆTER *duas tabulas lapideas*, quæ ſunt πλακες της διαθηκης, quas Moſes apud montem Horeb in ea depoſuerat.

Varias hoic vias ineunt, qui difficultatem hanc ſolvere, atque loca in ſpeciem ſibi invicem repugnantia conciliare inter ſe annituntur.

Sunt nonnulli interpretum, qui contendunt, τα εν ῃ non eſſe referendum ad proximam vocem κιβωτον, ſed ad σκηνην *v. 2.* ut ſenſus verborum apoſtoli ſit, iſtam σκηνην ſive *tabernaculum* habuiſſe *thuribulum*, & *arcam*, & *urnam* cum Manna, & *virgam Aaronis.* Ita ſentiunt RIBERA, JUSTINIANUS, TREMELLIUS, aliique, inprimis FRANCISC. JUNIUS in *parallelis ſacris*, PETR. JURIÆUS in libro gallico, qui inſcribitur: *hiſtoire critique des dogmes & des cultes &c. part. I. cap. II.* atque ex noſtratibus MICH. WALTHERUS in *harmonia biblica p. 417.* JO. MULLERUS in *judaiſmo p. 1364.* & b. ZELTNERUS in *gloſſ.* ad *h. l.* Verum, cum *tabulæ* lapideæ *urna* & *virga* una ſerie heic recitentur, & per particulam και conjungantur, colligunt exinde nonnulli interpretes, indicari heic ab apoſtolo, hæc omnino, perinde ut *tabulas* lapideas, in arca fuiſſe adſervata. Prætermittimus alia dubia, quæ contra hanc interpretandi rationem cumprimis urſit DEYLINGIUS *obſervat. ſacr. part. II. num. XLVII. §. 24. p. 575.*

Alii in eam ingrediuntur ſententiam, ad temporis diverſitatem heic cumprimis eſſe attendendum, qua obſervata omnis difficultas mox evaneſcat, ac bina iſta loca ſupra adducta facili negotio conciliari queant. Scilicet *Moſis* ætate, ad quam reſpiciat ordo recenſionis apoſtolicæ, res omnes ab apoſtolo commemoratas, una cum tabulis legis arca illa fuiſſe reconditas, quod *Salomonis* ævo ſecus ſeſe habuerit. Iſtis enim temporibus κειμηλια iſta, de quibus heic ſermo eſt, nempe *virgam* & *urnam* abfuiſſe ex arca. Rationem cur hæc ſucceſſu temporis aliter fuerint conſtituta, hanc reddunt. Dicunt, quum paſſim circumferretur arca, cimelia iſta nobiliſſima minus commode in cavitate arcæ relinqui potuiſſe, inprimis quando, Iſraelitis con-

dicit ἐν ᾗ, quod referunt ad *proxime præ-*
ens membrum de *arca fœderis*. Sed cum in
a fœderis nihil aliud fuiſſe dicatur, quam

duæ tabulæ lapideæ; 1 Reg. VIII. 9. & 2 Paral.
V. 10. quam excluſivam non eſſe temere præ-
termittendam adparet, eumque de ſolis deca-
E 2 logi

contra Philiſtæos pugnantibus, in caſtra fuerit delata. Tunc enim eandem ſubinde in hoſtium veniſſe poteſtatem: & Iſraëlitis redditam, manſiſſe tamen extra tabernaculum, in quo urna & virga fuerint cuſtoditæ, donec vel tandem, exſtructo templo, arca in illud deportata, inque ejus adyto collocata fuerit, cum jam a longo tempore nil præter tabulas in ea ſervaretur. Ita hanc ſententiam ediſſerit WITSIUS *miſcell. ſacr. lib II. diſſert. I. §. LXXXIV. p. 445. ſeqq.* Probabilem eandem reddere conati ſunt JACOB. ALTINGIUS in *epiſtolam ad Ebr. IX. 4. ſ. 250. tom. IV. operum*, MELCHIOR LEYDEKKERUS *de republ. Ebræorum libr. VIII. cap. II. ſ. 506.* itemque ex noſtris GEORG ELIEZER EDZARDUS in notis ad *Avoda Sara cap. II. p. 217.* atque DEYLINGIUS *loc. cit. p. 578. ſeqq.* Quibus adſtipulantur HADR. RELANDUS in *antiq. ebr. p. 52.* WOLFIUS in *curis phil. & crit. ad Ebr. IX. 4.* SCHOETGENIUS in *horis ebr. p. 973.* ac recentiſſime SIGISMUND. JAC. BAUMGARTENIUS in *der Erklærung des Briefs St. Pauli an die Ebræer p. 238.* ut complures alios idem ſentientes taceamus. Sunt tamen nonnulla, quæ impediunt, quo minus huic ſententiæ noſtrum adjiciamus calculum. Neque enim ex ullo ſcripturæ ſacræ loco probari poteſt, res iſtas, de quibus heic ſermo eſt, *urnam* nimirum cum Manna, itemque *virgam* Aaronis, a Moſe in arca olim locatas, ex eadem vero ante templum conditum rurſus exemtas fuiſſe, relictis ibidem ſolis tabulis lapideis. Id potius hiſtoria Moſaica nos condocet, Moſen, cujus exemplum ſecutus eſt rex Salomon *1 Reg. VIII. 9.* tabulas quidem, quibus decalogus fuit inſcriptus, בארון *in arca Deut. X. 5.* reliqua vero cimelia לפני העדות *ante teſtimonium*, adeoque *ante arcam*, in qua erat *teſtimonium*, ſeu decalogus, repoſuiſſe. Vid. *Exod. XVI. 34. Num. XVII. 4, 10.*

Supereſt, ut de iis quoque nonnulla heic ſubjungamus, qui bina iſta loca *Ebr. IX. 4.* & *1 Reg. VIII. 9.* ea ratione inter ſe conciliare annituntur, ut dicant, ſcopum apoſtoli *loc. cit.* non fuiſſe, ut adcurate deſcriberet, quo præciſe in loco quælibet res ſacra olim fuerit adſervata, ſed ut generatim duntaxat indicaret, quid fuerit in loco ſancto? quid in ſancto ſanctorum? nec voculam græcam ἐν ſemper ſumi pro eo, quod latinorum IN exprimit, ſed ſæpe etiam AD, PROPE, JUXTA ſignificare; cui probando adducunt *Ebr. I. 3. Coloſſ. III. 1.* ubi Chriſtus dicitur ſedere ἐν δεξιᾷ AD *dextram*, non IN *dextra*. Addunt, eundem morem loquendi ipſis quoque Ebræis non eſſe infrequentem, qui litteram ב haud raro uſurpare ſoleant pro על AD, prout ex *Joſ. X. 10. Jud. XVIII. 12. 1 Reg. XVII. 3.* aliisque locis a NOLDIO de *particulis* ad litteram ב adductis luculenter pateat. Hanc expoſitionem tanquam ſimpliciſſimam, præter GERHARDUM noſtrum, cumplures viri eruditi, veluti SEBAST. SCHMIDIUS, STEPH. MORINUS, JO. HENR HOTTINGERUS, JO. BRAUNIUS, MAJUS, BENGELIUS aliique adoptarunt.

Atque hanc conciliationis rationem & nos reliquis præferendam cenſemus, dicimusque τὸ ἐν IN, quo heic uſus eſt apoſtolus, latitudinem quandam habere, ita, ut comprehendat tum quæ *intra*, tum quæ *juxta* arcam, ſive ad ejusdem latus olim fuerunt poſita, inque loco apoſtolico non τῷ ἐκτὸς vel ἔξω *extra*: ſed τῷ ὑπεράνω *ſupra* opponi. Sic namque ſequitur: ὑπεράνω δὲ αὐτῆς χερουβὶμ δόξης, *ſuper illam* (ſc. arcam) *vero* erant *Cherubim gloriæ* &c. Equidem contra hanc explicationem objici alias ſolet, quod hac ratione duplex præpoſitioni ἐν ſignificatus in eadem orationis ſerie tribui debeat, cum reſpectu tabularum legis *in*, reſpectu autem reliquorum cimeliorum, quæ heic commemorantur, *juxta* ſignificet. Quæ difficultas tanta ſit, ut eandem ne *ullus* quidem *clariſſimæ iſtius interpretationis patronus ſolvere & e medio tollere potuerit*, ut verbis DEYLINGII *loc. cit. p. 576. & 577.* utamur. Aſt recte judicavit JAC. CAPPELLUS, tam exiguam eſſe hanc difficultatem, ut facili negotio ſolvi queat. *Quid enim vetat*, inquit, *quo minus uno eodemque verſu dicantur* IN *arca eſſe, tam quæ juxta, quam quæ intra erant: quo modo Romæ dicimus habitare tam qui juxta, quam qui in ipſa degunt urbe?* Addit alius: non minus Paulo ita dicere licuiſſe, quam nobis verb. grat. *in corpore humano eſſe cutem & carnem & oſſa & inteſtina: ubi* IN *eodem ſignificatu, ſed quadam tamen latitudine uſurpatur.* Vid. WITSIUM *miſcell. ſacr. libr. II. diſſ. I. §. LXXXV. p. 447.*

logi tabulis in arcam reponendis mandatum acceperit Moſes Deut. X. 5. quod fideliter exſequitur Exod. XL. 20. Denique cum de urna aurea mannam continente nullum exſtet aliud præceptum, quam quod *coram Domino* in cuſtodiam reponi debeat, Exod. XVI. 33. atque eapropter non in ipſam teſtimonii arcam, ſed *coram* teſtimonio, id eſt, *coram* arca fœderis repoſita dicatur; v. 34. ideo alii ſtatuunt, in arca fœderis nihil aliud fuiſſe, quam decalogi tabulas, ſed virgam Aaronis & urnam cum manna in tabernaculo *prope arcam* fuiſſe repoſita. Proinde in verbis epiſtolæ ad Hebræos vel *ſynecdoche* ſtatuenda erit, vel *relativum* ῇ ad remotius videlicet ad σκηνὴν, non autem ad propinquius κιβωτὸν referendum. Porro *manna* illud in urna repoſitum typum fuiſſe *Chriſti* (*) manifeſte patet ex Joh. VI. 48. Manna datum erat de cœlo. Chriſti divina generatio ἄῤῥητος, quin & temporalis nativitas præter rerum ſeriem facta, eſt *Dominus de cœlo*. 1 Cor. XV. 47. Manna ſignificat donum præparatum, ſic Chriſtus ab æterno nobis prædeſtinatus eſt mediator. Manna fuit argumentum divinæ gratiæ, ita quoque Chriſtus ex immenſa Dei dilectione nobis datus. Manna fuit minutum quid, ita Chriſtus in diebus carnis ſuæ fuit humilis & abjectus. Manna fuit coloris candidi, ſic Chriſtus eſt candidus & immaculatus, *non fuit dolus in ore ejus inventus*. Manna fuit ſaporis mellei, ita Chriſtus piis eſt mel in corde, in ore melos, in corde jubilus. Manna tempore famis dabatur in cibum; ſic Chriſtus ſpiritualis eſt animæ noſtræ paſtus. Omnes Iſraëlitæ eundem cibum comederunt, ſic Chriſtus omnibus credentibus æqualiter datur &c. Quidam conferunt manna cum *evangelio*, quod eſt myſterium cœleſte divinitus revelatum, donum Dei inſigne, coram oculis hominum carnalium & juſtitiariorum minutum, cibus animæ ſuaviſſimus, omnibus æqualiter Dei gratiam offerens &c. qua ratione urna aurea mannam adſervans denotare poterit *Chriſtum*, in quo *omnes theſauri ſapientiae & ſcientiae reconditi*, Col. II. 3. a quo manna doctrinæ evangelicæ ad nos deſcendit. 4.) *Virga Aaronis*,

Manna.

Virga Aaronis.

(*) MANNAM, exſtantiſſimum iſtud divinæ in Iſraelem providentiæ monumentum, typicam habuiſſe rationem, generatim docet gentium apoſtolus *1 Cor.* X. 3. ubi eandem *eſcam ſpiritualem* vocat, id eſt, uti hæc verba AUGUSTINUS exponit, *ſpirituale aliquid ſignificantem*. Rabbinos quoque *Mannam* nominare לחם רוחני *panem ſpiritualem*, eadem, qua apoſtolus utitur, phraſi, variis locis ex R. ALSCHEICH deſumtis comprobat HERM. HARDTIUS in *ephemerid. philolog.* cum quo conferri meretur BUXTORFIUS in *hiſt. Mannæ cap. II. p. 350. ſeqq.* ubi pariter nonnulla loca huc ſpectantia ex *Mechilta* itemque ex libro *Zohar* adducuntur in medium, quod & LAMPIUS fecit in *commentario evangelii ſecundum Joannem*, *tom. II. p. 210. ſeqq. not.* (*b*), ubi & oſtendit, *Mannam* kabbaliſtis myſtice idem eſſe, quod *Schechina*, eosdemque præterea de illa conceptum habere, quod præciſe deſignet id, quod eſt juſtitia noſtra coram Deo, licet veram ac genuinam hujus juſtitiæ rationem prorſus ignorarent, obedientiamque legis propriam per Mannam deſignatam eſſe cenſerent. Verum rectiora nos condocet ſervator Chriſtus, qui ſe eſſe verum illum *panem, qui e cœlo venit*, & per Mannam præfiguratus eſt, copioſo ſermone exponit *Joan. VI. 32. ſeqq.* Analogiam, quæ inter utrumque ſunt, ſupra egregie edifferuit GERHARDUS noſter. Qui plura hanc in rem legere voluerit, adeat MICHAEL WALTHERUM in *tractatu theologico-philol. de Manna*, qui ejusdem *ſpicilegio controverſiarum* inſertus eſt, *quæſt. 60. ſeqq.* FRANC. GOMARUM ad *Joann. VI. 33.* GUIL. MOMMAM *de ſtatu eccleſiæ Dei ſub patriarch. tom. I. libr. II. cap. VI.* WITSIUM *œcon. libr. IV. cap. X.* RIVETUM ad *Exod. XVI.* LUNDIUM in *den alten jüdiſchen Heiligthümern libr. I. cap. XXII. num. 7. p. 121. ſeqq.* edit. novæ, MAJUM *exerc. philol. part. II. p. 603. ſeqq.* JO. BIERMANNUM in *Moſe und Chriſto p. 766.* JOACH. LANGIUM im *Moſaiſchen Licht und Recht* ad *Exod. XVI. 35.* F. A. LAMPIUM im *Geheimniß des Gnaden-Bundes, part. III. p. 1519. ſeqq.* & in *comment. evangelii ſecundum Joannem, tom. II. p. 212. ſeqq.* itemque JO. JAC. RAMBACHIUM in libr. cui tit. *Chriſtus in Moſe, part. I. p. 376. ſeqq.* Subtilitates tamen pontificiorum typum ſacrificii ſui Miſſatici in Manna quærentium, jure meritoque dedignamur. Obelo eos notarunt RIVETUS *loc. cit.* MAJUS, quem modo laudavimus, *theol. jud. loc. XIX. §. 3.* aliique.

ir, quæ fronduerat, hoc eſt, miraculoſe gemmas, flores & amygdalas maturas una nocte roduxerat, in teſtimonium, quod ipſi & poeritati ejus ſummum ſacerdotium debeatur (*), uo fine etiam coram teſtimonio, hoc eſt, coam arca fœderis Dei mandato repoſita fuit. Jum. XVII. 10. Aaronem fuiſſe Chriſti typum, x epiſtola ad Hebræos manifeſtum eſt, proinde irga Aaronis arida miraculoſe eſſloreſcens ac ructus proferens depingit Chriſtum, qui ex ari a Jeſſæ ſtirpis radice effloruit, Eſa. XI. 1. qui ı cruce tanquam teſta exaruit; Pſalm. XXII. 16. d in reſurrectione ſua iterum floruit, ac ulciſſimos fructus in uſum noſtrum protulit (**). 5.) *Tabulae teſtamenti* (***), hoc eſt, duæ tabulæ Moſis lapideæ, quibus decalogus inſcriptus erat, hæ in ipſa arca repoſitæ fuerunt; quo denotatur, in Chriſto eſſe omnes theſauros divinæ ſapientiæ reconditos: quid enim tabulæ legis aliud continent, quam Dei ſapientiam decem verbis comprehenſam? itemque Chriſtum eſſe legis perfectionem, Rom. X. 4. qui numeris omnibus abſolutam obedientiam legi præſtitit? ſicut tabulæ legis in media arca fuerunt repoſitæ, ita Chriſtus de ſe ipſo teſtatur Pſalm. XL. 9. *Lex tua in medio viſcerum meorum eſt* (****); idem etiam Spiritu ſuo legem

Tabula decalogi.

E 3

(*) Scilicet, cum Aaroni de Sacerdotio controverſia olim moveretur, Deus eidem finem imponere, auctoritatemque ſacerdotii Aaronis confirmare voluit edito hocce miraculo, ut aridus baculus, exciſus ex amygdalo, & nomen Aaronis inſcriptum habens, repente, una nocte flores fructusque germinaret. Atque hunc ipſum ſcipionem frondibus, floribus, fructibusque inſtructum juſſit Deus adſervari in ſancto ſanctorum, ubi ad latus arcæ fuit repoſitus, *Num. XVII. 10.* Conſpicitur quidem hodienum *virga* iſta germinans in ſiclis ebræorum, quos vero falſos & ſuppoſititios eſſe, dudum obſervarunt viri eruditi. Tradunt quoque nonnulli eccleſiæ romanæ ſcriptores, *virgam* iſtam una cum *urna* Mannæ, Romæ in *eccleſia ſancti ſalvatoris* hodienum adſervari, quod & ipſemet SIXTUS V. eccleſiæ romanæ præſul, ſuo communivit ſuffragio in libro, cui index: *mirabilia Romæ.* Sed fraudem heic ſubeſſe, vel exinde facile colligi poteſt, quoniam & Galli Luteriæ ad *S. Sacelli*, & Hiſpani ad *divi ſalvatoris*, & Burdegalenſes ad *Severini*, eandem pariter oſtentant, teſte CALVINO in libro *de reliquiis.* Plura de hac *virga* Aaronis heic non addimus, ſed hoc unicum vel tribus notamus, peculiares de eadem exſtare diſputiones, quas JO. MAJUS, Argentoratenſis, CHRIST. STOCKENIUS, DANIEL LUNDIUS, CHRIST. KORTHOLTUS, GEORG. OTTO & GODOFR. JÜNGST luci publicæ expoſuerunt. Legi quoque merentur, quæ de hocce argumento ſcripſerunt LUNDIUS in *den alten jüdiſchen Heiligthümern libr. I. cap. XVIII. p. 96.* edit. nov. MATTHIAS HILLERUS in *hierophytico part. I. cap. XXII. p. 216.* BERNH. LAMY *de tabernaculo Moſis libr. III. p. 416.* WITSIUS *miſcell. ſacr. tom. I. libr. II. diſſ. I. §. LXXXVII - LXXXIX.* JAC. SAURINUS in *den bibliſchen Diſcourſen part. I. num. LXI. p. 876. ſeqq.* JO. JAC. SCHEUCHZERUS in *phyſica ſacra p. 565.* aliique.

(**) Copioſius hæc omnia expoſuerunt HILLERUS *loc. cit. p. 217 - 220.* LUNDIUS *loc. cit. p. 123. ſeqq.* JO. d'OUTREIN im *Tabernakel van Moſes p. 311. ſeqq.* LAMPIUS *loc. cit. pag. 1536. ſeqq.* RAMBACHIUS *l. c. p. 801. ſeqq.* multique alii, excitati ab AMELIO in *der Erœrterung der Schriftſtellen neuen Teſtaments tom. II. p. 629.* nec non *des alten Teſtam. tom. II. pag. 729.*

(***) Vocantur hæ tabulæ πλάκες τῆς διαθήκης ab apoſtolo *Ebr. IX. 4.* Ebræis dicuntur לוחות הברית *tabulæ fœderi.* Vid. *Deuter. IX. 9, 11, 15.* itemque *tabulæ teſtimonii Exod. XXXI. 18.* quia teſtimonium erant fœderis inter Deum atque Iſraelitas initi. Nullibi vero in ſanctioribus litteris adpellantur *tabulæ legis*, quæ nomenclatura ἄγραφος eſt & inventionis humanæ. Hinc opinio nata, vel ſaltim confirmata, *Decalogum meram eſſe legem*, non fœdus. Cæterum ea, quæ de tabulis lapideis in adplicatione ad CHRISTUM in verbis immediate ſubſequentibus diſſerit GERHARDUS noſter, ſubinde longius videntur eſſe petita. Cauto pede in ejuſmodi adplicationibus incedendum, valetque heic proverbium illud commune: *Ne quid nimis.*

(****) Recte ad *b. l.* adnotavit SCHMIDIUS, voluntatem & *legem Dei* non tantum eſſe *decalogum* ſ. legem moralem, ſed omnem voluntatem Dei circa redemtionem generis humani, quam Chri-

Duo cherubim. gem ſcribit in corda credentium Jer. XXXI. 33. 6.) *Duo cherubim* ex ligno olivarum in figura impuberum puerorum facti (*) & laminis aureis tecti, ſuper utram-

Chriſtus obedientia tam paſſiva, quam activa, h. e. agendo & patiendo implere debuit & promtus fuit.

(***) Sequitur heic GERHARDUS receptam apud plerosque opinionem, Cherubos, qua faciem, nec non reliquum corpus, formam juvenum habuiſſe. Digna quippe nonnullis hæc figura viſa eſt, quæ angelis tribuatur, quorum ſymbolum Cherubi, *obumbrantes propitiatorium*, fuiſſe creduntur. Unde & eandem multi ebrææ gentis magiſtri amplexi ſunt, quorum ſententiam refert refellitque ABENEZRA ad *Exod. XXV. 18.* Add. MOSEN MAIMONIDEM in *more nevochim part. III. cap. I.*

Alii in eam ingreſſi ſunt ſententiam, Cherubos, qui propitiatorio incubuerunt, forma vitulina fuiſſe. Atque hanc ſententiam ornandam propugnandamque in ſe ſuſcepit Jo. MONCEIUS in *Aarone purgato ſive de vitulo aureo, libr. I. cap. IV. V. VI.* In eadem opinione verſantur JAC. BONFRERIUS, JAC. GAFFARELLUS, HUGO GROTIUS aliique, hoc præcipue innixi argumento, quod vox *Cherub* in idiomate chaldaico & ſyriaco *valentem* atque *robuſtum* ſignificet, & quod *Ezech. X. 14.* bos κατ' ἐξοχὴν כרוב vocetur, & iſto nomine ab homine, leone & aquila, diſtinguatur. Ad quod tamen reſpondent, qui ſecus ſentiunt, bovem *loc. cit.* כרוב vocari, quod ceu vehiculo aptiſſimus, totum currum moderari videretur; nec quidquam obſtare, quo minus dicamus, vocis כרוב diverſas eſſe ſignificationes, eandemque tum de angelis, tum de bobus ſubinde adhiberi, cum utriſque ob fortitudinis roboriſque rationem haud male conveniat, nec inſolens eſſe, ut voces nonnullæ mox hominibus, mox brutis deſignandis inſerviant.

Nec Jo. SPENCERO, ſæpius jam a nobis excitato, ſententia de forma Cheruborum mere vitulina ſeſe adprobavit, quippe qui Cherubos *ſimulacra aurea* fuiſſe ſtatuit, eaque *multiformia, ad formam tamen vitulinam propius accedentia.* Multis hanc hypotheſin rationibus ſuffulcire adniſus eſt vir doctus *tom. II. de legibus ebræor. ritualibus libr. III. diſſertat. I. cap. IV. ſect. II. p. 850. p. 852.* edit. Tubing. ubi oſtendere voluit, Cherubos Moſis Ægyptiis ritibus ſuam debere originem, qui nihil ſacratius habuerint deorum ſymbolis & imaginibus, quæ ex auro ut plurimum conſtiterint. Hoc quoque *loc. cit.* obſervavit vir doctus, genti Ægyptiacæ conſuetudinem, varias animantium formas in uno ſimulacro commiſcendi, veluti propriam olim fuiſſe. Ut hujus generis plura, quæ *loc. cit.* in unum congeſſit SPENCERUS, brevitatis ſtudio heic prætermittamus. Verum hæc omnia lubrico admodum ſuperſtructa eſſe fundamento, demonſtrare anniſi ſunt WITSIUS, NATALIS ALEXANDER, BUDDEUS, DEYLINGIUS, aliique, quorum indicem dedit C. M. PFAFFIUS in *diſſertat. præliminari*, operi Spenceriano Tubingæ recuſo, præmiſſa *p. 11.* Quibus tamen BERNHARDUS LAMY *de tabernaculo p. 423.* JAC. SAURINUS *in den Betrachtungen über die wichtigſte Begebenheiten des alten und neuen Teſtaments, part. I. pag. 813. ſeqq.* nec non alii adjungi poſſunt. Eandem cum SPENCERO ſententiam adoptavit JO. CLERICUS in *comment. ad Exod. XXV.* quem vero LAMY itemque DEYLINGIUS, modo a nobis laudati, confutarunt.

Nec adeo procul a SPENCERO abeunt, qui formam Cherubinorum mixtam ex humana, leonina, aquilina & bovina eſſe arbitrantur; quam opinionem HIERONYMUS A PRADO *comment. in Ezech. part. I. ſect. V.* JO. BAPTISTA VILLALPANDUS *tom. II. in Ezech. part. II. cap. XXXV. ſeqq.* ac complures alii ſuo adprobarunt calculo. Monuerunt tamen viri quidam docti, ex animalibus, quæ Ezechiel propheta vidit, formam Cherubinorum propitiatorii perperam æſtimari, cum nullo argumento idoneo comprobari queat, eandem utrorumque formam fuiſſe. Vid. quæ poſt alios hanc in rem adnotavit b. BUDDEUS *tom. I. hiſt. eccleſiaſt. vet. teſtamenti p. 694. ſeqq.*

Novam de Cherubis ſententiam noſtra ætate cum erudito orbe communicavit JO. DAV. MICHAELIS, vir doctiſſimus, in *commentariis ſocietatis ſcientiarum Gœttingenſis part. I. p. 157-184.* ubi peculiaris *de Cherubis* exſtat commentatio, in qua oſtendere annititur, Cherubos fuiſſe *equos tonantes*, atque ad fictiones poetarum pertinere, qui, pictores quaſi imitati, tonanti Deo currum atque equos tribuerint. Hoc ut oſtenderet, non tantum ex HOMERO, PLATONE & VIRGILIO producit loca, ſed & ad EZECHIELEM prophetam provocat, qui in ipſo vaticiniorum exordio qua-

ramque arcæ extremitatem poſiti, expandentes alas ſuper propitiatorium, atque in illud verſis

quatuor animalia *nubem ſpiſſam* ipſiusque Dei ſolium ſuſtinentia deſcribit. Adlegat quoque oraculum biblicum *Pſalm. XVIII. 10.* ubi Cherubis vectus Deus legitur. Ex his enim intellectum ſua ſponte iri credit, cur in adyto, eoque ſanctiſſimo in loco, ubi Deus habitare cenſebatur, Cherubos collocari juſſerit Moſes *Exod. XXV. 18-22.* Exiſtimaſſe ſcilicet illum, præſentiſſimum numen mortalium oculis melius ſubjici haud poſſe, quam collocato ibi *curru tonante*, cui inſidere inviſibilis Deus exiſtimandus erat. Quod ad *formam* Cheruborum attinet, eandem laudatiſſ. vir *loc. cit.* §. *VII. p. 171.* ſequentem in modum deſcribit: „ Erecta „ Cherubis atque humana ſtatura: os plerum„ que quadrupedis, aut alius etiam anima„ lis, nec tamen pronum, quamvis verecunde „ dejectum: alæ ſingulis quaternæ. Videntur [illegible] enim latine dicere „ auſim) Moſis ævo jam notæ atque in uſu fuiſ„ ſe: alioqui nec in antiquo carmine Moſes „ Cheruborum nomen inveniſſet, nec novo „ vocabulo ſine curata deſcriptione uti potuiſ„ ſet. Atque haud ſcio, an illa forma ab Ægy„ ptiis petita ſit. SPENCERVS certe docet, „ ejusdem fabricæ ſphinges Ægyptiis fuiſſe, at„ que in illis Ægypti monumentis, quæ tot „ ſeculorum ſeries non penitus delevit, figuræ „ cernuntur, Cherubis non abſimiles „ Reliqua, quæ copioſius hanc in[illegible] differit laud. vir, brevitatis ſtudio heic p[illegible]rmittimus.

Supereſt, ut noſtram de argumento hoc perdifficili ſententiam paucis expromamus. Quod ubi facere adgredimur, ante omnia notamus I.) Cherubos, quibus arca fœderis olim fuit ornata, non fuiſſe factos ad imitationem illarum imaginum, quas olim in Ægypto viderat Moſes, ſed ad exempla quæ viro divino in monte ſacro fuerunt monſtrata. *Exod. XXV. 9, 40.* Addimus II.) non ſine ratione dubitari poſſe, quod Cherubi arcæ fœderis impoſiti & in tabernaculo picti eandem cum animantibus ab Ezechiele viſis habuerint ſpeciem, quod quidem ſupponunt viri quidam eruditi, ſed non probant. Contrarium certe exinde colligi poſſe videtur, quia animantia iſta, quæ Ezechieli in viſione adparuerunt, *formæ* fuerunt plane *inſolitæ*, unde & vates, cui Cherubi templi ſacri alias ſatis ſuperque erant noti, in prima mox viſione Cheruborum formam in iſtis animantibus haud recognovit, ſed altera viſione opus habuit, ut aliquam hujus rei ideam animo efformare poſſet. Nec III.) prætermittendum heic eſt, quod vox *Cherubim* non ad unam duntaxat, ſed ad plures easdemque plane diverſas res denotandas in ipſis ſanctioribus litteris adhibeatur. Nam non tantum ad angelos, uti vulgo creditur, ſed & ad homines, veluti ad magnum Tyri regem, *Ezech. XXVIII. 14.* itemque ad animantia, hocce nomen ſubinde transfertur, ac ſpeciatim bovis habet ſignificationem, nam, quæ *Ezech. I. 10.* פני שור *facies bovis*, eadem *cap. X. 14.* פני הכרוב *facies Cherubi* vocatur. Sunt quoque, qui vocem כרוב pro nubibus poni arbitrantur; veluti *Pſ. XVIII. 11.* & *2 Sam. XXII. 11.* quæ expoſitio placuit LUDOV. DE DIEU in *crit. ſacr. p. 5. ſeu animadverſ.* in *Geneſ. III. 24.* verum alii interpretes loca iſta modo excitata de angelis, quibus Deus tanquam miniſtris & throni ſui ſtipatoribus atque ſatellitibus utitur, exponere malunt. Denique vocabulo *Cherubim* denotantur quoque *imagines iſtæ aureæ*, propitiatorio arcæ fœderis juſſu divino impoſitæ, de quorum *forma* quæſtio heic inſtituitur. Hæc autem, quod IV.) notamus, non aliunde, quam ex deſcriptione Moſaica, *Exod. XXV. 18-22.* eſt dijudicanda, ex qua intelligimus, quod *paſſas* habuerint *alas ſurſum verſus, alisque ſuis obtexerint propitiatorium*; itemque, quod facies ſibi mutuo obverſas, easdemque verſus operculum propitiatorii inclinatas habuerint. Fuerunt proinde Cherubi Moſaici ζῶα [illegible], *animantia volucria*, quod & FLAV. JOSEPHUS *libr. III. antiquit. judaic. c. VI.* ſuo confirmat ſuffragio. Cum vero, quod V.) heic attendi meretur, Moſes formam reliqui, quod Cherubini habuerint, corporis *loc. cit.* haud delineaverit, atque JOSEPHUS, quem modo adlegavimus, diſertis verbis ſcripſerit: animantia iſta fuiſſe volucria *nova ſpecie, nec unquam homini viſa*, malumus ingenue fateri, figuram iſtorum animalium haud penitus nobis cognitam perſpectamque eſſe, quam temere aliquid heic determinare. Nec tamen VI.) iis refragari volumus, qui ſtatuunt, humanam, ſi non ex toto, ſaltim aliqua ex parte, fuiſſe Cheruborum Moſaicorum figuram, hacque ratione aliquid commune habuiſſe cum Cherubis Ezechieliticis, quos omnes hominis fuiſſe ſimiles, diſerte teſtatur propheta, *Ezech. I. 5.* Nec VII.) ulli dubitamus, quin Cheruborum imagines, qualescunque tandem fuerint, angelos ſignificaverint, quibus ſupremum numen tanquam miniſtris thronum ejus ſuffulcientibus utitur. Ut enim Deus olim in ſanctuario Cherubis inſidebat; ita inter angelos ſive Cherubos habitare dicebatur & veli ſuper

illis

verſis ad ſeſe vultibus reſpicientes. Hi *Cherubim* denotant *vetus* ac *novum teſtamentum* (*), quæ ſe mutuo interpretantur, ac reſpiciunt unicum mediatorem Chriſtum. In veteri teſtamento novum latet, in novo vetus patet; in veteri novitas eſt, in novitate vetuſtas Si fœderalis arca typus eccleſiæ intelligitur, per cherubim alas ſuas ſuper arcam expandentes denotari poteſt, eccleſiam angelorum cuſtodia & protectione gaudere. 7.) *Propitiatorium* כַּפֹּרֶת, *tectorium*, *operculum*, quod fuit tabula ſolide aurea (**), tegumenti ſive operculi inſtar arcæ ſuperimpoſita: fuit etiam tanquam pavimentum

Propitiatorium.

illis *Pſalm. XVIII. 11.* & *2 Sam. XXII. 11.* & quando divinus pſaltes pronunciabat, *Sinai fuiſſe in ſanctuario*, *Pſalm. LXVIII. 18.* nihil ſane aliud innuere voluit, quam hoc, ea *συμβολικως* in ſanctuario fuiſſe repræſentata, quæ re ipſa in monte Sinai geſta ſunt, ubi Jehova, puta filius Dei, myriadibus angelorum ſtipatus adparuit ad promulgandam legem *Deuter. XXXIII. 2. Act. VII. 53.* Ut jam illud haud memoremus, ipſum nomen *των* כרובים in angelos egregie quadrare. Hæc enim vox ex lingua Syriaca ſuam habet originem, proprieque ſignificat *valentem* & *robuſtum*, atque hoc ſenſu occurrit *Ezech. XXVIII. 14.* Jam vero angeli גבורי כוח *valentiſſimi robore* a ſcriptore divino adpellantur *Pſalm. CIII. 20.* Atque hi ipſi angeli VIII.) dicuntur *Cherubim gloriæ Ebr.* IX. 5. eam præcipue ob rationem, quia thronum gloriæ circumſtant, atque ad majeſtatis divinæ demonſtrationem ex peculiari officii ſui ratione pertinent. Vid. ALBERT. WILH. MELCHIORIS *oration. de Cherubinis gloriæ*, Hanov. MDCCXXII.

(*) Ea, quæ de ſignificatione *των* כרובים heic differit GERHARDUS, non ita ſunt comparata, ut lectores theologiæ typicæ atque emblematicæ ſtudioſos in ſuum ſenſum pertrahere queant. Rectiorem viam heic inierunt alii, qui recentiori ætate argumentum de Cherubis pertractandum ſibi ſumſerunt. Plerique eorum Cherubos arcæ fœderis impoſitos ſanctos angelos thronum divinæ gloriæ ſuffulcientes ſignificaſſe ſtatuunt, quorum veſtigia & nos in præcedenti nota ſumus ſecuti. Conferri vero merentur, quæ DEYLINGIUS *obſerv. ſacr. part.* II. *p. 583. ſeqq.* & JAC. ODE in *commentario de angelis p. 86. ſeqq.* hanc in rem ſcripſerunt. Diſcedunt ab his alii, qui per Cherubos Moſaicos *fideles* adumbratos eſſe ſtatuunt; ex quibus heic nominaſſe ſufficiat JO. COCCEJUM, *oper. tom. I. obſerv. in Exodi cap.* XV. §. 6. Plures auctores idem ſentientes adlegavit WOLFIUS in *adnotat.* LUNDII *jüdiſchen Heiligthümern* ſubjectis *p. 16. not.* (3). Hanc vero ſententiam cum priori illa conciliare annititur ODE *loc. excitat. p. 31.* aitque, Cherubos iſtos conſiderari poſſe ac debere tanquam emblemata *angelorum* & ſimul tanquam typos *fidelium novi teſtamenti.* Ad eandem ſententiam propius accedit JO. DAV. MICHAELIS in *der typiſchen Gottesgelahrtheit p. 133.* ubi inter alia hæc leguntur verba: *Ich weiß nicht, ob die Vermuthung den Beyfall meiner Leſer erhalten möchte, wenn ich die beyde Cherubinen über der Bundeslade mit einer Abſicht auf ihre Zahl für ein Bild der vollendeten Gerechten aus Iſraeliten und Heiden, und die übrigen auf die Tapeten geſtickten für Bilder der Engel anſehen wollte. Wüßten wir etwas näheres von den verſchiedenen Geſichtern, die Moſes den Cherubinen geben ließ, ſo würden wir auch in der Erklärung etwas umſtændlicheres ſagen können: ſo aber hat das Alter der Dinge und die Zeit uns einen Vorhang vor dieſe Geheimniſſe gezogen. Wir ſind damit zufrieden, wenn wir ſehen, daß das Vorbild des heiligen Himmels nicht einſam war, ſondern von Cherubinen bewohnet ward, die Sinnbilder von Menſchen und Engeln ſind: und wir ſchlieſſen daraus, daß das Gegenbild keine Einöde ſeyn, ſondern von Engeln und Menſchen bewohnet werden ſolle &c. &c.* Eximiis hiſce viri docti meditationibus ſubſcribere malumus, quam cum aliis dicere, Cherubos *fuiſſe merum ornamentum operculi arcæ*, nullumque prorſus arcanum heic quærendum eſſe. Fuit hæc ſententia JO. CLERICI in *comment. ad Exod. XXV.* quam jure meritoque eapropter reprehendit DEYLINGIUS *loc. cit. p. 585.* Add. BERNH. LAMY in opere *de tabernaculo p. 423.* Cæterum de hocce argumento conferri quoque meretur LAMPIUS in *dem Geheimniß des Gnaden-Bundes, part. III. p. 1294.*

(**) Licet arca fœderis intus eſſet lignea, exterius tantum auro obducta, ejus tamen *operculum*, quod per modum aſſeris eidem fuit ſuperimpoſitum, (Græcis *ἱλαστήριον* h. e. *propitiatorium* dictum) ex mero ſolidoque auro erat confectum. De hac pretioſiſſima arcæ parte legi meretur ERICUS FAHLENIUS, profeſſor quon-

ntum ſeu pedamentum, ſuper quo Cheru- n fixi ſteterunt, ex eo locutus eſt Dominus Iſraelitas e medio duorum Cherubim. LXX. terunt ἱλαςήριον, quia Deus ibi loquens pulo ſuo propitiabatur; vocatur etiam *oracu- ‑*, quia ex eo loco ſacra dabantur reſponſa. at enim *arca fœderis propitiatorio tecta velut ica quaedam, qua ſedebat, loquebaturque minus, & regebat verbo populum ſuum, ex- ens percontanti per oracula voluntatem ſuam*, ſcribit Forſterus in verbo כפר, inde Hebræi amnum majeſtatem vocant שְׁכִינָה, eo quod itaret ſuper arcam, & ibi orantes exaudiret. iſſe autem propitiatorium Chriſti typum (*), ertis verbis docet apoſtolus Rom. III. 25. *Pro- uit Deus Chriſtum* ἱλαςήριον *per fidem in guine ejus*. Hebr. IV. 16. *Accedamus cum fi- ia ad thronum gratiae.* Quemadmodum pitiatorium tegebat arcam, in qua repoſitæ nt decalogi tabulæ, ita Chriſtus ſuo merito tegit peccata noſtra contra legem Dei commiſſa; per Chriſtum Deo reconciliamur, ut lex non amplius nos damnet propter peccata, quo re- ſpicit David Pſalm. XXXII. 1. *beatum* pronun- cians *eum, cujus peccatum tectum eſt*, cujus peccata Chriſtus, verum illud propitiatorium, te- git; eodem reſpiciunt omnes ſancti, quoties- cunque petunt, Deum ſibi propitium eſſe. Quemadmodum Deus promiſerat ſe præſentem fore apud propitiatorium, ita in Chriſto Deus inveniri, agnoſci & invocari vult, *in quo habi- tat tota plenitudo deitatis corporaliter* Col. II. 9. Quemadmodum Deus locutus eſt ad Iſraelitas ex propitiatorio, ita Filius Dei, *qui eſt in ſinu Patris*, voluntatem Dei de ſalute noſtra nobis revelavit, Joh. I. 18. Propitiatorium arcam fœ- deris tegebat, ita Chriſtus umbra alarum ſua- rum eccleſiam complectitur &c. (**) Vide Cy- rillum de incarnat. unigen. cap. 3. Gregorium in Ezech. hom. VI. (***)

§. XIX.

quondam Pernavienſis, in *hiſtoria propitiatorii*, Pernav. MDCCIV. 4. edita. Peculiares quo- que de hoc argumento diſſertationes ſcripſerunt Jo. HENR. MAIUS, HENR. HULSIUS, JO. CHRISTOPH. WICHMANNSHAUSEN, & CHRISTIAN. BRÜNINGS, cujus diſpu- tatio *de propitiatorio*, ſub præſidio CONRAD. ICKENII habita, Bremæ *MDCCXXV.* lucem adſpexit publicam. De ſignificatu verbi כפר, a quo כפורת *Capporeth* deſcendit, egregie com- mentatus eſt JAC. GUSSETIUS in *commentar. ling. ebr. p. 396. ſeqq.* Add. WOLFIUM in *cu- ris philol. & crit. tom. III. p. 64. ad Rom. III. 25.* ubi inter alia obſervat, vocem ebraicam *Capporeth* nunquam in ſanctioribus litteris de- notare *operculum*, ſed recte a τοις LXX. per ἱλαςηριον *expiatorium* converti; ſecus heic ſen- tiente doctiſſimo MICHAELIS in *dem Ent- wurf der typiſchen Gottesgelahrtheit p. 135.* B. LU- THERUS vertit per *Gnadenſtuhl*, reſpiciens ad locum *Ebr. IV. 17.* ubi ipſe apoſtolus ἱλα- ςηριον vocat θρονον της χαριτος. Scilicet ſuper ἱλαςηριον tanquam in ſella & throno requieſce- bat divina majeſtas *Exod. XXV. 22.* atque ex- inde reſponſa dabat. Conferenda, quæ hanc in rem differit DEYLINGIUS *obſerv. ſacr. part. II. num. XLI. §. XII. p. 491. ſeqq.*

(*) Ipſos Judæos ἱλαςηριον illud pro typo Meſſiæ habuiſſe, variis eorum teſtimoniis in medium adductis comprobavit JO. BUXTORFIUS *de arca fœderis cap. XIV.* Pertinet huc quoque te- ſtimonium ABARBANELIS, a SCHOETT- GENIO in *horis ebraicis p. 505.* recitatum, itemque teſtimonium R. ASCHER in *orach cha- jim cap. XCIV.* cujus explicationem dedit VI- TRINGA in *archiſynagogo cap. IX. p. 165.*

(**) Alia comparationis inter *propitiatorium* & *Chri- ſtum* momenta legi poſſunt apud VITRINGAM in diſput. *de myſterio aurei arcæ operculi*, Franequ. MDXCII. DEYLINGIUM *loco excitato, p. 491. ſeqq.* SAM. SCHELGUIGIUM in diſputat. *de Chri- ſto ut propitiatorio*, Gedani MDCXCV. edita, CONRAD. ICKENIUM in diſſ. *de propitia- torio*, Bremæ *MDCCXXVII.* atque THEOPH. ALETHÆUM in *der Erleuterung der dunkelen Oerter A. und N. Teſtaments tom. II. p. 577 ſeqq.* Ut LAMPIUM, LANGIUM, BIERMAN- NUM, RAMBACHIUM, aliosque ſupra jam laudatos, taceamus.

(***) Patribus veteris eccleſiæ a GERHARDO ſupra adlegatis jungi merentur THEODO- RETUS ad *verſ. 25. cap. III. ad Romanos*, & THEOPHYLACTUS, in *cap. III. ad Rom.* & *cap. IX. ad Ebræos.* Loca eorum huc ſpectan- tia recitavit SVICERVS in *theſauro eccleſiaſt. tom. I. p. 1448. ſeqq.* voce ἱλαςηριον.

Candelabrum aureum.

§. XIX. Contenta in ſecunda tabernaculi parte, quæ vocabatur *ſanctum*, epiſtola ad Hebræos cap IX. 2. recenſet hoc ordine: 1.) *candelabrum aureum* (*) in parte tabernaculi auſtrali poſitum, tribus calamis ſive ramis ex utraque parte egredientibus; & ſic in univerſum ſeptem ramis (Irenæus lib. II. cap. 41. *calamiſcos* vocat,) exornatum, quia in haſtilis ſive ſtipitis ſummitate itidem erat ramus ſeu ſcyphus; ſingulis hiſce ſeptem ramis ſphærulæ ac lilia addita erant, imponebantur etiam i ptem lucernæ, noctu ac interdiu (**) lucentes & ſanctum illuminantes; addit candelabro emunctoria & vaſcula, in quil quæ emuncta erant, exſtinguebantur. Vid XXV. 31. & ſeqq. Rabbini dicunt, huj delabri lampadibus ſeptem planetas fuiſſe tatos (***); ſed ad Chriſtum rectius hæ ra refertur (*). Is ſe ipſum vocat *lucem* Joh. VIII. 12. (**) is ſeptiformi Spiritus tia inſtructus totam illuſtrat eccleſiam Eſ.

(*) Candelabrum hocce aureum, ſeptem lucernis inſtructum, quod accenſum tenebras tabernaculi, nullum ſolare lumen recipientis, facile diſpulit, deſcribitur *Exod. XXV. 31. ſeqq. XXXVII. 17. ſeqq. Num. VIII. 2. ſeqq.* Quomodo Judæorum traditiones illud depingant, ex *Gem. Menachoth 28, 2.* ediſſerit RELANDUS in *antiquit. ſacr. veter. Ebræor. part. I. cap. V. §. VIII. p. 32. ſeqq.* Idem vir doctiſſimus in *ſpoliis*, quæ vocavit, *templi Hieroſolymitani*, Ultrajecti *MDCCXVI.* editis, candelabri iſtius imaginem, ex arcu Titi imperatoris triumphali adcurate & nitide expreſſam lectorum oculis ſubjecit, eandemque eruditis obſervationibus illuſtravit. Extant quoque peculiares GEORG. STELLMANNI, JOS. HENR. OPITII, GEORG. MICH. DOEDERLINI & OLAI CELSII de candelabri Moſaici ſtructura diſſertationes. Quibus vero jungi meretur CHRIST. LUDOV. SCHLICHTERI de *lychnucho ſacro ejusque myſterio liber ſingularis cap. III. p. 9. ſeqq.* Reliquorum ſcriptorum, qui de hoc argumento expoſuerunt, indicem dederunt WOLFIUS in *notis* ad LUNDII *jüdiſche Heiligthümer*, *p. 125.* & FABRICIUS in *bibliograph. antiquar. p. 397.* JO. SPENCERUM, qui more ſuo hujus candelabri originem apud Ægyptios quærit, atque JO. CLERICUM heic ſibi conſentientem habet in *comment. ad Exod. XXV. 31.* confutavit DEYLINGIUS in *obſerv. ſacr. part. II. num. XXXII. §. IX. p. 411. ſeqq.*

(**) Noctu quidem ſeptem candelabri lychnos, interdiu vero tres duntaxat ſanctum illuminaſſe, JOSEPHUS teſtatur *libr. III. antiquit. jud. cap. VIII. p. 161.* edit. HAVERCAMPII. Obſervat equidem RELANDUS in *not. ad h. l. in* Siphra, *antiquiſſimo in Leviticum commentario, & in Talmude tradi, noctu ſeptem lychnos arſiſſe, interdiu unum, e quo videlicet accendebantur circa veſperam reliqui ſex lychni.* in ejusmodi rebus majoris procul dubi deris eſt JOSEPHI, quam doctorum T dicorum auctoritas. Vid. LACKEMAC *obſerv. philol. part. II. num. 3. §. 3. p. 17*

(***) Ut mens veterum Judæorum de arcar delabri ſignificatione melius pateat, pau tamus, eos ſtatuere, templum adur mundum, & ſeptem lampades in cand ſeptem planetas, in quibus Meſſias *ſol* fit DEYLINGIUM *loc. cit. p. 411. ſeq* SCHLICHTERUM *loc. cit. cap. VI. §. 1.*

(*) *Scapum* inprimis, ſive mediam candelal cri lucernam præſtantioris lucis, ſcilicet ſti, umbram atque figuram fuiſſe, ob DEYLINGIUS *loc. cit. p. 412. ſeqq.* Ul de candelabri hujus ſignificatione myſtic runt LUNDIUS, LAMPIUS, LANG RAMBACHIUS, SCHLICHTERUS, a ſcriptores, in præcedentibus notis a nobis gati. Conferri tamen omnino heic m cel. MICHAELIS *Entwurf der typiſchen tegelahrtheit p. 145.* qui ſub lychnucho non *Meſſiam*, ſed *doctrinam puriorem*, ſanctuarium Dei, h. e. eccleſiam illuſtra notari arbitratur.

(**) Sunt & alia novi teſt. loca, in quibus ſtus ſemet ipſum *lucem* vocat, verb. grat *ann. III. 19. XII. 35.* Add. *Joann. I.* ubi ſanctiſſimus Chriſti legatus ſervat noſtrum vocat *lucem illam hominum*, i que *lucem veram*, (adeoque luci umb oppoſitam) *quæ illuminat omnem homi* Prætermittimus oracula prophetarum vet ſtam. in quibus Meſſias ſæpius ſub nomin *cis* exhibetur, idque unicum notamus, nonnulla loca, in quibus non ad lucem ca labri ſacri, ſed ad columnam igneam in d to, quæ longe illuſtrius erat emblema, ſi

eſt, qui Apoc. I. 13. hoc modo deſcribitur, od *ambulet in medio ſeptem candelabrorum reorum*, id eſt, eccleſiarum Aſiaticarum, *te cujus thronum ſunt ſeptem lampades ardes, quae ſunt ſeptem Spiritus Dei.* Apoc. . 5. Nec incommode rami ex baſi hujus adelabri progredientes referuntur ad *apoſtolos* fideles ipſorum ſucceſſores, quos itidem Chris vocat *mundi lucem*, Matth. V. 14. nimin ratione *doctrinae*, quæ eſt vera lux animan; hi rami ex baſi progredientes, id eſt, *niſtri eccleſiae*, unice debent Chriſtum reſpice, vera cœleſtis doctrinæ prædicatione & ſan vitæ exemplo in eccleſia lucere, ac ne lux ini verbi paulatim exſtinguatur, diligenter ere, &c. Vide Gregorium VI. in Ezech. Bernhardum in ſententiis &c.

nſa aurea. 2.) *Menſa* ex lignis Sittim facta & aureis laminis obducta (*), ona aurea in circuitu ornata, vectibus detationis gratia inſtructa, in ſeptentrionali parte tabernaculi poſita; ſupra quam ponebantur varia vaſorum genera (**) ex auro puriſſimo facta, videlicet magnæ & latæ ſcutellæ, cochlearia formam manus concavæ habentia & dimidiatæ fiſtulæ ac cyathi, quorum omnium uſum Rabbini dicunt fuiſſe eum, quod ſuſtentarint panes facierum. Moſes dicit eorum uſum in libaminibus & ſacrificiis fuiſſe. Vide Exod. XXV. 23. & ſeqq. Per hanc menſam denotatur *miniſterium evangelii* (***), per quod regitur eccleſia, in ea ſunt varia vaſa, hoc eſt, credentibus diverſimode dona Spiritus diſtribuuntur: ſedulo autem curent vere pii, ut ſint *vaſa aurea*, 2 Tim. II. 21. *emundata* ab omnibus ſcelerum ſordibus & in domo Dei fulgentia. Rupertus lib. IV. de Trin. & ejus operibus cap. 6. exponit de menſa cœnæ dominicæ. 3.) *Panes propoſitionis*, Hebræis *panes facierum* (****), LXX. vocant ἄρτυς τῦ προσώπυ & ἄρτυς τῆς προθέσεως ex simila tritici

Vaſa ad menſam pertinentia.

luſio. Ipſi quoque ebrææ gentis magiſtri, quando Meſſiam *lucem* adpellabant, itidem ad שכינה ſeu *gloriam domini* ſuper arca habitantis ſubinde alluſerunt. Nec tamen penitus negamus, præter lucem columnæ illius miraculoſæ, alia quoque in ſanctuario vet. teſt. fuiſſe, per quæ, Meſſiam *lucem hominum* fore, præfiguratum ſit.

(*) Deſcribitur hæc menſa *Exod.* XXV. *23. ſeqq.* & XXXVII. *10.* Ejusdem figuram exhibent ADR. RELANDVS in eleganti libello *de ſpoliis templi Hieroſolymitani in arcu Titi triumphali Romæ conſpicuis p. 70.* DEYLINGIVS *obſerv. ſacr. part. II. num. XI. p. 163.* aliique. Reliquos ſcriptores heic conſulendos diligenter recenſuerunt WOLFIVS in *adnotat.* quas LVNDII *jüdiſchen Heiligthümern* ſubjecit, *p. 134.* & FABRICIVS in *bibliograph. antiquar. p. 397.* edit. recentiſs.

(**) Hæc vaſa, *Exod.* XXV. *29.* recenſita, copioſe explicarunt JAC. RHENFERDIVS in *diſſ.* I. *de panibus facierum p. 21. ſeqq.* ADR. RELANDVS *loc. cit. p. 99. ſeqq.* BERNH. LAMY *de tabernaculo libr.* III. *p. 378.* DEYLINGIVS *loc. cit.* §. VI. *p. 160.* aliique.

(***) Conferenda, quæ *de menſa facierum ejusque myſterio* in peculiari tractatu Halæ MDCCXXXVIII. edito diſſeruit CHRISTIAN. LVDOV. SCHLICHTERVS. Negant tamen alii, ſub hacce menſa myſterium aliquod ſublimius latuiſſe. *Der Tiſch war blos um der Schaubrodte willen nöthig, und ſcheinet mir nichts beſonderes zu bedeuten*, ſcribit doctiſs. MICHAELIS *loc. cit. cap. V.* §. *50. p. 147.* cujus ſententiæ & nos ſubſcribimus.

(****) De *panibus facierum* ſingulares diſſertationes ſcripſerunt THEODORVS DASSOVIVS, JAC. RHENFERDIVS, & JO. PALMROOT; cumprimis evolvi heic meretur SCHLICHTERI libellus *de panibus facierum eorumque myſterio*, Halæ MDCCXXXVII. 4. Ut complures alios auctores a FABRICIO & WOLFIO *loc. cit.* adlegatos, haud memoremus.

De ſignificatione myſtica horum panum diverſæ ſunt eruditorum opiniones. JO. SPENCERVS parum, aut nihil arcani hiſce panibus ſubfuiſſe, eosdemque ex gentium, diis pluribus ſervientium, moribus in Ebræorum leges atque inſtituta translatos fuiſſe arbitratur. *Quid enim lex Moſaica panes Deo ſacrari poſtularet, niſi quod ethnici (numinibus ut placerent, quæ ferebant, munera) varias, easque in deliciis habitas placentarum ſpecies, offerre ſolerent. Libr.* III.

tritici puriſſima cocti & coram facie Domini, qui ſuper arcam fœderis habitabat, menſæ impoſiti; ſingulis autem ſabbatis mutabantur, ac recentes in menſa ponebantur ſeni ac ſeni. Panibus imponebatur thus, nec licebat de illis edere, niſi ſolis ſacerdotibus Exod. XXV. 30. Levit. XXIV. 5. & ſeqq. Matth. XII. 4. *Chriſtus* eſt *panis vitae*, Joh. VI. 51. qui per miniſterium duodecim apoſtolorum in cibum animæ credentibus offertur, de eo non comedunt niſi ſoli ſacerdotes ſpirituales, id eſt, omnes vere renati, quos Chriſtus *fecit Patri ſuo reges & ſacerdotes:* Apoc. I. 6. *thus* panibus impoſitum denotat *preces*, quæ cum vera in Chriſtum fide ſemper debent eſſe conjunctæ. Sabbato mutabantur panes propoſitionis, hoc eſt, Chriſtus verbi prædicatione & uſu ſacramentorum in præſentis vitæ curriculo ſeſe nobis communicat, ſed quando in æterna vita *ſabbatum ex ſabbato erit*, Eſai. LXVI. 23. tunc fidei ſuccedet viſio, non amplius *ex parte cognoſcemus*, *ſed a facie ad faciem videbimus*, 1 Cor. XIII. 12.

Altare thymiamatis.

4.) Huc referendum eſt *altare thymiamatis* (*), quod erat directe

III. *de legibus ebræor. ritual. cap.* II. *diſſ.* II. *fol.* 755. edit. Tubing. Verum dudum obſervarunt viri docti, qui contra SPENCERUM calamum ſtrinxerunt, valde incertum eſſe, an ejusmodi ciborum oblationes in antiquiſſimarum gentium cærimoniis locum invenerint? & annon potius gentiles, vel traditione edocti, vel proprio auſu inducti, certa placentarum genera Diis ſuis obtulerint? quin ab omni veri ſpecie abhorrere, Deum in ſanctiſſimis ritibus populo ſuo præſcriptis, moribus gentilium ſe attemperare voluiſſe, cum conſtet, mores iſtos atque inſtituta gentium Deo fuiſſe abominationi. JO. CLERICUS, qui alias SPENCERI premit veſtigia, exiſtimat, Deum juſſiſſe ſibi panes offerri, ut eo quoque ritu agnoſcerent Ebræi, ſe fruges, quibus veſcebantur, Deo debere. Vid. ejus *comment.* ad *Exod.* XXV. 23. *p.* 145. edit. Tubing. PETR. JURIÆUS aliam myſterii, quod ſub panibus facierum latuit, interpretandi iniit rationem in *hiſtoire critique des dogmes & des cultes &c. p.* 243. Exiſtimat nimirum, panes iſtos ſignificaſſe *verbum & gratiam Dei*, quibus enutriti fuerint Iſraelitæ in duodecim tribus diviſi. Alii tamen ipſum CHRISTUM heic ſubintelligere malunt, cui ſententiæ præter GERHARDUM noſtrum, MOMMA, WITSIUS, BURMANNUS, LUNDIUS, DEYLINGIUS aliique ſubſcribunt, eo præcipue innixi fundamento, quod Chriſtus verus αρτος της ζωης adpelletur *Joan.* VI. 35. Obſtare tamen huic ſententiæ videtur, quod in oraculo modo excitato non ad *panes facierum*, ſed ad *Mannam*, typum Chriſti, proxime reſpiciatur, prout ex toto contextu luculenter patet. Unde alii ab hac ſententia diſcedunt, ajuntque, panes iſtos fuiſſe potius imaginem bonorum operum, quæ Deo grata ſint atque accepta. Audiamus hanc in rem doctiſſimum MICHAELIS, qui ſuam de hocce argumento mentem hiſce verbis expreſſit: *die auf dem güldenen Tiſche beſtändig liegende Schaubrodte nebſt dem Wein, der ſich vermuthlich in den Schælgen oder Trinkgefäſſen dieſes Tiſches befand, waren ein Bild der gleichfalls koſtbahren und GOtt wohlgefälligen guten Werke der Glæubigen. Dieſe müſſen mit einer Richtung des Herzens zu GOtt geſchehen, und gleichſam mit Gebet vermiſcht werden; ſo wie die Schaubrodte nicht ohne Weyrauch gebracht werden durften.* Vid. ejusdem libellum ſæpius jam laudatum *von der typiſchen Gottesgelahrtheit p.* 147. Merentur quoque legi curatiusque expendi, quæ de iſtorum panum ſignificatione myſtica diſſeruit ELIAS SAURINUS in *den Betrachtungen über die wichtigſte Begebenheiten des alten und neuen Teſtaments, part.* I. *p.* 760.

(*) Altare hoc לפני ארון העדות *ante arcam fœderis*, in medio ſcilicet ſancti e regione arcæ, quæ in medio ſancti ſanctorum erat, collocatum fuiſſe dicitur *Exod.* XL. 5. A Judæis communiter adpellari ſolet מזבח הפנימי *altare interius*, in contradiſtinctione ad *altare exterius*, quod erat in atrio. In ſanctioribus litteris dicitur מזבח קטרת *altare ſuffitus*, *Exod.* XXXI. itemque מזבח הזהב *altare aureum*, *Num.* IV. 11. quoniam auro erat obductum, nec non מזבח אשר לפני יהוה *altare, quod* (eſt) *coram Jehovah*, *Lev.* XVI. 18. quia, ut modo obſervavimus, e regione arcæ fœderis erat erectum. Conf. *Exod.* XXX. 6. Adpellatur quoque המזבח אשר לדביר 1 *Reg.* VI. 22. non quod *in* ipſo דביר *ſancto ſanctorum*, ſed *ante* illud לפני הפרכת ante velum fuerit, diſtinguens ſanctum a ſancto ſanctorum, uti dicitur *Exod.* XXX. 6. B. LUTHERUS reddidit: *den Altar vor dem Chor;* h. e. *der in gerader Linie gegen das Allerheiligſte, vornen bey dem Eingang in das Heilige ſtund*, prout recte ad h. l. adnotavit b. ZELTNERUS

recte contra arcam, factum ex lignis Sittim, auro puro tectum & corona aurea in circuitu ornatum &c. ſuper quod adolebatur ſuffimentum aromatum (*) ſingulis diebus mane & veſperi. Exod. XXX. 1. & ſeqq. Denotabat hoc itidem Chriſtum, quia nulla eſt grata Deo, niſi Chriſtus Filius, ara, huic imponendum eſt ſpirituale incenſum, hoc eſt, preces noſtræ (**) Chriſti merito niti debent, neque enim aliter placent Deo, quam ſi ex fide proficiſcantur. Pſalm. CXLI. 2. *Sit oratio mea ſicut ſuffimentum in conſpectu tuo, munus manuum mearum ut ſacrificium veſpertinum.* Præter hoc altare thymiamatis aureum quidam adhuc alia tria numerant, utpote *a*) terreum extra tabernaculum Exod. XX. 24. *b*) ligneum portatile ſub dio, Exod. XXVII. 1. *c*) æneum in atrio tabernaculi; Exod. XL. 6. ſed rectius ſtatuitur præter illud altare thymiamatis aureum unicum tantum fuiſſe altare, in quo holocauſta & ſacrificia offerebantur (***), quod modo terreum, modo ligneum, modo æneum adpellatur, ſiquidem ex lignis *Sittim* factum erat concavum, ac æreis laminis in lateribus opertum, poſtea terra ſuperingeſta replebatur. Hujus altaris locus fuit atrium tabernaculi, uſus vero holocauſtorum & ſacrificiorum oblatio.

Altare in atrio poſitum.

§. XX. In atrio igitur ſive tertia parte tabernaculi poſitum erat 1) *altare* illud quadrilaterum, cujus ſtructuram modo expoſuimus, quod per inſertos vectes erat portatile, variis æreis vaſis & receptaculis ad ſacrificia peragenda, ligna componenda & cineres removendos neceſſariis inſtructum, ex cujus quatuor angulis ſurſum egrediebantur totidem cornua, ſive columnulæ προλαβαὶ in cornuum figuram contortæ, ornatus cauſa additæ, quibus victimas alligatas fuiſſe ex Pſalm. CXVIII. 27. colligunt; aſylum eadem ſon-

NERVS. Cæterum de hocce altari ex inſtituto egerunt ſcriptores a WOLFIO in *not. ad* LVNDIVM *p. 146. num.* (1) adlegati, ex quibus eminet JO. AB HAMM in *exercitationibus philologicis ſacris de ara interiore, ejusque myſterio*, Herborn. MDCCXV. 8.

(*) Aromata, quibus ſuffitus iſte conſtabat, quatuor a Moſe memorantur, *Exod. XXX. 34.* quibus ſeptem alia a Judæis adduntur. Vid. JO. BRAUNIUM in *ſelectis ſacris, libr. II. cap. IV. ſeqq. p. 198. ſeqq.* & HAMMIUM *loc. cit. part. II. cap. II.* & *III. p. 46. ſeqq.*

(**) Suffitum *preces* denotare, ſupra jam obſervavit GERHARDUS *p. 31.* Conferantur loca *Apoc. V. 8.* & *VIII. 3.* ſcriptoresque in *nota* textui GERHARDI ſubjecta ſupra adlegati; quibus HAMMIUS *loc. cit. part. III. cap. II. p. 228. ſeqq.* & inprimis cel. MICHAELIS *loc. cit. p. 141. ſeqq.* addi merentur. Equidem ex communi ſcriptorum typicorum ſententia altare ſuffitus aureum in τυπῳ depingit Chriſtum; a qua vero non ſine ratione diſcedit laudatiſſ. MICHAELIS, qui ſuam hac de re mentem hiſce verbis ediſſerit: *Sonſt glaube ich nicht, daß der Altar eine beſondere Perſon bedeutet habe, ſondern er war nur um des Rauchwerks willen da, und erinnerte die unaufhörliche Nothwendigkeit des Gebets in der Kirche. Höchſtens konte ſeine Gleichheit mit dem Brandopferaltar, und daß man nicht ein bloſes Rauchfaß zum Räuchern nahm, bezeichnen, daß ſich alles unſer Gebet auf das für uns gebrachte Opfer beziehen müſſe: eine Wahrheit, die noch deutlicher auf andere Weiſe angezeiget ward. Denn es mußte alles Rauchwerk auf Kohlen geſtreuet werden, auf denen das Brandopfer verbrannt war, 3 Moſ. X. 1. XVI. 12. 4 Moſ. XVII. 11. Alles Gebet der Menſchen, das ſich nicht auf das Opfer Chriſti beziehet, hat kein Recht, ſich zu GOtt zu nahen &c. &c.*

(***) Vocatur illud in oppoſitione altaris *interioris*, de quo modo diſſeruimus, החיצון *exterius*. Erat enim in atrio, non longe ab introitu tabernaculi collocatum. A fine autem, cui præcipue inſervire debebat, adpellatur, מזבח העולה *altare holocauſti*, ſive, ut VITRINGA exponit *obſervat. ſacrar. libr. II. cap. XIII. §. X. p. 444. altare* deſtinatum τῃ ὑψωσει & αναβασει ſacrificiorum, in eo conſumendorum. Uberius de hoc altari commentati ſunt JO. JAC. CRAMERUS & THEODORUS DASSOVIUS in peculiaribus de hoc argumento diſſertationibus. Cumprimis conferri heic meretur JO. PHIL. HEINIUS in *nova delineatione aræ Moſaicæ exterioris*, quæ *collectioni novæ variorum ſcriptorum, faſcic. I. pag. 42.* inſerta eſt.

ſontibus præbuiſſe (*), patet ex 1 Reg. I. 50. cap. II. 28. Tantæ magnitudinis ac tanti ponderis altare de loco in locum transferri non potuiſſet, niſi concavitas ejus terra ingeſta prius fuiſſet liberata, quoties vero tabernaculum itidem figebatur, denuo implebatur terra, ſuper quam cremabantur holocauſta & reliqua ſacrificia. Denotatur per hoc *altare* Chriſtus (**), qui

(*) Non tantum ſex urbes ſingulari Dei juſſu aſylorum accepiſſe immunitatem, ſed altare quoque exterius jus aſyli habuiſſe, colligi poteſt e loco *Exod. XXI. 14.* Legenda, quæ de hocce argumento adnotavit CONRAD. IKENIUS in *diſſertat. de homicida involuntario, exſulante in urbe refugii, uſque ad mortem pontificis M. ſect. I. cap. III. §. 17. p. 53. ſeqq.*

(**) Altare vet. teſtamenti denotaſſe *Chriſtum*, multi ex antiquis cœtus chriſtiani doctoribus, ſpeciatim CHRYSOSTOMUS, CYRILLUS Alexandrinus, THEODORETUS, aliique ſtatuerunt, quorum veſtigia nonnulli ex recentioribus ſunt ſecuti. Confirmatur hæc ſententia ſuffragio apoſtoli *Ebr. XIII. 10.* ubi ait: *habemus altare*, digitum intendens ad *Chriſtum*, prout ex *verſ. 8, 11, 12, 13, 15.* colligi poteſt, & quidem ad Chriſtum, qualis eo tempore erat, per paſſiones nimirum iam *conſummatum*, unde & *commate 10.* addit, quod *ex eo cibum capiendi poteſtatem non habeant, qui tabernaculo ſerviunt.* Reſpicit autem *loc. cit.* cumprimis ad *altare æneum*, de quo nobis heic ſermo eſt, Chriſtumque cum eo ita confert, ut ſimul antitypum typo, immo ipſum Chriſtum *conſummatum* Chriſto *nondum conſummato* opponat. Addimus & hoc, ipſam collationem inter altare vet. teſtam. & Chriſtum, rite inſtitutam nos edocere, altare fuiſſe typum Chriſti. Quem ad modum enim altare ſacrificium olim *ſanctificabat*, *Exod. XXIX. 37.* hocque reſpectu ſacrificio *majus* erat, *Matth. XXIII. 19.* ita Chriſtus, factus nobis juſtitia coram Deo, eſt altare noſtrum, quod munere ipſi impoſito majus eſt, & ſecundum figuram priſtini altaris τὸ δῶρον *ſanctificat.* Hoſtiæ enim noſtræ ſpirituales, quas tanquam ſacerdotes offerimus, *Deo gratæ* ſunt atque acceptæ *per Jeſum Chriſtum, 1 Petr. II. 5.* ſiquidem Chriſtus *ſemel pro nobis paſſus eſt, quo nos ad Deum adduceret, 1 Petr. III. 18.* Nec tantum altaris holocauſtorum, ſed & aurei, de quo ſupra diſſeruimus, veritatem in Chriſto deprehendi, nonnulli veterum obſervarunt. En, quid ajat AMBROSIUS in *cap. V. Apoc. Ipſe* (Chriſtus) *altare aureum eſt, in quo aromata cremantur, cum orationum noſtrarum ſtudia per ipſum Deo offerantur.* Scilicet ſuffimenta ſunt *ſupplicationes ſanctorum*, *Apoc. V. 8.* quas Chriſtus in nomine ſuo conceptas, *Joan. XVI. 24.* & vi meriti ipſius *ſanctificatas*, gratas Deo reddit. Ipſe *patroni* noſtri partes apud patrem ſuſtinet, *1 Joan. II. 1.* qui cauſam noſtram ſtrenue agit, ſuoque nixus merito, preces noſtras ratas eſſe poſtulat. Plura de hoc argumento non addimus, cum inſtituti noſtri brevitas id haud permittat. Evolvat, qui plura hanc in rem legere voluerit, RAMBACHII *Chriſtum in Moſe p. 1160. ſeqq.*

Fuerunt equidem nonnulli inter veteres cœtus chriſtiani doctores, ſtatuentes, altare vet. teſtam. *crucem* ſignificaſſe, in quam ſanctiſſimus ſervator actus eſt. Quam ſententiam ſequiori ævo avide arripuerunt Romanenſes, atque in ea adorationis crucis fundamentum præſidiumque quæſiverunt. Vid. ROB. BELLARMINUM *libr. II. de imaginibus ſanctorum, cap. XXVII. tom. I. controverſ. f. 2160. edit. Ingolſtad.* Nec deſunt ex theologis proteſtantibus, qui licet σταυρολατρείαν toto deteſtentur animo, *crucem* tamen altaris Levitici antitypum, adeoque *altare*, ſuper quo Chriſtus ſe ipſum obtulerit ſacrificium, lignum illud crucis, cui adfixus paſſus & mortuus eſt, fuiſſe arbitrantur; ex quibus heic nominaſſe ſufficiat CHAMIERUM, MORNÆUM, MOLINÆUM, DORSCHÆUM, DANNHAUERUM, BEBELIUM, WITSIUM atque DEYLINGIUM.

Aſt malumus iis noſtrum adjicere calculum, qui negant, *crucem* iſtam ligneam, ex qua pependit generis humani redemtor, ſacrificii ipſius *altare* fuiſſe. Neque enim de *cruce* iſta dici poteſt, eandem in oblatione Chriſti idem præſtitiſſe, quod *altare* ſacrificiis vet. teſtam. olim præſtitit. *Altare* enim, ut ſupra jam obſervavimus, ſacrificium, gratum illud præſtando, *ſanctificabat*, quam quidem *ſanctificandi* vim altare non aliunde, quam a conſecratione per ſanguinem ſacrificii atque unctionem facta habebat, *Exod. XXIX.* cum contra *crux* uſum plane contrarium habuerit, Chriſtumque κατάραν fecerit, vel demonſtraverit. Cenſebatur enim lignum maledictum, & quisquis in illo ſuſpendebatur, exſecratio erat, *Gal. III. 13.* coll. *Deuter. XXI. 23.* Accedit, quod *altare* eam

qui *ſe ipſum obtulit Deo in odorem ſuavitatis* Eph. V. 2. & in cujus nomine preces noſtræ Deo offerendæ ſunt, ut fiant ſacrificium ipſi gratum & acceptum, propter quem ſolum eucharistica noſtra & ſpiritualia ſacrificia Deo probantur; terra ingeſta denotat humanam Chriſti naturam (*), quam hoc fine adſumſit, ut in ea & per eam ſacrificium expiationis Patri ſuo cœleſti offerret. Cornua altaris in quatuor angulis prominentia denotant virtutem ſacrificii a Chriſto in ara crucis oblati per evangelii prædicationem in quatuor mundi angulos deferendam eſſe, Gregorius homil. XXII. in Ezech. 2.)

Labrum æneum. *Labrum aeneum* cum baſi ſua (**), in quo pura aqua repleto ſacerdotes manus & pedes abluebant in ſanctum tabernaculi ingreſſuri, aut in atrio ſacrificaturi. Exod. XXXVIII. 8. Quidam vertunt *concham*. In hebræo eſt הַכִּיּוֹר, a radice כור (***), *excidit*, Græci vertunt λυτῆρα *lavacrum* ratione finis ſive uſus, cum in hebræo nomen habeat a figura caveæ ſeu foſſæ. Dicitur ibidem eſſe factum בְּמַרְאֹת הַצֹּבְאֹת, quod varie reddiderunt interpretes. Onkelos ſic vertit: *ex ſpeculis mulierum, quae veniebant, ut orarent in oſtio tabernaculi.* Idem fere ſentit Kimchi: *Vocantur autem ſpecula illa, ex quibus conflatum lavacrum illud aeneum, ſpecula mulierum, quod hae peculiariter pro capitum ſuorum compoſitione illis uti ſolebant, mulieres vero, quae a ſe ſeculi vanitatem rejecerant & ſoli Deo placere ſtudebant, adportabant hujusmodi ſpecula, & in miniſterium Domini offerebant, & per ſingulos dies certo tempore veniebant ad tabernaculum, Dominum adoraturae.* Hæc ex Rab. Aben Ezra Munſterus, cujus ſententiam probat Schindlerus in Lexico pag.

eam ipſam ob rationem, quod ſacrificium legale ab illo ſanctitatem ſuam habebat, dignius præſtantiusque fuerit ipſo munere, ſive ſacrificio, ſecundum effatum ſervatoris, *Matth.* XXIII. *19.* Quis vero hoc de *cruce* in relatione ad Chriſtum, eiusdemque ſacrificium expiatorium, ſine abſurditatis nota adfirmaverit? Prætermittimus alia, quæ dici hanc in rem poterant, ob inſtituti noſtri brevitatem. Adeat, qui plura de hocce argumento legere voluerit, *diſſertationem theologicam* ab HIERONYMO RIESIO editam, atque ſub præſidio JO. CHRIST. KIRCHMAJERI, theologi quondam Marburgenſis, publice defenſam *de altari ad ſacrificium paſſionis Jeſu Chriſti expiatorium fruſtra quaeſito*, quæ Marburgi MDCCXXIV. lucem adſpexit publicam. Conferenda, quæ CAMPEG. VITRINGA *obſervat. ſacrar. libr.* II. *cap.* XIII. & GEORG. ELIEZER EDZARDI ad tract. talmud. *avoda ſara cap.* II. *p.* 230. de hocce argumento adnotarunt.

(*) *Altare terreum humanitatem Chriſti adumbravit, qui conceptus eſt de Spiritu S. & natus ex Maria virgine: altare hoc non erat de politis lapidibus ſed terra informi, cum in Chriſto nec forma, nec decor ſit inventus*, Eſai. LIII. 2. *non etiam erat de lapidibus exciſis, ſiquidem in Daniele de Chriſto dicitur* Eſai. II. 34. *quod ſit lapis ſine manibus hominum exciſus.* Ambroſius libr. I. de Spiritu S. cap. 9. interpretatur *altare de lignis Sittim* crucem Chriſti, in qua ſe *Deo patri obtulit in odorem fragrantiæ* Eph. V. GERHARDUS.

(**) Labrum æneum in atrio inter altare & ædem ipſam erat collocatum *Exod. XXX. 18.* & quidem verſus meridiem, prout ex comparatione templi patet. Erat illud figuræ rotundæ ſcapoque inſiſtebat æneo. FLAV. JOSEPHUS *libr. III. antiquit. iud. cap. VI.* paucis duntaxat ejusdem facit mentionem. Copioſius vero de eodem differit MOSES MAIMONIDES in *biath hammikdaſch, cap. V. §. 10. ſeqq.* Ex chriſtiani cœtus doctoribus legi cum primis heic merentur HERMANN. GIDEON CLEMENS, in diſſertat. *de labro aeneo a Moſe in tabernaculi atrio collocato*, Trajecti ad Rhenum *MDCCXXV.* *8.* edita, atque ibidem *MDCCXXXII.* recuſa, ANTON CLANT, verbi divini apud Batavos præco, in *ſcriptionum biblicar. diſſertat.* I. *de labro tabernaculi ejusque nido aereo*, Groning. *MDCCXXXIII.* 4. JO. D' OUTREIN in *tabernakel van Moſes, cap. XVI. p. 549 ſeqq.* & ANDR. FROLUND in binis diſſertationibus *de labro aeneo Moſis, marique fuſo Salomonis*, quæ Hafniæ *MDCCXVII.* & *MDCCXXVII.* prodierunt.

(***) Radix hæc eſt obſoleta, atque idem ſignificat, quod כרה *fodit, effodit.* Vid. VITRINGAM *ſacrar. obſervat. libr. II. cap. IX. §. 9. p. 373.* & CLEMENTEM *loc. cit. p. 3.*

pag. 1675. (*) ſed Forſterus reddidit *in viſionibus*, hoc eſt, in conſpectu ſeu e regione mulierum excubantium, quam ſententiam Lutheri verſio adprobat. Significatum autem fuit, renatos ſpirituali munditiei ſtudere debere (**), ut ſpiritualia ipſorum ſacrificia Deo ſint grata. Joh. XIII. 10. *Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet.* 2 Cor. VII. 1. *has igitur promiſſiones habentes mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.*

§. XXI. Suppellex templi a Salomone exſtructi ferme eadem eſt, niſi quod templum illud non ſolum columnis & mari fuſili, ſed etiam ſculpturis & picturis ornatius & auguſtius quam Tabernaculum, qua de re videatur 1 VI. VII. 2 Paral. IV. Tranſitum igitur mus ad *tertiam* legum ceremonialium claſſem, quæ agit de *ſacris locis*, quorum nomine intelligimus *tabernaculum* cum omnibus ſuis bus, cui poſtea ſucceſſit *templum* a Salo exſtructum. *Tabernaculum* (quod XXXIII. 7. vocatur *tabernaculum congregnis*, quia ad verbum audiendum & ſacrifici ferenda populus in illud confluebat) diſtin erat in tres partes. Prima vocabatur *ſan*

Loca ſ

(*) Conferri heic merentur LUNDIUS in *den jüdiſchen Heiligthümern p. 189. ſeqq.* auctoresque, quos in *notis* textui ſubjectis, excitavit JO. CHRISTOPH. WOLFIUS, qui & ipſe communem Judæorum de labro æneo e *ſpeculis mulierum* confecto ſententiam ſuo adprobat calculo; quod & fecit JAC. SAURINUS in *den Betrachtungen über die wichtigſte Begebenheiten des alten und neuen Teſtaments, part. I. p. 747. ſeqq.* Verum, quum in loco *Exod. XXXVIII. 8.* cui ſuperſtructa eſt hæc ſententia, 1.) nulla mulierum injiciatur mentio; nec 2.) illæ ad tabernaculum nondum erectum convenire potuerint; nec 3) ullum fuerit mulierum miniſterium apud oſtium tabernaculi; nec 4) Moſes *loc. cit.* enarraverit oblationes ad fabricam tabernaculi ab Iſraelitis factas, de quibus *Exod. XXV. 20. ſeqq.* jam diſſeruerat; ſed formam duntaxat & ſtructuram vaſorum tabernaculi heic exponat; nec 5) vox מראות ſignificet *ſpecula*, ſed *ſpecies* ſive *imagines*; ac denique 6) vox צובאות commode verti queat per *ornantes*, malumus iis noſtrum præbere adſenſum, qui verba ſcriptoris divini ita reddunt: *& fecit labrum æneum & ſcapum* (alii vertunt *operculum*) *ejus æneum cum figuris ornantibus, quæ ornabant oſtium tentorii conventus*, utpote expreſſæ ad figuras, quibus exornatum erat aulæum, quod vicem januæ in tabernaculo præſtabat, cherubinis quippe aliisque figuris ſplendidum. Ita hunc locum difficilem explicarunt HENR. HULSIUS in *diſſertat. XVI.* ſubjuncta *commentario de prærogativis Iſraelis priſci p. 865.* CLEMENS in *diſſert.* ſupra laudata *p. 32. ſeqq.* LAMPIUS im *Geheimnis des Gnaden-Bundes part. III. p. 1328.* CHRIST. LUDOV. SCHLICHTERUS in *decimis ſacris p. 383.* nec non b. cancellarius PFAFFIUS, in *diſſert. prælim.* operi Spenceriano *de legib. ebræor. ritual.* præmiſſa *pag. 1.* gas vero heic agunt pontificii, qui per צובאות *excubantes* moniales intelligunt, al perſuadere volunt, cellas circa templum fuiſſe exſtructas, in quibus habitaverint & & virgines Deo dicatæ. Confutarunt le hocce commentum CASAUBONUS *ex adverſus Baronium p. 105. ſeqq.* & SPANHE in *dubiis evangel. part.* I. *dub.* XXVIII.

(**) Videtur cumprimis labrum hocce æne crum baptiſmi fontem præfiguraſſe. Qu modum enim ſacerdotes veteris teſta ſolemni ablutionis ritu ad munus ſuum bantur; ita chriſtiani, cum in fœdus D tumque ſacrum recipiuntur, ſalutari fon guntur. Evolvantur, qui hoc copioſius fuerunt BIERMANNUS, D' OUTR LANGIUS, LAMPIUS, RAMBACHI MICHAELIS, cujus verba, utpote bre heic adſcribemus. Ita vero ille in libro jam laudato, hanc in rem diſſerit: *Iſt es* (*wie ich glaube*) *daß die Proſelyten-Taufe gemein hohes Alter hat, und zum wenigſte in der jüdiſchen Kirche geweſen iſt; ſo bin ic abgeneigt, das Waſſer, darin ſich die Prieſ dem Eingang in das Heilige waſchen mußte ein Bild der chriſtlichen Taufe zu halten, lich da Paulus ſich kein Bedenken mach Durchgang der Iſraeliten durch das Meer u ter der regnenden Wolke nach der Abſicht für eine Taufe zum Glauben an Moſen zu e* 1 Cor. X. 3. Huic certe ſententiæ ſubſ malumus, quam cum SPENCERO *lo libr.* III. *diſſert.* III. *cap.* III. *ſect.* II. ad *Ebræos cultus ſui munia lotione toties præſtari voluiſſe, ne ſacra ſua minore cum tis cura & ſpecie, quam gentiles ipſi, ce viderentur.*

nctorum, ſive domus interior, quæ erat intimum tabernaculi penetrale ſive ſacrarium auguſtiſſimum, habens in longitudine ac latitudine cubitos 20. in altitudine 120. quo ſacerdos ſemel in anno ingrediebatur. Altera erat *ſanctum*, ſive domus exterior, quo ſacerdotes ſingulis diebus ingrediebantur; in longitudine complectens cubitos 40. in latitudine 20. in altitudine 120. Tertia *atrium* locus populi, quo conveniebant preces & ſacrificia ſua peracturi. Habuit autem tabernaculum quatuor tegumenta (*): 1.) Cortinas ſericas, quæ intrinſecus illud contegebant, & picturis præſertim cherubinis variegatæ illud ornabant. 2.) Pelles ex caprarum pilis. 3.) Pelles arietum rubricatas. 4.) Saga cilicina ex pellibus taxorum imbrem non transmittentia, ut non ſolum interius affabre ornatum, ſed & exterius contra tempeſtatum injurias munitum eſſet. Denotatur autem eccleſiæ protectio, ejusdemque ſplendor, & membrorum συνάφεια, &c. Tres iſtæ tabernaculi partes ſingulæ invicem diſterminabantur quodam velo ex hyacintho & purpura, cocco bis tincto & byſſo retorta facta, latera ejuſdem aſſeribus cedrinis compaginata erant, quorum omnium deſcriptionem vide Exod. XXVI & XXVII. (**) Per *vela* autem ſignificabatur obſcuritas ceremoniarum vet. teſtam. diſcrimen item Judæorum ac gentilium &c. (***) Ad eandem fere formam exſtructum etiam fuit *templum Salomonis*, itidem in tres partes diviſum, videlicet in *ſanctum ſanctorum* ſive oraculum, in *atrium ſacerdotum*, ſive interius atrium, & in *atrium populi* (****), quod etiam porticus & baſilica dicitur, & templi nomine in nov. teſtam. ſæpius intel-

Templum Salomonis.

(*) De tegminibus tabernaculi JO. HENR. HOTTINGERUS, profeſſor quondam Marburgenſis, peculiarem edidit diſſertationem, quæ ann. *MDCIV.* prodiit. Conferri quoque heic meretur BERNH. LAMY *de tabernaculo Moſaico libr. III. ſect. V. p. 355.* Ut eos, qui generatim ſacras veterum Ebræorum antiquitates expoſuerunt, RELANDUM, LUNDIUM, ICKENIUM, alioſque taceamus.

(**) Auguſtinus libr. XV. de civ. Dei cap. 20. *Quoniam lex denario numero prædicatur, profecto numerus undenarius, quoniam transgreditur denarium, transgreſſionem legis, ac per hoc peccatum ſignificat. Hinc eſt, quod in tabernaculo teſtimonii, quod erat in itinere populi Dei, velut templum deambulatorium, undecim vela cilicina veluti præcepta ſunt. In cilicio quippe recordatio eſt peccatorum propter hædos ad ſiniſtram futuros, quia confidentes in cilicio proſternimur tanquam dicentes, quod in pſalmo ſcriptum eſt: Peccatum meum ante me eſt ſemper.* Moſes accepit tentorium & extendit illud extra caſtra, procul a caſtris, adpellavitque illud Exod. XXXIII. 7. אֹהֶל מוֹעֵד *tabernaculum congregationis.* Targum מַשְׁכַּן בֵּית־אוּלְפָנָא *tabernaculum domus doctrinæ.* LXX. σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου *tabernaculum teſtimonii*, & ita citat Stephanus Act. VII. ut ſit מוֹעֵד idem, quod עֵדוּת *teſtimonium*, radicibus עוּד & יעד quoad ſignificationem permutatis, ſicut dicitur Num. IX. 14. לְאֹהֶל הָעֵדוּת: *ad tentorium teſtimonii*, quod ibi eſſet arca, quæ אֲרוֹן עֵדוּת *arca teſtimonii* vocabatur ob עֵדוּת *teſtimonium*, id eſt, legem, cujus tabulæ in ea erant repoſitæ. GERHARDUS.

(***) Quid vela tabernaculi ſignificaverint, disquirit LAMPIUS in libro ſæpius adlegato, cui index: *Geheimnis des Gnadenbundes, part. III. p. 1283. ſeqq.*

(****) *Tertia* illa templi pars vocabatur *atrium Judæorum*, baſilica & ſanctum ſeculare, nec non porticus Salomonis, per 14. gradus aſcendentes ſuſcipiens. Ante hoc atrium cancello ſeptum poſita erat tabula literis græcis & latinis hanc legem inciſam continens: *Omnis alienigena tranſiens in locum ſanctum morietur.* Erat in eo altare holocauſti æneum, in quo perpetuus ignis alebatur: Exod. XXXVIII. 1. Lev. VI. 12. 2 Paral. IV 1. duæ columnæ æneæ mira pulcritudine, quarum utraque alta erat cubitos octodecim, & dicebantur *Jachim* & *Boas*: 1 Reg. VII. 15. 2 Paral. III. 17. concha ænea, vas magnæ capacitatis aqua plenum: 1 Reg. VII. 38. 2 Paral. IV. 6. mare æneum, labium ſeu labrum dictum, duodecim bobus ſuſtentatum: 1 Reg. VII. 23. 2 Paral. IV. 2. Exod. XXX. 17. porta nova, Jer. XXVI. 10. XXXVI. 10. exediæ, quæ erant domus laterales, in quibus ſacerdotes, ſanctuarium ingreſſuri

intelligitur. Statuitur autem inter tabernaculum & templum hæc differentia, quod tabernaculum erat portatile, ſed templum in uno loco fixum. Denotat autem tum tabernaculum tum templum Chriſtum ipſum (*), cui placuit adſumta carne inter nos σκηνῶσαι, Joh. I. 14. qui corpus ſuum vocat *templum*, Joh. II. 19. quippe *in quo tota plenitudo deitatis habitat corporaliter*, Col. II. 9. *Quemadmodum gloria Domini tabernaculum & templum olim implebat*, Exod. XL. 34. 1 Reg. VIII. 10. Secundario & minus principaliter per tabernaculum & templum Hieroſolymitanum denotatur eccleſia militans & triumphans, Gal. IV. 25. cui præſentia gratiæ & gloriæ Deus adeſt. Quemadmodum enim tabernaculum erat portatile, ita eccleſia in hoc mundo eſt ambulatoria. Templum Salomonis erat fixum, ita quoque triumphans eccleſia erit immutabilis. In erectione templi nec malleus nec ſecuris audiebatur: ſic per verbum & crucem in hac vita præparantur renati, tanquam vivi lapides in cœleſtem Hieroſolymam inferendi. Unum tantum erat tabernaculum, templum unum: ſic una eſt in his terris vera eccleſia, in qua ſola grati Deo cultus præſtari poſſunt. In tabernaculo dabantur reſponſa divina; ita in eccleſia per verbum Deus nobiſcum loquitur.

Tempora ſacra.

§. XXII. Ad *tempora ſacra* pertinent feſtivitates ac ſolemnitates, quarum erant in populo Judaico complures (**), quæ in memoriam alicujus beneficii vel præteriti commemorati, vel futuri

ſuri profana veſtimenta exuebant, & ſanctificatis ſe ornabant, ibidemque ſacris peractis reponebant, & in his hoſtiarum pacificarum partes comedebantur: Jer. XXVI. 2 & 4. 1 Paral. XXIV. 28. porticus Salomonis: 1 Reg. VI. 3. Joh. X. 23. *Quarta* pars erat *atrium gentium*, quod & *veſtibulum exterius* adpellabatur, ad quod etiam non niſi per gradus adſcendebatur, dio expoſitum & quatuor portis munitum, & circum quaque porticibus concluſum, latum in circuitu ſtadia quatuor, hoc & gentes & Judæi immundi poterant ingredi. In hac parte poſitum erat gazophylacium, *carbona'* dictum: Marc. VII. 11. *horologium Achaz*: Eſa. XXXVIII. 8. 2 Reg. IV. 11. Portæ fuerunt ſecundum quatuor mundi plagas, aquilonaris, auſtralis, orientalis, occidentalis, 2 Paral. XXVI. 17. turres buccinatorum: Num. XIII. 1. thronus Salomonis, 2 Paral. IX. 17. 1 Reg. X. 18. GERHARDUS.

(*) Tabernaculum Chriſtum ipſum & quidem humanam ejus naturam, quatenus tota divinitatis plenitudo in ea habitavit, ſignificaſſe, copioſius oſtendit D' OUTREIN in *Gods Tabernakel ouder de Menſchen* §. 56-90. Add. LAMPIUM *loc. cit. p. 1258. ſeqq.* itemque in *comment. in evangelium Joannis, tom. I. p. 361. ſeqq. not.* (*d*). & RAMBACHIUM in libro: *Chriſtus in Moſe part. I. p. 655.* Quod ſi vero tabernaculum fuit ſymbolum humanæ Chriſti naturæ; idem quoque de templo, quod loco tabernaculi erectum eſt, easdemque, quas tabernaculum, partes habuit, atque in magnitudine tantum atque ornamentis quibusdam externis a tabernaculo fuit diverſum, pronunciari debet. Conſtat quoque, ipſa fidelium corpora templa eſſe Spiritus S. *1 Cor. VI. 19. Rom. VIII. 11.* Multo itaque magis illius corpus templo Dei erat ſimile, qui omnibus ſuis actionibus abunde demonſtravit, Deum in illo eſſe & habitare. Eximia hanc in rem ſunt verba AMBROSII in *Pſalm. XLVII.* ac digna, quæ heic adponantur. *Vere*, inquit ille, *templum Dei corpus eſt Chriſti, in quo noſtrorum eſt purificatio peccatorum. Vere templum Dei caro illa, in qua nullum peccati potuit eſſe contagium, ſed ipſa pro delicto mundi totius fuit ſacrificium. Vere templum Dei caro illa, in qua Dei imago fulgebat & corporaliter divinitas habitabat.* Plura veterum patrum loca, quæ huc ſpectant, exhibet SUICERUS in *theſauro eccleſiaſt. tom. II.* voce ναὸς, *p. 386. ſeqq.* Diſceſſit tamen a communi hac veterum ac recentiorum ſententia EMON LUCIUS VRIEMOET, qui in *obſervationibus miſcell.* quarum liber primus Leovardiæ MDCCXL. 4. prodiit, inter alia oſtendere adniſus eſt, typum perſonæ Chriſti in tabernaculo & templo non obſervari, neque hunc typum ex locis *Zach. VI. 12, 13. & Ioan. II. 19.* comprobari poſſe.

(**) Ingens eorum eſt numerus, qui de diebus feſtis Ebræorum ſcripſere, excitati partim a FABRICIO in *bibliograph. antiquar. cap. X. §. 1. p. 424. ſqq* partim a WOLFIO in *notis*, LUNDII *jüdiſchen Heiligthümern* ſubiectis, *p. 1057. ſeqq.* Principem vero inter iſtos ſcriptores locum jure meritoque ſibi vindicat JO. MEYERUS,

futuri præfigurati, inſtitutæ erant omnes, utpote hebdomaticæ, menſtruæ & anniverſariæ, Thomas 1. 2. quæſt. 100. artic. 5. (*) De ſabbato dictum eſt in tractat. de lege morali. In *neomeniis* (**) gratias agebant pro beneficiis exacto menſe ſibi præſtitis (***).

Feſtum paſchatos.

Paſchatis feſtum (*) quotannis celebrabatur die 14. menſis primi

RUS, profeſſor quondam Harderovicenſis, isque doctiſſimus, qui ann. *MDCXCIII.* librum *de origine & cauſis feſtorum ſolemniumque dierum, quos olim Judæi agitare conſueverunt* &c. Amſtelod. luci publicæ expoſuit, eundemque multis acceſſionibus adauctum ann. *MDCCXXIV.* recudi curavit, hac inſcriptione inſignitum: *tractatus de temporibus & feſtis diebus Ebræorum, cum animadverſionibus in Jo. Spenceri libros de legibus Ebræorum ritualibus*, Amſtelod. 8. Refellitur nimirum in hocce libro SPENCERI, feſtorum judaicorum originem a gentilium ritibus more ſuo arceſſentis, ſententia, quam & b. BUDDEUS in *hiſt. eccleſ. vet. teſtam. tom. I. p. 714. ſeqq.* itemque NATALIS ALEXANDER, in *hiſt. eccleſ. vet. teſt. tom. I. fol. 454. ſeqq.* aliique confutarunt. Adoptavit tamen SPENCERI de origine feſtorum ſententiam SAM. STRYCKIUS.

(*) Quæ ſingulis menſibus feſta a Judæis celebrentur commemorat Gualtperius in notis ad cap. VII. Joh. pag. 264. & Cramerus in principio hortuli animæ. GERHARDUS.

(**) Neomenias antiquiſſimis iam temporibus ab ethnicis fuiſſe celebratas, HESIODUS nos condocet, cujus hicce verſus eſt:

Πρωτον ενη, τετρας τε, και εβδομη, ιερον ημαρ,
Primum novilunium, quartaque & ſeptima, ſacra dies.

Ημερ. v. 6. Idem confirmat HERODOTUS, qui in *vita Homeri cap. XXXIII.* inter alia refert, Homerum in neomeniis, utpote diebus lætis & feſtis, ad ditiorum domos ſe contuliſſe, ut eorum munificentiam experiretur. Plura, quæ huc ſpectant, teſtimonia congeſſit SPENCERUS, qui *libr. III. de legib. ritual. Ebræorum*, totam diſſertationem quartam inſumſit, ut oſtenderet, ethnicos antiquiſſimos neomenias celebraſſe, idque, (ut conjicit vir eruditus) in lunæ honorem factum eſſe, adeoque ab idololatris horum ſacrorum originem eſſe repetendam. Sed ſub examen vocarunt hancce ſententiam JO. MEYERUS *loc. cit. cap. II.* NATALIS ALEXANDER, *loc. cit. tom. I. p. 456.* JO. d'OUTREIN *de clangore evangelii, diſſ. XII. p. 271.* BERNH. SEBAST. CREMERUS in *antiquitatibus Moſaico-typicis, tom. II. p. 409.* aliique. Ipſe JO. CLERICUS, qui alias veſtigia Spenceri haud raro ſequitur, heic tamen ab eodem diſcedit, inque eam ingreditur ſententiam, neomeniarum obſervationem eſſe forte ipſa idololatria antiquiorem, fierique potuiſſe, ut Noachi filii neomeniæ diem ſolemnioribus ſacris obeundis eligerent. Rationem hujus conjecturæ exinde petit vir doctus, quia antiquiſſima ſit ea temporis diviſio, quæ fit per lunæ periodos; quas homines in ſerenis orientis regionibus facile obſervaverint ex lunæ φασει, ut proinde apud eos adhuc rudes nihil facilius olim fuerit atque commodius, quam neomeniæ diem præſtituere. Hinc forte factum eſſe, ut apud multas gentes, temporibus, locis & opinionibus remotas, ab antiquiſſimo ævo neomeniæ feſtæ fuerint, nec Judæos juſſos eſſe a Deo obſervare neomenias, quaſi primo ab eo inſtituerentur; ſed tantum ritus celebrationis neomeniarum, obſervari jam ſolitarum, a Deo lege fuiſſe ſancitos. Nuſquam dicere legiſlatorem, *memor eſto neomeniarum, ut eas obſerves*; ſed de iis ita loqui, quaſi jam inſtitutis, nec quidquam Ebræos jubere, niſi certa ſacra eo die facere. *Num. X. 10.* Vid ejus *commentar.* ad *Num. XXVIII. 11.* Ad eandem ſententiam propius accedit JO. MEYERUS in *tractatu* ſupra laudato *de temporibus & feſtis Ebræor. p. 241.* ſtatuitque, ipſos jam patriarchas neomenias celebraſſe. Nec improbabilis nobis videtur hæc virorum doctiſſimorum conjectura, licet rationibus omni exceptione majoribus comprobari nequeat, prout recte monuit CREMERUS *loc. cit. tom. II. p. 412. not. (1).*

(***) Proinde neomeniarum apud Ebræos celebratio a profana gentium ſuperſtitione quam longiſſime fuit remota, atque ad animos vera pietate imbuendos comparata. Edocebat Ebræos, ad altiora mentem eſſe erigendam, Deumque ut lucis omnis, ita & temporis auctorem, laudibus ac gratiarum actionibus celebrandum, cunctaque noſtra negotia in ipſius invocatione ſuſcipienda eſſe. Copioſius hæc expoſuit MEYERUS *loc. cit. p. 253.* Quod vero ad rationem hujus feſti typicam attinet, præter MEYERUM, quem modo laudavimus, evolvi heic merentur CREMERUS & JO. d'OUTREIN *locis excitatis*, itemque FRID. ADOLPH. LAMPIUS *im Gnadenbunde part. III. p. 1413. ſeqq.*

(*) Auctores, qui de ritibus judaicis feſti paſchatos data opera ſcripſerunt, magno numero adlega-

mi in memoriam beneficii illius, quod Dominus per Ægyptum tranſiens & Ægyptiorum primogenita interimens Iſraëlitis pepercerit, eosdemque ex ſervitute Ægypti liberaverit, ac in typum ſpiritualis illius liberationis, quam habemus per Chriſtum ex captivitate & reg næ. Deut. XVI. 16. vocatur *ſolennita mentatorum* (*), quia toto paſchalis fe tempore azymis veſcebantur. *Pentecoſtes* feſtum (**) quinquageſimo Pe

legarunt FABRICIUS in *bibliograph. antiquar. cap. X. §. VI. p. 430. ſeqq.* & WOLFIUS in *adnotat.* LUNDII *jüdiſchen Heiligthümern* ſubjectis, *p. 1095. num.* (1). Quibus tamen addi merentur SAM. BOCHARTUS *hierozoic. libr. I. part. II. cap. I.* HERM. WITSIUS *de œcon. fœder. Dei cum hominib. libr. IV. cap. IX. p. 708. ſeqq.* BUDDEUS in *hiſt. eccleſ. vet. teſtam. tom. I. p. 560. ſeqq.* & ELIAS SAURINUS in *den Betrachtungen über die wichtigſten Begebenheiten des alten und neuen Teſtaments, part. I. p. 646. ſeqq.* Errorem SPENCERI de paſchate, quod totum ritibus ſuperſtitioſis Zabiorum Aegyptiorumque oppoſitum fuiſſe miris conjecturis conjicit, confutarunt MEYERUS *loc. cit. cap. VII.* CLERICUS ad *Exod. XII.* SNABELIUS diſſert. *de agno paſchali* §. *V.* in *amœnitatibus theologiæ emblematicæ & typicæ p. 211.* & BUDDEUS *loc. cit. p. 561. ſeqq.* GROTIUM & SAURINUM, qui in eandem fere cum SPENCERO deſcenderunt ſententiam, reprehendunt SNABELIUS *loc. cit.* & RAMBACHIUS, in *notis* SAURINI libro ſubjectis, *part. I. p. 657.* Conferenda tamen, quæ hanc in rem diſſerit PETR. ZORNIUS in *bibliotb. antiquaria & exegetica p. 926. ſeqq.* De agno paſchali, egregio Chriſti crucifixi typo, peculiarem exercitationem ſcripſit SALOMON DEYLINGIUS, quæ ejuſdem obſervationibus *miſcellaneis p. 838. ſeqq.* inſerta eſt. Jungi tamen meretur JO. DAVID. MICHAELIS in *dem Entwurf der typiſchen Gottesgelahrtheit* §. *54. p. 122. ſeqq.* Multa de hocce argumento dici heic poſſent, niſi ad alium locum hæc pertineret tractatio.

(*) Feſtum *infermentatorum* diverſum quidem erat a *paſchatos* feſto, cum eodem tamen ratione temporis conjunctum. Scilicet paſcha, ſecundum præſcriptum legis divinæ, circa veſperam decimi quarti diei menſis Niſan erat celebrandum. Licet vero cum agno paſchali panes infermentati in hocce feſto comederentur, ipſum tamen feſtum azymorum ſubſequenti demum die, nimirum decimo quinto ejuſdem menſis, cepit initium, duravitque per ſeptem dies ſequentes, qui alias quoque dies aut *feſtum azymorum* חג המצות ab Ebræis vocantur, quamvis hæc adpellatio interdum in latiori ſignificatu accipiatur, ita ut diem decimum quartum ſimul includat, quem ad modum & *paſchatos* illis quoque diebus, qui alias *dies azymorum*, haud raro tribui ſolet. duntaxat & ſeptimo hujus feſti die cc ſancta itemque quies ab omnibus ope vilibus locum habebat, *Exod. XII Lev. XXIII. 6. ſeqq. Deuter. XVI. 3.* tur iſti dies ימים טובים *dies boni*, & ſervationem eorum ſpectes, a ſabbath differebant. Aliter ſe res habebat cum diebus, qui adpellabantur מועד קטן *ſolennitas.* Licet enim inter eos & reli ordinarios aliquod interceſſerit diſcrim arcta tamen ab omnibus operibus al in iis haud requirebatur. Cæterum feſtum azymorum Iſraëlitis ſummam ſuorum ex Ægypto egredientium feſtin in memoriam debuit revocare. Ac vero aliæ quoque cauſſæ eæque ſubl a gentium apoſtolo 1 Cor. V. 7. brev catæ. Quem locum egregie illuſtr ANDR. DANZIUS in programm. *de Judæorum abrogato, & in ejus locum feſto reſurrectionis domini*, quod in J. C SCHENII *novo teſtamento ex Talmude* fuit recuſum, *pag. 897. ſeqq.*

(**) Dicebatur alterum hoc poſt paſcha lingua Græca *pentecoſtes*, quod, ut ſu tavit GERHARDUS, quinquageſimo ſcha die, debuit celebrari. Ebræi illu larunt חג השבעות *feſtum hebdomad* ſeptem hebdomades, a die oblationis paſchalis usque ad hocce feſtum, era randæ. Vid. *Lev. XXIII. 15.* Ex qu ratio celebrandi hocce feſtum intelligit *Deuter. XVI. 9, 10.* Præcipua cærimon latione duorum panum, ex novo tritici illius anni, & quidem ferment ſiſtebat. *Lev. XXIII. 17.* Quod ad ca tionemque hujus feſti attinet, ſupra vit GERHARDUS, illud inſtitutum memoriam legis a Deo ſolemniter pro Nec improbandam eſſe hancce ſenten ex eo intelligitur, quia tempus huju ſpondet tempori legis a Deo datæ, qu quageſimo poſt primum paſcha in Æ lebratum die factum fuiſſe conſtat. vero & alia ratio, a GERHARDO no

o a paſchate die celebrabant, primitias & ſacrificia Deo offerentes, in memoriam beneficii ius, quod Deus legem ſuam populo Iſraëlitico ſolemniter promulgaverit, & in typum propagationis evangelii in totum orbem, ad quam ſpiritu ſancto deſuper effuſo apoſtoli in prima nov. teſtam. pentecoſte (*) erant inſtruendi. Deut. XVI. 16. vocatur *ſolemnitas hebdomadum*, quia a feſto oblationis primitiarum ſeptem hebdomadæ integræ numerandæ erant uſque ad pentecoſtes feſtum. *Propitiationis.* *Feſtum propitiationis* (**) ſive expia-

commemorata, cur hocce feſtum apud Judæos divinitus fuerit inſtitutum. Scilicet de ſegete terræ recenti jam adulta & ad demetendum matura Deo primitiæ erant offerendæ, eidemque, unico fertilitatis conceſſæ auctori, pro frugibus terræ datis gratiæ agendæ. Atque hanc poſteriorem rationem ex ebrææ gentis doctoribus ita urget ISAAC ABARBANEL ad *Levit. XXIII. 15.* ut priorem penitus rejiciat. Nec abludit ab hac ſententia SPENCERUS, qui pentecoſtes feſtum *ευχαριστιας* pro reconditis in horrea frugibus apud Ebræos fuiſſe cenſet, ejusdemque, uti & reliquorum feſtorum originem a gentilium inſtitutis derivare annititur; de *legib. ebræor. ritual. libr. III. cap. VIII. p. 712.* edit. Tubing. refutatus eapropter a JO. MEYERO *de temporibus & diebus feſtis ebræor. cap. XIII. p. 289.* & BERNH. SEBAST. CREMERO in *antiquitat. Moſaico-typicis, tom. II. p. 481. ſeqq.*

(*) Quem ad modum feſtum pentecoſtes olim in vet. teſtam. in memoriam legis a Deo promulgatæ erat celebrandum; ita pentecoſtes novi teſtam. in memoriam promulgati evangelii celebratur a chriſtianis. Lectu digna ſunt, quæ hanc in rem ſcripſit JO. ANDR. DANZIUS in programmate *de promulgatione evangelii haud obſcuriore legali*, itemque in variis programmatibus *de feſto judaico ſeptimanarum abrogato & ſurrogato in ejus locum feſto pentecoſtali chriſtianorum*, inſertis MEUSCHENII *novo teſtamento ex Talmude illuſtrato, p. 737-787.* Jungi poſſunt JO. BIERMANNUS in *Moſe & Chriſto libr. IV. cap. III. p. 656. ſeqq.* JOACH. LANGIUS in *myſterio Chriſti & chriſtianiſmi p. 357.* CREMERUS *loc. cit. p. 483. ſeqq.* LAMPIUS im *Gnadenbunde part. III. p. 1439. ſeqq.* & vel maxime JO. DAV. MICHAELIS in *dem Entwurf der typiſchen Gottesgelahrtheit* §. 56. cujus verba bona cum lectoris venia heic adponemus. Ita vero ille: *Das Pfingſtfeſt der Juden war theils eine Feier zum Andenken des gegebenen Geſezes, theils das Feſt der Erſtlinge. In jener Abſicht war es das Feſt der Einſezung des alten Bundes, und der Einſezung des neuen Bundes gleichſam entgegen geſezt. --- Beide haben ihre Aehnlichkeiten, aber auch ihre Verſchiedenheit. So ſchreklich die Einweihung des alten Bundes war, die unter Donner und Bliz und Wolkenbrüchen geſchahe; ſo unfürchterlich war der erſte Pfingſttag des neuen Bundes, und ſo ſehr richtet er ſich nach der ſanften Art des Geſezes, welches der Geiſt GOttes von nun an in die Herzen der Menſchen ſchreiben ſolte, Hebr. XII. 14-24. In ſo fern aber am Pfingſtfeſt die Erſtlinge gebracht wurden, ſo konte es ein Bild der Bekehrung der Heiden und Juden ſeyn, die mit der Einweihung des neuen Bundes und der Ausgieſſung des heiligen Geiſtes verknüpft war. Es iſt zum wenigſten in der Bibel nichts ungewöhnliches, diejenigen mit den Erſtlingen zu vergleichen, die aus einem Volke ſich zuerſt zu GOtt und Chriſto bekehren. Röm. XVI. 5. Offenb. XIV. 4. &c.*

(**) Dicitur Ebræis יום הכפורים *dies expiationum*, quod non pro peccato quodam ſingulari, ſed pro peccatis totius anni fieret expiatio. A doctoribus talmudicis *κατ᾽ ἐξοχην* יומא *dies* adpellatur. Ex præſcripto Moſis *Lev. XVI. 3. ſeqq.* XXIII. 27. *Num.* XXIX. 7. celebrandus erat hicce dies non tantum variis ſacrificiorum generibus, & ceſſatione ab omni opere, ſed & jejunio, unde & nomen צומא רבא *jejunii magni* aut *νηςειας Act. XXVII. 9.* eidem dari ſolet. Quamvis vero ſumma hujus diei apud Ebræos olim fuerit ſanctitas, minus tamen adcurate diebus feſtis accenſetur, quoniam non in lætitia, ut in feſtis fieri ſolebat, ſed potius in luctu atque dolore, jejunioque erat tranſigendus. Scriptores de hocce argumento conſulendi recenſentur a FABRICIO in *bibliograph. antiquar. p. 436. ſeqq.* atque WOLFIO in *annotat.* ad LUNDII *jüdiſchen Heiligthümern, p. 1161. num. (1)* & *p. 1165. num. (1).* Sufficiat ex iis heic adlegaſſe ANDR. ADAMUM HOCHSTETTERUM, theologum quondam Tubingenſem, cujus peculiaris exſtat tract. *de feſto expiationis MDCCVII.* 4. JO. HENRICUM HOTTINGERUM in exerc. variis *de miniſterio diei expiationis*, Marpurg. *MDCCIV.* JO. MEYERUM *de temporib. ſacr. & feſtis diebus Ebræor. part. II. cap. XV. p. 309. ſeqq.* JO. ANDR. DANZIUM *de functione pontificis M.* in

expiationis die decimo menſis ſeptimi celebrandum erat, in quo jejuniis ſeſe affligebant, qua pædagogia externa ad veram peccatorum agnitionem ac ſeriam contritionem invitabantur, offerebant etiam holocauſta, quibus Deum ſibi redderent propitium. Significabat hoc feſtum paſſionem & mortem Filii Dei (*), quæ fuit gratiſſimum illud *ἱλαςικὸν*, quo Deo ſumus reconciliati. Paraſceve hujus feſti propitiationis erat feſtum *tubarum* (**), prima die menſis ſeptimi celebrandum; in eo audiebatur clangor tubarum, ut ad inſtantem propitiationis feſtivitatem animi *Iſraelitarum* excitarentur. Præfiguratum fuit hoc feſto miniſterium Johannis baptiſtæ (***), *qui viam Domino praeparavit*, Luc. I. 76. & prædicatione pœnitentiæ *vocem ſuam quaſi tubam exaltavit*, Eſai. LVIII. 1. Quemadmodum autem feſtum tubarum paraſceve fuit ad feſtum propitiationis, ita immediate ei adnexum fuit feſtum *tabernaculorum* (****), ſive *ſcenopegiorum*

Tubarum.

Tabernaculorum.

in adyto anniverſaria, quæ in MEUSCHENII *novo teſtam. ex Talmude illuſtrato p. 912. ſeqq.* fuit recuſa; & SALOM. DEYLINGIUM *obſervat. ſacrar. part. II. p. 175. ſeqq.*

(*) Uberius hoc oſtenderunt ex eccleſiæ reformatæ theologis JAC. RHENFERDIUS in *comparatione expiationis anniverſariæ pontificis maximi in vet. teſtam. cum unica atque æterna expiatione Jeſu Chriſti*, quæ MEUSCHENII *novo teſtam. ex Talmude illuſtrato p. 1013. ſeqq.* inſerta eſt, & BERNH. SEBAST. CREMERUS in *tetrade exercitationum typico-propheticarum p. 79-257.* atque in *antiquitatibus Moſaico-typicis p. 507-527.* Ex noſtris vero DANZIUS ac HOCHSTETTERUS *locis citatis*, & vel maxime BERNH. WILH. MARPERGERUS im *groſſen Sühn- und Schuldopfer des groſſen Verſöhntages, als einem deutlichen Vorbilde des Leidens, Sterbens und Auferſtehung Chriſti, aus heil. Schrift und denen jüdiſchen Alterthümern*, Norimb. *MDCCXXXIII.* 8. Addi meretur J. D. MICHAELIS *loc. cit.* §. 58. Ut LUNDIUM LANGIUM, LAMPIUM, MEYERUM BIERMANNUM, aliosque ſæpius jam excitatos, haud memoremus.

(**) Ebræis dicebatur יום תרועה *dies clangoris*, *Lev. XXIII. 24. Num. XXIX. 1.* a ſingulari buccinæ clangore. Clangebatur eo die in templo a mane ad veſperam *buccina* שופר, ſive *cornu arietino incurvo*. Conf. *Pſalm. LXXXI. 4.* Hujus rei uti variæ alias adlegari ſolent rationes, ita hæc procul dubio veriſſima ac plane præcipua eſt, quod triſtior hic buccinæ ſonus hominum animis ad reſipiſcentiam excitandis atque ad inſtantem expiationis diem præparandis eſſet deſtinatus. Dicebatur quoque hicce dies ראש השנה *initium anni*, quoniam in primum menſis Tiſri diem incidebat, novoque anno civili præbebat initium. Peculiaris exſtat tractatus talmudicus, qui inſcribitur ראש השנה, atque tomo II. *miſchnæ Surenhuſianæ p. 300. ſeqq.* inſertus eſt. Legenda quoque, quæ hanc in rem ſcripſit MOSES MAIMONIDES in *jad chaſaka libr. III. tract. VI.* Ex doctoribus vero chriſtianis conſuli heic merentur JO. MEYERUS *loc. cit. p. 300. ſeqq.* MELCH. LEYDECKERUS *libr. IX. de republ. ebræor. cap. II.* & BERNH. LAMY *de templo p. 341. ſeqq.*

(***) Cauſſas hujus feſti ſubliimiores expoſuerunt LUNDIUS, MOMMA, MEYERUS, CREMERUS, d' OUTREIN, LAMPIUS, alii, licet diverſa plane id fecerint ratione. Cumprimis legi heic meretur DANIEL GERDESIUS in diſſertat. *de feſto clangoris ejusque myſterio*, Duisburg. *MDCCXXX.* atque *in exercitationibus academicis*, Amſtelod. *MDCCXXXVIII.* editis, *pag. 235. ſeqq.*

(****) De ritu feriandi ſolemnia feſti tabernaculorum copioſe agitur in tractatu miſchnico *ſucca*, qui latine converſus *Miſchnæ Surenhuſianæ part. II. p. 259. ſeqq.* inſertus eſt. Novam hujus tractatus verſionem adornavit, notisque ampliſſimis eundem illuſtravit FRID. BERNH. DACHS, qui & JO. JAC. CRAMERI, theologi quondam Herbornenſis, adnotationes antea ineditas adjecit. Prodiit hicce liber Ultrajecti *MDCCXXVI.* in 4. Addi ex Judæis meretur MAIMONIDES in *jad chaſaka libr. III. tract. VI.* Jungendi ex chriſtiani cœtus doctoribus MEYERUS *loc. cit. p. 317. ſeqq.* CHERUBINUS a S. JOSEPHO *tom. II. adparatus critici p. 290.* LEYDEKKERUS *loc. cit. libr. IX. cap. VII.* CREMERUS *tom. II. antiquitat. Moſaico-typicarum p. 523. ſeqq.* CAMPEG. VITRINGA, junior, in diſſertationibus tribus de *feſto tabernaculorum*, recuſis poſtea in ejusdem *diſſertationibus ſacris p. 158-246.* aliique, adlegati a FABRICIO in *bibliograph. antiquar.*

giorum decimo quinto die menſis ſeptimi celebrandum (*), quo in tabernaculis ex virentibus frondibus exſtructis habitabant (**), in memoriam beneficii illius, quod Deus Iſraëlitas ex Ægypto per deſertum ductos habitare fecerit in amœniſſima ac fertiliſſima terra Canaan, & in typum beatiſſimæ ac lætiſſimæ illius habitationis, quam in æternis tabernaculis (***) pii exſpectant.

quar. p. 434. ſeqq. & WOLFIO in *adnotat.* ad LUNDII *jüdiſche Heiligth. p. 1188. num. 1.*

(*) Incipiebat quidem hocce feſtum die XV. menſis Tiſri; ſed celebrabatur per ſeptem continuos dies, *Lev. XXIII. 36.* quibus ſequens octavus, ut adpendix quædam adjiciebatur, unde interdum שמונה ימי החג *octo dies feſti tabernaculorum* commemorantur. Ex hiſce octo diebus primus & ultimus reliquis ſanctiores ſolemnioresque erant. Vid. *Lev. XXIV. 34.* Vix ulli dies feſti tanta cum ſolemnitate ac lætitia acti fuerunt, ac quidem hoc ipſum feſtum tabernaculorum, unde illud Judæis κατ᾽ ἐξοχὴν חג dicitur, & PHILO ἑορτὴν μεγίστην *omnium feſtorum maximum* nuncupat. Ratio illud, variorum, inprimis ſacrificiorum oblatione celebrandi, conſtat ex *Lev. XXIII. 33.* & *Num. XXIX. 12.*

(**) Huc ſpectat locus *Lev. XXIII. 40, 41, 42, 43.* quo edocemur, Iſraelitas, ſecundum præſcriptum ſupremi numinis, per ſeptem hujus feſti dies in tabernaculis, ex pulcherrimarum arborum ramis & frondibus conſtructis habitaſſe, idque, ut *commate 43.* additur, eam ob rationem, ut in memoriam ſibi revocarent, majores ſuos, cum eos ex Ægypto educeret Deus, ſub frondeis tabernaculis egiſſe. Indeque etiam patet, cur feſtum hocce חג הסכות *feſtum tabernaculorum* græce σκηνοπηγία *Joann. VII. 2.* dicta ſit. Nec tantum in memoriam, quod Deus populum ſuum ex Ægypto egreſſum in tabernaculis olim habitare fecerit, inſtitutum fuit hocce feſtum, ſed &, quod porro notamus, in ſolemnem gratiarum actionem pro collectis frugibus, *Exod. XXIII. 16. Lev. XXIII. 39. Deuter. XVI. 13.* Prior tamen, quam attulimus, inſtituti hujus feſti ratio princeps fuit & præcipua, inſimulque ebræorum genti propria. Intelligitur exinde, irritum eſſe laborem JO. SPENCERI, a gentilium inſtitutis ut reliquorum feſtorum, ita & hujus feſti originem, more ſuo arceſſentis. Nec illud prætermittendum heic eſt, quolibet anno ſabbatico, cujus rationem poſtea exponemus, legem divinam in hoc ipſo tabernaculorum feſto publice omnibus fuiſſe prælegendam, *Deut. XXXI. 10.* cujus rei luculentum deprehendimus exemplum *Nehem. VIII. 1.* Conferenda, quæ hac de re tradunt judaicæ gentis doctores in tractatu miſchnico *ſota cap. VII. §. II.* & quæ ad huncce locum adnotavit JO. CHRISTOPH. WAGENSEILIUS, vir in litteris rabbinicis verſatiſſimus. Illud quoque paucis heic commemorandum, Judæos, ſeneſcente jam eorum republica, ritibus hujus feſti ab ipſo Deo præſcriptis, alios addidiſſe novos. Tales præ cœteris cenſendi ſunt: *nocturna ſolemnitas in fœminarum atrio maxima cum pompa agitata;* 2) *aquæ, ex fonte Siloam amphora aurea hauſtæ, ſolemnis effuſio,* 3) *faſciculi ramorum*, Lulaf *dicti, circumgeſtatio;* 4) *tibiarum ante altare uſus*, ac denique 5) *effuſæ hilaritatis ſigna*, præſertim *commeſſationes.* Hæc inſtituta cærimoniis quibusdam Græcorum bacchicis non tantum ſimillima eſſe, ſed & iisdem ſuam debere originem, copioſe atque erudite oſtendit JO. GODOFR. LAKEMACHERUS, profeſſor. quondam Helmſtadienſis, in peculiari programmate *de ritibus quibusdam Bacchicis, a Græcis ad Judæos recentiores derivatis, & ab his tabernaculorum feſto uſurpatis*, quod in ejusdem *obſervat. philolog. part. I. p. 17. ſeqq.* fuit recuſum. Verum argumenta LACKEMACHERI ſub examen vocavit JO. CHRISTOPH. HARENBERGIUS, in *biblioth. Lubecenſi, vol. III. pag. 434. ſeqq.* atque oſtendere adniſus eſt, ritus iſtos judaicos haud quaquam a gentibus eſſe repetendos, ſed eorum potius originem ad victoriam contra Antiochum Epiphanem ſpectare. Hoc tamen extra omnem litis aleam poſitum eſt, *ramorum circumgeſtationem* genti Judaicæ in tabernaculorum celebritate uſitatam, quam PLUTARCHUS θυρσοφορίαν vocat, gentilibus occaſionem, Bacchi cultum Judæis tribuendi, ſuppeditaſſe. Luculentus hanc in rem exſtat locus apud PLUTARCHUM *ſympoſiac. libr. IV. quæſt. V. p. m. 671.* qui multa notatu digna continet. Exhibet eundem b. BUDDEUS in *hiſt. eccleſiaſt. vet. teſtam. tom. I. p. 681. ſeqq.*

(***) Alii non tam ſtatum eccleſiæ triumphantis in cœlo, quam militantis in his terris, eundemque in ultimis præcipue temporibus florentiſſimum lætiſſimumque, ſolemnitatibus hujus feſti præfiguratum fuiſſe cenſent, licet ſuam de hocce ſtatu ſententiam non una eademque exponant ratione. Adeat, qui pleniorem hujus argumenti evolutionem legere voluerit, ſcriptores

Collectæ. ctant. Feſtum *collectae*, quod quidam enumeratis ſolemnitatibus accenſent, erat pars feſti tabernaculorum, *octavo* ejus die (*) celebrandum, primus enim & octavus dies in ſolemnioribus illis feſtis erant celebriores intermediis. Vide cap. XXIII. Exod. & Levit. in quibus feſtivitates illæ populi Judaici enumerantur. Tria igitur *ſolemniora* erant Iſraëlitarum feſta, videlicet *paſchatos*, *pentecoſtes* & *tabernaculorum* (**), quibus omnes maſculi ex Dei præcepto Hieroſolymam peregrinabantur, ſua ſecum donaria ad miniſterii conſervationem offerentes. Exod. XXIII. 14.

Cauſæ finales profectionis Deut. XVI. 16. *Cauſae* hujus divinæ conſtitutionis (***) erant, 1.) ut divinorum beneficiorum memoria annuis iſtis peregrinationibus refricaretur: 2.) ut populi conjunctio in cultu & religione conſervaretur: 3.) ut ex mutuo ill[...] ventu & alloquio charitas inter tribus Iſraë[...] magis coaleſceret: 4.) ut oblationibus ill[...] norum & ſacrificiorum miniſterium conſe[...] tur: 5.) ut ſuam erga Deum fidem & ob[...] tiam exercerent. Cogebantur enim Iſ[...] omnia ſua domi vacua & incuſtodita relin[...] Exod. XXXIV. 24. *annuæ [...] bem Hi[...] lym[...]* Huc quoque referendi ſunt primo *anni ſabbatarii* ſeptimo quoque anno (*) celebrati, de quibus Exod. XXIII. 11. *Anni [...] sa[...]*

Levit.

ptores typicos, CREMERUM, LAMPIUM LANGIUM, MICHAELIS aliosque, quorum ſcripta in notis præcedentibus paſſim adlegavimus. Jungi tamen iisdem merentur CRAMERUS & DACHSIUS, ad tractatum talmudis Babylonici *ſuccah*, GABR. GRODDECKIUS profeſſor olim Gedanenſis, isque doctiſſimus, in duabus diſſertationibus *de ceremonia palmarum apud Judæos in feſto tabernaculorum ſolemni*, Lipſ. *MDCXCIV.* & *MDCXCV.* & CAMP. VITRINGA, isque junior, in *diſſertationibus ſacris p. 158.* Ut alios taceamus.

(*) Dies hicce *octavus*, qui erat ſecundus ſupra vigeſimum menſis Tiſri, nonnulla quidem cum ſeptem diebus præcedentibus habebat communia, in quibusdam tamen ab iis differebat, unde a nonnullis ut peculiare feſtum conſideratur, præſertim cum ſanctior ſcriptura feſto tabernaculorum proprie ſic dicto nonniſi ſeptem dies tribuat. Ab aliis tamen feſto tabernaculorum accenſeri ſolet, veluti dies ejus octavus. Adpellatur is in ſanctioribus litteris עצרת. Vid. *Lev.* XXIII. *36. Num.* XXIX. *35. Nehem.* VIII. *18.* *2 Chron.* VII. *9.* Vulgata reddidit *diem collectæ*, germanice den *Einſammeltag*. Verum LXX. intr. verterunt ἐξόδιον, quaſi *exitum* ſeu *clauſulam* feſti, germanice *das Schluſſfeſt*. Atque hæc poſterior vocis expoſitio priori omnino eſt præferenda. Nam עצר ſignificat *claudere*, ſeu *coercere* ambitu ſuo; proinde עצרת erat *clauſula* hujus feſti, ſeu *ultimus* ejusdem *dies*. Diverſas Judæorum æque ac chriſtianorum de ſignificatu hujus vocis ſententias exhibent CAMPEG. VITRINGA in *commentar. in Eſai. cap.* I. *p. 47.* & GUSSETIUS in *comment. linguæ ebraæ p. 631.*

(**) Tria hæc feſta majora dicta ſunt [...] *Exod.* XXIII. *14.* atque inſtituta in [...] riam trium beneficiorum inſignium, qu[...] in gentem Iſraeliticam contulit, egreſſ[...] mirum ex Ægypto, lationem legis atq[...] ſeſſionem terræ Canaan. De tribus hiſ[...] annuis in emphaſi vox ebr. חג, & gr[...] uſurpatur. Vid. *Hoſ.* II. *13.*

(***) De cauſſis divinæ hujus conſtitutionis [...] JOSEPHUS *libr.* IV. *antiquit. jud. cap* [...] §. 7. Exhibet hunc locum, eundemque [...] tionibus illuſtrat JO. CLERICUS in c[...] ad *Exod.* XXIII. *14.* Conferri quoq[...] poſſunt PHILO *libr.* II. *de monarch.* & MAIMONIDES in *mor. nevoch. pa*[...] *cap. 43.*

(*) Quem ad modum ſeptimus quisque [...] madis dies erat ſabbatum; ita *ſeptim*[...] que *annus* erat *ſabbaticus*, qui a *quiete* [...] concedenda שבת שבתון *Lev.* XXIII. 4[...] ab *intermiſſione operis* שנת שמטה a[...] *termiſſionis*, vel ſabbaticus adpellat[...] Quod ad ejus attinet originem, ea m[...] cte a condito mundo a nonnullis de[...] cum ipſemet Deus hocce præceptum ad [...] ſum Iſraëlitarum in terram Canaa[...] XXV. 2. expreſſis verbis reſtringat. [...] quoque judaicæ gentis doctores, ab a[...] mum XIV. poſt ingreſſum in terram [...] ſam primum celebratum fuiſſe annum [...] ticum, ſiquidem ſeptem anni ſubjugat[...] ræ, ſeptem vero ejusdem diſtributioni [...] inſumti. Nec illud prætermittendum hei[...] num ſabbaticum perperam a nonnullis c[...]

v. XXV. 4. ſex annis colebant agros & vi- ‑is, ac colligebant fructus ejus, ſeptimo au- ‑n anno ſabbatum quietis erat, quo a cultura ‑orum & vinearum in honorem Dei & proxi- commodum quieſcebatur; quæcunque enim ſponte proveniebant, omnibus communia erant. Cauſæ hujus inſtituti (*) fuere potiſſimum tres: 1.) *Typica*, ſiquidem hæc quies terræ figura erat æternæ illius & beatiſſimæ quietis (**), qua ab omni manuum labore liberati ac liberi ſabbatum

dimiſſionis ſervorum confundi. Servi enim omnes non anno ſabbatico, ſed potius ſeptimo ſervitutis anno erant dimittendi, inque libertatem reſtituendi, uti *Exod.* XXI. 2. & *Jerem.* XXXIV. 14. legitur. Vid. RELANDUM in *antiquit. vett. ebræorum, part.* IV. *cap.* VIII. §. XVII. *p.* 458. *ſeqq.* ICKENIUM in *antiquitat. ebraicis, part.* I. *cap.* XII. §. XLVI. *p.* 145. & *part.* III. *cap.* III. §. XVI. *p.* 527. itemque LUNDIUM in *den jüdiſchen Heiligthümern, libr. V. cap.* XXX. *p.* 1220. *ſeqq.* & WOLFIUM in *adnotat.* ad *h. l. num.* (2). qui & in *not.* ad *cap.* XIX. *p.* 1215. *num.* (1) auctores, qui de anno Ebræorum ſabbatico, ſive ſeptimo, data opera, ſcripſerunt, diligenter recenſuit. Idem fecit FABRICIUS in *bibliograph. antiq. cap.* X. §. VIII. *p.* 440. *ſeqq.* Cæterum anno huic ſabbatico nomen שבת *ſabbati* ſubinde datum fuiſſe conſtat; unde nonnulli interpretes in eam ingreſſi ſunt ſententiam, ut verba ſervatoris *Matth.* XXIV. 20. *orate, ut non accidat veſtra fuga in hyeme, nec in ſabbato*, non de ſabbato judaico, nec de die dominico, ſed potius de anno ſabbatico, quo nullæ fruges in agris inveniebantur, explicanda eſſe cenſuerint, ſiquidem iſtud tempus, æque ac tempus hybernum, fugientibus non potuerit non eſſe funeſtiſſimum. Lectu digna ſunt, quæ hanc in rem diſſerit PETR. ALLIXIUS in *diatriba de anno & menſe natali Jeſu Chriſti*, *pag.* 135.

(*) In rationes inſtituti hujus feſti diligenter inquiſiverunt LUNDIUS, MEYERUS, BIERMANNUS, LEYDEKKERUS, d'OUTREIN, LAMPIUS, MICHAELIS, aliique, quos in præcedentibus notis ſæpius jam laudavimus, maxime CREMERUS in *antiquitat. Moſaico-typicis, tom.* II. *p.* 543. *ſeqq.* Addi merentur THOMAS GOODWINUS in libello, cui titulus: *Moſes & Aaron, libr.* III. *cap.* IX. §. 5. & inprimis auctor anonymus in peculiari diſſertatione gallica, quæ exſtat in *bibliotheque Germanique tom.* XXX. *p.* 83. *ſeqq.* ubi & oſtenditur, quo modo ex feſti hujus inſtitutione veritas atque divinitas religionis judaicæ eluceſcat. Sunt quoque nonnulli, qui in hocce inſtituto divino fundatam eſſe exiſtimant traditionem R. ELIÆ, ſcil. *mundum ſtaturum ſex mille annos, & anno milleſimo ſeptimo futurum magnum annum ſabbaticum.* Vid. HOSPINIANUM *de orig. hujus feſti.* Sex mille anni reſpondent ſex profeſtis diebus, milleſimus ſeptimus *ſabbato*; ſecundum illud Petrinum, 2 *ep.* III. 8. *χιλια ετη παρα κυριω ως ημερα μια.* Verba ELIÆ iſtius ita ſeſe habent: *ſex mille annis ſtabit mundus, & rurſus corruet; duo millia inanitatis, duo millia legis, duo millia dierum Meſſiæ* erunt. Atque hæc ipſa traditio a judaicæ gentis doctoribus adpellari ſolet תנא דבי אליהו i. e. *traditio domus* h. e. *ſcholæ Eliæ.* Recenſetur illa in tract. *avoda ſara cap.* I. *p.* 65. edit. EZARDI, & in gemara *ſanhedrin cap.* XI. §. 29. edit. COCCEJI. Adoptarunt eandem ex antiquiſſimis cœtus chriſtiani doctoribus BARNABAS in *epiſtola* ſua §. 15. IRENÆUS *libr.* V. *adverſus hæreſes cap.* XXVIII. JUSTINUS martyr *reſponſ.* LXXI. *ad orthodoxos*; ORIGENES *homil.* XXIII. *in Numeros fol.* 259. edit. Baſil. aliique. Nec defuerunt ex recentioribus, qui traditionem iſtam ab ipſo ELIA propheta derivandam eſſe cenſuerunt, veluti JO. PICUS, Mirandulanus comes, LUDOV. VIVES, SIXTUS *Senenſis* aliique, laudati a JULIO BARTOLOCCIO *tom.* I. *bibliotb. Rabbin. p.* 177. quorum veſtigia ſecutus eſt ISAACUS VOSSIUS, qui *cap.* VIII. *de Sibyllinis oraculis*, oraculum illud *ſcholæ Eliæ* de mundo per ſex annorum millia duraturo, e libro prophetiarum Eliæ, qui olim vet. teſtam. ſcriptis fuerit adnumeratus, petitum fuiſſe adfirmare haud dubitavit. Rectius alii traditionem iſtam ELIÆ cuidam recentiori adſcripſerunt. Uberius hac de re egerunt CHRISTIAN. REINECCIUS in binis exercitat. *de ſex durationis mundi millenariis*, Lipſ. *MDCCII.* JO. ALB. FABRICIUS in *codice pſeudepigrapho vet. teſtam. p.* 1079. *ſeqq.* JO. CHRISTOPH. WOLFIUS in *bibliotb. hebr. vol. I. p.* 146. aliique.

(**) Immo & figura erat feliciſſimi ſtatus eccleſiæ Dei tempore novi teſtamenti, quem depinxit propheta Eſaias *cap.* XI. LXV. & LXVI. Uberius hoc oſtenderunt CREMERUS *loc. cit. p.* 543. LAMPIUS im *Geheimniß des Gnaden-*

batum ex ſabbato celebrabimus, in qua peccatorum noſtrorum Deus non recordabitur amplius, ſicut in anno ſabbatario non licebat debita a creditoribus exigere, Deut. XV. 2. in qua ad plenam ac perfectam liberationem adſpirabimus, ſicut ſervi hebræi in anno ſabbatario manumittebantur (*), v. 12. 2.) Moralis, debuit enim hæc externa pædagogia ipſis eſſe exercitium fiduciæ & obedientiæ erga Deum, qui promiſerat ſe benedicturum ſexti anni frugibus, ut agri & vineæ eo anno trium annorum fruges ferant, uti etiam caritatis erga proximum. 3.) *Oeconomica.* Ut enim ſequentium annorum ſeges fertilior eſſet, quies aliqua terræ concedenda erat. *Secundo* anni *jubilaei* ſive *buccinae*, יובל enim *buccinam* ſignificat (**), item anni *libertatis*, qui exactis ſepties ſeptem annis, hoc eſt, quinquageſimo quoque anno (***) celebrabantur hiſce ritibus. Decima die menſis ſeptimi tuba clange-

Anni jubilaei.

denbundes, *part.* III. *p.* 1402. & MICHAELIS in *dem Entwurf der typiſchen Gottesgelahrtheit* §. 59.

(*) Annum ſabbaticum cum anno *dimiſſionis ſervorum* confundendum haud eſſe, ſupra jam monuimus. Hunc enim lex divina diſerte a primo ſtatim ſervitutis anno computare jubet. Vid. *Exod.* XXI. 2. *Deuter.* XV. 12. *Jer.* XXXIV. 14. & *Lev.* XXV. 10. Quibus ſcripturæ locis jungi poſſunt teſtimonia luculenta judaicæ gentis doctorum, ſpeciatim MAIMONIDIS, cujus peculiaris exſtat tractatus, qui inſcribitur: עברים *de ſervis*, ABEN ESRÆ ad *Exod.* XXI. 2. & MENASSE, BEN ISRAEL, in *conciliatore quæſt.* 39.

(**) Sunt equidem nonnulli, qui annum jubilæum ita nuncupatum eſſe arbitrantur ab הוביל *adducere*, ut noteтur *adductio*, reductio, ἀναγωγὴ agrorum ad priſtinos dominos; ſed rectius alii a יובל, cornu arietino, quo annus jubilæus die X. menſis Tiſri publicabatur, *Lev.* XXV. 9. eundem nomen accepiſſe ſtatuunt. De juribus hujus anni plurima tradunt Judæi, & inter hos præcipue MAIMONIDES in tract. שמטה ויובל, qui extſtat in ejuſdem *jad chaſaka libr.* VII. *num.* 9. Huncce tractatum JO. HENR. MAJUS latine vertit, eundemque eruditis adnotationibus adauctum edidit ſub titulo: *de jure anni ſeptimi & Jubilaei*, adjecta peculiari diſſertatione *de jure anni ſeptimi.* Prodiit hicce liber Francof. ad Mœnum an. *MDCCX.* 4. Quod ad ſcriptores chriſtianos, qui de hocce argumento luculenter commentati ſunt, attinet, eorum indicem dederunt FABRICIUS in *Bibliograph. antiq. cap.* X. § VIII. *p.* 440 *ſeqq.* WOLFIUS in *notis* ad LUNDII *cap.* XXXII. *p.* 1228. *num.* (1) & PETR. ZORNIUS in *Hecatæi Abderitæ eclogas p.* 39. Ex noſtris theologis, iiſque recentioribus, inprimis legi heic meretur JO. GOTTLOB CARPZOVIUS, cujus commentatio *de anno Jobelæo ſecundum diſciplinam hebræorum ex antiquis judæorum monimentis eruta*, Lipſ. *MDCCXXX.* prodiit.

(***) Vid. *Lev. XXV.* 10, 11. ubi hæc leguntur verba: *annum quinquageſimum in omnibus finibus veſtris edito tubæ clangore conſecratote, libertatemque omnibus terræ incolis edicitote. Jubilæus hic vobis eſto, & eo quisque ſuam in poſſeſſionem familiamque revenitote. Eo, inquam, anno, qui erit quinquageſimus, Jubilæum habebitis &c.* Gravis vero de ſenſu horum verborum, veroque Jubilæi tempore, inter interpretes exorta eſt controverſia. Nonnulli enim annum XLIX. annum jubilæum fuiſſe exiſtimarunt, qui ea propter quinquageſimus dicatur, quia numeretur antecedens Jubilæus. Alii vero ipſum annum L. excluſo antecedente Jubilæo, pro vero anno jubilæo habendum eſſe cenſuerunt, ita ut ſi prior annus Jubilæus fuiſſet annus 1700. Jubilæus alter incidiſſet in annum 1750. Utriusque partis argumenta in medium adduxit JO. CLERICUS in *comment.* ad *Lev. XXV.* 10. prioremque ſententiam poſteriori præferendam eſſe exiſtimavit. Licet vero neutra harum ſententiarum rationibus ſpecioſis ſummorumque virorum præſidio deſtituatur, poſterior tamen, quæ *quinquageſimum* annum, excluſo præcedenti Jubilæo, a Moſe deſignari ſtatuit, numeratisque prius integris ſepties ſeptem annis, ſubſequentem demum annum pro Jubilæo habet, nobis videtur longe probabilior. Eſt enim ea non tantum antiquiſſimorum Judæorum, tam Rabbanitarum, quam Karæorum, placitis, ſed & ſimpliciſſimæ ſcripturæ phraſi *Lev. XXV.* 8, 10. prorſus congrua, præſertim cum annus *quinquageſimus* jubilæus a ſeptem integris annorum ſabbatis clare diſtinguatur, & numeratio dierum a feſto paſchatis ad pentecoſten idem confirmet. Plura hanc in rem legi poſſunt apud ICKENIUM in *antiquitat. hebr. part. I. cap. XII.* §. *XLVIII. p.* 146. *ſeqq.* RELANDUM in *antiquitat. ſacr. part. IV. cap. VIII.* §. *XIX.* &

batur, ut admonerentur Iſraëlitæ, annum ju-
æum adeſſe; remittebantur in hoc anno omnia
bita (*), cuilibet contingebat hæreditatis pa-
næ reſtitutio, ſervis manumiſſio. Talem ju-
æum in toto terrarum orbe ſalutari ſuo adven-
& prædicatione evangelii mediator noſter
riſtus inchoavit (**), ſiquidem *miſſus eſt, ut
ædicaret captivis libertatem & vinctis aper-
nem carceris*, Eſa. LXI. 1. *ut praedicaret an-
m beneplaciti Jehovae*, v. 2. Quisquis igitur
ngelium de Chriſto vera fide amplectitur, illi
ntingit ſpiritualium debitorum remiſſio, ex
vitute peccati & ſatanæ liberatio (***), ac
leſtis hæreditatis reſtitutio. Hunc ſpiritualem
jubilæum adeſſe, Johannes baptiſta tuba prædicationis ſuæ in exordio nov. teſtam. ſatis ſuperque teſtatum fecit. Sunt, qui collationem inſtituant inter vitam Chriſti in his terris & tempora corporis ejus myſtici, id eſt, eccleſiæ in his terris militantis, hac quidem ratione, ut, quot annos Chriſtus in diebus carnis ſuæ in hoc mundo exegit, totidem jubilæos eccleſiæ Chriſti in his terris militanti admetiantur, qua de re videatur Nicolaus Cuſanus, Andreas Oſiander, Crentzheimius, Philippus Nicolai, aliique complures.

Privatae quaedam obſervantiae.

§. XXIII. Reſtant in ceremonialium legum claſſe *privatae* obſer-

H 2

& XX. p. 459. ſeqq. MEYERUM de *temporibus &c. cap. XVIII. p. 342.* & ALEX. SOSTMANNUM in *comment. de LXX. hebdomad. p. 53. ſeqq.* Præcipuas, quæ huic ſententiæ obſtare videntur, difficultates haud infeliciter ſolvit CARPZOVIUS in *commentatione* modo laudata *de anno Jobelæo &c. p. 11. ſeqq.*

(*) *Remiſſio debitorum* minus adcurate a GERHARDO refertur inter jura anni *jubilæi*, cum potius anno *ſabbatico*, qui Jubilæum immediate præcedebat, & quidem exeunte illo anno, fieri conſueverit; prout recte obſervavit LUNDIUS in *den alten jüdiſchen Heiligthümern, libr. V. cap. XXXIV. num. I. p. 1233, 1234.* Idem confirmant WAGENSEILIUS in diſput. *de anno Jubilæo p. 26.* & CARPZOVIUS *loc. cit. p. 34. ſeqq.*

Rectius alii privilegia Jubilæi ad hæc tria revocarunt capita.

1) *dimiſſionem ſervorum Lev. XXV. 40.* etiam illorum, qui anno ſervitutis ſeptimo exire noluerunt:

2) *agrorum*, aliis donatorum, aut venditorum, nec intra biennium redemtorum, *reditum ad priſtinos dominos, Lev. XXV. 8. ſeqq.* Eadem erat ratio ædium in vicis & pagis, quæ agrorum. Aliter tamen ſe res habebat in urbe tempore Joſuæ muro cincta. Heic enim domus, anni ſpatio haud redemtæ, emtori manebant in perpetuum.

3) *terræ quietem* ſine cultura, quam annus jubilæus cum ſabbatico communem habebat.

Ultimum hocce privilegium anni Jubilæi GERHARDUS noſter haud commemoravit, licet illud minime ſit prætermittendum.

(**) Primaria proinde cauſſa inſtituti a Deo anni *Jubilæi* hæc fuit, ut eſſet typus jubilæi *evangelici* per Meſſiam adducendi. Illud tamen vel tribus heic notandum, rationes myſticas Jubilæi Judaici non unius duntaxat, ſed duplicis fuiſſe generis. Aliæ enim erant figurativæ liberationis per Chriſtum, per quem plenaria nobis obtigit manumiſſio ex ſpirituali ſervitute, reditusque ad regnum cœlorum, tanquam ad avitam poſſeſſionem *Luc. XXIII. 43.* quin & jus filiorum Dei agentium in terris, quorum hæreditas alienari non poteſt. Aliæ vero erant typicæ *æterni Jubilæi*, in cœlis aliquando peragendi, in quo tollenda tandem eſt diſtinctio ſervorum & dominorum *Col. III. 24.* & futura vacatio a ſervitute omni, *Apoc. XIV. 13.* quin perpetua erit jubilatio atque exſultatio. *Eſai. LXVI. Zach. IX. 9. Pſalm. LXXXIX. 15.* Plura in rerum præſentia non addimus; ſed lectores noſtros ablegamus ad auctores, qui theologiam typicam in ſcriptis ſuis tradiderunt, CREMERUM, d'OUTREIN, LAMPIUM aliosque, quos ſæpius jam in *notis* noſtris adlegavimus. Jungi tamen iisdem meretur CORNEL. HASÆUS in peculiari diſputatione eaque prorſus egregia *de myſterio Jobelæi Iſraelitici*, Bremæ MDCC. edita. Erant vero, quod porro notamus, & aliæ *politicæ rationes* iſtius legis de anno Jubilæo, quem reipublicæ Ebræorum divina conſtitutio civiumque uti fratrum ſtatus ac ſalus requirebat; prout, præter alios, oſtendit LEYDEKKERUS *de republica ebræor. libr. V. cap. XIII. §. V. p. 321.*

(***) Vid. loca biblica *Joan. VIII. 36. Ebr. II. 14, 15. Gal. V. 1.*

obſervantiae in cibo, potu & reliquis privatæ converſationis partibus divinitus in vet. teſtamento præſcriptæ. Pertinet igitur ad hanc claſſem I.) diſcrimen animalium *mundorum* ac *immundorum* (*), Lev. XI. traditum & Deut. XIV. repetitum (**). Generales regulæ erant: 1.) Quæcunque animalia ruminant, vel bifidas ungulas non habent (***), prohibita eſſe, hoc eſt, ipſorum eſu Iſraëlitis interdictum. 2.) Quæcunque piſcium genera pinnulas & ſquamas habebant (*), munda erant: immunda contra alterutro horum carentia. 3.) Aves quadrupedes immundæ habebantur, nimirum ſi pedes ita juncti erant corpori, ut ſaltare non poſſent, ſed ſerpere tantum cogerentur. Item genera vulturum & corvorum, ac in univerſum avium rapacium & infauſtarum, immunda erant (**). 4.) Reptilia pleraque omnia prohibita erant (***). Hæ

Diſcrimen animalium mundorum ac immundorum.

(*) De diſcrimine animalium mundorum atque immundorum, quorum illa ad eſum concedebantur, hæc vero eſu erant interdicta, vid. interpretes ad *Lev. XI. 2, 47.* atque ex iis præcipue Jo. Clericum. Jungi merentur Jo. Henr. Ursini *animalium biblicorum nomenclator, atque de animalibus mundis & immundis, libr. IV. miſcell. ſacrorum*, Norimb. *MDCLXVI.* 8. editorum; Jo. Andr. Danzii *animalia eſu interdicta*, Jen. *MDCLXXXVII.* Henr. Reinhardi *de cibis Ebræorum prohibitis*, diſputat. II. Witteb. *MDCXCVII.* Sam. Bochartus in *hierozoico* paſſim, & Jo. Georg. Hagemanni *Betrachtungen in Leviticum*, *p. 83.* ejusdemque *Betrachtungen in Deuteron. p. 130.*

(**) Etiam ante Moſen diſcrimen animalium mundorum & immundorum in eccleſia notum fuiſſe, colligitur ex Gen. VII. 2. Ceterum *duplex* eſt mundities animalium, alia reſpectu *ſacrificiorum*, de quibus agitur Lev. I. III. IV. V. alia reſpectu *ciborum*, de quibus agitur Lev. I. Quædam enim animalia licebat comedere & offerre Domino, ut boves, oves, hircos. Quorundam uſus in cibo fuit conceſſus, ſed non in ſacrificiis, ut cervi, hinnuli. Nonnulla reſpectu utriusque pro immundis ſunt reputata, ut ſus, equus, aſinus, canis. Gerhardus.

(***) Vid. *Lev. XI. 3. ſeqq.* & *Deuter. XIV. 6. ſqq.* itemque Clericum in *commentar.* ad *Lev. XI. 3.* Animalium vero, quæ *ruminabant*, & *fiſſas ungulas* habebant, Judæi numerant *decem*, *tria* domeſtica & *ſeptem* fera. Generatim notandum, ea animalia a Deo in cibos fuiſſe conceſſa, quæ antea in uſu ſacrificiorum fuerint munda. Hiſce acceſſiſſe quædam alia, quæ autem cum iisdem ſuo modo conveniant. Reliqua vero animantia pro immundis fuiſſe habita, nec tamen ullum animal Judæis immundius *ſue* & olim fuiſſe habitum, & etiamnum haberi. Vid. *Lev. XI. 7. Deuter. XIV. 8.* Add. *Eſai. LXV. 4. LXVI. 17. 2 Maccab. VII. 1.* Hinc & *ſuis* immunditiem majore deteſtatione non tantum olim proſequebantur, ſed etiam adhucdum proſequuntur Judæi, quam cœterorum animalium immundorum. Quin tantopere porcum deteſtantur, ut, (obſervante Cunæo *de republ. ebræor. libr. II. cap. XXIV. p. 318.*) ipſum nomen hujus animantis inter res ſcævas & mali ominis numerent. Quoties enim (ita pergit Cunævs) loquuntur de illo, non nominant illud, ſed recepto quodam more, uti malam ſcævam avertunt, patrio ſermone דבר אחר ajunt. De cauſſa, cur præ cæteris animantibus hoc unum tantopere fugiant Judæi, in ſubſequentibus nonnulla dicemus.

(*) Vid. *Lev. XI. 9.* & *Deuter XIV. 9.*

(**) Vid. *Lev. XI. 13. ſeqq.* & *Deuter. XIV. 12. ſeqq.* Reliquis avibus, quas legiſlator *loc. citatis* diſertis verbis haud vetuit, & quarum XXIV. numerant Judæi, veſci licebat.

(***) De reptilibus vid. *Lev. XI. 41. ſeqq.* Subjungitur *loc. cit. v. 43.* probe cavendum eſſe Iſraëlitis, ne ullo reptilium abhorrendos ſe reddant. Ubi haud immerito quæſtio moveri poſſet, quomodo quiſquam eſu animalium immundorum abhorrendus evadat, cum id, quod in os intrat, non polluat hominem, ſed quod ex ore egreditur, *Matth. XV. 17, 18.* Multum hæc quæſtio viris eruditis negotii faceſſivit, cum generatim ratio legis, cur quædam duntaxat animalia ad eſum fuerint conceſſa, reliqua vero eſu interdicta, non ita in aprico poſita ſit. Hinc & nonnulli occaſionem, cavillandi leges Moſaicas, easdemque aliorum ludibrio exponendi, arripuerunt. Fecerunt id tum falſorum numinum cultores, prout ex Plutarcho *libr. IV. ſympoſiac. problem. V.* conſtat, tum veteris eccleſiæ hæretici, legem Moſaicam repudi-

Hæ regulæ adductis variis animalium ſpeciebus declarantur & ſuis exceptionibus limitantur Lev. XI. & Deut. XIV. In explicatione nominum, quibus animalia prohibita in ſpecie adpellantur, ne ipſi quidem Rabbini inter ſe conſentiunt, qua de re videatur Münſterus in c. XI. Lev. (*). Ratio harum prohibitionum fuit potiſſimum triplex: 1.) *Typica*, ſignificabatur enim coram Deo genus humanum per peccatum adeo corruptum & contaminatum eſſe, ut multis Dei creaturis ſuo genere bonis uti non poſſit (**). Item renatos veræ ac ſpiritualis munditiei ſtudioſos

H 3

pudiantes, ac diſcrimen animalium mundorum & immundorum irridentes. Quin non defuerunt ex ipſis cœtus chriſtiani doctoribus, iisque antiquiſſimis, qui in eandem fere deſcenderent ſententiam. Ita TERTVLLIANVS deſpicientia dignam judicavit exceptionem quorundam ciborum per Moſen præceptam, *libr. V. adverſ. Marcionem*. Ita & ORIGENES adſerere haud dubitavit, leges cibarias a Moſe præſcriptas, ſi ſecundum litteram accipiantur, videri Deo indignas, legibusque aliarum gentium, veluti Romanorum, Athenienſium ac Lacedæmoniorum, utpote elegantioribus ac ſanæ rationi magis conſentaneis longe inferiores, *homil. VII. in Levit.* Quin eo uſque progreſſus eſt ORIGENES, ut *libr. IV. de principiis cap. II.* ſcribere haud ſit veritus, in legibus iis de cibis deprehendi nonnullas a ratione plane alienas, obſervatuque impoſſibiles. Prætermittimus alia hujus generis dicta in ſcriptis patrum antiquiſſimorum paſſim obvia, quæ alia ratione excuſare haud potuit JO. BAPTISTA COTELERIUS in *notis ad epiſtolam Barnabæ*, quam ut ajat, *talia apud antiquos oratorie dicta, atque ex juſto odio erga Judæos, & erga judaizantes chriſtianos*. Conferenda, quæ hanc in rem diſſerit b. BUDDEUS in *hiſt. eccleſiaſt. vet. teſtam. tom. I. p. 734.* qui *loc. cit.* recte pronunciat: *impium eſt de legibus divinis ita exiſtimare, quibus rationes graviſſimas ſapientiſſimasque ſubfuiſſe, non eſt, quod dubitemus, etiamſi vel maxime nobis cognitæ non ſint.* Et ſane leges iſtas rationibus ſapientiſſimis haud deſtitui, dudum oſtenderunt viri docti, etſi in iis definiendis diverſam ſubinde viam inierint, prout ex infra dicendis adparebit. Quum itaque, ut modo monuimus, Deus non ſine cauſſis iisque graviſſimis certis cibis veſci vetuerit, facile patet, eum abhorrendum ſe Deo reddere, qui ne Dei quidem vetantis cauſa ab eſu animalium immundorum, quæcunque illa fuerint, abſtineat.

(*) De animalibus, quorum in ſcriptura ſacra fit mentio, præter MUNSTERUM, quem ſupra laudavit GERHARDUS, egregie commentatus eſt SAM. BOCHARTUS, cujus *hierozoicon*, ſingulari plane eruditione refertum, ſæpius typis fuit exſcriptum, tandemque ejusdem operibus junctim editis inſertum. Exſtat quoque SALOM. VAN TILL *Zoologia, ſive commentarius poſthumus de animalibus quadrupedibus in ſacra ſcriptura commemoratis*, Dordraci, *MDCCXIV. 4.* Ut complures alios ſcriptores huc pertinentes haud commemoremus. Recenſuit eos, more ſuo, diligenter celeberr. Jc. GEORG. WALCHIUS *tom. IV. biblioth. theolog. ſelectæ p. 345. ſeqq.*

(**) Hæc ratio a GERHARDO adducta a ſtatu quæſtionis nobis videtur aliena, neque ita comparata, ut exinde ratio diſcriminis inter animalia munda atque immunda peti queat. Neque enim de eo eſt quæſtio: an genus humanum per peccatum ita ſit contaminatum, ut multis Dei creaturis, ſuo genere bonis, uti nequeat? ſed in eo potius quæſtionis cardo vertitur: quænam fuerit ratio diſcriminis inter animalia munda atque immunda? itemque: cur Moſes præciſe hæc vel illa animalia immundorum nomine dehoneſtaverit, gentemque Iſraeliticam ab eorum eſu cohibuerit? Heic in varias eruditi abeunt ſententias, variasque reddunt rationes ſymbolicas, cur Moſes nonnulla animantia inter immunda retulerit. Nonnulli dicunt, Moſen ſub certis animalium vetitorum generibus certa hominum vitia tacite redarguere voluiſſe. Ita eundem puſillanimitatem in lepore, fœditatem in porco, rapinam in accipitre tacite & quaſi in imagine perſtringere voluiſſe. Ejusmodi rationes ſymbolicas jam antiquiores Judæi excogitarunt, ſibique in iis deſignandis plurimum placuerunt. Patet hoc e verbis ELEAZARI pontificis, apud ARISTEAM, animal quodvis immundum de vitio aliquo analogo interpretantis; itemque e PHILONE *de agricultura* ejusdemque libro, qui inſcribitur: *pejorem inſidiatori meliori.* Eadem interpretandi ratio ſe quoque adprobavit BARNABÆ, qui in *epiſtola* ſua obſervat, Deum non tam animalia, quam adfectus conſimiles & mores analogos, ſub animalium illorum figuris & umbris vetuiſſe. Idem ſenſerunt præter LACTANTIUM & EUSEBIUM, quorum loca in ſubſequentibus recitavit GERHARDUS, CLEMENS Alexan-

[illegible] ... Judæos, qui [illegible] Dei [illegible], [illegible] Patre & Filio. Quæ [illegible], at [illegible], qui [illegible] se credere in Patrem & Filium, [illegible] eloquia Dei non meditantur, nec operibus [illegible] sunt [illegible]. Lactantius lib. IV. divin. instit. cap. 17. A carne suilla Deus Judæos ab- ... [illegible] ... [illegible] ... dehorta[illegible] ... lib. VI [illegible] præparatione evang. cap. 3. [illegible] ... [illegible] ... Nam [illegible]

[illegible] xandrinus, NOVATIANUS, THEODORETUS, CYRILLUS Alexandrinus, ORIGENES aliique. Discesserant ab his alii, atque discriminis animalium mundorum atque immundorum rationem atque originem a priscis atque obliteratis gentium institutis derivandam esse censuerunt. Quæ quidem sententia arrisisse videtur HUG. GROTIO, qui in expositione præcepti Lev. XI. 3. 6. de animalibus immundis, multa horum ab Ægyptiis translata esse, pronunciat, quod & JO. MARSHAMUS statuit in canone chronico, p. [illegible]. ubi inter alia observat, hanc mundorum atque immundorum animalium distinctionem non demum lege Mosaica fuisse constitutam, sed Noachi jam temporibus obtinuisse, siquidem Genes. VII. 2. jam memoretur. V[illegible] ut taceamus, esse nonnullos, qui Mose[illegible] jus rei κατα πρόληψιν mentionem fecisse [illegible] ment, minime contemnenda nobis v[illegible] e[illegible]rum conjectura, qui Gen. VII. 2. in[illegible] darum nomine illas bestias designari sta[illegible] a quarum esu homines, ipsa natura duce olim abhorrebant, vel quas altaribus n[illegible] admovebant. Prætermittimus alia vi[illegible] eruditorum hanc in rem cogitata, quæ in[illegible] congessit, rationibusque in medium adlat[illegible] futavit JO. SPENCERUS libr. I. de [illegible] ebræor. ritualibus, cap. VII. sect. I. p. [illegible] edit. Tubing. qui de hocce argumento o[illegible] legi meretur.

alia & volucres raptu & morticinio viventes, m alio nomine edere vetuit, quam quod hujus gis ſymbolo eos a ſpoliis & caede deterreret. uilla vero carne veſci prohibuit, quo Judaeos lmonuit, cum ſus ſit amica luto & locis uli- noſis, in quibus ſe volutat & oblectat, ut ea, quae externe corpus, intus vero animam coinquinarent, ſedulo caverent, & ſobrie, non ut ſues, in crapula & ſagina viverent. 2.) *Legalis*, voluit enim Deus hac conſtitutione populum Judaicum a gentibus diſcernere (*) usque ad nov. teſtam. tempora, in quo ſublatum eſt illud

(*) Hæc præcipua videtur fuiſſe ratio præcepti de non comedendis animalibus impuris, quæ & in ipſis ſanctioribus litteris habet fundamentum. Plus enim ſimplici vice in iis declaravit ſupremum numen, quod gentem Iſraeliticam ſibi propriam fecerit, eamque a cæteris gentibus *in peculium* ſeparaverit; atque hanc ipſam ob rationem abſtinendum eſſe Iſraëlitis ab eſu animalium immundorum, apud alias gentes in deliciis forte habitorum, ut hac quoque ratione ab aliis gentibus diſcernerentur. Huc ſpectant verba ſummi legislatoris, quæ exſtant *Lev. XX. v. 24, 25, 26.* atque ita ſeſe habent: *Ego ſum Jehova, Deus veſter, qui vos a cæteris populis diſcrevi. Vos quoque & quadrupedum & volucrum munda ab immundis diſcernitote, nec vos aut quadrupedibus, aut volucribus coinquinatote, aut ullo eorum ſerpentium, quæ terra procreat, quod vobis ut impurum ſecreverim. Eſtote igitur mihi ſancti: nam ego Jehova ſum ſanctus, qui vos a cæteris gentibus ſecrevi, ut eſſetis mei.* Ex quibus verbis luculenter adparet, ſummum legislatorem eam præcipue ob rationem ciborum differentias inſtituiſſe, ut populus Iſraeliticus a reliquis gentibus diſtingueretur. Rationis illius *loc. cit.* adductæ, *ego Jehova, Deus veſter, diſcrevi vos a cæteris populis. Vos quoque diſcernitote &c.* vim atque virtutem egregie exponit SPENCERUS obſervatque, ſenſum horum verborum huc redire: „ gentes alias idolis addictas & ethniciſmi tenebris involutas „ ὑπερεῖδον Vos ſolos e mundi gentibus elegi, „ & legibus, ritibus, oraculis, beneficiis, & „ privilegiis plane ſingularibus, claros & perſpicuos feci: veſtrum itaque fuerit, jumentum mundum ab immundo in epulis veſtris „ ſeparare, ut vos e gentium colluvie ſeparatos „ vos ipſi ſentiatis; & vos Deo ſancto & puro „ devotos eſſe, ipſa cibi veſtri munditie & „ quaſi ſanctitate, vicinis veſtris indicetis. „ Vobis peculiaria cultus tempora, loca, ritus, „ veſtes etiam præſcripſi peculiares, ut per „ ea omnia, tanquam ſymbola peculiaria, „ teſtatum faciatis, vos Deo eximio & naturæ „ ſuæ excellentia a diis gentium ſeparato nomina tradidiſſe: eo etiam conſilio peculiarem „ vobis præſcripſi cibum, & animalia quædam „ apud alios in deliciis habita vobis impura feci, „ ut illa comedendi ratio genti veſtræ propria „ & ad legis meæ præſcriptum attemperata, „ vos gentem mihi uni ſacram & ſeparatam „ indicaret „. Hactenus SPENCERUS *loc. cit. ſect. II. p. 221.* qui præter rationem modo adductam alias quoque legis hujus de animalibus mundis atque immundis in medium adfert rationes, interque alia obſervat, Deum hac ratione cavere voluiſſe, ne Iſraëlitæ cum ſacerdotibus aliarum gentium, ſpeciatim Ægypti, ciborum etiam diſcrimen obſervantibus, nimis conſentirent. Nam Ægyptios ab ariete, vacca, Syros a piſcibus, Phœnices a turture & columba, Britannos veteres a lepore, gallina & anſere, alios ab aliis abſtinuiſſe, quin ſubinde creaturas fœdas atque immundas in Deorum ſuorum myſteriis uſurpaſſe. Hiſce itaque gentium inſtitutis obviam ire voluiſſe Deum, populoque ſuo præſcripſiſſe cibos mundiſſimos, qui divinæ puritatis ſanctitatisque imagines & umbras teneris eorum, qui e denſa ſuperſtitionis Ægyptiacæ caligine vix gradum promoverant, oculis objicerent, atque torpentes eorum animos ad ſanctitatis divinæ ſenſum aliquem ſenſim ſenſimque expergefacerent. Denique & hoc obſervat SPENCERUS *loc. cit. pag. 124. ſeqq.* Deum animalia quædam munda, quædam vero immunda pronunciaſſe, eum in finem, ut Judæos quidem mundos, gentiles autem immundos eſſe myſtice ſignificaret. Luculenter id ex hiſtoria viſionis Petri *Act. X. 14, 15.* commemoratæ comprobari poſſe exiſtimat, ſiquidem Petrus oraculum illud, de brutorum duntaxat munditie dictum ad homines *loc. cit. v. 28.* extendere haud potuiſſet, niſi præceptum de animalibus immundis allegoriam continere, & homines immundos ſub præcepti illius cortice latitare, vulgo fuiſſet creditum. Cæterum præter SPENCERUM, cujus hanc in rem cogitata hactenus breviter ediſſeruimus, conferri quoque heic meretur JO. ANDR. DANZII erudita commentatio *de animalibus eſu interdictis ex Act. X. 12. ſeqq.* MEUSCHENII *novo teſtamento ex Talmude illuſtrato, p. 795. ſeqq.* inſerta, in cujus *cap. III. §. III. ſeqq. p. 814. ſeqq.* in rationem inquiritur, quæ im-

illud ciborum diſcrimen, ita ut *mundis omnia munda ſint*, Tit. I. 15. adeoque illi, qui jubent a quibusdam cibis abſtinere, diſcrimine eorum poſtliminio in eccleſiam introducto, dæmoniorum doctrinam ſpargere dicantur 1 Tim. IV. 1. quod enim apoſtoli in ſynodo Hieroſolymitana a ſuffocato & ſanguine abſtinere jubent Act. XV. 20. illud χρονικὸν erat, certis quibusdam de cauſis ſæpius expoſitis ad tempus ſaltem conſtitutum (*). Juſtinus in dial. cum Tryphone pag. 183.

impulerit Deum, ut legem de animalibus immundis non comedendis ferret populo ſibi devoto? atque §. *VII. p. 818. ſeqq.* luculenter oſtenditur, præcepto hoc, tanquam ſymbolo quodam, Iſraëlitas fuiſſe admonitos, a gentilium communione eccleſiaſtica & politica ſibi quam maxime cavendum eſſe; quemadmodum Petrus iisdem animalibus, in cibum conceſſis, de invitandis & admittendis intra eccleſiam gentibus, iisque familiariter utendis, fuerit edoctus.

(*) Fert equidem communis, quam & GERHARDUS heic ſequitur, ſententia, gentilibus chriſtianorum ſacris initiatis prohibitum fuiſſe ſanguinem & ſuffocatum ob fratres ex Judaiſmo converſos, ne ii ſcandalum exinde caperent; adeoque decretum iſtud apoſtolicum, quod exſtat *Act.* XV. *20.* duntaxat χρονικὸν fuiſſe & temporarium. Legenda, quæ hanc in rem ſcripſerunt JO. HENR. HEIDEGGERUS, theologus quondam Tigurinus, in peculiari libro, qui inſcribitur: *libertas chriſtianorum a lege cibaria veteri de ſanguine & ſuffocato demonſtrata, & ab inſtantiis Steph. Curcellæi defenſa, cap. IX - XIII.* TOBIAS PFANNERUS in *obſervat. eccleſ. part. I. obſ. I.* quæ agit de idolothytis, ſanguine & ſuffocato, JO. GEORG. DORSCHÆUS in peculiari diſſertatione de hoc argumento, & LE BLANC in *examine LXX. hebdomadum Danielis, voti a Jephta facti & decreti apoſtolici Act.* XV. quæ commentatio gallico ſermone ſcripta ἀνωνύμως Amſtelod. *MDCCVIII.* 8. prodiit, & *dans les nouvelles de la republique des lettres* ann. *MDCCVIII. tom. I. p. 187. ſeqq.* recenſetur. Ut compluresalios in rerum præſentia haud commemoremus.

Præcipua, quæ hancce premit ſententiam, difficultas in eo ſita eſt, quod, ſtante ea, oſtendi haud poteſt, quo ſenſu conſilioque apoſtoli in hocce decreto *eſum ſanguinis*, rem per ſe indifferentem, & poſt abolitas leges cærimoniales, licitam conjunxerint cum πορνεία, ſeu *fornicatione*, vitio per ſe gravi, omnique tempore vitando, & utrumque, quaſi ejusdem nexus atque indolis, ſimul vetuerint.

Facile vero hicce nodus, qui plurium eruditorum exercuit ingenia, ſolvi poteſt, ſi dicamus, in decreto apoſtolico gentilibus ad Chriſti fidem converſis vetari conviviorum idololatricorum cum gentilibus communionem, ubi idolothyta, diabolis ſacrata, ac ſpeciatim ſanguis & ſuffocatum comedebantur, & ſic ad promiſcuam venerem, quæ in conviviis idololatricis erat frequentiſſima, pellici potuiſſent noviter ad chriſtianorum ſacra converſi. Copioſius hoc argumentum pertractavit SPENCERUS in pererudita diſſertatione *in locum illum vexatiſſimum Act. XV. 20.* quæ ejusdem operi ſæpius adlegato *de leg. ebr. rit. tom. I. p. 588. ſeqq.* inſerta conſpicitur. Idem vir doctus *loc. cit. cap. III. ſect. IV.* ex antiquis cœtus chriſtiani doctoribus oſtendit, apud hæreticos, qui olim pacem civitatis chriſtianæ plurimum turbarunt, Nicolaitas cumprimis, Baſilidem, Saturninum, Valentinianos & Gnoſticos, comeſtionem idolothytorum & promiſcuam venerem ſemper fuiſſe conjunctas. Ut proinde longe probabiliſſimum ſit, decretum ab apoſtolis ſancitum oppoſitum fuiſſe gliſcenti tum temporis Nicolaitarum hæreſi, cum falſorum numinum cultoribus, idolothytis veſcentium & ſcortantium; præcipuamque rationem hujus decreti fuiſſe, ut gentiles, qui haud ita pridem chriſtianorum ſacra erant amplexi, ab horrendis idololatriæ ac ſcortationis peccatis, quibus olim in ethniciſmo erant adſueti, eo certius abſtraherentur.

Atque ex his, quæ modo diximus, facile intelligitur *I*) cur comeſtioni idolothytorum, ſanguinis & ſuffocati, in decreto apoſtolico adjuncta fuerit ſcortatio, quæ alias, ſi communem ſequaris ſententiam, reddi haud poteſt; *II*) præceptum apoſtolicum non fuiſſe χρονικὸν, & ad certum duntaxat tempus reſtrictum, ſed perpetuum, in ipſa doctrinæ chriſtianæ indole fundatum. Ecquis enim dubitaverit, idololatriam, & ſcortationem omnesque occaſiones eo ducentes, adeoque & convivia idololatrica a Chriſti ſectatoribus ſollicite eſſe evitanda? *III*) hanc ipſam legem a ſanctiſſimis Chriſti legatis profectam, datam fuiſſe gentibus converſis non tam מפני דרכי שלום *pacis* cum zelotis Judæis ſervandæ *gratia*, quam potius מפני דרכי אמורים *propter mores gentium.* Quæ duo conjungere alias ſolent viri eruditi. Vid. *le nouveau teſtament par Mrs.* DE BEAUSOBRE &

33. *A cibis quibusdam ut abſtineretis, Deus* *bis mandavit, ut etiam inter edendum ac bi-* *ndum ob oculos vobis verſaretur Deus prom-* *r admodum & proclivibus ad deficiendum a no-* *one ejus.* in qq. & reſp. ad orthod. quæſt. 35. *leus ſicuti rebus aliis omnibus, ita etiam cibis* *ımendis Judaeos ſub jugo ſervitutis legis eſſe* *luit.* Ibidem: *In Ægypto omnia animalia* *ſue excepta) divinitate erant donata, quare* *nimantium alias mundas, alias adpellavit im-* *undas, & mundas illis, ut in ſacrificiis ma-* *arent, permiſit: immundis autem ut ne in ci-* *s uterentur, edixit, utroque modo illa indigna* *ſe oſtendens adpellatione & honore Dei & per* *mactationem in ſacris & per uſum in cibis, at-* *que item per id, quod impura vocentur.* 3.) *Phy-* *ſica*, ſiquidem plerorumque iſtorum animalium prohibitorum eſus valetudini parum congruus eſt (*), præſertim in regionibus illis calidioribus, quas Iſraëlitæ inhabitabant; proinde hiſce conſtitutionibus demonſtravit Deus, ſe eſſe medicum populi ſui, Exod. XV. 26. qui non ſolum animas, ſed & corpora ipſorum ſibi curæ eſſe patiatur. Langius libr. I. epiſt. 42. ex Juſtino adſerit, *ob elephantiaſin olim peculiare Ægypti malum Judaeos ſuillae carnis eſu ſibi temperare juſſos* (**). Idem tamen epiſt. 61. negat, ſuillæ eſum ut inſalubrem a Moſe prohibitum fuiſſe, cum omnium

& L'ENFANT, *tom. I. p. 438.* in notis textui ſubjectis. Denique *IV*) ex ſupra dictis id quoque patet, ſanguinem & ſuffocatum in eo duntaxat caſu prohiberi ab apoſtolo, quando idolis ſunt conſecrata; ex quo *V*) ſponte conſequitur, ceſſante iſta ratione, omnino licitum eſſe ſanguinem & ſuffocatum comedere. Vid. SPENCERUM *loc. cit. cap. III.* DEYLINGIUM *obſ. ſacr. part. II. obſ. XXXIX.* §. 12. & b. cancell. PFAFFIUM in differt. *de abrogatione legis cærimonialis, p. 42. & 49. not.* (o).

(*) Rationes phyſicas pro diſcrimine ciborum adſignari ſolitas ſub examen vocavit, easdemque vanitatis haud immerito arguit SPENCERUS *loc. cit. libr. I. cap. VII. ſect. I. p. 116.* edit. Tubing. Ex noſtris quoque theologis SEB. SCHMIDIUS in *faſc. diſput. p. 412.* graviter monuit: *phyſicas cauſas conquirere vel ſemper, vel tantum, vanum eſt, nec ipſi ſcripturæ conveniens.* Aliter tamen ſentire videtur H. GROTIUS, qui, ubi præceptum de animalibus immundis exponit, ita pronunciat: *multa horum ab Ægyptiis translata, cauſas habent naturales, ex bono vel malo nutrimento.* Vid. ejus *comment. in Lev. XI. 3.*

(**) Idem adſerunt doctores talmudici, & ex chriſtianis CUNÆUS *libr. II. de republ. Ebraeor. cap. XXIV.* SCULTETUS *libr. II. exerc. evang. cap. XLVI.* aliique. Legi vero heic rurſus meretur SPENCERUS *loc. cit. libr. I. cap. VII. ſect. IV. p. m. 131. ſeqq.* ubi in rationes, cur porcus præ cæteris animantibus, immundus atque abominandus haberetur, diligenter inquirit, eorumque opinionem, qui Judæos a porco, ob rationem phyſicam penitus abhorruiſſe credunt, confutat. Refellit vero eorum quoque opiniones, qui vel ad rationem ſymbolicam heic confugiunt, vel nodum, quem ſolvere neſciunt, ſecare ſatagunt, ajuntque, Judæos nulla ratione, ſed ſola ſuperſtitione ductos, porcum ipſumque ejus nomen in odium traxiſſe longe maximum. Tandem ipſemet ſuam expromit ſententiam, & ſex adſignat rationes, cur Judæi porcum tam ingenti proſequuti ſint odio, inque hunc uſque diem proſequantur. *Primam* deſumit ex ipſis legis divinæ verbis *Lev. XI. 7.* exſtantibus, ex quibus patet, Deum eapropter ſuem immundum & ab ebræorum menſis ablegandum declaraſſe, quia præcipuus munditiæ character, ruminatio nimirum, eidem deeſt. *Alteram* rationem petit a naturali, qua hocce animal laborat, immunditie. Nam porcus luto & cœnoſis volutabris gaudet, fœdiſſima quæque vorat potuque ſpurco delectatur. Adjungit *tertiam* rationem a moribus aliarum gentium, puritatis alicujus ſtudioſarum, deſumtam. Plurimis enim veterum teſtimoniis comprobavit BOCHARTUS, antiquos Arabes, Phœnices, Ægyptios, Æthiopes, Indos, alios, non minori cum faſtidio, quam ipſi Judæi, ſuis eſum vitare ſolitos. Veriſimile itaque judicat SPENCERUS, Judæos ab animali illo eo religioſius abhorruiſſe, ne aliter minori puritatis zelo, quam gentes exteræ flagrare viderentur. Addit *quarto*, Judæos antiquiores abſtinentiam a porco (utpote animali a religionis ſuæ munditia maxime alieno) inter ſigna hominis legi conſtanter adhærentis habuiſſe, eos vero inter Dei & religionis patriæ deſertores numeraſſe, qui eſu vel tactu animalis tam fœdi ſe contaminarent; id quod ex JOSEPHO *de bell. jud. libr.*

omnium eſculentorum validiſſime nutriat, ſi modo concocta fuerit, propter magnam, quam cum hominis carne obtinet, adfinitatem. Rabbini ſtatuunt, ſingulas animalium, piſcium & avium ſpecies prohibitas Moſi in monte oſtenſas eſſe, cum ſcriptura dicat: *Hoc animal comedetis* &c. cauſam hujus delectus eſſe dicunt, quod *animalia immunda ab homine eſitata generent putrefactionem & varias aegritudines, remorentur hominem in ſervitio Dei, utpote quae ad opus bonum pigrum ac taedioſum efficiunt, vim digeſtivam debilitant, & totum corpus in dyſcraſiam quandam diſſolvunt, ut anima nihil praeclari agere valeat, haud ſecus, quam ſi lucernam ſplendidam ponas in deformi lampade.*

§ XXIV. II.) Huc referenda *immunditiei* vel impuritas *levitica* (*), quæ variis modis contrahi poterat, utpote ex contactu puerperæ, leproſi,

Immunditiei levitica.

libr. I. cap. I. uberius comprobat. Nec *quinto* a ratione alienum videtur SPENCERO, Judæos antiquiores odio eo majori porcum habuiſſe, quod animal eſſet, cui gentiles in *februis, ſacrificiis, myſteriis magicis, feſtis*, & *pactis ſanciendis*, locum præcipuum tribuebant; id quod multis veterum teſtimoniis luculenter comprobat SPENCERUS, alibique obſervat, Zabios porcos ſingulari in pretio habuiſſe, eorumque carnem in ſacrificiis ſuis adhibuiſſe, cum boves & vaccas propter inſignem in agricultura uſum venerati fuerint, nec unquam mactare conſueverint. Addit tandem vir doctus *ſexto*, majorum traditionem, atque opinionem longi temporis uſu fideque firmatam, odii tam infeſti cauſam eandemque non minimam cenſeri poſſe. Hiſce SPENCERI cogitatis hoc unicum adpendicis loco ſubjungimus, valde probabile eſſe, odium illud, quo porcum proſequuntur Judæi ab eo inprimis tempore ſummum veluti gradum conſecutum eſſe, quo Antiochus, Syriæ rex, ſuſpicione adductus, Judæos meditari defectionem, Hieroſolymam hoſtiliter ingreſſus eſt, nec tantum ingentem civium ſtragem edidit, ſed & plurimos Judæorum ad defectionem a fide legeque divina compellere juſſit, ac ſpeciatim in eos exquiſitiſſimis tormentorum generibus ſæviit, qui nulla ratione eo adduci ſe patiebantur, ut carnes porcinas comederent, legemque divinam hac de re latam migrarent. Memoratu cumprimis digna ſunt exempla Eleazari, ſenectute non minus, quam vitæ integritate venerabilis, itemque ſeptem fratrum cum matre ſua comprehenſorum, qui crudeliſſima quævis perpeti, quam legem de non comedenda carne porcina violare maluerunt. Vid. 2 *Maccab. VI. 18. ſeqq.* & *VII. 1. ſeqq.* Hinc procul dubio factum eſt, ut in ſubſequentibus temporibus eſus vel tactus animalis tam fœdi argumentum hominis ad ethniciſmum deficientis, abſtinentia vero ab illo animi Judaiſmo addictiſſimi teſtimonium, ipſos inter Judæos, haberetur, utque religionis patriæ genuini ſectatores animal illud præ aliis omnibus, quibus odium & fugam indixerat Moſes, deteſtari ſolerent & tantum non exſecrari. Ex iis, qui conjecturam a nobis heic adlatam ſuo adprobant calculo, nominaſſe ſufficiat JAC. SAURINUM, cujus hæc ſunt verba: *Aller Wahrſcheinlichkeit nach haben die Juden vor der Verfolgung des* Antiochus *keinen ſolchen unüberwindlichen Eckel an dem Schweinfleiſch gehabt, als man nach der Zeit an ihnen verſpüret. Wenigſtens findet man keine Urſachen zu glauben, daß ſie vor der Zeit gegen das Fleiſch der Schweine einen gröſſeren Abſcheu bewieſen, als gegen das Fleiſch anderer unreinen Thiere. Da aber ihre Verfolger ſich dieſes Thieres bedienen wolten, ſie zur Verleugnung ihrer Religion zu bringen, und ſie ſich die grauſamſten Marter zuzogen, da ſie nicht davon eſſen wolten; ſo fiel der unendliche Haſs gegen die Verfolger auf dasjenige Werkzeug, deſſen ſie ſich bedienten, ſie damit ganz unbarmherzig zu quälen &c.* Vid. ejusdem *Betrachtungen über die wichtigſte Begebenheiten des alten und neuen Teſtaments, part. II. p. 1334.*

(*) Ebræos corporis puritatem curæ cordique habere voluit ſupremum numen, eo, quod hæc imaginem quandam exhiberet mentis puræ, quæ in vero Dei cultu præcipui eſt momenti prorſusque neceſſaria. Hinc impuritatem omnem, vel quod ſaltim ſpeciem quandam ejusdem præbere poterat, ſollicite vitare Ebræos oportebat, aut ſi forte eandem contraxiſſent, quod varia fieri poterat ratione, purificatione atque luſtratione opus erat. Varii vero apud Ebræos erant immunditiei gradus variæque ejus ſpecies in ipſa lege memoratæ, pro quarum diverſitate diverſi quoque erant purificationum atque luſtrationum modi. Copioſe de hiſce omnibus commentati ſunt doctores talmudici in variis tractatibus, qui SURENHUSII *miſchnae* inſerti conſpiciuntur. Ex chriſtianis ſcriptoribus

:oſi, patientis fluxum, animalis immundi, ;orticinii, &c. cui oppoſitæ erant variæ lotio- :s, ac mundationes per ſacrificia aliosve ritus :rficiendæ. Ubi obſervandum, immunditiès il- s per ſe & ſua natura non fuiſſe peccata coram)eo, nec quenquam in conſcientia ſua fuiſſe is abſolute & ſimpliciter pollutum, ſed fuiſſe viticas immunditiès, hoc eſt, fuerunt peccata cundum quid, ratione ſcilicet transgreſſionis gis ceremonialis. Etenim quia non moralem ntum legem Deus in monte Sinai populo Iſraë- :ico promulgavit, ſed & ceremoniales iſtas le- es eidem præſcripſit, quas non minus quam il- m obſervari voluit, ideo ratione hujus *νομο- τσίας* tali quodam contactu in lege prohibito nmundities contrahebatur. Sacrificia & reli- ui ritus mundationi iſtarum immunditierum op- oſiti ſanctificabant inquinatos *ad emundationem rnis*, Hebr. IX. 13. atque itidem non habe- ant ex ſeſe, vel ex opere operato, vel ex digni- ite perſonæ hanc vim, ut peccata coram Deo xpiarent, ſiquidem hypocriticam illam perſua- onem prophetæ ſæpiuſcule improbant, Pſalm. :L. 9. *Non accipiam e domo tua juvencum, nec e ſeptis tuis hircos:* v. 10. *quoniam mea eſt mnis beſtia ſylvae:* v. 13. *nunquid comedam rnem taurorum, & ſanguinem hircorum bi- bam?* Eſa. I. 11. *Ad quid mihi multitudo victi- marum veſtrarum, dicit Jehovah? ſatur ſum, holocauſtum arietum & adipem bubulum, & ſanguinem vitulorum & agnorum nolui.* v. 13. *ne addatis offerre ſacrificium mendax, ſuffimen- tum abominatio eſt mihi.* Jer. VI. 20. *Holo- cauſtomata veſtra mihi non placent, nec ſacrifi- cia veſtra dulcia ſunt mihi.* Oſe. VI. 6. *Miſeri- cordiam volo, non ſacrificium.* Amos. V. 22. *Si obtuleritis mihi holocauſta & munera veſtra, non acceptabo; nec pacifica pinguium veſtrorum reſpiciam.* Mich. VI. 6. *Num placabo Deum holocauſtis & vitulis anniculis?* v. 7. *nunquid valent Jehovah millia arietum, aut decem mil- lia torrentium olei?* Quinimo epiſtola ad He- bræos cap. X. 4. diſerte dicit: *impoſſibile fuiſſe ſanguine taurorum & hircorum auferri pecca- ta*, ſed ſacrificiis aliisve ritibus vis illa mundan- di ac purgandi tribuitur *τυπικῶς*, quatenus præfigurabant unicum illud propitiatorium ſacri- ficium in ara crucis a Chriſto nov. teſt. ſacer- dote cœleſti Patri oblatum, quo perfecti ſunt omnes, qui ſanctificantur. Heb. VIII. 5. *Sacer- dotes vet. teſt. deſerviunt exemplari & umbrae rerum cæleſtium.* Heb. X. 1. *Lex umbram tan- tum habuit futurorum bonorum, non ipſam re- rum imaginem per ſingulos annos eisdem ipſis*

hoſtiis,

ribus ii maxime heic conſulendi ſunt, qui an- tiquitates veterum Ebræorum in ſcriptis ſuis expoſuerunt, veluti RELANDUS atque ICKE- NIUS, qui & peculiarem differt. *de adſperſio- nibus Ebræorum*, Bremæ *MDCCXXV.* edidit. Hiſce duumviris MELCH. LEYDEKKERUS *libr. XII. de republ. Ebræor. cap IX.* THEOD. DASSOVIUS *diſſ. de luſtrationibus Judæorum* Witteb. *MDCXCII.* JO. BIERMANNUS in *Moſe & Chriſto libr. I. cap. VII.* JOACH. LAN- GIUS in *faſciis typicis p. 468. ſeqq.* b. BUDDEUS in *hiſt. eccleſiaſt. vet. teſtam. tom. I p. 736. ſeqq.* aliique jungi merentur. Pertractavit quoque hoc- ce argumentum JO. SPENCERUS in notiſſimo ſæ- piusque a nobis adlegato opere *de legib. rit. Ebræor. libr. I. cap. XI. p. 181. ſeqq.* & *libr. III. diſſ. III. p. 773. ſeqq.* ubi & oſtendere anniſus eſt, divinas hac de re leges a gentilium inſtitu- tis ſuam ducere originem. Licet vero negari nequeat, lotiones luſtrationesque apud gentiles tum in myſteriis tum alibi fuiſſe frequentiſſi- mas, prout JOAN. LOMEIERUS, Zutpha- nienſis, in *epimenide*, ſive *ſyntagmate de vete- rum gentilium luſtrationibus*, aliique auctores a FABRICIO in *bibliogr. antiq. cap. X. §. X. p. 449.* excitati luculenter oſtenderunt; exem- plo tamen Jacobi *Geneſ. XXXV. 2.* comprobari poteſt, ablutionis ritum apud Iudæos eſſe antiquiſ- ſimum. Ab omni autem veri ſpecie, & a ſanctitate hujus patriarchæ plane alienum eſt, eundem ab- lutionis ritum ab idololatris mutuatum eſſe, licet ita exiſtimet SPENCERUS, cujus veſtigia heic ſecutus eſt JO. CLERICUS in *comment. ad Geneſ. XXXV. 2.* Legenda, quæ hanc in rem ſcripſerunt JO. HENR. MAJUS in diſſert. *de luſtrationibus & purificationibus Ebræorum*, quæ ejusdem *exercitatt. philolog. & exegeticis, tom. I. p. 479.* inſerta eſt, CREMERUS in *antiquitat. Moſaico-typicis tom. II. p. 263. ſeqq.* & WICHMANSHAUSEN in diſſ. *de lotione manuum* Witteb. *MDCCXVI.* edita, §. *VIII. ſeqq. p. 12. ſeqq.*

hoſtiis, quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere, v. 2. *alioquin ceſſaſſent offerri*. Proinde ut immundities ipſæ erant leviticæ, interiorem peccati immunditiem arguentes, ita mundationum ritus illis oppoſiti itidem erant typici (*), unicam illam peccati emundationem, quæ per Chriſti ſanguinem nobis contingit, adumbrantes. Lev. XII. Puerpera jubetur haberi immunda (**), ut de propagatione peccati originalis per carnalem generationem admoneamur. Duplum tempus immunditiei, edita in lucem femella obſervandum, admonebat, peccatum per fœminam in mundum introductum. Ad mundationem puerperæ offerebatur agnus in holocauſtum, & pullus columbæ ſive turtur in ſacrificium, ut ſignificetur, Chriſtum agnum illum Dei, Joh. I. 29. in ara crucis oblatum eſſe ad immunditiem peccati originalis abluendam, cujus beneficii fructus in nos redundat per veram pœnitentiam, in qua gemimus inſtar turturis Eſa. XXXVIII. 14. & vera fide in foramina petræ, id eſt, Chriſti vulnera inſtar columbæ nos abſcondimus Cant. II. 14. Lev. XIII leproſus jubetur haberi immundus (***), ut de peccati lepra admoneamur, quæ vere coram Deo nos immundos reddit. Lev. XIV. expiationis ſive mundationis ritus deſcribuntur, adferendæ erant duæ aves mundæ, quarum una mactabatur ſuper vaſe fictili, in quo erat aqua pura ſanguinem deſtillantem excipiens, ex altera adhuc viva una cum ligno cedrino, filo coccineo & hyſſopo fiebat adſperſorium, quo in ſanguinem avis mactatæ tincto adſpergebatur ſepties leproſus, hæc omnia transferri poſſunt ad noſtram coram Deo expiationem. Chriſti enim ſanguine per miniſterium verbi adſpergimur, ut a peccati lepra mundemur: Pſalm. LI. 9. *Adſperges me hyſſopo, & mundabor*; hyſſopus herba eſt humilis & abjecta; tale quoque eſt miniſterium verbi coram oculis hominum; avis mactata notat Chriſtum ſecundum humanam naturam mortuum, cujus ſanguis a peccatis nos mundat; avis viva denotat eundem Chriſtum ex mortuis reſuſcitatum, qui beneficia mortis ſuæ per miniſterium verbi & ſacramentorum tanquam ſalutare adſperſorium adplicat. Lepra domus itidem denotat peccati corruptionem in nos traductam, cum tamen primus generis noſtri parens fuerit ſanctum & mundum Dei habitaculum (*). Lev. XV. fluxum patiens & menſtruata

(*) Uberius hoc oſtenderunt CREMERUS & BIERMANNUS *locis citat*. LAMPIUS im *Geheimniß des Gnadenbundes, part. III. p. 1217*. RAMBACHIUS in libro, cui tit. *Chriſtus in Moſe p. 818. ſeqq.* aliique.

(**) Vid. *Lev. cap. XII.* quod egregie illuſtravit JO. CHRISTOPH. WAHRENDORF in *examine canonis Levitici de purificatione puerperarum* Helmſtad. *MDCCVII. 8.*

(***) *De Iſraëlita leproſo ejusque myſterio* peculiarem differt. edidit JO. CHRIST. KIRCHMEIERUS, quæ in ejusdem *ſylloge exercitat. acad. p. 78. ſeqq.* exſtat. Jungi merentur CREMERUS *loc. cit. p. 316. ſeqq.* & HENR. HULSIUS in diſſ. *de purgatione lepræ, menſtrui* &c. quæ ejusdem *commentario in Iſraëlis priſci prærogativas* ſubjuncta eſt.

(*) Ad ſanationem leproſi requirebatur: 1.) ad ſacerdotem *acceſſio*. Sic requiritur, ut ad Chriſtum medicum & ſacerdotem noſtrum accedamus. Leproſus adducebatur ab aliis: הוּבָא in *hophal*: ſic ad Chriſtum propriis viribus non poſſumus accedere. Sacerdos e caſtris exibat. Origenes homil. VIII. in Levit. *Semper ad illum, qui non poteſt introire in caſtra, exit ille, qui poteſt exire extra caſtra, qui dicit*: ego exivi a Deo, & veni in hunc mundum. Sacerdos conſiderabat, an lepra eſſet ſanata, Chriſtus non ſolum conſiderat, ſed & ipſe nos ſanat. 2.) *Leproſi mundatio*, quæ eſt typus juſtificationis. Ad illam requirebantur ſex: a.) ſanguis *avis* mundæ, duæ enim aves mactabantur, altera in ejus ſanguinem tincta dimittebatur libera. Quidam per avem mactandam intelligunt carnem mortificandam Gal. V. per liberam ſpiritum pennis orationis & devotionis in cœlum evolantem, ſed ſanctificatio, ad quam pertinet mortificatio, ſequitur juſtificationem. Origenes putat, idem innui, quod duobus hircis, ut ſenſus ſit, animam noſtram in ſanguine Chriſti tinctam dimitti liberam Pſalm. CXXIV. Theodoret q. XIX. in Lev. *Dominus Chriſtus pro humanitate lepra inquinata crucifixus eſt, carne qui-*

ϛata pro immundis haberi jubentur, quo ipſo ım interna immundities denotabatur, per ım & propter quam ipſa etiam opera noſtra na contaminantur. Eſa. LXIV. 6. *Omnes ſtrae juſtitiae tanquam pannus mulieris menſtruatae*; placent autem opera renatorum Deo r Chriſtum, qui eſt noſtra ſanctificatio. Qui ıgebat corpus hominis mortui, immundus bebatur, Num. XIX. 13. ut ſignificaretur, i, qui in peccatis contra conſcientiam vivunt, ſpiritualiter coram Deo mortui ſunt, Deo ominabiles eſſe, ac proinde conſortio eorum am alios pollui. Per vaccam ruffam immaculatam igne combuſtam, ex cujus cineribus parabatur aqua luſtralis, Num. XIX. 1. & ſeqq. denotatur Chriſtus, agnus ille Dei immaculatus, qui in ara crucis caritatis igne conſumtus eſt, cujus ſanguis credentes ab omni peccato emundat.

§. XXV. III.) Denique huc referendæ ordinationes in cibo, veſtitu & operis œconomicis obſervandæ. Sic 1.) Lev. XVII. 10. & alibi paſſim ſevere prohibetur *eſus ſanguinis* cujuſcunque animalis (*); v. 11. additur ratio, *quia* *Eſus ſanguinis.*

I 3 *anima*

quidem perferente mortem, divinitate autem humanitatis paſſionem ſibi adcommodante. Act. XX. 28. b.) *Cedrus*, quæ eſt imputreſcibilis, nec a vermibus eroditur, quidam eo adcommodant, quod juſtificatis non noceat vermis conſcientiæ. Origenes intelligit lignum crucis, Theodoretus divinitatem. Poteſt intelligi Chriſtus, qui ſe viridi ligno comparat Luc. XXIII. 31. c.) *Coccus.* Origenes intelligit Chriſti ſanguinem, Theodoretus humanitatem, quæ inſtar fili contorti anima & corpore conſtat. Intelligi poteſt pœnitentia & agnitio peccatorum, quæ ſunt inſtar coccini Eſaj. I. Color coccineus elui nequit, ſic peccata noſtra non niſi Chriſti ſanguine & fide, quæ colore rubro ſanguinis Chriſti tincta, nos cum Chriſto conjungit. d). *Hyſſopus* eſt herba humilis, calida, odorata & habet vim expellendi malos humores. Intelligitur miniſterium, quod eſt coram oculis hominum humile, ſed efficax per Spiritum S. ſuavem præbens conſcientiis odorem 2 Cor. II. expellit ſordes peccatorum abſolutione. e.) *Vas teſtaceum*, quo referunt illud 2 Cor. IV. poteſt adcommodari ad media terrena, concionis, baptiſterii, altaris &c. in quibus Chriſti ſanguine adſpergimur. Referri poteſt ad exinanitionem Chriſti, in qua noſtram fragilitatem ſuſcepit. f.) *Aqua profluens*: hæc notat baptiſmum Eph. V. huic mixtus ſanguis Chriſti efficit fluentum purpurans. Chriſtus cedrus miniſterio hyſſopi cocco fidei junctus in baptiſmi aqua nos ſanguine ſuo abluit. Aſperſio, fit ſepties, ſic Chriſtus ſepties fudit ſanguinem; poteſt etiam numerus ſeptenarius referri ad perfectionem: item ad iterationem per totam vitam. 3.) *Mundati purgatio*, per quam denotatur renovatio, ibi eſt a.) veſtimentorum & corporis lotio, qua denotantur lacrimæ pœnitentes ob interna & externa peccata pro-truſa. b.) Pilorum evulſio, qua denotatur veteris Adami mortificatio. c.) In caſtra intromiſſio. Sic per baptiſmum purgati intromittimur in eccleſiam. 4.) *Purgationis perfectio*, ad quam pertinet a.) diei ſeptimæ exſpectatio, denotatur dies noviſſimus, jubilæus, quietis dies: b.) repetita purgatio. Sic per areſactionem mundabimur ab omni peccati labe. 5.) *Purgati in tabernaculum intromiſſio.* Sic a peccatis mundi in æterna tabernacula intromittuntur. GERHARDUS.

(*) Conferenda heic, quæ de interdicto ſanguinis eſu ſupra ad §. *XVII. p. 29. ſeqq.* not. (**) diximus, ubi & obſervavimus, legem divinam Noacho ejusque poſteris datam *Gen. IX. 4, 5.* diſtingui debere ab illa, qua Iſraëlitis eſum ſanguinis prohibuit. In priori enim de carne cruda & a ſanguine recenti adhuc madente; in poſteriori vero de ſolo ſanguine ſermo eſt. Deus enim Iſraëlitis ſanguinis eſum interdicens, ita loquitur: דם לא תאכלו *ſanguinem non comedetis*, idque non ſimplici duntaxat vice ſed ſemper, quoties hac de re loquitur. vid. *Lev. III. 17. VII. 26, 27. XVII. 10. ſeqq. Deuter. XII. 16. XV. 23.* Rationes autem, cur Deus ſanguinis eſum prohibuerit, ipſe ſcriptor ſacer edifferit *Lev. XVII. 11, 14. Deut. XII. 23, 24.* & ex eodem ſupra repetit GERHARDUS. Scilicet *prima* ratio hæc eſt, quia in ſanguine *anima* ſeu vita eſſe cenſetur, ſiquidem ſanguine in corpore adhuc circulante ſeque movente vivit homo, eo autem effuſo & ſtagnante, vitæ clauſulam imponit. Unde & ſanguini ſingulare Deus pretium conſtituit. *Altera* ratio in eo ſita eſt, quia ſanguis Deo erat ſacratus ad expianda hominum crimina, eratque typus ſanguinis Chriſti, in novo fœdere pro peccatis hominum effundendi. Unde Ebræorum pro-

ver-

anima carnis eſt in ſanguine, & quia datus ſuper altare ad expiandum animas (*). Iſraëlitæ erant populus duræ cervicis & ad crudelitatem pronus, proinde eſu ſanguinis interdicebatur, ne ſanguine animalium veſcendo humani ſanguinis effundendi redderentur cupidi: quo pertinet, quod dicitur *anima carnis*, id eſt, vita animantis, *eſſe in ſanguine*, nimirum quia ſanguis eſt proximum animæ inſtrumentum; *amicus naturae filius*, ut Avicenna loquitur. Juſtinus in qq. & reſp. ad orthod. q. CXLV. *Si per quae caro, per eadem & ſanguis conſiſtit, quare Deus carnis animantium eſum permittit, carnis autem in ſanguine uſum interdicit? ut ea quoque re Deus nos a ferarum immanitate & ſimilitudine ſecerneret, quae in laniatu carnium ſanguinem quoque eorum lambunt, quorum vorant carnes.* Præterea ſanguis mundorum animalium offerebatur in ſacrificiis ſuper altare., proinde in honorem ſacrificiorum ab eſu ſanguinis Iſraëlitas ſibi temperare Deus voluit. *Moraliter* hac lege prohibita intelligitur omnis crudelitas, & omnis ejusdem ſignificatio, *typice* vero ſanguinis Chriſti profanatio Heb. X. 29. 2.) Lev. XVII. 15. *eſus morticinii*, ac laniati prohibetur, ut ab operibus mortuis abſtinendum eſſe ſignificetur, ſubeſt etiam ratio medica, quod talis cibus valetudini parum congruat (**). 3.) Deut. XXII. 6. prohibetur in aucupio *mater cum pullis* nido eximi (***) ad vitan-

verbium in Talmude Hieroſolymitano citatum: לא כפרא אלא בדם, *nulla expiatio niſi per ſanguinem.* Hiſce addi poteſt *tertia* ratio ab idololatris deſumta, quorum ritibus leges cærimoniales in primis fuerunt oppoſitæ, *Lev. XX. 23.* Conſtat vero, eos ſanguinem idolis ſuis olim obtuliſſe, quin & eundem comediſſe, exiſtimantes, illum dæmonum quoque, quibus litabant, cibum eſſe. Nec penitus excludenda heic eſt *quarta* ratio, ſupra *p. 30.* in *nota* jam commemorata. Sanguinis nimirum eſus eam quoque ob rationem a Deo fuit prohibitus, ne ſanguine veſcentes ſævitiæ & crudelitati ſenſim ſenſimque adſuefierent, ipſumque hominum ſanguinem ſitire diſcerent. Legenda, quæ hanc in rem ſcripſerunt JO. SELDENUS *de jure nat. & gentium juxta diſciplinam Ebræorum libr. VII. cap. I.* atque SPENCERUS *de legib. ritual. Ebræor. libr. I. cap. VII. ſect. I. p. 124, 125.* itemque in diſſertat. ſupra excitata *ad Act. XV. 20.* Quod reſtat, paucis adhuc notamus: *1*) iis in locis, ubi eſus ſanguinis prohibetur, prohiberi quoque eſum carnis, in qua etiamnum eſt ſanguis, qualis eſt caro *ſuffocata*, de qua peculiaris lex exſtat *Lev. XVII. 13.* itemque eſum *morticinii* & a *feris diſcerpti*, de quo vid. *Exod. XXII. 31. Lev. XVII. 15, 16. XII. 8. Deut. IV. 21. Ezech. XLII. 21.* 2) in legibus Moſaicis non tantum prohiberi eſum ſanguinis, ſed & comeſtionem על הדם *ſuper ſanguine*, vel *ad ſanguinem*, *Lev. XIX. 26. 1 Sam XIV. 33. Ezech. XXXIII. 25.* In legis hujus ſenſum rationemque inquirit SPENCERUS *libr. II. de leg. Ebr. rit. cap. XVI, p. 376.* edit. Tub. exiſtimatque, Deum legem illam, *de non comedendo ad ſanguinem*, Zabiorum oppoſuiſſe ſuperſtitionibus, qui mactato dæmonibus animali, ſanguinem ejus in vaſe vel foſſula aliqua collegerint, carnem vero mactatam, circa illum ſanguinem in circulo ſedentes, comederint, perſuadentes ſibi, ipſis carnem comedentibus, ſpiritus malignos ſanguinem comedere, & hac ratione amicitiam & familiaritatem cum illis contrahi. Confirmare hanc expoſitionem annititur vir ingenioſus teſtimonio MAIMONIDIS, quod legitur in *mor. nevoch. part. III. cap. XLVI.* inque eam deſcendit ſententiam, convivia idololatrica, ſecundum morem gentium, quem hactenus deſcripſimus, peracta, a Deo in hacce lege Iſraëlitis fuiſſe prohibita. Sed conferenda, quæ contra Spencerum heic monent CLERICUS in *comment.* ad *Lev. XIX. 26.* atque DEYLINGIUS *obſerv. ſacrar. part. II. num. XXV. p. 320. ſeqq.* qui & obſervant, על הדם verti debere *cum ſanguine*, adeoque heic vetari eſum carnis, in qua etiamnum eſt ſanguis, qualis eſt caro *ſuffocata.*

(*) Ut reverentia haberetur non ſolum vitæ auctori, cui ſanguis offerendus: ſed & honor tribueretur aliquis ſanguini mediatoris, quo noſtra perficienda erat expiatio. GERHARDUS.

(**) Vid. quæ CLERICUS in *comment.* ad *Exod. XXII. 31.* de hac ratione medica adnotavit.

(***) Sententiam hujus legis recentiori ævo uberius expoſuerunt NICOL. NONNEN in diſſ. *de Tſippor & Deror*, ubi myſtice hanc legem interpretari annifus eſt, C. A. HEUMANNUS in diſſ. *de legis divinæ paradoxæ Deut. XXII. 6, 7. exhibitæ, ſenſu & ſcopo*, Goetting. *MDCCXLVIII.*

tandam crudelitatis ſpeciem, ad conſervan-
...m avium propagationem, ad deteſtationem
...aleficorum, qui matre & pullis ſimul captis
...utebantur, ad ſignificandam ſolius Chriſti in
...orto captivationem, diſcipulis libere fugienti-
...is, &c. 4.) Lev. XIX. 19. Deut XXII. 9.
...ohibetur vinea *diverſis ſeminum ſpeciebus* conſeri (*), itemque veſtis diverſarum ſpecierum ex lano & lino fieri (**), aut bove & aſino ſimul arari (***), ut Samaritaniſmus & omnis in diverſis religionibus ſyncretiſmus Deo diſplicere ſignificetur (*). 5.) Num. XV. 38. Deut. XXII. 12. jubentur Iſraëlitæ ſibi *fimbrias* facere ex filis hyacinthini coloris, easdemque quatuor angulis veſti-

MDCCXLVIII. & JO. DAV. MICHAELIS in diſſertatione lectu digniſſima, hac inſignita inſcriptione: *lex Moſaica Deuter. XXII. 6, 7. ex hiſtoria naturali & moribus Ægyptiorum illuſtrata*, Goetting. *MDCCLVII.* quam *jurisprudentiæ antiquæ, tom. I. p. 93. ſeqq.* inſeruit DAN. FELLENBERGIUS.

(*) De hac lege ejusque genuino ſenſu vid. THEOD. DASSOVIUM *de modis ſeminandi diverſa ſemina apud Ebræos* Witteb. MDCXCV. inprimis vero SPENCERUM *libr. II. de leg. Ebr. rit. cap. XXX. p. 528. ſeqq.* edit. Tubing. & CLERICUM in *comment.* ad *Lev. XIX. 19.*

(**) Vid. *Lev. XIX. 19.* & *Deut. XXII. 11.* SPENCERUS obſervat *loc. cit. libr. II. cap. XXIII. ſect. III. p. 546. ſeqq.* veteres idololatras ejusmodi veſtes miſtas olim geſſiſſe, iisdemque in nocturnis præcipue cærimoniis uſos eſſe. Ut itaque Iſraelitæ a gentilium ſuperſtitione penitus averterentur, Deum veſtem peculiarem & a gentium aliarum uſu diſcrepantem iisdem adſignaſſe. Aliter tamen videtur JO. CLERICO, qui hanc æque ac alteram legem de non ſeminandis diverſis ſeminibus, ſymbolum fuiſſe exiſtimat, quo Ebræis alienigenarum idololatrarum commercia arctiora vitanda eſſe ſignificaverit Moſes. Vid. ejusdem *comment.* ad *Lev. XIX. 19.*

(***) Exſtat hæc lex *Deuter. XXII. 10.* In ſenſum rationemque hujus legis inquirit SPENCERUS *loc. cit. libr. II. cap. XXXI. p. 534. ſeqq.* ſuamque de ejus ratione ſententiam *p. 535.* hiſce verbis ediſſerit: „ veriſimile eſt, morem e „ Zabiorum veterum uſu profluentem, & huic „ legi cauſſam & materiam præbuiſſe. Ut rem „ propius tangam: veteres idololatræ, terram „ colentes, bovem & aſinum, animalia licet „ ἑτεροζυγῆ, idem jugum ferre cogebant; ut „ conjunctione hac iniquiſſima, tanquam ſigno „ & ſacramento quodam, ſe dæmonis nomine „ ſementem facere, & benignum illius influ- „ xum in agros ſuos implorare profiterentur. „ Deus autem hunc ritum lege contraria pror- „ ſus abolevit, ne populus ejus dæmonis opem „ & gratiam petere, vel ſpem in mendacibus „ gentium cærimoniis plus quam Dei promiſſis „ collocare videretur „. Verum hæc SPENCERI ſententia eam maxime ob rationem falſitatis jure meritoque ſuſpecta habetur a viris eruditis, quod nullo ſcriptoris alicujus hiſtorici teſtimonio comprobari poteſt, veteres idolorum cultores bovem & aſinum in arando junxiſſe, idque in cacodæmonis feciſſe honorem. Longe probabilior nobis videtur eorum ſententia, qui ſtatuunt, legem *Deut.* XXII. *10.* exſtantem eandem plane eſſe cum ea, quæ *Lev.* XIX. *19.* legitur, ubi dicitur: *animalia tua cum aliis diverſi generis coire non facies*, atque utriusque legis, licet iisdem verbis haud conceptæ, rationem eſſe ſymbolicam. Significari nimirum hiſce verbis, connubia Ebræorum cum aliis gentibus, nefandasque libidines, quibus miſcentur, quæ natura miſceri noluit. Certe apud ſcriptores latinos, obſervante ipſo SPENCERO, conjunctio bovis & aſini pro imparis conjunctionis exemplo adlegari ſubinde ſolet. Quin ipſe gentium apoſtolus ad hancce interpretationem legis divinæ reſpicere videtur, quando 2 *Cor. VI. 14.* ita ſcribit: ne ſitis ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις, *ne ſitis jugo juncti cum infidelibus.* Legenda, quæ hanc in rem ſcripſerunt BOCHARTUS in *hierozoico, part.* I. *libr.* II. *cap.* XXVII. CLERICUS in *comment.* ad *Deut.* XXII. *10.* & PETR. ZORNIUS in *bibliotheca antiquario-exeget. p. 398. ſeqq.* in *not.* Add. WOLFIUM in *curis philol. & crit.* ad 2 *Cor.* VI. *14.*

(*) Calvinus comm. in pentat. edit. ann. MDCXV. p. 176. ſic adcommodat, *ne ſemina diverſarum religionum in agro Dei, qui eſt eccleſia, miſceantur.* Conrad. Pelicanus in comm. *Agrum non mixtim ſerendum allegoricum videtur eſſe contra hypocriſin in verbis & factis & iniquitatem quamcunque, ſicut & de veſte mixtim contexta ex lana & lino doctrinam falſam veræ non miſcendam, vitam ſecularem religioſo habitu non veſtiendam.* f. 146. GERHARDUS.

veſtium adpendere (*), ut admoneantur præceptorum Dei, Deut. VI. 6. *Erunt verba haec, quae praecipio tibi hodie in corde tuo*, v. 7. *& repetes ea filiis tuis, & loqueris de eis, quando ſedebis in domo tua, & quando ambulabis per viam, & quando jacebis in lecto, & quando ſurges*, v. 8. *Scribas quoque illa in poſtibus domus tuae, & in portis tuis.* Weidnerus, converſus Judæus, in locis præcipuis fid. chriſt. tract. I. p. 141. *Fimbriae illae quatuor erant filorum, ſed duplicatorum, in ſuperiori quidem ſui parte tres nodos habentes, in inferiori vero duos. Per quatuor fila quatuor anni tempora deſignantur, per filorum vero duplicitatem dies & nox, ut quatuor anni temporibus, imo toto anno, nocte quoque & die mandatorum Dei memores eſſent. Nam per tres nodos ſuperiores Trinitas perſonarum, per duos vero inferiores duo deſignantur teſtamenta, lex ſcilicet Moſis & evangelium.* Hæc Weidnerus. 6.) Exod. XXIII. 19. XXXIV. 26. Deut. XIV. 21. *Non coques hædum in lacte matris ſuae* (**), ratio præcepti a) *mora-*

(*) Rem ita deſcribit HIERONYMUS ad cap. XXIII. Matth. *Juſſerat quoque aliud Moſes, ut in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent, ad Iſraëlis populum dignoſcendum; ut quomodo in corporibus circumciſio ſignum judaicæ gentis daret: ita & veſtis aliquam haberet differentiam. Superſtitioſi magiſtri captantes auram popularem, atque ex mulierculis ſectantes lucra, faciebant grandes fimbrias & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant, ut videlicet & ambulantes & ſedentes interdum pungerentur, & quaſi hac admonitione retraherentur ad officia domini, & miniſteria ſervitutis ejus.* Proinde ad diſcrimen inter Ebræos, cæteraſque gentes, conſtituendum ſpectabant fimbriæ iſtæ tunicæ adnexæ, eumque in finem Iſraëlitis erant præſcriptæ, ut inſervirent jugi præceptorum divinorum memoriæ, atque ad ſtudium ſanctitatis nunquam intermittendum homines excitarent. Ebræi eas vocabant ציצית h. e. *filamenta*, *Num. XV. 38.* In novo teſtamento adpellantur κράσπεδα *fimbriæ*, quas phariſæi ad pietatis majorem ſpeciem ſibi conciliandam valde multumque dilatabant, unde & a ſervatore jure meritoque fuerunt reprehenſi *Matth.* XXIII. 5. Plura hanc in rem heic cumulare nolumus, cum inſtituti noſtri brevitas id haud patiatur. Excuſſerunt hocce argumentum ex judæis, præter doctores talmudicos, cumprimis MAIMONIDES & SIMEON KAIRA, ut & ABARBANEL, RASCHI, ABEN ESRA, BECHAI, aliique interpretes ad *Num. XV.* Quibus ex chriſtianis BUXTORFIUS, LEUSDENIUS, PFEIFFERUS, WAGENSEILIUS, SAUBERTUS, CARPZOVIUS, BRAUNIUS, LIGHTFOOTUS atque ICKENIUS jungi merentur. Edidit quoque vir clariſſ. JO. PETR. SCHWARZIUS peculiarem diſſertat. *de peniculamentis Judæorum*, eandemque noſtro ſub præſidio Gœttingæ publice ventilandam propoſuit anno *MDCCXXXVII.*

(**) Hancce legem, hœdi coctionem in lacte matris prohibentem, repetitis ſubinde vicibus a Deo ſerio inculcatam, ac verbis facilibus ſatisque claris elatam, ita tamen detorſerunt nonnulli, ut, judice SAM. BOCHARTO, *vix ulla ſit lex in toto pentateucho, de cujus ſenſu minus conſtet.* Ipſe vir doctiſſimus, quem modo laudavimus, diverſas interpretum de hac lege ſententias non tantum diligenter recenſuit, ſed & easdem ſolide confutavit. Nos iis calculum noſtrum adjicimus, qui in ſimplici ac plano, quem verba ebraica fundunt, ſenſu, adquieſcunt, ajuntque, id duntaxat hacce lege cautum eſſe, ne hœdus in lacte materno coqueretur. Verum nova ſe nobis offert difficultas, quando, ſuppoſito jam genuino hujus legis ſenſu, de ejusdem ratione quæſtio inſtituitur. Heic enim interpretes rurſus in diverſas abeunt ſententias, quæ vero multis exceptionibus, iisque haud levibus, ſunt obnoxiæ ſolidoque fundamento deſtituuntur. Nec ſane rationes hujus præcepti divini, quas ſupra adducit GERHARDUS noſter, ita nobis videntur eſſe comparatæ, ut iis, qui omnia ſub adcuratius examen revocare ſolent, ſatisfacere queant. Adlegat *primo* rationem *moralem*, contenditque, ſignum fore crudelitatis, hœdulum, vixdum in lucem editum, a matre abripere. Aſt non ſatis attendiſſe videtur vir alias judicioſiſſimus, non de eo eſſe quæſtionem, an hœdum adhuc tenellum liceat a matre abripere, ſed an liceat eundem *coquere in lacte matris ſuæ?* De hoc poſteriori duntaxat caſu ſermonem heic eſſe, patet ex diſertis legiſlatoris verbis, quæ hæc ſunt: *hædum in lacte matris ne elixes, caveto.* Nec veriſimile eſt, Deum hac ipſa lege edocere voluiſſe Iſraelitas, fugiendam eſſe omnem crudelitatem, cum in hœdum jam occiſum nulla exerceri poſſit crudelitas. Animal enim jam occiſum nullo tangitur ſenſu, quacunque tandem ratione ejusdem carnes elixentur. Dein-

) *moralis*, foret ſignum crudelitatis, hædulum x dum in lucem editum a matre abripere. homas 1. 2. q. 102. art. 6. *Qui exercetur in ffectu miſericordiae erga animalia, magis diſonitur ex hoc ad miſericordiae adfectum erga mines.* b) *phyſica*, talis cibus corpori humao minus eſt ſalubris. c) *allegorica.* Chriſtus on eſt in prima infantia ab Herode interfectus, d in ætate virili; fidem infirmam non abjicit eus gravioribus tentationibus, & nobis igitur onvenit, *infirmum in fide ſuſcipere*, Rom. IV. 1. ita Cajetanus h. l. 7.) Lev. XIX. 23. æputia arborum recens plantatarum, id eſt, trium annorum fructus abjiciendi erant (*), ut prima noſtra nativitas ſecundum carnem peccato coram Deo contaminata ſignificaretur. Gregorius: *Ligna pomifera ſunt opera virtutibus fæcunda, praeputia auferimus, cum de inchoationis infirmitate ſuſpecti primordia operum noſtrorum non adprobamus.* Lyranus duas tradit hujus praecepti cauſas: 1.) *Quia arbores ſunt minus utiles, quando nimis cito faciunt fructum.* 2.) *Quia idololatrae tales fructus reputabant diis gratos, & eos idolis offerebant.* 8.) Lev. XIX. 27. prohibentur Iſraëlitæ *comam capitis in circuitum tondere* (**), *& barbæ extremitatem diſſipare.* v. 28. inci-

Deinde ſi crudelitatis ſignum foret, ſi hœdus vel a matre abriperetur, vel cum lacte matris coqueretur, ſine dubio non hœdum duntaxat, ſed quemvis tenellum a matre abripere, & cum lacte matris coquere vetuiſſet ſummus legiſlator, quod tamen factum non eſt. Pergit quidem GERHARDUS, & *ſecundo* loco *phyſicam* hujus legis adducit rationem, quæ in eo ſita eſt, quod talis cibus corpori humano minus ſit ſalubris. Verum ex verbis legis luculenter patet, non de comeſtione, ſed tantum de coctione hœdi in lacte materno ſermonem eſſe, ut jam illud haud urgeamus, difficulter probari poſſe, ejuſmodi cibum corpori humano minus eſſe ſalutarem. Subjungit tandem GERHARDUS rationem *allegoricam* ex THOMA CAJETANO deſumtam, quam heic repetere nolumus. Eandem enim longius petitam omnique probabilitatis luce prorſus deſtitutam eſſe, quivis, qui veram theologiæ allegoricæ indolem haud penitus ignorat, facile perſpiciet. Nobis eorum conjectura (neque enim præter conjecturas quidquam adferri heic poteſt) omnium probabiliſſima, adeoque & reliquis præferenda videtur, qui ajunt, legem iſtam, hœdi coctionem in lacte matris ſuæ prohibentem, eſſe unam ex iis legibus, quæ ſuperſtitioſis gentium moribus earumque ritibus magicis a Deo fuerint oppoſitæ. Fuiſſe enim nonnullos ex antiquis falſorum numinum cultoribus, qui hœdum non tantum ſolemni ritu coxerint, ſed & animal illud, quod ipſis eſſet magicum, in ſacris ſuis poſt collectos fructus celebratis, diis ſuis, rei ruſticæ præſidibus, obtulerint, parteſque nonnullas hœdi lactiſque commiſtas comederint, tandem vero דרך כשפים *ratione magica* lacte illo arbores, agros, hortos & pomaria, in ſpem majoris fertilitatis adſperſerint. Atque hanc ſententiam ſuo calculo adprobarunt nominis clarioris Judæi, nonnullique ex chriſtianis, excitati a SPENCERO *de leg. rit. Ebr. p. m.* 337 qui *loc. cit. p.* 334. *num.* 33. & teſtimonium ſcriptoris anonymi, Karæorum inter Judæos ſectæ addicti, e codice manuſcripto in medium adduxit, idque ex ebræo in latinum ſermonem tranſtulit. Conferri quoque heic meretur CLERICUS in *comment.* ad *Exod.* XXIII. 9.

(*) Nimirum inde ab eo tempore, quo planta vel arbor quædam frugifera erat plantata, tribus prioribus annis a fructibus ejus, tanquam impuris erat abſtinendum; atque hoc adpellabatur *præputium arborum*, de quo agit locus *Lev.* XIX. 23. Conf. JOSEPHUM *libr.* IV. *antiq. jud. cap.* VIII. & PHILONEM *libr.* III. *de charit. p.* 551. qui legis hujus rationem in eo quærit, quia fructus trium priorum annorum non tantum pauciores ſint, ſed & tenuiores atque minus ſalubres. Copioſius argumentum pertractatur in tractatu talmudico ערלה, qui in *Miſchna Surenbuſiana tom.* I. *p.* 306. *ſeqq.* exſtat. Si, quod ait MAIMONIDES in *more nevoch. part.* III. *cap.* XXXVII. verum eſſet, Deum *Lev.* XIX. 23. Zabiorum moribus ſe oppoſuiſſe, ſenſus legis hic eſſet, non imitandos eſſe populos vicinos, qui primos fructus idolis ſuis offerrent, ſed negligendos, obſervante CLERICO in *comment.* ad *Lev.* XIX. 23. Atque hanc ſententiam, quæ magna ſe commendat probabilitate, adoptavit quoque NICOL. DE LYRA, cujus verba ſupra adduxit GERHARDUS noſter.

(**) De Arabibus, itemque de Macis, Lybiæ populis refert, HERODOTUS *libr.* III. *cap.* VIII. & *libr.* IV. *cap.* CLXXV. eos tonſuram in or-

inciſionem pro mortuo in carne facere (*), *&c.* admonebantur hac lege *a)* ne ſeſe conformes redderent idololatris, qui in honorem fictitiorum deorum talia faciebant. Baruch. VI. 30. 1 Reg. XVIII. 2. *b)* Ne in cultu corporis mollitiem ac levitatem ſectarentur, neve amicorum mortem immoderatius lugerent. Atque hæ erant potiores conſtitutiones in cibo, veſtitu & œconomicis operis obſervandæ, quas ad leges forenſes potius, quam ceremoniales, pertinere non nemini videtur.

Fines legum ceremonialium.

§. XXVI. Ex his facili negotio colliguntur *fines* legum ceremonialium. *Primus* ac præcipuus finis erat ſignificatio & adumbratio beneficiorum Chriſti (**). Col.

bem adhibuiſſe. Ad horum itaque morem reſpexiſſe videtur legislator ſummus, vetans Iſraëlitis, ne ita adtonderent capillos, ut ne ſimiles evaderent idolorum cultoribus, quales erant Arabes, obſervante CLERICO in *comment. ad Lev.* XIX. 27. ubi & SPENCERUM refellit, qui non tonſuram Arabum ordinariam, ſed eam, quæ in funeribus fiebat, heic vetari, exiſtimavit, in ſæpius adlegato opere *de leg. rit. libr.* II. *cap.* XVIII. *p.* 390. *ſeqq.* Cæterum conferri heic merentur DASSOVIUS in *diſſert. de coma Ebræorum licita & interdicta*, itemque DEYLINGIUS *obſerv. ſacrar. part.* II. *obſ.* XIV. *p.* 197. *ſeqq.*

(*) Rurſus ad falſorum numinum cultores in hac lege reſpicit Deus, qui homines, ſuis ſacris initiandos, certo charactere ac ſtigmate corpori inuſto, vel inſculpto notare ſolebant, quod ſuperſtitionis teſſera ſignumque erat fœderis cum dæmonibus initi, hominisque eorum cultui mancipati, prout adductis veterum teſtimoniis comprobavit laud. DEYLINGIUS *obſerv. ſacr. part. III. obſ. XLIII.* §. *III. p.* 424. Conferri quoque heic merentur SPENCERUS *loc. cit. p.* 403. *ſeqq.* CLERICUS in *comment. ad Lev. XIX.* 28. WICHMANSHAUSEN in *diſſ. ad h. l. de corpore, ſciſſuris figurisque non cruentando* Witteb. *MDCCXIII.* edita, & ZORNIUS in *bibliotb. antiq. exeget. tom. I. part. III. p.* 272.

(**) Equidem SPENCERUS, quem ſæpius jam adlegavimus, in notiſſimo opere *de leg. Ebr. rit.* huncce finem legum cærimonialium V. T. non pro *primario*, ſed duntaxat *ſecundario* habet, finemque *potiorem* hunc fuiſſe contendit, ut populus Iſraëliticus *ab Ægyptiorum aliarumque gentium idololatria abduceretur.* Verum licet facile largiamur, ritus nonnullos a Deo præſcriptos eo fuiſſe comparatos, ut ab idololatria revocaretur gens Iſraëlitica, in eo tamen fallitur vir doctus, quod omnibus fere legibus ritualibus huncce finem tribuat, eundemque pro *primario* venditet, cum tantum fuerit *ſecundarius.* Cumprimis vero in eo a recto veritatis tramite plurimum aberrat SPENCERUS, quod exiſtimat, Deum in legibus quam plurimis *aliarum gentium*, præſertim *Ægyptiorum moribus atque inſtitutis ſe attemperaſſe*, ut populum maxime contumacem, gentium ritibus jam adſuetum, ſibi devinciret, & falſorum quoque numinum cultores hac ipſa ratione ad cultum Iſraëliticum alliceret. Huc ſane tendit totus liber tertius operis ſui, qui de ritibus a gentibus ad Ebræos derivatis agit. Eo minus autem hæc admitti poteſt ſententia, quo clariora ſunt ſupremi numinis verba, quibus populo ſuo ſerio atque repetitis ſubinde vicibus injunxit, ne gentium mores atque inſtituta ullo modo ullave ratione imitarentur. *Ne, inquit, diis gentium ſtudentes, ſtatuatis, quomodo illæ ſuos deos coluerint; ſic vos quoque facere. Ne ſic in Jehovam Deum veſtrum facitote. Nam quidquid abominationi eſt Jehovæ, quidquid odit, illi diis ſuis fecerunt. Quidquid ego vobis præcipio, curatote, ut id faciatis; neque, quidquam huic vel addatis, vel detrabatis. Deut. XII.* 30, 31, 32. His prorſus ſimilia ſunt, quæ *Lev. XVIII.* 2, 3, 4. leguntur. *Hæc Iſraëlitis meo nomine exponito: Ne imitamini facta Ægypti, quam incolitis, neque Chananææ, quo vos introduco, neve corum inſtituta tenetote. Sed mea jura exſequemini, & inſtituta mea ſervatote, & ex iis vivitote. Ego ſum Jehova Deus veſter.* Quis itaque ſibi perſuadeat, Deum aut præſcripſiſſe, aut ſaltim conceſſiſſe genti Iſraëliticæ, quæ ipſe ex cultu divino prorſus proſcripta eſſe voluit, & quæ ſibi abominationi eſſe, difertis verbis teſtatus eſt. Nec ſane de iis duntaxat, quorum turpitudinem ipſa ratio nos condocet, in verbis modo recitatis ſermo eſt, ſed & de ritibus, ſtatutis, ac cærimoniis, quæ eo ipſo, quia ab idolorum cultoribus adhibebantur, Deo erant exoſæ. Quomodo ergo dici poteſt, Deum pervicaci populi ſui ingenio ſeſe attemperaſſe, ea, utut paululum purgata, in ſacrorum ſuorum album transſcribendo, quibus, peregrinas ſuperſtitiones æmulando, prave adſueverant Iſraëlitæ. Equi-

ol. II. 17. Hebr. VIII. 5. X. 1. quo pertinet vinum reſponſum Moſi datum Exod. XXV. 40. *de ut facias juxta ſimilitudinem & exemplar ri in monte oſtenſum.* Epiſtola ad Hebræos vertit παραβολὴν c. X. 1. Juſtinus in dial. cum Tryph. p. 177. *Perpetuum vos ſervare ſabbatum vult lex nova.* p. 178. *hoc eſt, ſymbolum ſignumque panis azymi & ſinceri, ut ne vete-*

Equidem Deum, veluti neceſſitate quadam adactum & fere invitum, ritus Moſaicos, ab aliis gentibus transſumtos, inſtituiſſe comprobare admititur SPENCERUS ex loco *Ezech. XX. 4, 7, 8. ſeqq.* inprimis *vers. 25.* ubi inter alia hiſce verbis Deus utitur: *ego tradidi eis ſtatuta non bona, & judicia, in quibus non eſſet eis vita poſita.* In quo loco per *ſtatuta non bona* leges rituales intelligit vir doctus, quæ præcipue ratione *originis* ita dicantur, quia ſeculi moribus ortum debuerint, ſancitas enim eas eſſe a Deo, ut nonnullos Iſraëlitarum mores, vitio aliquo contaminatos tolleret, alios autem, paullulum emendatos, ſumma cum cautela toleraret. Provocat porro ad teſtimonium gentium apoſtoli, qui *Act. XIII. 18.* de gente Iſraelitica verba faciens, *Deus,* inquit, *per annos circiter quadraginta* ἐτροποφόρησεν αὐτούς, *eorum mores pertulit in deſerto.* Ubi per *mores,* quos Deus toleraverit, conſuetudines quasdam intelligi arbitratur, pueriles magis quam profanas, quarum quidem nonnullas Deus ad tempus tulerit, alias vero in ſacrorum ſuorum claſſem transſumſerit. Aſt hæc aliaque plura a SPENCERO in cauſſæ ſuæ præſidium adducta, opera haud difficili dilui queunt. Quod enim ad locum *Ezech. XX.* attinet, tantum abeſt, ut vel verbulo ibidem innuerit Deus, ſe quædam Ægyptiorum ſtatuta in ſuorum ſacrorum claſſem, ob populi duritiem, transſcripſiſſe, ut potius paſſim in hocce capite, inprimis *vers. 7.* & *18.* graviſſimis verbis præceperit Iſraëlitis, ne ullis Ægyptiorum inſtitutis ſe polluant. Nec *vers. 25.* per *ſtatuta non bona* intelligi poſſunt ſuperſtitioſi gentium ritus & ſtatuta ab Ægyptiis accepta, ſua quidem natura *non bona, ſed quæ jugi loco forent, quo rigidæ cervicis populi contumacia frangeretur, & omnis ad Ægypti mores redeundi libertas & occaſio tolleretur,* prout exiſtimat SPENCERUS. Quoties enim in ſanctioribus litteris חקים ומשפטים *ſtatuta & judicia*, ut leges a Deo latæ commemorantur, toties in ſe טובים *bona* eſſe ſupponuntur, toties vita iis adſcribitur, ſecundum primam ſupremi numinis intentionem. Patet hoc ex *vers. 11, 13, 21.* hujus capitis; itemque ex *Deuter. V. 1.* & *3. Lev. XVIII. 5. Rom. X. 5.* Quod uti de lege morali longe certiſſimum eſt, ita de præceptis quoque Leviticis dici debet, ſiquidem & hæc, æque ac præcepta moralia, a Deo per Moſen fuerunt promulgata & ſub ipſa excisionis pœna injuncta atque commendata. Unde cum viris quibusdam eruditis in eam deducimur ſententiam, per חקים לא טובים ſtatuta *non bona Ezech. XX. 25.* nec *legem moralem,* ſ. decalogum, qui bonus eſt, *Rom. VII. 12. 1 Tim. I. 8.* nec *leges cærimoniales,* in quibus fuerunt ὑποδείγματα verorum bonorum, ac σκιὰ μελλόντων *Coloſſ. II. 17.* futurorum bonorum, cumprimis veræ juſtitiæ ac redemtionis per Chriſtum parandæ adumbratio; ſed potius *juſta Dei decreta* atque *judicia* de Iſraëlitis ob idololatriam, rebellionem & alia peccata, puniendis, perdendis, atque exſcindendis, intelligi debere. Quæ *decreta* Dei Iſraëlitis revera לא טובים *non bona* & משפטים *judicia* fuerunt, in quibus eis *vita poſita haud eſſet.* Hancce oraculi hujus perdifficilis interpretationem ſponte fluere, & tam cum totius capitis ſerie, quam cum immediate præcedenti *commate 24.* elegantiſſime cohærere, ſolide comprobavit SAL. DEYLINGIUS *obſervat. ſacrar. part. II. obſ. XXIV. §. XVII. ſeqq. p. m. 312. ſeqq.* qui & *§. XXII. p. 315.* recte monuit, vocem משפט ſæpius in ſanctioribus litteris denotare *pœnas*, ac judicia graviſſima, quibus Deus in peccatores animadvertit, veluti *Eſai. V. 16. XXVI. 9. Ezech. XIV. 21. XXXIX. 21. Zeph. III. 5.* per חקים *ſtatuta Dei* ſubinde intelligi *comminationes* Dei & *decreta* de impiis adfligendis atque exſcindendis legibus adnexa. Conf. *Zach. I. 6.* Nec eſt, quod forte objicias, in verſibus antecedentibus 11, 13, 16, 19, 21. immo & in commate immediate præcedenti 24. per *ſtatuta* & *judicia* intelligi *leges* a Deo latas, nimisque durum immo coactum videri, ſi in *commate* ſubſequenti 25. hæc ipſa verba de juſtiſſimis Dei judiciis ac violatæ legis *pœnis* exponantur. Neque enim in ſcripturis infrequens hoc eſt, ut eadem vox *diverſa ſignificatione* repetatur, eſtque hæc elegans figura, quam rhetores græce ἀντανάκλασιν, latine *refractionem,* ſeu *reciprocationem* adpellare ſolent. Nam *vers. 24.* commemoratur populi Iſraëlitici culpa, ſcilicet ejusdem inobedientia; aſt *vers. 25.* deſcribitur pœna inobedientiam iſtam proxime conſecutura. Priori loco per חקים *ſtatuta* intelliguntur *leges* divinæ; poſteriori autem *pœnæ* divinæ, per allu-

ra malitioſi fermenti peragatis opera &c. p. 202. *Etiam alia omnia a Moſe ordinata enumerans oſtendere poſſem, figuras & notas & denunciationes eorum eſſe, quae Chriſto eventura erant, & quae Chriſtus ipſe erat facturus.* Hieronymus ad Paulin. *In promtu eſt leviticus liber, in quo ſingula ſacrificia imo ſingulae pene ſyllabae & veſtes Aaron, & totus ordo leviticus cœleſtia ſpirant ſacramenta.* Auguſtinus libr. VII. de civ. Dei c. 32. *Per ſacra, ſacerdotia, tabernaculum ſive templum, altaria, ſacrificia, ceremonias, dies feſtos &c. ea ſignificata & pronunciata ſunt, quae propter aeternam vitam fidelium in Chriſto & impleta credimus, & impleri cernimus & implenda.* Idem libr. X. de civit. Dei c. 4. *Quaecunque in miniſterio tabernaculi ſive templi multis modis de ſacrificiis leguntur divinitus eſſe praecepta, ad* … *lectionem Dei & proximi ſignificandam* r… *runtur.* Idem libr. XVIII. de civit. Dei, cap… *Moſes Chriſtum prophetavit per figuras obſ*… *tionum carnalium in tabernaculo & ſacer*… *& ſacrificiis, aliisque myſticis plurimisque* … *datis.* Nec ſolum adumbrabantur in leviti… lis ceremoniis Chriſti beneficia, ſed & cre… tibus per ſacramentorum & ſacrificiorum u… adplicabantur. Sic quando animalia ad ſa… ciorum uſum mactabantur, figura propon… tur mortis Chriſti, qui eſt unica illa Deo … victima, quem in typis ſacrificiorum depi… Iſraëlitæ vera fide intuebantur, & peccato… remiſſionem coram Deo impetrabant. … *principales* & ſecundarii legum ceremonial… fines conſtitui poſſunt multiplices (*) pro diverſis…

ſionem quandam ad priores illas ita dictæ; prout poſt GLASSIUM *libr. V. philol. ſacr. tract. II. cap. III. p. 530.* luculenter oſtendit laudatiſſ. DEYLINGIUS *loc. cit.* §. XX. *ſeqq. p. 313.* qui & alia eaque elegantia hujus ἀντανακλάσεως exempla, in prophetarum ſcriptis epanorthoticis paſſim occurrentia, in medium adduxit. Sed mittimus vel tandem locum huncce vexatiſſimum, atque nos convertimus ad oraculum Paulinum, quod legitur *Act. XIII. 18.* Non opus vero eſſe arbitramur, ut eidem copioſius explicando diu heic immoremur. Nemini enim, qui locum iſtum paullo curatius inſpexerit, poterit eſſe obſcurum, ibidem per *mores* Iſraëlitarum, quos Deus in deſerto per quadraginta annos toleraſſe dicitur, neutiquam *ritus ſacros* aut cærimonias intelligi, prout quidem contendit SPENCERUS; ſed ſceleratos Iſraëlitarum mores eorumque defectiones, querelas, murmura, de quibus Moſes ſæpiſſime graviter conqueſtus eſt. Legenda, quæ hanc in rem adnotarunt SUICERUS *tom. II. theſ. eccleſiaſt. p. 1319.* JO. HENR. HEIDEGGERUS in *exercit. bibl. diſſ. X. p. 291.* & DEYLINGIUS *loc. cit. part. II. obſ. XXXVII. p. m. 461. ſeqq.* Prætermittimus reliqua, quæ SPENCERUS pro confirmanda ſua ſententia adducit argumenta, dudum confutata ab iis, qui contra eundem calamum ſtrinxerunt, ſpeciatim ab HERM. WITSIO tum in *Ægyptiacis libr. III. cap. XIV.* tum in *œconomia fœderum Dei, libr. IV. cap. XIII.* JO. VAN DER WAYEN in *variis ſacris*, JAC. TRIGLANDIO in *diſſertat. de origine & cauſſis rituum Moſaicorum,* MELCH. LEYDEKKERO *de republica Ebræor.* atque ex noſtratibus a JO. FRANC. BUDDEO, in *hiſt. eccleſiaſt. vet. teſtam. tom. I. part. II. ſect. I. ad* §. *XXXI. p. m. 669. ſeqq.* JAC. DEYLINGIO, quem modo laudavimus, *in obſ. ſacr.* aliisque quos longo agmine producit b. cancell. PFAFFIUS in *hiſt. theol. litterar. part. I. libr. I.* ad §. *V. p. 98.* & *99.* Eandem tamen cum SPENCERO ſententiam amplexus eſt, eidemque viam præivit ex Anglis JO. MARSHAMUS, eques Auratus, cujus exſtat *canon. chronicus Ægyptiacus, Ebraicus, Græcus.* Prodiit is primum Londini ann. *MDCLXXII.* fol. variisque locis, Lipſiæ nimirum, Franequeræ & Amſtelodami, poſtea fuit recuſus. Conſtat vero, eosdem fere MARSHAMUM adverſarios fuiſſe expertum, quos & SPENCERUS. Hiſce duumviris ex recentiſſimis ſcriptoribus Anglis ad latus poni meretur ARTHUR-ASHLEY SYCKES. Is enim in *paraphr. in epiſt. ad Ebræos* typos e ſcriptura tollere nudasque ſubſtituere *allegorias* annisus eſt.

(*) Plures ejusmodi fines ſecundarios legum ritualium enarravit WITSIUS *locis* in præcedenti nota *excitatis.* Idem fecit SPENCERUS in prolegomenis operis ſui ſæpius jam adlegati *p. 19.* qui vero in eo plurimum errat, quod rationem harum legum myſticam & typicam, quæ *primarius* earundem finis eſt, pro *ſecundario* duntaxat venditat. Dicis tantum gratia, & ne rationem typicam prorſus eliminare videatur, SPENCERUM hoc dixiſſe, ex vero judicat

ra malitioſi fermenti peragatis opera &c. p. 202. *Etiam alia omnia a Moſe ordinata enumerans oſtendere poſſem, figuras & notas & denunciationes eorum eſſe, quae Chriſto eventura erant, & quae Chriſtus ipſe erat facturus.* Hieronymus ad Paulin. *In promtu eſt leviticus liber, in quo ſingula ſacrificia imo ſingulae pene ſyllabae & veſtes Aaron, & totus ordo leviticus cœleſtia ſpirant ſacramenta,* Auguſtinus libr. VII. de civ. Dei c. 32. *Per ſacra, ſacerdotia, tabernaculum ſive templum, altaria, ſacrificia, ceremonias, dies feſtos &c. ea ſignificata & pronunciata ſunt, quae propter aeternam vitam fidelium in Chriſto & impleta credimus, & impleri cernimus & implenda.* Idem libr. X. de civit. Dei c. 4. *Quaecunque in miniſterio tabernaculi ſive templi multis modis de ſacrificiis leguntur divinitu[s] ... lectionem Dei & proxi[mi] ... runtur.* Idem libr. XVIII ... *Moſes Chriſtum propheta[vit] ... tionum carnalium in ta[bernaculo] ... & ſacrificiis, aliisque m... datis.* Nec ſolum adu... lis ceremoniis Chriſti be... tibus per ſacramentoru[m] ... adplicabantur. Sic qua... ciorum uſum mactaba... tur mortis Chriſti, qu[i] ... victima, quem in typ[is] ... Iſraëlitæ vera fide int[uebantur] ... remiſſionem coram D... *principales* & ſecunda... fines conſtitui poſſunt ...

ſionem quandam ad priores illas ita dictæ; prout poſt GLASSIUM *libr. V. philol. ſacr. tract. II. cap. III. p. 530.* luculenter oſtendit laudatiſſ. DEYLINGIUS *loc. cit. §. XX. ſeqq. p. 313.* qui & alia eaque elegantia hujus *ἀνταναχλάσεως* exempla, in prophetarum ſcriptis epanorthoticis paſſim occurrentia, in medium adduxit. Sed mittimus vel tandem locum huncce vexatiſſimum, atque nos convertimus ad oraculum Paulinum, quod legitur *Act. XIII. 18.* Non opus vero eſſe arbitramur, ut eidem copioſius explicando diu heic immoremur. Nemini enim, qui locum iſtum paullo curatius inſpexerit, poterit eſſe obſcurum, ibidem per *mores* Iſraëlitarum, quos Deus in deſerto per quadraginta annos toleraſſe dicitur, neutiquam *ritus ſacros* aut cærimonias intelligi, prout quidem contendit SPENCERUS; ſed ſceleratos Iſraëlitarum mores eorumque defectiones, querelas, murmura, de quibus Moſes ſæpiſſime graviter conqueſtus eſt. Legenda, quæ hanc in rem adnotarunt SUICERUS *tom. II. theſ. eccleſiaſt. p. 1319.* JO. HENR. HEIDEGGERUS in *exercit. bibl. diſſ. X. p. 291.* & DEYLINGIUS *loc. cit. part. II. obſ. XXXVII. p. m. 461. ſeqq.* Prætermittimus reliqua, quæ SPENCERUS pro confirmanda ſua ſententia adducit argumenta, dudum confutata ab iis, qui contra eundem calamum ſtrinxerunt, ſpeciatim ab HERM. WITSIO tum in *Ægyptiacis libr. III. cap. XIV.* tum in *œconomia fœderum Dei, libr. IV. cap. XIII.* JO. VAN DER WAYEN in *variis ſacris*, JAC. TRIGLANDIO in *diſſertat. de origine & cauſſ[is]* ... LEYDEKKERO ... noſtratibus a J... *hiſt. eccleſiaſt. vet.* ... *ad §. XXXI. p.* ... GIO, quem m... aliisque quos lo... PFAFFIUS in ... *I.* ad §. *V. p. 9*... SPENCERO ... que viam præiv... eques Auratus, ... *ptiacus, Ebraic*... Londini ann. ... Lipſiæ nimiru[m] ... poſtea fuit rec... MARSHAM ... quos & SPE[NCERUS] ... recentiſſimis ... meretur AR... enim in *par*... ſcriptura to... anniſus eſt.

(*) Plures ejus... lium enarra... nota *excita*... prolegome... *p. 19.* qui ... rationem h... quæ *prima*... *rio* duntax... & ne ratio... tur, SPE...

omnes ſuaveolentium vaporationes habens in ſe, etiam antequam Moſes eſſet: facilem autem ad idola reverti populum erudiebat per multas advocationes &c. per ea, quae erant ſecunda, ad prima advocans, hoc eſt, per typica ad vera, & per temporalia ad aeterna, & per carnalia ad ſpiritualia, & per terrena ad cœleſtia. Tertullianus libr. II. adverſ. Marcion. cap. 18. *Sacrificiorum onera & operationum & oblationum negotioſas ſcrupuloſitates nemo reprehendat, quaſi Deus talia ſibi proprie deſideraverit &c. ſed illam Dei induſtriam ſentiat, qua populum pronum in idololatriam & transgreſſionem ejusmodi officiis religioni ſuae voluit adſtringere, quibus ſuperſtitio ſeculi agebatur, ut ab ea avocaret illos, ſibi jubens fieri quaſi deſideranti, ne ſimulacris faciendis delinqueret.* 6.) Erant adminicula conſervandi miniſterii; per quorundam enim ſacrificiorum carnes, uti & decimas primogenitorum, redemtiones ac primitiarum oblationes proſpiciebatur Levitis & familiis ipſorum de neceſſaria ſuſtentatione.

§. XXVII. Neque vero ceremoniales illas conſtitutiones voluit Deus eſſe perpetui temporis, ſed usque ad nov. teſt. ſtatum durare, in quo eas *abrogatas* eſſe (*), ex ſequentibus

Leges ceremoniales ſunt abrogatæ.

tantum bonæ, quia a legiſlatore injunctæ, non eapropter latæ, quod intrinſecam haberent bonitatem, adeoque prorſus eſſent neceſſariæ. Ipſi judaicæ gentis doctores, cum quibus vel maxime controverſia heic nobis intercedit, hocce diſcrimen diffiteri haud poſſunt. Solent enim diſtinguere inter מצוות השכליות *præcepta intellectualia*, quæ menti noſtræ natura ſunt inſcripta nobisque connata atque eapropter *legum naturalium* nomine veniunt, & inter תורות השמעיות *præcepta auditu percepta*, h. e. ea, quæ ex libera revelatione divina, adeoque per auditum, nobis innoteſcunt, ad quæ & leges cærimoniales, uti omnes leges poſitivæ, referendæ ſunt. Quæ cum ita ſint, ſponte conſequitur, leges cærimoniales ex ſe & ſua natura fuiſſe *abrogabiles.*

II) reſpiciendum quoque heic eſt ad cauſſas, propter quas leges iſtæ a Deo latæ ſunt. Exinde enim luculenter patet, iſtas abrogationi fuiſſe obno-

ra malitioſi fermenti peragatis opera &c. p. 202. *Etiam alia omnia a Moſe ordinata enumerans oſtendere poſſem, figuras & notas & denunciationes eorum eſſe, quae Chriſto eventura erant, & quae Chriſtus ipſe erat facturus.* Hieronymus ad Paulin. *In promtu eſt leviticus liber, in quo ſingula ſacrificia imo ſingulae pene ſyllabae & veſtes Aaron, & totus ordo leviticus cœleſtia ſpirant ſacramenta*, Auguſtinus libr. VII. de civ. Dei c. 32. *Per ſacra, ſacerdotia, tabernaculum ſive templum, altaria, ſacrificia, ceremonias, dies feſtos &c. ea ſignificata & pronunciata ſunt, quae propter aeternam vitam fidelium in Chriſto & impleta credimus, & impleri cernimus & implenda.* Idem libr. X. de civit. Dei c. 4. *Quaecunque in miniſterio tabernaculi ſive templi multis modis de ſacrificiis leguntur divinitus eſſe praecepta, ad dilectionem Dei & proximi ſignificandam referuntur.* Idem libr. XVIII. de civit. Dei, cap. 11. *Moſes Chriſtum prophetavit per figuras obſervationum carnalium in tabernaculo & ſacerdotio & ſacrificiis, aliisque myſticis plurimisque mandatis.* Nec ſolum adumbrabantur in leviticis illis ceremoniis Chriſti beneficia, ſed & credentibus per ſacramentorum & ſacrificiorum uſum adplicabantur. Sic quando animalia ad ſacrificiorum uſum mactabantur, figura proponebatur mortis Chriſti, qui eſt unica illa Deo grata victima, quem in typis ſacrificiorum depictum Iſraëlitæ vera fide intuebantur, & peccatorum remiſſionem coram Deo impetrabant. *Minus principales* & ſecundarii legum ceremonialium fines conſtitui poſſunt multiplices (*) pro diverſita-

te

ſionem quandam ad priores illas ita dictæ; prout poſt GLASSIUM *libr. V. philol. ſacr. tract. II. cap. III. p. 530.* luculenter oſtendit laudatiſſ. DEYLINGIUS *loc. cit.* §. XX. *ſeqq. p. 313.* qui & alia eaque elegantia hujus *ἀνταναχλάσεως* exempla, in prophetarum ſcriptis epanorthoticis paſſim occurrentia, in medium adduxit. Sed mittimus vel tandem locum huncce vexatiſſimum, atque nos convertimus ad oraculum Paulinum, quod legitur *Act. XIII. 18.* Non opus vero eſſe arbitramur, ut eidem copioſius explicando diu heic immoremur. Nemini enim, qui locum iſtum paullo curatius inſpexerit, poterit eſſe obſcurum, ibidem per *mores* Iſraëlitarum, quos Deus in deſerto per quadraginta annos toleraſſe dicitur, neutiquam *ritus ſacros* aut cærimonias intelligi, prout quidem contendit SPENCERUS; ſed ſceleratos Iſraëlitarum mores eorumque defectiones, querelas, murmura, de quibus Moſes ſæpiſſime graviter conqueſtus eſt. Legenda, quæ hanc in rem adnotarunt SUICERUS *tom. II. theſ. eccleſiaſt. p. 1319.* JO. HENR. HEIDEGGERUS in *exercit. bibl. diſſ. X. p. 291.* & DEYLINGIUS *loc. cit. part. II. obſ. XXXVII. p. m. 461. ſeqq.* Prætermittimus reliqua, quæ SPENCERUS pro confirmanda ſua ſententia adducit argumenta, dudum confutata ab iis, qui contra eundem calamum ſtrinxerunt, ſpeciatim ab HERM. WITSIO tum in *Ægyptiacis libr. III. cap. XIV.* tum in *œconomia fœderum Dei, libr. IV. cap. XIII.* JO. VAN DER WAYEN in *variis ſacris*, JAC. TRIGLANDIO in *diſſertat. de origine & cauſſis rituum Moſaicorum*, MELCH. LEYDEKKERO *de republica Ebræor.* atque ex noſtratibus a JO. FRANC. BUDDEO, *in hiſt. eccleſiaſt. vet. teſtam. tom. I. part. II. ſect. I. ad* §. *XXXI. p. m. 669. ſeqq.* JAC. DEYLINGIO, quem modo laudavimus, *in obſ. ſacr.* aliisque quos longo agmine producit b. cancell. PFAFFIUS in *hiſt. theol. litterar. part. I. libr. I.* ad §. *V. p. 98.* & *99.* Eandem tamen cum SPENCERO ſententiam amplexus eſt, eidemque viam prævivit ex Anglis JO. MARSHAMUS, eques Auratus, cujus extat *canon. chronicus Ægyptiacus, Ebraicus, Græcus.* Prodiit is primum Londini ann. *MDCLXXII.* fol. variisque locis, Lipſiæ nimirum, Franequeræ & Amſtelodami, poſtea fuit recuſus. Conſtat vero, eosdem fere MARSHAMUM adverſarios fuiſſe expertum, quos & SPENCERUS. Hiſce duumviris ex recentiſſimis ſcriptoribus Anglis ad latus poni meretur ARTHUR-ASHLEY SYCKES. Is enim in *paraphr. in epiſt. ad Ebræos* typos e ſcriptura tollere nudasque ſubſtituere *allegorias* annisus eſt.

(*) Plures ejusmodi fines ſecundarios legum ritualium enarravit WITSIUS *locis* in præcedenti nota *excitatis.* Idem fecit SPENCERUS in prolegomenis operis ſui ſæpius jam adlegati *p. 19.* qui vero in eo plurimum errat, quod rationem harum legum myſticam & typicam, quæ *primarius* earundem finis eſt, pro *ſecundario* duntaxat venditat. Dicis tantum gratia, & ne rationem typicam prorſus eliminare videatur, SPENCERUM hoc dixiſſe, ex vero judicat

dicat

ac varietate iſtorum rituum. 1.) Erant nervi iblicorum congreſſuum & vincula conſocian- ı hunc populum, cum pleræque illæ leviticæ remoniæ in publico divini cultus exercitio ad- iniſtratæ fuerint. 2.) Erant notæ profeſſio- s, ſigna & diſtinctiones politiæ Moſaicæ ab nnibus aliis gentibus, ſiquidem his ceremoniis lut ſepto ac maceria diſtincti fuerunt Iſraeli- ab idololatricis aliorum populorum cultibus. eut. IV. 8. Epheſ. II. 14. 3.) Erant com- onefactiones de peccato, Hebr. X. 3. quod variis illis immunditiei leviticæ ſpeciebus & riis animalibus in uſum ſacrificiorum mactatis anifeſte patet. 4.) Erant exercitia obedien- e erga Deum, ſiquidem obſervatione horum uum divinitus præſcripta teſtabantur Iſraelitæ, agnoſcere & colere verum Deum, qui per oſen una cum promiſſione de venturo Meſſia ges illas promulgaverat. 5.) Erant externa dagogia, qua coërcebantur, ne imitarentur ntilium idololatriam. Deut. XII. 30. Ideo ſtinus in Tryphone p. 227. dicit hæc injun- ı eſſe Judæis *διὰ την σκληροκαρδίαν αὐτῶν, τὸ εὐχερὲς πρὸς εἰδωλολατρείαν propter du- iem cordis ipſorum ac proclivitatem ad idolo- riam.* Irenæus libr. IV. cap. 28. *Deus nul- s horum indigus erat, eſt enim ſemper plenus nibus bonis, omnemque odorem ſuavitatis & omnes ſuaveolentium vaporationes habens in ſe, etiam antequam Moſes eſſet: facilem autem ad idola reverti populum erudiebat per multas ad- vocationes &c. per ea, quae erant ſecunda, ad prima advocans, hoc eſt, per typica ad vera, & per temporalia ad aeterna, & per carnalia ad ſpiritualia, & per terrena ad cœleſtia.* Ter- tullianus libr. II. adverſ. Marcion. cap. 18. *Sa- crificiorum onera & operationum & oblatio- num negotioſas ſcrupuloſitates nemo reprehen- dat, quaſi Deus talia ſibi proprie deſideraverit &c. ſed illam Dei induſtriam ſentiat, qua populum pronum in idololatriam & transgres- ſionem ejuſmodi officiis religioni ſuae voluit ad- ſtringere, quibus ſuperſtitio ſeculi agebatur, ut ab ea avocaret illos, ſibi jubens fieri quaſi deſi- deranti, ne ſimulacris faciendis delinqueret.* 6.) Erant adminicula conſervandi miniſterii; per quorundam enim ſacrificiorum carnes, uti & decimas primogenitorum, redemtiones ac primi- tiarum oblationes proſpiciebatur Levitis & fami- liis ipſorum de neceſſaria ſuſtentatione.

Leges ceremoniales ſunt abrogatæ.

§. XXVII. Neque vero ceremoniales illas conſtitutiones voluit Deus eſſe perpetui temporis, ſed usque ad nov. teſt. ſtatum durare, in quo eas *abrogatas* eſſe (*), ex ſequen-

tibus

dicat b. cancell. PFAFFIUS, in *diſſertat. præliminari*, quam operi Spenceriano præmiſit *ſ. 3.* Confutarunt periculoſam hanc ſententiam auctores in præcedenti nota laudati pluresque alii.

(*) Si in comprobanda hac veritate, legem cærimonialem in novo teſtamento abrogatam eſſe, juſto ordine procedere velimus, argumenta probantia non in unum veluti cumulum conjicienda, ſed in certas claſſes diſpeſcenda ſunt. Scilicet

I) Probe heic attendendum ad ipſam naturam atque indolem harum legum earumque diſcrimen a legibus *moralibus*. *Hæ* quippe in ipſo jure naturæ ſuum habent fundamentum, atque ex ipſo rationis lumine innoteſcunt, adeoque in ſe & ſua natura bonæ ſunt hominibusque neceſſariæ, quod in legibus *cærimonialibus* ſecus ſeſe habet, ſiquidem hæ in libera atque indifferente legislatoris voluntate ſunt fundatæ, ideoque tantum bonæ, quia a legislatore injunctæ, non eapropter latæ, quod intrinſecam haberent bonitatem, adeoque prorſus eſſent neceſſariæ. Ipſi judaicæ gentis doctores, cum quibus vel maxime controverſia heic nobis intercedit, hocce diſcrimen diffiteri haud poſſunt. Solent enim diſtinguere inter מצוות השכליות *præcepta intellectualia*, quæ menti noſtræ natura ſunt inſcripta nobisque connata atque eapropter *legum naturalium* nomine veniunt, & inter תורות השמעיות *præcepta auditu percepta*, h. e. ea, quæ ex libera revelatione divina, adeoque per auditum, nobis innoteſcunt, ad quæ & leges cærimoniales, uti omnes leges poſitivæ, referendæ ſunt. Quæ cum ita ſint, ſponte conſequitur, leges cærimoniales ex ſe & ſua natura fuiſſe *abrogabiles*.

II) reſpiciendum quoque heic eſt ad cauſſas, propter quas leges iſtæ a Deo latæ ſunt. Exinde enim luculenter patet, iſtas abrogationi fuiſſe obno-

tibus fundamentis conſtat: 1.) Pſalm. CX. 4. promittitur *ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech*, ex quo epiſtola ad Hebræos VII. 11. ita colligit, *ſi conſummatio per ſacerdotium Leviticum*

obnoxias. Jam vero tres præcipue ſunt cauſſæ, quibus inductus Deus leges iſtas tulit: *1*) ut Chriſtum nondum incarnatum, ac feliciſſima novi teſtamenti tempora adumbrarent. Vid. *Eſaj. LIII. 4. ſeqq. Joan. I. 29. XIX. 36. 1 Cor. V. 7. X. 6, 11. Eph. V. 2. Col. II. 17. ſeqq. 1 Petr. I. 19. Ebr. IX.* X. XIII. *10. ſeqq.* 2) ut cultum Iſraëliticum a cultu maleſano & idololatrico vicinarum gentium, præcipue Ægyptiorum, diſtinguerent, prout ex ipſis Judæis copioſe comprobavit MOSES MAIMONIDES in *more nevochim part. III. cap. XLV. XLVI.* Ut taceamus ea, quæ ex chriſtianis viri doctiſſimi, SELDENUS, SPENCERUS, HOTTINGERUS, WITSIUS aliique hanc in rem ſcripſerunt, Conf. loca biblica *Lev. XVIII. 2, 3, 4.* & *Deut. XII. 30, 31.* *3*) ut indomitam populi Iſraëlitici ferociam tanquam difficillimo jugo ſubigerent atque emendarent; prout innuit Paulus *Gal. III. 24, 25. IV. 1, 3. Ebr. II. 15.* Omnes vero haſce rationes, propter quas leges iſtæ olim fuerunt latæ, penitus nunc ceſſaſſe, facili oſtendi poteſt negotio. Ceſſavit quippe typus, ab antitypo impletus, nec opus amplius eſt figuris, exhibita veritate. Ceſſavit quoque periculum, ne gens Deo dilecta ad cultus profanos atque idololatricos ſeſe averteret. Ceſſavit denique jugum illud, ſub quo olim detinebatur populus Iſraeliticus, ſiquidem fideles ad libertatem evangelicam vocati & Spiritu adoptionis donati, ſpontaneo obſequio Deo ſerviunt, *Pſalm. CX. 5.* Ceſſantibus itaque cauſſis & rationibus legum ritualium, ceſſant & ipſæ leges, ita ut nullam amplius obligandi vim habeant.

III) Nec illud prætermittendum heic eſt, quod *perſonæ*, itemque *loca*, quæ ſub lege cærimoniali ad ejusdem adcuratam obſervationem requirebantur, inſignem ſubierint mutationem; unde pronum eſt colligere, ipſam hancce legem fuiſſe abrogandam, quem ad modum & abrogata eſt. Quod ad *perſonas* attinet, nemo eſt, qui ignoret, legem iſtam uni duntaxat populo, Judaico nimirum, olim fuiſſe præſcriptam, *Geneſ. XVII. 7. Lev. VII. 36.* Aſt temporibus Meſſiæ omnes gentes, ut ut a loco, quem Deus delegerat, remotiſſimæ, ſecundum vaticinia vet. teſt. ad Deum erant convertendæ, quibus impoſſibile foret, omnia legis cærimonialis capita ita, prout par eſt, obſervare. Unde ſponte conſequitur, legem cærimonialem, utpote *impoſſibilem*, debuiſſe aboleri aliumque inſtitui cultum, qui ab omnibus ubique locorum obſervari poſſet, manente tamen ſemper ubique eadem fide. Quod vero attinet ad *locum* cultus Levitici, conſtat, eundem ad terram ſanctam, *Deut. IV. 14. VI. 1. XI. 31. 32.* & ad templum Hieroſolymitanum olim fuiſſe reſtrictum. Sed templum dudum eſt deſtructum, Hieroſolyma, quæ ſacrorum ſedes erat, ſolo æquata, totaque gens Judaica per univerſum terrarum orbem diſperſa miſerumque in modum diſſipata. Fieri itaque nulla ratione poteſt, ut lex cærimonialis ex præſcripto Dei amplius obſervetur, cum nec altare, nec templum occurrat, ubi ſacra fieri poſſent, nec ſacerdotium nec ſacrificia amplius dentur, ipſæque generationes Judæorum ita hodie ſint confuſæ, ut Levitas a reliquis tribubus, atque Aaronitas a Levitis cæteris diſtinguere amplius nequeas, quod tamen ad obſervationem cultus Levitici prorſus fuiſſet neceſſarium.

Nec eſt, quod forte heic objiciant judaicæ gentis doctores, eſſe hæc quidem ſigna luculentiſſima iræ divinæ, quam & alias, cum primis in captivitate Babylonica atque Ægyptiaca, experti ſint Judæi, ex quibus uti olim fuerint liberati, *ita fieri omnino poſſe, ut etiam ab iſto noviſſimo exſilio, in quo jam ſunt conſtituti, aliquando liberentur.* Nam, ut recte monet FRANC. TURRETTINUS, „ diſperſio præ„ſens Judæorum immane quantum differt ab „ aliis eorum captivitatibus. Harum tempus „ determinatum fuit; ſed iſtius minime, & „ tale jam effluxit, quod non duplo, quadru„plo, ſed decuplo ſuperavit tempus aliis con„ſtitutum, non LXX. annorum, vel unius „ aut alterius ſeculi, ſed ſexdecim ſeculorum „ jam elapſorum. In aliis ſtabat adhuc Jeruſa„lem & templum licet corruptum; ſed jam pla„ne ſolo æquata ſunt. In aliis manebat di„ſtinctio tribuum, ſed hic nulla vera dari „ poteſt, quidquid garriant recutiti. In „ aliis non deerant prophetæ & ſacerdotes; „ ſed jam plane deſierunt „. Vid. ejusdem *inſtitutionem theologiæ elencticæ, part. II. loco XI. quæſt, XXVI. §. VIII. p. 177.*

Ut vero e brevi diverticulo in viam redeamus, *IV*) & hoc notamus, totam œconomiam Moſaicam, adventante Meſſia mutari debuiſſe. Unde hoc deducimus poriſma, legem quoque cærimonialem, utpote præcipuam œconomiæ Moſai-

icum erat, quid adhuc neceſſarium fuit, ſecunum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dici? v. 12. tranſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis

Moſaicæ partem ſub adventum Meſſiæ fuiſſe abrogandam. Mutari autem debuiſſe œconomiam Moſaicam, teſtantur oracula vet. teſtam. *Pſalm. CX. 4. Jer. XXXI. 32. Dan. IX. 27.* ſupra a b. GERHARDO adducta atque luculenter expoſita. Quibus

V) ex novi teſtamenti libris varia adjungi poſſunt loca, ex quibus ſupra abrogationem legis cærimonialis ſolide comprobavit laudatiſſimus GERHARDUS. Addi tamen merentur oracula ſacra *Gal. IV. 1, 2, 3. Eph. II. 14. Coloſſ. II. 14.* Scilicet ſecundum hæc effata Paulina *1*) lex cærimonialis erat inſtar *pædagogi*, qui homines ad Chriſtum deduceret. At, Chriſto jam exhibito, qui pater eſt & caput eccleſiæ, non amplius opus eſt pædagogo; *2*) lex erat *μεσότοιχον*, *paries intergerinus*, quo ſeparabantur Iſraëlitæ a cæteris gentibus; ſed ſublato per Chriſtum gentium diſcrimine, uſus iſtius parietis intergerini penitus ceſſavit; *3*) lex erat *chirographum* nobis contrarium; quoties enim Iſraëlitæ pro reatu ac peccato adducebant victimam, confitebantur debitum ſuum, atque illud quaſi ſanguine ſcribebant. Verum, ſoluto per Chriſtum debito noſtro, expiatisque per ejus ſanguinem peccatis noſtris, *chirographum* iſtud deletum eſt, ac penitus e medio ſublatum, crucique adfixum. Vid. SALOM. DEYLINGIUM in diſſertat. *de chirographi & principum legalium abolitione*, Lipſ. MDCCXII. & in *obſervat. miſcell. p. 520.* nec non AMELIUM in *der Erörterung der dunkelſten Schriftſtellen im neuen Teſtam. tom. II. p. 843. ſeqq.*

Cumprimis vero *VI*) id notari meretur, quod novi teſtamenti œconomia ab œconomia vet. teſtam. prorſus ſit diverſa, atque ita comparata ut leges cærimoniales in ea locum habere nequeant. Novo enim teſtamento cultus *ſpiritualis* proprius eſt, quem inferunt quoque prophetarum V. T. de abolendo cultu levitico ac lege cærimoniali vaticinia, eaque tum *generalia*, *Deuter.* XVIII. *15, 18. Eſaj.* IX. 4. LXV. 17. LXVI. 22. *Jer.* XXXI. 32. *Ezech.* XVI. 60. *ſeqq. Zach.* IX. 11. tum *ſpecialia* de antiquatione ſacerdotii, *Pſalm.* CX. 4. de ceſſatione ſacrificiorum, *Dan.* IX. 27. aliisque hujus generis inſtitutis. Olim in vet. teſtam. nemo ad miniſterium ſacrum admittebatur niſi una duntaxat tribus, nimirum Levitica; ſed in novo teſtam. ortum eſt aliud ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedeci ex tribu Juda, & ſacerdotes adſumuntur non tantum ex Judæis, ſed & ex ipſis gentibus, immo omnes Chriſti cultores ſunt ſacerdotes, *Eſa.* LXVI. *21. 1 Petr.* II. *5. Apoc.* I. *6.* Olim ſacrificia erant externa & carnalia, nunc vero ſola ſpiritualia Deo ſunt accepta, *Rom.* XII. *1.* Olim cultus ſacer certæ orbis parti & uni loco erat adfixus, ſed nunc veri adoratores ubique poſſunt adorare Deum in ſpiritu & veritate, *Joan. IV. 23.* Olim obtinebat circumciſio carnalis, hodie ſpiritualis tantum requiritur *Rom.* II. *28, 29.* Ut alia his ſimilia jam non memoremus.

Iis, quæ hactenus diximus *VII*) ſubjungi heic poſſent teſtimonia ipſorum gentis Judaicæ doctorum, qui ingenue confeſſi ſunt, Meſſiam, quem anxie exſpectant, abrogata veteri lege, novam daturum eſſe. Quum vero inſtituti noſtri brevitas haud patiatur, ut ea heic adducamus in medium, lectores noſtros ad eos remittimus auctores, qui loca iſta data opera collegerunt. Fecerunt id RAYMUNDUS MARTINI in *pugione fidei, part.* III. *diſt.* III. *cap.* IX. §. *12.* & *cap.* XX. JOSEPH. DE VOISIN ad R. MARTINI *pug. fid. p. 149. ſeqq.* edit. Carpzov. & *de lege div. p. 546. ſeqq.* GE. ELIESER EDZARDI in tract. talmud. *avoda ſara p. 194, 200, 256.* JO. ANDR. EISENMENGERUS in *dem entdeckten Judenthum, part.* I. *p. 270. ſeqq.* & *part.* II. *p. 859, 860.* HERM. WITSIUS in *œconom. fœderum Dei libr.* IV. *cap.* XIV. §. X. JAC. BASNAGE in *hiſt. des Juifs, tom.* IV. *chap.* XIX. §. VIII. *p. 415, 416.* aliique.

Antequam vero argumentum de abrogatione legum cærimonialium dimittamus, duo adhuc paucis notamus. *Primum* hoc eſt: leges iſtas duplici modo ſpectari poſſe, vel ratione *doctrinæ*, vel ratione *obligationis*. Si *priori* modo ſpectentur leges iſtæ, abrogatæ dici nequeunt. Quemadmodum enim partem quandam codicis ſacri conſtituunt, ita & multifariam inter ipſos chriſtianos præſtant utilitatem; ſunt quippe non tantum ſpeculum ſapientiæ divinæ, ſed & confirmandæ atque illuſtrandæ veritati graviſſimæ de Chriſto, hominum redemtore, medioque unico impetrandi ſalutem ſempiternam, egregie inſerviunt. Aſt ſi leges iſtæ conſiderentur habito reſpectu ad *obligationem* atque *obedientiam*, eæ prorſus ſunt abrogata.

Neque

legis tranſlatio fiat. Si in nov. teſt. cujus ſummus ſacerdos Chriſtus eſt, ceremoniæ leviticæ adhuc obſervari deberent, utique Chriſtus eſſet non minus ſacerdos ſecundum ordinem Aaronis quam vet. teſt. pontifices. Conſequens repugnat vaticinio pſalmi. Ergo & antecedens falſum eſt. 2.) Dan. IX. 27. *Meſſias confirmabit pactum* (puta novum illud Jer. XXXI. 33. promiſſum) *multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis ceſſare faciet hoſtiam & ſacrificium.* Præcipua pars levitici cultus in ſacrificiis poſita fuit. Jam vero per Meſſiam illa prædicantur abroganda, ergo idem de reliquis ceremoniis leviticis intelligendum. 3.) Quæcunque certi cujusdam temporis limitibus circumſcribuntur, ea non ſunt perpetui temporis. Jam vero conſtitutiones leviticæ certi temporis limitibus circumſcribuntur, ſiquidem in promulgationibus earum ſæpiuſcule additur, *obſervabitis haec in generationibus veſtris* לְדֹרֹתֵיכֶם Gen. XVII. 7. *ſtatuam pactum meum inter te & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis,* ubi adſcripſit D. Lutherus in marg. *So lang ihr Ding wæret, denn Moſes hiermit deutet, daß ihr Ding ſoll endlich aufhören, und ein anders kommen.* 4.) Hebr. IX. 10. *Diſcrimen ciborum, variae illae lotiones & juſtitiae carnis uſque ad tempus correctionis* διορθώσεως *ſunt impoſita.* Matth. XI. 13. *Omnes prophetae & lex uſque ad Johannem prophetarunt.* Quemadmodum prophetæ verbis, ita lex ceremonialis typis de Chriſto prophetavit, quare uti per adventum Meſſiæ, quem Johannes digito monſtravit, prophetarum vaticinia ſunt completa, ita quoque legis typi abrogati. 5.) Act. XV. 6. propter quæſtionem illam de obſervatione circumciſionis & reliquarum legum Moſaicarum gentibus imponenda convocatur ab apoſtolis ſynodus Hieroſolymitana, & Spiritu ſancto auctore ſtatuitur, gentibus converſis leges illas haudquaquam imponendas eſſe; qua vero de cauſa ſanguinis & ſuffocati eſus ad tempus ibidem prohibitus fuerit, expoſitum eſt ſuperius. 6.) Act. X. 11. viſione cœleſti admonetur Petrus, in nov. teſt. ſublatum eſſe ciborum diſcrimen, quod denuo in gratiam Judæorum converſorum obſervans Gal. II. 13. reprehenditur a Paulo. Gal. IV. 10. *Dies obſervatis & menſes & tempora & annos.* v. 11. *vereor, ne fruſtra in vobis laboraverim.* Gal. V. 2. *Ego Paulus dico vobis, ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.* Col. II. 16. *Nemo vos judicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniae aut ſabbatorum.* Si diſcrimen ciborum ac dierum, uti & circumciſionis neceſſitas in vet. teſt. ſublata eſt, ſublatæ erunt etiam reliquæ leges ceremoniales propter eandem omnium rationem & ὁμογένειαν, ſiquidem partes homogeneæ eandem habent naturam & definitionem cum toto. 7.) Veniente corpore ceſſat umbra, ſive umbratilis primorum linea-

Neque enim fideles in nov. teſt. ſubjiciuntur adhuc iſtis legibus ut olim Judæi, neque ad illarum obſervantiam ulla ratione obligantur. Ceſſarunt itaque hæ leges, quatenus habent rationem legum, hoc eſt, quatenus obligant ad actiones illas cærimoniales. *Alterum*, quod heic attendi meretur, ſpectat ad *modum* & *tempus* hujus abrogationis. *Modus* ſpectatur vel *quoad jus*, quando nimirum vis legis ac fundamentum obligationis penitus tollitur, id quod factum eſt per mortem Chriſti cruentam, per quam deletum fuit chirographum nobis contrarium; vel *quoad factum*, quando re ipſa obligatio legis ceſſat reſpectu hominis, quod non uno eodemque ictu, ſed ſenſim ſenſimque factum. Hinc nonnulli tria *tempora* cærimoniarum vet. teſtamenti ſollicite ſolent diſtinguere. *Primum*, quo fuerunt *vivæ*, nec tantum licitæ, ſed & utiles ac neceſſariæ ſub vet. teſt. *Secundum*, quo fuerunt *mortuæ* per mortem Chriſti, ita tamen, ut tantiſper manſerint adiaphoræ atque aliquandiu per peculiarem συγκατάβασιν fuerint toleratæ ab apoſtolis, ad lucrandos infirmos Judæos. Vid. *Act.* XVI. 1. 3. XXI. 22. *ſeqq.* 1 *Cor.* IX. 20, 22. X. 32, 33. *Tertium* denique, quo factæ ſunt *lethales* ac *mortiferæ*, ob abuſum Judæorum & pſeudapoſtolorum, qui obſervantiam legum cærimonialium, tanquam ad ſalutem neceſſariam, graviter urſerunt. Hoc qui faciunt, re ipſa fidem tollunt, qua ſola juſtificari atque ſalvari poſſumus. Conferantur, quæ poſt FRANC. TURRETTINUM aliosque hanc in rem ſcripſit WITSIUS in *œcon. fœd. Dei libr.* IV. *cap.* VIII. §. 23. & *cap.* XIV. §. 54.

neamentorum deſcriptio, præſente antitypo eſſat typus. Atqui ceremoniæ leviticæ fuerunt mbræ & typi beneficiorum Chriſti, ergo in adentu & per adventum ejus ſunt abrogatæ. *Adsntio* conſtat ex manifeſtis ſcripturæ dictis xod. XXV. 40. *Vide ut omnia facias juxta militudinem in monte tibi oſtenſam*, quod ditum epiſtola ad Hebræos VIII. 5. eo adcomodat, ſignificari eo, quod vet. teſt. ſacerdos ſervierint ὑποδείγματι ϗ σκιᾷ τῶν ἐπυρα-ων. Col. II. 17. *Neomeniae & ſabbata fuerunt mbrae futurorum, corpus autem Chriſti*. Hebr. . 9. Prius tabernaculum erat παραβολὴ εἰς ν καιρὸν τὸν ἐνεςηκότα *parabola temporis inntis*. Hebr. X. 1. *Lex umbram habuit futurum bonorum, non autem ipſam rerum imanem*. 8.) Denique manifeſtum abrogationis rum ceremoniarum teſtimonium eſt deſtructio mpli Hieroſolymitani. Cum enim Deut. XII. ſacrificiis aliisque ritibus leviticis certus locus ipſo Deo fuerit deſignatus ac determinatus, ique deſtructio tabernaculi & templi ſacrificiom & aliarum ceremoniarum leviticarum abgationem evidenter arguit. Irenæus libr. IV. 7. *Quemadmodum ſtipula & ſarmenta non opter ſe principaliter facta ſunt, ſed propter eſcentem in eis fructum, quo maturo facto & lato derelinquuntur & e medio auferuntur, ae jam non ſunt utilia ad fructificationem: & Hieroſolyma, quae jugum in ſe ſervitutis portaverat, in quo domitus eſt homo, qui antea non ſubjiciebatur Deo, cum mors regnabat, & domitus habilis factus eſt ad libertatem, adveniente fructu libertatis & aucto & demeſſo & in horreum adportatis ab ea his, qui fructificare poſſunt, & in omni mundo diſſeminatis &c. merito derelicta eſt & de medio ablata.*

§. XXVIII. Prava igitur κακοζηλία eſt, quod Romana eccleſia ad imitationem cultus levitici congeriem theatricarum ceremoniarum inſtituit, cum tamen cultus nov. teſt. potiſſimum debeat eſſe ſpiritualis & internus, Joh. IV. 23. Videas in ea externum ſacrificium miſſaticum, aquam luſtralem, varia ſacerdotalium veſtium genera, lampadas jugiter lucentes, &c. quæ omnia ad imitationem levitici cultus excogitata eſſe res ipſa oſtendit, & rationale divinorum officiorum uti & Polydorus Virgilius non omnino diffitentur. Gravius hallucinantur Judæi (*); ceremoniarum iſtarum leviticarum uſum adhuc hodie ſub nov. teſt. neceſſarium eſſe diſputantes; nituntur potiſſimum illis ſcripturæ locis (**), quæ has ceremonias legales vocant ſtatutum perpetuum. Gen. XVII. 7. de circumciſione dicitur: *ſtatuam pactum meum inter me & te, fœdere ſempiterno*. De ſabbato Exod. XXXI. 16. *Cuſtodient ſabbatum pacto ſempiterno*. De paſchate Exod. XII. 14. *celebrabitis cultu ſempiterno*, idem de reliquis levitici ſacer-

(*) Eſt hæc non tantum communis Judæorum ſententia, legem cærimonialem eſſe æternam atque immutabilem, ſed & peculiare quoddam eorum adverſus Meſſiam noſtrum præjudicium, quod is legem cærimonialem abrogaverit, prout ex R. ISAAC *chiſſuk emuna libr. I. cap. XIX. XX.* patet. Non deſunt tamen ex ipſis Judæis, qui æternitatem legis cærimonialis negant, in quibus JOSEPH ALBO præcipuum tenet locum, in *ikkarim libr. III. cap. XXXVI.* Cæterum præter Judæos, nonnulli quoque ex antiquiſſimis hæreticis, veluti Nazaræi, Ebionitæ iteinque Cerinthiani, huncce errorem de neceſſitate obſervandæ legis cærimonialis olim foviſſe dicuntur. Tacemus Sabbatarios, qui neceſſitatem obſervandi ſabbati Judaici in nov. teſt. urſerunt. Tacemus eos ex chriſtianis, qui legem de non comedendo ſanguine & ſuffocato adhuc obſervandam eſſe ſtatuerunt. Tacemus denique JO. TOLANDUM, deiſtam Anglum, qui in *Nazareno* ſuo legem cærimonialem, quoad eos, quibus data fuit, haud abrogatam eſſe cenſuit; ad quam ſententiam propius quoque acceſſit JAC. RHENFERDIUS, theologus Reformatus, quem HERM. WITSIUS, in *œcon. fœd. Dei libr. IV. cap. VIII.* §. 25. *ſeqq.* & b. BUDDEUS in diſſ. *de origine, dignitate & uſu nominis chriſtiani p. 21. ſeqq.* confutarunt.

(**) Præcipuas objectiones, quas contra abrogationem legis cærimonialis non tantum Judæi, ſed & nonnulli ex chriſtianis urſerunt, congeſſit atque diluit b. cancell. PFAFFIUS in erudita diſſertat. *de abrogatione legis cærimonialis &c.* Tubing. *MDCCXXV.* edita.

ſacerdotii partibus dicitur Exod. XL. 15. *Reſp.* vox עולם, *ſeculum* ſive *aeternitas* non ſemper accipitur de infinita æternitate ac abſoluta perpetuitate, ſed quodcunque longioris temporis ſpatium exprimit, cujus duratio eſt abſcondita, deſcendit enim a radice עלם, *abſcondidit*, ergo pro ſubjecta materia duratio illa intelligenda eſt. Exod. XXI. 6. Deut. XV. 17. *Erit tibi ſervus* לעולם, *in perpetuum*, ubi denotatur ambitus durationis vitæ, vel potius, ſerviet uſque ad annos jubilæi, ut in midras elle haddebarim cap. 15. exponitur. 1 Sam. I. 22. dicitur de Samuele: *Habitabit ibi in ſeculum per omnes vitae dies*, vel uſque in ſeculum Levitarum, quod 50 annis abſolvebatur, ut exponit Rab. Salomon. Jer. XXV. 9. prior captivitas & everſio Hieroſolymæ dicitur *ſolitudo perpetua*, cum tamen ibidem v. 11. ad 70 annos reſtringatur. Eccleſ. III. 14. *Opera Dei perſeverant in ſeculum*, hoc eſt, habent determinatum ſuæ durationis ambitum. Eodem modo uſurpatur in dictis illis, videlicet non de abſoluta perpetuitate, ſed de longæva, periodica tamen duratione, ideo notanter additur: *Statuam inter me & te pactum fœdere ſempiterno in generationibus veſtris.* Hieronymus in epiſt. ad Galatas exiſtimat, vocabulum hoc ſi ſcribatur cum *vau holem*, notare abſolutam æternitatem, ſin vero abſque *vau*, finitum & determinatum tempus, ſed exempla oſtendunt, illud non eſſe perpetuum (*).

TRACTATUS III.
DE LEGIBUS FORENSIBUS IN SPECIE. (**)

§. XXIX. Ac de legibus ceremonialibus hæc dicta ſufficiant. Leges judiciales מִשְׁפָּטִים, τὰ κρίματα, erant conſtitutiones politicæ, ideo ſic adpellatæ, quod eſſent norma judiciorum in foro politico. Lutherus vertit *Rechte*, quod dicit jura civilia, leges forenſes. 2 Paral. XXXIV. 31. videntur adpellari עדות, *teſtimonia*, cum ibidem conjungantur præcepta, ſtatuta & teſtimonia, id eſt, leges morales, ceremoniales & forenſes, ſiquidem hæ non minus, quam reliquæ, fuerunt teſtimonia divinæ voluntatis, qualiter Iſraëlitarum politia conſtituenda ſit, & judicia eorum exercenda. Exod. XV. 25. Deut. IV. 5. dicuntur κρίσεις, ſiquidem fuerunt norma ac cynoſura τῶν κρίσεων. Exod. XXI. 1. Num. XXVI. 14. &c. dicuntur δικαιώματα, quia fuerunt civilis juſtitiæ regula. Deſcribuntur hoc modo, quod ſint præcepta Dei auctoritate per Moſen tradita, de externa defenſione diſciplinæ, juxta totum decalogum. Item leges forenſes fuerunt determinationes generalium præceptorum decalogi ad certam ſpeciem externarum actionum, quibus civilis ſocietas in populo Iſraëlitico commodiſſime gubernaretur.

§. XXX. Proponuntur hæ leges Exod. XXI. XXII. XXIII. *Enumeratio.*

&

(*) Iidem Judæi fabulantur de quodam fluvio ſabbatico, qui per tota hebdomada raptim fluens, lapides trahat, ſabbato autem quieſcat. *Reſp.* nugæ hæ ſunt, ubi enim ille uſpiam terrarum fuit? licet mentionem ejus aliquam faciant Joſephus & Plinius, neuter tamen cum altero conſentit. Et hodie argumentum iſtud tamdiu erit nullum, quamdiu vel guttulam fluvii iſtius ſabbatici nobis monſtraverint. GERHARDUS.

(**) Non fert inſtituti noſtri ratio, ut omnes ac ſingulas leges forenſes data opera in notis noſtris explicemus atque illuſtremus. Fecerunt hoc CONSTANTINUS L'EMPEREUR in libro *de legibus Ebræorum forenſibus*, GUIL. ZEPPERUS in *legum Moſaicarum forenſ. explicatione*, quæ Herbornæ *MDCIV. 8.* primum prodiit, & ann. *MDCCXIV.* tertia vice cum JO. HENR. SCHRAMMII notis, Herborn. in 4. fuit recuſa, MELCHIOR LEIDEKKERUS *libr. V. de republ. Ebræor. cap. VIII.* JO. HENR. HOTTINGERUS *de jure Ebræorum*, ac complures alii. Prætermittimus illos, qui collationem inter leges Ebræorum ac Romanorum, quin & aliarum gentium inſtituerunt, quorum indicem dederunt b. BUDDEUS in *introduct. ad hiſtoriam philoſoph. Ebræorum p. 407.* & JO. ALB. FABRICIUS in *bibliograph. antiq. cap. XV. §. 2. p. 734.*

iſſim in Moſe repetuntur. Convenientiſſime ...nerari ac recenſeri poſſunt juxta ordinem ...eptorum decalogi, cum ſint ejuſdem ad...ices, ſecundæ cumprimis tabulæ obſerva...m concernentes. Ad *primum* præceptum ...net conſtitutio de pœna idololatrarum. ...l. XXII. 20. *Immolans diis praeterquam ...vae ſoli occidatur.* Deut. XIII. 5. *Pro...ı vel ſomniator ille, qui locutus eſt averſio... contra Jehovam Deum veſtrum, interficie...* (l. Adriani V. C. de hæreticis & Mani...s ſtatuitur, Manichæos de civitate eſſe pel...os & ultimo ſupplicio tradendos, l. ubicun... eodem. *Ubicunque Manichaei inveniantur, ...e damnandi ſunt.* l. Manichæi eodem. *Ma...tei undique expelluntur & capite puniuntur, ...ui autem haeretici, haereticus eſt omnis non ...doxus, & Graeci ſeu pagani & Judaei ... Samaritae prohibentur magiſtratum gerere ...dignitatem habere, aut jus dicere, &c.)* ... *ſi incitaverit te frater tuus, aut filius tuus, ...uxor ſinus tui clam dicendo: Eamus & co...ıs deos alienos.* v. 9. *occidendo occides il...*, v. 10. *lapidibus eum lapidabis*, v. 12. & ... urbes idololatricæ dirui, & omnis earum ...llex igne cremari jubetur. Ad *ſecundum* ...eptum pertinet conſtitutio de pœnis maleſi...m (*) ſive ſagarum & quorumvis facino...rum, incantationibus, aliiſve diabolicis ar...deditorum Exod. XXII. 18. *Maleficam ...ſines vivere.* (l. multi C. de maleficis & ma...taticis. *Multi magicis artibus uti elementa ...are, vitam inſontium labefactare non dubi..., & manibus accitis audent ventilare, ut ...que ſuos conficiat malis artibus inimicos, hos ...iam naturae peregrini ſunt, feralis peſtis ...mat.*) Lev. XX. 27. *Vir ſive mulier, in ...us fuerit pythonis vel aruſpicum ſpiritus, ...etur.* Item de pœna blaſphemiæ (**), Lev. ...[V. 15. *Quicunque maledixerit Deo ſuo, ...abit iniquitatem ſuam.* v. 16. *Qui expreſſe...rit nomen Jehovae, moriendo morietur, lapi...dando lapidabunt eum.* Ad *tertium* præceptum pertinet conſtitutio de pœna mortis, ſabbati vio...latoribus irroganda. Exod. XXXV. 2. de ſabba...to ſeptimi anni, Exod. XXIII. 10. Lev. XXV. 4. *Sex annis ſeres terram & congregabis fructus ejus. In ſeptimo vero relinques eam atque deſe...res & comedent pauperes populi tui, reſiduum autem eorum comedet beſtia agri. Sic facies vi...neae tuae & oliveto tuo.* (Cauſas hujus con...ſtitutionis expoſuimus theſ. 22.)

§. XXXI. Ad *quartum* præceptum varii per...tinent tituli, utpote 1.) de manumiſſione ſervo...rum ac ſervarum. Exod. XXI. 2. *Si emeris ſer...vum Hebraeum, ſex annis ſerviet tibi, at ſe...ptimo egredietur liber gratis.* v. 3. *ſi cum cor...pore ſuo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egre...dietur; ſi vero maritus mulieris erit, egredietur & uxor ejus cum ipſo.* v. 4. *ſi herus ejus dederit ei uxorem, & pepererit ei filios vel filias, uxor & filii ejus erunt heri ipſius, ipſe vero egredie...tur cum corpore ſuo.* v. 5. *Quodſi dicendo di...xerit ſervus: Diligo herum meum, uxorem meam & filios meos, non egrediar liber;* v. 6. *tunc addu...cet eum herus ſuus ad judices, & adducet eum prae...terea ad oſtium vel ad poſtem, perforabitque herus ejus aurem ejus ſubula, & ſerviet ei in ſeculum,* (uſque ad annum jubilæum.) v. 7. *Cum vendi...derit quis filiam ſuam in ancillam, non egredie...tur, quemadmodum egredi ſolent ſervi,* v. 8. *ſi diſplicuerit hero ſuo, qui ſibi deſponſavit eam, redimere faciet eam, populo alieno eam vendendi non habebit poteſtatem, cum ſpreverit eam.* v. 9. *quodſi filio ſuo deſponderit eam, ſecundum morem filiarum faciet ei.* v. 10. *ſi aliam acceperit illi, alimentum ejus, operimentum ejus & tempus ejus non diminuet.* v. 11. *Et ſi tria haec non fecerit illi, egredietur gratis abſque argento.* Lev. XXV. 39. *Si attenuatus fuerit frater tuus, ut vendat ſe tibi, non uteris opera ejus tanquam ſervi ope...*

(*) Evolve, ſi placet, quæ hanc in rem ſcripſe...runt Jo. Henr. Heideggerus in diſſ. *de pœnis magiæ*, quæ *tomo III. diſſertat. ſelectar.* inſerta eſt, *p. 231. ſeqq.* & Jo. Joach. Zent...gravius *diſſ. IV. de legib. Ebr. forens. contra magiam & idololatriam*, Argentor. MDCXCIII.

(**) Vid. Eduard. Bernardum in *not.* ad Josephi *antiquit. Jud. p. 229.* & Zeppe...rum *de leg. Moſ. p. 320.*

ra. v. 40. *tanquam mercenarius erit tecum; uſque ad annum jubilaeum ſerviet tibi.* v. 41. *egredietur autem ipſe & liberi ejus cum ipſo, & revertetur ad familiam ſuam &c.* (nimirum obſervata limitatione Exod. XXI. tradita) v. 46. *ſervos & ancillas ex gentibus itemque ex incolis emtos jure haereditario poſſidebitis in perpetuum.* v. 47. *Si quis ex Iſraelitis vendiderat ſe peregrino,* v. 49. *proximus agnatus eum redimere tenebatur:* Deut. XV. 13. *Si ſervum vel ancillam hebraeam anno ſeptimo liberum dimittis, non dimittes eum vacuum.* v. 14. *ſed onerando onerabis eum de pecudibus tuis, & de area tua, de torculari tuo. &c.* (Adparet ex his legibus, duo ſervorum genera apud Hebræos fuiſſe (*), unum ex peregrinis & extraneis, alterum ex gente propria, quando vel ex iniquitate, puta furto, vel ex adverſitate, puta debito, vel paupertate in ſervitutem redigebantur. Servorum, qui genere erant Iſraelitæ, tolerabilior erat conditio, quam extraneorum in memoriam ſervitutis Ægyptiacæ.) 2.) De pœna injuriæ & contumeliæ parentibus illatæ Exod. XXI. 15. *Qui percuſſerit patrem ſuum, aut matrem ſuam, moriendo moriatur.* (l. Pompeja 1. ff. de lege Pompeja de parricidiis, in parricidas ſtatuitur pœna, quæ eſt legis Corneliæ de Sicariis. l. pœna. 9. tit. eod. *Pœna parricidii more majorum hæc inſtituta eſt, ut parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde culeo inſuatur, cum cane, gallo gallinaceo, & vipera & ſimia, deinde in mare profundum culeus jactatur, hoc ita, ſi mare proximum ſit, alioquin beſtiis objicitur, ſecundum Hadriani conſtitutionem.* Idem ſtatuitur l. ſi quis C. de his, qui parentes vel liberos occiderunt) Lev. XX. 9. *Qui maledixerit patri ſuo, aut matri ſuae, moriendo morietur.* 3.) De pœna contumacis filii Deut. XXI. 18. *Cum quis habuerit filium contumacem,* v. 19. *adducat eum ad ſeniores urbis,* v. 21. *& lapidabunt eum omnes homines urbis illius.* (Pulcre Origenes hom. XI. in Levit. *Si dehonoraveris patrem carnalem, hujus contumelia ad patrem ſpiritus cedit, & ſi injuriam feceris matri carnali, ad illam matrem Jeruſalem cœleſtem redundat injuria.*) 4.) De cauſis matrimonialibus, utpote quomodo ducenda captiva. Deut. XXI 11. *Cum inter captivas videris mulierem pulcram, & amaveris eam, & acceperis eam in uxorem,* v. 12. *introduces eam in domum tuam, & radet caput ſuum, ac praecidet ungues ſuos,* v. 13. *deponetque veſtimentum captivitatis ſuae a ſe, & manebit in domo tua, ac flebit patrem ſuum & matrem ſuam menſem integrum, & poſtea ingrediaris ad eam; & eris maritus ejus.* v. 14. *ſi non complacueris tibi in ea, dimittes eam animae ſuae, nec vendendo eam vendes.* (ut libido viri hac ratione refrenetur, ita Philo libr. de caritate, pag. 481. Veteres ἀλληγορικῶς referunt ad philoſophiam ſub fidei chriſtianæ obſequium revocandam. Hieronymus ad Pammach. *Anima ſpiritualiter Chriſto ſocianda induenda eſt lugubribus pœnitentiae veſtibus, radenda eſt a peccatorum ſordibus per novaculam divinae legis, abſtrahenda a complexu mundi, &c.*) Quibus ritibus vir zelotypus uxoris caſtitatem explorare poſſit: Num. V. 12. & ſeqq. (**) quod Iſraelitæ Cananæis gentibus non debeant adfinitate jungi, aut filias ſuas ipſis elocare: Deut. VII. 3. quod filius uxoris dilectæ non debeat præferri filio uxoris exoſæ ſive minus dilectæ primo loco in torum maritalem adſcitæ: Deut. XXI. 15. quod repu-

(*) De ſervis Ebræorum ſcripſerunt JAC. ALTINGIUS, JO. GE. ABICHT, HEIDEGGERUS, CREMERUS aliique, excitati a FABRICIO in *bibl. antiq. cap. XV. §. XVII. p. 760. ſeqq.* Cumprimis legi hoic meretur JO. CHR. KIRCHMEIERI diſſ. *de perpetua Ebraeorum ex aurium perforatione ſervitute, ad ſponſorem noſtrum J. C. non referenda,* Marp. *MDCCXXV.*

(**) Argumentum hoc ex inſtituto pertractarunt GABR. GRODDECKIUS in diſſ. *de antiquorum Ebraeorum purgationibus caſtitatis,* Lipſ. MDCXCIII. JO. CHR. WAGENSEILIUS in *ſota, ſeu de muliere adulterii ſuſpecta,* GUIL. SALDENUS *in otiis theolog. p. 73. ſeqq.* & ALB. WILH. MELCHIOR in III. diſput. *de muliere adulterii ſuſpecta, ejusque myſterio,* Franeck. *MDCCXXVII.* nec non in ejus *ſcilimentis.* Exſtant quoque ANDR. ACOLUTHI & OLAI CELSII diſſertationes peculiares *de aquis amaris maledictionem inferentibus.*

epudiata non poſſit priori marito iterum con-
ıngi (*): Deut. XXIV. 1. & ſeqq. (ut a temeraria
ivortiorum licentia revocarentur; neque enim
cebat repudiatam in torum iterum adſciſcere,
vel maxime divortii pœnitudo eos ceperat:)
uod novis conjugibus primo anno dabatur im-
ıunitas a publicis muneribus & profectione in
ellum: Deut. XXIV. 5. (*moralis* ratio erat,
t animi in amore conjugali magis confirmaren-
ır, *typice* ſignificatur, eos, qui non ita pri-
ɜm converſi ſunt, blandius fovendos eſſe) quod viduam fratris defuncti abſque liberis ſuperſtes frater vel proximus agnatus ducere cogebatur, Deut. XXV. 5. (**) & ſeqq. qui hoc facere recuſabat, in ejus faciem cognata vidua publicæ ignominiæ conteſtandæ ergo ſpuebat, & calceum ei detrahebat v. 9. (At quomodo hæc lex non pugnat cum ea, quæ nuditatem uxoris fratris retegere prohibet? Lev. XVIII. 16. *Reſp.* quidam *fratris* nomine proximos intelligunt cognatos (***), eos ſcilicet, quibus uxor demortui nubere non prohibeatur in catalogo Lev. XVIII.

L 3 tra-

(*) Vid. Jo. MARCKII differt. *de Moſaica conſtitutione circa divortia*, in *ſylloge differt. in vet. teſt. p. 489.* GUSSETII *veſperas Groning. p. 174.* JO. JUST. SONNESCHMIDII *tractatum* MAIMONIDIS *de jure divortii apud Ebræos*, Jen. *MDCCXVIII.* His addi meretur AUG. CALMETUS in *den bibliſchen Unterſuchungen, part. II. p. 315.*

(**) Hæc lex de uxore fratris defuncti poſteriori fratri elocanda non erat nova inſtitutio, ſed priſcæ Ebræorum conſuetudinis confirmatio, prout ex *Geneſ. XXXVIII. 8.* patet. De origine hujus legis non una omnium eſt ſententia. JO. MARSHAMUS eam ex Ægypto arceſſere annıſus eſt, in *can. chron. ſec. IX. p. 173.* refutatus eapropter ab HERM. WITSIO in *Ægyptiacis libr. III. cap. VIII. p. 237.* & b. BUDDEO in *hiſt. eccleſ. vet. teſtam. tom. I. p. 394.* PHILO autem judæus originem hujus conſuetudinis ex lege civili Cananæorum derivandam eſſe cenſuit in libro *de nobilitate p. 909.* Ad eandem ſententiam propius accedere videntur ABARBANEL aliique ebrææ gentis magiſtri, qui ajunt, jus leviratus non aliud, quam juris civilis ſeu Noachidarum caput fuiſſe, quod eidem pro gubernantium placito fuerit adjectum, prout obſervat JO. SELDENUS *de jure nat. & gent. juxta diſciplinam Ebræor. libr.* VII. *cap.* III. *operum* ejus junctim editorum vol. I. p. 714. qui & in libro, cui titulus: *uxor ebraica cap. XII. oper. vol.* II. *p. 574. ſeqq.* illuſtriora doctorum hac de re interpretamenta in medium adduxit. Sunt tamen haud pauci theologorum, qui ab ipſius Dei revelatione patriarchis olim facta primam juris leviratus originem repetendam eſſe contendunt, ut proinde is ipſe, qui conſuetudinem in gente Ebræa dudum receptam in Deuteronomio lege confirmavit, hujus quoque obſervationis auctor ſit. Verum quæcunque hanc in rem dicuntur, incerta ſunt meriſque nituntur conjecturis.

(***) Ita hanc legem interpretati ſunt JO. CALVINUS, MÜNSTERUS, PAREUS aliique, hac præcipue innixi ratione quod non tantum fratres germani, ſed & alii, propinquioris præſertim cognationis, generali nomine ab Ebræis *fratres* ſubinde adpellentur. Ex quo ſequeretur, mandatum Judæ, qui *Geneſ.* XXXVIII. *8.* fratrem germanum ſucceſſorem dedit mortuo fratri in ducenda uxore, fuiſſe prorſus illegitimum, legemque, quæ longo poſt tempore lata fuit, ad huncce caſum nullum plane reſpectum habuiſſe. Verum, licet negari nequeat, *fratris* nomen in lege expreſſum derivari etiam ad alios propinquos, quando vel fratres deerant, vel iidem fratriam ducere recuſabant; id tamen certum eſt, argumentiſque omni exceptione majoribus comprobari poteſt, legem Deuteronomii, de qua heic quæſtio eſt, fratrem germanum reſpicere. Utitur enim ſcriptor ſacer *Deut. XXV. 6.* voce ebraica יבם, quæ proprie ſignificat *levirum*, defuncti *mariti fratrem*, & apud *Matth. XXII. 24.* eleganter expreſſum eſt verbo ἐπιγαμβρεύειν, quod verbum a *genero* deductum, atque hoc etiam loco a LXX. interpr. uſurpatum, idem, quod Ebræorum יבם ſignificat. Ex verbis quoque Naëmi *Ruth. I. 11.* facile colligi poteſt, legem, *Deuter. XXV. 6.* litteris conſignatam, non alio, quam hoc ſenſu tum temporis fuiſſe intellectam, ut inter proximos ſanguinis, frater germanus primum ad id fuerit obſtrictus, priusquam alii, longius a defuncto remoti, ad præſtandum hocce officium vocarentur. Ut jam illud haud memoremus, nimis coactum merito videri, ſi quis quæſtionem illam de ſeptem fratribus Chriſto ſervatori a Sadducæis propoſitam, *Matth. XXII. 25.* de cognatis duntaxat velit exponere, & quidem iis gradibus inter ſe cognatis, intra quos, ſecundum præſcriptum legis divinæ, liceret unam eandemque uxorem ducere; prout recte contra Calvinum monuit THEOD. BEZA in libro

tradito, quidam vero diſtinguunt inter uxorem fratris adhuc vivi, & uxorem fratris demortui, de illa Lev. XVIII. de hac vero hoc in loco agi ſtatuentes) (*). Cauſa legis *primaria* fuit conſervatio & diſtinctio familiarum (**); *ſecundaria*, ut proſpiceretur viduis, & concordia inter fratres aleretur. Auguſtinus XXXII. contra Fauſtum c. 10. allegorice transfert ad miniſtros eccleſiæ, qui Chriſto pro nobis mortuo ſemen ſuſcitant, quando ſpirituales filios ipſi generant, cujus etiam nomen & hæreditatem adquirunt. Poteſt etiam talis allegoria conſtitui. *Adamus fuit Dei filius ab ipſo in eum finem creatus, ut Deo plures filios procrearet, qui una cum ipſo cæleſtem haereditatem adirent. At hic ipſe Adamus Deo Patri ſuo ſpiritualiter mortuus nullum reliquit haeredem. Succeſſit igitur alter Adamus frater Jeſus Chriſtus, qui aeterno & indiſſolubili fœdere ſibi juncta carne noſtra per verbum & ſacramenta Deo Patri gignit filios, ſicque Adami ſemen multiplicat.* Polycarpus Lyſerus in cap. XXXVIII. Gen. p. 67.

§. XXXII. Ad *quintum præceptum* pertinent conſtitutiones 1.) de homicidio voluntario & fortuito. Inſtitutæ enim erant civitates refugii, ad quas fortuiti homicidii auctores poterant confugere (***); Exod. XXI. 13. Num. XXXV.

libro *de repudiis p. 64. tom. II. opuſcul.* Conf. ANDR. RIVETUM *exercit. CLIII. in Geneſ. oper. tom. I. p. 582.* Equidem recentiori ævo eandem cum CALVINO ſententiam denuo propugnavit GODOFR. KOHLREIFFIUS, inque *defenſione reſtit. antiquitatis tempor.* ann. *MDCCXXVIII.* edita *p. 107.* oſtendere anniſus eſt, *Matth. XII.* coll. *Deut. XXV.* non intelligi poſſe fratres, ſed agnatos proximos. Sed ſolide eundem confutavit b. RUSIUS in *harm. evang. tom. III. p. 187. ſeqq.*

(*) Verba, quæ *Lev. XVIII.* & *XX.* leguntur de uxore fratris adhuc viventis intelligi haud debere, vel exinde facile intelligitur, quia ejusmodi matrimonium cum aperta adulterii injuria fuiſſet conjunctum. Proinde explicanda ſunt de uxore fratris demortui, quemadmodum & verba in eodem capite *vers. 14.* exſtantia intelliguntur de patruo defuncto, prout recte monet RIVETUS modo laudatus *loco excitato.* Alia itaque quærenda nobis eſt ſolutio difficultatis ſupra a GERHARDO indicatæ, quæ hæc eſt: *Lev. XVIII. 16.* regula quædam *generalis* exhibetur, &, quid omnibus abſolute liceat, vel non liceat, indicatur; cum contra lex *Deut. XXV. 5.* reſpiciat factum aliquod *ſingulare*, ac rationem peculiarem in populo Dei, quæ huic legi dedit occaſionem. In *priori* loco vetatur fratriam ducere, relictis a fratre liberis; in *poſteriori* autem loco injungitur fratriam ducere, fratre absque liberis defuncto: ſteriles enim absque liberis moriebantur non ſolum cum defectu familiæ, ſed etiam cum probro. Ne itaque horum nomen plane deleretur, utque probrum ex ſterilitate ortum tolleretur, conſuetudo invaluit apud Ebræos, ut frater fratri excitaret ſemen. Atque hanc conſuetudinem Deus poſtea adprobavit legeque confirmavit *Deuter. XXV. 5.* Erat proinde hæc ipſa lex exceptio quædam ſpecialis a regula generali *Lev. XVIII. 16.* præſcripta, & ad Ebræorum politiam adſtricta, prout ex noſtris theologis dudum obſervarunt HAFENREFFERUS, WALTHERUS, PFEIFFERUS, alii. Cæterum de ritibus fratriandi conferri poſſunt doctores talmudici in *jevamoth*, & ex chriſtianis BUXTORFIUS, SELDENUS, aliique. Legenda quoque heic ſunt, quæ de leviratu adnotavit ipſe GERHARDUS in loco *de conjugio*, §. 223, 319, 320, & 321. itemque in *harmonia evangeliſtarum, tom. II. cap. CLV. §. 3. p. m. 451. ſeqq.*

(**) Conſervanda ſcilicet erat hæreditas paterna in eadem familia, quod poſt terræ promiſſæ partitionem, ut nonnulli judicant, prorſus erat neceſſarium. Rationi huic *politicæ* nonnulli adjungunt *typicam*, quæ in eo ſita fuerit, ut jus primogenituræ, additaque illi benedictio, in familia continuaretur, ad ſignificationem venturi Meſſiæ, qui *primogenitus eſt inter multos fratres* Rom. VIII 29. Plures alias conſtitutionis Moſaicæ de fratria ducenda cauſſas ediſſeruit GERHARDUS in *harm.* modo laudata *cap. CLV. pag. 453.*

(***) Hocce nomine ii denotantur, qui præter omnem intentionem ac voluntatem, ſive directam, ſive indirectam, i. e. ſine animo occidendi, aut quidquam faciendi, ex quo mors conſequi poterat, homicidium commiſerunt. Deſcriptionem ejusmodi homicidæ involuntarii ipſemet dedit ſupremus legislator per Moſen ſer-

XXV. 15. Deut. XIX. 2. & ſeqq. (In hoc homicidii genere dicitur Deus in manum occiſoris tradere interfectum, ſive providentia ſinguli, ſive permiſſione. *In uno igitur eodemque facto, & Deus de occulta aequitate laudatur, & homo de propria iniquitate punitur.* Auguſtinus q. LXXIX. in Exod. Porro quinque illas refugii civitates (*) non abſurde referunt vete-

ſervum ſuum *Num. XXXV. 22, 23.* & *Deut. XIX. 4.* Quum vero & ipſum involuntarium homicidium variis modis committi queat, ebraeae gentis doctores, ut caſum illum, de quo lex divina *Num. XXXV.* agit, & ubi refugium ad aſylum conceditur, propius determinent, tres potiſſimum illius conſtituunt claſſes, quas adcurate deſcribit MAIMONIDES in *hilc.* רוצח *cap. VI. §. I. ſeqq.* unde quaedam, argumento huic illuſtrando inſervientia, excerpſit CONR. IKENIUS in diſſertatione lectu digniſſima *de homicida involuntario, exſulante in urbe refugii usque ad mortem pontificis M.* Bremae A. *MDCCXXXI.* edita. Conferenda, quae de tribus iſtis homicidarum involuntariorum generibus ſcripſere doctores talmudici in *cod. ſanhedrin cap IX. §. I. ſeqq.* & *maccoth cap. II. §. I.* itemque ex chriſtianis JO. SELDENUS de *jure nat. & gent. libr. IV. cap. II. oper. tom. I. p. 443. ſeqq.* JOACH. STOER in *differt. de vindice ſanguinis cap. II. §. VI.* JO. JAC. CRAMERUS, in *theolog. Iſraëlis part. I. libr. III. cap. I. §. 7.* JO. CONR. KESLERUS in *orat. inaugur. de homicidarum maxime involuntar. poenis.*

(*) Non *quinque*, ſed *ſex* Deus homicidis involuntariis, injuſtae vindicis ſanguinis vindictae expoſitis, conſtituit urbes refugii; tres cis Jordanem, *Kedeſch*, *Sichem*, *Chebron*, & totidem trans Jordanem, *Bezer*, *Ramoth* & *Golan*. Vid. *Joſ. XX. 7, 8. Num. XXXV. 13, 14.* conf. *Deut. IV. 41.* cum *Deut. XIX. 1, 2.* Ut ad haſce civitates aditus redderetur eo liberior, viae ad eas ducentes ſumtibus publicis omni cura parari ſolebant. Poſtquam itaque homicida ad aliquam earum perveniſſet, cauſſamque fugae ſuae judicibus in porta urbis congregatis expoſuiſſet, hi ſtatim curarunt, ut is ad judices illius loci, ubi homicida ordinarium habebat domicilium, tuto deduceretur. Hi vero cognita & dijudicata cauſſa, eundem tuto remittebant ad locum aſyli, quo ſemet antea receperat. Huc reductus homicida, intra terminos aſyli ſemet continere, atque ab uxore, liberis amicisque avulſus, tam diu exſulem agere debebat, donec pontifex maximus fato fungeretur. Cum hujus enim morte plenam tandem libertatem rurſus conſequebatur homicida, ita ut ad domeſticos redire lares potuerit. Quod reſtat, paucis adhuc notamus, I) etiam apud gentes, ſpeciatim Graecos, homicidas involuntarios exſilio olim fuiſſe punitos, prout uberius oſtendit POTTERUS in *archaeolog. Graeca, p. 182. ſeqq.* II) perplurima apud gentes fuiſſe aſyla, nullibi autem frequentiora, quam in Graecia, teſte TACITO *libr. III. annal. cap. LX.* nec tantum *templa* & *aras*, itemque *ſtatuas* atque *imagines* deorum, imperatorum & regum, ſed integras quoque apud Graecos *civitates*, quae ΑΣΤΛΩΝ vel ΙΕΡΩΝ ΚΑΙ ΑΣΤΛΩΝ nomina in nummis praeferunt, tutum fugientibus praeſtitiſſe receptaculum. Vid. EZECH. SPANHEMIUM *de praeſtantia & uſu numiſm. antiq. diſſ.* IX. *p. m. 659. ſeqq.* auctoresque ibidem citatos. III) Aſyla veterum Ebraeorum ipſius Dei juſſu inſtituta, occaſionem forte dediſſe chriſtianis, aſyla ſua certo quodam fine pariter erigendi. Certe inde a tempore CONSTANTINI M. aſyli privilegium templis chriſtianorum datum fuiſſe, non ſine magna probabilitate dici poteſt, licet nullae leges THEODOSIO vetuſtiores, ſive in *Juſtinianeo*, ſive *Theodoſiano* codice, de hoc ipſo reperiantur. Vid. BINGHAMI *origines, ſive antiquit. eccleſiaſt. vol.* III. *libr.* VIII. *cap.* XI. *p. 350. ſeqq.* qui & *p. 359. ſeqq.* oſtendit, quibus hominibus & flagitiis hocce privilegium olim fuerit denegatum, tandemque *p. 366. ſeqq.* juſtam ſubjungit animadverſionem in grandem recentiorum aſylorum abuſum, qui, eximendo homines a poena legibus ſtatuta, & enervando vim legum civilium admittitur. Quorſum inprimis refert leges *canonicas* GRATIANI & pontificum Romanorum *decretales*, quibus omnibus maleficis praeſidium tribuitur, illis tantum exceptis, qui vel noctu, vel in via regia latrocinati fuerint, & in ipſa eccleſia, hujus ſibi tutelam promittentes, enormia crimina admiſerint. Jam vero, quod IV) notamus, in eo quoque errant coetus Romani doctores, quod immunitatem templorum ſuorum atque monaſteriorum in inſtitutione aſylorum apud Ebraeos fundamentum habere arbitrantur. Eum enim praecipue in finem aſyla inſtituta erant apud Ebraeos, ut homicida involuntarius contra vim vindicis ſanguinis in ejusmodi loco refugii tutus eſſet; verum, cum haec inſtitutio, quae ad legem caerimonialem eſt referenda, ſit abrogata, ipſa ſimul aſyla exſpirare debent. Ut jam haud memoremus, homicidam apud Ebraeos judici ordina-

veteres ad quinque Chriſti vulnera, in quibus peccator pœnitens refugium invenit, qui per

peccatum animæ ſuæ mortem intulerat: quo etiam pertinet, quod poſt mortem ſummi ſa- cer-

dinario fuiſſe traditum ad cognoſcendam cauſam, nec prius a ſenioribus aſyli in tutelam receptum, quam poſtquam innocens eſſet deprehenſus; cum contra præſulis Romani adſeclæ omnem magiſtratui politico jurisdictionem in illos adimant, qui ad templa & monaſteria ſua ſe receperunt. Vid. MASIUM ad *Joſ.* XX. & HENR. LINCKIUM in *diſſertat. de juribus templorum*, Jenæ *MDCCXXXI.* edita, *p. 34.* Ut vero in iis, quæ ſpeciatim ad Judæorum ſpectant aſyla, jam pergamus, illud quoque *V*) vel tribus heic adnotamus, inſtitutum divinum circa aſyla, in gratiam hujus gentis ordinata, jam templi II. tempore plane in deſuetudinem veniſſe. Luculentus hanc in rem locus exſtat in codice talmud. *ſota fol. 48. col. 2.* hiſce verbis conceptus; משחרב בית המקדש ראשון ערי מגרש בטלו ופסקו אורים ותומים ופסק מלך מבית דויד *Ex quo devaſtata eſt domus ſanctuarii prioris, ceſſarunt civitates refugii, Urim & Thummim, & rex de domo Davidis.* Denique *VI*) id cumprimis notari heic meretur, ſub lege iſta de aſylis myſterium aliquod ſublimius latuiſſe. Per illa enim, ut dudum obſervarunt interpretes, deſignatur ipſemet ſervator Chriſtus, in cujus vulneribus peccator contra iram Dei, juſtiſſimi acerrimique ſcelerum vindicis, ſatanæque inſidias tutus deliteſcit. Quod vero ad mortem ſummi pontificis attinet, quæ olim redeundi in patriam urbem profugis libertatem conciliavit, nemo eſt, qui ignoret, pontificem maximum vet. teſtam. imaginem exhibuiſſe perfectiſſimi novi teſtam. pontificis Jeſu Chriſti. Confirmat hoc gentium apoſtolus luculento teſtimonio *Ebr.* VII. Proinde mors pontificis V. T. nihil aliud denotare potuit, quam mortem Jeſu Chriſti, per quam in plenariam libertatem reſtituitur peccator, dum in judicio ſummi judicis ab omnibus peccatis eorumque culpa ac pœna liber pronunciatur, civisque evadit *cæleſtis Hieroſolymæ, quæ libera eſt*, *Gal.* IV. *26.* Copioſius hæc ediſſeruit ICKENIUS in *diſſertat.* ſupra jam *adlegata ſect.* II. *cap.* II. *p. 76. ſeqq.* Conferenda tamen, quæ de myſtico hujus ritus ſenſu ſcripſerunt LAMPIUS *im Gnadenbunde part.* III. *p. 1381.* VRIEMOET in *theſibus antiquit. p. 257.* CREMERUS *tom. I. antiquitat. Moſaico-typicarum p. 476. ſeqq.* licet ſubinde diverſas huncce typum explicandi inierint rationes. Quod ſpeciatim ad *Goëlem* ſive ſanguinis vindicem attinet, de eo ſigillatim commentati ſunt GEORG. GOEZIUS in peculiari diſſert. *de redemtore Ebræorum*, Jen. *MDCLXI.* ejusdemque *theſauro theolog. philol. nov. teſt. f. 927. ſeqq.* inſerta, & JOACH. STOER in diſp. *de vindice ſanguinis*, Lipſ. *MDCXCIV.* In myſticum vero hujus ritus ſenſum inquiſiverunt præter LAMPIUM & CREMERUM, quos jam laudavimus, JO. d'OUTREIN in *Jeſus Chriſtus Goël Iſraëlis*, *cap.* IV. itemque in libro, qui inſcribitur: *Jeſus Chriſtus de Hoogepriester naar de wyze van Melchiſedech*, *ſect.* III. *p. 169. ſeqq.* JO. JAC. CRAMERUS, in *theologia Iſraëlis, qua Goëlis officium & myſterium ad confirmandam Jeſu Chriſti deitatem & officium ex Ebræorum potiſſimum ſcriptis proponitur*, *libr.* III. *cap.* V. & RAMBACHIUS in libr. *Chriſtus in Moſe*, *part.* I. *p. 535. ſeqq.* Communis equidem fert ſententia, *Meſſiam* per *vindicem ſanguinis* fuiſſe adumbratum, qui *Goëlis* nomine in ſacra ſcriptura inſigniatur. Verum, licet Chriſtus eo ſenſu, quo hæc vox adſertorem ex ſervitute in libertatem denotat, *Goël* noſter in ſanctioribus litteris adpelletur, nunquam tamen dicitur *Goël haddam*, ſeu *vindex ſanguinis*, qui effuſum ulciſcitur ſanguinem, nec ita dici poteſt ob ſummam, qua præditus eſt, animi manſuetudinem *Ebr.* *V. 2.* tenerrimumque, quo fideles involuntarie peccantes complectitur, amorem, unde & eorum conſervationi ita eſt intentus, ut *nullus eorum pereat*, *Joan. XVII. 12.* Malumus proinde in ICKENII concedere ſententiam, qui *loc. cit. ſect.* II. *cap.* II. §. IX. *p. 85.* recte monet, ſub perſona illius vindicis, de quo heic ſermo eſt, talem *rem* vel *perſonam* latere, quæ erga peccatorem eandem habet rationem, eodemque modo adfecta eſt, ut *vindex ſanguinis* erga homicidam, i. e. quæ in ejus perniciem tendit, & vindictam ab eodem ſumere quærit. Unde, prout laudatiſſimus vir recte judicat, *de juſtitia* Dei *vindicativa*, ſeu de Deo ipſo, qui *Deus vindictæ*, *Pſalm. XCIV. 1.* itemque *Zelotes* & *ultor* audit, *Exod.* XX. *5.* potius heic cogitandum. Jungi tamen huic juſtitiæ Dei vindicativæ poteſt *diabolus*, quatenus ipſi tanquam lictori & exſecutori ſententiæ divinæ poteſtas quædam a ſummo judice in peccatores eſt conceſſa, quos idcirco *die ac nocte coram Deo accuſat*, *Apoc.* XII. *10.* Egregie hanc expoſitionem illuſtrat atque confirmat oraculum apoſtolicum *Ebr. II. 14.* ubi *Chriſtus* nobis ob oculos ponitur ut *ſacerdos ſummus*, carnis ſanguinisque particeps factus, ut fratribus ſuis ſimilis eſſet in omnibus, contra vero *diabolus* nobis repræſentatur tanquam *vindex ſanguinis*, qui mortis habe-

dotis fortuiti homicidii auctori in patriam ſuam redire licebat, ſiquidem Chriſtus unicus N. teſt. ſummus ſacerdos ſua morte peperit his reditum ad cœleſtem patriam. Conſentit c divinæ conſtitutioni l. fideli C. de his, qui ecclesiam confugiunt,) ſed voluntarii homicidii rei ab altari ad ſupplicia erant rapiendi od. XXI. 14. 2.) De ritibus, quibus expiandérat terra, in qua inveniebatur cadaver hominis interfecti, cujus occiſor ignoratur, Deut. XI. 1. & ſeqq. (*) (Veteres hos ritus ad Chriſtum transferunt, in quo eſt peccatorum noſtrorum expiatio, is nunquam traxit jugum peccati, crucifixus eſt Hieroſolymæ, in cujus circuitu ager ſterilis atque aſper.) 3.) De jure belli, quod ad bella non cogebatur procedere, qui novam ædificaverat domum, nec dum eam dedicaverat; qui vineam plantaverat, nec dum eam fecerat communem; qui mulierem ſibi deſponderat, nec dum eam domum duxerat; qui timidus ac mollis erat corde Deut. XX. 5. 6. 7. 8. (**) (Militiæ ſpiritualis impedimentum eſt

habebat poteſtatem, quam vero Chriſtus morte ſua cruenta ipſi prorſus ademit. Quem ad modum itaque pontifice maximo fatis functo vindex nullum amplius jus in homicidam exercere poterat; ita ſervator noſter plane incomparabilis per atrociſſimas, quas ſuſtinuit, paſſiones mortemque maledictam, genium infernalem, qui ebrææ gentis doctoribus מלאך המות *angelus mortis*, dicitur, poteſtate mortis ſpoliavit, atque eos, qui in ipſum credunt, in auream filiorum Dei libertatem tranſtulit, in quibus *nulla* amplius *condemnatio* locum habet, *Rom.* VIII. 1.

(*) Ritus hujus expiationis huc redeunt. Sicubi ruri cadaver hominis recens confoſſi inveniretur, nec auctor cædis cognitus eſſet, debebant ſeniores civitatis proximæ emtam publico ære vitulam, non ultra duos annos natam, & inſignioris vitii expertem, nondumque ulli operi adhibitam, ad incultam aliquam vallem deducere, ubi, poſtquam cervix illi a poſteriori collis parte eſſet amputata, ſeniores, manus aqua abluentes, ſemet ſanguinis hujus inſontes eſſe teſtabantur: tum ſacerdotibus Levitis Deum deprecantibus, ne cædis hujus pœnas a populo ebræo exigeret, vitula in eadem valle, nunquam in poſterum colenda, ſepeliebatur.

Circa legis hujus mentem ac ſcopum plerique hærent interpretes, ſi ab iis diſceſſeris, qui ad allegorias, easdemque ſubinde haud parum contortas, nunquam non confugere ſolent. Si Jo. Clericum audiamus, vitula illa, cui caput erat amputandum, erat victima piacularis, non quidem peccati proprie dicti, ſed legalis cujusdam pollutionis. Erat vero inſimul ſymbolum non judicum, ſed homicidæ, qui ignorabatur. Significabant heic judices, ſe ita occiſuros fuiſſe homicidam, ſi eum noviſſent, ut occidant vitulam. Vid. ejusdem *comment.* ad *Deuter. XXI. 4-8.* Variæ tamen nihilominus heic moveri poſſent quæſtiones, quas Clericus penitus intactas reliquit. Ita verb. grat. quæri heic poſſet: cur Deus vitulam jugi plane expertem cædi juſſerit? itemque: cur vitula illa ad *vallem incultam* atque *aſperam* duci debuerit? porro: cur lex *cervicem vitulæ* amputari poſtulaverit? & quæ ſunt hujus generis aliæ quæſtiones, ad quas more ſuo ingenioſe reſpondet Spencerus in opere ſæpius jam a nobis excitato *de leg. Ebr. rit. libr. II. cap. VII. p. 321. ſeqq.* ed. Tub. Conferenda tamen, quæ de ritibus hiſce plane ſingularibus adnotarunt Frid. Wilh. Bierlingius, in diſſ. *de veterum Ebræorum circa vitulam decollandam ritibus*, Lipſ. *MDCXCVI.* Joan. Rud. Cramerus, in diſp. *de lege juvencæ decollandæ ob repertum in agro cadaver*, Tigur. *MDCCVIII.* Conr. Ickenius in diſſ. *de vitula decollata ob inventum occiſum in agro*, Bremæ *MDCCXXVI* Veteres hoſce ritus ad Chriſtum tranſtuliſſe, in quo noſtrorum expiatio eſt peccatorum, ſupra adnotavit Gerhardus. Eandem veterum ſententiam recentiori ævo exornandam in ſe ſuſcepit Bernh. Sebast. Cremerus, in *antiquitat. Moſaico-typicis tom. I. cap. XXIII. p. 261.* ubi & contra Spencerum diſputat.

(**) De iis, qui apud Ebræos ad militiam non tenebantur, vid. Clericum in *comment. ad h. l.* Notandum tamen, Judæos immunitatem illam a bellis duntaxat *arbitrariis*, quæ ultro ad dilatandos fines Iſraëlis fuerunt ſuſcepta, conceſſiſſe, non vero a bellis *imperatis*, quæ ipſius Dei juſſu, contra ſeptem populos *Cananæos*, ut & contra *Amalekitas*, gerenda erant, *Deut. XX. 17.* & *XXV. 19.* Bellis hiſce imperatis Judæi jungere ſolent bella ad defenſionem populi Iſraëlitici contra hoſtes tendentia.

eſt nimium rerum terreſtrium ſtudium) quod omnes maſculi expugnatæ urbis gladio interficiendi, v. 14. 4.) De pœnis homicidii ac cujuſcunque læſionis, corpori proximi illatæ, Exod. XXI. 18. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis proximum ſuum lapide vel pugno, & non fuerit mortuus, ſed jacuerit in lectulo.* v. 9. *Si ſurrexerit & ambulaverit foris, licet ſuper baculum ſuum, tum innocens erit, qui percuſſit,* (in foro politico ab ordinaria homicidii pœna abſolvebatur (*), quia ex alia potius cauſa, quam percuſſione, mors inſecuta videtur) *ita tamen, ut operas ejus & impenſas in medicos reſtituat.* v. 20. *Qui percuſſerit ſervum vel ancillam, ut moriantur ſub manu ejus, vindicando vindicabitur* (**). v. 21. *Sin autem uno die vel duobus ſupervixerit, non ſubjacebit pœnae, quia pecunia ejus eſt* (***), (quia ſervum & ancillam pro pecunia ſua emit. l. ſi virgis C. de emend. ſerv. *ſi virgis aut loris Dominus ſervum adflixerit, aut cuſtodiae cauſa in vincula conjecerit, dierum diſtinctione ſive interpretatione depulſa nullum criminis metum ſervo mortuo ſuſtineat. Nec vero immoderate ſuo jure utatur, ſed tunc reus homicidii ſit, ſi voluntate eum ictus fuſtis aut lapidis ceciderit, vel certe telo uſus lethale ei vulnus infixerit, aut ſuſpendi laqueo praeceperit, vel juſſione tetra praecipitandum eſſe mandaverit, &c.*) v. 22. *Cum irati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem praegnantem, ita, ut abortivum quid faciat, nec tamen fuerit mors, ſubjacebit mulctae, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri judicaverint.* v. 23. *quodſi mors fuerit, reddet animam pro anima.* (Ex hac lege deducunt diſtinctionem inter fœtum adhuc *informem* & *formatum*, qui enim fœtum jamdum animatum ac formatum interficit, eum ordinariæ homicidii pœnæ ſubjectum eſſe, juriſconſulti plerique ſtatuunt, ſecuti carolinam & electoralem conſtitutionem.) v. 24. proponitur generalis lex: *oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu* (*) &c. v. 26.

(*) Pœnæ apud Ebræos vel *capitales* erant, vel *minus capitales*, & utræque pro delictorum diſcrimine, minorique aut majori eorum gravitate, rurſus varii erant generis variorumque graduum. Vid. FL. JOSEPHUM *libr. IV. antiq. jud. cap. VIII.* & tractatum talmudicum *Maccoth* ſive *de pœnis*, qui exſtat *tom. IV. miſchnæ Surenhuſianæ p. 269. ſeqq.* & *p. 288.* Scriptores chriſtianos, qui argumentum hoc illuſtrarunt, diligenter recenſuit FABRICIUS in *bibliograph. antiquar. cap. XV. §. XIV. p. 747. ſeqq.* Jungi tamen iis meretur ICKENIUS in *antiquit. ebraicis, part. II. cap. V. §. XXV. ſeqq. p. 412. ſeqq.*

(**) Senſus eſt: *dominum, qui talem ſervum, aut ancillam percuſſerit eum in modum, ut ſub manibus ejus moreretur, viciſſim morte adficiendum eſſe.* Ita legem hanc interpretantur tum antiquiores, tum recentiores ebrææ gentis doctores. Similem apud veteres Ægyptios legem obtinuiſſe, ex DIODORO Siculo obſervat CLERICUS in *comment. ad h. l.*

(***) Ex hiſce verbis colligunt Rabbini, ſermonem heic non eſſe de *ſervis Iſraëlitis*, utpote qui non vendebantur abſolute, ſed ad tempus, nec proprie mancipabantur; ſed agi heic tantum de *ſervis Chananæis*, utpote in perpetuum emtis. Satis quippe pœnæ luere videbatur dominus, jactura pecuniæ, quam emendo ſervo expenderat.

(*) Repetitur hæc lex *Lev.* XXIV. *19, 20.* & *Deut.* XIX. *19. ſeqq.* Oportet igitur legem hanc fuiſſe magni momenti, quæ toties fuit repetita. Finis ejus proprius non fuit, ut *ingenio* populi Iſraëlitici *puerili & vindictæ cupido gratificaretur* Deus, quam mentem Deo impie adfingit SMALCIUS, Socinianorum ſectæ addictus, *contra* FRANZII *diſput. VII.* ſed potius, ut qui ad injuriam inferendam proni erant, *talionis* metu coërcerentur. Data proinde fuit hæc lex *privatis* ut *pœna*, qua deterrerentur ab inferenda aliis injuria. Sed ſolis *judicibus* tanquam *regula*, quam in irrogandis injuriarum pœnis ſemper ab oculos haberent, ne vel modum excederent, vel nimia lenitate ferociam improborum augerent. Cæterum verba iſta a GERHARDO ſupra adducta: *Oculum pro oculo, dentem pro dente* &c. non ſunt proprie intelligenda. Hoc enim duntaxat verba iſta innuunt, pœnas pro gravitate criminis exigendas eſſe. PAULUS FAGIUS in *Deuteronomio cap. XIX.* de hac analogia ita ſcribit ex Ebræorum commentariis: *Hæc lex*, inquit, *talionis auctore R*…

16. *Si percuſſerit quis oculum ſervi ſui aut* [ancillae], *& luſcos eos fecerit, dimittet liberos pro* [ocu]*lo.* v. 27. *Si dentem excuſſerit ſervo vel an*[cil]*lae, ſimiliter dimittet eos liberos.* (Hac æ[qui]tate domini continebantur in officio, ne ni[mi]um ſævirent in mancipia, neque enim jus vi[tæ] & necis ipſis in ſervos competebat, quod per[ini]am uſitatum erat Romanis) v. 28. *Si bos* [cor]*nu petierit virum aut mulierem, ita, ut mo*[rian]*tur, lapidibus ille bos obruetur* (*), *& non* [com]*edentur carnes ejus*, (ut adpareat, quam [ab]ominabile ſit Deo homicidium) *ſed dominus* [bov]*is innocens erit.* v. 29. *Sed ſi bos cornupeta* [fue]*rit ab heri & nudius tertius & conteſtati* [ſun]*t dominum ejus* (hoc eſt, ſi dominus bovis [de e]o fuit admonitus, ut bovem cornu petere [ſolitum] recluderet) *nec cuſtodierit eum dominus,* [occ]*iderit autem bos ille virum vel mulierem, tunc* [et] *ille lapidabitur, quin & dominus ejus mo*[ri]*ar* (**). v. 30. *Si pretium redemtionis pro vita ſua redimenda ei fuerit impoſitum, dabit quidquid fuerit poſtulatus.* (l. nihil intereſt 12. ff. ad legem Cornel. de ſicar. *Nihil intereſt occidat quis, an cauſam mortis praebeat*) v. 31. *ſi filium vel filiam* (id eſt perſonas juniores ac innuptas) *bos cornu petierit, ſimili ſententiae ſubjacebit.* v. 32. *Si ſervum vel ancillam invaſerit, triginta ſiclos argenti dominus bovis domino ſervi vel ancillae ejus dabit, bos vero lapidabitur.*

5.) De operibus miſericordiæ & dilectionis peregrino, viduæ, pupillo, adeoque ipſis hoſtibus præſtandæ. Exod. XXII. 21. *Peregrino non inferes vim, nec opprimes eum:* v. 22. *Nullam viduam aut pupillum adfligetis:* Exod. XXIII. 4. *Si occurreris bovi inimici tui aut aſino ejus erranti, reducendo reduces illum.* v. 5. *Si videris aſinum odio habentis te decumbentem ſub onere ſuo, auxiliaberis illi &c.* (Hæc tamen rectius ad legem moralem, quam forenſes referuntur.)

M 2 a) §. XXXIII.

Kanan, ut a Becbai citatur, nunquam eſt obſervata. Nam, præter ſcripturam, ex traditione ait conſtare, quod non oculus pro oculo, ſed æſtimatio oculi pecuniaria reddatur &c. Qui plura hanc in rem legere voluerit, adeat ALTINGIUM *tom. II. oper.* in *adpend. p. 19.* RIVETUM *tom. I. oper. theol. p. 1045. ſeqq.* DANZIUM in *diſſertat. de jure talionis* Jenæ *MDCC.* & DAV. LUNDIUM in diſſ. *de talionis indole*, Aboæ *MDCXCIV.* Ut alios taceamus.

(*) FAUSTUS SOCINUS in *libro contra Puccium, cap.* VI. argumento a *pœnis*, quæ per legem divinam infligebantur brutis animantibus, *Exod.* XXI. *28. Lev.* XX. *15, 16.* colligit, beſtias poſſe delinquere, ac proinde merito puniri. Aſt falſum eſt, bruta animalia peccare poſſe, cum ob defectum rationis nec culpæ, nec pœnæ ſint capacia. Vid. ANDR. ADAMI HOCHSTETTERI, theologi quondam Tubingenſis, librum ſingularem *de jure pœnarum p. 25. ſeqq.* Alia itaque ratio reddenda, cur Deus animalia propter hominem occiſum e medio tolli voluerit. Scilicet cum bruta propter hominem, non contra, a Deo fuerint creata, poſſunt quoque propter hominem deſtrui, quotieſcunque animalis bruti deſtructio *vel* ad hominis pœnam, *vel* ad ejusdem emendationem, *vel* ad præcautionem in futurum poteſt inſervire. Hinc ſupremus legiſlator ſtatuit, ut brutum, a quo homo fuiſſet exciſus, lapidibus obrueretur, non quod peccatum commiſiſſet, cujus plane incapax eſt, ſed quod per illud damnum homini fuiſſet illatum, atque etiam in poſterum poſſet inferri; quod ut præcaveretur, juſſit Deus, ut illud e medio tollatur. Accedit & hoc, quod pœna animalis cujusdam domeſtici ſimul reſpexerit ejusdem dominum, qui cum non ſatis præcaveret, ne bos ſuus hominibus damnum inferret, ejus jactura mulctabatur, quoniam ex lege divina nulli amplius uſui poſt lapidationem inſervire poſſet. Denique hoc ipſo exemplo condocere Deus voluit, quam ſanctum haberi velit hominum ſanguinem, ſiquidem ne brutis quidem, tametſi ratione deſtitutis, parci, eo effuſo, velle declarat.

(**) Æquitas hujus legis exinde ſatis patet, quia poſſeſſor, haud ignarus, bovem eſſe cornupetam, & de eo admonitus, neglexit cavere alterius vitæ, quam unusquiſque, poſt ſuam, curæ cordique habere debet. Obſervat tamen PHILO Judæus, libr. *de legib. ſpecialib. p. m. 617.* hoc quoque in caſu redemtionem fuiſſe licitam. Monent etiam recentiores gentis Judaicæ magiſtri, pœnam capitalem in pecuniariam fuiſſe commutatam, ubi non fuerit culpa, quam vocant, lata. Simile quid deprehendimus in legibus duodecim tabularum, prout docet JUSTINIANUS *libr. IV. inſtitut. tit. IX.*

eſt nimium rerum terreſtrium ſtudium) quod omnes maſculi expugnatæ urbis gladio interficiendi, v. 14. 4.) De pœnis homicidii ac cujuſcunque læſionis, corpori proximi illatæ, Exod. XXI. 18. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis proximum ſuum lapide vel pugno, & non fuerit mortuus, ſed jacuerit in lectulo.* v. 9. *Si ſurrexerit & ambulaverit foris, licet ſuper baculum ſuum, tum innocens erit, qui percuſſit,* (in foro politico ab ordinaria homicidii pœna abſolvebatur (*), quia ex alia potius cauſa, quam percuſſione, mors inſecuta videtur) *ita tamen, ut operas ejus & impenſas in medicos reſtituat.* v. 20. *Qui percuſſerit ſervum vel ancillam, ut moriantur ſub manu ejus, vindicando vindicabitur* (**). v. 21. *Sin autem uno die vel duobus ſupervixerit, non ſubjacebit pœnae, quia pecunia ejus eſt* (***), (quia ſervum & ancillam pro pecunia ſua emit. l. ſi virgis C. de emend. ſerv. *ſi virgis aut loris Dominus ſervum adflixerit, aut cuſtodiae cauſa in vincula conjecerit, dierum diſtinctione ſive interpretatione depulſ nullum criminis metum ſervo mortuo ſuſtineat. Nec vero immoderate ſuo jure utatur, ſed tunc reus homicidii ſit, ſi voluntate eum ictus ſuſtis aut lapidis ceciderit, vel certe telo uſus lethale ei vulnus inflixerit, aut ſuſpendi laqueo praeceperit, vel juſſione tetra praecipitandum eſſe mandaverit, &c.*) v. 22. *Cum irati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem praegnantem, ita, ut abortivum quid faciat, nec tamen fuerit mors, ſubjacebit mulctae, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri judicaverint.* v. 23. *quodſi mors fuerit, reddet animam pro anima.* (Ex hac lege deducunt diſtinctionem inter fœtum adhuc *informem* & *formatum*, qui enim fœtum jamdum animatum ac formatum interficit, eum ordinariæ homicidii pœnæ ſubjectum eſſe, juriſconſulti plerique ſtatuunt, ſecuti carolinam & electoralem conſtitutionem.) v. 24. proponitur generalis lex: *oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu* (*) &c. v. 26.

(*) Pœnæ apud Ebræos vel *capitales* erant, vel *minus capitales*, & utræque pro delictorum diſcrimine, minorique aut majori eorum gravitate, rurſus varii erant generis variorumque graduum. Vid. FL. JOSEPHUM *libr. IV. antiq. jud. cap. VIII.* & tractatum talmudicum *Maccoth* ſive *de pœnis*, qui exſtat *tom. IV. miſchnæ Surenhuſianæ p. 269. ſeqq.* & *p. 288.* Scriptores chriſtianos, qui argumentum hoc illuſtrarunt, diligenter recenſuit FABRICIUS in *bibliograph. antiquar. cap. XV. §. XIV. p. 747. ſeqq.* Jungi tamen iis meretur ICKENIUS in *antiquit. ebraicis, part. II. cap. V. §. XXV. ſeqq. p. 412. ſeqq.*

(**) Senſus eſt: *dominum, qui talem ſervum, aut ancillam percuſſerit eum in modum, ut ſub manibus ejus moreretur, viciſſim morte adficiendum eſſe.* Ita legem hanc interpretantur tum antiquiores, tum recentiores ebrææ gentis doctores. Similem apud veteres Ægyptios legem obtinuiſſe, ex DIODORO Siculo obſervat CLERICUS in *comment. ad h. l.*

(***) Ex hiſce verbis colligunt Rabbini, ſermonem heic non eſſe de *ſervis Iſraelitis*, utpote qui non vendebantur abſolute, ſed ad tempus, nec proprie mancipabantur; ſed agi heic tantum de *ſervis Chananæis*, utpote in perpetuum emtis. Satis quippe pœnæ luere videbatur dominus, jactura pecuniæ, quam emendo ſervo expenderat.

(*) Repetitur hæc lex *Lev.* XXIV. 19, 20. & *Deut.* XIX. 19. *ſeqq.* Oportet igitur legem hanc fuiſſe magni momenti, quæ toties fuit repetita. Finis ejus proprius non fuit, ut *ingenio* populi Iſraelitici *puerili & vindictæ cupido gratificaretur* Deus, quam mentem Deo impie adfingit SMALCIUS, Socinianorum ſectæ addictus, *contra* FRANZII *diſput. VII.* ſed potius, ut qui ad injuriam inferendam proni erant, *talionis* metu coërcerentur. Data proinde fuit hæc lex *privatis* ut *pœna*, qua deterrerentur ab inferenda aliis injuria. Sed ſolis *judicibus* tanquam *regula*, quam in irrogandis injuriarum pœnis ſemper ab oculos haberent, ne vel modum excederent, vel nimia lenitate ferociam improborum augerent. Cæterum verba iſta a GERHARDO ſupra adducta: *Oculum pro oculo, dentem pro dente* &c. non ſunt proprie intelligenda. Hoc enim duntaxat verba iſta innuunt, pœnas pro gravitate criminis exigendas eſſe. PAULUS FAGIUS in *Deuteronomio cap. XIX.* de hac analogia ita ſcribit ex Ebræorum commentariis: *Hæc lex, inquit, talionis auctore Rabbi Kanan,*

26. *Si percuſſerit quis oculum ſervi ſui aut* *cillae, & luſcos eos fecerit, dimittet liberos pro* *ulo.* v. 27. *Si dentem excuſſerit ſervo vel an-* *llae, ſimiliter dimittet eos liberos.* (Hac æ- uitate domini continebantur in officio, ne ni- ium ſævirent in mancipia, neque enim jus vi- : & necis ipſis in ſervos competebat, quod per- ram uſitatum erat Romanis) v. 28. *Si bos* *rnu petierit virum aut mulierem, ita, ut mo-* *atur, lapidibus ille bos obruetur* (*), *& non* *medentur carnes ejus*, (ut adpareat, quam ominabile ſit Deo homicidium) *ſed dominus* *vis innocens erit.* v. 29. *Sed ſi bos cornupeta* *erit ab heri & nudius tertius & conteſtati* *nt dominum ejus* (hoc eſt, ſi dominus bovis io fuit admonitus, ut bovem cornu petere itum recluderet) *nec cuſtodierit eum dominus,* *ciderit autem bos ille virum vel mulierem, tunc* *r ille lapidabitur, quin & dominus ejus mo-* *tur* (**). v. 30. *Si pretium redemtionis pro vita* *ſua redimenda ei fuerit impoſitum, dabit quid-* *quid fuerit poſtulatus.* (l. nihil intereſt 12. ff. ad legem Cornel. de ſicar. *Nihil intereſt occidat* *quis, an cauſam mortis praebeat*) v. 31. *ſi fi-* *lium vel filiam* (id eſt perſonas juniores ac in- nuptas) *bos cornu petierit, ſimili ſententiae ſub-* *jacebit.* v. 32. *Si ſervum vel ancillam invaſerit,* *triginta ſiclos argenti dominus bovis domino ſer-* *vi vel ancillae ejus dabit, bos vero lapidabitur.*
5.) De operibus miſericordiæ & dilectionis pe- regrino, viduæ, pupillo, adeoque ipſis hoſti- bus præſtandæ. Exod. XXII. 21. *Peregrino non* *inferes vim, nec opprimes eum:* v. 22. *Nullam* *viduam aut pupillum adfligetis:* Exod. XXIII. 4. *Si occurreris bovi inimici tui aut aſino ejus er-* *ranti, reducendo reduces illum.* v. 5. *Si vide-* *ris aſinum odio habentis te decumbentem ſub one-* *re ſuo, auxiliaberis illi &c.* (Hæc tamen re- ctius ad legem moralem, quam forenſes refe- runtur.)

§. XXXIII.

Kauan, ut a Becbai citatur, nunquam eſt obſer- *vata. Nam, præter ſcripturam, ex traditione* *ait conſtare, quod non oculus pro oculo, ſed æſti-* *matio oculi pecuniaria reddatur* &c. Qui plura hanc in rem legere voluerit, adeat ALTIN- GIUM *tom. II. oper.* in *adpend. p. 19.* RIVE- TUM *tom. I. oper. theol. p. 1045. ſeqq.* DAN- ZIUM in *diſſertat. de jure talionis* Jenæ *MDCC.* & DAV. LUNDIUM in diſſ. *de talionis indo-* *le*, Aboæ *MDCXCIV.* Ut alios taceamus.

(*) FAUSTUS SOCINUS in *libro contra Puc-* *cium, cap.* VI. argumento a *pœnis*, quæ per legem divinam infligebantur brutis animanti- bus, *Exod.* XXI. *28. Lev.* XX. *15, 16.* colligit, beſtias poſſe delinquere, ac proinde merito pu- niri. Aſt falſum eſt, bruta animalia peccare poſſe, cum ob defectum rationis nec culpæ, nec pœnæ ſint capacia. Vid. ANDR. ADAMI HOCHSTETTERI, theologi quondam Tu- bingenſis, librum ſingularem *de jure pœnarum* *p. 25. ſeqq.* Alia itaque ratio reddenda, cur Deus animalia propter hominem occiſum e me- dio tolli voluerit. Scilicet cum bruta propter hominem, non contra, a Deo fuerint creata, poſſunt quoque propter hominem deſtrui, quo- tieſcunque animalis bruti deſtructio *vel* ad ho- minis pœnam, *vel* ad ejusdem emendationem, *vel* ad præcautionem in futurum poteſt inſer- vire. Hinc ſupremus legiſlator ſtatuit, ut bru- tum, a quo homo fuiſſet exciſus, lapidibus ob- rueretur, non quod peccatum commiſiſſet, cu- jus plane incapax eſt, ſed quod per illud damnum homini fuiſſet illatum, atque etiam in poſterum poſſet inferri; quod ut præcave- retur, juſſit Deus, ut illud e medio tollatur. Accedit & hoc, quod pœna animalis cujusdam domeſtici ſimul reſpexerit ejusdem dominum, qui cum non ſatis præcaveret, ne bos ſuus ho- minibus damnum inferret, ejus jactura mul- ctabatur, quoniam ex lege divina nulli am- plius uſui poſt lapidationem inſervire poſſet. Denique hoc ipſo exemplo condocere Deus vo- luit, quam ſanctum haberi velit hominum ſan- guinem, ſiquidem ne brutis quidem, tametſi ratione deſtitutis, parci, eo effuſo, velle de- clarat.

(**) Æquitas hujus legis exinde ſatis patet, quia poſſeſſor, haud ignarus, bovem eſſe cornupe- tam, & de eo admonitus, neglexit cavere alte- rius vitæ, quam unusquiſque, poſt ſuam, cu- ræ cordique habere debet. Obſervat tamen PHILO Judæus, libr. *de legib. ſpecialib. p. m.* *617.* hoc quoque in caſu redemtionem fuiſſe li- citam. Monent etiam recentiores gentis Judai- cæ magiſtri, pœnam capitalem in pecuniariam fuiſſe commutatam, ubi non fuerit culpa, quam vocant, lata. Simile quid deprehendimus in le- gibus duodecim tabularum, prout docet JU- STINIANUS *libr. IV. inſtitut. tit. IX.*

capitale crimen adverſus eum ex lege Fabia de plagio naſcitur, quo venditor quoque ſit obnoxius, ſi ſciens liberum eſſe vendiderit. l. quoniam ſervos 7. C. ad legem Fabiam de plagiariis. *Quoniam ſervos a plagiariis alienari ex urbe ſignificas, atque ita interdum ingenuos homines eorum ſcelere aſportari ſolere praeſcribis, horum tibi deliƐorum licentiae majori ſeveritate occurrendum eſſe decernimus. Ac propterea, ſi quem in hujusmodi facinore deprehenderis, capite eum plecti non dubitabis)* 2.) De pœnis ſimplicis furti Exod XXII. 1. *Si quis furatus fuerit bovem aut ovem, & occiderit,* (ita ut domino reddere non poſſit) *vel vendiderit, quinque boves pro uno bove reſtituet, & quatuor oves pro una ove* (*). (Hugo cardinalis hanc diverſæ diſpoſitionis rationem tradit, quod quinque ſint bovis utilitates, paſcit, arat, vitulus triturat, nos calciat, armat: quatuor vero ovis: lactat, paſcit, veſtit, immolatur: rectius ad furti gradus ratio diverſitatis revocatur) v. 2. *Si fur effringens domum ſive ſuffodiens inventus fuerit noctu, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis* (**). (legibus 12. tabularum permiſſum erat furem nocturnum occidere, diurnum etiam, ſi telo ſe defendiſſet.) v. 3. *Sin vero orto ſole hoc fecerit paterfamilias, morti erit obnoxius;* (vel ut alii reddunt, ſanguines ipſi, hoc eſt, cogetur a magiſtratu exſpectare ſententiam pro effuſo ſanguine) *fur autem reddenda reddet,* (quintuplum ſcilicet aut quadruplum) *ſi non habuerit quod reddat, vendatur pro furto ſuo.* v. 4. *Si inventum fuerit apud eum, quod furatus eſt, vivens, ſive bos, ſive aſinus, ſive ovis, duplum reſtituet.* 3.) De pauperie, quam quadrupes fecerit (***). Exod. XXI. 35. *Si percuſſerit bos alicujus domini bovem proximi ſui, ita ut moriatur, vendent bovem vivum, & divident pretium, cadaver etiam mortui bovis divident.* v. 36. *Si vero notum fuerit domino bovis corruptae, quod bos cornu petere ſolitus ab heri & nudiustertius, & non cuſtodivit eum dominus, reddet bovem vivum domino interemti bovis, & cadaver bovis occiſi integrum accipiet,* Exod. XXII. 5. *Si quis dimiſerit jumentum ſuum, ut depaſcatur aliena, videlicet agrum vel vineam proximi, quidquid optimum habuerit in agro ſuo vel in vinea, pro damni aeſtimatione reddet.* (Confer libr. IX. ff. tit. 1. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur (*)) 4.) De damno dato, Exod. XXI. 33. *Si quis aperuerit ciſternam vel puteum, nec viciſſim eum operuerit, cecideritque bos aut aſinus in eum,* v. 34. *reddat dominus ciſternae pretium jumentorum* (**), *quod autem mortuum eſt, ipſius erit.* Exod.

(*) In rationes hujus legis, cur ſcil. major abactoris pecudum, quam furis aliarum rerum, apud Ebræos fuerit pœna, inquiſivit Jo. CLERICUS in *comment.* ad *Exod. XXII.* Conf. Jo. GE. HAGEMANNI *Betrachtungen in Exodum p. 336.*

(**) Senſus verborum eſt: *Non fundetur ſanguis percuſſoris* propter furem ejusmodi nocturnum. Cæterum de ratione legis Ebræorum de fure nocturno impune occidendo, diſputant ſcriptores. Vid. GROTIUM *de jure belli ac pacis libr. II. cap. I. §. XII.* PUFENDORFIUM *de iure nat. & gent. libr. II. cap. V. §. XVII. XVIII.* & HOCHSTETTERUM in *collegio Pufendorf. p. 232. ſeqq.* Ratio hujus legis non tam inde petenda nobis videtur, quod noctu ablata recuperari nequeant, uti Pufendorfio viſum eſt, quam potius, quia præſumitur, ejusmodi furem noctu perrumpentem non ſolum *furandi*, ſed, ſi ei reſiſteretur, etiam *trucidandi* & latrocinandi animo adveniſſe. Conf. GUIL. SALDENI *otia theolog. p. 634. ſeqq.*

(***) De hac lege vid. SELDENUM *de jure nat. & gentium juxta diſciplinam Ebræorum libr. VI. cap. II. oper. tom. I. p. 610. ſeqq.*

(*) Hæc actio quadrupedaria ex legibus XII. tabularum deſcendit, quibus cautum fuiſſe legimus: *ſi quadrupes pauperiem faxit, dominus noxiæ æſtimiam offerto, ſi nolit, quod noxit, dato. l. 1. princ. l. § 1. & 2. D. h. t.* Significat vero vox *pauperies* ea damna, quæ quadrupes, feritate commota, intulit. Vid. HEINECCIUM in *antiq. Rom. libr. IV. tit. IX. p. m. 556.*

(**) Habemus heic exemplum luculentum, in quo non malitia, ſed negligentia fuit peccatum, ubi tamen lex præcipit, damnum proximi compenſari ab eo, qui non ſatis præcaviſſet incommodis, foveamque a ſe apertam, aut excavatam, non muniviſſet.

rod. XXII. 6. *Si egreſſus ignis corripuerit inas*, hoc eſt, ſi quis ad ſpinetum prope agrum nem accenderit, ignisque corripuerit ſpinas) *comprehenderit vicinos acervos frugum ſive ntes ſegetes in agris, reddet damnum, qui nem ſuccenderit.* 5.) De depoſito, Exod. XII. 7. *Si quis dederit proximo ſuo argentum l vaſa* (id eſt, quamcunque ſupellectilem) *in ſtodiam, & ab eo, qui rem depoſitam cuſtondam ſuſceperit, furto ablata fuerint, ſi inntus fuerit fur, duplum reddet*, v. 8. *ſi non ventus fuerit fur, tunc adducetur dominus dous ad deos* ſive judices, (qui exacte inquirent) *non extenderit manum in rem proximi.* v. 10. *quis commendaverit proximo ſuo aſinum, bom, ovem vel quodcunque aliud animal ad cuſtondum, & mortuum fuerit, aut confractum, t ab hoſtibus abductum nemine vidente;* v. 11. *amentum erit in medio, an non miſerit mam ſuam in rem proximi:* v. 12. *ſi furto ablatum fuerit, reddet domino ejus:* v. 13. *ſi diſcerptum a beſtia, deferat ad ipſum particulam puta aliquam, quae teſtetur a fera dilaniatum eſſe illud animal, & non reſtituet.* 6.) De amiſſo. Exod. XXII 9. *Super omni praevaricatione tam in bove, quam in aſino & ove ac veſtimento, & quidquid damni inferri poteſt*, (hoc eſt, ſuper omni re amiſſa (*)) *ad deos utriusque cauſa perveniet, & quem illi condemnaverint, duplum reſtituet proximo ſuo* (**). 7.) De commodato & conducto Exod. XXII. 14. *Qui a proximo ſuo jumentum aut pecus aliquod commodato acceperit, & mortuum fuerit, aut confractum domino ejus abſente, tunc qui accepit, reddere cogetur:* v. 15. *ſi vero dominus praeſens fuerit, non reſtituet, conductum venit pro mercede operis ſui.* (ſi periit domino præſente, judicatur caſu potius quam conductoris culpa periiſſe (***)) 8.) De mutuo & uſuris (*) Exod. XXII. 25. Lev. XXV. 36. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pau-*

(*) Sermo itaque heic eſt de fraude, quæ depoſiti negationi adfinis eſt, cum quis cauſatur, amiſſam eſſe rem fidei ſuæ commiſſam, nec tamen ea fuit amiſſa, ſed dolo interverſa atque occultata.

(**) Quod de reſtitutione dupli heic adjicitur, ubi depoſitarius doli fuerit convictus, id juſtitiæ regulis longe eſt convenientiſſimum. Furi enim ſimilis videtur depoſitarius doloſus. *l. 13. D. depoſ.* Hinc apud omnes nationes depoſiti religio ſemper maxima fuit habita. Apud Pyſidas, abjurans depoſitum, morte luebat, & apud Romanos omnis omnino dolus depoſitarii, ex legibus duodecim tabularum, duplo vindicabatur. Quin tam nefandum hocce crimen videbatur veteribus, ut, qui depoſitum negarent, cum univerſa familia exſtirpatum iri crederentur. Pertinet huc memorabile exemplum Glauci Spartani apud HERODOTUM *libr. VI. p. 229.* quod JUVENALIS *ſat.* XIII. eleganter hiſce verſibus expreſſit:

partano cuidam reſpondit Pythia vates:
aud impunitum quondam fore, quod dubitaret
epoſitum retinere & fraudem jure tueri
urando: quærebat enim, quæ numinis eſſet
lens, & an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.
eddidit ergo metu, non moribus; & tamen omnem
ocem adyti dignam templo veramque probavit
xſtinctus tota pariter cum prole domoque.

(***) Hoc itaque in caſu, ubi culpa & dolus abſunt, perſoluta mercede, nulla erit domino juſta conquerendi cauſſa. Vid. *digeſt. libr. XIX. tit. 2. locati, conducti.* Ibidem *leg. IX.* §. 4 hæc leguntur verba: *imperator Antoninus cum patre, cum grex eſſet abactus, quem quis conduxerat, reſcripſit:* Si capras latrones citra tuam fraudem abegiſſe probari poteſt, judicio locati caſum præſtare non cogeris.

(*) Argumentum de mutuo & uſuris in loco *de magiſtratu politico* §. *CCXXXII - CCLVI.* copioſe ſolideque pertractavit b. GERHARDUS; ad quem locum ubi aliquando pervenerimus, iis, quæ a laudatiſſimo viro hanc in rem dicta ſunt, unam alteramve obſervationem adſpergemus. Id duntaxat paucis heic notamus, legem Moſaicam de non pendendis uſuris ad omnes omnino homines extendi haud debere. Nam 1.) Moſes illam tantum uſuram, quæ *Iſraëlitis* ſolvenda erat, prohibuit, permiſſo in *exteros* fœnerationis jure. *A fratre tuo* ne uſuram petas, inquit Moſes, ubi *fratris* nomine vix alius, quam Iſraëlita intelligi poteſt. Quod vero attinet ad *exteros*, huic hominum generi fœnus, vi legis divinæ, imponi poſſe, diſertis verbis dicitur *Deuter. XXIII.* 20. Nec 2) a quibusvis Iſraëlitis, ſed tantum ab *egenis* uſuras exigere nefas erat, cum contra eas a lautioris conditionis Iſraëlitis petere, in vitio

capitale crimen adverſus eum ex lege Fabia de plagio naſcitur, quo venditor quoque ſit obnoxius, ſi ſciens liberum eſſe vendiderit. l. quoniam ſervos 7. C. ad legem Fabiam de plagiariis. *Quoniam ſervos a plagiariis alienari ex urbe ſignificas, atque ita interdum ingenuos homines eorum ſcelere aſportari ſolere praeſcribis, horum tibi deli-ctorum licentiae majori ſeveritate occurrendum eſſe decernimus. Ac propterea, ſi quem in hujusmodi facinore deprehenderis, capite eum plecti non dubitabis)* 2.) De pœnis ſimplicis furti Exod XXII. 1. *Si quis furatus fuerit bovem aut ovem, & occiderit,* (ita ut domino reddere non poſſit) *vel vendiderit, quinque boves pro uno bove reſtituet, & quatuor oves pro una ove* (*). (Hugo cardinalis hanc diverſæ diſpoſitionis rationem tradit, quod quinque ſint bovis utilitates, paſcit, arat, vitulus triturat, nos calciat, armat: quatuor vero ovis: lactat, paſcit, veſtit, immolatur: rectius ad furti gradus ratio diverſitatis revocatur) v. 2. *Si fur effringens domum ſive ſuffodiens inventus fuerit noctu, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis* (**). (legibus 12. tabularum permiſſum erat furem nocturnum occidere, diurnum etiam, ſi telo ſe defendiſſet.) v. 3. *Sin vero orto ſole hoc fecerit paterfamilias, morti erit obnoxius;* (vel ut alii reddunt, ſanguines ipſi, hoc eſt, cogetur a magiſtratu exſpectare ſententiam pro effuſo ſanguine) *fur autem reddenda reddet,* (quintuplum ſcilicet aut quadruplum) *ſi non habuerit quod reddat, vendatur pro furto ſuo.* v. 4. *Si inventum fuerit apud eum, quod furatus eſt, vivens, ſive bos, ſive aſinus, ſive ovis, duplum reſtituet.* 3.) De pauperie, quam quadrupes fecerit (***). Exod. XXI. 35. *Si percuſſerit bos alicujus domini bovem proximi ſui, ita ut moriatur, vendent bovem vivum, & divident pretium, cadaver etiam mortui bovis divident.* v. 36. *Si vero notum fuerit domino bovis corruptae, quod bos cornu petere ſolitus ab heri & nudiustertius, & non cuſtodivit eum dominus, reddet bovem vivum domino interemti bovis, & cadaver bovis occiſi integrum accipiet,* Exod. XXII. 5. *Si quis dimiſerit jumentum ſuum, ut depaſcatur aliena, videlicet agrum vel vineam proximi, quidquid optimum habuerit in agro ſuo vel in vinea, pro damni aeſtimatione reddet.* (Confer libr. IX. ff. tit. 1. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur (*)) 4.) De damno dato, Exod. XXI. 33. *Si quis aperuerit ciſternam vel puteum, nec viciſſim eum operuerit, cecideritque bos aut aſinus in eum,* v. 34. *reddat dominus ciſternae pretium jumentorum* (**), *quod autem mortuum eſt, ipſius erit.* Exod.

(*) In rationes hujus legis, cur ſcil. major abactoris pecudum, quam furis aliarum rerum, apud Ebræos fuerit pœna, inquiſivit Jo. CLERICUS in *comment.* ad *Exod. XXII.* Conf. Jo. GE. HAGEMANNI *Betrachtungen in Exodum p. 336.*

(**) Senſus verborum eſt: *Non fundetur ſanguis percuſſoris* propter furem ejusmodi nocturnum. Cæterum de ratione legis Ebræorum de fure nocturno impune occidendo, diſputant ſcriptores. Vid. GROTIUM *de jure belli ac pacis libr. II. cap. I. §. XII.* PUFENDORFIUM *de iure nat. & gent. libr. II. cap. V. §. XVII. XVIII.* & HOCHSTETTERUM in *collegio Pufendorf. p. 232. ſeqq.* Ratio hujus legis non tam inde petenda nobis videtur, quod noctu ablata recuperari nequeant, uti Pufendorfio viſum eſt, quam potius, quia præſumitur, ejusmodi furem noctu perrumpentem non ſolum *furandi*, ſed, ſi ei reſiſteretur, etiam *trucidandi* & latrocinandi animo adveniſſe. Conf. GUIL. SALDENI *otia theolog. p. 634. ſeqq.*

(***) De hac lege vid. SELDENUM *de jure nat. & gentium juxta diſciplinam Ebræorum libr. VI. cap. II. oper. tom. I. p. 610. ſeqq.*

(*) Hæc actio quadrupedaria ex legibus XII. tabularum deſcendit, quibus cautum fuiſſe legimus: *ſi quadrupes pauperiem faxit, dominus noxiæ æſtimiam offerto, ſi nolit, quod noxit, dato. L. 1. princ. l. § 1. & 2. D. h. t.* Significat vero vox *pauperies* ea damna, quæ quadrupes, feritate commota, intulit. Vid. HEINECCIUM in *antiq. Rom. libr. IV. tit. IX. p. m. 556.*

(**) Habemus heic exemplum luculentum, in quo non malitia, ſed negligentia fuit peccatum, ubi tamen lex præcipit, damnum proximi compenſari ab eo, qui non ſatis præcaviſſet incommodis, foveamque a ſe apertam, aut excavatam, non muniviſſet.

xod. XXII. 6. *Si egreſſus ignis corripuerit* *inas*, hoc eſt, ſi quis ad ſpinetum prope agrum nem accenderit, ignisque corripuerit ſpinas) *comprehenderit vicinos acervos frugum ſive ntes ſegetes in agris, reddet damnum, qui nem ſuccenderit.* 5.) De depoſito, Exod. XII. 7. *Si quis dederit proximo ſuo argentum l vaſa* (id eſt, quamcunque ſupellectilem) *in ſtodiam, & ab eo, qui rem depoſitam cuſto-ndam ſuſceperit, furto ablata fuerint, ſi in-ntus fuerit fur, duplum reddet*, v. 8. *ſi non ventus fuerit fur, tunc adducetur dominus do-s ad deos* ſive judices, (qui exacte inquirent) *non extenderit manum in rem proximi.* v. 10. *quis commendaverit proximo ſuo aſinum, bo-n, ovem vel quodcunque aliud animal ad cuſto-ndum, & mortuum fuerit, aut confractum, t ab hoſtibus abductum nemine vidente;* v. 11. *amentum erit in medio, an non miſerit ma-m ſuam in rem proximi:* v. 12. *ſi furto abla-tum fuerit, reddet domino ejus:* v. 13. *ſi diſcer-ptum a beſtia, deferat ad ipſum particulam puta aliquam, quae teſtetur a fera dilaniatum eſſe illud animal, & non reſtituet.* 6.) De amiſſo. Exod. XXII 9. *Super omni praevaricatione tam in bove, quam in aſino & ove ac veſtimento, & quidquid damni inferri poteſt*, (hoc eſt, ſuper omni re amiſſa (*)) *ad deos utriusque cauſa perve-niet, & quem illi condemnaverint, duplum re-ſtituet proximo ſuo* (**). 7.) De commodato & conducto Exod. XXII. 14. *Qui a proximo ſuo jumentum aut pecus aliquod commodato accepe-rit, & mortuum fuerit, aut confractum domino ejus abſente, tunc qui accepit, reddere cogetur:* v. 15. *ſi vero dominus praeſens fuerit, non re-ſtituet, conductum venit pro mercede operis ſui.* (ſi periit domino præſente, judicatur caſu po-tius quam conductoris culpa periiſſe (***)) 8.) De mutuo & uſuris (*) Exod. XXII. 25. Lev. XXV. 36. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pau-*

(*) Sermo itaque heic eſt de fraude, quæ depo-ſiti negationi adfinis eſt, cum quis cauſatur, amiſſam eſſe rem fidei ſuæ commiſſam, nec ta-men ea fuit amiſſa, ſed dolo interverſa atque occultata.

(**) Quod de reſtitutione dupli heic adjicitur, ubi depoſitarius doli fuerit convictus, id juſti-tiæ regulis longe eſt convenientiſſimum. Furi enim ſimilis videtur depoſitarius doloſus. *l. 13. D. depoſ.* Hinc apud omnes nationes depoſiti religio ſemper maxima fuit habita. Apud Py-ſidas, abjurans depoſitum, morte luebat, & apud Romanos omnis omnino dolus depoſita-rii, ex legibus duodecim tabularum, duplo vindicabatur. Quin tam nefandum hocce cri-men videbatur veteribus, ut, qui depoſitum negarent, cum univerſa familia exſtirpatum iri crederentur. Pertinet huc memorabile exemplum Glauci Spartani apud HERODO-TUM *libr. VI. p. 229.* quod JUVENALIS *ſat. XIII.* eleganter hiſce verſibus expreſſit:

partano cuidam reſpondit Pythia vates:
aud impunitum quondam fore, quod dubitaret
epoſitum retinere & fraudem jure tueri
urando: quærebat enim, quæ numinis eſſet
ens, & an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.
eddidit ergo metu, non moribus; & tamen omnem
ocem adyti dignam templo veramque probavit
xſtinctus tota pariter cum prole domoque.

(***) Hoc itaque in caſu, ubi culpa & dolus abſunt, perſoluta mercede, nulla erit domino juſta conquerendi cauſſa. Vid. *digeſt. libr. XIX. tit. 2. locati, conducti.* Ibidem *leg. IX.* §. 4 hæc leguntur verba: *imperator Antoninus cum patre, cum grex eſſet abactus, quem quis conduxe-rat, reſcripſit:* Si capras latrones citra tuam fraudem abegiſſe probari poteſt, judicio loca-ti caſum præſtare non cogeris.

(*) Argumentum de mutuo & uſuris in loco *de magiſtratu politico* §. *CCXXXII -- CCLVI.* copioſe ſolideque pertractavit b. GERHAR-DUS; ad quem locum ubi aliquando pervene-rimus, iis, quæ a laudatiſſimo viro hanc in rem dicta ſunt, unam alteramve obſervationem adſpergemus. Id duntaxat paucis heic nota-mus, legem Moſaicam de non pendendis uſu-ris ad omnes omnino homines extendi haud debere. Nam 1.) Moſes illam tantum uſuram, quæ *Iſraëlitis* ſolvenda erat, prohibuit, permiſſo in *exteros* fœnerationis jure. A *fratre tuo* ne uſuram petas, inquit Moſes, ubi *fratris* nomi-ne vix alius, quam Iſraëlita intelligi poteſt. Quod vero attinet ad *exteros*, huic hominum generi fœnus, vi legis divinæ, imponi poſſe, diſertis verbis dicitur *Deuter. XXIII. 20.* Nec 2) a quibusvis Iſraëlitis, ſed tantum ab *egenis* uſuras exigere nefas erat, cum contra eas a lautioris conditionis Iſraëlitis petere, in vitio

pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quaſi exactor, nec uſuram ſuper eum pones. Deut. XXIII. 19. *Non fœneraberis fratri tuo fœnus pecuniae, fœnus cibi, fœnus cujuscunque rei, quae fœnori dari ſolet.* v. 20. *Extraneo fœneraberis, at fratri tuo non fœneraberis.* (Erant enim gentes Cananææ (*), in quarum medio habitabant Iſraëlitæ, exitio devotæ, ergo ut eas delere, ita quoque uſuris opprimere licitum erat (**). Ambroſius libr. de Tobia c. XV. *Ab hoc uſuram*

vitio haud fuerit poſitum. Colligimus id ex loco, qui legitur *Exod. XXII. 25.* ubi hæc legis conditio clare ſatis exprimitur per verba: „ ſi „ cui meorum *pauperi* tecum verſanti pecuniam „ mutuaveris, ne te ei fœneratorem præbeto: „ ne ei uſuram imponito „ Eandem interdicti conditionem reperitam deprehendimus *Lev. XXXV. 35, 36.* & licet *Deut. XXIII. 20.* ubi lex de uſuris non pendendis denuo inculcatur, diſcrimen inter pauperes & divites haud commemoretur, hæc tamen omiſſio eo minus opponi nobis heic poteſt, cum *loc. cit.* duntaxat repetitio legis bis jam promulgatæ uberiusque expoſitæ exhibeatur. Accedit, quod ea reipublicæ Judaicæ fuerit forma atque conſtitutio, ut in ea vix alii, quam ii, quos argenti premebat paupertas, pecunias mutuas peterent; unde nec opus erat, ut ſingulis locis hæc legi adderetur conditio, eandem ad pauperes tantum referendam eſſe. Ipſa lex Moſaica commerciis cum exteris gentibus exercendis, ex quibus divitiæ alias colligi ſolent, parum faviſſe videtur. Hac enim ſerio injunctum erat Iſraëlitis, ne cum aliis populis conjugiis vel alia ratione arctius conjungerentur, ſicque ſenſim ſenſimque ad eorum pertraherentur idololatriam. Hinc plerique Iſraëlitarum rem pecuariam faciebant agrosque colebant, ex quorum fructibus vitam ſuſtentabant. Iniquum vero oppido fuiſſet, ſi ditiores ex Iſraëlitis ab hominibus tenuioris conditionis, qui nihil fere præter agellum habebant, familiæ alendæ vix ſufficientem, uſuras exegiſſent. Tota itaque lex de uſuris non capiendis ſolis conſulebat pauperibus. Nec ii, ex gente Iſraëlitarum, qui divitiis abundabant, quidquam jacturæ faciebant, ſi ſteriles in palæſtina nummos concivium ſuorum uſibus etiam ſine fœnore commodarent. Quum enim ager, quem quiſque Iſraëlitarum poſſidebat, ita ipſi fuerit proprius, ut eundem nemini in perpetuum vendere liceret, hac ipſa ratione ditioribus Iſraëlitis omnis occaſio emendi agros fuit ademta, nec egenis fundus egeſtatis, ob annos jubilæos, unquam penitus perire potuit. Uberius hoc oſtendit, atque exinde æquitatem legis, uſuram in republica Iſraëlitica prohibentis, ſolide comprobavit vir cel. JO. DAV. MICHAELIS in commentatione lectu digniſſima *de mente & ratione legis Moſaicæ uſuram prohibentis*, quæ Erfurti *MDCCXLVI.* primum prodiit, deinceps vero DAN. FELLENBERGII *jurisprudentiæ antiquæ; tom. I. p. 73. ſqq.* fuit inſerta §. *XIV. XV.* & *XVI.* Idem vir doctiſſ. *loc. cit.* §. *XVII.* JO. SPENCERI hanc in rem cogitata, quæ in ejusdem *diſſertat. de ratione leg. uſur. prob.* leguntur, ſub adcuratius examen revocavit, atque §. *XIX.* luculenter comprobavit, legem hancce forenſem ad formam atque indolem reipublicæ judaicæ attemperatam, ad noſtras civitates, alia prorſus ratione conſtitutas, transferendam haud eſſe. Qua de re alibi copioſius differendi opportuna ſeſe nobis offeret occaſio. Cæterum de toto hocce argumento legi in primis meretur GER. NOODT in præſtantiſſimo opere *de fœnore & uſuris.*

(*) Sequitur heic b. GERHARDUS eorum ſententiam, qui *Deut. XXIII. 20.* ſpeciatim reſiduos Cananæos intelligi arbitrantur, quorum bona omnia cæteroquin Judæorum fuerint, quare velut feudatarii, vel ut hoſtes ſint conſiderandi. Conf. ÆGYD. HUNNIUM ad *2 Cor.* VIII. Verum ſi de uſuris æquitati naturali haud repugnantibus verba legislatoris accipiamus, ut revera accipi debent, prout mox oſtendemus, nulla plane adparet ratio, cur permiſſum in exteros fœnerationis jus ad Cananæos tantum ſit reſtringendum. Extendendum potius illud nobis videtur ad omnes populos Iſraëlitarum genti vicinos, verb. grat. Tyrios, Sidonios, Philiſtæos, aliosque, qui ex commerciis vitam ſuſtentabant, pecuniamque mutuo acceptam ita poterant exercere, ut maximum exinde lucrum traherent. Quod in agricolis, quales erant Ebræi, ſecus ſeſe habebat; unde & ab his uſuram ſumere prorſus erat illicitum.

(**) Nos exiſtimamus verba *Deut.* XXIII. 20. ita exponenda eſſe, ne æquitati naturali vis inferatur, nam ne peregrinum quidem opprimere fas erat, *Exod.* XXIII. *29, 30.* Alienum plane foret a juſtitia ſupremi numinis, acerbi fœnoris in alienos exercendi licentiam expreſſa lege populo ſuo permittere. Turpiter proinde errant Judæi hodierni, qui ex verbis *Deut.* XXIII. *20.* colligunt, permiſſum ipſis eſſe, immoderatas a chriſtianis uſuras accipere.

exige, quem non ſit crimen occidere, ubi belli, ibi etiam jus uſurae) 9.) De pignori- Exod. XXII. 26. *Si pignus a proximo tuo acris veſtimentum* (*), *ante ſolis occaſum reddes* v. 27. *quia ipſum ſolum eſt operimentum, indumentum carnis ejus, nec habet, in dormiat*. Deut. XXIV. 6. *Non accipiet quis pignore metam & catillum*. (συνεκδοχικῶς lliguntur omnia inſtrumenta, quorum uſus xercendis operis mechanicis ad victum comndum neceſſariis. Conjunge l. obligatione l qui in uſum ff. de pignoribus) Deut. XXIV. *cum mutuaveris proximo tuo mutuum, non redieris domum ejus, ut capias pignus ejus:* 1. *foris ſubſiſtes, & vir, cui mutuaveris, ret ad te pignus foras*. (ne excuſſa omni ſuectile pro creditoris libidine pignus exigatur) 2. *Si vir pauper fuerit, non dormies cum nore ejus &c.*

§. XXXV. Ad *octavum* mandatum pertinet ſtitutio 1.) de repudiando unius teſtimonio udiciis, Deut. XVII. 6. *In ore duorum* (**) *trium teſtium peribit, qui moriturus eſt, autem interficietur in ore teſtis unius*. Deut. X. 15. *Non ſtabit teſtis unus contra quenm in quacunque iniquitate & in quocunque cato, in quocunque inquam peccato, quod caverit, in ore duorum teſtium aut in ore triſtabit verbum*. 2.) De pœna falſi teſtimo- Deut. XIX. 16. *Cum ſteterit teſtis mendax tra aliquem, ut teſtificetur contra eum vern perverſum;* v. 17. *tunc ſtabunt duo illi homines, quibus eſt lis, coram Jehovah, coram ſacerdotibus & judicibus, qui fuerint in diebus illis*, v. 18. *& inquirent judices diligenter, & ſi teſtis ille eſt teſtis mendax, mendacium teſtificatus contra fratrem ſuum;* v. 19. *facietis ei, quemadmodum cogitavit facere fratri ſuo* (***) v. 21. *nec parcet oculus tuus, animam pro anima &c.* 3.) De pœna calumniæ & falſæ adcuſationis. Deut. XXII. 13. *Cum acceperit quis uxorem, & ingreſſus fuerit ad eam, atque odio habuerit eam*. v. 14. *& imponit ei opprobrium verborum, & educit adverſus eam nomen malum;* id eſt, ſi infamia violatæ ante nuptias pudicitiæ eam gravat, v. 15. *tunc parentes illius puellae ſigna virginitatis* (*) (linteamina ſanguine rupti hyemenis tincta) *adferent ad magiſtratus:* v. 18. *tunc adprehendent ſeniores civitatis virum illum*, v. 19. *& flagellabunt illum & mulctabunt eum centum ſiclis argenti, quos dabit patri puellae, quia diffamavit eam, & non poterit eam dimittere omnibus diebus vitae ſuae*. (Hæc tamen ad moralem legem magis pertinere videntur.)

§. XXXVI. Hac ratione juxta decalogi præcepta leges forenſes enumerari ac recenſeri poſſunt, ubi tamen monendum eſt, quaſdam *generales* eſſe, quæ non poſſunt commode ad *ſpeciale* aliquod decalogi præceptum referri, utpote 1.) de illis, qui ab honoribus & muneribus publicis arcendi. Deut. XXIII. 2. *Non ingredietur, qui contuſione fractos aut abſciſſos habet teſticulos, in congregationem Domini* (**), hoc eſt, non committatur ei publicum aliquod officium, ita

(*) Loquitur heic Moſes rurſus de ſolo paupere, ut & Deut. XXIV. 12, 13. atque ita etiam locum hunc intellexit FL. JOSEPHUS *libr*. IV. *antiq. jud. cap*. VIII. §. 26. Proinde ex mente ſummi legislatoris hæc ipſa lex ad ditiores minime eſt extendenda.

(**) JOSEPHUS *loc. cit. libr*. IV. *cap. ult.* fœminas & ſervos negat ad teſtimonium admitti poſſe; quod & facit MAIMONIDES *hal. melakim cap. IX*. Fuerunt vero præter fœminas alii quoque, qui a teſtimonio in judiciis tanquam פסולים ſeu *non idonei* arcebantur ab Ebræis; de quibus vid. JO. SELDENUM *libr. II. de ſynedriis veter. Ebræor. cap. XII. §. XI. oper. tom. II. p. 1520–1522.*

(***) Conſtat tamen, Judæos contra pſeudo-prophetam falſos teſtes impune admittere.

(*) Multa de hoc negotio collegit SELDENUS in *uxore Ebraica libr*. III. *cap*. I. *oper. tom*. III. *p. 702. ſeqq.* quæ apud eum legi, quam heic recitare malumus.

(**) Quid per *ingreſſum in congregationem domini* heic ſit intelligendum, de eo variæ ſunt interpretum ſententiæ. Judaicæ gentis doctores matrimonium cum muliere Iſraëlitica initum hac

ita enim commodiſſime accipitur ingreſſus in congregationem Domini, ſiquidem cultui divino intereſſe ipſis licitum erat. Eſaj. LVI. 4. *Sic dicit Dominus eunuchis, qui ſervaverint ſabbata mea, & elegerint quae volui, adprehenderintque fœdus meum. v. 5. dabo eis in domo mea & intra muros meos locum & nomen melius quam filiis & filiabus.* (Finis hujus legis erat, improbare

morem gentilium, quo mares caſtrati g
cuſtodiendis & publicis muneribus præficie
quin & exſecti utplurimum ſunt effœmina
bus magiſtratum committi non congr
Deut. XXIII. 3. *Non ingredietur ſpurius* (
gregationem Domini (**), *uſque ad deciman*
rationem non ingredietur congregationem D
(Finis legis erat deteſtatio ſcortationis, pe

hac phraſi indicari arbitrantur; ut proinde, dum arceri exſectos *a congregatione domini* debere dicitur, hoc nihil aliud ſignificet, quam illos non eſſe admittendos ad communionem cum populo Dei & jus Iſraëlitidem ducendi. Diſcedunt ab his alii, qui per introitum *in congregationem domini* intelligunt admiſſionem ad publicam & politicam populi Iſraëlitici congregationem. Atque hanc poſteriorem expoſitionem ſuo quoque calculo adprobat b. GERHARDUS. Adoptarunt quoque eandem ex cœtus Reformati doctoribus JO. PISCATOR, MUISIUS, multique alii, cumprimis GUIL. SALDENUS in *otiis theolog. libr.* III. *exerc.* VI. §. XXVII - XXIX. *p. 524. ſeqq.* Fuerunt quoque nonnulli ex patribus, qui, quidquid de *exſectis* & *eviratis* heic dicitur, allegorice explicarunt, tales perſonas intelligentes, quæ omni dote ſpirituali prorſus erant deſtitutæ, nihilque cum veritate ac pietate commune habebant. Sed hanc expoſitionem nulla admitti poſſe ratione, luculenter oſtendit laud. SALDENUS, *loc. cit. p. 528. ſeqq.* Nos eorum accedimus ſententiæ, qui ajunt, ſenſum verborum לא־יבא בקהל יהוה *non ingredietur cœtum domini*, eundem eſſe, ac ſi diceret: *non habebitur Iſraëlita, nec nomen ejus in cenſualibus libris ſcribetur.* Ejusmodi enim homini nec Iſraëlitidem ducere, nec publicum aliquod officium gerere licebat. Ita, ut nobis quidem videtur, diſcrepantes interpretum expoſitiones ſupra recenſitæ, ſibi invicem ſubordinari inque concordiam facile redigi poſſunt. Quod & fecit b. ZELTNERUS in bibliis ſuis gloſſatis, germanico ſermone editis, qui verbis ſcriptoris ſacri: *Es ſoll kein Zerſtoſſener, noch Verſchnittener in die Gemeine des Herrn kommen,* hanc ſubjecit notulam: *Weder mit heurathen, noch zu einem öffentlichen Ehren-Amt; ja nicht einmal in das Regiſter der Iſraëliten gebracht und mit gezalet werden.* Cæterum conferri quoque heic poteſt SPENCERUS *de legibus Ebr. ritual. libr.* II. *cap.* XXXIV. *p. 553. ſeqq.* edit. Tubing. qui exiſtimat, legem, qua eunuchi arceantur ab eccleſia Dei, cum lata fuerit, ſolos

ſacerdotes devinxiſſe. Verum ſi formam
legis curatius inſpiciamus, facile patebi
non de ſolis ſacerdotibus, ſed de Jud
etiam vulgo explicandam eſſe.

(*) Plerique quidem interpretes, quorum
beatus quoque GERHARDUS heic
eſt, voce ebraica ממזר *Mamzer, ſpurium*
exiſtimant. Nec negari poteſt, LXX. i
itemque Chaldæum, Arabem utrumque, S
Perſam, Ebræos & chriſtianos fere omn
favere expoſitioni. Diceſſit tamen ab h
tentia SPENCERUS, quem modo ex
mus, rationibusque minime contemnendi
probavit, quemvis vel patre, vel matre
grino prognatum, ſeu ſtupro, ſeu co
genitus eſſet, hocce vocabulo denotari.
ejusdem opus *de leg. rit.* modo adleg
libr. I. cap. VI. ſect. III. p. 105. ſeqq. & *li*
cap. XXXIV. p. 556. Idem vir doctus *loc. cit.*
recte monet, apud Ebræos antiquiores nul
rio, modo a patre ſimul & matre Ebræ
gnato, introitum in eccleſiam Dei fuiſſe
dictum, nec prolem ejusmodi pro *M*
habitum, licet ortum ex lecto polluto tra
Eum duntaxat *Mamzerem* adpellatum &
greſſu *politico* in cœtum Jehovæ repulſum
que a jure civitatis excluſum fuiſſe, qui a
vel matre gentili ortum habuerit; licet
modi *Mamzer* ab introitu *religioſo* in c
Iſraëlitarum excluſus haud fuerit, ſiq
porta ſalutis nemini eccleſiam Dei intrar
lenti fuerit præcluſa. Tandem *ſect.*
p. 112. in rationes inquirit SPENCERUS
Mamzer, aut alienigena, ad eccleſiam Dei
fuerit admiſſus, ex quibus duas tantum
commemorabimus. *Prima* hæc erat, ne
modi alienigena Judæos moribus ethnicis
ceret, iisdemque idololatriæ malum adfri
Altera vero in ea forte conſiſtebat, quia J
ac gentilibus in unam veluti familiam coale
tibus, ſciri haud potuiſſet, an Meſſias d
mine Iſraëlis oriundus, a ſanguine ſacr
profano natales accepiſſet.

(**) Senſus horum verborum hic eſt: Hi ne
tribuum ſacrarum cenſum venient, nec ad

ſoboli maxima infertur injuria. Diſpenſa- ᴛem quandam in hac lege uſitatam fuiſſe, do- exemplum Jephtæ Jud. XI. 11.) Deut. XXIII. *Non ingredietur Ammonita & Moabita con- gationem Domini, etiam generatione undeci- non ingredietur congregationem Domini us- e in ſeculum.* v. 4. *eo quod non exceperint vos pane & aqua in via, poſtquam egreſſi eſtis Ægypto, & quod mercede adverſus te con- xerit Bileam &c.* (advenis & peregrinis non ſſe interdictum, quo minus eccleſiæ Iſraeliti- per ſacramentum circumciſionis conjuncti blicis ſacris intereſſent, evidenter patet ex Exod. II. 48. proinde per τὸ ingredi congregationem Domini non poteſt intelligi publicis intereſſe ſa- cris, ſed publicum in politia gerere officium. Duarenus libr. IV. de ſacris eccleſ. miniſteriis cap. 5. accipit de jure connubiorum, quod pro- hibitum fuerit Ammonitis & Moabitis, quo mi- nus Iſraeliticas fœminas matrimonio ſibi junge- rent; ſed prior explicatio textui magis congruit, ſiquidem Boaz Ruth Moabitidem uxorem duxit Ruth. IV. 13.) Deut. XXIII. 7. *Idumaei & Ægyptii generatione tertia poterant Domini con- gregationem ingredi*; id eſt, publicis officiis præfici. 2.) De removendo ſuſpenſi cadavere e conſpectu hominum ante ſolis occaſum (*) Deut. XXI. 22. 23. (propter reſurrectionis ſpem &

 homi-

connubii vel commercii frequentioris cum Iſraëlitarum gente unquam admittantur.

(*) Hancce legem oppoſitam fuiſſe inſtitutis mul- tarum gentium, quæ cruci adfixos in ea relin- quebant, donec eos ipſa natura ſepeliret, h. e. donec putredine dilaberentur, adductis teſtimo- niis comprobat Jo. Clericus in *comment. ad Deuter. XXI. 22, 23.* Nec tamen hæc præci- pua fuit ratio, cur ante ſolis occaſum ſepeliri debuerit ſuſpenſus. Alias enim commemorat ipſa ſanctior ſcriptura, quas paucis heic illu- ſtrabimus.

Prima ratio *Deut. XXI. 23.* adducta hæc eſt: quia *ſuſpenſus fuit exemplar maledictionis divinæ.* Hic quippe eſt ſenſus verborum: כי קללת אלהים תלוי *nam maledictio Dei* (eſt) *ſuſpenſus*, quæ verba LXX. interpretes ita verterunt: *οτι κεκατηραμενος υπο Θεου πας κρεμαμενος επι ξυλου*, *quoniam maledictus a Deo eſt omnis, qui pendet a ligno*; ad quos proxime accedit gentium apo- ſtolus *Gal. III. 15.* Επικαταρατος πας ο κρεμα- μενος επι ξυλου. Scilicet ſuſpenſio fuit ſignum incumbentis alicujus iræ ac *maledictionis* divinæ, quæ cuivis graviter delinquenti propter trans- greſſionem legis incumbebat, ſecundum ſenten- tiam a ſupremo legiſlatore *Deut. XXVII. 26.* latam. Quum vero ejuſmodi ſuſpenſus frater eſſet omnium Judæorum, omnibus illis in ipſo & per ipſum cenſebatur incumbere *maledictio*, quam diu ille e medio remotus ac ſepultus non eſſet. Atque hoc ſcitum legis, *ſuſpenſus eſt maledictus*, gentium apoſtolus *loc. cit.* adplicat tum omnibus Iſraëlitis ſuſpenſis, tum ſpeciatim Chriſto crucifixo, eo quidem fine, ut exinde intelligeremus, Chriſtum in eo cum omnibus ſuſpenſis conveniſſe, quod utrique fuerint *καταρα* ſive *παραδειγμα της καταρας*. Conformi- tatem hanc inter *ſuſpenſum* & *Chriſtum crucifi- xum*, qui *aliorum* peccata in ſe ſuſcepit, ut pro iis lueret, per partes & ordine egregie demon- ſtrat Vitringa in *obſerv. ſacr. libr. II. cap. XII. §. XXI. p. 234.*

Altera ratio removendi ſuſpenſi cadaveris ante occaſum ſolis, quæ *Deut. XXI. 23.* com- memoratur, hæc eſt, quia per ſuſpenſi perno- ctationem in ligno ipſa terra impura fuiſſet reddita. Ita enim habent verba textus ebræi: ולא תטמא את אדמתך אשר יהוה אלהיך נתן לך נחלה *neque impuram reddes terram, quam Jehova Deus tuus tibi daturus eſt.* Conſtat nihil lege olim immundius fuiſſe cadavere hu- mano. Vid. *Lev. XXI. 1. Num. XXIX. 11.* Ne itaque terra omnesque ejus incolæ redde- rentur immundi, per ſepulturam ſuſpenſi Iſraë- litæ, purganda erat terra. *Objicis*: quomodo ſerio dici poteſt, cadaveris Iſraëlitæ facinoroſi *ſepulturam* puram reddidiſſe terram, aut illius pernoctationem in ligno terram ejuſdemque in- colas revera *impuros* reddidiſſe? reſpondemus paucis, fuiſſe illam puritatem atque impurita- tem *typicam* & legalem. Scilicet Iſraëlita ſuſpen- ſus atque ante ſolis occaſum ſepeliendus erat typus Chriſti crucifixi, uti jam innuere cœpi- mus. Jam vero Chriſtus, poſtquam juſtitiæ divinæ ſatisfeciſſet, a ligno erat liberandus atque ante occaſum ſolis ſepeliendus cum te- ſtimonio expiationis peccatorum omnium. Vo- luit proinde Deus hocce *typo* nos edocere, male- dictionem omnino de terra auferendam eſſe per Chriſtum ante ſolis occaſum, utque typus reſponderet antitypo, voluit *ſuſpenſum ſepeliri;*

ut

hominis dignitatem; apoſtolus Gal. III. 13. ad Chriſtum refert, qui noſtri loco factus eſt κατάρα in ligno. Vide Jul. Clarum libr. V. ſent. q. 100.)

Diſtinctio legum forenſium.

§. XXXVII. Atque hæ ſunt leges forenſes potiores, quas ſi quis diligenter expendat, pleraſque ſatis ſeveras & in pœnis irrogandis acres fuiſſe deprehendet, fuit enim populus Iſraeliticus σκληροτράχηλος *durae cervicis populus*, Act. VII. 51. de quo paſſim conqueritur Deus per Moſen Exod. XXXII. 9. Deut. IX. 13. *Vidi populum hunc, & ecce populus durae cervicis eſt.* Exod. XXXIII. 3. *Non adſcendam in medio ſui, nam populus durae cervicis es, ne forte conſumam te in via.* Propter hanc σκληροκαρδίαν permittebantur Iſraelitis divortia ad præcavendum majus malum, teſte Chriſto Matth. XIX. 8. inde promanavit diſtinctio Lutheri, quod quædam forenſes leges præcipiant id, quod per ſe & ſuo genere bonum, quædam vero ad præcavendum majus malum id, quod per ſe & ſuo genere non-bonum, permittant: *Etliche ſind Lehrgeſetze, etliche Wehrgeſetze*; quo pertinet conſideratio illa, quod Moſes in populo Dei duplicem quaſi ſuſtinuerit perſonam, videlicet prophetici doctoris & politici legislatoris, ipſi ut doctori prophetico probe conſtabat, divortia & polygamiam primævæ conjugii inſtitutioni repugnare, docente Chriſto Matth. XIX. 6. nihilo tamen minus permiſit contumaci populo divortia ad majus malum avertendum, ne γυναικομάχοι illi fierent γυναικοφόνοι. Hoc diſcrimen cum non obſervaretur a phariſæis, qui legem illam de divortiis hoc modo interpretabantur, ac ſi per ſe & coram Deo bonum eſſet libellum repudii uxoribus dare, graviter eo nomine a Chriſto reprehenduntur, qui ipſorum ἐνετείλατο commutat in ἐπέτρεψε Matth. XIX. 8. quinimo ipſimet prophetæ temerariam illam divortiorum licentiam ex lege morali reprehenderunt ac improbarunt. Mal. II. 14. & ſeqq.

§. XXXVIII. Chemnitius talem proponit legum forenſium diviſionem: 1.) Quædam ordinant œconomicam ſocietatem, ut leges de ſervis, de conjugiis, de parentibus & liberis. 2.) Quædam ordinant politicam ſocietatem inter cives, ut de magiſtratibus, de ordine judiciorum, de contractibus, de diſtinctione dominiorum, de diſtributione hæreditatum, de pœnis. Erant autem pœnæ vel capitales, vel damni, vel talionis, vel ignominiæ, ut domus diſcalceati, vel flagellationis, vel ſervitutis; vel exilii, nec tamen relegabantur extra terram promiſſionis, ne inciderent in idololatriam. 3.) Quædam loquuntur de extraneis, ut de legibus militiæ, de advenis &c. Hæc diviſio ſatis plana & perſpicua eſt, interim tamen quia legum forenſium finis primarius erat externæ diſciplinæ juxta ſingula decalogi præcepta conſervatio & politiæ Judaicæ conſtitutio, ideo commodiſſimum videtur, in enumeratione legum forenſium ſequi ordinem præceptorum decalogi. Sunt qui jura forenſia ad tria in univerſum capita revocant, videlicet ad perſonas, res & actiones, cum in illis omne jus conſiſtere dicatur §. omne autem XIV. inſtit. de jure nat.

Leges forenſes abrogatæ ſunt in nov. teſt.

§. XXXIX. Porro cum forenſes leges ad conſtituendam regendamque politiam Judaicam unice pertinuerint, facile adparet, eas in nov. teſt. abrogatas eſſe (*), id quod ſequentibus confirmamus argumentis. 1.) Cu-

ut recte obſervat laudatiſſ. VITRINGA *loc. cit.* ad quem lectores noſtros heic remittimus. Conf. LAMPIUM im *Gnadenbunde part. III. p. 1235.* BIERMANNUM in libro, cui titulus: *Moſes & Chriſtus p. 188.* & ex noſtris RAMBACHIUM *vom Geſetz des Gebenkten*, in fine *der Betrachtungen über die VII. lezte Worte des gekreuzigten JEſu pag. 186. ſeqq.*

(*) Adcurate tamen diſtinguenda ſunt ea, quæ in lege forenſi fuerunt *juris particularis*, atque ad politiæ Judaicæ genium adcommodata, ab iis, quæ fuerunt *juris communis atque univerſalis* inque lege naturæ omnibus communi fundantur. Quoad *illa* abrogata eſt lex forenſis, ſiquidem ejusdem finis, qui erat conſervatio reipublicæ Judaicæ, ea jam pridem deſtructa atque ever-

) Cujuſcunque legis obſervationi certus termi-
us præfigitur, ea non eſt perpetua & immuta-
is, ſed termino præfixo accedente abrogata
dicatur. Atqui legum forenſium obſervationi
rtus terminus a Deo ipſo præfixus eſt. Gen.
LIX. 10. *Non auferetur ſceptrum de Juda,*
que מחקק, *legislator de femore ejus, donec veniat*
hiloh ſive Meſſias; conjungitur ibi ſceptrum & le-
slator, ac durationi utriusque certum tempus præ-
gitur, videlicet adventus Meſſiæ; proinde adventu
eſſiæ ipſa politia Judaica cum ſuis legibus abroga-
eſt. Mercerus in Gen. p. 731. מחקק *eſt ſcri-*
, legiſlator, rector, ſic dictus, quod leges
jura praeſcribat & inſculpat at incidat in
s aut lapides memoriae cauſa, in nov. teſt.
catur γραμματεὺς, qui de jure forenſi ex Mo-
lege reſpondet (*). 2.) Quodcunque non
ligavit gentes ad Deum converſas vet. teſt. tem-
re, illud multo minus easdem obligabit in
v. teſt. Atqui ſtante adhuc politia Judaica vet.
t. tempore leges forenſes non ſunt converſis
ntibus impoſitæ, ſed patrias avitasque leges
inere ipſis integrum fuit, uti docent exempla Jobi, Jethronis, reginæ Sabææ, Nabuchodonoſoris, Ninivitarum, Cyri, Darii &c. Joſephus Ægyptum, Daniel Perſicum regnum gubernavit non introductis forenſibus illis legibus. Ergo multo minus chriſtianos ex gentibus converſos in nov. teſt. obligabunt (**). 3.) Publicum & manifeſtum abrogationis iſtarum legum teſtimonium eſt politiæ Judaicæ deſtructio. Sublata politia tolluntur etiam leges iſtius politiæ c. innotuit 20. de elect. Atqui tempore nov. teſt. ſublata eſt politia Judaica, ſiquidem toto illo tempore, quod expugnationem Hieroſolymæ & Judæorum diſperſionem ſecutum eſt, nec reges, nec duces, nec ſynedrium habuerunt, ac vere completum eſt, vaticinium Oſe. III. 4. *Diebus multis manebunt filii Iſrael abſque rege & abſque principe, ſine ullo ſacrificio, ſine altari, ſine ephod & theraphim.* Ergo nov. teſt. tempore ſublatæ ſunt leges forenſes judaicam politiam concernentes. Non eſt, quod propoſitioni obvertatur, in imperio Romano leges quaſdam ex Athenienſium & aliorum politiis deſumtas obſervari; illæ enim obſervantur, non quatenus ſunt Athenienſium propriæ, ſed quate-

M 3 b) nus

everſa, non potuit non exſpirare. Verum quoad *iſta*, non eſt abolita, quia ingreditur naturam legis moralis ac perpetuæ. Cæterum legem forenſem qua talem non chriſtianis, ſed ſolis Judæis latam, abrogatam eſſe, multis rationibus comprobavit Jo. Althusius in *politica cap. XXII. §. X.*

(*) Chriſtus Matth. XIX. 7. legem illam forenſem, quæ de libello divortii Deut. *XXIV*, 1. exſtat, abrogans, leges judiciales Moſaicas in nov. teſt. ceſſaſſe, non obſcure innuit, quemadmodum etiam apoſtolus Eph. II. 14, 15. Chriſtum maceriæ interſtitium diruiſſe, & legem mandatorum in decretis ſitam abrogaſſe, teſtatur. Quidquid ergo ad interſtitium maceriæ pertinet, & complexu legis mandatorum in decretis ſitæ continetur, eſt a Chriſto abrogatum & per conſequens in nov. teſt. non amplius obligat. Atqui leges forenſes Moſaicæ pertinent ad interſtitium maceriæ &c. Gal. III. 28. *Non eſt Iudaeus nec Graecus, non ſervus, nec liber, ſed omnes unum eſtis in Chriſto.* Atqui leges forenſes faciunt diſcrimen inter Judæos & Græcos, inter ſervos & liberos. Qualis fuit obligatio legis ceremonialis, talis etiam fuit obligatio legis judicialis. Atqui obligatio legis ceremonialis fuit temporaria, ut ſuperius oſtenſum. Ergo. *Propoſitio* probatur: a.) quia tam ceremoniæ quam ſtatuta judicialia pertinebant ad interſtitium maceriæ, quod nunc eſt dirutum. b.) Sicut templum Judaicum, ita quoque politia Judaica, ad quam pertinebant leges forenſes eſt deſtructa. c.) Utraque lex pertinebat ad vet. teſt. quod eſt *antiquatum.* Hebr. VIII. 13. d.) Neutra eſt vel a Deo tabulis lapideis hominumque cordibus inſcripta, vel in arcam fœderis repoſita. e.) Quædam etiam leges judiciales ad partem aliquam ſacerdotii Aaronici manifeſtum habebant reſpectum. Quod fuit adcommodatum ad certas loci, temporis, cauſarum & perſonarum circumſtantias, illud non obligat ſimpliciter, ſed potius ceſſantibus illis circumſtantiis ſimul ipſum ceſſat. Lex forenſis Moſaica fuit adcommodata ad certas loci, temporis, cauſarum & perſonarum circumſtantias. Ergo. Gerhardus.

(**) Lex obligat tantum eos, quibus eſt lata. Lex forenſis Moſaica tantum Judæis eſt lata. Ergo eos duntaxat obligat. Gerhardus.

nus a magiſtratu Romano in noſtram rempublicam introductæ, & Romani imperii jure donatæ ſunt; at de forenſibus legibus Moſaicis idem oſtendi nequit, quod itidem a Chriſto vel apoſtolis in nov. teſt. poſtliminio in eccleſiam ſint revocatæ & obſervari juſſæ. 4.) Cuicunque magiſtratui obedire tenemur, ejus legibus quoque nos ſubjectos eſſe convenit. Atqui tenemur etiam ethnico magiſtratui, modo legitimus ſit, obedire. Rom. XIII. 1. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi a Deo, quae autem poteſtates ſunt, a Deo ordinatae ſunt.* v. 5. *Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.* 1 Pet. II. 13. *Subditi eſtote omni humanae creaturae propter Deum, ſive regi quaſi praecellenti* v. 14. *ſive ducibus tanquam ab eo miſſis.* Manifeſtum eſt, apoſtolos loqui de obedientia magiſtratui etiam ethnico neutiquam deneganda, alium enim chriſtiani eo tempore nondum habebant. Ergo legibus civilibus magiſtratus, quantumvis ethnici, chriſtianos ſubjectos eſſe convenit, & per conſequens ad leges forenſes Moſaicas, quæ cum legibus civilibus Romanorum aliorumve populorum non omni ex parte congruunt, non ſunt ſimpliciter adſtricti (*). 5.) Quod gentibus apoſtolorum tempore ad Chriſtum converſis impoſitum non eſt, illud multo minus nobis impoſitum erit, ratio *conſequentiae* eſt evidens, quia cum honore ſepelienda erat ſynagoga & politia Judaica; proinde ſi apoſtolis expediens fuiſſet viſum, leges forenſes Moſaicas in nov. teſt. obſervari, utique eaſdem illis ipſis, quos prædicatione evangelii ex gentibus ad Chriſtum converterant, impoſuiſſent. Atqui jugum forenſium legum non eſt impoſitum gentibus apoſtolorum tempore ad Chriſtum converſis, quod teſtantur exempla centurionis, Matth. VIII. 13. militum Romanorum, Luc. III. 14. Cornelii, Act. X. 1. Sergii proconſulis, Act. XIII. 12. hi certe omnes ex præſcripto juris Romani magiſtratum ſuum adminiſtrarunt, ac vitam inſtituerunt, neque tamen hoc nomine a Chriſto vel Johanne baptiſta, vel apoſtolis reprehenſi leguntur, nec ullum dari poteſt contrarium exemplum. Ergo jugum forenſium Moſaicarum legum nec nobis erit impoſitum. 6.) Qui privilegiis cujusdam politiæ gaudere cupit, ejusdem leges ut adprobet, neceſſe eſt. Paulus privilegiis politiæ Romanæ uſus eſt, Act. XXII. 25. *Num hominem Romanum nondum convictum licet vobis flagellare?* Act. XXV. 10. *Ad tribunal Caeſaris ſto, ubi me oportet judicari.* Ergo adprobavit leges Romanas, quæ tamen Moſaicis non ſunt omni ex parte conformes. 7.) Regnum Chriſti non eſt *externum*, mundanum & politicum, proinde non indiget, quatenus tale, forenſibus legibus, nec politias abrogat, nec cives ab obedientia magiſtratus liberat, ſed eſt *ſpirituale*, internum ac cœleſte regnum, cujus typus fuit externa politia Judaica forenſibus legibus devincta & conſociata; Chriſto igitur ad regnum ſuum exaltato, typicum illud merito ceſſat (**).

§. XL. Improbandus igitur Carolſtadii error (***), quem anabaptiſtæ Monaſterienſes poſtea ſunt ſecu- *Antitheſis.*

(*) Si illis etiam magiſtratibus tenemur nos ſubjicere, qui legibus aliis quam Moſaicis rempublicam adminiſtrant, certum eſt, leges Moſaicas non ſimpliciter omnes obligare. Sed verum prius: a.) quia evangelium non abolet politias. b.) Judæi in captivitate Babylonica etiam ante Chriſti adventum magiſtratus Babylonici legibus ſubjectos eſſe oportebat. Jer. XXVII. 8. 12. quanto magis igitur nos præſentium magiſtratuum legibus ſubjectos eſſe decet? c.) Idem docent apoſtoli Rom. XIII. 1 Pet. II. GERHARDUS.

(**) Quemadmodum tamen veterum aliquot rerumpublicarum leges hiſtoriæ & exempli formandi cauſa ab eruditis adſpiciuntur, ita ex divinæ quoque politiæ forenſibus legibus admixtas morales rationes gubernatores & multa ſalutaria ſtatuta conjectando colligere & invenire poſſe, docet Lutherus exemplis aliquot in tract. de recte docendo Moſe. GERHARDUS.

(***) De CAROLSTADIO in *articulo VIII. apol. Aug. confeſſ.* de *ordine politico p.* 215. hæc leguntur verba: *inſaniebat Carolſtadius, qui nobis*

Exod. XXII. 6. *Si egreſſus ignis corripuerit ſpinas*, hoc eſt, ſi quis ad ſpinetum prope agrum ignem accenderit, ignisque corripuerit ſpinas) *& comprehenderit vicinos acervos frugum ſive ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum, qui ignem ſuccenderit.* 5.) De depoſito, Exod. XXII. 7. *Si quis dederit proximo ſuo argentum vel vaſa* (id eſt, quamcunque ſupellectilem) *in cuſtodiam, & ab eo, qui rem depoſitam cuſtodiendam ſuſceperit, furto ablata fuerint, ſi inventus fuerit fur, duplum reddet*, v. 8. *ſi non inventus fuerit fur, tunc adducetur dominus domus ad deos* ſive judices, (qui exacte inquirent) *ſi non extenderit manum in rem proximi.* v. 10. *Si quis commendaverit proximo ſuo aſinum, bovem, ovem vel quodcunque aliud animal ad cuſtodiendum, & mortuum fuerit, aut confractum, aut ab hoſtibus abductum nemine vidente;* v. 11. *juramentum erit in medio, an non miſerit manum ſuam in rem proximi:* v. 12. *ſi furto ablatum fuerit, reddet domino ejus:* v. 13. *ſi diſcerptum a beſtia, deferat ad ipſum particulam puta aliquam, quae teſtetur a fera dilaniatum eſſe illud animal, & non reſtituet.* 6.) De amiſſo. Exod. XXII 9. *Super omni praevaricatione tam in bove, quam in aſino & ove ac veſtimento, & quidquid damni inferri poteſt*, (hoc eſt, ſuper omni re amiſſa (*)) *ad deos utriúsque cauſa perveniet, & quem illi condemnaverint, duplum reſtituet proximo ſuo* (**). 7.) De commodato & conducto Exod. XXII. 14. *Qui a proximo ſuo jumentum aut pecus aliquod commodato acceperit, & mortuum fuerit, aut confractum domino ejus abſente, tunc qui accepit, reddere cogetur:* v. 15. *ſi vero dominus praeſens fuerit, non reſtituet, conductum venit pro mercede operis ſui.* (ſi periit domino præſente, judicatur caſu potius quam conductoris culpa periiſſe (***)) 8.) De mutuo & uſuris (*) Exod. XXII. 25. Lev. XXV. 36. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pau-*

(*) Sermo itaque heic eſt de fraude, quæ depoſiti negationi adfinis eſt, cum quis cauſatur, amiſſam eſſe rem fidei ſuæ commiſſam, nec tamen ea fuit amiſſa, ſed dolo interverſa atque occultata.

(**) Quod de reſtitutione dupli heic adjicitur, ubi depoſitarius doli fuerit convictus, id juſtitiæ regulis longe eſt convenientiſſimum. Furi enim ſimilis videtur depoſitarius doloſus. *l. 13. D. depoſ.* Hinc apud omnes nationes depoſiti religio ſemper maxima fuit habita. Apud Pyſidas, abjurans depoſitum, morte luebat, & apud Romanos omnis omnino dolus depoſitarii, ex legibus duodecim tabularum, duplo vindicabatur. Quin tam nefandum hocce crimen videbatur veteribus, ut, qui depoſitum negarent, cum univerſa familia exſtirpatum iri crederentur. Pertinet huc memorabile exemplum Glauci Spartani apud HERODOTUM *libr. VI. p. 229.* quod JUVENALIS *ſat. XIII.* eleganter hiſce verſibus expreſſit:

Spartano cuidam reſpondit Pythia vates:
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depoſitum retinere & fraudem jure tueri
Jurando: quærebat enim, quæ numinis eſſet
Mens, & an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus; & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo veramque probavit
Exſtinctus tota pariter cum prole domoque.

(***) Hoc itaque in caſu, ubi culpa & dolus abſunt, perſoluta mercede, nulla erit domino juſta conquerendi cauſſa. Vid. *digeſt. libr. XIX. tit. 2. locati, conducti.* Ibidem *leg. IX.* §. 4 hæc leguntur verba: *imperator Antoninus cum patre, cum grex eſſet abactus, quem quis conduxerat, reſcripſit:* Si capras latrones citra tuam fraudem abegiſſe probari poteſt, judicio locati caſum præſtare non cogeris.

(*) Argumentum de mutuo & uſuris in loco *de magiſtratu politico* §. *CCXXXII – CCLVI.* copioſe ſolideque pertractavit b. GERHARDUS; ad quem locum ubi aliquando pervenerimus, iis, quæ a laudatiſſimo viro hanc in rem dicta ſunt, unam alteramve obſervationem adſpergemus. Id duntaxat paucis heic notamus, legem Moſaicam de non pendendis uſuris ad omnes omnino homines extendi haud debere. Nam 1.) Moſes illam tantum uſuram, quæ *Iſraëlitis* ſolvenda erat, prohibuit, permiſſo in *exteros* fœnerationis jure. A *fratre tuo* ne uſuram petas, inquit Moſes, ubi *fratris* nomine vix alius, quam Iſraëlita intelligi poteſt. Quod vero attinet ad *exteros*, huic hominum generi fœnus, vi legis divinæ, imponi poſſe, diſertis verbis dicitur *Deuter. XXIII. 20.* Nec 2) a quibusvis Iſraëlitis, ſed tantum ab *egenis* uſuras exigere nefas erat, cum contra eas a lautioris conditionis Iſraëlitis petere, in vitio

§. XLI Videamus Judæorum & judaizantium, qui legum forenſium Moſaicarum obſervationem moroſius urgent, fundamenta. *I.) Auctor legum forenſium Deus eſt ſapientiſſimus, idemque immutabilis. Ergo novit optime, quibus legibus politiae ſint regendae, eaſdemque obſervari voluit immote.* Reſp. reſpectu Judaicæ politiæ ſapientiſſimo Dei conſilio forenſes illæ leges promulgatæ ſunt, ac in eadem obſervari debuerunt immote: atqui reliquis gentibus non ſunt promulgatæ, quin & certum durationis tempus a Deo ipſo legibus hiſce præſtitutum eſt. Proinde cum nobis non ſint latæ, cumque durationis terminus effluxerit, non eſt, quod earum abrogatione divinæ ſapientiæ quidquam detrahi metuamus. Promulgato novo fœdere omnino antiquari debuit vetus. Jer. XXXI. 31. *Ecce dies venient; & faciam fœdus novum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus veſtris.* Hebr. VIII. 13. *Dicendo novum, antiquavit prius, quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Adcurate igitur hoc loco notandum, leges Romanas non ideo præferri forenſibus Moſaicis, quaſi ſimpliciter & abſolute loquendo legumlatores Romani ſapientiores fuerint ipſo Moſe, ſed quia nobis & noſtris politiis illæ non ſunt promulgatæ, præferuntur igitur Moſaicis Romanæ non ſimplici collatione, ſed temporum, loci & gentis conditione. Ariſtoteles libr. II. polit. cap. 4. requirit, ut legiſlator adcurate perpendat locum & homines, cum ſit hominum inter ſe admirabilis diſſimilitudo, variaque pro locorum diverſitate natura. l. quod ſi 31. §. qui mancipia, ff. de ædilitio dicto. Bodinus libr. V. de repub. cap. 1. II.) *Non legitur in nov. teſt. forenſes leges Moſaicas a Chriſto vel apoſtolis abrogatas, aliaſve in illorum locum ſurrogatas eſſe.* Reſp. ſufficit, eas non eſſe poſtliminii jure in noſtras politias a Chriſto vel apoſtolis revocatas, ſublata enim politia Judaica ipſæ quoque leges ejus ſublatæ judicantur. Quamvis vero Chriſtus & apoſtoli non tulerint novas leges in ſpecie, tamen ratione generis promulgationem earum magiſtratui tradunt, eandemque confirmant, quando magiſtratui debitum præſtare obſequium jubent, cujus obſequii pars eſt non poſtrema, legibus magiſtratus ſeſe obſequentem præſtare Matth. XXII. 21. Rom. XIII. 1. 1. Pet. II. 13. III.) *Chriſtus diſerte pronunciat, ſe non veniſſe, ut legem ſolveret.* Matth. V. 17. *Ergo adprobat leges Moſaicas,* Reſp. loquitur Chriſtus de lege morali, quæ non eſt ad tempus data, ſed eſt æterna ſapientia & regula juſtitiæ in Deo, quam Chriſtus non abrogavit, ſed perfectiſſime implevit, quinimo ad obedientiam illius donata ſua juſtitia & Spiritu ſancto credentes renovat. Porro de lege morali Chriſto ibi ſermonem eſſe, circumſtantiæ textus evidenter oſtendunt, quod vero Moſaicas forenſes attinet, de illis pronunciat apoſtolus Eph. II. 15. *quod Chriſtus legem mandatorum in decretis evacuaverit καταργήσας:* quid quod eo ipſo in loco v. 31. libellum repudii Chriſtus improbat, qui tamen lege Moſaica erat permiſſus Matth. XIX. 8. Hujus loci eſt obſervatio illa, quod quædam leges forenſes ad partem quandam legis ceremonialis ſuum habuerint reſpectum, & ſuam ex ea dependentiam. Verbi gratia: qui homicidium commiſerat fortuitum, cogebatur in civitate refugii ſe continere uſque ad mortem ſummi ſacerdotis, quia vero leviticum ſacerdotium per adventum Meſſiæ, qui eſt unicus nov. teſt. ſummus ſacerdos, abrogatum eſt, ipſam quoque legem illam forenſem abrogatam eſſe evincitur, proinde verba Chriſti non poſſunt ad leges forenſes Moſaicas referri. IV.) Joh. VIII. 6. *non abrogat Chriſtus legem de pœna adulterae.* Reſp. imo vero eo in loco legem Moſis nec abrogat, nec adprobat, ſed ad ſcribas & phariſæos dicit v. 7. *Quiſquis veſtrum ſine peccato eſt, primus in eam lapidem mittat,* ad mulierem vero adulteram dicit v. 11. *ſi nemo te condemnavit, nec ego te condemnabo.* Sane non haberi in omnibus exemplaribus hanc pericopen (*), fatetur Hieronymus dial. II. adv. Pelag. Chryſoſtomus, Cyrillus, Theophylactus, Non-

(*) Deeſt quidem hæc pericope in codicibus quibusdam Græcis manuſcriptis; ſed in plurimis tamen exſtat, licet non iisdem ſemper verbis concepta. Occurrit quoque in Græco-latinis &

ſonaus, paraphraſis ſyriaca, eam prætermit-
unt, ſed Auguſtinus libr. II. de adulterinis con-
ugiis ad Pollent. ſtatuit, vere a Johanne conſcri-
tam eſſe hanc hiſtoriam, *ſed curatum a cru-
delibus maritis, ut expungeretur, quo adulteras
uxores occidere ſibimet ipſis liberum eſſet reli-
tum.* Sed enim non inviti acceptamus hanc
pericopen, ex qua tamen evinci nequit, vel fo-
renſes leges Moſaicas a Chriſto comprobatas,
vel adulterii pœnas politicas ab ipſo ſublatas eſ-
ſe, ſiquidem id ſolum oſtendere voluit, ſe non
veniſſe eo fine in hunc mundum, ut pœnas ci-
viles irrogaret, vel politici muneris partes ſibi
ſumeret, quo reſpectu in cauſa dividendæ
hereditatis partes judicis ſibi delatas ſumere
pridem recuſabat. Luc. XII. 14. 5.) *Magiſtra-
tus non poterit eſſe certus, quod judicium juxta
leges Romanas latum Deo placeat, cum deſtitua-
tur verbo.* Reſp. imo vero Deus ipſe jubet obedi-
re magiſtratui, concedit igitur eidem poteſta-
tem ferendarum legum, quæ non pugnent cum
lege morali vel recta ratione, ſed ſint adpendi-
ces legis moralis cum honeſtate congruentes, ad
cujusvis Reipublicæ ſalutem & incolumitatem
adcommodatæ. 6.) 1 Cor. VI. 1. *Corinthii re-
prehenduntur, quod coram ethnicis magiſtrati-
bus litigent, improbantur igitur ethnici magi-
ſtratus, leges & judicia.* Reſp. diſtinguendum
inter *rem* & rei *modum* ac cauſam. Non ſimpli-
citer improbat apoſtolus, quod judicium ſua-
rum controverſiarum deferrent ad magiſtratum
ethnicum, cujus imperio ſubjecti erant Corin-
thii, cum diſerte præcipiat magiſtratibus obedi-
re, qui eo tempore non erant alii quam ethnici,
ſed perverſum illum modum improbat, quod
ex φιλεχθείᾳ quacunque de cauſa coram ethni-
cis magiſtratibus magno cum offendiculo acerbe
litigare non erubeſcerent, cum ſcandali averten-
di & publicæ tranquillitatis cauſa injuriæ condo-
nari, vel certe per arbitros chriſtianos compo-
ni potuiſſent ac debuiſſent.

Lex moralis in nov. teſt. non eſt abrogata.

§. XLII. Certum igitur eſto, leges forenſes Moſaicas non minus quam ceremoniales in nov. teſt. abrogatas eſſe, ſed lex moralis, cujus ſumma in decalogo

pro-

& latinis, qui hodie exſtant manuſcriptis codicibus omnibus, quantum ex teſtimonio virorum doctorum, qui bibliothecas perreptarunt, intelligimus. Legerunt quoque eandem, præter AUGUSTINUM, quem ſupra excitavit b. GERHARDUS, AMBROSIUS, IDACIUS CLARUS, PROSPER, SEDULIUS, GREGORIUS M. BEDA, ALCUINUS, HINCMARUS, RABANUS, HAYMO, nec non alii latini. Memorant quoque eandem auctor *ſynopſeos ſcripturæ*, quæ exſtat inter *opera* ATHANASII, itemque EUTHYMIUS, nec non alii, quos excitavit FABRICIUS in *codice apocrypho nov. teſt. p. 357. ſeqq.* Copioſe quoque loci hujus vexatiſſimi αὐθεντίαν præſtantiſſimorum codicum græcorum, tam manuſcriptorum quam impreſſorum bene multorum auctoritate ſuffultam, propugnarunt, præter FABRICIUM aliosque, viri doctiſſimi, JO. SELDENUS *libr. III. de uxore ebraica cap. XI.* JO. HENR. MAIUS in *examine hiſt. crit. nov. teſtam.* RICH. SIMONII, *part. I.* JO. MILLIUS in *prolegom. ad nov. teſt.* edit. Amſtel. §. 251, 253, & 254. FRANC. GOMARUS *tom. I. oper. theolog. fol. 415. ſeqq.* SCHERZERUS in peculiari *diſſert.* quæ *in faſciculo diſputationum* ejus *num. 9.* fuit recuſa, DORSCHÆUS & CALOVIUS in *bibliis illuſtratis*; JO. REINH. RUSIUS *tom. II. harmoniæ evangeliſtar. p. 412. ſeqq.* & b. BENGELIUS noſter in *adparatu critico ad novum teſtam. p. 250. ſeqq.* qui & *p. 251.* recte obſervat, ex omnibus circumſtantiis facile adparere, librarios periocham, pro genuina agnitam, a publica tantummodo lectione removiſſe. Si quæras, unde hoc contigerit? paucis reſpondemus, ideo id factum eſſe, quoniam nonnulli exſtiterint, qui hiſtoriam iſtam de adultera putarent, perditæ vitæ hominibus, ſi in cœtu ſacro publice legeretur, occaſionem ſuppeditare, quaſi impune ipſis liceat ſuis ſe dedere libidinibus. Teſtatur hoc ipſum AUGUSTINUS, ſupra a GERHARDO noſtro laudatus, *libr. II. de adulterinis conjugiis ad Pollentium, cap. VII.* ubi hæc leguntur verba: *Hoc videlicet infidelium ſenſus exhorret, ita ut nonnulli modicæ, vel potius inimici fidei, credo, metuentes, peccandi impunitatem dari mulieribus ſuis, illud quod de adulteræ indulgentia dominus fecit, auferrent de codicibus ſuis &c.*

propoſitur, neutiquam per adventum Chriſti eſt antiquata (*), ſiquidem 1.) eſt æterna & immota ſapientia ac regula juſtitiæ in Deo. Baruch. III. 39. *Hic liber mandatorum Dei & lex, quae eſt in aeternum.* 2.) Mentibus hominum in prima creatione eſt inſita & inſculpta, cujus tenues quædam reliquiæ ac ſcintillulæ etiamnum poſt lapſum deprehenduntur. Rom. II. 14. *Ethnici ſibi ipſis lex ſunt, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.* 3.) In paradiſo ſtatim primis hominibus patefacta ac repetita eſt, etenim lex illa primordialis de non comedendo vetitæ arboris fructu ſanctiſſimæ illius Deo creatori debitæ obedientiæ, dilectionis & timoris exercitium præſcribebat. Eccl. XVII. 9. *legem vitae tradidit* (Deus primis hominibus) *haereditariam.* 4.) Ab initio mundi etiam ante Moſen vox ejus ſemper ſonuit in eccleſia, ut oſtendimus in tractatu præcedente. 5.) In ipſa promulgatione per Moſen a ceremonialibus & forenſibus eſt diſtincta, ut oſtendimus ſuperius ſect. 2. 6.) Chriſtus diſerte teſtatur *ſe non veniſſe, ut legem ſolveret;* Matth. V. 17. Tantum igitur abeſt, ut Chriſti adventus legem moralem ſuſtulerit, ut manifeſtum potius teſtimonium ſit perpetuitatis illius, quam legi morali adſignavimus. Neceſſarium erat ad juſtificationem & ſalutem noſtram, Chriſtum noſtri loco legi ſe ſubjicere, eidemque perfectam obedientiam præſtare, ergo lex moralis eſt æterna & immota. 7.) Prophetæ in vet. teſt. & apoſtoli in nov. vocem legis moralis in ſuis ad gentes concionibus diſerte repetunt, re ipſa igitur oſtendunt, normam legis moralis ad omnes homines pertinere. 8.) Credentes per Spiritum ſanctum renovantur, ut incipiant etiam in hac vita legi morali obedientiam præſtare, quæ in æterna demum vita conſummata erit ac perfecta. Rom. VIII 3. *Deus miſſo Filio ſuo, de peccato damnavit peccatum,* v. 4. *ut juſtificatio legis in nobis impleretur.*

An aliquo ſaltem modo abrogata?

§. XLIII. Sunt, qui ſtatuunt legem moralem, quod ad obedientiam attinet, perpetuam & immotam eſſe, interim tamen triplici ratione abrogatam (**) dici poſſe. 1.) Quod juſti-

(*) Conferenda heic ſunt, quæ in *loco de lege Dei* §. *CCIV.* & *CCV. tom. V. loc. theol. p. 383. ſeqq.* contra *Antinomos*, ſeu *hoſtes legis*, qui eandem ex eccleſia proſcribendam atque eliminandam cenſent, diſputat GERHARDUS. Dividi alias ſolent Antinomi in *antiquiores*, qui legem divinam prorſus rejecerunt, aut omnino malam eſſe ſibi aliisque perſuadere ſunt anniſi, & *recentiores*, qui vetus teſtamentum tantum legem, novum tantum evangelium continere, adſeruerunt, *chriſtianos*que *ab obſervatione legis liberos eſſe* pronunciarunt. Inter *illos* præcipuum locum tenent *Simoniani*, *Cerdoniani*, *Marcionitæ* ac *Manichæi*, duplex principium independens ſtatuentes, alterum omnis boni, alterum vero omnis mali auctorem, ab *illo* evangelium, ab *hoc* vero legem derivantes. Ad *hos* vero pertinent ii, qui JO. AGRICOLAM, Islebium, ſeculo reformationis clarum, ſunt ſecuti, magnasque de abroganda lege turbas olim in eccleſia chriſtiana excitarunt. Præcipua hujus diſſidii momenta uberius ediſſerit VITUS LUDOVICUS A SECKENDORF in *hiſtoria Lutheraniſmi libr. III. §. 82. p. 306. ſeqq.* Add. CONRAD. SCHLUSSELBURGIUM in *catalogo hæreticorum libr. IV.* JO. HORNBECKIUM in *ſumma controverſiarum religionis libr. I. p. 800.* PETR. BAELIUM in *dict. hiſt. & crit. tom. II.* voce *Islebiens, p. m. 866. ſeqq.* & GODOFR. ARNOLDUM in *der Kirchen und Ketzerhiſtorie part. II. libr. XVI. cap. XXV.* Ut JO. WIGANDUM, JO. MUSÆUM, FABRICIUM, BUDDEUM, WALCHIUM aliosque haud memoremus. De controverſia exeunte ſeculo ſuperiori apud preſbyterianos in Anglia inter *antinomos* & *neonomos* exorta vid. præter HORNBECKIUM *loc. cit. p. 812. ſeqq.* auctores *actorum erudit. ann.* MDCCXII. *p.* 111. ZACH. GRAPIUM in *theolog. recens controverſa continuata p.* 108. b. MOSHEMIUM in *inſtitut. hiſt. eccleſiaſt. p. 978. ſeqq.* & ven. FRID. EBERH. RAMBACHIUM in præfat. quam IS. WATTSII *Betrachtungen über den Vortrag der Lehre des Geſezes und Evangelii* præmiſit, *p. 9. ſeqq.* Pleniorem controverſiæ Antinomianæ hiſtoriam in ſupplementis noſtris ad Gerhardum aliquando dabimus.

(**) Hunc παιδειας τροπον adoptarunt ex noſtris theologis PHIL. MELANCHTON in *locis comm. p. m.* 765. & MARTINUS CHEMNITIUS

loc.

uſtificationem, quia lex moralis non minus ad uſtificationem nobis invalida atque inutilis, uam ceremoniales & forenſes. Gal. III. 21. *non ſt data lex, quae poſſit vivificare.* 2.) Quoad naledictionem, *quia nulla eſt condemnatio his, ui ſunt in Chriſto*, Rom. VIII. 1. 3.) Quoad gorem exactionis, quia renatorum opera plaent Deo, licet exactiſſimo legis rigori non ſatisfaciant. Gal. V. 18. *Si Spiritu ducimini, non tis ſub lege.* Hæc quidem vere dicuntur, quod ſtificatio noſtra non pendeat ex operibus legis oralis, quod credentes non ſint ſub maledicto, iod opera piorum placeant Deo, licet ſint imunda & imperfecta, ſed num propter has caus & propter hos reſpectus abrogatio quædam gi morali ſit tribuenda, diſpiciendum erit. uod ad juſtificationem & vitam hominibus poſt pſum lex invalida eſt, illud nullam adfert legi utationem. vel abrogationem, ſed in nobis andem mutationem factam eſſe arguit, ideo im ex lege non poteſt ſperari juſtificatio & ſa:, quia per carnem infirmatur, Rom. VIII. 3. ri ratione, quod credentes in Chriſtum non it actu obnoxii maledicto legis, ex eo itidem lla poteſt mutatio vel abrogatio legi tribui, ſiidem proprietatem & efficaciam ſuam adcuidi, maledicendi & damnandi vox legis obtinet perpetuam: quod hanc vim ſuam actu non exſerit adverſus credentes, ex accidenti provenit, nimirum quia ſcutum divinæ gratiæ ac pallium juſtitiæ Chriſti eos tegit. Idem judicium ſit de rigore exactionis, qui legi manet perpetuus ac inviolatus, quem ipſi etiam credentes & ipſorum opera experiri cogerentur, niſi credentes eſſent, hoc eſt, niſi per fidem in Chriſtum Deo reconciliati eſſent, propter quem etiam opera ipſorum, licet multis modis immunda & imperfecta ſint, Deo placent. Recte igitur monet Chemnitius loco de lege p. 48. ſcripturam non dicere, quod lex moralis ſit mortua, abrogata vel evacuata, ſed nos dici mortuos, & abrogatos legi, ut ſignificet, fieri mutationem non in regula illa juſtitiæ in Deo, ſed in nobis. Rom. III. 31. *Legem non καταργȣ̃μεν, abrogamus per fidem, ſed nos κατηργήθημεν ἀπὸ τȣ̃ νόμȣ ἀποθανόντες* Rom. VII. 6. Lex non ceſſat adcuſare, maledicere, iram operari, *ſed lex Spiritus vitae in Chriſto Jeſu ἠλευθέρωσε liberavit nos a lege peccati & mortis*, Rom. VIII. 2. Lex non eſt mortua, imo in ſe ac per ſe eſt *ſermo vivus;* Act. VII. 38. ſed nos *ἐθανατώθημεν, mortui ſumus legi*, Rom. VII. 4. Gal. II. 19. Legis vox perpetua eſt: *Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quae ſcri-*

M 2 c)

loc. theolog. part. II. loc. de lege Dei cap. V. p. m. 21. quorum veſtigia alii deinceps ſunt ſecuti. Quum vero hæc loquendi formula, *legem moralem eſſe abrogatam* facile in inſignem abuſum trahi poſſet ab *Antinomis*, negantibus omnino, legem in novo teſtamento in chriſtianorum coetibus docendam eſſe, maluerunt alii abſtinere hac formula, theſin orthodoxam ita inflectentes, legem in veteri novoque teſtamento eandem ſemper manere, ſed fideles ab ea liberos factos eſſe ex formula loquendi ab ipſo gentium apoſtolo uſurpata *Rom. VII. 6.* Copioſe hoc argumentum pertractavit b. cancell. JÆGERUS in peculiari *diſſertatione*, quæ ejusdem tractatui *de fœdere gratiæ* ceu ſupplementum adnexa eſt. Facile vero inter ſe conciliari poſſunt diſcrepantes inter ſe theologorum noſtrorum ſententiæ, nec re ipſa ſibi invicem contradicunt. Diſtinguendum ſcilicet eſt inter legem moralem *in ſe* ſpectatam, quæ æterna atque immutabilis eſt, omnes omnino homines in quocunque ſtatu obligans, adeoque abrogari prorſus nequit; & inter *uſum legis*, quem habet reſpectu *credentium*, qui non amplius ſunt *ſub lege*, ſcilicet maledicente aut ſerviliter cogente, ſed *ſub gratia*, *Rom. VI. 14.* coll. *1 Tim. I. 9.* Equidem uſus legis *abſolutus*, qui in directione actionum noſtrarum conſiſtit, perpetuus eſt, inque omni hominum ſtatu obtinet; uſus vero *reſpectivus*, quem vocant, de quo agit *formula concordiæ*, *art. III.* per tot. pro diverſitate ſtatus ac conditionis hominum, omnino variat, recteque omnino dici poteſt, legem moralem, cujus ſumma in decalogo comprehenditur, *reſpectu credentium* certo ſenſu abrogatam eſſe. Uberius hoc oſtenderunt JO. FABRICIUS in *amœnitatibus theolog. p. 519. ſeqq.* b. GODOFR. HOFFMANNUS in *ſynopſi theolog. purioris dogmat. p. 449.* & *p. 808. ſeqq.* & cumprimis venerandus collega noſter CHRISTOPH. FRID. SARTORIUS in *exercitat. de lege divina, & ſpeciatim de lege morali p. 44. ſeqq.* Add. ejusdem *poſitiones theolog.* §. 740, 741. *p. 365. ſeqq.*

ſcripta ſunt in hoc libro, ut faciat ea, ſed Chriſtus nos redemit, ἐξηγόρασεν, *a maledicto legis*. Gal. III. 10. 13.

Quis uſus legum ceremonialium & forenſium in nov. teſt.

§. XLIV. Porro quamvis leges ceremoniales & forenſes in nov. teſt. abrogatæ ſint, non tamen nullus earum eſt uſus. Quemadmodum enim vaticinia prophetarum de adventu Chriſti, licet impleta ſint, magno nihilominus cum fructu in eccleſia leguntur: ita quoque leviticæ illæ ceremoniæ, licet abrogatæ ſint, nihilo tamen minus utiliter inveſtigantur & cognoſcuntur, quomodo in illis Chriſtus cum omnibus ſuis beneficiis fuerit præfiguratus (*). Joh. V. 46. dicit ſalvator: *Si Moſi crederetis, crederetis etiam mihi, de me enim ille ſcripſit:* intellige non tantum expreſſis vaticiniorum dictis, ſed & obſcuris ceremoniarum typis, quam rem late tractant Origenes (**), Cyrillus & Radulphus (***) in Leviticum, Berthorius in allegoriis, Ludovicus Carbonis in tractatu de Chriſto abſcondito, Pelargus in Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Bacmeiſterus in libro de typis vet. teſt. aliique complures (*). Judiciales leges ita ſunt abrogatæ, ut chriſtiano magiſtratui liberum ſit, quaſcunque cum ſtatu illius politiæ, cui præeſt, congruere animadvertit, eaſdem obſervare atque obſervandas proponere (**). Adde, quod utrarumque tum ceremonialium tum forenſium genus ſive morale perpetuum ſit, quod in illis eſt εὐσχημοσύνη eccleſiaſtica, in his juſtitia politica, quæ non minus in nov. quam in vet. teſt. nobis eſſe debent commendata. Atque hæc dicta ſint de lege morali, ceremonialibus & forenſibus. Chriſto Jeſu, qui eſt finis legis ad juſtitiam omni credenti, ſit laus, honor & gloria in ſeculum, Amen!

(*) Hæc ſignificatio atque adumbratio Chriſti cum omnibus ſuis beneficiis fuit primus ac præcipuus legum cærimonialium finis, ut ſupra §. *XXVI. p. 74. ſeqq.* recte monuit GERHARDUS. Probe tamen cavendum, ne in cumulandis typis modum excedamus ingenioque luxurianti frena heic laxemus. Legenda, quæ hac de re monet b. cancell. PFAFFIUS in *commentatione de recta theologiæ typicæ conformatione cap. II. p. 20. ſeqq.*

(**) ORIGENEM tamen, æque ac alios patres nimiam allegoriis biblicis dediſſe operam, uberius oſtendit b. BUDDEUS in peculiari diſſertat. *de allegoriis Origenis*, quæ in *parergis hiſtorico-theolog. p. 148. ſeqq.* exſtat.

(***) RADULPHUS Niger, monachus Flaviacenſis, ſeculo XII. clarus, ſcripſit *commentarior. in Levit. libr. XX.* diſerte admodum atque erudite, ut ex vero judicat CAVEUS.

(*) Huc pertinent ex noſtris DANIEL FESSELIUS in *Chriſto myſtico*, MICH. BAUMANNUS in *analectis typicis ſacris*, JO. LUNDIUS in *den jüdiſchen Heiligthümmern*, JOACH. LANGIUS in *myſterio Chriſti & chriſtianiſmi in faſciis typicis*, JO. JAC. RAMBACHIUS in libro, cui titulus: *Chriſtus in Moſe*, JO. DAV. MICHAELIS in *dem Entwurf der typiſchen Gottesgelartheit* aliique, quibus ex recentioribus adjungi meretur PHIL. FRID. HILLERUS, verbi divini apud Steinheimenſes præco, qui edidit *die Reyhe der Vorbilder Jeſu Chriſti in dem alten Teſtam.* itemque *neues Syſtem aller Vorbilder J. C.* Ex Reformatis commemorandi heic cumprimis veniunt JO. COCCEJUS, ANTON. HULSIUS, NICOL. GÜRTLERUS, JO. BRAUNIUS, SALOM. VAN TIL, JO. d'OUTREIN, JO. BIERMANNUS, CAMPEGIUS VITRINGA, HERM. WITSIUS, JO. VAN DEN HONERT, FRID. ADOLPH. LAMPE, BERNH. SEB. CREMERUS, HERM. DEUSINGIUS aliique, quorum libros in notis noſtris ſæpius laudavimus. Quibus tamen ex Anglis THOMAS TAYLORIUS, qui *Chriſtum revelatum* edidit, jungi meretur. Plura de hiſce ſcriptoribus legi poſſunt apud PFAFFIUM in *diſſert.* ſupra laudata *p. 4. ſeqq.* & in *introduct. in hiſt. theol. litterar. part. I. p. 94. ſeqq.* BUDDEUM in *iſagog. in theolog. univerſam p. 1740. ſeqq.* & ven. WALCHIUM in *biblioth theolog. ſelect. tom. IV. p. 229. ſeqq.*

(**) Penitiorem legum forenſium cognitionem prudentiam legislatoriam & judiciariam mirifice adjuvare poſſe, oſtendit illuſtris univerſitatis noſtræ cancellarius JEREMIAS FRID. REUS in *elementis theologiæ moralis*, quæ his ipſis diebus lucem adſpexerunt publicam, *cap. V. § VIII. p. 182.* Cogitata HUG. GROTII, qui harum legum, Judæis olim datarum, triplicem hodie uſum eſſe docet, *libr. I. de jure belli & pacis, cap. I. §. XVII.* ſub examen vocarunt CHRIST. THOMASIUS & b. BUDDEUS, ille quidem in *jurisprud. div. libr. I. cap. II. §. CXXIX.* hic vero in *inſtit. theol. mor. part. II. cap. I. p. 442*

LOCUS XV.
DE
EVANGELIO.

CAPUT I.
PROOEMIALEM ΠΡΟΘΕΩΡΙΑΝ COMPLECTENS.

§. I.

cio cum præce- ıte.

Fidelis noſter *ἀρχιποιμὴν* Chriſtus Jeſus duabus virgis ſive baculis gregem ſuum ſe regere profitetur, Zach.
Prior paſtoralis baculus vocatur נֹעַם *ju-*
ſ ſive amœnus, per quem denotatur doctri-
ngelii, quæ contritis cordibus peccatorum
ionem annunciando ſuaviſſima amœnitate
perfundit; Eſa. LXI. 1 & 2. poſterior ad-
ır baculus חֹבְלִים, LXX. reddiderunt *χοι-*
, ſignificat enim חָבַל *fune conſtringere*
ligare, quod cum dolorem & moleſtiam
t, ideo חֶבֶל uſurpatur pro *dolore*, ad
ſignificationem in Germanica hujus loci
ıe Lutherus reſpexit. Ergo per baculum
l *conſtringentium* ſive dolorum denotatur
ıa legis, quæ duris obedientiæ frenis ac
s homines conſtringit, & manifeſtando
i atrocitatem ingentes in corde hominum
s excitat. Rom. IV. 15. Geminus iſte *ἀρ-*
μὴν noſtri baculus indicio eſt, utrum-
ctrinæ cœleſtis caput, legem ſcilicet & evan-
in eccleſia docendum, urgendum & in-
lum eſſe; quod manifeſto patriarcharum,
tarum & apoſtolorum, imo ipſius Chriſti
verſantis exemplo comprobatur, cum ad
ımnes in miniſterii partibus recte obeundis
ſſerint, ut vulneribus animarum ſanandis
legis & *oleum* evangelii adhibuerint. Luc.

Sane ſi in concreata integritate primus ge-
ıſtri parens perſtitiſſet, unum doctrinæ
genus (legem intellige) ad ſalutem ipſi
ſufficientiſſimum; ſiquidem perfectam &
omnibus abſolutam obedientiam legi præ-
ritæ æternæ brabeum acquirere potuiſſet: ſed poſteaquam in peccatum prolapſus in miſeram implendæ legis *ἀδυναμίαν* incidit, alio ad vitam ac ſalutem adminiculo, evangelii ſcilicet promiſſionibus indiget, quod vel ex eo patere poteſt, quod miſertus Adami ac noſtrum omnium Deus, ex arcana majeſtatis ſuæ ſede prodiens, protevangelium de ſemine mulieris caput infernalis ſerpentis contrituro ſtatim poſt lapſum in paradiſo revelaverit; ex eo tempore in eccleſia ſemper conjuncta fuit legis & evangelii prædicatio, quam utriusque doctrinæ conjunctionem ipſius Dei *πρωτευαγγελίζοντος* exemplum comprobavit. Convenienti igitur ordine legis divinæ explicationi ſuccedit doctrina evangelii; ſiquidem quos malleus legis contrivit, quos tonitru legis exterruit, eos evangelii prædicatio velut ſuaviſſimum balſamum ſanat & exhilarat: quam legis rigor ſevere exigit obedientiam, eam a Chriſto noſtri loco præſtitam eſſe, evangelium nunciat. Tranſibimus igitur a Moſe ad Chriſtum, a monte Sinai ad montem Sion, a morbi indicio ad ejusdem remedium.

Evangelii ἐτυμολογία.

§. III. Quod Chriſtus & apoſtoli primariam illam doctrinæ ſuæ partem de gratuita peccatorum remiſſione & miſericordia cœleſtis Patris evangelium vocarunt, ea in parte græcam vet. teſt. interpretationem, quæ omnium manibus tum temporis ferebatur, ſecuti ſunt. Pſ. XL. 8. dicit Meſſias: *Ecce venio, in capite libri de me ſcriptum.* v. 10. *εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν ἐκκλησίᾳ*, quem locum epiſt. ad Hebr. X. 5. diſerte ad Chriſtum refert. Pſ. LXVIII. 12. *δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει*, hunc pſalmum apoſtolus Eph. IV. 8 & ſeqq. ad Chriſti regnum accommodat; utique ergo propria ipſius doctrina eſt evangelium. Pſalm. XCVI. 2. *εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ*,

evan-

evangelium eſt novum illud nov. teſt. canticum de ſalutari Domini adventu, Eſa. XL. 9. ἐπ' ὄρ© ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος; quem locum de Chriſto intelligendum eſſe circumſtantiæ textus oſtendunt. Eſai. XLI. 27. in vulgata verſione habetur verbum *evangelizandi*, ſed in Græco eſt παρακαλέσω εἰς ὁδόν. Eſai. LII. 7. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων ἀκοὴν εἰρήνης ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθά. Nah. II. 1. ἰδοὺ ἐπὶ τὰ ὄρη οἱ πόδες εὐαγγελιζομένου &c. hoſce textus de prædicatione gratiæ in nov. teſt. accipit apoſtolus Rom. X. 15. Eſa. LX. 6. τὸ σωτήριον κυρίου εὐαγγελιοῦνται Eſa. LXI. 1. εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με; quem locum de miniſterio ſuo Chriſtus interpretatur Matth. XI. 5. Luc. IV. 18. Quidam diſtinguunt inter ἐπαγγελίαν, quam vocant promiſſionem de Chriſto exhibendo & εὐαγγέλιον, quod vocant nuncium de Chriſto exhibito: ſed diſcrimen hoc non eſt perpetuum, ac non de ipſa re, quæ utrobique eadem eſt, ſed de pateſactionis modo accipiendum.

Definitio nominis.

§. IV. Porro εὐαγγέλιον ſive εὐαγγελία ex vi nominis eſt bonum nuncium. Auguſtinus lib. II. contra Fauſt. c. 6. *Certe omnes, qui graece vel tenuiter noverunt, evangelium bonum nuncium aut bonam annunciationem interpretantur.* Idem lib. XVIII. de civ. Dei c. 35. *Evangelium eſt bona annunciatio.* Suidas εὐαγγέλιον τὸ κάλλιςα διαγγέλλον. Judæi hanc vocem rident, & evangelium per contemtum dici volunt quaſi אָוֶן גִּלָּיוֹן mendacium ſeu iniquitatem voluminis. Vide Guid. Fabricium in lexico Syro Chaldaico in rad. גְּלָא. Chemnitius, theologus incomparabilis, triplicem hujus vocabuli uſum ex Græcis ſcriptoribus annotat parte II. loc. p. 555. *Primo* ſumitur pro ipſa fauſta annunciatione de re bona &

ὁμωνυμία.

læta, Ariſtophanes in Pluto. ἀναδῆσαι βέλομαι εὐαγγέλια σε εὐαγγελίσαντα. *Secundo* pro munere ſive præmio, quod datur læta nuncianti. Homerus odyſſ. ξ. εὐαγγέλιον δὲ μοι ἔςω. Cicero lib. II. epiſt. ad Att. epiſt. 3. *O ſuaves tuas epiſtolas, quibus evangelia deberi fateor!* *Tertio* pro ſacrificiis & ſupplicationibus, quæ decernebantur pro nuncio rei bene geſtæ. Plutarchus in Phocione. εὐαγγέλια θύειν. Imo eædem ſignificationes occurrunt in ſacris literis. *Prima* invenitur 2 Sam. IV. 4. XVIII. 27. Eſa. LXI. 1 & 2. *Secunda* exſtat apud LXX. 2 Sam. IV. 10 & XVIII. 22. *Tertia* eſt apud Paulum Rom. XV. 16. ubi ſe ipſum adpellat λειτεργὸν Χριςῦ ἱερεργῦντα τὸ εὐαγγέλιον τῦ Θεῦ. LXX. interpretes uſurpant vocem εὐαγγελίζειν loco בִּשַּׂר, *annunciavit carnea*, mollia & læta, ac ſemper uſurpatur in bonam partem de læto bonæ rei nuncio. Semel tantum in malam partem videtur uſurpari 1 Sam. IV. 17. de eo, qui mortem liberorum parenti Eli nunciabat, quod ipſum tamen a quibusdam hac ratione explicatur, licet parenti triſte fuerit de morte filiorum nuncium, tamen populo Dei fuiſſe gratiſſimum, quod a peſſumis illis ſacerdotii ſtrumis fuerit liberatus (*). Significationes illæ, ad quas exprimendas בִּשַּׂר, & εὐαγγελίζειν in ſcripturis adhibentur, ad qualitatem doctrinæ evangelicæ pulcerrime adhiberi poſſunt. In genere בִּשַּׂר, ſignificat *carnea & mollia annunciavit*, vel carni annunciavit læta, ut ita conditio hujus doctrinæ indicetur, quod bona ſua ultro omnibus offerat, ac lætiſſimo nuncio eos exhilaret; ſimulque auditorum ſors exprimatur, quod ſint caro & multis infirmitatibus obnoxii, ut proinde hanc ſalutem divinitus oblatam neutiquam negligere debeant. In ſpecie uſurpantur hæ voces, 1) quando hoſtes, a quibus magnum & anceps imminebat periculum, fugati, & pax reſtituta nunciatur.

1 Sam.

(*) Videtur Spiritus S. hoc verbo uſus propter ſalutarem & lætum eventum, qui captam arcam & interfectos filios Eli ſecutus eſt, ut Deum de more res ſalutares ſine magnis motibus moliri non ſolere ſignificetur. Quidam recurrunt ad myſterium, quod vere fuerit bonum nuncium, arcam teſt. legem Dei & cultum veri Dei translata eſſe ad allophilos, ſynagoga deſtituta & mortuo vet. teſt. ſacerdotio. Poteſt etiam referri ad fundamentum evangelii, quod eſt incarnatio Filii Dei. GERHARDUS.

XXXI. 9. 2 Sam. I. 20. XVIII. 19. Sic
lium annunciat, Chriſtum nos *liberaſſe*
inimicorum noſtrorum: Luc. I. 74. *Eri-*
nos ex poteſtate tenebrarum, Col. I. 13.
liaſſe principatus & poteſtates, ac trium-
de illis egiſſe, Col. II. 15. inde Pſalm.
I. 12 & 13. hæc duo conjunguntur, *Do-*
dat verbum, *evangelizantium exercitum*
ſum, *& habitatrix domus dividit ſpo-*
Vide Chryſoſtomum hom. I. in Matth.
uando nunciatur alicui natus filius; Jer.
. ſic in evangelio nunciatur *puer nobis na-*
filius nobis datus, Eſa. IX. 6. *qui dede-*
eſtatem filios Dei fieri omnibus, *qui fide*
cipiunt, Joh. I. 12. *ut ita per ipſum no-*
tingat υἱοθεσία. Gal. IV. 5. 2) Quando
s nunciatur liberatio, lugentibus conſola-
ſa. LXI. 1. ſic in evangelio nunciatur, Chri-
ios *vinctos eduxiſſe e lacu, in quo non erat*
Zach. IX. 11. hinc lætiſſima illa acclama-
ſa. XL. 1. *Conſolamini*, *conſolamini po-*
meum, dicit Deus veſter, loquimini ad
eruſalem, & praedicate illi, quod com-
ſit militia ejus. 4) Quando obſidionis ſo-
nunciatur; 2 Reg. VII. 9. ſic in evangelio
atur liberatio ex infernali carcere & pote-
ſatanæ. 5) Quando hoſtis exitium ac in-
nunciatur; 2 Sam. IV. 10. ſic in evange-
tiſſimum illud prædicatur nuncium, quod
us ſit mors noſtræ morti & peſtis inferno.
XIII. 14.

VI. Propria & genuina hujus vocabuli ſigni-
ea eſt, 1) quando uſurpatur pro doctrina
atuita peccatorum per fidem in Chriſtum re-
ne: quo pertinent omnia ſcripturæ dicta,
ibus evangelii adpellatio huic doctrinæ cœ-
generi tribuitur. Matth. XI. 5. *Pauperibus*
elium nunciatur, *&c.* 2) Huic ſignifica-
adfinis eſt ea, qua de publico exhibiti Meſ-
æconio ac ſolenni nov. teſt. promulgatione
atur Marc. I. 1. *Initium evangelii Jeſu*
ti; ubi oſtenditur, publici illius de exhibi-
eſſia præconii initium cœpiſſe in prædicatio-
annis; cujus loci eſt obſervatio illa, quod
rina de venturo Meſſia in vet. teſt. vocatur
γγελία, ſed prædicatio nov. teſt. de exhibi-
to Meſſia εὐαγγέλιον. Rom. I. 1. pronunciat apo-
ſtolus, ſe eſſe *ſegregatum ad evangelium praedi-
candum*, *quod per prophetas prius promiſſum*,
ὃ προεπηγγείλατο ὁ Θεὸς διὰ τῶν προφητῶν.
3) Uſurpatur vox evangelii γενικῶς de toto nov.
teſt. miniſterio, quod non ſolum doctrinam gra-
tiæ; ſed & legis complectitur. Marc. XVI. 15.
Praedicate evangelium omni creaturae, quod
Matth. XXVIII. 19. in genere dictum eſſe expo-
nitur: *Docete omnes gentes*. Monendum tamen,
haud incommode *ſynecdochen* ſtatui in illis pro-
nunciatis, quæ totum docendi miniſterium evan-
gelii adpellatione exprimunt, ut ex parte dignio-
ri & potiori, totum intelligatur. 4.) Denique
tribuitur hæc adpellatio hiſtoricis evangeliſtarum
ſcriptis, quibus nativitatem, vitam, doctrinam,
miracula, paſſionem & reſurrectionem Chriſti
exponunt; quo ſenſu quidam accipiunt locum
2 Cor. VIII. 18. *cujus laus eſt in evangelio*, de
evangelica hiſtoria per Lucam conſcripta cum in-
telligentes, quam cum juſſu apoſtoli Pauli conſi-
gnatam ex Dorotheo Cyri epiſcopo refert Nice-
phorus l. II. hiſt. c. 43. ideo plerique veteres ſta-
tuunt, apoſtolum eo reſpicere, quando dicit *ſe-
cundum evangelium meum*, Rom. XVI. 25. 2 Tim.
II. 8. Referri huc poteſt uſitata illa ſignificatio,
qua per evangelii vocem intelligitur pericope &
particula quædam hiſtoriæ de Chriſto, quæ die-
bus feſtis ac dominicalibus pro concione explicari
ſolet.

Quando γενικῶς vel ἰδικῶς vox evangelii uſurpetur.

§. VII. Ceterum an in genere pro toto cœleſtis doctrinæ ſyſtemate, an vero in ſpecie & proprie pro doctrina gratiæ vox evangelii uſurpetur, ex circumſtantiis cujusque loci facile intelligitur. 1) Ubicunque evangelio opponitur *doctrina legis*, vel effectus quidam ex lege ortus, puta contritio, ira, dolor, &c. ibi certum eſt evangelii adpellatione doctrinam gratiæ intelligi. Marc. I. 15. *Agite pœnitentiam, & credite evangelio.* 2) Ubicunque *ſubjectum* ſeu materia evangelii ſtatuitur Chriſtus cum beneficiis ſuis, quæ ſunt gratuita peccatorum condonatio, cum cœleſti Patre reconciliatio, υἱοθεσία; ibi itidem vox evangelii proprie & in ſpecie accipitur, prout a lege

72661

diſtinguitur, Eſa. LXI. 1. *Ad evangelizandum manſuetis miſit me, ut alligarem contritos corde, ut praedicarem captivis libertatem.* 3) Ubicunque *objectum* evangelii ſtatuuntur homines, peccati agnitione ac ſenſu iræ divinæ contriti, ibi itidem vox evangelii pro doctrina gratiæ accipienda. Matth. XI 5. *Pauperibus praedicatur evangelium*, nimirum illis, *qui ſpiritu ſunt pauperes.* Matth. V. 3. 4) Ubicunque *effectus* evangelii ſtatuitur vita & ſalus æterna, ibi certum eſt evangelii adpellatione prædicationem gratiæ intelligi, ſiquidem juſtitia & ſalus non contingit nobis ex lege, ſed ex evangelio proprie ſic dicto; non ex operibus, ſed ex fide; non ex merito, ſed ex gratuito Dei dono. Rom. I. 16. *Evangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti.* 5) Ubicunque *relatum* evangelii ſtatuitur fides, ibi itidem voce evangelii doctrinam gratiæ denotari judicandum, ſiquidem *lex non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea homo, vivet in eis.* Gal. III. 12. Sic Marc. I. 15. *Agite pœnitentiam, & credite evangelio.*

Evangelii ſynonyma.

§. VIII. Adpellationes *ſynonymas*, quæ in ſcripturis ſacris evangelii doctrinæ tribuuntur, pulcerrimo ordine digeſſit Chemnitius in haſce claſſes: 1) Quædam ſunt *generales*, utpote quando adpellatur lex, verbum, teſtimonium, præceptum, doctrina, mandatum, veritas, via veritatis. 2) Quædam ſunt quaſi *notatio*, periphraſis, aut explicatio vocabuli evangelii, ut quod vocatur bonum Dei verbum, bona doctrina, ſanus ſermo, ſana doctrina, κήρυγμα. 3) Quædam petitæ ſunt ex cauſa *efficiente*, utpote quæ loquuntur de auctore evangelii, quando vocatur ſermo Dei, verbum Dei, evangelium Dei, evangelium Chriſti, teſtimonium Dei, teſtimonium Chriſti, teſtimonium Spiritus, doctrina Spiritus, ſermo, quem miſit Deus, ſapientia Dei, myſterium Chriſti, beneplacitum voluntatis Dei, &c. quo pertinent adpellationes ex cauſa *inſtrumentali* ſive miniſteriali deſumtæ, utpote quando vocatur evangelium apoſtolorum, doctrina apoſtolorum. 4) Quædam *ſubjectum* ſeu materiam evangelii monſtrant & deſcribunt, ut quod vocatur promiſſio, evangelium Chriſti, verbum Chriſti, doctrina ſalvatoris, evangelium regni, ſcientia ſalutis, promiſſio vitæ æternæ. 5) Quædam ab *effectibus* evangelii ſunt deſumtæ, quando vocatur ſermo vitæ, verbum gratiæ, evangelium ſalutis, evangelium pacis, lex libertatis, evangelium gloriæ beati Dei, evangelium regni: vocat enim nos ad regnum gratiæ, exhibet bona ejus regni, & transfert in regnum gloriæ. 6) Quædam ab *objecto* petitæ ſunt, quando vocatur verbum fidei, auditus ſeu prædicatio fidei, lex fidei. 7) Quædam adpellationes ſunt *metaphoricae*, ut quando dicitur bonus odor, bonum ſemen, vinum novum, ſibilus, fons aquæ ſalientis in vitam æternam, lac ſincerum, lux, cibus, paſcua, aqua refectionis, menſa, calix exuberans, virga, baculus, &c. Sic evangelium confertur fonti a) reſpectu neceſſitatis: b) reſpectu utilitatis: c) reſpectu puritatis: d) ratione ſuavitatis: e) ratione communitatis. Pſal. LXXXIV. Hiſce addenda 8) claſſis adpellationum ex *adjunctis* petita, ut quando vocatur evangelium æternum, arcanum voluntatis divinæ beneplacitum, myſterium, &c. Itemque 9) ex *accidentariis* effectibus & adjunctis petita, utpote quando vocatur ſermo crucis, offendiculum crucis, ſtultitia Dei, ſtultitia prædicationis, odor mortis &c. Ea enim non per ſe, ſed ex accidenti huic doctrinæ conveniunt. Ad has claſſes referri poſſunt omnes, quæ uſpiam in ſcripturis evangelio tribuuntur, adpellationes. Quædam enim ſunt propriæ, quædam figuratæ. Utræque petuntur vel ex cauſis, vel effectis, vel ſubjectis, vel adjunctis.

Summæ evangelii ex vet. teſt.

§. IX. Ad definitionem evangelii in ſcripturis traditam pertinent non ſolum epitheta ſive adpellationes, quæ huic doctrinæ tribuuntur, ſed etiam ſummæ evangelicæ brevibus ſententiis comprehenſæ, ut & integræ deſcriptiones, quarum potiores recenſebimus, cum genuinam evangelii naturam pulcerrime exprimant. Obſervandum igitur evangelium in vet. teſt. hoc modo deſcribi; quod ſit concio Dei lætiſſima de *ſemine mulieris contrituro caput ſerpentis, cujus calcaneo idem ſit inſidiaturus*, hoc eſt, de Meſſiæ paſſione & morte, per quam potentia diaboli iterum conculcanda, & regnum

ejus

deſtruendum. Gen. III. 15. Quod ſit pro-
ſio de Meſſia ex ſemine Abrahæ naſcituro, *in benedicendae ſint omnes gentes*, ita ut fides hanc promiſſionem ipſis imputetur ad juſti-
). Gen. XII. 3. XV. 5. XXII. 18. (ad Iſaa-
ı illa promiſſio repetitur. Gen. XXVI. 4. ad
›bum XXVIII. 14.) Quod ſit concio de Meſ-
:x tribu Juda naſcituro, qui futurus ſit Si-
, *virginis filius*, vel ut alii vertunt, fauſtus
›roſper, *cui gentes per fidem adhaerebunt*,
. XLIX. 10. Quod ſit *promiſſio de tali quo-*
propheta, qui Moſi futurus ſit ſimilis, qui
›*opulo Iſraelitico oriundus ſit, qui nomine*
ad homines locuturus, qui ab omnibus cum
obedientia audiendus ſit. Num. XXIV. 17.
t. XVIII. 18 & 19. Quod ſit promiſſio de
ı Dei in plenitudine temporis ex Davidis ſe-
: veram humanam naturam adſumturo, qui
peccatis humani generis moriturus ſit, ex
te tamen reſurrecturus, in cœlum aſcenſu-
& ad dextram Patris collocandus, qui futu-
it rex, ſacerdos, ſponſus eccleſiæ &c. quæ
ia ex repetitione promiſſionis Davidi traditæ,
m. VII. 1 Paral. XXII. & ex ejusdem illu-
one in pſalmis ex Spiritus ſancti inſtinctu edi-
ıaniſeſte colliguntur. Pſal. II. VIII. XXII.
'. LXVIII. LXXXIX. CX. Quod ſit con-
e Meſſia, qui futurus ſit *Immanuel*, Deus
lomo, *Filius virginis*, Eſa. VII. 14. pro
ıris totius humani generis in ara crucis im-
ndus, Eſa. XLIII. 24. LIII. 4. & ſeqq. cu-
alutari agnitione juſtificemur. c. LIII. 11.
l ſit concio *de germine Davidi ſuſcitando*,
›*ocandus ſit Jehovah juſtitia noſtra*. Jer.
I. 5. XXXIII. 15. Quod ſit doctrina de
›ne & morte Meſſiæ, per quam *finienda prae-*
atio, conſummandum peccatum, expianda
itas, & aeterna juſtitia adducenda. Dan.
4. Quod ſit lætiſſimum nuncium *de morte*
Meſſiae mortem vincenda ac inferno deſtruen-
Oſe. XIII. 14. de Meſſia *in Bethlehem naſci-*
qui futurus ſit dominator populi, cujus
us a diebus ſeculi, hoc eſt, qui ſit ϑεάν-
ϑρωπος, Mich. V. 1. propter quem *peccata no-*
rojiciantur in profundum maris, Mich. VII.
ınde etiam vocatur *deſiderium gentium*. Hagg. II. 7. Quod ſit lætiſſima concio de rege, qui ad *nos veniat juſtus & ſalvator*. Zach. IX. 9. Quod in eo propoſitus ſit *fons patens in expiationem peccati & in adſperſionem*. Zach XIII. 1. Quod ſit concio univerſalis ad omnes gentes pertinens, Mal. I. 11. de mediatore novi teſtamenti, III. 1. de *ſole juſtitiae, ſub cujus alis ſit ſalus*, IV. 2. &c.

§. X. In novo teſtamento plures & illuſtriores exſtant evangelii deſcriptiones, utpote quod ſit doctrina de Filio Dei in plenitudine temporis ex Maria virgine nato, qui ſit Jeſus & *ſalvator, cum ſervet populum ſuum a peccatis ipſorum*. Matth. I. 21. Quod ſit lætiſſimum nuncium pauperibus, hoc eſt, Spiritu contritis prædicandum, propter quos Dei Filius in mundum venerit, ut ad pœnitentiam eos vocaret Matth. IX. 13. Marc. II. 17. Matth. XI. 5. Luc. V. 32. VII. 22. Quod ſit ſuaviſſima Chriſti vox, *qua omnes laborantes & oneratos benevole ad ſe invitat, ac requiem animarum ipſis promittit*. Matth. XI. 28. 29. Quod ſit prædicatio de paſſione, morte & ſepultura Chriſti in toto mundo annuncianda, Matth. XXVI. 13. Marc. XIV. 9. Quod ſit *praedicatio omni creaturae annuncianda, cui quicunque crediderit, ſalvus ſit futurus*. Marc. XVI. 16. Quod ſit lætiſſimum de Chriſto ſalvatore nobis nato nuncium, ad omnes omnino homines pertinens. Luc. II. 10. 11. Quod ſit doctrina ex ſinu patris cœleſtis per Filium revelata, quæ *nobis monſtret agnum Dei tollentem peccata mundi, qui ſit plenus gratiae & veritatis, ex cujus plenitudine omnes accipiamus gratiam pro gratia, propter quam contingat nobis υἱοθεσία, credentibus ſcilicet in nomen ejus*. Joh. I. 12. 14. 16. 18. 29. 36. Quod ſit lætiſſima prædicatio de dilectione cœleſtis Patris, qua *motus Filium ſuum in hunc mundum miſit, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed per fidem habeat vitam aeternam*. Joh. III. 16. 18. 36. Quod ſit ſalutaris Chriſti ſermo, *cui quisquis credat, habeat vitam aeternam, & in condemnationem non veniat, ſed tranſiverit a morte in vitam*. Joh. V. 24. Quod ſit manifeſtatio voluntatis divinæ, qua omnibus in Chriſtum credentibus vita æterna & reſurrectio ad vitam promittitur. Joh. VI. 40.

Ex nov. teſt.

Quod ſit ſermo Chriſti, quem, *quisquis ſervaverit, mortem non viſurus ſit in aeternum.* Joh. VIII. 51. Quod ſit prædicatio de Chriſto, qui *eſt reſurrectio & vita, in quem quisquis credit, etiamſi mortuus fuerit, vivat, & omnis, qui vivit & credit in eum, non moriturus ſit in aeternum.* Joh. XI. 25. 26. Quod ſit promiſsio de vita æterna per veram cœleſtis Patris & Filii ejus Jeſu Chriſti cognitionem obtinenda. Joh. XVII. 3. Quod ſit prædicatio apoſtolorum in literas eo fine redacta, ut *credamus Jeſum eſſe Chriſtum, & ut credentes vitam habeamus per nomen ipſius.* Joh. XX. 31.

§. XI. In concionibus & ſcriptis apoſtolorum exſtant ſequentes evangelii definitiones: quod ſit *concio de regno Dei & nomine Jeſu Chriſti.* Act. VIII. 12. Quod ſit ſermo, *quem miſit Deus filiis Iſrael, annuncians pacem per Jeſum Chriſtum, qui ſit omnium Dominus, cui teſtimonium ferant omnes prophetae, quod remiſſionem peccatorum accepturus ſit per nomen ejus, quisquis crediderit in eum.* Act. X. 36. 43. Quod ſit bonum nuncium de impletione promiſsionis ad patres factæ per exhibitum & reſuſcitatum Jeſum Chriſtum, ac de remiſsione peccatorum, liberatione a maledicto legis Moſaicæ, & vita æterna per fidem in ipſum conſequenda Act. XIII. 32, 33, 38, 46. Quod ſit *doctrina a Deo per prophetas in ſcripturis tradita & ante promiſſa de Filio Dei, qui natus eſt ex ſemine Davidis ſecundum carnem, declaratus autem Dei Filius cum potentia ſecundum Spiritum ſanctificationis per reſurrectionem ex mortuis, quae* (doctrina) *ſit potentia Dei ad ſalutem omni credenti.* Rom. I. 2. 3. 4. 16. Quod ſit *lex* ſive doctrina *fidei, in qua juſtitia Dei absque lege manifeſtetur legis & prophetarum teſtimonio comprobata, juſtitia, inquam, Dei per fidem Jeſu Chriſti in omnes & ſuper omnes, qui credunt.* Rom. III. 21. 22. 27. Quod ſit *verbum fidei, ſonus in omnem terram propagatus de Chriſto, qui eſt finis legis ad juſtitiam omni credenti.* Rom. X. 4. 8. 18. Quod ſit *praeconium Jeſu Chriſti ac revelatio myſterii aeternis temporibus taciti, manifeſtati vero tempore apoſtolorum & per ſcripturas propheticas, juxta delegationem aeterni Dei in obedientiam fidei in omnes gentes patefacti.* Rom. XVI. 25. 26. Quod ſit *teſtimonium Chriſti, ſermo crucis, ſtulta praedicatio de Chriſto crucifixo, quod ſit factus nobis a Deo ſapientia, juſtitia, ſanctificatio & redemtio ſalvos faciens omnes credentes & omnem carnis gloriationem excludens.* 1 Cor. I. 6, 18, 21, 29, 30. Quod ſit *teſtimonium Dei, praedicatio non in perſuaſoriis humanae ſapientiae verbis, ſed in demonſtratione ſpiritualis potentiae, ſapientia Dei in myſterio latens, abſcondita illa ſapientia, quam praefiniit Deus ante ſecula de Jeſu Chriſto crucifixo.* 1 Cor. II. 1, 2, 4, 7. Quod ſit lætum nuncium de Chriſto, qui *mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas, ſepultus & tertio die reſuſcitatus ſecundum ſcripturas*, quod ſi vera fide acceptetur & in eo perſeveretur, ſalutem adferat. 1 Cor. XV. 1. 2. 3. 4. Quod ſit prædicatio apoſtolorum de Chriſto Jeſu Dei Filio, in *quo omnes divinae promiſſiones ſint ναὶ καὶ ἀμὴν ad Dei gloriam.* 2 Cor. I. 19. 20. Quod ſit *odor cognitionis divinae manifeſtatae per apoſtolos in omni loco, credentibus quidem odor vitae ad vitam & ſalutem, incredulis vero odor mortis ad mortem.* 2 Cor. II. 14. 15. 16. Quod ſit *miniſterium nov. teſt. non literae occidentis, ſed Spiritus vivificantis & juſtitiae in gloria, per quod retecta facie gloria Domini velut in ſpeculo manifeſtetur, ut in eandem imaginem transformemur ex gloria in gloriam ſicut a Domini Spiritu.* 2 Cor. III. 6. 9. 18. Quod ſit prædicatio de Chriſto Jeſu adferens lucem cordibus ad *illuminationem cognitionis gloriae Dei in facie Jeſu Chriſti.* 2 Cor. IV. 5. 6. Quod ſit *miniſterium ſive ſermo reconciliationis, quem apoſtoli Chriſti nomine legatione fungentes annunciant, quod per Chriſti mortem mundus ſit Deo reconciliatus, ac pro Chriſto rogant, ut reconciliemur Deo, hoc eſt, ut fide oblata in evangelio beneficia recipiamus.* 2 Cor. V. 18, 19, 20. Quod ſit *doctrina ab apoſtolis inter gentes praedicata, per revelationem Jeſu Chriſti ipſis manifeſtata, quod Chriſtus ſe ipſum dederit pro peccatis noſtris, ut eriperet nos ex praeſenti ſeculo malo juxta voluntatem Dei.* Gal. I. 4, 11, 12, 16. Quod ſit *veritas*, id eſt, certa & vera doctrina, cujus ſumma, *non juſtificari hominem*

ex

eribus legis niſi per fidem Jeſu Chriſti, qui it nos & tradidit ſemet ipſum pro nobis. II. 14, 16, 20. Quod ſit prædicatio fidei de *Abrahae, in quo benedicantur omnes gen*d eſt, de Chriſto, qui *redemit nos a maledigis, dum pro nobis factus eſt maledictum.* III. 2. 8. 13. Quod ſit *manifeſtatio myſteluntatis Dei juxta beneplacitum ipſius, quod ɔſuit in ſe ipſo:* quod ſit *verbum veritatis feſtans decretum voluntatis divinae, quod it nos Deus in Chriſto ante jacta mundi amenta, ac praedeſtinarit nos εἰς υἱοθεσίαν hriſtum.* Eph. I. 4, 5, 9, 11, 13. Quod ſit *um pacis per Chriſtum allatum, per quem nus acceſſum ad Patrem, facti concives ſanctoac domeſtici Dei.* Eph. II. 17, 18, 19. Quod *velati myſterii Chriſti apoſtolis & prophetis per Spiritum facta, praedicatio imperveſtilium divitiarum Chriſti, per quam nota fit cleſia πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ,* Eph. . 5. 8. 10. Quod ſit *verax ſermo de ſpe in nobis repoſita per Patrem cæleſtem, qui idonos fecit ad participationem ſortis ſanctorum mine, qui eripuit nos ex poteſtate tenebra. & tranſtulit in regnum dilecti Filii ſui, quem habemus redemtionem per ſanguinem s, remiſſionem peccatorum.* Col. I. 5, 12, 13. Quod ſit *ſermo certus ac dignus, quem omnibus amplectamur, cujus ſumma, quod ſtus Jeſus venit in mundum, ut peccatores s faceret.* 1 Tim. I. 15. Quod ſit *teſtimode Chriſto*, ſive doctrina de *gratia Dei noer Chriſtum donata ante tempora aeterna, palam facta per adparitionem ſervatoris i Jeſu Chriſti, qui mortem abolevit, vitam aun lucem produxit ac immortalitatem.* 2 Tim. 9, 10. Quod ſit *praedicatio apoſtolis in nov. commiſſa ſecundum delegationem ſervatoris i Dei de ſpe vitae aeternae, quam promiſit ευδὴς Deus ante tempora aeterna.* Tit. I. 2, 3. d ſit doctrina ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti, *ledit ſe ipſum pro nobis, ut redimeret nos ab iniquitate, & purificaret ſibi populum περιιον, zelotem bonorum operum.* Tit. II. 14. d ſit *indubitatus ſermo de bonitate & philanpia Dei, qua nos ſalvos fecit per Chriſtum, cujus gratia juſtificati haeredes efficimur juxta ſpem vitae aeternae.* Tit. III. 4, 5, 6, 7, 8. Quod ſit *bonum Dei verbum, per quod guſtamus donum cæleſte ac virtutes futuri ſeculi, & participes reddimur Spiritus S.* Hebr. VI. 4, 5. Quod ſit *verbum ab apoſtolis praedicatum per Spiritum S. emiſſum e cælo, annuncians credentibus finem fidei ipſorum ſalutem animarum propter Chriſtum.* 1 Petr. I. 8, 9, 12. Quod ſit *doctrina per apoſtolos praedicata de promiſſione vitae aeternae propter Chriſtum, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* 1 Joh. II. 2, 24, 25. Quod ſit *praeceptum Dei, ut credamus nomini Filii ejus Jeſu Chriſti, quod qui ſervat, in Deo manet & Deus in ipſo.* 1 Joh. III. 23, 24. Quod ſit teſtimonium apoſtolorum de Filio Dei, *quem Pater miſit ſervatorem mundi, quem quisquis fuerit confeſſus, quod ſit Dei Filius, in eo manet Deus & ipſe in Deo.* 1 Joh. IV. 14, 15. Quod ſit *teſtimonium Dei, quod teſtificatus eſt de Filio ſuo, videlicet quod vitam aeternam nobis dederit Deus, & haec vita ſit in Filio ejus, ut proinde, quisquis habet Filium, habeat vitam, ac quisquis credit in nomine Filii, ſciat ſe habere vitam aeternam.* 1 Joh. V. 9, 11, 12, 13. Quod ſit *ſermo Dei & teſtimonium Jeſu Chriſti, quod ipſe nos dilexerit, & laverit nos a peccatis noſtris per ſanguinem ſuum, & fecerit nos reges & ſacerdotes Deo ac Patri ſuo.* Apoc. I. 2, 5, 6.

Parabolicæ ac typicæ evangelii deſcriptiones.

§. XII. Referendæ etiam ad hunc locum parabolicæ ac typicæ evangelii deſcriptiones, quibus lautiſſimo convivio, feſtivitati nuptiali, aliisque rebus lætiſſimis confertur. Pſal. XXIII. 1. *Dominus paſtor meus, nihil mihi deerit;* v. 2. *in loco paſcuae me collocavit, ad aquas refectionis me deduxit,* v. 4. *virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt,* v. 5. *paraſti in conſpectu meo menſam, impinguaſti oleo caput meum, calix meus inebrians eſt.* Eſa. XXV. 6. *Faciet Jehovah exercituum omnibus populis convivium pinguium, convivium defecatorum, pinguium, medullatorum & defecatorum purgatorum.* Matth. XXII. 2. *Simile eſt regnum cælorum cuidam regi, qui fecit nuptias filio ſuo,* v. 4. *& per ſervos vocatis nunciari curat:*

tura: *Ecce prandium meum paravi, tauri mei & altilia mactata ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias.* Luc. XIV. 16. *Regnum Dei confertur homini, qui inſtituit cœnam magnam, & vocavit multos,* v. 17. *ac miſit ſervum ſuum hora cœnae, ut dicerent invitatis: Venite, quia jam parata ſunt omnia.* Luc. XV. 20. & ſeq. proponitur typus evangelii in receptione filii perditi, cui pater *obviam occurrit, irruit in collum ejus, ipſum deoſculatur, induit ſtola nova, convivium ipſi parat &c.*

CAPUT II.
QVÆ SIT PROPRIA EVANGELII DOCTRINA EXPONIT.

Quæ ſit genuina & propria evangelii doctrina.

§. XIII. Ex his evangelii deſcriptionibus vel ab ipſo Deo immediate, vel per prophetas & apoſtolos traditis facile colligi poteſt, quænam ſit genuina & propria evangelii doctrina, videlicet gratuita promiſſio remiſſionis peccatorum, juſtitiæ & vitæ æternæ propter Chriſtum in vet. teſt. promiſſum, in novo autem exhibitum, qui pro peccatis noſtris in ara crucis ſatisfecit, ac perfectam juſtitiam nobis promeruit, quam per fidem nobis donat & adplicat. Pertinent igitur ad evangelii doctrinam omnia illa Spiritus ſancti pronunciata, ſive in vet. ſive in novo teſt. occurrant, 1) quæ loquuntur de gratia & miſericordia Dei; ſiquidem ex lege & operibus nemini poſt lapſum ſperanda Dei gratia, ſed in ſolo Chriſto, *ex cujus pleuitudine accipimus gratiam pro gratia;* Joh. I. 16. *hic eſt dilectus Dei Filius, in quo & nos cari Deo reddimur.* Eph. I. 6. 2) Quæ de Chriſti redemtoris ac mediatoris perſona ac ſalutari officio & beneficiis loquuntur; ſiquidem lex noſtram exigit ſolutionem & obedientiam, Chriſtum vero ejusque beneficia ignorat. Anshelmus præfat. in Matth. *Materia evangelii ſunt ſeptem beneficia. Primum beneficium eſt, quod Chriſtus factus eſt homo, ſecundum baptiſmus, tertium paſſio, quartum quod ſpoliavit infernum, quintum quod ſurrexit, ſextum quod cælos adſcendit, ſeptimum ſecundus adventus, in quo remunerabit ſuos.* 3) Quæ de fide, per quam beneficiorum Chriſti participes reddimur, agunt; ſiquidem *lex non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea homo, vivet in eis.* Gal. III. 11, 12. 4) Quæ de ſacramentis, eorumque fine & uſu loquuntur; ſiquidem ſacramenta ſunt evangelicarum promiſſionum ſigilla, fidei excitandæ, augendæ & confirmandæ media divinitus inſtituta. Rom. IV. 11. circumciſio vocatur σφραγὶς δικαιοσύνης τῆς πίστεως.

Quænam ſint evangelii beneficia.

§. XIV. Ceterum, ut beneficia Chriſti verbo evangelii oblata rectius agnoſcamus & expendamus, obſervandum eſt, ea eſſe partim *privativa*, partim *poſitiva*. Privativa τῇ τῶν κακῶν ἀφαιρέσει, poſitiva τῶν ἐνεργημάτων θέσει conſtant. Nos hac enumeratione utemur, ut dicamus Chriſti beneficia hæc eſſe: 1) Peccatorum noſtrorum in ſe ſuſceptionem; ſiquidem *conjecit Deus in ipſum iniquitates omnium noſtrum.* Eſ. LIII. 6. *Ipſe eſt agnus ille Dei, qui tollit peccata mundi.* Joh. I. 29. 36. *Fecit eum Deus pro nobis peccatum.* 2 Cor. V. 21. 2) Pœnarum peccatis noſtris debitarum perſolutionem; ſiquidem nos *fecimus* Chriſtum *ſervire in peccatis noſtris, laborare ipſum fecimus in iniquitatibus noſtris.* Eſa. XLIII. 24. *Ipſe vulneratus eſt propter peccata noſtra, attritus propter iniquitates noſtras, caſtigatio pacis noſtrae ſuper ipſum.* Eſa. LIII. 5. *Quae non rapuit, ipſe exſolvit.* Pſal. LXIX. 5. 3) Perfectam legis impletionem noſtri loco præſtitam; ſiquidem Chriſtus eo fine in mundum venit, *ut legem impleret* Matth. V. 17. *Ipſe eſt* τέλος *impletio legis ad juſtitiam omni credenti.* Rom. X. 4. 4) A maledictione legis liberationem. Rom. VIII. 1. *Nulla eſt condemnatio his, qui ſunt in Chriſto Jeſu.* Gal. III. 13. *Chriſtus redemit nos a maledictione legis, factus pro nobis maledictum.* 5) Noſtram cum Deo reconciliationem. 2 Cor. V. 18. *Deus reconciliavit nos ſibi per Jeſum Chriſtum.* v. 19. *nempe quia Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi ipſi, non imputando eis peccata*

a ipſorum. Col. I. 19. *Placuit Deo Patri*, 20. *ut per Chriſtum reconciliaret ſibi omnia, ificatus per ſanguinem crucis ejus, tum quae terra, tum quae in cælis.* 6) Ex captivitate regno ſatanæ aſſertionem. Matth. XX. 28. *Fi- Dei venit, ut daret animam ſuam redemtio- pro multis.* Col. I. 13. *Liberavit nos Deus oteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum ii ſui.* 7.) In filios Dei adoptionem. Joh. I. 12. *otquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem os Dei fieri, his, qui credunt in nomen ejus.* h. I. 5. *Praedeſtinavit nos Deus, ut adopta- in filios per Jeſum Chriſtum in ſeſe.* 8) Spi- is ſancti donationem. Joh. VII. 38. *Qui cre- in me, flumina de ventre ejus fluent aquae vi-* v. 39. *Hoc autem dixit de Spiritu, quem epturi erant credentes in ipſum.* Gal. IV. 6. *oniam eſtis filii, miſit Deus Spiritum Filii in corda veſtra.* 9) Beatam æternæ vitæ poſ- ionem. Rom. V. 21. *Gratia regnat per ju- iam ad vitam aeternam, per Jeſum Chriſtum ominum noſtrum.* Gal. V. 5. *Spiritu ex fide* Chriſtum) *ſpem juſtitiae exſpectamus.* Quum vero hæc omnia pertineant ad Chriſti bene- ia in verbo evangelii oblata, neceſſario tamen tinguendum eſt beneficium juſtificationis & gra- , a beneficio renovationis & doni per gratiam; umque ſane propter Chriſtum & a Chriſto no- contingit: interim tamen per renovationem donum per gratiam non juſtificamur coram o, ſed per ſolam in Chriſtum fidem, cujus nſequens eſt interior illa renovatio, qua de re articulo juſtificationis plenius dicetur.

Quod evangelium propriæ ſit concio de gratuita peccatorum remiſſione propter Chriſtum.

§. XV. Quia vero articulo juſtificationis ſua non poteſt conſtare integritas ac ὀρθοδοξία, niſi propria evangelii doctrina a lege exacte diſcernatur, ideo uberius demonſtrandum & confirmandum, evangelium proprie loquendo eſſe lætiſſimam concionem de gratuita peccatorum remiſſione, juſtitia & vita æterna credentibus in Chriſtum promiſſa. (*) Eſtque evangelium talis concio, ſive in novo ſive in vet. teſtam. proponatur; contra vero dicimus erroneum eſſe, legem veteris, evangelium vero nov. teſtam. libris definire; quod ex his patere poteſt fundamentis. 1) Apoſtolus adſerit Rom. I. 17. *Juſtitiam Dei per evangelium pateſieri ex fide in fidem*: & Rom. III. 21. *Abſque lege juſtitiam Dei manifeſtari, legis & prophetarum teſtimonio comprobatam.* v. 22. *Juſtitiam inquam Dei per fidem Jeſu Chriſti in omnes credentes.* Diſerte apoſtolus docet, juſtitiam fidei, quæ eſt Dei, id eſt, coram Deo valens juſtitia, revelari in evangelio abſque lege; finge evangelium accipi pro novi teſtamenti libris, legem pro veteris teſtamenti ſcriptis, conſequens erit, juſtitiam fidei non tradi in veteris teſtamenti libris, cujus contrarium in hoc ipſo loco evidenter tradit apoſtolus: conſequens item erit, pios ſub vet. teſtamento alia ratione, quam per fidem in Chriſtum fuiſſe ſalvatos, cujus contrarium adſeritur Act. XV. 11. 2) *Objectum* fidei ſalvificæ proprium & adæquatum eſt Chriſtus in officio redemtionis; eum enim fides intuetur, ejusque beneficia ſibi adplicat, Joh. III. 16.

(*) Idque probamus 1) ab etymologia. εὐαγγέλιον eſt *bonum* & *lætum nuncium* ab εὖ & ἄγγελος vel ἀγγελία. בְּשׂוֹרָה LXX. vertunt εὐαγγέλιον. 2) a variis evangelii adpellationibus, vocatur enim *bonum Dei verbum, promiſſio, ſcientia ſalutis, ſermo gratiæ, promiſſio vitæ* &c. 3) a prima concione evangelica nov. teſt. Luc. II. 10. *Gaudium magnum* non eſt concio iræ vel pœnitentiæ. At evangelium eſt annunciatio gaudii magni. 4) a concione Johannitica Marc. I. 15. ubi a) pœnitentia vel contritio ab evangelio diſtinguitur: b) objectum fidei proprium dicitur evangelium. 5) ex vaticinio Eſa. LXI. 1. quod repetitur Luc. IV. 18. 6) a promiſſione Rom. I. 2. ubi evangelium dicitur ante promiſſum per prophetas. Fulgentius lib. I. ad Mon. p. 53. *Promiſſi largitas ſemper lætificat.* pag. 54. *Neque enim dicendum eſt, bonitatis largitate promiſſum, quod intendat iniquitatis merito ſeveritas inferendum.* Et rurſum. *Prædixit & promiſit præmium, quo fruentur juſti, non autem promiſit & prædixit ſupplicium, quo punientur injuſti.* 7) Ex revelatione juſtitiæ divinæ ſine lege, Rom. I. 17. III. 21. Vide Garthii diſput. de diſcr. legis & evangelii, habitam Tubingæ anno 1602. & inſertam tom. II. diſp. D. Gerlachii. Meiſnerum part. II. ſobr. phil. ſect. I. cap. 2. quæſt. 13. Gerhardus.

III. 16. 36. *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam*, id quod in ſcripturis ſacris ſæpiſſime repetitur. Atqui eadem fides ſalvifica proprie reſpicit doctrinam evangelii, Marc. I. 15. *Agite pœnitentiam & credite evangelio.* Ubi *pœnitentiae* vox μερικῶς accipitur pro contritione, priore ſcilicet parte pœnitentiæ ex prædicatione legis orta, ut docet membrum poſterius; vox *evangelii* proprie accipitur pro concione de gratuita peccatorum remiſſione propter Chriſtum credentibus promiſſa, ut docet membrum prius. Ergo propria evangelii doctrina, ſubjectum & materia (ut ſic loquar) evangelii eſt Chriſtus in officio redemtionis. 3) Ubicunque evangelium deſcribitur, per lætum quoddam nuncium definitur, ut oſtendunt omnia dicta ſuperius adducta, præſertim illud Eſa. LXI. 1. & 2. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxit me Jehovah, ad evangelizandum pauperibus miſit me, ad alligandum contritos corde, ut praedicarem captivis libertatem & vinctis apertionem, ut praedicarem annum beneplaciti Jehovae*, quod Chriſtus Luc. IV. 21. in ſynagoga Nazarethana docens ad ſe ipſum adcommodat. Itemque illud angeli: Luc. II. 10. *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis ſalvator.* Jam vero doctrina legis, quæ in novo teſtamento non minus repetitur, quam doctrina evangelii, non exhilarat, ſed potius terret. Rom. IV. 15. *Lex iram operatur.* Ergo non omnia, quæ in novo Teſtamento proponuntur, pertinent ad doctrinam evangelii proprie ſic dictam. 4) Paulus Rom. I. 2. dicit, ſe annunciare evangelium, ὃ προεπηγγείλατο, *quod ante promiſit Deus per prophetas ſuos in ſcripturis ſacris de Filio ſuo*; ex quo loco evidenter patet, propriam evangelii doctrinam eſſe concionem de Chriſto & ipſius beneficiis; ſi accipere velis evangelium pro toto illo doctrinæ cœleſtis ſyſtemate, quod prædicarunt, & literis in nov. teſt. conſignarunt apoſtoli, conſequens fuerit, etiam legem prius promiſſam per prophetas, quod abſonum. Evangelii propria eſt læta illa promiſſio de Meſſia in vet. teſt. tradita, non autem legis, ut docet oppoſitio Gal. III. 18. 5) Evangelium dicitur *verbum fidei*, Rom. X. 8. 1 Tim. IV. 6. *auditus* ſeu *praedicatio fidei*, Gal. III. 2. *lex* ſive *doctrina fidei*; Rom. III. 27. nimirum, quia promiſſio in evangelio oblata non niſi fide adprehenditur. Jam vero *lex non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea homo, vivet in eis.* Rom. X. 5. Gal. III. 12. Ergo lex requirens opera non pertinet ad evangelium proprie dictum. Viciſſim fides reſpicit evangelium. Fides reſpicit promiſſionem gratiæ, non legem factorum: Rom. III. 27. *Excluſa eſt gloriatio non per legem operum, ſed fidei.* Ergo non lex factorum, ſed promiſſio gratiæ proprie pertinet ad evangelium. 6) Credere & operari ſibi invicem opponuntur, Rom. IV. 4. *Ei, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.* v. 5. *Ei, qui non operatur, ſed credit in eum, qui juſtificat impium, imputatur fides ejus ad juſtitiam.* Jam vero evangelium eſt verbum fidei. Ergo non eſt doctrina operum. 7) Gratia & opera ſibi invicem opponuntur Rom. XI. 6. *Si per gratiam, jam non ex operibus, quandoquidem gratia jam non eſt gratia. Sin ex operibus, jam non ex gratia, quandoquidem opus jam non eſt opus.* Atqui evangelium eſt *ſermo gratiae* Act. XX. 24. *verbum gratiae* Luc. IV. 22. Ergo proprie loquendo non eſt doctrina operum. 8) Propria doctrina Chriſti eſt etiam propria doctrina evangelii, quo pertinent omnia dicta, quæ teſtantur, Chriſtum ad evangelizandum eſſe miſſum. Jam vero doctrina læta & conſolatoria de gratuita peccatorum remiſſione eſt illa doctrina, cujus cauſa potiſſimum Chriſtus in mundum venit, quam ex arcano cœleſtis Patris ſinu protulit. Eſ. LXI. 1. Luc. IV. 18. *Ad evangelizandum miſit me, ut praedicarem captivis liberationem &c.* Pſal. XLV. 3. *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.* Eſa. L. 4. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam dicere in tempore ſitibundo verbum.* Ergo doctrina læta & conſolatoria eſt proprie evangelii doctrina. 9) Evangelium eſt *promiſſio vitae, quae eſt in Chriſto.* 2 Tim. I. 1. *Promiſſio vitae aeternae.* 1 Joh. II. 25. *Promiſſio, ex qua haereditas.* Gal. III. 18. Jam vero *promiſſio non eſt facta per legem.* Rom. IV. 13. Ergo lex ſive operum doctrina proprie non pertinet ad evangelium. Item evangelium eſt

›miſſio benedictionis ex fide in ſemen Abra-
ǀuod eſt Chriſtus; Gal. III. 8. jam vero ex
on eſt benedictio, ſed lex *maledictum pro-
it omnem, qui non manſerit in omnibus,
ſcripta ſunt in libro legis*. Deut. XXVII. 26.
II. 10. Evangelium eſt verbum vitæ; lex
›oteſt vivificare. Evangelium eſt promiſſio
litatis; ex lege non eſt hæreditas. Ex Evan-
juſtificamur; ſed ex operibus legis non ju-
tur omnis caro. Ergo lex ſive operum do-
ı proprie non pertinet ad Evangelium.

›onia ve-
·um.

§. XVI. Referenda huc vete- rum dicta, quibus propriam evan- gelii doctrinam deſcribunt, ac nam ejus naturam explicant. Ignatius ad delph. circa finem. *Praecipuum quippiam evangelium, videlicet praeſentiam adven- ılvatoris noſtri Jeſu Chriſti, paſſionem, ſed ſam reſurrectionem.* Euſebius lib. I. de præ- evangel. cap. 1. *Evangelium dicimus, aeternorum atque incorruptibilium bono- quae certe ſuprema & maxima ſunt, ex uiſſimis praedicta temporibus, nuper vero lore ſui orbem illuſtrantia, cunctis homini- nnunciat, quod non cæcas caducasque hujus divitias, nec brevem hanc calamitoſamque ı, nec inſtabilia corporis commoda, ſed ani- ım ſummam propriamque nobis adfert felici- ı.* Ambroſius lib IX. epiſt. 22. *Ideo lex ſe- ıtem gladii habet, tanquam paedagogus ba- n, ut imperfectae plebis infirmitatem pœnae n denunciatione deterreat. Evangelium au- indulgentiam habet, qua peccata donantur, ergo ait Paulus, quod* litera occidit, Spiri- utem vivificat. Idem in cap. I. Rom. *Evan- m eſt bonum nuncium, quo peccatores ad in- ntiam vocantur.* Chryſoſtomus hom. I. in ·h. *Evangelium annunciat pœnarum ſubla- m, veniam peccatorum, ſatisfactionem, ju- m, redemtionem, adoptionem filiorum & ·um haereditatem, nec non cum Filio Dei ationem.* Hom. VIII. in Matth. *Evangelium ›num nuncium, quando hominibus annun- ır & promittitur beatitudo cæleſtis, peccato- remiſſio, adoptio filiorum, mortuorum re- ſurrectio, immortalitas vitae, haereditas regni cæleſtis, poſſeſſio gloriae ſempiternae, ſocietas angelorum.* Idem in 2 Cor. III. *In Lege, qui peccatum habet, punitur, hic autem, qui habet peccata, accedens baptizatur, & fit juſtus. Juſtus autem factus vivit, liberatus a morte pecca- ti. Lex ſi prehenderit homicidam, tollit e vivis. Gratia ſi acceperit homicidam, illuminat & vi- vificat.* Philippus Presbyter, S. Hieronymi au- ditor, in c. XLII. Jobi: *Dulcis & ſuavis ſer- mo evangelii, ſicut imber placidus, & ros cum ſilentio in animas deſcendit.* Auguſtinus in ench. c. 46. *Quicquid in vet. teſt. peccatorum remiſſio- nem noſtram, coram Deo juſtificationem, illumi- nationem & regenerationem pollicetur, hoc to- tum quoque ad Chriſtum & evangelium perti- net.* Hieronymus in c. III. Eccleſ. *Lex quippe rigida, inbenigna, non parcens, peccantem in- terficit, evangelium gratiae miſeretur, & ad pœnitentiam provocat.* Bernhardus ſerm. XXX. in Cant. *Non ſicut gratia, ita & lex, quia diſſimili vultu ad omnem conſcientiam ſe offe- runt ſuavitas hujus & auſteritas illius. Quis ſane ex aequo reſpiciat condemnantem & conſo- lantem, repoſcentem & ignoſcentem, plecten- tem & amplectentem? non pari profecto acce- ptabitur voto umbra & lux, ira & pax, judi- cium & miſericordia, figura & veritas, virga & haereditas, frenum & oſculum.* Primaſius in c. I. Rom. *Evangelium bona annunciatio di- citur, & quod majus bonum, quam natum & paſſum reſurrexiſſe Chriſtum pro nobis?* Caro- lus magnus libro IV. de imagin. cap. 10. *Evan- gelium eſt bonum nuncium, quoniam, qui id ſuſ- cipiunt, filii Dei vocantur, eſt enim amnis qua- drifluus ab uno ineffabili paradiſi fonte progreſ- ſus, & in quatuor amnes inſigniter derivatus, & ad arentia corda irriganda ſalubriter trans- miſſus. Eſt via, quae ducit ad vitam, eſt lux a tenebris vitiorum reducens, & inoffenſo calle greſſus mortalium ad cæleſtia dirigens: eſt urbis florentiſſimae munimentum, in quo firmiter ſta- re praeſtantiſſimum vitae emolumentum, a quo recedere periculoſiſſimum detrimentum, ſunt flu- enta veritatis, quae fallere fallique neſciunt, &c.* Rabanus lib. VIII. in Eccleſ. c. 7. *Miſericordia, id eſt,*

eſt, gratia Chriſti per praedicationem evangelii animarum curat vulnera, & mitigat aeſtum carnalis concupiſcentiae. Theodoretus in c. I. Rom. *Evangelium eſt praedicatio annuncians Dei reconciliationem, diaboli diſſolutionem, peccatorum remiſſionem, mortis ceſſationem, a morte reſurrectionem, vitam aeternam & regnum cælorum.* Theophylactus præfat. in Matth. *Evangelium dicitur, eo quod nunciet nobis res proſperas & bene ſe habentes, hoc eſt, bona, nempe remiſſionem peccatorum, juſtitiam, reditum in cælos, adoptionem in filios Dei, nunciat autem, quod facile & gratis haec acceperimus, neque noſtro labore aſſecuti ſimus haec bona, neque ea ex noſtris acceperimus operibus bonis, ſed gratis ex miſericordia Dei nos talia bona conſecutos.* Gloſſa ordin. in c. I. Act. *Evangelium eſt bona annunciatio, in qua annunciatur requies poſt laborem, regnum poſt ſervitium, vita poſt mortem.*

An in evangelio nova præcepta tradita?

§. XVII. Stare igitur hac in parte non poſſumus a ſcholaſticis, qui ſtatuunt, in evangelio, quod vocant novam legem, tradita eſſe perfectiora, ſeveriora & excellentiora præcepta, quæ factoribus adferant veram coram Deo juſtitiam, quæve promiſſionem habeant ſalutis & vitæ æternæ; ut hac ratione evangelium a lege differat tempore, præceptis, promiſſis & ſacramentis: veterem legem dicunt eſſe timoris, novam amoris: Chriſti beneficium per evangelii prædicationem nobis oblatum in eo ſolummodo conſiſtere ſtatuunt, quod infundat nobis habitum gratiæ, per quam præcepta evangelica implere & vitam æternam promereri poſſimus. Sic Bonaventura, Biel, & alii in III. ſent. diſt. 40. *Legi novae convenit vivificare tripliciter,* primo *formaliter ratione gratiae ſacramentalis,* ſecundo *adfectu ratione amoris ſpiritualis, ad quem excitant promiſſa,* tertio *exercitio ratione multiplicis bonae operationis tam praeceptorum, quam conſiliorum. In lege autem veteri promiſſa erant temporalia, praecepta exterius regulantia, ſacramenta figuralia, & ſic promiſſa non excitabant ad amorem ſpiritualem, praecepta non dirigebant ad juſtitiam interiorem, ſacramenta non adjuvabant ad faciliorem legis impletionem, & ita non vivificabant, quia ibi erat oſtenſio culpae, & non erat adjutorium gratiae, & per conſequens dabatur occaſio concupiſcentiae.* Hæc illi, quos ſequitur concilium Tridentinum ſeſſ. VI. can. 21. *Si quis dixerit, Chriſtum Jeſum a Deo hominibus datum eſſe, ut redemtorem, cui fidant; non etiam ut legislatorem, cui obediant, anathema ſit.* Cenſura Colonienſis p. 204. ſcribit: *Evangelii propriam doctrinam eſſe, ſi vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Salmeron. tom. IV. comment. p. 20. *Totius evangelii ſumma eſt, verbum illud: pœnitentiam agite.* Barradius tom I. comment. in concord. evang. lib. II. cap. 20. pag. 73. *Si Moſes legislator fuit, cur Meſſiae legislatoris nomen detrahetur? multo quidem major fuit Meſſiae etiam ex hac parte honor, quam Moſis. Moſes enim acceptam a Deo interventu Angelorum legem uni tantum populo tradidit: at Meſſias a ſe conditam legem non uni populo, ſed univerſo orbi tradidit.*

Argumenta Bellarmini pro parte adfirmante.

§. XVIII. Nobis cum Bellarmino res erit. Is libr. IV. de juſtif. cap. 2. ſe probaturum eſſe ſcribit, in evangelio contineri doctrinam operum & leges varias, ejusque promiſſiones requirere conditionem legis implendæ: quod ut obtineat, ſubjungit: *Evangelium duobus modis accipi poſſe, 1.) pro doctrina, quam Chriſtus & apoſtoli praedicarunt, & in libris evangeliſtarum aliisque apoſtolorum ſcriptis continetur: 2.) pro gratia nov. teſtamenti, quae & lex ſcripta in corde, & Spiritus vivificans & lex fidei dici ſolet, quamvis nomen evangelii non videatur in ſcripturis uſquam accipi, niſi priore modo, id eſt, pro doctrina.* Reſp. evangelium non ſolum *generaliter* accipitur pro univerſa doctrina, quam Chriſtus & apoſtoli in nov. teſt. prædicarunt, ſed etiam *ſpecialiter* & proprie pro læto nuncio de gratuita remiſſione peccatorum & vitæ æternæ hæreditate propter Chriſtum mediatorem, quod non ſolum ipſa vis vocabuli, ſed etiam deſcriptiones evangelii & argumenta noſtra ſuperius allata eviden-

ter

ter comprobant. Porro quod ad alteram ſignificationem evangelii attinet, qua juxta Bellarmini ſententiam accipiatur de infuſo gratiæ habitū, de ea non admodum ſoliciti ſumus, cum ipſemet fateatur, nuſpiam in ſcripturis ſacris evangelium eo ſenſu accipi. Certum quidem eſt, beneficium Chriſti in evangelio oblatum non tantum eſſe remiſſionem peccatorum, ſed & donationem Spiritus ſancti, per quem credentes renovantur, *& lex Dei in corda ipſorum ſcribitur;* Jer. XXXI. 33. quo reſpicit apoſtolus Gal. III. 2. *ex auditu fidei Spiritum accipi* confirmans: interim tamen ipſum evangelium non dicitur interior illa hominis renovatio, ſed effectus renovationis a cauſa *principali* & *inſtrumentali*, puta a Spiritu ſancto per evangelii verbum nos regenerante & renovante perpetuo diſtinguitur.

§. XIX. His ita præmiſſis ſubjungit Bellarminus: *Nos contendimus, evangelio contineri illa omnia, quae adverſarii ſoli legi tribuunt, quae ſunt praecipue tria, leges proprie dictae, comminationes & promiſſiones cum conditione obedientiae, quod poſtea ſigillatim confirmat.* Reſp. omnia Bellarmini argumenta procedunt ex falſa illa hypotheſi, quod evangelium nuſpiam in ſcripturis aliter accipiatur, niſi pro tota illa doctrina, quam Chriſtus & apoſtoli in nov. teſt. prædicarunt, quæque in libris evangeliſtarum aliisque apoſtolorum ſcriptis contineatur, cujus hypotheſeos falſitatem ſuperius luculenter oſtendimus. Poſſemus igitur uberiori ad argumenta illa reſponſione ſuperſedere, cum nihil aliud probent, quam in nov. teſt. ſcriptis, in concionibus Chriſti & apoſtolorum leges, comminationes, & promiſſiones cum obedientiæ conditione contineri, quod haud inviti largimur; ex eo tamen ſententiæ noſtræ nihil decedit, quin propria evangelii doctrina ſit gratuita promiſſio remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ propter Chriſtum fide apprehenſum. Videamus tamen, quid Bellarminus adferat. *Quod attinet* (inquit) *leges proprie dictas, id probamus ex c. V. Matth. ubi Dominus confirmat, explicat, & perficit legem Moſis de homicidio, adulterio, perjurio & ſimilibus rebus. Nam quod revera Dominus eam legem, ut a ſe explicatam, ſervari velit, perſpicuum eſt:* 1.) *ex modo loquendi:* Ego dico vobis, *quae verba legislatorem proprie decent.* 2.) *Ex eo, quod Dominus ait,* ſe non veniſſe ut legem ſolveret, ſed impleret. *Si enim nulla eſſet in evangelio legis obligatio, ſuſtuliſſet Dominus legem veterem, etiam quoad praecepta moralia.* 3.) *Quia* Matth. VII. *dicitur, quod Chriſtus docuerit ſicut habens poteſtatem, id eſt, ſicut legislator, qui ex auctoritate leges interpretatur, vel mutat, vel addit; non ſicut legisperitus, qui ſolum ex ſcientia legem explicat.* 4.) *Ex eo, quod concludit:* Si quis ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & ſic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. *Non igitur Dominus ſolum explicat legem veterem, ſed etiam jubet eam ſervari.* 5.) *Si lex vetus moralis ad Chriſtianos non pertineret, quare Dominus eam exponeret & perficeret?* Reſp. 1.) Contra antinomos hæc recte proferuntur & urgentur, noſtræ autem cauſæ nihil officiunt; quis enim noſtrum negat, legem moralem a Chriſto & apoſtolis in nov. teſt. explicari, repeti & urgeri, ac proinde a miniſtris nov. teſt. itidem explicandam, repetendam & urgendam eſſe? quis noſtrum unquam adſeruit, legem moralem ad Chriſtianos non pertinere? 2.) Chriſtus & apoſtoli prædicarunt non ſolum evangelium proprie ſic dictum de gratuita peccatorum propter Chriſtum mediatorem condonatione ac de publico exhibiti Meſſiæ præconio, quæ pars miniſterii ipſorum fuit præcipua; ſed & legis miniſterio uſi ſunt, variis omnino de cauſis, cumprimis ut legis moralis doctrina a corruptelis phariſaicis vindicata priſtino ſuo nitori reſtitueretur, ut ad peccati agnitionem & deſiderium gratiæ homines vel ſecuri, vel propriæ juſtitiæ perſuaſione turgidi perducerentur, ut norma bonorum operum renatis proponeretur; *neque enim lex per fidem deſtruitur, ſed potius ſtabilitur;* Rom. III. 31. ut a calumniis phariſæorum ac pſeudoapoſtolorum, quibus Chriſtus & apoſtoli gravabantur, ſe liberarent, ac ſi eſſent adverſarii & deſtructores totius legis, & adferrent doctrinam

An in evangelio contineantur leges.

ctrinam toto genere cum lege pugnantem, imo totam religioſæ pietatis formam, ex lege & prophetis conſtitutam, directe evertentem, ut perverſæ evangelii interpretationi obviam iretur, ac ſi per illud carnalis quædam licentia pro libitu vivendi fuerit introducta, debitum obedientiæ legi præſtandæ ſublatum, ac ſententia Dei in lege morali expreſſâ mutata, &c. Has judico præcipuas eſſe cauſas, propter quas in principio ſtatim miniſterii Chriſtus diſcipulis & auditoribus ſuis legem proponere voluit, cujus exemplum apoſtoli fideliter ſunt ſecuti. 3) Pervertitur igitur quæſtionis ſtatus, neque enim de eo controvertitur, an Chriſtus & apoſtoli in miniſterio ſuo una cum evangelii doctrina etiam legem propoſuerint? ſed id unice quæritur, quæ ſit genuina ac propria evangelii doctrina? Chriſtus non ſolum miſſus erat hoc fine, ut fieret hoſtia pro peccatis, impleret legem ſua obedientia & ſatisfactione, atque alias officii ſacerdotalis partes perageret, ſed etiam ut propheticum munus obiret, fungeretur miniſterio docendi, ac corruptelas cœleſtis doctrinæ tolleret. Ergo ut miniſtris eccleſiæ formam docendi perfectam proponeret, legis & evangelii doctrinam conjungere voluit, imo debuit, cum *per legem ſit peccati cognitio*, Rom. III. 20. VII. 7. quo nondum cognito, medicina non admodum curatur: *ſanat* Chriſtus per evangelium, ſed *contritos corde*, Luc. IV. 18. *praedicat remiſſionem*, ſed *captivis*, hoc eſt, captivitatem ſpiritualem agnoſcentibus, Eſa. LXI. 2. *reficit*, ſed *oneratos*, Matth. XI. 28. *evangelium praedicat*, ſed *pauperibus*. XI. 5. Jam vero illa cordis contritio ac ſpiritualis captivitatis, oneris & paupertatis cognitio non eſt niſi ex lege, quam proinde Chriſtus & apoſtoli in miniſterio ſuo neutiquam neglexerunt; interim propria Chriſti & evangelii doctrina manet lætum illud nuncium de gratuita peccatorum remiſſione propter Chriſtum mediatorem credentibus in ipſum promiſſa, quemadmodum etiam eo fine potiſſimum Chriſtus in mundum venit, ut pro peccatis mundi in ara crucis ſatisfaceret. 4) Non inviti igitur fatemur, Chriſtum Matth. V. interpretari, repetere, explicare & urgere legem; ſed *perficiendi* terminus ambiguus eſt: ſi enim hoc ſenſu accipitur, quod Chriſtus tradat ibidem perfectiorem quandam legem, ac præſcribat perfectiora quædam opera, quam quæ in lege morali erant mandata, quod ex illo loco Scholaſtici exſculpere conantur, negamus hoc ſenſu Chriſtum perficere legem; id quod ipſe Bellarminus quodammodo agnoſcit: ſic enim ſcribit: libr. III. de laicis cap. 13. *Dominus, qui dicit*, audiſtis, quia dictum eſt antiquis, oculum pro oculo, &c. *non reprehendit legem veterem, nec prohibet magiſtratum infligentem pœnam talionis, ſed reprehendit pravam phariſaeorum interpretationem, & prohibet privatis hominibus deſiderium vindictae, &c.* Libr. II. de monachis cap. 9. concedit, *verba Chriſti de praebenda percutienti maxilla altera, praeceptum continere, quod tamen intelligendum ſit de praeparatione animi*, & cum in eodem capite argumenta ex ſcripturis colligat, pro adſertione conſiliorum evangelicorum, prætermittit hanc Chriſti concionem. Omnium manifeſtiſſime hoc agnoſcit lib. IV. de juſtif. cap. 3. ubi concionem Chriſti *non legi morali, ſed corruptelis phariſaeorum oppoſitam eſſe ſcribit.* Sin vero *perficiendi* vox opponatur corruptelis phariſaicis, a quibus legem moralem Chriſtus vindicavit, & priſtinæ perfectioni eam reſtituit, concedimus hoc ſenſu ipſum perficere legem. 5) Chriſtus ſuum illud: *Ego dico*, ſæpius repetit, tum quia erat verus legis Dominus, qui cum Patre & Spiritu ſancto eam in monte Sinai promulgaverat, tum quia hanc ſuam authenticam legis explicationem phariſaicis corruptelis cum auctoritate oppoſuit; neutiquam vero novam & perfectiorem legem a ſe tradi, ſignificare voluit. 6) Phraſin illam, quod Chriſtus docuerit tanquam habens ἐξουσίαν, pulcerrime exponit Chemnitius in harmon. evangel. cap. 37. ſenſum ſcilicet ejus eſſe, quod *Chriſtus in docendo peculiarem & eximiam quandam auctoritatem ac majeſtatem prae ſe tulerit, quia non ut interpres vel alieno nomine, ſed ut Dominus propria auctoritate ex ſuo nomine dicebat:* Ego dico vobis, *quia miram quandam vim & ἐνέργειαν habebat ejus ſermo, Spiritu ſancto per verbum ejus corda auditorum ad pœnitentiam & fidem permovente, quia peculiari gratia magno*

zelo

& libertate docebat, quia doctrinam ſuam *ulis confirmabat, &c.* Nec ad ſolam legis itionem, ſed etiam ad propriam Chriſti do- im, videlicet ad concionem evangelii hæc referenda eſſe diſerte oſtenditur Marc. I. 22. IV. 32.

mmina- terro- angelio antur.

§. XX. Alterum, quod in evangelio contineri Bellarminus adſerit, ſunt comminationes & terrores; *quae* (inquit) *major comminatio excogitari poteſt, quam illa dominico ore prolata?* Matt.V. lixerit fratri ſuo: fatue, reus erit gehennæ & Matth.VII. Omnis arbor, quæ non fa- ictum bonum, exſcindetur, & in ignem mit- *Similes comminationes habentur paſſim in elio.* Vidit Bellarminus, reſponderi poſſe ere, has comminationes in nov. teſt. libris ſitas ad legem pertinere, ſicut contra pro- nes remiſſionis peccatorum, quæ in pro- leguntur, ad evangelium referendæ ſunt, huic noſtræ reſponſioni obvertit ſequentia ra. 1) *Satius eſt corrigere definitionem quod evangelium ſit verbum laetum & atorium, quam dicere maximam partem um Chriſti non eſſe verba Chriſti, ſed, & Chriſtum in evangelio nihil minus evangelium praedicare.* 2) *Apoſtolus* Rom. I. *ipſi evangelio tribuit officium di, cum revelatio irae Dei tribuatur evan- ſiquidem in evangelio revelatur juſtitia e fide, ut juſtificati evadant iram Dei, idem evangelium omnibus impiis immineatur, unde* c. II. *idem apoſtolus ait:* In :um judicabit Dominus occulta hominum um evangelium meum. 3) *Petrus in die oſtes accepto Spiritu S. evangelium praedi-* Act. II. *interim ex ejus praedicatione au- territi ſunt, & compuncti corde.* 4) *etiam, cum evangelium praedicaret, s terrefaciebat.* Act.XXIV. *Felix cum Dru- udiens diſſerentem apoſtolum de juſtitia & te & judicio futuro, tremefactus eſt. Ja- in 5. epiſt. Divites plorare jubet; Judas ntu Chriſti ad judicium ſcribit:* Apoc.XIV. *vangelii eſt:* Timete Dominum, & date illi honorem. *At hi omnes praedicarunt evangelium;* ex quo concludit Bellarminus: *Cum Chriſtus & omnes apoſtoli evangelizando terreant, & in ſymbolo apoſtolico, quod evangelii ſummam continet, ſit etiam articulus de futuro judicio, falſum eſt, quod ſit proprium legis officium terrere, neque hoc ad evangelium pertinere.* Reſp. 1) Nemo noſtrum negat, Chriſtum & apoſtolos in concionibus ſuis comminationes propoſuiſſe; ſed an hæ pertineant ad evangelii doctrinam proprie ſic dictam? id vero eſt, quod diſerte negamus. Frivolum eſt, quod urgetur, hac ratione maximam partem ſermonum Chriſti ad legem Moſis pertinere; quia reſpectu temporis & auditorum tam evangelicas quam legales conciones Chriſtus propoſuit, neque hac in parte tam ad numerum, quam ad temporis & auditorum conditionem reſpiciendum eſt. Voluit Chriſtus initium prædicationis ſuæ facere ab explicatione legis propter cauſas ſuperius adſignatas, præſertim vero, ut conſolatio evangelii in animis auditorum locum inveniret, poſtea ſæpiſſime conſolationes vere evangelicas auditoribus ſuis propoſuit. Pari ratione, quoties Chriſto res fuit cum impœnitentibus & ſecuris, vel etiam cum phariſæis aliisve perſuaſione juſtitiæ propriæ faſcinatis, legem eis inculcavit, ut ad peccati agnitionem eos perduceret: ſed quoties cum conſcientiis peccatorum ſenſu territis ipſi agendum fuit, evangelii conſolationem iisdem propoſuit, ut ex Evangelica hiſtoria paſſim conſpicitur. 2) Iram Dei in evangelio revelari Paulus non ſolum nuſpiam dicit, ſed etiam contradicit, legi naturali & morali hoc tribuit, ut cap. I. & II. epiſt. Rom. διέξοδος evidenter oſtendit. Rom. I. 18. *Revelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem hominum;* v. 19. *quia quod notum eſt de Deo, manifeſtum eſt in illis,* nimirum per legem naturæ. Rom. II. 12. *Quicunque ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt, quicunque in lege peccaverunt, per legem peribunt* Rom.IV. 15. *Lex iram operatur.* De evangelio contra pronunciat, quod illud ſit *prius annunciatum per prophetas in ſcripturis ſacris:* Rom.I.2. quod ſit *potentia Dei ad ſalutem omni credenti:* v.16. quod in *eo ſine lege juſtitia Dei manifeſtetur legis & prophe-*

prophetarum teſtimonio comprobata; &c. Rom. III. 21. quo ſenſu ac reſpectu evangelium dici poſſit concio pœnitentiæ, qua incredulitas accuſetur, ſuo loco expoſitum & expeditum dabitur. 3) Petrus Act. II. denunciat Iſraëlitis Dei iram & judicium ex eo, quod crucifixerint Chriſtum Dei Filium, quod erat peccatum longe maximum & graviſſimum: jam vero *per legem eſt peccati agnitio*, Rom. III. 20. *interemiſtis Chriſtum*, dicit Petrus, v. 23. διὰ χειρῶν ἀνόμων; jam vero ἡ ἁμαρτία ἐςὶν ἀνομία 1 Joh. III. 4. cujus ἐπίγνωσις non eſt niſi ex lege; inde ergo eſt, quod auditores Petri cordibus compunguntur, quibus ita compunctis promiſſionem evangelicam de gratuita peccatorum remiſſione proponit. v. 38. 4) Paulus non ſolum ex evangelio fidem, quæ eſt in Chriſtum, docuit, ſed etiam ex lege de juſtitia, caſtitate & futuro judicio diſſeruit, normam pietatis & ſanctæ converſationis Felici proponens, ne exiſtimaret per evangelium dari libertatem carnis. Idem judicium eſto de concionibus Jacobi, Judæ & Johannis; utrumque doctrinæ cœleſtis caput, tam legem, quam evangelium proprie dictum auditoribus ſuis propoſuerunt, quin imo proponere debuerunt, lex ſine evangelio vel hypocritas facit vel deſperabundos; evangelium ſine lege ſecuritatem carnalem alit, ac proinde quamvis lex & evangelium accurate ſint diſtinguenda, tamen in ipſa praxi, in vera ſcilicet pœnitentia, & pœnitentiæ prædicatione, ſunt arctiſſime connexa, imo *quavis mathematica conjunctione viciniora*, ut recte ſcribit Lutherus in III. Gal. Angelus in Apoc. XIV. 6. non terret, ſed habet εὐαγγέλιον αἰώνιον εὐαγγελίσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, annunciat lætam horam judicii, non extremi illius, ſed quo Deus antichriſtum revelatum judicaturus. 5) Articulus de extremo judicio terrorem incutit impœnitentibus & incredulis, ſed efficaciſſimam conſolationem præbet vere piis & in Chriſtum credentibus, *qui non judicabuntur* ſevero ſcilicet & damnatorio judicii rigore, Joh. III. 18. nec *in judicium veniunt*, Joh. V. 24. cum Chriſtus eos *a futura ira liberaverit*. 1 Theſſ. I. 10. His igitur erit dies ἀπολυτρώσεως, Luc. XXI. 28. dies ἀποψύξεως, Act. III. 19. dies ἀποκαταςάσεως, v. 21. qui ad cœleſtes nuptias agni ipſos transferet Apoc. XIX. 7. Quo reſpectu ad evangelium hic articulus pertinet; impiis vero & incredulis erit dies iræ & ultionis, judicii & damnationis, in quo exſecratio legis, cui obnoxii ſunt, ſuum ſortietur effectum.

§. XXI. Antequam Bellarminus deſcendat ad tertium, quod in evangelio contineri adſerit, videlicet conditionales promiſſiones, reſpondere prius conatur argumento: ſi comminationes pertinent ad evangelium, quare dicitur lætum nuncium? *Nomen evangelii*, inquit, *impoſitum eſt ad ſignificandum officium unum, idque potiſſimum apoſtolicae praedicationis, ſed non propterea ſequitur, non eſſe etiam alia officia evangelii, quamvis eo nomine non explicetur, quomodo clavis dicitur, quia claudit, & tamen etiam aperit, & lingua dicitur inſtrumentum lingendi, quod eſt tamen inſtrumentum etiam loquendi.* Reſp. cum vox evangelii γενικῶς uſurpatur pro univerſa Chriſti & apoſtolorum prædicatione, certum eſt a potiori doctrinæ parte, videlicet promiſſione gratiæ, denominationem fieri. Oſtendimus autem ſuperius, evangelium proprie & ἰδικῶς pro læta concione de gratuita peccatorum propter Chriſtum mediatorem condonatione accipi, id quod non ex ſola nominis interpretatione, ſed ex ſpeciali propheticæ & apoſtolicæ ſcripturæ accommodatione, adeoque ex realibus fundamentis confirmatum dedimus. Quamvis igitur etymologiæ totam rei naturam non ſemper exprimant, illud tamen in hoc exemplo fieri, reliqua argumenta comprobant, cum terribilis illa concio iræ divinæ nuſpiam diſtincte & ſeorſim ſumta evangelium dicatur. (*) Quæ de

(*) Diſſimilitudo etiam eſt in exemplis. Nam inſtrumentum aperiendi & claudendi ubique dicitur clavis, ſive claudat, ſive aperiat, neque datur aliquod diſtinctum nomen, quo adpelletur inſtrumentum aperiendi. At præter evangelium datur aliquod peculiare vocabulum, quo notatur triſtis concio iræ & pœnitentiæ, nimirum legis vocabulum. Meiſnerus part. II. ſobr. phil. ſect. 1. cap. II. q. 18. GERHARDUS.

de incredulitatis per evangelium accuſatione, itemque de diſcrimine vet. ac nov. teſt. Bellarminus ſubjungit, ſuum habebunt inferius locum.

An promiſſiones conditionales in evangelio contineantur.

§. XXII. Accedimus igitur ad tertium, quod in evangelio contineri, probare nititur Bellarminus, videlicet conditionales promiſſiones. *Veniamus* (inquit) *ad tertium diſcrimen, quod eſt hujus loci maxime proprium. Igitur promiſſiones evangelicas conditionales eſſe, non abſolutas, probatur primo* ex V. cap. Matth. Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. *Haec certe promiſſio eſt evangelica, cum regnum cœlorum requirat, & tamen requirit conditionem juſtitiae non imputatitiae, ſed actualis & operoſae, quae in perfecta mandatorum operatione conſiſtit, ut oppoſitio ibidem docet.* Reſp. argumentum Bellarmini procedit ex falſa hypotheſi, ſcilicet ubicunque promittitur vita æterna, ibi proponi evangelicam promiſſionem, quia etiam lex promittit vitam æternam, addita tamen conditione de perfecta impletione; *Propoſui tibi vitam & mortem*, Deut. XXX. 15. *Fac hoc, & vives*, Luc. X. 28. *faciens ea homo, vivet in eis*, Gal. III. 12. Porro, quod ad dictum Matth. cap. V. attinet, manifeſtum eſt, illud opponi phariſaieæ juſtitiæ, quæ non erat abundans, ſufficiens & perfecta; Chriſtus igitur abundantiorem & perfectiorem requirit juſtitiam, quæ eſt juſtitia fidei, quam Bellarminus hoc loco *imputatitiam*, alibi vero *putativam* juſtitiam per calumniam vocat. Phariſæi *ſectantes legem juſtitiae, fidei juſtitiae non erant ſubjecti*, Rom. X. 3. videbant, ad juſtitiam & vitam æternam opus eſſe impletione legis, animadvertebant autem impoſſibile eſſe, minutiſſima quæque in lege, ut de interioribus motibus in mente, voluntate & corde, de nævis quibusdam in geſtibus, in verbulo aliquo, ex toto corde & omnibus viribus, perfecta conformitate implere; fingebant igitur talem diſtinctionem, quod quædam mandata legis ſint magna, quædam vero minima, ac licet quis in mandatis de interioribus motibus ſeu adfectibus cordis legi perfecte non ſatisfaciat, ſi modo κατ δύναμιν mandata magna de operibus externis ſervet, eum eſſe coram Deo juſtum, & regnum cœlorum hac juſtitia promereri poſſe; quam fuiſſe phariſæorum doctrinam, ex concione illa evidenter adparet: huic vero Chriſtus magna adſeveratione ſuam opponit reſponſionem, & pronunciat, per imperfectam illam juſtitiam, quæ tantum particulam quandam legis de externis operibus utcunque implet, neminem poſſe ingredi regnum cœlorum; requirit igitur a ſuis perfectiorem & abundantiorem, hoc eſt, abundantiſſimam, pleniſſimam & perfectiſſimam legis impletionem, quam cum in ſe non inveniant, fide quærant & adprehendant in Chriſto, *qui eſt finis legis ad juſtitiam omni credenti.* Rom. X. 4. Ex hac fidei juſtitia oritur in renatis operum juſtitia, quæ itidem multis modis perfectior eſt in renatis, quam externa illa phariſaica juſtitia, cum procedat ex renovatione Spiritus, & conjunctam habeat interiorem obedientiam cordis, cum ſit ſpontanea & voluntaria, non mercenaria, cum reſpiciat totam legem, non tantum particulam quandam legis, cum ex ſincero corde, non autem hypocritico, ex ſincera Dei dilectione procedat, & ſolam Dei gloriam, non autem proprium commodum vel honorem quærat. Ergo juſtitia fidei & juſtitia operum in renatis perfectior eſt & abundantior, quam phariſaica juſtitia. Interim tamen cum renati, licet *mente ſerviant legi Dei*, tamen *carne ſerviant legi peccati*; Rom. VII. 25. cum ipſis renatorum operibus imperfectiones & ſordes adhæreant, ideo per & propter opera ſua, quia imperfecta ſunt & immunda, non poſſunt ingredi regnum cœlorum, ac proinde in hac quæſtione, ut ingredi poſſint regnum cœlorum, non ad juſtitiam carnis phariſaicam, nec ad ſpiritualem ſuam imperfectam obedientiam, ſed ad perfectiſſimam Chriſti juſtitiam fide confugiunt. Hactenus doctiſſimus Chemnitius in cap. 51. harm. evang. p. 337. Ex quibus evidenter adparet, pronunciatum Chriſti Bellarmino non ſolum non ſuffragari, ſed & fortiſſime adverſari: ipſe enim itidem diſputat, peccata quædam eſſe natura ſua venialia, peccata quædam fieri præter legem, non contra legem, concupiſcentiam interiorem non eſſe peccatum,

mandatum dilectionis oſtendere tantum finem, ad quem contendere debeamus, non autem ad perfectam impletionem obligare, opera renatorum eſſe perfecta & vitæ æternæ meritoria &c. perinde ut olim phariſæi genuinam doctrinam legis diſtinctione inter magna ac minima mandata pervertebant. Requirit omnino Chriſtus perfectiorem juſtitiam a ſuis, quam erat phariſaica, ut poſſint ingredi regnum cœlorum, ea vero eſt juſtitia fidei, ut ſuo loco latius demonſtrabitur; quin & perfectiorem operum juſtitiam a renatis requirit, quam erat phariſaica, ex quo tamen nondum ſequitur, quod per ac propter eam poſſint ingredi regnum cœlorum.

Matth. XIX. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Luc. X. Hoc fac, & vives.

§. XXIII. Pergit Bellarminus, & *ſecundum* probationis fundamentum quærit in dictis Chriſti Matth. XIX. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Luc. X. *Hoc fac, & vives. Hae ſunt apertiſſimae promiſſiones vitae aeternae, & tamen apertiſſimam exigunt obedientiae conditionem.* Neve obverti poſſit, Chriſtum hæc dixiſſe *ironice*, ut ſignificaret, fieri non poſſe, ut quis mandata divina cuſtodiat, regerit Bellarminus quatuor membra. 1) *Si ironica eſſet reſponſio, ideo talis eſſet, quia ad legisperitos vel phariſaeos dirigeretur; jam vero Chriſtus eodem modo apoſtolos ſuos non ironice, ſed proprie & ſerio alloquitur;* Si hæc ſcitis, beati ſi feceritis: vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis; ſi dimiſeritis hominibus peccata eorum, etiam Pater veſter cœleſtis dimittet vobis. 2) *Is, cui Dominus dixit:* ſi vis ad vitam ingredi, ſerva mandata, *non erat ſcriba nec phariſaeus, ſed dives adoleſcens, nec venit, ut Chriſtum tentaret, ſed ut viam ſalutis addiſceret.* 3) *Is, cui Dominus dixit*: fac hoc, & vives, *legisperitus erat, & Dominum tentaturus acceſſit, ſed tentatio illa non erat ad fallendum, ſed ad inquirendum, quid Dominus de via ſalutis doceret.* 4) *Chriſtus etiam ſubdole & fallaciter tentatus non ironice, ſed proprie reſpondebat.* Reſp. 1) De loco Matth. XIX. agetur in ſequentibus, quando ſupererogationis opera conſideranda erunt: hac vice monemus, nullum eſſe hujus argumenti nexum. Chriſtus non locutus eſt *ironice*, ſed ſerio & proprie. Ergo propriam evangelii doctrinam propoſuit; imo vero legem ac perfectam legis impletionem urgere voluit, ut auditores illos a falſa juſtitiæ propriæ opinione, qua faſcinati erant, ad peccati & ἀδυναμίας cognitionem abduceret, ac demonſtratione morbi deſiderium medici in eis excitaret. 2) Adoleſcentem illum, qui Matth. XIX. 16. Chriſtum compellat, opinione juſtitiæ propriæ ac perfectæ impletionis legis inflatum fuiſſe, ex textu evidenter adparet, dicit enim vers. 20. *Omnia haec ſervavi a juventute mea.* Luc. XVIII. 18. vocatur ἄρχων, quæ adpellatio Nicodemo phariſæo tribuitur; Joh. III. 1. Adparet igitur, hunc adoleſcentem in ſchola phariſæorum inſtitutum externa qualicunque obedientia legis divinæ impletionem definiiſſe, unde quæſtionem ſuam hoc modo format: *Quid boni faciam, ut haereditem vitam aeternam?* nimirum per opera ſua ſalvari cupit, ideo etiam Chriſtus hoc potiſſimum agit, ut ipſum convincat, quod nec Deum nec homines perfecte diligat, cum propter ſpeciale Dei mandatum nolit omnia deſerere, & pauperibus bona ſua erogare. 3) Legisperitum illum, cujus mentio fit Luc. X. fuiſſe propriæ juſtitiæ perſuaſione turgidum, ex textu itidem adparet; quærit enim v. 25. *Quid faciendo vitam aeternam poſſidebo?* quo dicit: prædicas diſcipulos tuos beatos, quia te videant & audiant; atqui & ego meique collegæ vitam æternam ſperamus; Deus legem nobis dedit per Moſen, ut per eam nobis monſtraret viam ad vitam æternam, nec dubitamus, quin per obſervationem legis vitam æternam adituri ſimus, aut num perfectiorem & compendioſiorem viam docere potes? Chriſtus igitur remittit eum ad legem, *quid ſcriptum eſt in lege?* dicit v. 26. cumque νομικὸς legis ſummam recitaret, ſubjungit Chriſtus v. 28. *recte reſpondiſti, hoc fac, & vives*, quo dicit: non poterunt meliora ac præſtantiora opera inveniri, quam quæ in lege ſunt præcepta, ſed non ſufficit legis cognitio, ſed requiritur etiam obſervatio, nec ſufficit qualiscunque obedientia, ſed requiritur perfecta & numeris omnibus abſoluta, quam huic legisperito, qui *ſe ipſum volebat juſtificare*

29. hoc eſt, *confidebat in ſe, quod eſſet* r, Luc. XVIII. 9. deeſſe, Chriſtus eviden- t eo probat, quod ne quidem adhuc nove- quis ſit proximus, nedum ut eum diligendo cte legem impleverit, quin & in parabola iptionem naturæ noſtræ per peccatum intro- im, legis ad juſtificationem ἀδυναμίαν, ac lis Samaritani beneficium ipſi proponit, ut ram ſalutis viam ipſum deducat. 4.) Sic ergo ſtus, pro diverſitate percunctatorum ac audi- n, diverſa dedit reſponſa. Quando eum ac- unt homines opinione juſtitiæ propriæ faſci- quærentes, quid faciendo ac quibus operi- itam æternam ſibi comparare deberent, ibi gem eos remiſit, cum non ſit ſanctior ac ctior operum regula, quam doctrina legis, erfectam obedientiam præſtando vita æter- nnino acquiri poteſt, nec tamen propterea ſtus adfirmat, vel iſtum juvenem, vel hunc eritum, vel alios ejusmodi homines perfecte n impleviſſe vel implere poſſe, ſed hoc po- igit, ut ipſos convincat, quod legem per- implere non poſſint. Quando vero acceſ- it eum homines peccatorum ſenſu territi ac riti, non ad legem eos remiſit, ſed conſo- nes vere evangelicas ipſis propoſuit, hiſto- vangelica paſſim id comprobante; tales ſi- m morbum ſuum agnoſcebant, medicum erabant, conſolationem quærebant, reliquis uali quadam phreneſi ſeſe ſanos eſſe ſomnian- . 5) Proinde plane nihil ad rem facit, l Bellarminus dicit, *Chriſtum non reddidiſſe m pro bono, ideoque non ironice, ſed pro- reſpondiſſe*; abſit enim, ut hoc ſenſu *iro- n*, hoc eſt, ſubdolam ac fallacem reſpon- m Chriſto tribuamus, neque id Luthero in III. ep. ad Gal. commentanti in mentem venit, dem dicit, quod antea late oſtendimus, vide- Chriſtum ad legem illos, qui propriæ ju- opinione faſcinati erant, revocare voluiſſe, l peccati ac ἀδυναμίας ſuæ agnitionem eos uceret. 6) Quo vero ſenſu ac reſpectu con- nem bonorum operum & novæ obedientiæ poſtolis adeoque ab omnibus renatis Chri- exigat, paulo poſt expeditum dabitur.

§. XXIV. *Tertium* fundamentum, quo Bellarminus probare nititur, promiſſiones evangelicas eſſe conditionales, petit ex doctrina apoſtolorum, qui paſſim conditiones operum inculcant. Rom. VIII. 13. *Si Spiritu actiones carnis mortificaveritis, vivetis;* v. 17. *cohaeredes Chriſti ſumus, ſi tamen compatimur.* 2 Tim. II. 11, 12. *Si commortui ſumus, & convivemus; ſi ſuſtinebimus, etiam una regnabimus.* Jac. II. 8. *Si tamen legem perficitis regalem.* 2 Petr. I. 11. *Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in aeternum regnum.* 1 Joh. I. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra.* Apoc. III. 21. *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo.* Reſp. Dicta hæc non ſunt unius generis, cum quædam exigant pœnitentiam, quædam præſcribant novam obedientiam, quædam concionentur de cruce, perpetuo piorum hoſpite ac comite. In genere dicimus, in his & ſimilibus pronunciatis requiri a renatis mortificationem veteris hominis, ſtudium novæ obedientiæ ac patientiam in cruce, non tanquam talem quandam conditionem ac cauſam, propter quam juſtitia, ſalus & vita æterna contingat, cum per fidem ex gratia Chriſti juſtitia nobis imputetur, cumque vita æterna ſit gratuitum Dei donum, non autem operum noſtrorum meritum, denique cum hæc dicta proponantur renatis, hoc eſt, illis, qui per veram in Chriſtum fidem juſtificati, ac hæredes vitæ æternæ ſcripti ſunt; ſed hæ conditiones ideo adduntur, ut exprimatur 1) quibus demum ipſo actu plena vitæ æternæ poſſeſſio contingat, ſcilicet illis, qui in vinea Domini laboraverint, qui perſeveraverint, qui vicerint &c. Matth. X. 22. *Qui perſeveraverit, ſalvus erit.* Apoc III. 5. *Qui vicerit, induetur veſtimentis albis* &c. 2) Quo fine nobis conferatur juſtitia, vita æterna & Spiritus S. donatio per veram in Chriſtum fidem, videlicet ut impoſterum Deo gratos nos exhibeamus, non amplius vivamus ſecundum carnem, ſed in novitate Spiritus. Luc. I. 74. Ideo fecit Deus redemtionem, *ut liberati de manu inimicorum noſtro-*

Rom. VIII. Si Spiritu actiones carnis mortificaveritis, vivetis. 2 Tim. II. Si commortui ſumus, & convivemus &c.

rum ſerviremus ipſi in ſanctitate & juſtitia. Tit. II. 14. *Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum περιούσιον ζηλωτὴν τῶν ἔργων.* 3) In quibus operibus noſtram Deo probare debeamus ac poſſimus obedientiam, ut non ſolum dicamur, ſed & vere ſimus Dei filii. Matth. V. 44. *Diligite inimicos veſtros*, v. 45. *ut ſitis filii Patris veſtri cœleſtis.* Jac. II. 8. *Si legem perficitis regalem ſecundum ſcripturam: Dilige proximum tuum ſicut te ipſum, benefacitis.* 4) Qua via poſt impetratam peccatorum remiſſionem incedendum ſit ad propoſitum vitæ æternæ brabeum contendentibus. 1 Cor. IX. 24 *Sic currite, ut comprehendatis.* 2 Tim. IV. 7. *Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi.* 5) Quod cum exceptione crucis promiſſiones præmiorum corporalium & ſpiritualium, temporalium & æternorum ſint intelligendæ, ac quod crucem tandem conſecutura ſit gloria. Act. XIV 22. *per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum cælorum.* Rom. VIII. 17. *Cohaeredes ſumus, ſi tamen una patimur.* 6) Quod remiſſio peccatorum, ſalus & vita æterna nequaquam contingat ſecuris, impœnitentibus, in peccatis contra conſcientiam pergentibus, ſed illis, qui peccata ſua agnoſcunt, ſerio dolent, fide Chriſtum amplectuntur, & fidem per opera demonſtrant. 1 Joh. I. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata.* 7) Quibus indiciis externis interior fides ac inhabitatio Spiritus S. manifeſtetur. Joh. XIII. 35. *In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei ſitis, ſi dilectionem habueritis invicem.* Joh. XV. 10. *Si praecepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea.* 1 Joh. II. 3. *In hoc ſcimus, quod cognovimus eum, ſi mandata ejus ſervemus.* 8) Denique hæ conditiones ideo adduntur, quia renati per peccata contra conſcientiam excidunt Dei gratia, excutiunt Spiritum S. amittunt fidem ac ſalutem æternam. Ezech. XVIII. 24. *Si averſus fuerit juſtus a juſtitia ſua, nunquid vivet?* Rom. VIII. 13. *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini.* Breviter, quibus argumentis ac cauſis probatur operum neceſſitas in renatis, propter eaſdem etiam conditionales iſtæ particulæ adduntur, qua de re in tract. de bonis operibus late diſputabitur.

Ezech. XVIII. Si impius averterit ſe ab impietate ſua &c. vita vivet.

§. XXV. *Quartum* probationis membrum petit Bellarminus ex doctrina prophetica. *Promiſſionibus propheticis de remiſſione peccatorum adduntur conditiones pœnitentiae & obedientiae erga Dei mandata.* Ezech. XVIII. 21. *Si impius averterit ſe ab impietate ſua, & fecerit juſtitiam & judicium, vita vivet.* Reſp. evangelium docet, vitam æternam eſſe gratuitum Dei donum, per & propter Chriſtum credentibus contingens, ut ſuo loco late demonſtrabitur, ergo promiſſio ejus a pœnitentia & facienda juſtitia, tanquam a conditione quadam meritoria, pendere nequit. Deſcribitur autem vera ad Deum converſio, cujus præcipua pars eſt fides in Chriſtum a ſuis fructibus & conſequentibus, quæ ſunt averſio ab impietate & obedientia erga Dei mandata, ſicut hæc conjunguntur in ſcripturis, declinare a malo & facere bonum, odiſſe peccata & ſectari juſtitiam, exuere veterem hominem & induere novum, deponere opera tenebrarum & induere arma lucis, & ab his fructibus tam non poteſt vera ad Deum converſio ſeparari, quam ab igne calor, a ſole ſplendor, nec tamen illis fructibus meritum aliquod remiſſioni peccatorum vel vitæ æternæ adſcribi poteſt, cum per fidem in Chriſtum hæc unice contingant.

Quo pacto fides requiratur in promiſſionibus evangelicis.

§. XXVI. *Quintum* argumentum Bellarminus petit ex ipſamet noſtrum conceſſione. *Fidem* (inquit) *in promiſſionibus evangelicis requiri non negant adverſarii, ex quo ſequitur primo, falſum eſſe, quod promiſſiones evangelii negantur eſſe conditionales, cum aliqua in illis conditio, ſcilicet fidei, requiratur: ſecundo, falſum eſſe, quod non requiratur conditio legis implendae, nam quibus verbis ſcriptura docet requiri conditionem fidei ad ſalutem, iiſdem, vel etiam clarioribus docet requiri conditionem legis implendae, ut patet ex adductis locis* Reſp. 1) Quando evangelicas promiſſiones conditionales eſſe negamus, non quamvis conditionem, ſed in ſpecie condi-

ſitionem noſtrorum meritorum excludimus, c ratione *conditionale* opponatur *gratuito.* ıt quidem Bellarminus, hæc ſibi invicem op-, cum ipſa etiam obedientia legis ſit donum ut hac ratione Deus det gratiam pro gra- hoc eſt, gratiam indulgentiæ pro gratia pœ- tiæ, gratiam vitæ æternæ pro gratia meri- n; ſed accurate notandum, nos non ſim- er opponere *gratuitum* & *conditionale*, ſed reſpectu, videlicet in articulo juſtificatio- Quamvis enim fides & opera per ſe abſo- k ſimpliciter non ſint oppoſita, ſed ſubor- a, ſiquidem reſpectum cauſæ & effectus in- ı obtinent, fides exſerit ſe per opera dile- is, & opera de fide teſtimonium ferunt: ta- in actu juſtificationis diſertæ ſunt oppoſitio- poſtolicæ; credenti, non operanti; ex ev- io, non ex lege; ex gratia, non ex operi- ex Deo, non ex nobis &c. qua de re ſuo

2) Alia igitur eſt conditio *fidei* a condi- *operum*: illa non opponitur gratuito do- quemadmodum adprehenſio, quæ fit per ici manum, non opponitur liberalitati do- ; hæc vero eidem diſerte opponitur Rom. . *Si ex gratia, jam non ex operibus.* Id ab aliis ſic exprimitur: particula *ſi* aut eſt λογικὴ aut συλλογιςικὴ, id eſt, deſignat n vel conſequentiam. In concionibus le- ıs: *ſi feceris hoc, vives*, particula *ſi* eſt λογικὴ, ſiquidem obedientia eſt cauſa, pro- uam ſervantibus legem datur vita æterna; evangelicis promiſſionibus: *ſi credideris, r eris*, particula *ſi* eſt συλλογιςικὴ, de- ır enim modus adplicationis divinitus con- s, ſoli fidei competens. 3) Depravatio eſt dicti pulcerrimi, quod pro gratia me- m det Deus vitæ æternæ gratiam, pro gra- nitentiæ gratiam indulgentiæ, neque enim tui, nec analogiæ fidei hæc explicatio con- Senſus dicti eſt, quod propter illam gra- qua Pater Filium ſub lege pro nobis factum & acceptat, nos etiam ſibi gratos & acce- eddat. Rom. V. 15. Eph. I. 6. Chriſtus ſua ntia & paſſione adquiſivit nobis gratiam , ac propter illam gratiam etiam nos credentes in gratia ſumus. Pœnitentibus datur quidem remiſſio peccatorum, & ex fide bene operantibus vita æterna, interim nec pœnitentia noſtra meritum eſt remiſſionis, nec opera noſtra vitæ æternæ.

An evangelium requirat conditionem obedientiæ.

§. XXVII. Adfine eſt huic argumento Bellarmini illud, quod in præcedente cap. I. libri IV. de Juſtificatione producit hoc ſchemate indutum: *Si evangelium nullam requirit conditionem obedientiae, ſed eſt ſola fide contentum, certe qui nihil boni faciet, conſentanee ad evangelium vivet.* Reſp. 1) Plus ſubſumit conſequens, quam antecedens permittit. Quamvis enim evangelium annunciet gratuitam peccatorum remiſſionem propter Chriſtum, & hoc reſpectu nullam requirat operum conditionem, videlicet tanquam meritum & cauſam remiſſionis peccatorum, ex eo tamen non poteſt nec debet inferri, eum conſentanee ad evangelium vivere, qui nihil boni faciat, cum per *verbum evangelii* non ſolum *detur* peccatorum remiſſio credentibus, ſed etiam Spiritus S. Gal. III. 2. *qui legem Dei ſcribit in corda noſtra* Jer. XXXI. 33. & ad omnis generis bona opera *impellit*, Rom. VIII. 14. ut hac ratione lex & evangelium in praxi ſint conjunctiſſima. 2) Quid? quod illa ipſa fides per evangelii prædicationem in cordibus accenſa, quamvis in negotio juſtificationis unice reſpiciat Chriſtum, ac gratuitam peccatorum remiſſionem impetret, ejus tamen proprietatis eſt ac naturæ, ut per dilectionem & alios fructus Spiritus efficax ſit, Gal. V. 6. nec cum peccatis contra conſcientiam ſtare poſſit? 3) Proinde quando quæritur, quis vivat conſentanee evangelio? non amplius de juſtificatione, ſed de vita ac moribus hominis per fidem in Chriſtum juſtificati quæſtio eſt, quo reſpectu is demum conſentanee evangelio vivere dicitur, qui fidem per opera exſerit, cum fides ex evangelii prædicatione orta per opera ſit efficax. Phil. I. 27. *Tantum evangelio Chriſti* ἀξίως πολιτεύεσθε *(digne converſemini)* μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίςει τοῦ εὐαγγελίου. 4) Eandem

dem objectionem formabant pſeudoapoſtoli contra Paulum, cui reſpondet Rom. III. 31. *Num legem deſtruimus per fidem? abſit, ſed legem ſtabilimus.* Idem ſibi reſponſum ſtatuat Bellarminus. Num opera deſtruimus per evangelium? abſit, ſed opera ſtabilimus, nimirum, quia per evangelium datur fides & Spiritus ſanctus, ut in operibus bonis credentes ambulent & fructus juſtitiæ Deo gratos proferant. Pulcre Anshelmus in III. Rom. *Per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiae contra peccatum, per gratiam ſanatio animae a vitio peccati, per animae ſanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium juſtitiae dilectio, per juſtitiae dilectionem legis operatio: ac per hoc lex non deſtruitur per fidem, ſed ſtabilitur, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur, gratia ſanat voluntatem, qua juſtitia libere diligatur.*

An evangelium & fidem & opera requirat.

§. XXVIII. Regerit Bellarminus: *Evangelium requirit fidem; fides requirit opera. Ergo & evangelium requirit opera, ſi non immediate, tamen mediate.* Reſp. 1) Utraque *praemiſſarum* laborat ambiguitate. Evangelium requirit fidem, non eo modo, quo lex requirit opera, per viam coactionis; ſed eſt efficax organum, per quod Spiritus S. in cordibus hominum fidem accendit. Lex requirit opera, ſed non dat vires ad faciendum; evangelium requirit fidem, ſed dat vires credendi, quo ſenſu dicitur verbum fidei, auditus ac prædicatio fidei. Quemadmodum igitur perpetuus eſt nexus *relati & correlati*, ita quoque dici poteſt ab evangelio requiri fidem tanquam correlatum, cum fides ſit organum illud, quo beneficia Chriſti in verbo evangelii oblata adprehendimus. Fides requirit opera, hoc eſt, vera fides per opera ſeſe exſerit, & inſtar generoſæ ac fertilis arboris bonos fructus profert, quibus ſe Deo gratam & hominibus officioſam probet. 2) Quamvis igitur ſano ſenſu dici poſſit, fidem ex evangelio ortam requirere opera, tamen ex eo nec poteſt nec debet inferri, quod vel evangelium, vel fides ex evangelio orta, ad juſtificationem promerendam vel efficiendam opera requirat, cum non requirantur ut cauſa vel meritum juſtificationis, ſed ut ejusdem conſequens ac effectum. Quo pertinet, quod vulgo dicitur, fidem habere duplicem ἐνέργειαν, *formalem* unam, qua in evangelio intuetur & adprehendit Chriſtum cum omnibus ſuis beneficiis, & hactenus juſtificat: *effectivam* alteram, qua ſe exſerit per bona opera, quorum regula & norma eſt lex divina. 3) Ex ambiguis præmiſſis ambigua oritur concluſio. Evangelium enim requirere opera, intelligi poteſt duobus modis; *primo* quod ſit doctrina ac regula bonorum operum, quod nova ac perfectiora opera requirat, quam in lege præſcripta habentur, quod per viam coactionis opera exigat, quo ſenſu propoſitionem illam repudiamus. *Secundo* quod beneficium evangelii ſit non tantum remiſſio peccatorum, ſed etiam renovatio, per quam præparamur ad opera bona, quod fides per evangelium accenſa neceſſario ſe exſerat per bona opera, quod ab illis, qui evangelio credunt, opera requirantur, quo ſenſu propoſitionem illam toleramus, expoſita prius, qua laborat, ἀκυρολογίᾳ.

CAPUT III.
DE CAUSA TUM PRINCIPALI TUM MINISTERIALI EVANGELII.

Cauſa principalis evangelii.

§. XXIX. Demonſtravimus hactenus, propriam evangelii doctrinam eſſe lætum nuncium de gratuita peccatorum remiſſione propter Chriſtum, ex quo facile colligitur, quodnam ſit legis & evangelii diſcrimen, & num evangelium proprie loquendo ſit prædicatio pœnitentiæ? Antequam vero ad quæſtionum illarum ἐπίλυσιν deſcendamus, præſtat genuinam evangelii naturam juxta methodi leges uberiori διασκέψει prius declarare. Ergo ut a cauſa *efficiente* initium faciamus, dicimus ἀρχικὸν αἴτιον evangelii eſſe totam ſacroſanctam Trinitatem, tum ratione decreti, tum etiam ratione patefactionis.

ctionis, Quod ad prius attinet, dicimus, Deum Patrem cum Filio & Spiritu ſancto æternum ab æterno feciſſe decretum, ut in remedium lapſus Adamici ac peccati, cujus πρόγνωσις omniſcium Deum fugere haudquaquam potuit, ſecunda perſona Trinitatis Dei Filius in plenitudine temporis veram humanam naturam aſſumeret, ac in ea patiendo & moriendo pro peccatis hominum ſatisfaceret, ac totius humani generis redemtionem perficeret, quæ Filii mediatoris beneficia per verbum evangelii hominibus ſint annuncianda, & per veram in ipſum fidem credentibus conferenda ad ſalutem & vitam æternam. Reſpectu hujus decreti evangelium dicitur *myſterium aeternis temporibus tacitum:* Rom. XVI. 25. *myſterium abſconditum a ſeculis in Deo:* Eph. III. 9. *myſterium abſconditum a ſeculis & generationibus:* Col. I. 26. *propoſitum & gratia, quae data eſt nobis in Chriſto ante tempora ſecularia:* 2 Tim. I. 9. *ſpes vitae aeternae, quam promiſit Deus ὁ ἀψευδὴς ante tempora ſecularia:* Tit. I. 2. *evangelium aeternum:* Apoc. XIV. 6. Προηγούμενον αἴτιον hujus decreti evangelici eſt immenſa Dei miſericordia, interceſſio Filii Dei & promiſſio ſatisfactionis in tempore præſtandæ, qua in parte admirandum juſtitiæ & miſericordiæ divinæ temperamentum conſiderandum eſt; Dilectionis eſt, quod Filius conſtitutus mediator, idem tamen Deo nos dicitur reconciliaſſe, quod mentis noſtræ imbecillitas non poteſt plene comprehendere. Leo ſerm. I. de jejun. decim. menſ. *In Dei operibus atque judiciis nihil vacat a veritate juſtitiae, nihil a miſeratione clementiae.* Προκαταρκτικὸν αἴτιον eſt miſeria humani generis, in quam diaboli fraude præcipitatum æternæ morti totum fuiſſet obnoxium, niſi evangelium illud decretum fuiſſet factum, & poſt lapſum homini revelatum, qua in parte iterum conſiderandum eſt mirabile zeli & benignitatis divinæ temperamentum. Quia enim homo miſera Dei creatura nequiter a diabolo deceptus erat, ideo Deus juſtiſſimo contra diabolum zelo exarſit, homini vero benignum ac benevolum ſeſe exhibuit. Eſa. LIX. 16. *Vidit Jehovah, quod non eſſet vir, & admiratus eſt, quod non eſſet, qui intercederet, itaque ſalutem fecit ipſi brachium ejus, & juſtitia ejus ipſa confirmavit eum.* v. 17. *& induit ſeſe juſtitia ut lorica & galea ſalutis in capite ejus, induit ſeſe veſtimento ultionis & tanquam pallio zeli.* v. 18. *quaſi propter retributiones, quaſi ad reddendam vindictam hoſtibus ſuis.* v. 20. *veniet ad Sion redemtor &c.* Eſa. IX. 7. *Zelus Iehovae exercituum faciet illud.*

Cauſa impulſiva interna decreti evangelici.

Externa.

§. XXX. Quod ad *manifeſtationem* evangelii attinet, ea itidem toti ſacroſanctæ Trinitati recte tribuitur. Quamvis enim Filius Dei, utpote qui ſolus in perſonæ unitatem humanam naturam adſumturus & in ea redemtionis opus abſoluturus erat, ab initio conſtitutus fuerit evangelici decreti interpres & nuncius, (ipſe enim eſt, qui primam promiſſionem evangelicam de *ſemine mulieris contrituro caput ſerpentis* in paradiſo propoſuit Gen. III. 15. unde Chaldæus paraphraſtes v. 8. dicit: *Et audierunt vocem Meimera τȣ λόγȣ* ſecundæ perſonæ Trinitatis: ipſe eſt, qui Abrahamo & reliquis patriarchis adparens promiſſionem de Meſſia repetiit, unde vocatur λόγος Joh. I. 1. cujus adpellationis ratio inter reliquas ea eſt, *quia Deum nemo vidit unquam, Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit nobis.* Joh. I. 18. Pulcre Irenæus lib. IV. cap. 14. verbum *revelavit,* hoc loco & alibi de Chriſto uſurpatum expendit, ſcribens: *Non ſolum in futurum dictum eſt, quaſi tunc inciperet verbum manifeſtare Patrem, cum de Maria natus, ſed communiter per totum tempus poſitum eſt. Ab initio enim adſiſtens Filius ſuo plaſmati revelat omnibus Patrem, quibus vult & quando vult, & quemadmodum vult Pater & propter hoc in omnibus & per omnia unus Deus Pater, & unum verbum & unus Filius & unus Spiritus & una fides & ſalus omnibus credentibus in eum.* Nazianzenus orat. II. de Filio: Inter cauſas reliquas, cur Filius dicatur λόγος, etiam hanc adfert, διὰ τὸ ἐξαγγελτικόν: interim

Manifeſtatio evangelii eſt opus totius S. S. Trinitatis.

rim tamen ab hoc manifeſtationis opere nec Pater, nec Spiritus S. removendus eſt, cum *opera Trinitatis ad extra ſint indiviſa*, cum *Pater ſit in Filio, & Filius in Patre:* Joh. XIV. 11. cum *ſermo, quem locutus eſt Filius, non ſit ejus, ſed Patris, qui ipſum miſit;* v. 24. cum *Filius Dei non a ſe ipſo loquatur, ſed Pater in ipſo manens opera faciat & loquatur:* v. 10. denique cum *Spiritus ſanctus per os prophetarum,* qui promiſſiones Evangelicas repetiverunt, *ſit locutus:* Luc. I. 70. cum *Spiritus Chriſti in prophetis praenunciavit Chriſti paſſiones* 1 Pet. I. 11.

An Filius ſit συναίτιον evangelii?

§. XXXI. Quamvis igitur Deus Pater per Filium in Spiritu ſancto evangelium manifeſtaverit, abſit tamen, ut cum Bucano in locis cap. XX. pag. 189. adſeramus, *συναίτιον* evangelii eſſe Filium Dei; imo vero non *συναίτιον*, ſed una cum Patre & Spiritu S. *κύριον αἴτιον* eſt hujus revelationis. *Id quod in divinis agit, eſt una communis tribus deitas*, ut habet regula Nazianzen. orat. II. de theol. quæ exſtructa eſt ex dicto Chriſti Joh. V. 19. *Quaecunque Pater facit, ταῦτα καὶ ὁμοίως facit Filius.* Ut Patris & Filii una eſt eſſentia, ita quoque una agendi vis ac potentia, quam in operibus ad extra exſerunt æqualiter & indiviſe, ſervato tamen ordine & diſcrimine perſonarum. Et quam nobis Bucanus dabit rationem, quo Filium Dei hujus manifeſtationis *συναίτιον* conſtituat, cum tamen Spiritus ſancti non faciat diſtinctam mentionem, quem itidem ex ſuis hypotheſibus debuiſſet ſtatuere *συναίτιον* hujus operis? Neque enim obverti poteſt, quod de Filio Dei in carne manifeſtato, ſive quod idem eſt, de Chriſto ſecundum humanam naturam conſiderato loquatur; hoc enim reſpectu in ſequenti ſtatim quæſtione Chriſtum ad cauſam organicam ſive ad eos, per quos evangelium mundo patefactum eſt, refert, quod tolerabilius eſt priore, ſiquidem Deus locutus nobis dicitur in Filio; Hebr. I. 1. interim tamen dextre accipiendum, cum Chriſtus homo non ſit ἄλλος a Chriſto Deo, ſed una eademque perſona, cumque in manifeſtatione evangelii Chriſtus non agat ut homo tantum, ſed ſecundum utramque naturam.

Cauſa organica evangelii.

§. XXXII. Ad *organica* igitur *αἴτια* referimus 1) patriarchas vet. teſt. Quis enim dubitet, promiſſionem evangelicam de ſemine mulieris ab Adamo poſteris traditam ac repetitam eſſe? idem eſto judicium de Abele, Noacho, Abrahamo, Iſaaco & Jacobo, qui quoties altare Deo exſtruxiſſe, & in eo Deo ſacrificaſſe dicuntur, fide reſpexerunt in promiſſum Meſſiam, & promiſſionem de ſemine, in quo benedicendæ ſint omnes gentes, auditoribus ſuis propoſuerunt. 2.) Prophetas & ſacerdotes vet. teſt. quorum illi promiſſionem de Meſſia una cum doctrina legis expoſuerunt, & clariorem reddiderunt, hi vero in ſacrificiis eandem quaſi deſcripſerunt. 3.) Angelum Domini, qui Chriſto nato paſtoribus Bethlehemiticis evangelizabat, Luc. II. 10. *annuncio vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie ſalvator mundi.* 4.) Johannem baptiſtam, qui Chriſtum digito oſtendens, *agnum Dei* ipſum vocabat Joh. I. 29. & 36. breviſſima hac ſententia ſummam evangelii complexus. 5.) Apoſtolos, qui ex mandato Chriſti *praedicarunt evangelium omni creaturae,* Marc. XVI. 15. *ita ut fructificaverit evangelii praedicatio in toto mundo.* Col. I. 6. & 23. (*) 6.) Omnes fideles verbi miniſtros & evangelii præcones, præſertim vero b. Lutherum (**), per quem

(*) Hinc apoſtoli, atque in his quoque Paulus, quin & viri apoſtolici aliique, qui extra ordinem & ad tempus a Deo vocati ad varias proficiſcebantur eccleſias, evangelium prædicaturi, opusque ab apoſtolis inchoatum perfecturi, adpellati olim fuerunt *evangeliſtæ*, quod patet ex THEOPHYLACTO ad *Ephes. IV. 11.* TEODORETO ad eundem locum apoſtoli, *p. 308.* aliisque.

(**) Ipſemet LVTHERVS in ſubſcriptione litterarum ad Georgium Saxoniæ ducem, ſe *evangeliſtam Wittenbergenſem* adpellavit. Sine ratione id reprehenditur a JAC. BENIGNO BOSSUETO, epiſcopo quondam Meldenſi, in *hiſtoire des variations des egliſes proteſtantes p. 26. ſeqq.* Olim enim, quin & adhuc Lutheri ætate, evangelii doctores quicunque dicebantur *evangeliſtæ*. Certe CÆSARIUS *quæſt. 45.* magos quoque, qui ad Chriſti cunas venerunt, vocavit Ευαγγελιστας. Vid. JO. ALB. FABRICIUM in *bibliograph. antiq. cap. XIII. §. XI. p. 653.* edit. noviſſ.

quem noviſſimis hiſce temporibus evangelii doctrinam Deus repurgavit, & priſtino apoſtolico nitori clementiſſime reſtituit. Quare non dubitamus ad eum referre vaticinium Apoc. XIV. 6. *Vidi angelum volantem per medium cœli, habentem aeternum evangelium, ut evangelizaret ſedentibus ſuper terram & ſuper omnem gentem & tribum & linguam & populum,* v. 7. *dicens magna voce: timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora judicii ejus, & adorate eum, qui fecit cœlum & terram & mare &c.* cujus vaticinii explicationem & accommodationem tradit Jo. Funckius in Apoc. & Matheſius in conc. de vita Lutheri (*).

Organum adprehendens.

§. XXXIII. Ὄργανον ἀντιληπτικὸν evangelicarum promiſſionum ſtatuitur fides. Notandum vero, fidem habere duplicem ad evangelium reſpectum, 1.) *effectus*, ſiquidem per vocem evangelii Spiritus S. accendit fidem in cordibus hominum. Rom. X. 17. *Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Quemadmodum in prima creatione ex verbo Dei oriebatur lux, ita in ἀνακτίσει ac reparatione hominis ex luce evangelii oritur in cordibus lux fidei. 2 Cor. IV. 6. *Deus, qui juſſit ex tenebris lucem ſplendeſcere, idem illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem cognitionis claritatis Dei in facie Jeſu Chriſti.* 2.) *Organi*, ſiquidem bona in evangelio oblata per fidem adprehendimus, ac nobis adplicamus, ut ſit perpetua relatio inter organum offerens, & organum adprehendens, inter domum ejusdemque acceptationem, inter promiſſionem gratiæ & fiducialem adprehenſionem. Hebr. IV. 2. *Non profuit illis ſermo auditus, non admixtus fidei;* ideo mandato de prædicatione evangelii immediate ſubjungitur Marc. XVI. 16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit.*

CAPUT IV.
DE TEMPORE PATEFACTI EVANGELII.

Tempus manifeſtationis evangelii.

§. XXXIV. Quia vero non in novo ſolum teſtamento per filium Dei in carne manifeſtatum, per Johannem baptiſtam & apoſtolos, ſed etiam in veteri per eundem filium Dei nondum incarnatum, per patriarchas & prophetas Evangelium prædicatum eſt, ex eo facile colligitur, quo *tempore* cœperit manifeſtatio evangelii, nimirum ſtatim poſt lapſum. Poſtquam enim fraudibus ſatanicis illectus & propria cupiditate inductus primus homo mandatum creatoris ſui transgreſſus, æternæ mortis nexibus implicitus erat; Filius Dei ex arcana majeſtatis ſede prodiens decretum evangelicum de ſemine mulieris contrituro caput ſerpentis manifeſtavit, ex quo veluti fonte promanant omnes, quotquot in propheticis & apoſtolicis concionibus & ſcriptis repetitæ exſtant gratiæ conciones, ac de Chriſti beneficiis promiſſiones, quæ nihil aliud ſunt, quam uberiores πρωτευαγγελίου iſtius explicationes & illuſtriores declarationes (**). Eſt, qui ſtatuit, evangelium etiam in ſtatu innocentiæ

(*) Conferendi heic, qui de Luthero, angelo Apocalyptico, peculiares ſcripſerunt diſſertationes, veluti Jo. Deutschmannus, Mich. Foertschius, & R. H. Rollius. Addi merentur C. A. Heumanni *Lutherus Apocalypticus*, Iſenac. *MDCCXIV.* aliorumque ſcripta, quæ adlegavit laud. Fabricius in *centifol. Lutherano p. 330. 773.*

(**) Photiniani ſtatuunt, Deum in vet. teſt. nunquam revelaſſe vel promiſiſſe vitam æternam, ſed ejuſdem revelationem & promiſſionem tantummodo hominibus nov. teſt. per Chriſtum inſinuandam reſervaſſe. Catech. Racov. p. 231. Schmaltzius contra Frantz. p. 220. Contra notandum: 1.) quod primis parentibus, ſervantibus legem primævam de arbore vetita, revelata fuerit, & promiſſa in illo ipſo præcepto vita æterna. Quia enim legem illam violantibus vitæ æternæ contrarium, ſcilicet mors æterna, denunciabatur, ideo negari nequit, ſervantibus illam legem vitam æternam promiſſam, niſi

tiæ ante lapſum fuiſſe, duobus potiſſimum uſus argumentis, 1.) quia fuit ibi idem plane evangelium de gratia Dei, ſed adhuc abſconditum & nondum revelatum: 2.) quia primi homines circa arborem ſcientiæ boni & mali omnia læta de propitio Deo, de gaudiis paradiſi, de vita audituri fuiſſent. Hæc quidem rectiſſime dicuntur; interim tamen diſtinguendum eſt inter *decretum* evangelicum ejusdemque *manifeſtationem;* decretum quidem æternum eſt, ante jacta mundi fundamenta factum, ſed manifeſtatio poſt lapſum demum contigit. Obſervandum etiam, quod evangelium non in genere tantum per lætum nuncium ſit definiendum, ſed addenda etiam differentia *ſpecifica,* quod evangelium ſit lætum nuncium de Chriſto mediatore pro peccatis noſtris mortuo, per quem & propter quem remiſſio peccatorum credentibus contingat. Ex quo facile intelligi poteſt, an dicendum ſit, evangelium, proprie & ſpecifice, ſic dictum, etiam ante lapſum in ſtatu innocentiæ fuiſſe editum.

Unum idemque evangelium eſſe in vet. & nov. teſt.

§. XXXV. Ex eo tempore, quo per Filium Dei prima promiſſio evangelica in paradiſo manifeſtata eſt, ſemper ſonuit vox evangelii in eccleſia per patriarchas ac prophetas repetita ac declarata, proinde unum & idem eſt evangelium, quod non in novo demum teſtamento natum vel editum, ſed jam inde a primis lapſi generis humani temporibus promulgatum, quo gratia Dei, remiſſio peccatorum & ſalus una atque eadem omnibus ſanctis annunciata ac oblata fuit, quod probant: 1.) ſummæ evangelicæ ex Moſe & prophetis ſuperius adductæ; quæcunque enim in ſcriptis vet. teſt. de perſona, officio, paſſione, reſurrectione, aliisve operibus ac beneficiis Meſſiæ vaticinia exſtant, nihil aliud ſunt, quam primæ illius evangelicæ concionis per Filium Dei in paradiſo revelatæ illuſtriores repetitiones & declarationes (*). 2.) Totum ſacerdotium leviticum & totus cultus leviticus, cujus præcipuæ partes fuerunt

ſi quis negare velit, ex prohibitione de non dicendo falſo teſtimonio colligi poſſe præceptum de veritate dicenda. 2.) Quod in protevangelio de ſemine mulieris contrituro caput ſerpentis promiſſio vitæ æternæ contineatur, quia pars ſerpentini capitis præcipua fuit mors æterna, ubi ergo promittitur mortis æternæ deſtructio, ibi vitæ æternæ beneficium ſperari jubetur. 3.) Quod ex his principiis prodierint illæ conſolationes propheticæ de Meſſia. Eſ. XXV. 8. *perdet mortem in ſempiternum:* Oſe. XIII. 14. *ero mors tua, o mors, &c.* 4.) Quod Chriſtus ad legendas ſcripturas Judæos remittens Joh. V. 39. teſtatur, *vitam æternam in illis haberi.* Quomodo potuiſſet ipſos pro accipienda vita æterna remittere ad teſtimonia ſcripturæ veteris, ſi illa nihil habuiſſet de vita æterna in Chriſto promiſſa. 5.) Quod Paulus Act. XXIV. 14. coram Felice teſtetur, *quod ita colat Deum patrium, credens omnibus, quæ in lege & prophetis ſcripta ſunt & ſpem habens in Deum, fore, quam & ii ipſi exſpectant, reſurrectionem mortuorum juſtorum ſimul & injuſtorum.* Ergo Judæi manentes hoſtes chriſtianorum exſpectant reſurrectionem promiſſam in lege & prophetis. 6.) Ezech. XVIII. 9. expreſſe promittitur vita piis, utique æterna, quia mors temporalis omnibus communis. Regerunt: *Iſraëlitas ſperaſſe vitam æternam, licet nunquam ipſis fuerit promiſſa.* Reſp. quomodo ſperaſſent, niſi credidiſſent? quomodo credidiſſent, de quo non audiviſſent? quomodo audiviſſent, niſi prædicatum ipſis fuiſſet? quomodo vero prædicaſſent ipſis aliqui, niſi ad hoc ipſum prædicandum a Deo miſſi? Rom. X. 15. GERHARDUS.

(*) Judæi Gen. III. *de nudo ſerpente* accipiunt, ſed contrarium oſtenſum fuit in loco de peccato orig. §. 8. Locum quidem Gen. IV. 1. Lutherus recte ſic vertit: *Adepta ſum virum Jehovam,* quam verſionem etiam Conr. Pellicanus hebraice doctiſſimus agnovit, & ex cabbaliſtis confirmavit. Sed Calvinus pronunciat, hoc eſſe nimis ſubtile, quem ſequitur Paræus, propterea quod אֵת ſæpe ſit nota *ablativi* caſus Gen. V. 22. VI. 9. XII. 15. Exod. I. 1. &c. Item Piſcator, Tremellius. Reſp. 1.) negari nequit, particulam אֵת communiter eſſe notam *adcuſativi,* ergo noſtra interpretatio fluit ex uſitata ſignificatione & proprietate vocabuli. 2.) Particula את *aut* eſt δεικτικὴ ἐμφατικὴ, & cum verbis activis ſive tranſitivis conſtructa eſt articulus *adcuſativi* caſus, cum paſſivis vero & intranſitivis *nominativi* caſus, *aut* eſt præpoſitio CUM. Atqui hic non eſt præpoſitio CUM. Ergo eſt δεικτικὸν ἐμφατικὸν, & quidem articulus *adcuſativi.* Adſumtum patet ex phraſi linguæ Hebrææ, quæ

runt ritus ſacrificiorum, ſpectabant Chriſtum, ıdemque beneficia adumbrabant. Quia mors ıcatori debita derivabatur in animal ſacrificann, erat quaſi viſibilis commonefactio, non ſe noſtris viribus peccatum & mortem aboleſed opus eſſe alia victima, quæ pro peccatis ſtris Deo offeratur; huc reſpicit baptiſta, quan- Chriſtum vocat *agnum Dei, qui tollit peccamundi.* Joh. I. 29. 3) Chriſtus diſerte proıciat: Joh. VIII. 56. *Abraham exultavit, ut leret diem meum, & gaviſus eſt*, nimirum, a illuſtris repetitio evangelicæ promiſſionis ad rahamum facta eſt, & promiſſio de Meſſia ad us familiam reſtricta. Joh. V. 46. adſerit, *Moſen de ſe ſcripſiſſe*, non ſolum diſertis vaticiniis, ſed etiam typorum umbris. Luc. XXIV. 27. in genere oſtendit, non Moſen ſolum, ſed etiam omnes prophetas de ſe ſcripſiſſe. 4) Apoſtoli in genere pronunciant Act. XV. 11. *Credimus per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvari, quemadmodum & patres noſtri*; ergo unum idemque fuit evangelium, gratiam Dei in Chriſto mediatore quærendam eſſe docens, quo omnes ſancti quibuslibet temporibus ab initio mundi juſtificati ſunt & ſalvati. 5) Petrus διαῤῥήδην teſtatur Act. IV. 12. *Non eſſe in alio quoquam ſalutem, quam in Chriſto, nec aliud nomen ſub cælo datum eſſe hominibus, in quo oporteat nos ſalvos*

quæ nunquam & nuſpiam hanc formulam σὺν Θεῷ cum Deo, per Deum, Deo fortunante effert per את יהוה ſed per has בֵּאלֹהִים בַּיְהֹוָה Pſalm. LX. 14. CVIII. 13. Jer. III. 23. Hoſ. I. 7. Eſa. XLV. 17. Deut. XXXIII. 29. 9) Ordinaria ſignificatio particulæ אֵת tantiſper valere debet, donec neceſſitas extraordinariæ ſignificationis demonſtretur. 4) Novies hæc particula reperitur in eodem hoc & antecedente & ſequente verſiculo, ubi octies ſignificat indubitato articulum *adcuſativi*, conſtructa quippe cum verbis activis, qui ergo tam cito tam inſolentem ſignificationem cum verbo activo adſumeret? v. ſeq. eadem adpoſitionis ratio occurrit τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἄβελ. Confer Gen. III. 24. IV. 1. & 2. 5) Jonathan paraph. Chald. non ſolum articulum *adcuſativi* perſpicue expreſſit, ſed etiam ad *angelum Jehovæ*, id eſt, Meſſiam accommodavit, is enim eſt *angelus fœderis*. Eſa. LXIII. 9. Mal. III. 1. Verba hic habent: *Et Adam cognovit Hevam uxorem ſuam, quæ erat deſideratus illius angeli, & concepit & peperit Cainum & dixit, adepta ſum viro* τὸν *angelum illum Jehovæ.* 6) Conſuetudo eſt linguæ hebraicæ, adpoſitionem in *adcuſativo* exprimere per אֵת inter duo nomina poſitum. Gen. IV. 2. Jer. XVII. 13. Gen. XXVI. 34. Ezech. IV. 1. 1 Reg. XI. 23. 1 Sam. XV. 4. & 18. Gen. XXII. 2. 2 Sam. III. 14 &c. 7) Abſque urgente cauſa Judaicum ſenſum non debemus amplecti ac deſerere eum, qui Chriſti gloriam illuſtrat. Fr. Junius & Tremellius dicunt eſſe *ellipſin* literæ מ, ideo reddunt *a Jehova*; producunt duo exempla Gen. XLIV. 4. & Deut. XXXIV. 1. Reſp. cur deſerunt ordinariam vocis ſignificationem, & quærunt *ellipſin?* adde quod in illis exemplis nulla ellipſis. Hebræi enim dicunt: exiit urbem, id eſt, ex urbe. In loco altero poteſt את recte ſic verti, ut maneat articulus *adcuſativi*. Paræus a) producit aliquot loca, in quibus את eſt nota *ablativi*. Reſp. manet interim, quod propria & ordinaria ſignificatio ſit, eſſe notam *adcuſativi*. Monſtretur igitur neceſſitas diſcedendi ab ea. Nos vero oſtendimus, non poſſe hic accipi pro CUM; b) argumentum ducit ex v. 25. *poſuit mibi Deus ſemen aliud.* Reſp. ex litera ſumenda eſt interpretatio, potuit Eva hic exprimere deſiderium Meſſiæ, & poſtea celebrare Dei bonitatem: adde, quod Eva hic non reſpiciat ad nativitatem Caini, ſed mentionem faciat occiſi Abelis. c) *Sciebat Eva, Cainum ſemen eſſe viri, quare non credebat ſemen eſſe virginis.* Reſp. ſciebat Eva, ſemen mulieris fore Meſſiam; cumque ipſa a ſerpente eſſet ſeducta & in actu judiciario ſerpenti oppoſita, putabat ſe in *individuo* matrem futuram, nihilominus & hoc ſciebat, Meſſiam contritorem ſerpentis fore verum Jehovam, quare virginitatis nulla hic fuit apud Evam conſideratio. Lutherus primum vertit: *Adquiſivi virum Domini*, ut oſtendunt editiones in parva germanica Geneſi, quæ exſtat tom. IV. oper. Jen. Germ. ad annum 1528. *Ich babe überkommen den Mann des HErrn.* Sed tamen in marginalibus eodem anno ejusdem tomi ſuper parvam Geneſin nihilominus orthodoxe docet, Evam tunc non aliter putaſſe, quam hoc fore illud ſemen, quod dixerat Dominus contriturum caput &c. Tandem verſionem retinuit in poſtrema editione completa anno 1542. tandem tamen, ut patet ex tractatu ſuper poſtrema verba Davidis tom. VIII. opp. Jen. Germ. f. 157. b. mutavit etiam verba: *Ich habe bekommen den Mann, den HErrn*, adductis hujus ſuæ verſionis rationibus graviſſimis. GERHARDUS.

ſalvos fieri; & Act. X. 43. *Chriſto teſtimonium dari ab omnibus prophetis, quod remiſſionem peccatorum accipiant per nomen ejus omnes, qui credunt in ipſum.* Ergo pii veteris teſtamenti non alia ratione, quam fide in Chriſtum, per verbum evangelii prædicatum ſunt ſalvati, *de qua ſalute in Chriſto promiſſa inquiſiverunt & ſcrutati ſunt prophetae*, 1 Petr. I. 10. eidemque luculentum dederunt teſtimonium. 6) Paulus Rom. III. 21. adſerit, *juſtitiae Dei per fidem Jeſu Chriſti in omnes & ſuper omnes credentes teſtimonium dari a lege & prophetis.* Rom. IV. 2. & ſeqq. *Abrahamum non ex operibus, ſed fide in Chriſtum juſtificatum eſſe* confirmat. Idem judicium eſt de reliquis vet. teſt. electis: *neque enim propter Abrahamum hoc tantum ſcriptum, ſed & propter nos, quibus imputabitur credentibus in eum, qui excitavit Chriſtum a mortuis.* v. 23. & 24. Proinde univerſalis regula eſt, omnes electos uno eodemque modo juſtificari & ſalvari. Hebr. XI. 4. & ſeqq. oſtenditur, omnes ſanctos ab initio mundi *per fidem juſtitiae haeredes factos*, cujus fidei varia exercitia deſcribuntur. Hebr. XIII. 8. *Jeſus Chriſtus heri & hodie idem eſt & in ſecula.* Ergo idem fuit mediator, per quem pii temporibus vet. teſt. quæ heſternæ diei comparantur, non minus ſalvati ſunt, quam pii ſub nov. teſt. 7) Johannes *evangelium* vocat *aeternum*, Apoc. XIV. 6. ac proinde non cœpit demum in nov. teſt. *Agnum Dei ab origine mundi occiſum* adſerit Apoc. XIII. 8. non quidem actu, ſed efficacia; profuit enim paſſio Chriſti, antequam fuit.

§. XXXVI. Id ipſum Chemnitius parte II. loc. p. 579. in ſpecie probat, quadruplicem temporum ſeriem continens, quibus maxime illuſtres evangelii repetitiones factæ & deſcriptæ ſunt: 1) a lapſu Adæ usque ad diluvium, 2) a diluvio usque ad Moſen, 3) a Moſe usque ad prophetas, 4) a prophetis usque ad Chriſtum. Singulis illis temporibus evangelicam promiſſionem de ſemine mulieris repetitam & ſubinde clarius expoſitam eſſe, erudite & copioſe ibidem oſtendit. Ex quo irrefragabiliter colligitur, unam & eandem eſſe evangelii doctrinam, cujus agnitione & fide ſancti omnibus temporibus ſalvati ſunt.

Antitheſis.

Valeat proinde commentum illud, (cujus veſtigia tamen in antiquiſſimis ſcriptoribus eccleſiaſticis occurrunt) quod homines ante Moſen ſola lege naturæ juſtificari & ſalvari ſint, poſt Moſen ſola lege Moſis, in nov. teſt. lege evangelica, quam opinionem in Pelagio toties ab Auguſtino damnatam & refutatam ſuam fecerunt Scholaſtici; ex quibus etiam hoc adhæſit Romanenſibus, ut perfectiora opera in evangelio Chriſtianis tempore nov. teſt. præſcripta ac tradita eſſe pugnent, quibus coram Deo juſtificentur & ſalventur, cum politiæ Judaicæ civibus opera in lege Moſaica præſcripta ad juſtitiam & ſalutem ſuffecerint. Valeat inſuper falſa iſta adſertio, quod ad legem pertineat, quicquid in Moſe & prophetarum ſcriptis, ad evangelium vero, quicquid in nov. teſt. libris deſcriptum exſtat, quem errorem ſuperius in Bellarmino notavimus, qui lib. IV. de juſtif. c. 2. magna confidentia adſerit, nomen evangelii nuſpiam aliter accipi, quam pro doctrina in evangeliſtarum & apoſtolorum ſcriptis contenta.

§. XXXVII. Ceterum ut adſertio noſtra de uno eodemque evangelio omnibus mundi temporibus prædicato evidentior ſit, & adverſus argumentorum contrariorum inſultus muniatur, hæc duo membra obſervare convenit. 1) Evangelii vocem dupliciter accipi, *primo* pro doctrina de promiſſione gratiæ & remiſſionis peccatorum propter Chriſtum gratis dandæ; *ſecundo* pro publico de exhibito Meſſia præconio, quod cum in novo demum teſtamento cœperit, manifeſtum eſt, evangelium in priore ſignificatione hoc loco accipiendum eſſe. Inde eſt, quod doctrina de futuro Meſſiæ adventu in ſcripturis vocari ſolet *promiſſio* Rom. XV. 8. Gal. III. 16. ſiquidem quæ in nov. teſt. per Chriſti adventum ſunt completa, ea in vet. teſt. fuerunt promiſſa. Quando vero in nov. teſt. doctrina evangelii vocatur *promiſſio*, 2 Tim. I. 1. Gal. III. 14. non ad Chriſtum, ſed ad futura æternæ vitæ bona, quæ per Chriſtum exſpectamus, potiſſimum habetur reſpectus. 2) Evangelicam promiſſionem ſubinde clarius expoſitam & illuſtratam eſſe, donec tandem plena lux in nov. teſt. oriretur. Eſaias certe tantam cogni-

tionis

tionis lucem habuit, quantam in nemine anteceſſorum animadvertere poſſumus. Quinimo reſpectu ad lucem nov. teſt. habito doctrina de Meſſia in vet. teſt. confertur nocti & tenebris, nimirum κατὰ σύγκρισιν Rom. XIII. 12. fuit enim figuris & umbris tecta, quarum involucris remotis clariſſimum cognitionis jubar in nov. teſt. effulſit, quod proinde diei comparatur. Quemadmodum igitur die adpropinquante paulatim diſpelluntur tenebræ, ac in aurora cœlum magis magisque incipit albeſcere, donec luciferum ſequatur ſolis ſplendor; ita quoque in vet. teſt. ſubinde clarius revelatum eſt evangelium, quo magis nov. teſt. dies adpropinquaret.

1) Joh. I. Lex per Moſen data eſt, gratia autem & veritas per Chriſtum nobis contigit.

§. XXXVIII. His exacte obſervatis facile adparebit, quid argumentis adverſæ partis reſpondendum ſit. I) *Lex per Moſen data, gratia autem & veritas per Chriſtum nobis contigiſſe dicitur.* Joh. I. 17. *Ergo Moſes ſolam legem, Chriſtus ſolum evangelium docuit.* Reſp. non hoc accipiendum eſt *excluſive*, quaſi ſolam legem Moſes docuerit, ſed antitheſis inſtituitur inter miniſterium Moſis & beneficium Chriſti. Moſes tradit quidem præcepta, & promittit vitam, ſed ſub conditione perfectæ obedientiæ, quam cum propter naturæ corruptionem præſtare non poſſimus, ideo opus fuit alio mediatore, videlicet Chriſto, qui miniſterium mortis & condemnationis auferret, contra vero gratiam & veritatem daret, per quam quid intelligendum ſit, luculenter oſtendit Chemnitius harm. evang. cap. XX. pag. 61. Diſtinguendum igitur inter Moſen *doctorem* & *legislatorem*, ſive pacti legalis mediatorem. Moſes ut doctor de Chriſto prædicavit & ſcripſit, ſed ut legislator & veteris pacti mediator legem tantum dedit, per quam non contingit nobis Dei gratia & vita, cum deſit nobis perfecta ejus impletio, ſed per Chriſtum, qui non ſolum prædicavit evangelium, ſed & bona in evangelio oblata ſua paſſione nobis promeruit. Quidam diſtinguunt inter *principale* ac *minus principale* Moſis & Chriſti officium. Principale (dicunt) Moſis officium fuit legem promulgare, interim & evangelium docuit, licet obſcurius: Chriſti præcipuum munus erat promulgare evangelium, licet interim & legem doceret, ſed non principaliter: ſed antitheſis hujus dicti plura comprehendit. II) Paulus dicit Rom. I. 2. *Evangelium eſſe prius promiſſum per prophetas. Ergo non eſt per ipſos praedicatum, ſed tantum annunciatum.* Reſp. evangelii nomine intelligitur publicum de exhibito Meſſia præconium, quod in nov. teſt. demum prædicari cœpit. Marc. I. 1. *Initium evangelii Jeſu Chriſti*, v. 2. *ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta, &c.* interim doctrina de gratia Dei & peccatorum remiſſione propter Meſſiam in vet. teſt. promiſſum, in nov. exhibitum, utrobique una eſt & eadem. Modus patefactionis ac reſpectus temporis non mutant rem ipſam. III) Rom. XVI. 25. *Evangelium dicitur myſterium aeternis temporibus tacitum*, v. 26. *manifeſtatum autem nunc*, hoc eſt tempore nov. teſt. *ergo ſub vet. teſt. fuit ignotum.* Reſp. ibidem diſerte additur, quod manifeſtatum ſit evangelium διὰ γραφῶν προφητικῶν, ergo etiam olim innotuit, licet minus clare ac paucioribus; tantam ac tam claram, non autem totam evangelii manifeſtationem vet. teſt. apoſtolus derogat; quo referendum eſt Eph. III. 5. *myſterium Chriſti* ſive evangelium ἐν ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη, *ut nunc revelatum eſt*, de gradibus igitur cognitionis ac latitudine prædicationis apoſtolus agit. IV) *Patres vet. teſt. exſpectarunt promiſſum Meſſiae adventum. Ergo tantum ſpes, non autem fides ipſis tribuenda, vel certe ipſorum fides diverſa fuerit a noſtra.* Reſp. fides complectitur notitiam & fiducialem adprehenſionem. Reſpectu notitiæ diverſitas quædam inter fidem piorum in vet. teſt. & noſtram forte conſtitui poteſt, reſpexerunt enim in Meſſiam promiſſum, nondum autem exhibitum, quem nos ſcimus & credimus in nov. teſt. eſſe exhibitum; ſed fiducialis adprehenſio

2) Rom. I. Evangelium prius promiſſum per prophetas.

3) Rom. XVI. Evangelium eſt myſterium aeternis temporibus tacitum.

4) Patres vet. teſt. exſpectarunt adventum Meſſiæ.

enim id demum contingit, nec quantitatem ipſarum promiſſionum ulla ex parte reſtringit.

Ad quos pertineant evangelii bona.

§. XLIV. Quamvis igitur evangelii concio ſit univerſalis, attamen illi tantum bonorum in evangelio promiſſorum & oblatorum redduntur actu participes, qui in Chriſtum credunt, cujus fidei anteambulo eſt ſeria contritio, pediſſequa vero bona opera. Proinde ſacrilegium quoddam committunt, qui nullo peccatorum ſenſu ac odio ducti, ſed in illis ſecure pergentes, nihilo tamen minus ad ſeſe promiſſiones evangelicas pertinere perſuaſum habent, de quibus non immerito quis pronunciaret, quod in teſtimonium ipſis evangelium prædicetur. Turpiſſimus iſte evangelii abuſus poſtremis hiſce mundi temporibus, proh dolor! ita invaluit, ut omnis fere ſpes remedii ſit ſublata, cum tamen toties ſcriptura pronunciet, non niſi ad illos, qui veram agunt pœnitentiam, qui ſerio dolent propter peccata, & anxie quærunt a peccatis liberari, evangelicas conciones pertinere. Matth. IX. 12. Marc. II. 17. Luc. V. 31. *Non indigent, qui ſani ſunt, medico, ſed qui male habent; non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Matth. XI. 4. *Pauperibus praedicatur evangelium.* v. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Ideo Johannes baptiſta, Chriſtus & apoſtoli pœnitentiæ concionem prædicationi evangelii ſemper præmittunt. Non intrat Chriſtus in corda hominum per evangelii gratiam, niſi Johannes ipſi prius viam paret per pœnitentiam: non infundit Deus miſericordiæ oleum niſi in vas contritum.

Effectus & bona evangelii.

§. XLV. *Effectus* & bona, quæ evangelium offert, & credentibus adfert, varia ſunt & multiplicia, omnia tamen divina & maxime æſtimanda. Revelat enim nobis conſilium Dei de ſalute noſtra; Matth. XI. 25. unde vocatur *revelatio myſterii*; Rom. XVI. 25. adfert fidem, eamque excitat & confirmat; Rom. X. 17. unde vocatur *verbum fidei*: 1 Tim. IV. 6. adfert gratiam Dei & reconciliationem cum Deo; Joh. I. 17. unde vocatur *verbum gratiae*: Luc. IV. 22. regenerationem; Jac. I. 18. unde vocatur *bonum ſemen*: Matth. XIII. 37. remiſſionem peccatorum; Luc. I. 77. unde vocatur *bonum Dei verbum*: Hebr. VI. 5. juſtitiam in Dei judicio conſiſtentem; Rom. IV. 5. impletionem legis Moſaicæ; Rom. X. 4. conſortium divinæ naturæ; 1 Petr. I. 4. υἱοθεσίαν. Joh. I. 12. ſanationem a morbis ſpiritualibus; Matth. IX. 12. unde vocatur *ſermo ſanus*: Tit. II. 8. ſpiritualem vitam; Joh. XV. 5. unde vocatur *verbum vitae*: Phil. II. 16. gaudium & pacem conſcientiæ; Act. XIII. 48. unde vocatur *evangelium pacis*: Eph. VI. 15. conſolationem in omnibus tentationibus & perſecutionibus; 2 Theſſ. II. 16. liberationem a jure peccati & mortis, a maledicto legis; Rom. VIII. 2. donationem Spiritus ſancti. Gal. III. 2. unde vocatur *miniſterium Spiritus*: 2 Cor. III. 8. fiduciam in invocatione; Gal. IV. 6. novam obedientiam Deo gratam; Gal. III. 5. hæreditatem vitæ & ſalutis æternæ; Joh. III. 36. unde vocatur *evangelium ſalutis*, Eph. I. 13. quæ omnia ſuperius theſi 14. ad τὴν τῶν κακῶν ἀφαίρεσιν καὶ τὴν τῶν ἐνεργημάτων θέσιν revocata, variis Chriſti & apoſtolorum dictis uberius illuſtrari & explicari poſſunt.

Accidentarii effectus evangelii.

§. XLVI. *Accidentarii* effectus evangelii ſunt, 1) quod confeſſoribus ſuis crucem adferat. Marc. VIII. 35. *Qui perdiderit animam ſuam propter me & evangelium, ſalvam faciet eam.* Marc. X. 29. *Qui reliquerit domum, fratres &c. propter me & evangelium.* Phil. I. 27. συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου. Philem. v. 13. *Ut mihi miniſtraret in vinculis evangelii.* 1 Pet. II. 20. *Si benefacientes patienter ſuſtinetis, haec eſt gratia*; v. 21. *in hoc enim vocati eſtis.* 2) Quod hæc doctrina mundum offendat, ſiquidem *praedicat Chriſtum crucifixum, Iudaeis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam*, 1 Cor. I. 23. inde coram mundo habetur pro *ſtulta praedicatione*; v. 21. *eſt enim ſapientia Dei in myſterio abſcondita, quam nemo principum hujus ſeculi cognovit*; 1 Cor. II. 7 & 8. *quam animalis homo non percipit, nec poteſt intelligere* v. 14. 3) Quod tuba ſeditionum & cauſa calamitatum in mundo proclametur, 1 Cor. IV. 11. *usque in hanc horam*

v. 13. *blaſphemamur, ὡς περικαθάρματα κόσμυ ἐγενήθημεν πάνθων περίψημα ἕως ri.* 4) Quod ſit occaſio excœcationis impiis incredulis. 2 Cor. IV. 3. *Si opertum eſt evangelium noſtrum, in iis quidem, qui pereunt, opertum;* v. 4. *in quibus Deus hujus ſeculi œcavit mentes infidelium, ut non fulgeat eis minatio evangelii gloriae Chriſti.* 1 Petr. II. 8. *riſtus* (per evangelium prædicatus) *eſt lapis nſionis & petra ſcandali his, qui offendunt bo non credentes.* 5) Quod incredulis occaſit majoris damnationis. Matth. XI. 22. *Ty- & Sidoni tolerabilius erit in die judicii, quam is.* 2 Theſſ. I. 7. *Revelabitur Dominus Je- de cœlo.* v. 8. *in flamma ignis, dans vindi- n iis, qui non noverunt Deum, & qui non dierunt evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

modo ſalu- & divini tus evange- ribuantur.

§. XLVII. Porro ſalutares iſti evangelii effectus, quod adferat reconciliationem cum Deo, remiſſionem peccatorum, juſtitiam, pacem conſcientiæ & vitam æternam, non niſi *organicae* cauſæ ectu evangelio tribuuntur, ſiquidem efficacia is doctrinæ pendet ab operatione Spiritus ſan- qui per verbum evangelii in cordibus homi- efficax eſt; quemadmodum enim manna de- bat cum rore, Exod. XVI. ita cum manna trinæ evangelicæ conjunctus eſt ros divinæ iæ & Spiritus efficaciæ, Eſa. LV. 10. & 11. Inde quod evangelium dicitur *potentia Dei ad ſa- omni credenti*: Rom. I. 16. *verbum cru-* hoc eſt, evangelium de Chriſto crucifixo *il- qui ſalvi fiunt, eſt Dei virtus;* 1 Cor. I. 18. m ſenſu ac reſpectu vocatur *ſceptrum poten-* divinæ. Pſal. CX. 2. Siquidem eſt vivum & ax divinæ potentiæ inſtrumentum, per quod um gratiæ in cordibus credentium Chriſtus iniſtrat, qua de re annotabo pulcerrimam parationem Brentii in confeſſ. Würtembergica de evangelio p. 407. *Cum dicimus, evan- m eſſe jucundam annunciationem de Filio, non loquimur de literis & ſyllabis, qui- verba evangelii vel in papyro continentur, voce recitantur extra proprium legitimum rdinarium ſuum uſum. Etſi enim evangelium idcirco literis mandatum eſt, ut ex iis tanquam ex penu ſuo tempore ad ſuum uſum depromatur, tamen per ſe extra ſuum officium nec eſt triſte nec jucundum, nec occidit nec vivificat. Sed loquimur de annunciatione evangelii, ut eſt in proprio, legitimo & ordinario ſuo officio ac uſu, in quem divinitus eſt inſtituta. In hiſtoria Eſther exſtat edictum, ut ſi quis vel vir vel mulier non vocatus intraverit atrium regis interius, ſtatim interficiatur, niſi forte rex aureum ſceptrum pro ſigno clementiae ei porrexerit; hoc ſceptrum etſi erat ex auro architectatum, tamen per ſe vel in abaco collocatum, vel in ciſta incluſum nullam cuiquam adferebat vitae ſalutem; ſed ſi rex ipſum manu adprehenderet, & intranti porrigeret, tum erat in ſuo legitimo uſu & attactum ſervabat intrantem, ne a ſatellitibus regis interficeretur. Sic & de evangelio ſentiendum eſt, quod cum literis tantum continetur, vel etiam voce pronunciatur, vel annunciatur, vel etiam cogitatur legitima ſua ordinatione, tunc eſt vere cæleſte organum, quo Spiritus ſanctus omnem ſalutem in electis ſuis operatur, adeoque vere eſt ſceptrum illud, de quo pſalmus canit:* Sceptrum virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, quo domineris in medio inimicorum tuorum. Hactenus Brentius.

An evangelium Johannis collo geſtandum?

§. XLVIII. Superſtitioſum igitur eſt & juſta reprehenſione dignum, quod literarum characteribus, hiſtoriam evangelicam, præſertim vero caput I. Johannis continentibus, mirifica quædam vis alexicaca fugandi dæmones, prohibendi fulmina & ſanandi morbos, præter imo contra legitimum evangelii uſum divinitus conſtitutum, in papatu tribuitur, inde eſt, quod caput I. Johannis minutiſſimis literarum apicibus deſcriptum e collo adpenſum geſtant, qua de re ſic ſcribit Salmeronius tom. IV. comment. p. 614. *Conſuetudo eſt chriſtianis, geſtare adpenſum e collo evangelium, aut alias res ſacras ſive reliquias, nec error eſt, ſi ex reverentia ſanctorum deferantur cum ſpe, quod forte Deus miſerebitur. Hinc legimus in beatae Caeciliae laudem, codicem evangelicum ſemper in ſinu eam geſtaſſe, & Conſtantinum imperatorem*

torem Chriſti clavum diademate circumtuliſſe, & apoſtolum Barnabam curaſſe aegrotos evangelii ſcripti attactu &c. Atqui non propter corporis, ſed animæ ſanitatem verbum vitæ nobis datum eſt ac revelatum. Indulſerunt hac in parte quidam veterum populo, ut a ligaturis ethnicis eum abſtinerent. Auguſtinus tract. VII. in Joh. *Cum caput tibi dolet, laudamus, ſi evangelium ad caput tibi poſueris, & non ad ligaturam cucurreris. Ad hoc enim perducta eſt infirmitas hominum, & ita plangendi ſunt homines, qui currunt ad ligaturas, ut gaudeamus, quando videmus hominem in lectulo ſuo conſtitutum jactari febribus & doloribus, nec alicubi ſpem poſuiſſe, niſi ut ſibi evangelium ad caput poneret, non quia ad hoc factum eſt, ſed quia praelatum eſt evangelium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, ut quieſcat dolor capitis, ad cor non ponitur, ut ſanetur a peccatis? fiat ergo. Quid fiat? ponatur ad cor, ſanetur cor, bonum eſt. Bonum eſt, ut de ſalute corporis non ſatagas, niſi ut a Deo illam petas. Si ſcit, tibi prodeſſe, dabit illam tibi; ſi non tibi dederit, non tibi proderit habere illam &c.* Chryſoſtomus ſuperſtitionem hanc acrius inſectatur in XXII. Matth. imperf. oper. (*) homil. XLIII. *Nonne evangelium quotidie in eccleſia legitur, & ab omnibus auditur? cui ergo poſita in auribus evangelia nihil proſunt, quomodo poſſunt circum colla ſuſpenſa ſalvare? Deinde ubi eſt virtus evangelii, an in figuris literarum, an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, bene circa collum ſuſpendis, ſi in intellectu, ergo melius in corde poſita ſunt, quam circa collum ſuſpenſa.* Idem homil. XLIII. in 1 Cor. reprehendit, quod ſcripta evangelia juxta lectos ſuſpendebant.

Efficacia Spiritus non eſt ſeparanda a verbo evangelii.

§. XLIX. Viciſſim etiam cavenda eſt nefaria diſtractio efficaciæ Spiritus ab evangelii verbo, quam committunt enthuſiaſtæ, anabaptiſtæ & Schwenckfeldiſtæ, immediatos adflatus ac raptus exſpectantes, & per evangelium a Spiritu ſancto fidem accendi negantes, quibus oppoſitus eſt articulus V. Auguſtanæ confeſſionis, cujus verba ſic habent: *Ut fidem conſequamur, inſtitutum eſt miniſterium docendi evangelium & porrigendi ſacramenta. Nam per verbum & ſacramenta, tanquam per inſtrumenta, donatur Spiritus S. qui fidem efficit, ubi & quando viſum eſt Deo, in iis, qui audiunt evangelium &c. Damnant anabaptiſtas & alios, qui ſentiunt, Spiritum ſanctum contingere ſine verbo externo hominibus per ipſorum praeparationes & opera.* Ad horum cœtum proxime accedunt, qui propter falſam illam de abſoluto reprobationis decreto hypotheſin itidem Spiritus ſancti operationem ab externo verbi miniſterio ſeparant. Calvinus lib. IV. inſtit. c. 16. §. 19. *In multorum vocatione Deus uſus eſt interiore modo, quos Spiritus S. illuminatione, nulla intercedente praedicatione, verbi ſui cognitione donavit.* Grynæus diſput. Heidelb. ann. 84. theſ. 6. *Miniſterio externo ejus cohoneſtandi ergo phraſi ſacramentali effectum miniſterii interni tribuitur.* Beza part. II. reſp. ad acta colloq. Momp. pag. 116. *In regeneratione hominis valde fallitur, & in Deum ipſum injurius eſt, quisquis aut hominibus, per quorum os Deus loquitur, vel ipſi externo Dei verbo, vel ſignis ſacramentalibus Deum exiſtimat vel tantillum divinae illius ſuae virtutis hominibus renovandis & aeterna vita in Chriſto ſervandis tribuere.* Hæc illi contra clariſſima ſcripturæ dicta: evangelium *eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti,* Rom. I. 16. *Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei,* Rom. X. 17. *Attende tibi & doctrinae, inſiſte illis, haec enim faciens te ipſum ſalvabis & eos, qui te audiunt,* 1 Tim. IV. 16.

Finis evangelii.

§. L. *Finis* evangelii duplex eſt: *ultimus* & principalis Dei gloria, *intermedius* & ſecundarius, credentium ſalus. *Prius* ſic oſtendimus. In evangelio revelatur 1) πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ Eph. III. 10. *abſcondita* illa *Dei ſapientia* Pſ. LI. 8. quod noverit ex immenſa ſapientia remedium invenire humano generi in peccatum & mortem prolapſo. Pulcerrime Anſhelmus lib. II. Cur Deus homo c. 18. *Debitum* (primi hominis) *tantum erat, ut illud, cum non deberet ſolvere, niſi homo, non poſſet, niſi Deus, ita ut*

idem

(*) Opus hoc non eſſe Chryſoſtomi, ſed potius latini cujusdam ſcriptoris, ejusque Arianizantis, ab omnibus hodie agnoſcitur.

ꝫ eſſet homo, qui Deus, unde neceſſe erat, Deus adſumeret hominem in unitatem perſo- quatenus qui in natura ſolvere debebat & poterat, in perſona eſſet, qui poſſit. De miranda Dei ſapientia in evangelio refulgen- ite tractat Leo in ſuis ſermonibus in natalem nini. Serm. VIII. ſic ſcribit: *In communi to- humani generis ſtrage unum ſolum fuit re- ium ſub divinae rationis occulto, quod poſ- ſubvenire proſtratis, ſi aliquis filiorum Adam inalis praevaricationis alienus atque inno- naſceretur, qui caeteris exemplo prodeſſet & ito; ſed quia hoc naturalis non ſinebat, nec rat vitiatae radicis ſine ſemine eſſe propago, ninus David factus eſt Filius David, & de niſſi generis fructu proles eſt orta ſine vitio, nam perſonam gemina conveniente natura, odem conceptu eodemque partu gigneretur ninus noſter Jeſus Chriſtus, cui vera ineſſet nitas ad miracula operum, & vera humani- ad tolerantiam paſſionum.* 2) Revelatur m in evangelio immenſa ac ineffabilis Dei mi- cordia, πλῦτος τῆς χάριτος αὐτῦ, ut lo- ur apoſtolus Eph. I. 7. *Scientia ſalutis in re- ione peccatorum conſiſtens data eſt nobis per era miſericordiae divinae*, Luc. I. 77, 78. e enim major potuit eſſe dilectio, quam quod um ſuum unigenitum pro ingratiſſimis ac per- ſſimis ſervis Deus in mortem tradidit? Joh. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium m unigenitum daret.* Rom. V. 8 *Commen- caritatem ſuam in nos Deus, quod, cum ad- peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mor- i eſt.* 1 Joh. IV. 9. *In hoc adparuit caritas i in nobis, quoniam Filium ſuum unigenitum it Deus in mundum, ut vivamus per eum.* nit ad ægrotos medicus, ad captivos redem- , ad mortuos vita, ad damnatos ſalus, quæ erat eſſe major Dei miſericordia? 3) Reve- ır in evangelio divina juſtitia. Rom. I. 17. *Ju- ia Dei in evangelio revelatur ex fide in fi- ı.* Rom. III. 21. *Nunc ſine lege juſtitia Dei nifeſtata eſt, teſtimonio legis & prophetarum probata.* Per peccatum hominis offenſum t infinitum bonum ac violatum juſtitiæ divinæ retum: jam vero impoſſibile erat, decretum illud enervari aut aboleri; conſtitutum igitur, per infinitum bonum ſatisfaciendum eſſe, & in- finitam Dei iram placandam, ut hac ratione in- finitæ Dei juſtitiæ per æquivalens pretium ſatis- fieret. Atque hoc eſt mirabile illud divinæ juſti- tiæ ac miſericordiæ temperamentum, quod in evangelio nobis manifeſtatur. Homo peccave- rat, homo igitur ſatisfacere debebat, ſed non poterat. Deus ſatisfacere poterat, ſed non de- bebat; Deus igitur homo factus eſt, ut ſatisfa- ctio eſſet plena & ſufficiens, quia a Deo, eadem- que homini ſalutaris, quia ab homine profecta. 4) Revelatur inſuper in evangelio divina virtus ac potentia. 1 Cor. I. 24. *Praedicamus Chriſtum Dei virtutem & ſapientiam.* Eſa. LIII. 1. *Quis credit auditui noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt?* Relucet autem in hoc myſterio divina potentia non ſolum in perſonali duarum naturarum unione propter ſalutem humani gene- ris in Chriſto facta, quid enim Deo ſublimius, quid homini vilius? invenit tamen divina poten- tia modum, quo hæ duæ naturæ unirentur; ſed etiam in ipſa evangelii prædicatione, quod con- tra omnes portas inferorum doctrinam illam Deus conſervat, quod per contemtos homines eandem ſpargit, quod omnis hominum conatus ad illam opprimendam ſpectans redditur inanis atque ir- ritus. 5) Revelatur denique in evangelio Dei veritas, ſiquidem publicum illud exhibiti Meſſiæ in nov. teſt. præconium *antea promiſſum eſt per prophetas in ſcripturis ſacris*, Rom. I. 2. Ad haſce vet. teſt. promiſſiones reſpicit Zacharias Luc. I. 68. *Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitavit & fecit redemtionem plebi ſuae.* v. 70. *Sicut lo- cutus eſt per os ſanctorum, qui a ſeculo ſunt, prophetarum ejus.* Rom. XV. 8. *Chriſtus mini- ſter fuit circumciſionis propter veritatem Dei ad confirmandas promiſſiones patrum.*

§. LI. Quare cum in evangelio reveletur Dei ſapientia, miſericordia, juſtitia, potentia ac ve- ritas, utique finis evangelii erit Dei gloria, ſi- quidem gloria Dei conſiſtit in eo, ut vere a no- bis agnoſcatur, ac nomen ejus prædicetur; jam vero nomen Dei eſt ipſe Deus. Pſal. XLVIII. 11. *Secundum nomen tuum, Deus, ſit laus tua uſ- que ad fines terrae.* Utique ergo vere Deus

agnoſcitur, ac nomen ejus glorificatur, ſi divinam ipſius ſapientiam, miſericordiam, juſtitiam, potentiam ac veritatem, quæ ſunt ipſa Dei eſſentia, in verbo evangelii relucentem agnoſcamus & prædicemus. Eph. I. 6. & 12. *Praedeſtinavit & vocavit nos Deus ad ſalutem in laudem gloriae ipſius.* Secundarius & *intermedius* evangelii finis eſt ſalus noſtra, ad quam cum per legem non poſſemus adſpirare, miſertus noſtri Deus *arcanum illud conſilium ſalutis* in evangelio nobis revelavit, Act. XX. 27. quod per Chriſtum *nobis contingat remiſſio peccatorum & ab omnibus, quibus non poteramus in lege Moſis juſtificari*, Act. XIII. 38. *in hunc* (mediatorem Chriſtum) *qui credit, juſtificatur*, v. 39. cujus fidei *finis eſt ſalus animarum*, 1 Pet. I. 9.

CAPUT VI.
DE DISCRIMINE LEGIS ET EVANGELII.

Evangelium a lege diſcernere utile ac neceſſarium eſt.

§. LII. His ita ordine expoſitis deſcendimus ad explicandum legis & evangelii *diſcrimen*, quod ex ſuperioribus facili negotio colligi poteſt. Ne quis vero exiſtimet inanem aut non neceſſariam ſumi operam in diſcrimine hoc explicando, obſervanda erunt b. Lutheri verba in cap. II. Gal. tom. IV. opp. lat. f. 39. *Qui bene novit diſcernere legem ab evangelio, is gratias agat Deo, & ſciat ſe eſſe theologum. Ego certe in tentatione nondum novi, ut debebam. Tam diligenter diſtinguas juſtitiam evangelii a juſtitia legis, quam diligenter diſtinguis cœlum a terra, lucem a tenebris, diem a nocte, atque utinam adhuc longius eas diſtinguere poſſimus!* Vide eundem tom. V. opp. latin. fol. 472. & alibi paſſim. Cauſæ, propter quas diſcrimen illud accurate conſtituendum & arcte tenendum, ſunt complures. 1) Articulo juſtificationis ſua non conſtabit, imo nec conſtare poterit integritas neglecto harum doctrinarum diſcrimine, id quod eccleſiaſtica ſuperiorum temporum hiſtoria plus ſatis comprobat. 2) Beneficia Chriſti non mediocriter obſcurantur, niſi doctrina evangelii a lege accuratis limitibus ſecernatur. 3) Confuſio legis & evangelii neceſſario ſecum adfert perturbationes conſcientiarum, ſiquidem in magnis & ſeriis conſcientiæ pavoribus nulla ſuperſtes manet vera ac ſolida conſolatio, ſi gratuitæ promiſſiones evangelii adulterentur. Quare cum totius doctrinæ chriſtianæ hæc duo præcipua conſtituantur capita, ad quæ reliqua omnia certo modo ac ordine referri poſſunt, haud immerito inter virtutes, quas in fideli eccleſiæ miniſtro requirit, apoſtolus primum locum tribuit artificio τοῦ ὀρθοτομεῖν *recte ſecandi ſermonem veritatis*, 2 Tim. II. 15. *Metaphoram* ſtatuunt ductam ab officio ſacerdotum leviticorum in vet. teſt. quorum erat carnes ſacrificiorum recte ſecare ac dividere. Quidam exiſtimant *metaphoram* ductam a ſtructoribus conviviorum, quia miniſtri eccleſiæ in novo teſtamento ſunt velut ſtructores quidam ſpiritualis convivii. Eſa. XXV. 6.

Convenientia legis & evangelii.

§. LIII. Ipſa quoque harum doctrinarum cognatio, quam in quibusdam partibus, cumprimis vero in praxi ſpirituali, invicem obtinent & mutuas operas tradunt, de diſcrimine, quod ipſis intercedit, cogit nos eſſe ſolicitos. Abſit enim, ut ſtatuamus hoſtilem quandam contrarietatem ac capitalem pugnam his doctrinis intercedere, quam tamen admonitio Neoſtadienſis confeſſioni noſtrarum eccleſiarum adfricare conatur, quin potius cum apoſtolo dicimus: *Num legem deſtruimus per fidem? abſit; ſed legem ſtabilimus*, Rom. III. 31. *Num lex eſt adverſus promiſſa Dei? abſit.* Gal. III. 21. Irenæus lib. III. cap. 12. p. 194. *Omnes, qui ſunt malae ſententiae, moti ab ea legislatione, quae eſt ſecundum Moſen, diſſimilem eam & contrariam evangelii doctrinae arbitrantes, jam non ſunt converſi, uti differentiae utriusque teſtamenti inquirerent cauſas.* Juſtinus in qq. & reſp. ad orthod. q. CIV. p. 356. *Gratia non eſt ſecundum legem, nec adverſus legem, ſed ſupra legem & pro lege. Supra legem quidem, quoniam gratia: pro lege autem, quia per pœnitentiam*

iam peccatores adducit ad indulgentiam & ...ficium legis. Ergo non adverſa, ſed diver... non contradictorie oppoſita, ſed ſubordina... ...unt hæc duo doctrinarum genera, cum in ...uo uſu non ſolum amice conſpirent, ſed et... in quibuſdam capitibus conveniant; ſiqui... ...intercedit eis communio 1.) *adpellationis;* ...gelium enim vocatur lex, Eſa. II. 3. Mich. ...2. Rom. III. 27. VIII. 2. ubi tamen obſer...dum, *legis* vocabulum non εἰδικῶς accipi, ſed ...κῶς, itemque hanc nominis communicatio... ...non eſſe reciprocam ſeu *antiſtropham*, cum ...doctrinæ nuſpiam evangelii adpellatio tri...ur. 2.) *Generis*, utrumque enim tam lex, ...n evangelium, eſt cœleſtis doctrina. 3.) *Cau... efficientis*, unus & idem auctor eſt legis ac ev...elii, proinde ſi lex & evangelium ſibi invi... contrariarentur, Deus ipſe ſibi foret con...ius, cum in utroque doctrinæ genere volun... Dei manifeſtetur. 4.) *Finis ultimi*, utra... enim doctrina tam legis, quam evangelii, eſt ...trina ſalutis, quamvis enim ἀδυναμίαν hac ...parte legi tribuat apoſtolus; Rom. VIII. 3. il... tamen ex accidenti contingit, ratione ſcili... ...carnis noſtræ, quæ peccati labe infecta ac de...ata conditioni perfectæ impletionis, quæ le... ...ddita eſt, impotens facta, ut ibidem apo...as loquitur; illud proinde tanquam, acciden...um legis naturæ nihil derogat, quæ per ſe eſt ...*ta & bona*, imo *verbum vitae*. Rom. VII. Act. VII. 38.

...rimen le... & evange...lii.

§. LIV. Quamvis vero lex & evangelium in adſignatis hiſce capitibus conveniant, & in ipſo uſu mutuas ſibi operas tradant; tamen in illa ipſa conjunctione usque diſcrimen manet integrum ac inviola... Diſcriminis illius capita non eodem ordi...ic numero recenſentur. Cyrillus in caput Jo...nis I. decem ſtatuit diaſtemata, alii paucio... alii plura, ſed ad quinque membra revoca...oſſe videntur omnia. Statuimus igitur le... ...ab evangelio differre: 1.) *Origine* & modo ...factionis. Lex natura quodammodo nota cum mentibus hominum in prima creatione ſit inſita, nec per lapſum prorſus exſtincta. Rom. II. 15. *Gentes oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.* Sed evangelium eſt myſterium humanæ rationi plane abſconditum, per Filium *ex ſinu aeterni Patris* prolatum & nobis *revelatum.* Joh. I. 18. *Deum nemo vidit unquam, Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit nobis.* Unde Rom. XVI. 25. Col. I. 26. Eph. III. 9. & alibi paſſim doctrina evangelii vocatur *myſterium aeternis temporibus tacitum, ſed per Filium demum in plenitudine temporis revelatum.* 2.) *Materia* vel argumento. Lex eſt doctrina operum, præſcribit enim ac præcipit, quales nos eſſe, quid facere, quid omittere oporteat. Gal. III. 12. *Lex non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, vivet in eis.* Evangelium vero eſt doctrina fidei, proponit enim Chriſtum mediatorem, ac per ipſum annunciat remiſſionem peccatorum, juſtitiam & ſalutem, unde evangelium dicitur *lex fidei*, Rom. III. 27. *auditus fidei*: Gal. III. 2. hinc promanavit πολυθρύλλητον illud Auguſtini: *Fides impetrat, quod lex imperat. Lex jubet magis, quam juvat. Lege operum dicit Deus: fac, quod jubeo; lege fidei dicitur Deo: da, quod jubes &c.* de Spiritu & litera c. 13. de grat. & lib. arbitr. cap. 16. in enchirid. ad Laurent. cap. 117. homil. XXIX. in Joh. Eodem ſenſu ſcribit Haymo in cap. III. Gal. *Lex non eſt ex fide. Fides eſt ea credere & ſperare, quae non videntur: lex ergo non complebatur fide, ſed opere, evangelium vero completur fide magis, quam operibus, quia ſola fides ſalvat.* Huc referendum eſt dictum Lutheri tom. I. opp. latin. fol. 388. *Lex docet, quid debeas & quo careas, Chriſtus dat, quod facias & habeas.* 3.) *Forma.* Legis promiſſiones ſunt conditionales, requirunt enim perfectam obedientiam, exigunt conditionem perfectæ impletionis tanquam cauſam. Lev. XVIII. 5. Ezech. XVIII. 9. *Qui fecerit haec, vivet in eis.* Sed promiſſiones evangelii ſunt gratuitæ, & ut ita loquar, ſunt donativæ, unde vocatur *verbum gratiae Dei*; Act. XX. 24. *ideo ex fide gratis, ut ſit firma promiſſio.* Rom. IV. 16. 4) *Effecto.* Lex peccatum arguit ac terret hominem. Rom. III. 20. *Per legem cognitio peccati.* Rom. IV. 15. *Lex iram opera-*

operatur. Evangelium vero peccatorum remiſſionem nunciat, & vivifica conſolatione erigit. Eſa. LXI. 1. *Dominus miſit me ad praedicandam captivis liberationem &c.* unde vocatur *verbum ſalutis, evangelium pacis, verbum bonum.* Ambroſius in cap. III. ad Rom. *Per legem peccati cognitio, per fidem abolitio.* in cap. VII. Rom. *Index peccati lex eſt, non genitrix nos faciens peccatores.* Beda in Pſalm. LXXXIII. *Benedictionem dabit legislator*, id eſt, *Dominus, qui dedit legem deprimentem, dabit & gratiam ſublevantem.* Anshelmus in cap. III. 2. ad Cor. *Diſtinguitur lex a gratia, eo, quod ſub illa elidantur elati; ſub iſta erigantur eliſi.* Unde Lutherus eleganter dicit: *Utramque doctrinam legis & evangelii verſari circa peccatum, ſed diverſimode. Lex oſtendit, accuſat, imputat, damnat peccatum: evangelium vero remittit, tegit, non imputat peccatum, quia oſtendit agnum Dei tollentem peccata mundi* (*). 5.) *Objectis.* Lex proponenda eſt impiis, ſecuris & præfractis peccatoribus, pertinet enim ad veterem hominem. 1 Tim. I. 9. *Juſto non eſt lex poſita, ſed injuſtis &c.* Evangelium vero contritis cordibus & conſcientiis ſenſu peccati territis annunciandum. Matth. XI. 5. *Pauperibus praedicatur evangelium.* Luc. IV. 18. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxit me, evangelizare pauperibus, miſit me, ſanare contritos corde.*

§. LV. Ad hæc quinque capita referri poſſunt reliquæ omnes, quæ ab aliis adſignantur, differentiæ, quarum quædam ad diſcrimen veteris & novi teſtamenti proprie pertinent, ut ſuo loco videbimus. Sic quod quidam legem ab evangelio etiam hoc modo differre dicunt, quod patefactionis ordine lex præcedat, evangelium vero ſequatur: quod miniſter legis fuerit Moſes, evangelii vero Chriſtus, quod lex promulgata ſit inter tonitrua & fulgura ac terribilibus miraculis confirmata: evangelium vero gratioſis & ſalutiferis miraculis obſignatum ſit, id ad veteris ac novi teſtamenti diſcrimen pertinet, & ad primum legis & evangelii diſcrimen, videlicet ad originem & modum patefactionis referri poteſt. Quod ſtatuunt, legem requirere juſtitiam propriam, evangelium vero offerre alienam: legem debiti ſummam flagitare, evangelium ejuſdem remiſſionem annunciare: legem eſſe doctrinam de faciendo, evangelium vero doctrinam de credendo, id ad ſecundum ac tertium diſcriminis membrum pertinet. Quod ſtatuunt, legem indicare morbum, evangelium vero eundem ſanare; in lege revelari iram Dei ſuper omnem hominem, in evangelio vero ſine lege revelari juſtitiam Dei ex fide in fidem; legem docere bona opera, ſed vires præſtandi nunquam ſuppeditare; evangelium vero donare Spiritum ſanctum, qui naturam renovet & legem Dei cordibus inſcribat; legem eſſe miniſterium mortis, evangelium vero Spiritus &c. hæc & ſimilia ad quartum diſcriminis membrum recte referuntur. Quamvis vero legis & evangelii diſcrimen ubique ſit retinendum, cumprimis tamen illud obſervandum erit 1.) in articulo *juſtificationis*, ſiquidem juſtificatio noſtra non eſt ex lege, cui propter carnis noſtræ corruptionem & infirmitatem ἀδυναμία quædam, accidentaria tamen, hac in parte tribuitur; Rom. VIII. 3. ſed ex evangelio, in quo *juſtitia Dei ſine lege revelatur*, Rom. III. 21. *quod eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti*, Rom. I. 16. Monendi igitur, imo

Ubi cumprimis diſcrimen legis & evangelii obſervandum.

(*) Ad hæc legis concio nec vires implendi eam homini tribuit, nec mentes illorum mutat. Deut. XXIX. 4. *Audiviſtis & vidiſtis, ſed Deus non dedit vobis cor intelligens.* Evangelii promiſſiones credentibus ſubminiſtrant Spiritum S. qui ſimul dat, quam evangelium requirit, fidem, Jer. XXXI. 33. Gal. III. 2. Cyrillus Alex. in cap. XL. Eſai. *Moleſta & oneroſa erat lex omnibus docens typos, non immittens in mentem & cor rerum neceſſariarum inſtitutionem auditoribus, ſed velut externam cognitionis ſpeciem tanquam in ſola litera, idque vix tradidit. At ſalvatoris & evangelica prædicatio loquitur Spiritu ſancto, cujusque cogitationis profunditatem patefaciente, & ſpirituales meditationes ac contemplationes immittente & ſanctorum ſermones infigente & in penitiſſimis quaſi animi penetralibus inflammante.* GERHARDUS.

gendi ſunt homines ad opera juxta legis n præſtanda, ſed in theatrum juſtificatio- lræ coram Deo non ſunt inferenda, ibi erpetua eſt oppoſitio inter operari & cre- inter gratiam & opera, inter legem & ev- m. 2.) In *uſu clavium eccleſiaſticarum.* itentibus & ſecuris non eſt annuncianda ırum remiſſio; ſed potius Dei ira ex lege. I. 9. *Tribulatio & anguſtia in omnem ı hominis operantis malum.* 1 Tim. I 9. *ɔſita eſt injuſtis, impiis, ſceleratis &c.* ccuſationis & damnationis ſuæ pondere Contritis cordibus non ſunt legales com- mes exaſperandæ, ſed potius evangelicæ ıtionis oleum inſtillandum. Eſa. LXVI. 1. *ſt locus quietis meae?* v. 2. *reſpiciam ad em & contritum ſpiritu & trementem es meos.* Matth. XI. 5. *Pauperibus evan- praedicatur.* Quia vero in uno eodem- mine manet quodammodo vetuſtas carnis ɔvitate ſpiritus, ideo recte dicit Lutherus III. ad Gal. *in praxi ita conjuncta eſſe & evangelium, ut nulla mathematica con- dari poſſit, quae ſit huic ſimilis.*

eterum imine evan-

§. LVI. Ex his judicium fieri poteſt de dictis veterum, quibus legis & evangelii differentiam re- vocant ad hæc capita, ut dicant, hæc duo doctrinarum genera dif- 1.) ut figura & veritas, promiſſio & com- ıtum differunt. Juſtinus in quæſt. orthod. ὸ εὐαγγέλιον προκατηγγελμένον, τόδε ἐλιον νόμος πεπληρωμένος. Ambroſius III. Gal. *Ideo longe poſt promiſſionem ſt lex, ut ipſa diſtinctione aliud lex, aliud ſio videretur.* Idem I. offic. cap. XLVIII. *nbra, hic imago, illic veritas. Umbra in imago in evangelio, veritas in cæleſtibus.* ınius lib. I. tom. I. *Figurae in lege fue- veritas autem in evangelio. Illic enim ciſio fuit carnalis, quae inſerviit tempori ad magnam circumciſionem, hoc eſt, ba- m, qui circumcidit nos a peccatis, & ob- nos in nomen Dei. Erat illic ſabbatum ıs nos in magnum ſabbatum, hoc eſt, re- quiem Chriſti, ut in Chriſto ſabbatum agamus a peccatis. Et erat illic agnus irrationalis, qui ſacrificabatur, deducens nos ad magnum agnum ac cæleſtem pro nobis ac toto mundo mactatum.* Cyrillus libr. I. in Joh. cap. XXI. *Lex ducebat in tabernaculum, quod verarum rerum erat fi- gura. Salvator* (ſeu Evangelium) *nos in ipſum adduxit cælum & tabernaculum verum, quod Deus, non homo, condidit.* Beda lib. I. in Joh. cap. I. *Quod lex & prophetae futurum praenun- ciarunt, hoc redditum atque completum in evan- gelio monſtratur.* Potho lib. II. de ſtatu domus Dei: *Umbra eſt in lege, imago in evangelio, veritas in cælo. Domus Dei, quae in umbra legis aedificatur, imperfecta eſt, quia nihil ad perfectum lex ducit. Domus Dei, quae in ima- gine conſtruitur, in luce eſt. Domus Dei, quae in veritate conſiſtit, tota lux eſt.* 2.) Cauſa miniſteriali. Ambroſius in I. Rom. *Quantum diſtat Dominus a ſervo, tantum diſtat evange- lium a lege, non quod mala ſit lex, ſed quia melius evangelium.* 3.) Amplitudine miniſterii præ- dicationis. Euſebius lib. I. demonſt. evang. cap. VI. *Lex Moſis ad certum erat alligata locum, evan- gelium vero condonata libertate in unoquoque lo- co Deum adorare & colere praecepit.* 4.) Uni- verſalitate ſubjecti. Euſebius ibid. *Lex Moſis ab uno genere hominum incipiens omnium primum Judaeorum genus ad unius Dei agnitionem cul- tumque vocabat: evangelium autem omnibus ho- minibus &, quae ubique terrarum ſunt, genti- bus ſublimius provectam Dei cognitionem adpor- tat.* 5.) Severitate & lenitate. Chromatius in cap. V. Matth. *In lege eſt ſeveritas, in evan- gelio gratia, illic terror incredulis incutitur, hic credentibus benedictionum munus infunditur.* 6.) Effectuum diverſitate. Cyrillus lib. II. in Joh. cap. LIII. *Moſes lege orbem terrarum damnat: Filius a maledictione legis orbem liberat, & miſericor- diae cumulo aegritudinem mundi curat.* Chryſo- ſtomus in 2 Cor. III. *In lege, qui peccatum ha- bet, punitur: hic autem, qui habet peccata, ac- cedens baptizatur & fit juſtus. Juſtus autem factus vivit liberatus a morte peccati. Lex ſi prehenderit homicidam, tollit e vivis. Gratia ſi acceperit homicidam, illuminat & vivificat.*

Ambro-

Ambroſius lib. IX. epiſt. 22. *Ideo lex ſeveritatem gladii habet tanquam paedagogus baculum, ut imperfectae plebis infirmitatem pœnae ſaltem denunciatione deterreat. Evangelium autem indulgentiam habet, qua peccata damnantur. Jure ergo Paulus ait: Quod litera occidit, Spiritus autem vivificat.* Hieronymus in cap. III. Eccleſ. *Lex quippe rigida, inbenigna, non parcens, peccantem interficit. Evangelii gratia miſeretur & ad pœnitentiam provocat.* Haymo in Cant. Cantic. *In lege nulla reſervatur pœnitentia, ſed praecipitur, ut, qui peccat, occidatur. Evangelium autem dicit, nolo mortem peccatoris.* Theodoretus q. XLIII. in Deut. *Lex eos, qui peccant, condemnat: gratia autem eos ſuſcipiens per fidem juſtificat, & peccatorum remiſſionem donat.* Primaſius in cap. II. Rom. *Lex auditores facit, gratia factores.* Bernhardus ſerm. XXX. in Cant. *Quis ſane ex aequo reſpiciat condemnantem & conſolantem, repoſcentem & ignoſcentem, plectentem & amplectentem? Non pari profecto acceptabitur voto umbra & lux, ira & pax, judicium & miſericordia, figura & veritas, virga & haereditas, frenum & oſculum.* 7.) Bonorum, quæ largitur, & doctrinæ perſpicuitate ac perfectione. Cyrillus lib. I. in Joh. cap. XXI. *Lex gratiam dabat, boni a malo diſcretionem, verique Dei cognitionem docens & ab idolorum cultu revocans, non tamen perfecte, ſed paedagogice ac inutiliter. Unigeniti autem veritas ſeu gratia non figuris neque umbris, ſed aperte atque liquide nobis bona largitur, doctrinaque ſua ad perfectam fidei cognitionem deducit.* Ibidem. *Lex dabat ſpiritum ſervitutis ad formidinem, Chriſtus ſpiritum adoptionis in libertatem.* Hieronymus lib. I. dial. adverſ. Pelag. hæc omnia ſic effert: *Aliud eſt damnare legem, quod Manichaeus facit, aliud legi praeferre evangelium, quod apoſtolorum eſt doctrina, in illa umbram, in hoc veritatem eſſe dicimus, in illa ſervi, in hoc praeſens Dominus loquitur, ibi promittitur, hic impletur; ibi initia, hic perfectio eſt, in illa operum fundamenta jaciuntur, hic fidei & gratiae culmen imponitur.*

[illegible] De dictis veterum.

§. LVII. De his & ſimilibus veterum pronunciatis obſervandum, 1.) quod *legis* nomine intelligant non ſolum moralem legem, ſed in genere omnes leges Moſaicas, etiam ceremoniales & forenſes; nomine vero *evangelii* publicum exhibiti Meſſiæ præconium. Sed quando proprium legis & evangelii diſcrimen quæritur, proprie de lege morali agitur, & nomine evangelii concio gratiæ intelligitur. 2.) Quod pleraque differentiæ capita proprie ad vet. ac nov. teſtamenti diſcrimen pertineant, qua de re ſuo loco. 3.) Quod hujus loci propria ſint pronunciata ea, quibus effectuum diverſitate legem ab evangelio differre tradunt. 4.) Quod diſſimilia in ſcriptis veterum occurrant dicta, quorum quædam admodum commoda interpretatione egent. Sic nova in evangelio a Chriſto præcepta tradi quandoque pronunciant. Irenæus lib. IV. c. 27. dicit: *Chriſtum legem extendere ac dilatare; non ſolum vetita a lege, ſed & concupiſcentias eorum prohibere, &c. Pro eo, quod eſt:* non mœchaberis, *non concupiſcere praecepit, pro eo, quod eſt:* non occides, *ne iraſci quidem, pro eo, quod eſt:* decimare, *omnia, quae ſunt pauperibus, dare.* Tertullianus lib. IV. adverſ. Marc. *Novam plane patientiam docet Chriſtus, etiam vicem injuriae cohibens, permiſſam a creatore, oculum exigente pro oculo & dentem pro dente, contra ipſe alteram amplius maxillam offerri jubens & ſuper tunicam pallio quoque cedi, plane haec Chriſtus adjecit, ut ſupplementa diſciplinae creatoris.* Hilarius in cap. V. Matth. *Amari lex proximum exigebat, ergo inimicum licentiam odii dabat, diligi vero inimicos fides praecepit, & petulantes humanarum mentium motus publicae caritatis frangit adfectu, non ſolum iram ab ultione depellens, ſed & in amorem mitigans injurioſi.* Euſebius lib. I. demonſtr. evang. cap. VI. *Moſes quidem illorum temporum hominibus quaſi iis, qui caedibus inquinari ſoliti eſſent, non occidere imperabat. Ego autem iis, qui hoc ipſum antea didicerint, & primo illi praecepto ſatisfecerint, alterum perfectius impono, atque ut ne*

iram

ıidem perturbatione vincantur, praeci-
. Moſes quidem adulteris diſſolutisque ho-
r legem poſuit non mœchari, maribus non
, voluptates praeter naturam non ſecta-
ſupplicium mortis iis, qui non obtempe-
, adjunxit. Ego autem meos volo ne in-
ıidem mulierem cum petulanti cupiditate.
ſtomus in Matth. hom. XVI. *Non ideo*
ı legem deſiit in regnum inducere, quia
t, ſed quia perfectorum utique mandato-
mpus advenerit. Si vero ad comparatio-
gis novae vetus imperfecta monſtratur,
quidem illam malam eſſe convincit, &c.
tendiſſet, quid merito a nobis ſupra prio-
itiae menſuras requirat, incipit recentis
dinare praecepta non ſimpliciter, ſed per
ationem legis antiquae.

corum ia de ie vet. teſt.

§. LVIII. Has incommodas ve-
terum locutiones ſecuti ſcholaſtici
diſputant, legem veterem imper-
fecta tradere præcepta de exter-
tum operibus ex timore præſtandis, &
promiſſiones tantum corporales vel tem-
; in nova vero lege tradita eſſe perfe-
excellentiora & ſeveriora præcepta, quæ
ous adferant juſtitiam abundantem ſupra
:orum & ſcribarum juſtitiam, quæque ha-
promiſſionem ſalutis & vitæ æternæ, ut
ione lex & evangelium differant, 1.) tem-
2.) præceptis, 3.) promiſſis, 4.) ſacra-
. Lombardus III. ſent. diſt. 40. lit. A.
pto non mœchandi fit ſuperadditio in evan-
ubi omnis concupiſcentia mœchandi prohi-
Quod lex dicitur comprimere manum &
imum, dicitur de lege ſecundum ceremo-
non moralia, vel quia in lege non eſt ge-
prohibitio omnis mortiferae concupiſcen-
. B. *Diſtat evangelii litera a legis litera,*
verſa ſunt promiſſa, ibi terrena, hic cœ-
omittuntur. Diverſa etiam ſacramenta,
a tantum ſignificabant, haec conferunt gra-
Praecepta et an diverſa quantum ad ce-
alia, nam quantum ad moralia ſunt ea-
ed plenius in evangelio continentur. Tho-
Aquino in cap. V. Matth. *Hic novae legis ex-*
planatio continetur, quae etiam in opere interiori conſiſtit. Ego autem dico vobis, *id eſt, ad hoc mandatum, quod ſolum putatis in actu eſſe ſervandum, addo & explano eſſe ſervandum in voluntate.* Idem 1. 2. q. 91. art. 5. *Lex vetus & nova differunt ut perfectum & imperfectum. 1.) Lex vetus directe ordinabat ad bonum ſenſibile & terrenum, lex nova ad bonum intelligibile & cæleſte. 2.) Lex vetus cohibet manum, lex nova animum, id eſt, interiores adfectus. 3.) Lex vetus inducit ad obſervantias mandatorum per timorem pœnarum; lex nova facit hoc per amorem, qui infunditur cordibus per gratiam Chriſti.* Scotus III. ſent. diſt. 40. *Lex nova continet omnia moralia, quae lex vetus, & addit alia, vel ſaltem addit aliquam explicationem aliquorum, ad quae forte ipſi non tenebantur, & quantum ad hoc eſt gravior.* Idem ibidem: *Dubium eſt, utrum Judaei tenebantur ad praecepta moralia omnia & eodem modo explicata, ſicut nos tenemur modo, quia ſi ipſi non tenebantur ad praecepta illa, niſi ſicut Judaei interpretabantur, tunc licuit diligere amicum, & odio habere inimicum, & uxoribus dare libellum repudii, ita enim docuerunt phariſaei ſimplices in populo.* Antoninus part. I. tit. 15. cap. un. §. 3. *Alio modo lex nova eſt alia a veteri, quia lex vetus eſt paedagogus puerorum, & lex nova eſt lex perfectionis, quia lex dilectionis. Et omnes differentiae, quas ponunt doctores inter legem veterem & novam, hoc oſtendunt, quod differunt ſicut perfectum & imperfectum.* Biel. III. ſent. diſt. 40. q. un. *Lex nova diſtat a veteri per praecepta, ſacramenta & promiſſa. Probatur quantum ad praecepta, quia licet eadem moralia, tamen ceremonialia & judicialia ſunt revocata in lege nova. Quantum ad ſacramenta, quia ibi tantum unicum, ſcilicet circumciſio, vel ut alii duo, matrimonium & circumciſio, quae tamen non tantam contulerunt gratiam, quantam ſacramenta novae legis. Quantum ad promiſſa, quia aeterna bona in nova lege manifeſte promittantur, in veteri non niſi ſub quibusdam figuris.* Art. III. dub. 2. ex Bonaventura dicit, *legi novae convenire vivificare tripliciter; formaliter, ratione gratiae ſacramentalis, adfectu, ratione*

tione amoris ſpiritualis, ad quem excitant promiſſa, exercitio, ratione multiplicitatis bonae operationis tam praeceptorum, quam conſiliorum; in lege autem veteri promiſſa erant temporalia, praecepta exterius regulantia, ſacramenta figuralia.

Bellarmini ſententia de diſcrimine vet. & nov. teſt.

§. LIX. Horum veſtigiis inſiſtens Bellarminus lib. IV. de juſtif. cap. 3. & 4. octo tradit legis & evangelii diſcrimina, quæ antequam in ſpecie excutiantur, duo obſervanda erunt, 1) quod ne in unico quidem membro promiſſionis gratuitæ de Chriſto & ejus beneficiis ac de reconciliatione noſtra cum Deo mentionem faciat. 2) Quod evangelium accipiat pro tota doctrina, quam Chriſtus & apoſtoli prædicarunt, ut ex cap. 2. præcedenti aperte colligitur, quam generalem evangelii ſignificationem, ut ſuo loco non negamus, ita non eſſe propriam & ſpecificam dicimus, idque ſuperius evicimus. I.) *Primum* igitur legis & evangelii hoc eſſe diſcrimen, Bellarminus adſerit, quod eſt inter *doctrinam* inchoatam & perfectam. *Cum enim tria contineat utriusque teſtamenti ſcriptura: myſteria, promiſſiones & praecepta, id eſt, res credendas, ſperandas & faciendas, quibus fides, ſpes & charitas reſpondent, in omnibus tribus longe praeſtat doctrina evangelica & apoſtolica doctrinae legis & prophetarum. Quod attinet ad myſteria fidei, doctrina vet. teſt. unitatem Dei manifeſte docet, Trinitatem perſonarum & incarnationem Verbi non, niſi obſcure & imperfecte, ut ea potius adumbret, quam exprimat; doctrina vero teſtamenti novi haec omnia perſpicue tradit & explicat.* Reſp. perfectio doctrinæ æſtimatur vel ex re ipſa, vel ex docendi modo. Quod ad rem ipſam ſive myſteria fidei attinet, doctrina vet. teſt. nequaquam eſt imperfecta, ſiquidem eosdem fundamentales fidei articulos tradit, quos Chriſtus & apoſtoli in nov. teſt. repetunt. Quod ad docendi modum attinet, fatemur, quædam fidei myſteria clarius & dilucidius in nov. teſt. expreſſa eſſe, quam in veteri, ſed hoc perfectioni reali nihil quicquam derogat, cum ad perſpicuitatem potius pertineat, quam ad perfectionem, ad modum cognitionis potius, quam ad res ipſas cognoſcendas. Recte igitur dicit Auguſtinus XVI. de civ. Dei cap. 26. *Teſtamentum vetus eſt occultatio novi, novum eſt revelatio veteris.* Idem lib. de catech. rudib. cap. 4. & alibi paſſim repetit: *In veteri novum latet, in novo vetus patet,* quo pertinet, quod crebris Lutherum ſermonibus dicunt uſurpare ſolitum: *Novum teſtamentum ſibi videri ſolem, a quo luna teſtamenti veteris illuſtretur.*

An diverſæ promiſſiones in vet. & nov. teſt.?

§. LX. II.) Procedit Bellarminus ad *promiſſionum* diverſitatem oſtendendam. *Lex & prophetae pollicentur expreſſe bona temporalia, figurate regnum cœlorum. Chriſtus & apoſtoli manifeſte regnum cœlorum & vitam aeternam pollicentur, bona temporalia adjicienda eſſe dicunt, & ideo non eſſe ſolicite & anxie requirenda. Et quoniam promiſſionibus adjungi ſolent etiam minae, lex & prophetae comminantur temporalia mala, Chriſtus & apoſtoli mortem ſempiternam.* Reſp. 1) Ambiguitas eſt in vocabulo *regni cœlorum:* vel enim intelligitur de vita æterna, cujus promiſſiones in vet. teſt. exſtare, nulla veritatis ſpecie negari poteſt, vel de ſpirituali Chriſti regno, ſecundum veritatem & complementum in vet. teſt. prænunciato ac præfigurato, in novo autem conſummato & ſine involucris figurarum exhibito, quo ſenſu Auguſtinus ſcribit libr. XIX. contra Fauſtum cap. ult. *Teſtimoniis vitae aeternae & reſurrectionis mortuorum abundat ſcriptura ſacra, ſed nomen hoc: regnum cœlorum, de nullo inde mihi libro occurrit, hoc enim proprie pertinet ad revelationem nov. teſt.* & lib. XVIII. de civ. Dei cap. 11. *Vetus teſtamentum terrenas habuit promiſſiones, ſed per Jeſum Chriſtum futurum erat nov. teſtam. quo regnum cœlorum promitteretur.* Fatemur igitur, in vet. teſtamento datas promiſſiones de futuro Chriſti adventu & ſpirituali ejusdem regno, easque promiſſionibus terrenis & corporalibus figuris ac umbris potiſſimum involutas, figuratas & adumbratas eſſe, in nov. teſtam. promiſſionum illarum complementum annunciari, nimirum de Chriſto exhibito, de regno cœlorum, quod adpropinquavit absque involu-

is & umbris, ſed ex eo non debet inferri, teſtam. non fuiſſe datas promiſſiones de erna. 2) Legem & prophetas minari tem- ı mala, Chriſtum & apoſtolos mortem ernam, nequaquam intelligendum eſt *ex-*, cum in lege & prophetis exſtent non ſo- romiſſiones vitæ, ſed & comminationes æternæ. Deut. XXX. 15. *Propoſui tibi vitam & bonum, mortem & malum.* Lev. 5. *Cuſtodite ſtatuta mea & judicia mea, aciens homo vivet in eis;* quas promiſſio- que oppoſitas comminationes non ad hujus ı vitæ præmia, ſed & ad vitam æternam re, patet ex hiſtoria Luc. X. Ibi enim us a legisperito Chriſtus, quid faciendo æternam poſſidere poſſit, ad legem eum t v. 26. *in lege quid ſcriptum, quomodo* ac recitata legis ſumma ſubjicit v. 28. *Hoc vives.* Sic. Gal. III. 12. *Lex non eſt ex ed qui fecerit ea homo, vivet in eis,* ubi. ecedentibus & conſequentibus patet de ju- ione, & ſic de modo perveniendi ad vitam agi. Rom. II. & III. apoſtolus ex voce mnes arguit eſſe peccatores v. 19. *ſcimus, quaecunque lex dicit, iis, qui ſunt in lege, ut omne os obſtruatur, & obnoxius fiat mundus Deo.* 3) Fatetur ipſe Bellarmi- egem promittere obedientibus regnum cœ- & vitam æternam; (licet addat *figurate*) ergo a contrario ſenſu minatur inobedien- ternam damnationem. 4) Si ex lege, id vet. teſtam. (hoc enim ſenſu Bellarminus lum *legis* uſurpat) removentur commina- æternæ, utique etiam ex eo removendæ romiſſiones evangelicæ de gratia Dei, de one peccatorum, de reconciliatione cum c., cujus contrarium oſtendimus ſuperius: e unicum illud repetimus: Rom. III. 21. *ia fidei comprobata eſt teſtimonio legis & tarum.* 5) In prophetis æternæ mortis nationes exſtare, manifeſtum eſt: Jer. 30. *Unusquisque propter iniquitatem orietur.* Ezech. XVIII. 4. *Anima, quae rit, ipſa morietur.* Ez. XXXIII. 9, 13, 18. *iniquitatem ſuam morietur*, quibus in cabulum *mortis* non ſolum de temporali morte, quæ piis & impiis, credentibus & incredulis communis eſt, ſed etiam, imo potiſſimum de æterna morte accipiendum eſt, perinde ut in comminatione illa, præcepto de non comedendo arboris vetitæ fructu addita, accipitur. Gen. II. 17. *Quacunque die ex hac arbore comederis, morte morieris.* Adde fidei analogiam, quæ oſtendit, impietatem non ſolum temporalibus, ſed & æternis ſuppliciis a Deo vindicari. 6) Pari ratione una cum promiſſionibus æternis in nov. teſt. dantur etiam promiſſiones corporales & temporales, quæ tamen cum exceptione crucis ſunt intelligendæ. Marc. X. 29. *Nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me & evangelium*, v. 30. *qui non accipiat centies nunc in hoc ſeculo domos & fratres & ſorores & matres & filios & agros cum perſecutionibus, & in ſeculo futuro vitam aeternam.* 1 Tim. IV. 8. *Pietas habet praemia praeſentis & futurae vitae.* 1 Pet. III. 10. *Qui vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam a malo.* v. 13. *Quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni aemulatores fueritis?*

An nova mandata in nov. teſt. tradita?

§. LXI. III) Accedit tandem Bellarminus ad membrum *tertium*, videlicet *leges* & *mandata*, quorum alia ceremonialia, alia judicialia, alia moralia erant in vet. teſt. *In novo* (inquit) *pro ceremoniis illis Moſaicis, quae propemodum infinitae erant, inſtituit Chriſtus ſacramenta numero pauciſſima, obſervatione facillima, ſignificatione praeſtantiſſima, quibus ſocietatem novi populi colligavit.* Auguſtinus epiſt. CXVIII. *Judiciales leges Chriſtus in evangelio non tulit, ſed ferendas reliquit iis, qui variis in locis rem publicam gerentes, pro rerum, perſonarum & temporum diverſitate inſtituendas eſſe judicaverint. Morales leges, quae perpetuae ſunt, easdem fere habent lex & evangelium, ſed in hoc praeſtat evangelium legi, quod quaedam graviora, quae a Judaeis propter infirmitatem ipſorum in lege non exigebantur, a chriſtianis in evangelio exiguntur, ut patet de libello repudii & polygamia; quaedam etiam expreſſius leguntur in evangelio, quae obſcurius* habe-

habebantur in lege. Concludit igitur, *non omnia, ſed fere omnia, quae ad mores pertinent, evangelium cum lege habere communia*, quo fine analyſin inſtituit ſermonis Domini in monte habiti, quem corruptelis phariſaicis, non autem legi morali, oppoſitum eſſe dicit, interim tamen conſilia quaedam perfectionis legi a Chriſto addita eſſe ſubjicit. *Reſp.* 1) In nov. teſtam. ceremoniales & judiciales leges Moſaicas abrogatas eſſe, itidem docemus. 2) Leges morales in lege & evangelio, hoc eſt, in vet. & nov. teſtam. non fere, ſed vere easdem eſſe dicimus; quicquid enim in vet. vel in nov. teſtam. doctrinam operum proponit, explicat & urget, ad legem pertinet. 3) De libello repudii & polygamia in tractatu de conjugio dicetur. Chriſtus, libellum repudii & polygamiam in nov. teſt. abrogans, non promulgat novas leges, ſed ad primaevam conjugii inſtitutionem nos revocat. 4) Si evangelium accipiatur in *propria* ſignificatione pro concione gratiae ac gratuita promiſſione remiſſionis peccatorum propter Chriſtum, inſidioſe dicitur, evangelium easdem habere cum Moſe leges morales. Id enim ſi hoc modo intelligatur, quod evangelium requirat bona opera ad ipſum juſtificationis actum, atque eo fine renatos hortetur ad novam obedientiam, ut per eam mereantur vitam aeternam, falſum eſt: ſin vero accipiatur hoc ſenſu, quod evangelii beneficium ſit non ſolum remiſſio peccatorum, ſed etiam renovatio, per quam Spiritus ſanctus reliquias peccati expurgare, & legi divinae nos conformare incipit, verum eſt. 5) Sermonis Domini, quem in exordio praedicationis ſuae habet, ſolidam & accuratam explicationem tradit Chemnitius in aurea evangelicae hiſtoriae harmonia, ad quam lectorem remittimus; interim magnopere commendamus, quod agnoſcit Bellarminus, concionem Chriſti non eſſe oppoſitam legi morali, ſed corruptelis phariſaicis, qua in parte non ſolum a multis patribus, ſed etiam a ſcholaſticis & plerisque ſcriptoribus pontificiis diſcedit, quod ſi in aliis controverſiis faceret, ac caeleſtem veritatem in ſcripturis patefactam humanae auctoritati praeferret, bene haberet. 6) De conſiliis perfectionis ſuus erit poſtea diſſerendi locus.

§. LXII. IV.) *Alterum* legis & evangelii diſcrimen deducit Bellarminus ex *annexis*. *Lex* (ait) *per Moſen data eſt, qui fuit tantum legiſlator; evangelium per Chriſtum, qui fuit non ſolum legiſlator, ſed etiam redemtor. Proinde lex venit ſola, evangelium vero non ſolum, ſed cum gratia.* *2. Lex venit ſola, evangelium cum gratia.* Reſp. 1) Per *gratiam* intelligit Bellarminus gratiam bene operandi & legis ipſius implendae, hoc eſt, donum per gratiam, cum in articulo juſtificationis gratia ſignificet gratuitam Dei miſericordiam, qua credentibus in Chriſtum remittit peccata, ut ſuo loco demonſtrabimus. 2) Proinde primaria illa hujus vocabuli ſignificatio non erat omittenda, ſed utrumque beneficium evangelii conjungendum, videlicet gratia & donum per gratiam, ſiquidem per evangelium non ſolum datur peccatorum remiſſio, ſed etiam Spiritus ſanctus, naturam incipiens renovare, & legi nos conformare. 3) Ergo ſi lex proprie accipiatur pro doctrina operum, evangelium pro gratuita promiſſione de remiſſione peccatorum, agnoſcimus hoc diſcrimen, quod lex ſolummodo imperet & flagitet, interim non conferat vires praeſtandi; evangelium vero conferat credentibus Spiritum ſanctum, per quem ad omnis generis bona opera impelluntur. Gal. III. 2. *Hoc ſolum a vobis volo diſcere, ex operibus legis Spiritum accepiſtis, an ex auditu fidei?* hoc eſt, ex evangelio, qua de re in pluribus locis, praeſertim vero in libro de Spiritu & litera copioſe tractat Auguſtinus. 4) Quamvis vero illud donum per gratiam, hoc eſt, renovatio Spiritus non minus ſit evangelii beneficium, quam gratia, hoc eſt, gratuita peccatorum propter Chriſtum remiſſio; interim tamen renovatio illa a peccatorum remiſſione & juſtitiae Chriſti imputatione in articulo juſtificationis accurate diſtinguenda eſt, cum non inchoata & imperfecta illa renovatione, quae eſt juſtificationis conſequens, ſed fide in Chriſtum juſtificemur. 5) Sin vocabulo *legis* accipiatur doctrina vet. teſtamenti in ſcriptis Moſaicis & propheticis comprehenſa, neutiquam gratiae beneficium ab ea ſeparandum, ſiquidem concio gratiae de remiſſione peccatorum propter Chriſtum mediato-

diatorem non minus ſonuit in veteri quam in novo teſtamento, per quam non minus tempore veteris, quam novi teſtamenti, omnes ſancti ſunt juſtificati & ſalvati. Act. XV. 11. *Per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti credimus ſalvari, καθ' ὃν τρόπον, quemadmodum & patres noſtri.* Rom. IV. 13. *Non per legem promiſſio Abrahae aut ſemini ejus, ut haeres eſſet mundi, ſed per juſtitiam fidei.* Hebr. XIII. 8. *Jeſus Chriſtus heri & hodie, idem etiam in ſecula.* Apoc. XIII. 8. *Agnus Dei occiſus eſt ab origine mundi.* 6) An & quatenus Chriſtus ſit legiſlator, paulo poſt expeditum dabimus.

Minus principales legis & evangelii differentiæ.

§. LXIII. V) Ex his primariis & præcipuis differentiæ inter legem & evangelium capitibus alia quædam tanquam ex fontibus derivat Bellarminus: *Tertium* enim diſcrimen legis & evangelii ſtatuit, quod *lex Moſis uni tantum genti data fuit, lex Chriſti omnibus gentibus. Quartum*, quod *lex umbram & figuras rerum futurarum magna ex parte complectitur; evangelium ipſum corpus & veritatem exhibet. Quintum*, quod *lex Moſis adveniente Chriſti lege* (*) *mutanda erat, Chriſti autem legi nulla ſuccedere debet lex alia.* Reſp. Si per legem intelligitur doctrina vet. teſtam. per evangelium doctrina novi teſtamenti, quo ſenſu hæc Bellarminus accipit, tolerabiliter ea dicuntur; nos autem quærimus hoc loco de diſcrimine inter legem proprie acceptam pro doctrina operum & inter evangelium itidem proprie acceptum pro doctrina fidei. Monendum etiam, legem Moſis datam quidem fuiſſe uni tantum genti, ac plenitudinem gentium novi demum teſtamenti tempore intraſſe, nihilo tamen minus fores eccleſiæ omnibus etiam in vet. teſtam. apertas fuiſſe, quod innumera proſelytorum exempla comprobant. Legem veterem habuiſſe figuras & umbras rerum futurarum, ac Chriſti adventu abrogatam eſſe, accipiendum de legibus ceremonialibus, non autem de lege morali, quæ eſt perpetua. VI.) *Sextum* diſcrimen Bellarminus hoc ſtatuit, quod *lex Moſis non habeat vim juſtificandi, evangelium vero eam habeat, cum det gratiam implendi legem.* Reſp. Non ideo ex evangelio eſt juſtificatio, quia dat gratiam implendi legem, ſed quia eſt prædicatio fidei, per quam Chriſti beneficia, in hac concione gratiæ oblata, ad noſtram juſtificationem amplectimur. Sane donum per gratiam, hoc eſt, renovatio, per quam bene operamur, itidem evangelii beneficium eſt; interim a peccatorum remiſſione, in qua noſtra conſiſtit juſtificatio, & quam donum renovationis, ſive gratia caritatis demum ſequitur, accurate diſtinguenda eſt, ut ſuo loco plenius docebimus. Quod Bellarminus negat legi Moſis uſpiam opponi doctrinam evangelii, falſum eſt: (nimirum ſi per legem doctrina operum, per evangelium concio gratiæ intelligatur) diſerte enim apoſtolus adſerit, *Juſtitiam Dei ex fide in fidem revelari in evangelio ſine lege;* Rom. I. 17. III. 21, 22. & in articulo juſtificationis perpetua eſt oppoſitio inter legem & evangelium, opera & fidem, meritum & gratiam, operari & credere. VII.) *Septimum* diſcrimen Bellarmino eſt, quod *lex Moſis ſit lex timoris & ſervitutis; evangelium vero lex amoris & libertatis, ſiquidem legis mandata ſine gratia reos conſtituunt homines, Chriſtus autem dedit Spiritum, per quem in corde diffuſa eſt charitas.* VIII.) *Octavum* denique diſcrimen hoc eſt, quod *lex Moſis graviſſima & importabilis erat, evangelium Chriſti jugum ſuave.* Reſp. Eſt ſane beneficium evangelii, quod Spiritus S. in regeneratione datus ad ſpontaneam ac voluntariam obedientiam nos impellit, quod Filius nos liberat, ut non amplius ſimus *ſervi peccati*, Joh. VIII. 36. quod *caritas Dei diffunditur in corda noſtra per Spiritum S.*

 Rom.

(*) Salmeronius tom. I. p. 421. ſtatuit, quod nova lex (doctrina Chriſti propria) non Chriſto vivente, ſed demum poſt mortem ejus cœperit obligare; Gregorius de Valentia tres ea de re opiniones refert, quod lex evangelica cœperit obligare vel in die pentecoſtes ſecundum Capreolum, vel in puncto reſurrectionis Chriſti ſecundum Scotum, vel in puncto mortis dominicæ, poſtquam dictum, *conſummatum eſt*, quam ſententiam ceteris præfert. GERHARDUS.

Rom V. 5. quod *mandata Dei non* amplius *ſint gravia & moleſta ;* 1 Joh. V. 3. interim hoc conſequens juſtificationis cum ipſo ejus actu non eſt confundendum, qua de re ſuo loco.

CAPUT VII.
QUÆSTIONEM, AN CHRISTUS SIT NOVUS LEGISLATOR, EXPONIT.

An Chriſtus ſit novus legislator ?

§. LXIV. Occaſione ſecundi diſcriminis, quod Moſen tantum legislatorem, Chriſtum vero legislatorem & redemtorem fuiſſe ſtatuit, inquirendum reſtat: *an & quo ſenſu Chriſtus fuerit ac dici poſſit legislator* (*)? Certum eſt, Filium Dei una cum Patre & Spiritu ſancto legem cordibus hominum in prima creatione indidiſſe, mandatum de non comedendo vetitæ arboris fructu edidiſſe, ac ſolenni legis promulgationi in monte Sinai adfuiſſe: certum & hoc eſt, Chriſtum in miniſterio prædicationis ſuæ non ſolum evangelium de gratuita peccatorum remiſſione, ſed etiam legem auditoribus ſuis propoſuiſſe, eandem a corruptelis phariſaicis vindicaſſe, & priſtino nitori reſtituiſſe. Verum de eo non quærunt pontificii, quando Chriſtum legislatorem fuiſſe pugnant, ſed ideo & hoc reſpectu id nominis ipſi competere ſtatuunt, quod novas quaſdam leges promulgaverit, ac legem Moſaicam perfectiorem reddiderit. Contrarium vero oſtendimus his fundamentis: 1) Joh. I. 17. *Lex per Moſen data eſt, gratia autem & veritas per Chriſtum nobis facta eſt.* Diſtinguitur hic inter miniſterium Moſis & officium Chriſti. Moſes tradit quidem præcepta, & addit promiſſionem vitæ, ſed ſub conditione perfectæ impletionis, proinde cum natura noſtra, per peccatum corrupta, non habeat facultatem perfectæ obedientiæ præſtandæ, neque Moſes eam conferat, inde *lex iram operatur*, Rom. IV. 15. & *eſt miniſterium mortis:* 2 Cor. III. 7. Opus igitur fuit alio mediatore, Chriſto ſcilicet, per quem gratia & veritas nobis contingeret, is ſiquidem doctrinam gratiæ & veritatis, hoc eſt, evangelium protulit, nec prædicata ſolummodo per Chriſtum gratia & veritas, ſed etiam ἐγένετο facta eſt, quia paſſione ſua cœleſtia bona promeruit & adquiſivit, ipſe etiam gratiam & veritatem fidelibus per evangelium gratiæ revera diſtribuit & communicat. Hæc Chemnitius lib. II. harm. evang. c. 20. pag. 61. Finge, Chriſtum fuiſſe in officio mediatoris novum legislatorem, peribit oppoſitio ab evangeliſta vel baptiſta in hoc dicto tradita. 2) Perfecto nihil poteſt addi. Lex eſt perfectiſſima bonorum operum regula, cum requirat dilectionem Dei ex toto corde, totius naturæ integritatem, omnium actionum, verborum & cogitationum cum norma juſtitiæ conformitatem. Ergo legi nihil fuit a Chriſto additum. Auguſtinus lib. XVII. contra Fauſt. c. ult. *Lex Dei tam perfecte commendatur, ut nihil ei addendum minuendumve ſit.* Nec obſtat, quod Hebr. VII. 19. *lex nihil ad perfectum adduxiſſe* dicitur. Neque enim verborum iſtorum ſenſus is eſt, quod lex moralis non ſit perfecte ac ſufficienter in ſcriptis Moſis tradita, ſed partim eo reſpicit apoſtolus, quod lex, etſi per ſe ſancta ac perfecta ſit, ac præcipiat opera tam pia & juſta, ut non poſſint juſtiora ac magis pia præſcribi, tamen præcipiendo non adferat vires ea faciendi; partim vero & maxime omnium eo in loco ad legem ceremonialem reſpicitur, ſiquidem refellitur ibidem Judaica illa perſuaſio, quod ſanguine taurorum & hircorum peccata noſtra coram Deo fuerint expiata.

(*) Concilium Trid. ſeſſ. VI. can. 21. *Si quis dixerit, Chriſtum Jeſum a Deo hominibus datum eſſe, ut redemtorem, cui fidant, non etiam ut legislatorem, cui obediant, anathema ſit.* Barradius lib. II. comm. in conc. evang. cap. X. *Si Moſes legislator fuit, cur Meſſiæ legislatoris nomen detrahetur? multo quidem fuit major Meſſiæ etiam hac in parte honor, quam Moſis. Moſes enim acceptam a Deo interventu angelorum legem uni tantum populo tradidit: at Meſſias a ſe conditam legem non uni populo, ſed univerſo orbi tradidit.* GERHARDUS.

3) Omnis legislator eſt miniſter peccati, us ſcilicet ponit occaſionem peccati per le- .om. VII. 7. *Num lex peccatum eſt? ab- l peccatum non cognovi, niſi per legem, 'caſione autem accepta, peccatum per man- operatum eſt in me omnem concupiſcen- ſine lege enim peccatum erat mortuum, peccatum occaſione accepta per mandatum : me, & per illud occidit &c.* Sed Chri- n fuit miniſter peccati. Gal. II. 17. *Si ntes juſtificari in Chriſto, inventi ſumus peccatores, numquid Chriſtus miniſter eſt? abſit!* Solus vero Moſes eſt miniſter , quia quærentes ex lege juſtificari, inventi peccatores. Ergo Moſes, non autem us, in officio mediatoris eſt legislator. 4) is eo fine in mundum venit, ut *a male- e & condemnatione legis nos* liberaret, I. 13. IV. 5. ut *non amplius eſſemus ſub 'ed ſub gratia.* Rom. VI. 14. Ergo non ut novas leges promulgaret. 5) Chri- officio mediatoris eſt τέλος *finis*, & im- *'egis ad juſtitiam omni credenti:* Matth. Rom. X. 4. perſolvit debitum perfectiſſi- edientiæ, a nobis per legem exactum. Er- tenus non eſt legislator, quippe cujus eſt : obedientiam & legis impletionem. 6) is *non venit, ut judicet mundum*, Joh. . aut ut adcuſet apud Patrem, cum jam *loſes adcuſet.* Joh. V. 45. Ergo non ve- : novas leges ferret, ſiquidem omnis legis- erfectam requirit obedientiam, quam ubi ıvenit, juſtam denunciat & infligit trans- nis pœnam.

nta eo- ri Chri- latuunt legisla- m. ıp. V. b.

§. LXV. Videamus, quid roboris inſit argumentis, quibus Chriſtum novum νομοθέτην conſtituunt. I) Præcipuum adſertionis robur petunt ex cap. V. Matth. ubi videntur perfectiora præſcribi opera, quam quæ in lege Moſis fuerunt requiſita. Reſpond. 1.) cit ipſe Bellarminus lib. IV. de juſtif. cap. 3. um eo in loco corruptelas phariſaicas, qui- gem Domini depravabant, removere, & veram legis ſententiam explicare. *Depravabant* (ait) *ſcribae & phariſaei praecepta graviſſima de homicidio & adulterio, docentes, in ejusmodi praeceptis actum externum eſſe ſolum prohibitum, non autem internum, niſi ſignis exterioribus proderetur, in quo errore fuit Joſephus* lib. XII. antiq. cap. 13. & *David Kimchi in comment.* Pſal. LXVI. 17. *adverſus ejusmodi corruptelas declarat Dominus, legem:* non occides, *non ſolum manum, ſed etiam linguam & animum cohibere, & legem:* non mœchaberis, *extendi usque ad concupiſcentiam in ipſa mente conceptam. Phariſaei repudiabant legem de repudio, quod enim ob infirmitatem eorum hominum lex impunitum dimiſerat, ipſi ut rem abſolute juſtam proponebant. Dominus autem docuit, non licere uxorem dimittere, niſi cauſa fornicationis, & legem de libello repudii penitus abrogavit. Phariſaei docebant, non eſſe pejerandum, tamen frequentare juramenta etiam levi de cauſa, nullum peccatum eſſe ducebant. Contra Dominus jubet, non eſſe jurandum omnino, ſcilicet niſi ſubſit jurandi neceſſitas. Corrumpebant phariſaei legem illam talionis, oculum pro oculo, dentem pro dente. Nam cum non animadverterent, eam legem conſtitutam fuiſſe ad juſtitiam conſervandam, non ad adpetitum vindictae ſaturandum, docebant, licitum eſſe vindictam adpetere. Dominus igitur monet, non eſſe adpetendam vindictam, nec malum pro malo reddendum, ſed potius paratum eſſe debere hominem probum, ſi opus ſit, percutienti maxillam unam praebere etiam alteram. Denique pervertebant phariſaei primarium dilectionis praeceptum. Quoniam enim lex juſſerat, ut hoſtes ſuos occiderent, non odii cauſa, ſed zelo juſtitiae, qua juſta bella interdum etiam a piis regibus indicuntur, illi generale praeceptum tradebant, diligendos eſſe amicos, odio habendos inimicos. Dominus ergo graviſſime admonet, diligendos eſſe inimicos, benefaciendum his, qui nos oderunt, orandum pro perſequentibus & calumniantibus.* Hæc omnia Bellarminus rectiſſime. Et poſtea cap. 4. ſub finem. *Quae videntur in evangelio eſſe graviſſima de dilectione inimicorum & de concupiſcentia cohibenda, inveniuntur in lege vetere.*

Itaque non ait Dominus : Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus, quam *legis & prophetarum, ſed* plus quam ſcribarum & phariſæorum, *ut videlicet ſignificaret, ſe non tam addere velle ad onera praeceptorum legis, quam tollere de medio corruptelas ſcribarum & phariſaeorum.* 2) Id ipſum immote comprobat Chemnitius lib. II. harmon. evang. cap. 51. p. 341. hoc argumento. Illa, quæ Chriſtus hoc loco doctrinæ, quam vocat veterum, tanquam ſupplementum adponit, exſtant in lege divina in veteri teſtamento, ut de ira & ſignis iræ. Gen. IV. 6. *Quare iratus es & concidit vultus tuus?* Pſal. CXII. 10. *Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet.* Lev. XIX. 17. 18. *Non oderis fratrem in corde tuo, nec memor eris injuriae.* De concupiſcentia uxoris proximi in ipſo decalogo exſtat præceptum : *Non concupiſces*, & Job. XXXI. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* cap. XXIV. 15. *Oculus adulteri obſervat caliginem.* Jer. V. 8. *Unusquisque ad uxorem proximi ſui hinniebat.* Prov. VI. 25. *Ne concupiſcas pulcritudinem mulieris extraneae, ne capiaris palpebris ejus.* Certum igitur eſt, hanc ſuam explicationem Chriſtum non opponere ipſi veteri legi, ſed pravis phariſæorum interpretationibus, quas præſcriptione temporis & titulo antiquitatis ſine argumentis & probationibus populo venditabant. Et quia ante mentionem fecerat mandatorum, quæ a phariſæis *minima* vocabantur, jam explicat, quæ illa ſint. Irenæus lib. IV. cap. 26. in princ. *Conſummatae vitae praecepta in utroque teſtamento cum ſint eadem, eundem oſtenderunt Deum, qui particularia quidem praecepta apta utrisque praeceptis, ſed eminentiora & ſumma, ſine quibus ſalvari non poteſt, in utroque eadem ſuaſit.*

2) *Ex adpellationibus Chriſto datis.*

§. LXVI. II) *Alterum* adſertionis argumentum petitur ex adpellationibus, quæ Chriſto & doctrinæ ejus tribuuntur. Chriſtus enim dicitur *rex, judex, legifer noſter*, Eſa. XXXIII. 22. *rex regum*, Apoc. XIX. 16. *dux*, Mich. V. 1. *princeps regum terrae.* Apoc. I. 5. Doctrina ejus dicitur *lex*, Eſa. II. 3. Ergo Chriſtus tulit novas leges. *Reſp* 1) Chriſtus eſt unus cum Patre & Spiritu ſancto Deus, qui legem moralem hominum mentibus inſculpſit, eamque ſolenniter in monte Sinai repetivit, quo ſenſu legislatorem dici poſſe non negamus: quæritur autem hoc loco, an Chriſtus ut mediator ideo in mundum venerit, ut novas leges promulgaret? quod negamus. 2) Chriſtus dicitur rex eccleſiæ ſuæ, non quod novas leges promulget, ſed quia per publicum verbi miniſterium colligit ſibi regnum gratiæ, cujus cives regit per verbum & Spiritum ſanctum, defendit eos contra ſatanam & omnes hoſtes, ac tandem in regnum gloriæ transferet. 3) Vox *legis* ſumitur generaliter pro doctrina, תורה enim eſt a radice ירה *ſparſit, docuit*, ut ſuperius oſtendimus. Sic ergo evangelium dicitur *lex fidei*, id eſt, doctrina fidei, *auditus fidei*, ut exponitur Gal. III. 2. *verbum fidei.* Rom. X. 8.

3) *Ex collatione Chriſti cum Moſe.*

§. LXVII. III) *Chriſtus jubetur audiri ut Moſes, cui dicitur ſimilis*: Deut. XVIII. 15. *confertur etiam cum Moſe ut legislator cum legislatore;* Hebr. II. 2. III. 2. & ſeq. *Ergo Chriſtus non minus quam Moſes eſt legislator.* Reſp. 1) Phraſis illa: *excitabit Dominus prophetam ſimilem tui:* non hoc vult, quod Chriſtus itidem futurus ſit legislator, ſicut Moſes; ſed oſtendit, Chriſtum ſimili auctoritate, veritate, fidelitate & gloria futurum prophetam ac doctorem ab omnibus audiendum. Sicut Moſes populum liberavit de ſervitute corporali, ſic propheta ibidem promiſſus liberavit nos a ſervitute peccati. Auguſtinus tract. LI. in Joh. *Excitabo prophetam ſimilem tui ad formam carnis, non ad eminentiam majeſtatis.* 2) Epiſtola ad Hebræos confert Chriſtum cum Moſe, non ut legislatorem cum novo legislatore proprie ſic dicto, ſed ut Dominum cum ſervo, filium in domo cum ejusdem famulo, ut ex textu evidenter conſpicitur. Hebr. II. 2. *Si is, qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis praevaricatio & inobedientia accepit juſtam mercedis retributionem; v. 3. quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem,*

(per

angelium oblatam, quod propterea dici-
bum ſalutis) *quae cum initium accepiſſet*
i per Dominum, (cujus propria doctrina
mo gratiæ) *ab eis, qui audierunt, in*
firmata eſt. Hebr. III. 1. *Conſiderate apo-*
& ἀρχιερέα confeſſionis noſtrae Jeſum,
ui fidelis eſt, qui fecit (conſtituit) *ipſum,*
Moſes in omni domo ejus, v. 3. *am-*
nim gloriae iſte prae Moſe dignus eſt ha-
quanto ampliorem honorem domus habet,
ricavit illam, v. 5. *& Moſes quidem*
rat in tota domo ejus tanquam famulus;
hriſtus vero tanquam filius in domo ſua.
n. I. 5. XVI. 26. 1 Petr. I. 2. nomina-
lientia fidei, 1 Joh. III. 23. dicitur *ἐν-*
mandatum Dei, ut credamus in nomen
us, hoc ſane reſpectu Chriſtus dici poſſet
r, licet improprie. 4) Chriſtus ut pro-
doctor eccleſiæ non evangelium ſolum,
egem docuit, quo reſpectu itidem legi
oc eſt, legis doctor dici poſſet, cui obe-
debetur tanto major, quo ipſe omnibus
doctoribus eſt præſtantior. Hebr.

§. LXVIII. IV) Joh. XIII. 34. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis vos invicem, ſicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. Ergo Chriſtus novas dedit leges.*

omul- novi ti.

1) Novum quandoque notat idem, quod
xod. I. 8. Judic. V. 8. &c. in qua ſigni-
e ſi vocem *novi* accipiamus, ſenſus erit:
bis mandatum de fugienda ambitione &
a humilitate, huic ſubjicio aliud manda-
mutua dilectione. 2) Dilectionis man-
abſolute & ſimpliciter novum non eſſe,
docet Johannes apoſtolus 1 epiſt. II. 7.
ni; non mandatum novum ſcribo vobis,
ndatum vetus, quod habuiſtis ab initio,
um vetus eſt verbum, quod audiſtis. 2 Joh.
Nunc rogo te, domina, non tanquam
um novum ſcribens tibi, ſed quod habui-
initio, ut diligamus invicem. 3) Idem
idei analogia, ſiquidem dilectionis man-
eſt totius legis ſumma Matth. XXII.
36. & ſeq. *Non adulterabis, non occides &c.*
& ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo in-
ſtauratur: (ἀνακεφαλαιοῦται) diliges proximum
tuum, ſicut te ipſum, Rom. XIII. 9. quomodo
igitur mandatum fraternæ dilectionis abſolute &
ſimpliciter erit novum? 4) Proinde *κατά τι*
& certo reſpectu novum dicitur. (quemadmo-
dum etiam evangelium dicitur *vinum novum*
Marc. II. 22.) Novum eſt, quia repetitione no-
va confirmatum. Novum eſt, quia præcepto
& novo illo ac ſingulari Chriſti pro nobis mo-
rientis exemplo nobis commendatum. Novum
eſt, quia novo modo traditum, videlicet a mul-
tiplici ceremonialium legum gravamine libera-
tum, & ἐπιεικείᾳ evangelica mitigatum. No-
vum eſt, quia proponitur homini novo, qui
per Spiritus S. gratiam renovatus, in novitate vi-
tæ ambulat, & ex animo proximum diligit. Ire-
næus lib. IV. c. 25. p. 250. *Chriſtus aliud ma-*
jus praecepto dilectionis non detulit, ſed hoc
ipſum renovavit diſcipulis ſuis, jubens eos Deum
diligere ex toto corde, & caeteros, quemadmodum
ſe. Auguſtinus tract. LXV. in Joh. *Cur novum*
adpellatur a Domino, quod tam vetus eſſe con-
vincitur? an ideo mandatum novum, quia exu-
to vetere induit nos hominem novum? innovat
quippe audientem vel potius obedientem non omnis,
ſed iſta dilectio, quam Dominus mandat, &
ut a carnali dilectione diſtingueret, addit: ſicut
dilexi vos.

§. LXIX. V) 1 Cor. IX. 21. *Mentio fit cujusdam legis Chriſti.* Gal. VI. 2. *Alter alterius onera portate, & ſic implebitis legem Chriſti. Ergo alias Chriſtus tradidit leges, quam Moſes.*

5) Ex mentione peculiaris legis Chriſti.

Reſp. mandatum di-
lectionis ad legem moralem pertinere, dubium
eſſe nequit, dicitur autem lex Chriſti, quia non,
niſi per Spiritum Chriſti, recte intelligitur & præ-
ſtatur, quia novo modo a Chriſto tradita, quia
ex omni legum Moſaicarum cumulo ſelecta eſt
ac repetita, abrogatis ceremoniarum involucris,
quibus in vet. teſt. erat circumdatum &c. Am-
broſius in comment. 1 Cor. IX. *Hoc dicit, quia,*
cum in lege Chriſti eſt, in lege Dei eſt, quia,

quod Chriſti eſt, Dei eſt, & quod Dei eſt, Chriſti eſt. in comment. Gal. VI. *Lex Chriſti omnes vult ſalvos fieri, ac per hoc, qui fratri peccanti conſulit, ut redeat ad propoſitum, implet voluntatem Chriſti.*

6) *Ex inſtitutione ſacramentorum.*

§. LXX. VI) *In evangelio proponuntur mandata de uſu baptiſmi & cœnae. Ergo Chriſtus eſt novus legislator.* Reſp. 1) Mutatur quæſtionis ſtatus, neque enim de inſtitutione ſacramentorum; ſed de legis moralis perfectione quæritur. 2) Sacramenta ex fine ſuo conſiderata ſunt ſalutaria media, quibus beneficia Chriſti omnibus offeruntur, & credentibus adplicantur, ſunt σφραγῖδες τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, Rom. IV. 11. quo reſpectu omnino pertinent ad evangelium. 3) Atque ut re ipſa intelligeretur, non in noſtrum onus, ſed potius in commodum noſtrum ſpectare ceremoniarum illarum inſtitutionem, ideo duo tantum ſacramenta, loco multiplicium vet. teſt. ceremoniarum Chriſtus inſtituit, qua de re pulcerrime dicit Auguſtinus in Pſal. LXXIII. *Mutata ſunt ſacramenta, facta ſunt pauciora, faciliora, ſalubriora, feliciora.* Ep. CXVIII. ad Jan. *Sacramenta numero pauciſſima, obſervatione faciliſſima, ſignificatione praeſtantiſſima Chriſtus inſtituit, quibus ſocietatem novi populi colligavit.* 4) λῆψις illa, quam in ſacramentorum actione Chriſtus inſtituit, ſalutaris quædam receptio potius æſtimanda, quam operoſa actio. Act. II. 31. βαπτισθήτω *baptizetur*, baptizari ſe permittat *unusquisque veſtrum in remiſſionem peccatorum.* 5) Cum inſtitutio ſacramentorum illi conveniat, qui poteſt dare gratiam ſacramentorum, hoc eſt, ſoli Deo, ideo in uſu ſacramentorum probamus Chriſto noſtram obedientiam, ipſi ut vero cum Patre & Spiritu ſancto debitam, quam in primo decalogi præcepto in genere a nobis requirit.

CAPUT VIII
CONTRA PHOTINIANOS DE PERFECTIORIBUS MANDATIS A CHRISTO ADDITIS DISPUTAT.

Photinianorum error, de perfectioribus mandatis in nov. teſt. traditis.

§. LXXI. Pontificium hunc errorem de novis legibus a Chriſto promulgatis cupide amplectuntur Photiniani, Mahometiſmo viam non obſcure ſternentes, cum in Alcorano itidem dicatur: *Moſen tuliſſe legem minus perfectam, perfectiorem tuliſſe Chriſtum, perfectiſſimam tuliſſe Mahometum,* Azoara XII. Diſerte enim adſerunt in catecheſi Racovienſi pag. 164. *non ideo veniſſe Chriſtum, ut pro nobis legem impleret, ſed ut nova praecepta legi adderet* (*). Præcepta vero illa nova Photiniani in catech. pag. 207. ſtatuunt duplicia, ita, ut quædam pertineant ad mores,

(*) Vide etiam Socinum in libr. quod evangel. ſe Photin. cœtui adjungere debeant. Vorſtius in conf. p. 29. photinianiſmo viam ſternens, ad quæſtionem, quid ſignificat illud: ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, reſpondet: *Dictum eſt anti uis, videlicet in lege Moſis, non dictum eſt ab antiquis, videlicet rabbinis. Nam Chriſtus hoc loco ſua praecepta etiam ipſi legi, non autem phariſæorum tantum commentis opponit.* Ibid. *In vet. teſt. licita erant divortia etiam extra caſum adulterii, in nov. teſt. prohibita ſunt, quippe in quo major ſanctimoniæ ac caritatis perfectio requiritur.* Ibid. *in vet. teſt. licitum erat facile, jurare in votis & promiſſionibus, vindictam adverſus proximum expetere, extraneos & hoſtes populi odiſſe &c. in nov. teſt. iſta non licent.* Huic accedunt Arminiani. Arminius diſp. de legis & evang. comp. theſ. 6. *Tertia differentia legis & evangelii conſiſtit in materia mandatorum. Mandata enim legis pleraque carnalia fuerunt. Evangelium vero eſt ſpirituale, mandata continens ſpiritualia.* Sim. Epiſcopius diſp. de conven. & diſcr. vet. & nov. teſt. th. 20. *Secunda pacti veteris & novi differentia conſiſtit in ſpeciali praeceptorum materia.* GERHARDUS.

Cum in *nota* modo adducta non tantum *Socinianorum*, ſed & *Arminianorum* mentionem faciat GERHARDUS, inque toto hocce capite contra eos diſputet, qui *pontificiorum errorem de novis legibus a Chriſto promulgatis* amplectun-

tores, quædam ad *ceremonias*. Ad mores pertinere dicunt hæc tria: *Se ipſum abnegare, crucem Chriſti ſuſcipere, & Chriſtum ſequi;* atqui hæc omnia pertinent ad obedientiam primo præcepto de diligendo Deo ſuper omnia debitam, quod ipſum p. 208. agnoſcunt, ubi τὸ *ſequi Chriſtum* referunt ad dilectionem Dei & proximi. Se ipſum abnegare eſt vitioſis carnis ſuæ

T 2 cupi-

ctuntur, iis, quæ laudatiſſimus vir hanc in rem diſputat, nonnullas heic ſubjungemus adnotationes, controverſiæ huic illuſtrandæ inſervientes.

De *Socinianis* ut dicendi faciamus initium, paucis notamus, eorum ſententiam a *pontificiorum* placitis triplici cumprimis ratione differre, & quidem 1) in eo, quod SOCINI ſectatores docent, legem veterem non *quadantenus* duntaxat, ut *pontificii* volunt, ſed per ſingula decalogi præcepta fuiſſe noviter adaucta, quin &, præter decem illa præcepta, alia a ſervatore ſigillatim fuiſſe tradita. 2) quod ſtatuunt, præcepta illa nova, quæ Chriſtus tradidit, tanquam ad ſalutem neceſſaria, omnibus Chriſti ſectatoribus eſſe obſervanda; cum contra eccleſiæ Romanæ doctores ſuperaddita legi *conſilia* ſua, quæ vocant, non tanquam obſervatu neceſſaria ſalvandis venditent, ſed illis duntaxat exſequenda, qui aliis in ſtudio ſanctitatis multum volunt antecellere, atque ad majorem ſanctitatis gradum adſpirant; quorſum in primis referunt tria iſta, quæ vocant, conſilia evangelica: continentiam, obedientiam & paupertatem. 3) quod Socinianorum ſectæ addicti exiſtimant, fideles vet. teſtam. caruiſſe *promiſſis ſpiritualibus vitæque æternæ*, hæcque reſervata eſſe temporibus novi teſtamenti, cum in veteri nonniſi *temporalia* & *caduca bona* Iſraëlitarum genti fuerint promiſſa. Adeat, qui ſententiam Socinianorum adcuratius noſſe voluerit, præter catechiſmum Racovienſem a GERHARDO adlegatum, FAUST. SOCINUM *ad articulos Cutheni, theſ. X.* itemque *de differentia vet. & nov. teſt. f. 32. ſeqq.* CHRISTOPH. OSTORODUM in libro germanico ſermone edito: *Unterrichtung von den vornehmſten Hauptpunkten der chriſtlichen Religion &c. cap. XXII. de offic. Chriſt. them. XXVIII. XXIX. XXX.* & *cap. XXVIII. f. 187.* VALENT. SMALCIUM *diſput. VII. contra Franzium f. 20.* & in libro *de divinit. Chriſti cap. II. f. 6. cap. VII. f. 25.* JO. VOLKELIUM *libr. IV. de vera religione cap. V.* & JONAM SCHLICHTINGIUM *de moralib. præc. vet. & nov. teſt. contra Meiſnerum art. IV. f. 669. ſeqq.* Hiſce jungi merentur, qui perverſum Socinianorum dogma ſolide confutarunt, ſpeciatim theologi Vittebergenſes in *refutat. catech. Racovienſ. art. V. f. 329. 330. 378.* STEGMANNUS in *antiphotin. diſp. XVIII. XIX. XX. p. 210 - 231.* CALOVIUS in *Socinianiſmo proflig. ſect. V. ſubſect. I. controv. I. & ſect. VI. ſubſect. II. art. I. tit. II. III. IV. f. 279 - 323. Entdeckung der ſocinianiſchen Secte, libr. IV. part. II. cap. III. IV. V. f. 173 - 185.* & in *ſyſtem. tom. VII. art. IV. cap. VI. qu. 1, 2, 3, 4. f. 485.* SCHERZERUS in *collegio Anti-Socin. diſp. XXXIX. - XLIV. f. 314. - 370.* KROMAYERUS in *theolog. poſit. polem. art. XIII. theſ. II. f. 717.* MICHAEL WALTHERUS in peculiari diſſertatione *de Chriſto novo legislatore*, Witteberg. *MDCXCI.* edita, aliique ex noſtris, maxime ſcriptores ſyſtematici; itemque ex eccleſiæ Reformatæ doctoribus JO. HOORNBEEKIUS, in *Socinianiſmo confutato tom. II. libr. II. cap. II. p. 373. ſeqq.* SAM. MARESIUS in *hydra Socinianiſmi expugnata, tom. II. libr. IV. cap. V. f. 489. ſeqq.* aliique, quos nominare ſuperſedemus. Cæterum eum cumprimis in finem ſententiam *de Chriſto novo legislatore* amplexi ſunt ii, qui in SOCINI caſtris militant, 1) ut impium dogma de Chriſto ſervatore non per λύτρον, ſed per doctrinam ſtabiliant, prout ex verbis catechiſmi Racovienſis, a GERHARDO recitatis, haud obſcure patet; 2) ut errori de juſtificatione hominum per opera, non quidem per *meritum operum*, in quo ab eccleſiæ Romanæ ſociis diſcrepant Sociniani, ſed per *acceptilationem* illorum operum, præſidium quærant.

A Socinianis pergimus ad *Arminianos*, ſeu *Remonſtrantes*, uti alias adpellari ſolent. Patet ex eorum ſcriptis, eos pariter docere, Chriſtum eſſe novum legislatorem, nec tantum defectus quoſdam legis moralis ſuſtuliſſe ac correxiſſe, ſed & præcepta nova ac proprie ſic dicta (quorum obedientiam ſub conditione promiſſionum ſpiritualium, cumprimis ſalutis æternæ ab hominibus exigat) promulgaſſe. Huc referunt leges *de uxore non dimittenda, niſi ob cauſſam adulterii, de juramento, de diligendis inimicis, de non amando mundo, de humilitate, de abſtinentia a rebus licitis, de directione & abnegatione ſui, de crucis tolerantia*, aliaſque. Addunt, totam litem cum Socinianis de novis legis additamentis, ac lege puriori ac pleniori a ſervatore reddita, tanti non eſſe momenti, ut hac de re cum quoquam ſit contendendum. Equidem in *confeſſione*

cupiditatibus reſiſtere, crucem ſuſcipere, & adverſa patienter ferre; Chriſtum ſequi eſt vitam Chriſti imitari. Hæc omnia certe ad timorem & dilectionem Dei pertinent, ut in loco de lege oſtenſum fuit. Ad ceremonias dicunt pertinere cœnam Domini; p. 215. baptiſmi nullam mentionem faciunt, cum quippe negant eſſe ordinarium ac perpetuum nov. teſt. ſacramentum, qua

feſſione, quam ARMINII diſcipuli ediderunt, diſerta auctarii cujusdam mentio haud injicitur, utut præcepta a Chriſto promulgata ibidem commemorentur. Verum in *apologia confeſſ.* nova Chriſti lex paſſim pertinaciter defenditur, quin ſententia contraria *peſtilens* adpellatur. Ad SIMONEM EPISCOPIUM, a GERHARDO excitatum, quod attinet, is hancce controverſiam rarius in ſcriptis ſuis, exceptis diſputationibus, tangit; in *notis* vero ad *Matth. V. 17. oper. tom. II. a. f. 26.* more ſuo tergiverſatur, nec operæ pretium eſſe cenſet, ut hac de re contentionis ſerra inter Chriſti ſectatores reciprocetur. Rem ipſam tamen tum *loco excitato*, tum alibi haud obſcure tuetur. Eadem ratione STEPHANUS CURCELLÆUS brevitatis ſtudioſiſſimus eſt, quando in *inſtitutionibus religionis chriſtianæ* ad quæſtionem *de Chriſto novo legislatore* devolvitur, quin de novis legibus a Chriſto latis propemodum ſilet; at tamen id ſerio agit, ut ſublimitatem præceptorum Chriſti præ lege Moſaica adſtruat, exemplisque ac dictis ſacrarum litterarum evincat, Chriſtum, defectus morales a lege Moſaica permiſſos tollendo, legem novi teſtam. perfectiorem plenioremque reddidiſſe. Vid. ejusdem *inſtit. rel. chriſt.* modo adlegatas, *libr. V. cap. XVI. §. IX. f. 275. §. XIV. f. 277. §. XVII. XVIII. f. 278, 279. cap. XVII. §. 1. f. 281.* Copioſius hocce argumentum perſecutus eſt PHILIPP. LIMBORCHIUS in *theolog. chriſtian. libr. III. cap. XVI. §. IV. ſeqq. f. m. 239. ſeqq. & §. X. f. 240.* ubi binas quæſtiones ſibi expediendas ſumit: 1) utrum Chriſtus ſub novo teſtamento præcepta dederit proprie dicta? 2) utrum novorum præceptorum additione legem Moſis perfecerit, an vero legem ſolummodo a corruptelis phariſæorum vindicaverit? atque, adductis diverſis Socinianorum ac Contraremonſtrantium, ſeu Reformatorum ſententiis, hanc tandem *§. XI.* ſubjungit ἐπίκρισιν: diſſenſum amice componi poſſe, ſi diſtinguamus inter ſenſum legis *litteralem* & *myſticum*; ſeu eum, quem littera præciſe ſumta indicat, & eum, quem juxta ultimam Dei intentionem, licet clare non expreſſam, involvit. *Legem ſi conſideremus ſecundum litteram*, ita *§. XIII.* pronunciat LIMBORCHIUS, *indubium eſt, quin evangelium ipſam tam præceptorum perfectione, quam promiſſorum magnitudine antecellat. Si vero myſticum legis ſenſum*, ita pergit *§. XVIII. attendamus, indubium eſt, quin Deus perfectam vitæ ſanctitatem intenderit, perfectamque felicitatem promiſerit &c. &c.* LIMBORCHII veſtigia, quod ad rem ipſam attinet, heic ſecutus eſt ejusdem in munere profeſſorio ſucceſſor ADRIANUS A CATTENBURGH in *ſpicilegio theologiæ chriſtianæ, libr. III. cap. XVI. f. 377. ſeqq.* licet diffiteri nequeat, diſtinctione inter ſenſum legis *litteralem* & *myſticum* non tolli omnem ſcrupulum, qui hic movetur de additamentis novorum præceptorum ad vetera. Non defuerunt vero ex noſtris theologis, qui Arminianorum de hoc argumento ſententiam ſub adcuratius examen theologicum revocarunt, ex quibus heic nominaſſe ſufficiat CALOVIUM in *conſiderat. Armin. cap. XII. qu. I. f. 311. qu. II. f. 312. ſeqq. cap. XIII. qu. II. f. 328. ſeqq. cap. XV. qu. I. f. 349.* HULSEMANNUM in *brev. theol. cap. IX. theſ. I. f. 496, 500.* SCHERZERUM in *brev. Hülſem. enucl. cap. VIII. theſ. XVI. f. 477, 478. cap. IX. th. I. f. 496. 500.* itemque in *colleg. Anti-Socin. f. 314. ſeqq. & f. 403. ſeqq.* QUENSTEDIUM *part. IV. theolog. didactico-polem. cap. I ſect. II. quæſt. VIII. f. 905. ſeqq.* & ZELTNERUM in *breviario controverſiarum cum Remonſtrantibus agitatarum, contrv. XXXVII. p. 363. ſeqq.* Quibus ex Reformatis jungi merentur theologi Leidenſes in *cenſur. confeſſ. in cap. XII. p. 194. ſeqq.* in *cap. XIII. p. 205. ſeqq. cap. XV. p. 219. cap. XXIV. p. 314.* ISAACUS JUNIUS in *antapolog. cap. XLIII. p. 568. cap. LVIII. p. 703. ſeqq.* JAC. TRIGLANDIUS in *exam. apolog. Remonſtrant. p. 295, 314, 315, 333. ſeqq.* HOORNBEEKIUS, in *ſocinianiſmo confut.* ſupra jam excitato, *tom. II. libr. II. cap. II. p. 377. ſeqq.* FRANC. BURMANNUS in *ſynopſ. theolog. libr. V. cap. XII. §. 12. ſeqq.* ut alios taceamus.

Remonſtrantium theologis, qui ex JO. ARMINII ſchola prodierunt, jure meritoque adjungimus Anglos, quorum nonnulli, ut in aliis doctrinæ ſanctioris capitibus, ita in hoc quoque argumento in eandem cum iis deſcenderunt ſententiam. Eminet ex iis GEORG. BULLUS; vir doctiſſimus, qui cum in *harmon. evangel. cap.* III. §. III. *p.* 8. quæſtionem moviſſet, quænam ſit lex illa, cujus judicio ſtandum ſit chriſtianis? ac reſpondiſſet, hanc eſſe legem Chriſti

qua de re quid ſtatuendum ſit, ex illis, quæ paulo ante dicta ſunt, manifeſtum evadit.

Quid additum putent primo præcepto?

§. LXXII. Sed enim ut diſtinctius oſtendant, quid per Chriſtum legi Moſaicæ additum ſit, percurrunt ſingula præcepta, quæ eo ordine enumerant, ut præceptum de ſculptilibus a primo ſejungant. *Primo*

 præ-

Chriſti, regis noſtri, provocans ad oraculum ſacrum *Jac. V. 12.* hæc deinceps ſubjicit verba: *Hoc ideo curioſius obſervandum, ne errorem erremus, quem Lutherus, & poſt eum noſtratium theologorum plerique in diſputationibus ſuis de juſtificatione contra pontificios, nimio contradicendi æſtu abrepti, in eccleſias Reformatas, maximo earum malo invexerunt, ſcilicet evangelium ex puris putis promiſſis conſtare; Chriſtum dediſſe mundo legem nullam; id tantum egiſſe, ut legem prius latam exponeret, & a peſſimis ſcribarum ac phariſæorum commentis adſereret; legis moralis uſum eum nunc eſſe unicum, ut per ipſam homines ad fidem Chriſti adducantur, vel ſaltim, ut ſit arbitraria vivendi regula, a Chriſto quidem nobis commendata, cui obtemperare ex gratitudine teneamur, nequaquam vero ſub periculo animæ, aut tanquam conditio novi fœderis, ad ſalutem obſervatu neceſſaria, nobis impoſita. Ex his principiis, incautius ab iis poſitis, atque a theologorum vulgo avide arreptis, per neceſſariam conſequentiam deducta fluxerunt exſecrabilia antinomorum, libertinorum, familiſtarum, atque ejusdem farinæ aliorum dogmata, de quibus fortaſſe boni illi viri ne per ſomnium quidem cogitarunt, &c.* Huncce itaque errorem ut refelleret BULLUS, *illud pro certo adſumit*, ſervatorem noſtrum in memorabili illa ac prorſus eximia concione, quam *Matthæus cap. V. VI. VII.* tradidit, non tantum legem moralem explicaſſe, ſed etiam ut ſuam legem inculcaſſe, ejusque obſervationem, gratia evangelica temperatam, ab omnibus ſuis ſectatoribus, ceu conditionem fœderis ſui prorſus neceſſariam, popoſcere. Quod ipſum ut comprobet, provocat ad epilogum illius concionis, itemque ad verba, quæ *Matth. V. 20.* leguntur: *dico vobis, niſi abundaverit juſtitia veſtra &c.*

Eandem, quam BULLUS adoptavit, ſententiam, uberius confirmandam atque exornandam in ſe ſuſcepit doctiſſimus operum ejus editor, JO. ERNESTUS GRABIUS, qui rationibus a BULLO in medium adlatis alias ſubjunxit, easdemque hiſce verbis expreſſit: *leges novas Chriſtum tuliſſe diverſas a legibus Moſaicis, non ſolum inſtituta ab eo novi fœderis ſacramenta, ſed & morale interdictum polygamiæ, ac divortii extra caſum adulterii, manifeſtiſſime evincunt: nec non loca Pauli Ebr. VII. 12, ubi, translato veteris teſtamenti ſacerdotio, legis quoque translationem factam, expreſſis verbis docet, & 1 Cor. IX. 21. ubi ſe reſpectu legis Moſaicæ ἄνομον, attamen Chriſto ἔννομον eſſe profitetur. Quod vero legibus Chriſti pœnæ ſint annexæ, non modo allegata hoc §. verba ſervatoris, Matth. V. 20. demonſtrant, ſed & Joan. III. 5. amen, amen, dico vobis, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei, & Joan. VI. 3. amen, amen, dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Verum, quæ GRABIUS heic pro adſtruenda ſententia de Chriſto novo legiſlatore in medium attulit, nova haud ſunt, ſed ex Arminianorum ſcriptis deſumta, a noſtris vero theologis, qui contra Arminianos calamum ſtrinxerunt, veluti ABRAH. CALOVIO, JOSUA STEGMANNO, aliisque, quos ſupra excitavimus, ſolide jam profligata. Quod vero ad BULLUM attinet, is minus ſincere, ſaltim minus adcurate, mentem ſententiamque eorum, contra quos diſputat, ediſſeruit. Objectum id ei fuit tum a Reformatis, prout patet ex *examine cenſuræ, ſeu reſponſione ad quasdam animadverſiones, antehac ineditas, p. 74.* tum a theologis eccleſiæ Lutheranæ, cumprimis ab eximio quondam Jenenſium theologo, b. JO. FRANC. BUDDEO, in *inſtitut. theol. moralis, part.* II *cap.* I. §. XIII. *p. 438.* ubi & objectiones non tantum BULLI, ſed & GRABII breviter quidem, ſed ſolide confutantur. Generatim de BULLO notamus, theologum huncce Anglum *de doctrina proteſtantium, Germaniæ maxime, ſatis infeliciter & imperfecte fuiſſe informatum, horumque ſcripta originalia ne legiſſe quidem, ſicut & ipſe non obſcure fatetur, ſe noſtratium ſententias & lacinias ex lacunis pontificiorum hauſiſſe*; prout ex vero judicavit b. WEISMANNUS, in diſſertat. academica, Tubing. *MDCCXXXIII.* habita, cui titulus: *reſponſiones ſpeciales ad Georgii Bulli contra doctrinam de juſtificatione fidei objectiones præcipuas &c. p. 4, 5.*

De viro incomparabili HUGONE GROTIO pariter conſtat; eundem *Arminianorum* ſententiæ, Chriſtum non interpretem tantum legis per Moſen datæ, ſed novum legiſlatorem egiſſe, propius acceſſiſſe. Vid. ejusdem opus *de jure belli ac pacis, libr.* I. *cap.* II. §. VI. *num.* 3. *p.* 121. edit. BECMANNI, & *adnotat.* ad *Matth. V.* 17. alibique paſſim. Notatus eapro-

præcepto dicunt Chriſtum duo addidiſſe, a) *certam precandi formam in oratione dominica præſcriptam* p. 164. Reſp. non inſtituit Chriſtus novum Dei cultum in lege Moſaica nondum expreſſum

propter fuit GROTIUS a ZIEGLERO, OSIANDRO, CALOVIO, JÆGERO, aliisque.

Nec prætermittendi heic ſunt *Anabaptiſtæ*, adſerentes, Chriſtum legi adjeciſſe id, quod eidem deerat, eandemque, facta additione ſuarum legum, perfectiorem reddidiſſe. Vid. *confeſſionem Anabaptiſt. p. 88, 89. colloq. Franckenthal. art. I. X. XI.* & *Emdanum, art. XI. XII. XIII.* nec non Jo. CLOPPENBURGIUM, in *gangræna theolog. anabaptiſt. diſput. XII. theſ. II. p. 50.*

De *pontificiis*, qui pariter Chriſtum novum νομοθέτην conſtituunt, vix opus eſſe videtur, ut multa heic commemoremus. Ipſe enim GERHARDUS ſupra *cap. II. §. XVII.* & *cap. VI. §. LXIV - LXXXI.* copioſe ac ſolide contra eos diſputavit. Conferenda tamen, quæ hanc in rem ſcripſerunt CHEMNITIUS, in *examine concilii Tridentini p. 876.* DANHAUERUS, in *hodomoria papæa, phantaſm. VI. p. 1026, 1027, 1031, 1037, 1047.* KROMAYERUS, in *theolog. poſitivo-polem. art. XIII. theſ. II. p. 717.* & *art. XIV. theſ. I. p. 783.* SCHERZERUS, in *anti-Bellarmino diſp. XVI. theſ. XII. p. 754.* CALOVIUS, *tom. IX. ſyſtem. theol. art. I. cap. II. quæſt. II.* & in *matæol. pap. ſect. II. qu. XVIII. p. 85. quæſt. XIX. p. 86.* JO. HENR. HEIDEGGERUS, in *tumulo concilii Trident. tom. I. ad ſeſſ. VI. quæſt. XIV. p. 453. ſeqq.* aliique complures, tum ex noſtris, tum ex eccleſiæ Reformatæ doctoribus, qui adverſus pontificios luculenter comprobarunt, legem moralem in veteri teſtam. datam ita perfectam eſſe, ut neque ſupplemento, neque correctione ulla opus habuerit, ſed tantum genuina interpretatione: & quidquid additum perhibetur, vel falſum eſſe & gratis confictum, vel in lege morali, ſi non *explicite*, ſaltim *implicite* jam contentum fuiſſe. Inferunt exinde, *Chriſtum non eſſe novum legislatorem*, qui legem moralem, antea imperfectam, variis ſuppleverit additamentis, quin & eandem in quibusdam correxerit, cum revera id duntaxat egerit, ut legem veterem, juxta Spiritus S. ſententiam, explicaret, eandemque a corruptelis phariſæorum repurgaret.

Cæterum, cum argumentum *de Chriſto novo legislatore* non tantum ſit arduum, ſed & inſimul multis æquivocationibus obnoxium, ſapiens quisque facile intelligit, illud non jejune leviterque, ſed ita tractandum eſſe, ut, evolutis, ubi id opus eſt, vocibus, clare commonſtretur, quid ſecundum præſcriptum ſacrarum litterarum, hac de re ſit ſentiendum.

Gemina vero heic occurrit quæſtio, nobis ſollicite expendenda. Prima hæc eſt: *an, & quo ſenſu Chriſtus dici queat* LEGISLATOR? Altera huc redit: *an Chriſtus adpellari poſſit* NOVUS *legislator, qui peculiares mortalibus leges tulerit?*

Quod ad *primam* attinet quæſtionem, præeunte ſcriptura ſacra adſerimus, Chriſto ſervatori non tantum *interpretis* legis Moſaicæ, ſed & *legislatoris* titulum omnino tribuendum eſſe. Neque enim in illuſtri illo vaticinio Jacobæo *Deuter. XVIII. 15.* Meſſias dici poſſet *propheta ſicut Moſes*, niſi eſſet *legislator* perinde atque Moſes; alias enim Moſe longe inferior eſſet futurus. Accedit, quod Meſſias *Eſaj. XXXIII. 22.* expreſſis verbis dicatur מחקקנו *legislator noſter*, מצוה לאמים *præcipiens* omnibus *populis* & *nationibus mundi Eſaj. LV. 4.* cujus legem & doctrinam cum deſiderio exſpectent gentes, *Eſai. XLII. 4.* Quin ipſa ſervatoris doctrina adpellatur *lex*, *Eſaj.* II. 3. *Jer. XXXI. 33. Mich. IV. 2.* & quidem *lex Chriſti*, *1 Cor. IX. 21. Gal. VI. 2.* *lex fidei*, *Rom. III. 27.* *perfecta lex libertatis*, itemque *lex regia*, *Jac.* I. 25. II. 8, 12. Proinde eos minime reprehendendos eſſe arbitramur, qui ſtilum & phraſiologiam ſcripturæ ſacræ heic imitantur, præſertim cum ad evehendam ſervatoris noſtri gloriam, eandemque contra Judæos vindicandam haud parum faciat, ſi oſtendatur, *legislatoris* titulum eidem ſummo jure competere. Conſtat, Judaicæ gentis magiſtros diſertis verbis negare, Meſſiam legem a præceptis Moſaicis diverſam traditurum eſſe, quemadmodum chriſtiani ſtatuant, cum lex Judaica æterna ſit atque immutabilis. Huncce errorem Judaicum ut deſtruant coetus chriſtiani doctores, docent ſecundum ductum ſcripturæ ſacræ, Chriſtum oppoſite ad Moſen eſſe *legislatorem*, ſanctiſſimamque ejus doctrinam vim legis habere. Nec defuerunt ex antiquis eccleſiæ patribus, qui Chriſtum ſubinde νομοθέτην adpellarunt, veluti JUSTINUS martyr, CHRISOSTOMUS aliique, quorum exemplum qui ſobrie imitantur, rectius procul dubio faciunt iis, qui capita doctrinæ ſervatoris optimi in men

roſſum ac in vet. teſt. nondum uſitatum, ſed, certam precandi formam præſcribendo, noſtram voluit

mera convertere conſilia haud dubitant, de quibus alibi plura dicemus.

Non ſufficit vero oſtendiſſe, quod Chriſtus *legislator* dici queat; ſed id potiſſimum in quæſtionem heic venit, quonam ſenſu, ex mente ſcripturæ ſacræ, ita adpellandus ſit? ubi paucis notamus 1) Chriſtum hocce nomine venire, quatenus eſt ſummus DEUS, æque ac pater, adeoque & ſummum cum patre in creaturas, quotquot ratione præditæ ſunt, habet imperium cum poteſtate legislatoria conjunctum. Jac. IV. 12. Hoc ſenſu Chriſtus omnem legem tulit, in ipſo etiam fœdere operum, ac poſtea eandem repetiit & renovavit in veteri teſtamento, ut *angeli*, *Moſes*, omnesque reliqui *legislatores* ipſius duntaxat fuerint *adminiſtri*. Eſt vero Chriſtus, quod 2) notamus, *legislator*, non tantum ut *Deus*, ſed etiam in relatione ad officium ſuum *mediatorium*, quo ſecundum utramque naturam, divinam & humanam, functus eſt. Erat enim mediator θεανθρωπος non tantum *ſacerdos*, qui *ſuo ſanguine ingreſſus eſt in ſancta*, *æternamque* λυτρωσιν, ſeu *redemtionem invenit*; *Ebr.* IX. 12. ſed etiam *propheta*, itemque *rex*. Ut *propheta* cœleſtem mortalibus promulgavit doctrinam, nec evangelium duntaxat illis adnunciavit, ſed & de officiis hominum præcepit, atque; abrogata lege cærimoniali, ea, quæ de lege morali, prophetarum vocibus ac ſcriptis erant tradita, clariori luce colluſtravit, nec tantum verum ac genuinum legum Moſaicarum ſenſum commonſtravit, ſed & eundem contra phariſæos aliosque vindicavit. Cumprimis vero ut *rex in monte Zion*, *cui totus mundus in hæreditatem datus*, *pſalm.* II. 6. & cujus *ſceptrum rectum eſt*, *pſalm.* XLV. 7. titulo *legislatoris* jure meritoque ornatur ſervator optimus. Ecquis enim dubitaverit, eum, qui regia pollet dignitate, ſimul poteſtate, leges ſubditis ſuis ferendi, inſtructum eſſe. Atque hanc ipſam poteſtatem non poſſidet tantum, ſed exercet quoque rex noſter Jeſus Chriſtus, inque ipſo fœdere gratiæ *legislatorem* ſeſe demonſtrat, dum naturalem iſtam obligationem omnia credendi, quæ a Deo ſunt revelata, ſerio inculcat, dum fidem a nobis exigit, dum eandem urget ac jubet, dum leges juſtas ſanctasque, *Rom.* VII. 12. non tantum verbo ſuo extus rogat, ſed & easdem intus per Spiritum ſuum cordibus inſcribit, *Ebr.* VIII. 10. Et quid opus eſt pluribus? cum ſervator Chriſtus ſemetipſum *legislatorem* vocaverit, *Joan.* XIII. 34. ipſaque reſpublica ab ipſo fundata poſtulaverit, ut legibus ea firmaretur, & ſua civibus officia præſcriberentur.

Oſtendimus huc usque, quo ſenſu ſervator Chriſtus, ſecundum ductum ſcripturæ ſacræ, legislator dici poſſit debeatque. Accedimus jam ad alteram quæſtionem ſupra indicatam, quæ hæc eſt: an Chriſtus *novus legislator* adpellari queat? Notamus vero heic ante omnia, hancce quæſtionem in ſcholis theologorum dudum agitatam, & adfirmari poſſe & negari. Nec mirum hoc cuiquam videbitur, qui conſideraverit, ambiguas heic latere notiones, quæ probe ſunt evolvendæ, antequam vel pro adfirmante, vel pro negante ſententia quidquam decidatur.

Triplici ſcilicet ſenſu aliquis dici poteſt *novus legislator*. *Vel* enim hocce nomine deſignatur is, qui, legibus olim latis penitus abrogatis, alias, a prioribus penitus diverſas, in earum locum ſubſtituit; *vel* qui, retentis legibus quibusdam, quæ hactenus obtinuerant, alias easdemque novas iisdem adjungit; *vel* denique, qui, ſublatis nonnullis, reliquas denuo confirmat, easdemque uberius illuſtrat, quin & pro ea, qua pollet, auctoritate eaque ſuprema, iisdem majus pondus novumque robur addit.

Priori, quem modo indicavimus, ſenſu, Chriſtus non poteſt dici *novus legislator*. Neque enim is legem moralem in veteri teſtamento datam abolevit, prout perperam ſtatuunt *Antinomi*, ſed eandem implevit, *Matth.* V. 17. nec aliam in ejus locum ſubſtituit, ſed priorem illam confirmavit ac enixe commendavit, ut ab omnibus obſervandam, *Matth.* XXII. 36, 37. &c. quod & Paulus, ſanctiſſimus Chriſti legatus, fecit, *Rom.* XIII. 8, 9. Accedit, quod lex divina moralis ſit juris naturalis atque immutabilis, ac proinde ita comparata, ut abrogari prorſus nequeat.

Nec *altero* ſenſu Chriſtus dici poteſt *novus legislator*, cum lex divina in vet. teſtam. promulgata ſit *perfecta*, *pſalm* XIX. 8. non modo *ſecundum quid*, ut in ſcholis loquuntur, & ratione illius ætatis ſub veteri teſtamento; ſed *abſolute* ratione naturæ & ita *perfecta*, ut contineat omnia agenda, nihilque ei addendum, aut detrahendum ſit, *Deuter.* IV. 2. XII. 32. Accedit, quod ex ipſa inductione facili oſtendi queat negotio, nullum adlegari poſſe præceptum

voluit ſublevare infirmitatem. Pſaltes regius varias precandi formulas tradidit, ecquis vero per il

ptum legi Moſaicæ recentius additum. Quæ enim addita dicuntur, veluti *abnegatio noſtri*, *tolerantia crucis* & *imitatio Chriſti* continentur ſub dilectione Dei & proximi, ſi non *expreſſe*, & quoad litteram, ſaltim *implicite*, & quoad ſenſum. Neque enim Deum toto corde poſſumus diligere, quin parati ſimus ad abnegandos nos ipſos, & tolerandam crucem propter ipſum, & Chriſtum, qui verus & ſummus Deus eſt, imitandum.

Illo tamen, quem *tertio* loco ſupra indicavimus, ſenſu, Chriſtum *novum legiſlatorem* adpellari poſſe, adſerere haud dubitamus. Conſtat enim, Chriſtum, abrogatis legibus cærimonialibus, quæ œconomiæ Moſaicæ præcipuam conſtituebant partem, itemque forenſibus, quæ ad vetus duntaxat teſtamentum pertinebant, atque ad politiæ judaicæ genium & rationem erant adcommodatæ, leges, quæ dicuntur morales ac perpetuæ, non tantum confirmaſſe, ſed & easdem interpretatione authentica illuſtraſſe, atque a corruptelis ſcribarum ac phariſæorum vindicaſſe, quin & novum iisdem addidiſſe robur. Hinc mandatum iſtud palmarium de amore mutuo *novum* adpellat, non, ac ſi amor iſte antea non fuiſſet in numero officiorum, ſed quoniam præceptum hoc dilectionis ex perfectiſſima amoris Chriſti demonſtratione novum accepit fundamentum, novum robur, novamque obligationem. Unde verbis: *præceptum novum do vobis, ut inter vos ametis*, mox hæc ſubjicit ſervator optimus: *ut ego vos amavi*. Erat porro præceptum hoc dilectionis *novum* habito reſpectu ad Judæos, qui legem hancce veterem dudum oblivioni dederant, omniumque aliorum officiorum erant obſervantiores, quam fraternæ charitatis. *Apud Judæos adverſus omnes alios hoſtile odium*, ait TACITUS *hiſtor. libr. V. cap. V.* quo extimulante, ipſa humanitatis officia denegabant aliis. Dudum enim apud eos invaluerat conſuetudo,

Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos;

teſte JUVENALI *ſatyr. XIV. 108.* Neceſſarium proinde erat, ut ſervator noſter legem de amore proximi, per carnalem Judæorum ſenſum inde a longo tempore oblivione ſepultam, inſtauratione ac clariori explicatione illuſtratam daret, hacque ipſa ratione quaſi *novam* redderet. Addimus denique & hoc, legem charitatis eam quoque ob rationem *novam* dici poſſe, quia peculiari ratione pertinet ad œconomiam *novam* ſub regno Meſſiæ, ſingularemque ejus rationem. Scilicet in regno Meſſiæ mutuus amor erat inſtaurandus, ſublata inter gentes inimicitia, ac remoto penitus pariete intergerino legis cærimonialis, qui Judæos gentesque dividebat, *Eph.* II. 14. *ſeqq.* ut proinde lex de amore mutuo regni Chriſti propria dici queat. Confirmamus hæc, quæ modo diximus, ſuffragio ÆGYDII HUNNII, theologi judicioſiſſimi, cujus verba digna ſunt, quæ heic adſcribantur. *Obſervandum eſt*, inquit, *præcepti de amore proximi nunc aliam eſſe rationem, quam ſub Moſe. Eſt enim præceptum idem, ſed formæ ratio diſcrepat. Etenim quatenus a Chriſto mandatur, novum mandatum eſt &c.* Vid. ejus *comment. ad Gal. cap. V. verſ. 14.* Conferenda quoque heic ſunt, quæ de oraculo ſervatoris *Joan.* XIII. 34. ipſemet adnotavit GERHARDUS in capite præcedenti §. LXVIII. p. 145.

Sunt ex noſtris quoque theologis, qui, præter legem charitatis, alias quoque leges a Chriſto in novo teſtamento latas eſſe contendunt. Huc referunt præceptum *de fide*, quod Chriſtus tulit *Joan.* XIV. 1. dicens ad diſcipulos: *ſi in Deum creditis, etiam in me credite.* Tantundem enim eſſe, ſi legem dicas, ac ſi dixeris cum Joanne: *Hoc eſt præceptum Dei, ut in ejus filii Jeſu Chriſti nomen credamus, & diligamus nos invicem*; uti legitur 1 *Joan.* III. 23. Addunt, quod huic præcepto novi teſtam. promiſſio ac comminatio ſubjuncta legatur *Marc.* XVI. 16. *qui crediderit & baptizatus fuerit, ſervabitur: qui vero non crediderit, condemnabitur*, id quod rurſus legem, eandemque poſitivam univerſalem arguat, indiſpenſabilem illam, ſed ex lumine naturæ haud notam, omnibus tamen ſalvandis neceſſariam. GEORG. CALIXTUS, THEOD. HAKSPANIUS aliique eandem vocarunt *legem evangelicam*, & quidem *proprie* ſic dictam. Verum hancce adſertionem, tanquam *novam*, *periculoſam*, *fœderis legalis & evangelici confuſivam*, impugnavit CHRISTOPH. WOELFLINUS, theologus quondam Würtembergicus, *legem*que *fidei*, ad quam provocaverat HAKSPANIUS, in ſenſu *latiori*, non vero *proprie* accipiendam atque explicandam eſſe animadvertit. Vid. ejus *exercitat. quartam de natura obligationis credendi in Chriſtum* §. XIII. *p.* 85. *ſeqq.* Recte tamen obſervavit ALBERT. ZUM FELDE, theologus quondam Kilonienſis isque judicioſiſſimus, innueris verbis pugnam hanc litam eſſe,

legi divinæ quippiam ab ipſo additum eſſe dicet (*)? Nec ad formulam illam a Chriſto præſcri-

eſſe, nihilque in hac controverſia definiri poſſe, niſi prius conſtiterit, quid per *legem proprie ſic dictam* intelligatur. Vid. ejus *politicam ſacram*, *ſect.* II. *cap.* II. §. XLI. *p.* 257. *ſeqq.* Add. b. cancell. JÆGERUM in *ſyſt. theol. part.* III. *p.* 158. ubi quæſtio evolvitur: *an fides ſit præcepta in lege, vel in evangelio &c.* Scripſit quoque JO. WILHELM. BAIERUS peculiarem *de lege evangelica* diſſertationem, in qua oſtendere adniſus eſt, ſi per *legem evangelicam* nihil aliud intelligatur, quam lex evangelii luce colluſtrata, rem ipſam quidem poſſe admitti, phraſin autem in ſe haud adprobandam eſſe.

Solent quoque nonnulli theologorum novis legibus a Chriſto latis accenſere inſtituta novi teſtamenti de *baptiſmo* & *eucharistia*, quæ in locum veteris legis, circumciſionem atque comeſtionem agni paſchalis injungentis, tempore novi fœderis ſucceſſerunt. Etenim, ſi præceptum de circumciſione *legis* habuit rationem, ac Deus, qui hancce actionem Abrahamo præſcripſit, *Geneſ. XVII. 10, ſeqq.* ejus reſpectu vere fuit *legislator*; nihil videtur obſtare, quo minus mandatum Chriſti de baptizandis omnibus gentibus, pariter *legem* dicamus, Chriſtumque, qui baptiſmum inſtituit, titulo *legislatoris* inſigniamus. Idem dicendum de euchariſtia, quam ipſe ſervator optimus primum adminiſtravit, novique teſtamenti ſacramentum eſſe voluit, atque ſimul, ut eadem ratione ſemper adminiſtraretur, præcepit. Scilicet & hujus præcepti reſpectu Chriſtum *legislatorem* adpellari poſſe, dudum obſervarunt theologi Vittenbergenſes, qui in *refutat. catech. Racov. art. V. cap. III.* ſequentem in modum ſcripſere: *So jemand die Einſezung des heiligen Abendmahls ein Gebot Chriſti nennen will, mag er es ein evangeliſches Gebot nennen; denn mit dem Geſeze Moſis hat es nichts zu ſchaffen.* Conf. *conſil. Vitenbergenſ. part.* I. *p.* 725. Ut alios theologos, qui inſtitutionem ſacramentorum *præceptum evangelicum* nominari poſſe, haud diffitentur, taceamus.

Denique & hoc adjungendum, conſtantem antiquorum patrum eſſe ſententiam, a recentioribus quoque adoptatam, oblata in novo teſtamento uberiori atque abundantiori gratiæ menſura, ſanctitatis quoque virtutisque ſtudium majori gradu hodie exigi, quam olim ſub ſtatu veteris teſtam. fuit exactum, præceptaque graviora Chriſti ſectatoribus eſſe impoſita, quam Judæis olim erant. Atque hoc ipſo reſpectu ipſas *leges*, a ſanctiſſimo ſervatore latas, inque libris novi fœderis deſcriptas, nonnulli *novas* adpellare haud dubitarunt. Licet enim præcepta moralia, in veteri novoque teſtamento inculcata, ad ſummam quod attinet, diverſa non ſint, ſiquidem Dei & proximi amore conſtant; tamen quædam vitæ officia Judæis non ſatis fuiſſe cognita, immo & nævos quosdam, ob duritiem cordis ipſorum, toleratos, nemo temere negaverit.

Atque ex his, quæ modo diſſeruimus, abunde patet, haud improbandam eſſe eorum ſententiam, qui Chriſtum certo ſenſu non tantum legislatorem, ſed & *novum legislatorem* eſſe, ſtatuunt. Adoptarunt eandem complures ex noſtris theologis, adlegati ab ALB. ZUM FELDE, theologo Kilonienſi ſupra jam laudato, in *politica ſacra, p.* 254. ubi & ipſum hoc argumentum egregie ſolideque pertractatur. Nec abludunt ab hac ſententia ex recentioribus PFAFFIUS, BAUMGARTENIUS, MOSHEMIUS, WEISMANNUS, RAMBACHIUS aliique, quibus nuper acceſſit JO. HERM. BENNERUS, theologus Gieſſenſis, isque doctiſſimus, in *notitia ſalutis*, ſuperiori anno edita, *p.* 869. *ſeqq. not. c).*

Probe tamen cavendum, ne hanc theologorum noſtrorum ſententiam confundamus cum *Pontificiorum, Socinianorum, Arminianorum* aliorumque commentis, ſub initium hujus notæ maximam partem jam indicatis. Licet enim homines iſti ſtilo ſcripturæ ſacræ ſubinde loquantur; perverſum tamen eidem ſenſum adfingunt, variaque hallucinantur ratione. Nam 1) *legem* & *evangelium* non, prout par eſt, diſtinguunt, cum tamen in ſcripturis perpetua ſit oppoſitio *legis* & *fidei*, *Rom. III. 19.* 2) nonnulli ex iis, ac ſpeciatim *Sociniani*, Chriſtum ita habent pro legislatore, quaſi ſit alter Moſes, & non potius redemtor ac ſalvator noſter. Iidem 3) contendunt, Chriſtum legem veterem non tantum novis legibus, ſed & novis promiſſis, ſpiritualibus nimirum vitæque æternæ, quibus fideles vet. teſtam. caruerint, adauxiſſe. Denique 4) ſtatuunt, nos ſanctiſſimas Chriſti leges ſervare, ac per obedientiam iis præſtitam, ſalutem æternam promereri poſſe. Quomodo quoad hocce momentum *pontificii* a *Socinianis* differant, ſupra jam expoſuimus.

(*) Et ante natum Chriſtum exſtiterunt in eccleſia certæ formulæ precandi Deum præſcriptæ a Spiritu S. Pſalmos quosdam, qui in pſalterio continen-

præſcriptam, quam merito quis dixerit orationem orationum, ita ſumus adſtricti, ut aliis, in precibus ad Deum faciendis, uti verbis nullatenus nobis liceat. b) *Alterum*, quod primo præcepto additum eſſe dicunt, in eo conſiſtit, ut ***Chriſtum pro vero Deo, hoc eſt, pro tali, qui divinum in nos imperium habet, agnoſcamus, adoremus & invocemus*** p. 170. Reſp. de vera Chriſti deitate ſuo loco uberius contra θεομάχυς illos actum fuit, eademque non ex novo ſolum, ſed & veteri teſtamento comprobata. Fatemur quidem, in nov. teſt. plura ac magis perſpicua de vera Filii deitate exſtare teſtimonia, interim tamen vet. teſt. illis plane deſtitui diſerte negamus.

Quid ſecundo?

§. LXXIII. *Secundo* præcepto additum a Chriſto dicunt, ***ut non ſolum nullum habeamus idolis honorem, ſed nec eo in loco inveniamur, ubi ſunt idola*** p. 185. Reſp. idola ſunt non ſolum exteriora, lapides & ligna, quibus honor ſoli Deo debitus impenditur, ſed etiam interiora, videlicet omne illud, quicquid ſupra Deum diligitur, timetur & honoratur: quod ſi ergo nolunt eo in loco inveniri, ubi idola eriguntur, exeant mundo, ut carcinomatis iſtis eccleſia liberetur. Chriſtus ipſe in templo Hieroſolymitano docuit, quod horribili Judæorum idololatria erat conſpurcatum. Apoſtolus Act. XXVIII. 11. ***vehitur in navi, cui erat inſigne Caſtor & Pollux, pro diis a gentilibus habiti.*** Idem 1 Cor. VIII. 4. ***idolum nihil eſſe in mundo*** pronunciat, hoc eſt, negat, idolo eum contaminari, qui pro idolo id nec habet, nec colit. Eodem ſenſu idolothytum aliquid eſſe negat 1 Cor. X. 19. hoc eſt, illis, qui pro idolo non habent nec agnoſcunt, quod gentilibus eſt idolum, veſci permittit idolothytis, hoc eſt, illis, quæ gentiles idolis ſuis obtulerant, modo infirmorum offendiculum abſit. 1 Cor. X. 27. Hoc enim eſt, quo[...] non ſolum corde, ſed & loco fugere jubet[...] licet infirmorum ſcandalum, quod ex i[...] ſtivo rei per ſe adiaphoræ uſu oboriri p[...] jam vero ſcandalum dare pugnat cum dil[...] proximi, quæ totius legis eſt ſumma & e[...] Quid quod idola gentilium in vet. teſt. ju[...] confringi & everti, Deut. VII. 5. quomo[...] tur licitum fuerit eo in loco inveniri, u[...] fuerunt honorata? Diſtinguendum igit[...] cohabitationes inter improbos, quæ fiu[...] metu ſeductionis, ac ſine ſuſpicione coll[...] tantum neceſſitatis cauſa, ita ut noſtrum[...] ſum aperte teſtificemur: & inter cohabita[...] quæ fiunt citra neceſſitatem cum colluſio[...] obſcura, ſine contradictionis teſtificatione[...] res cohabitationes nuſpiam nec in nov. [...] vet. teſt. per generalem aliquam præcep[...] ſunt prohibitæ, & pertinet huc exemplu[...] mani, 2 Reg. V. 19. poſteriores nihil di[...] ab ipſa idololatria, quo pertinet præceptum[...] XXIII. 13. ***In omnibus, quae dixi vobis, eritis, neque nomen deorum alienorum me[...] bitis, non audietur in ore tuo.***

Quid t[...]

§. LXXIV. *Tertio* præcepto a Chriſto additum eſſe dicunt, quod ***nec in rebus veris liceat jurare, niſi Dei gloria ad juramentum nos cogat.*** p[...] Reſp. de juramentis in explicatione ſecun[...] cepti late dictum fuit; temeraria juramen[...] in novo ſolum, ſed etiam veteri teſtamen[...] hibita fuiſſe, oſtendit Chriſtus Matth. V[...] phariſaicas hujus doctrinæ corruptelas remo[...] nec ſolum pro Dei gloria, ſed etiam pro [...] proximi jurare in nov. teſt. licitum eſſe, oſt[...] epiſtola ad Hebr. VI. 16. ***Homines per ma[...] ſe jurant, & omnis controverſiae eorum ad conſummationem eſt juramentum.*** Nim[...]

tinentur, longe ante Davidem ſcriptos & a patriarchis acceptos oſtendit Hilarius in præfat. Pſ. & colligitur ex ipſa ſcriptura Exod. XV. Deut. XXXII. 1 Sam. II. Item 1 Reg. IV. 32. Eſ. XXXVIII. Jon. II. Habac. III. In pſalmis petitoriis utrumque continetur & a Deo petitur, tum quod ſpectat ad promovendam Dei gloriam, tum quod requiritur ad ſublevanda[...] ſtram neceſſitatem, quæ ſunt duo orationi[...] minicæ principalia capita. Nulla melio[...] plicatio orationis dominicæ, quam liber p[...] nec pſalmorum melior epitome, quam o[...] dominica. GERHARDUS.

it Photiniani phariſaicam illam depravatio-
, quia Lev. XIX. 12, prohibentur Iſraëlitæ
e in nomine Dei ad mendacium, ideo per-
tantum ipſis fuiſſe prohibita, contra vero
m, imo Dei cultum fuiſſe, in familiari ſer-
e & publicis commerciis pro re levi & vana
nento per nomen Dei uti, modo non fieret
endacium. Sed temeraria illa & futilia ju-
nta in vet. teſt. itidem prohibita fuiſſe, non
n finis legis probat, ſed & diſerta in ſcri-
s tradita explicatio confirmat. Exod. XX. 7.
adſumes nomen Domini, Dei tui, in vanum,
t, ſanctiſſimum Dei nomen in tanta apud
reverentia, ut non ſolum non ad menda-
, ſed ne ad vanum quidem eo utaris. Eccl.
III. 9. *Juramento ne adſuefacias os tuum*,
. *nec ad eam conſuetudinem nomen ſancti*
adhibeas, v. 11. *ſicut enim ſervus crebro*
lans non caret vibicibus: ita qui jurat at-
ſſidue Dei nomen uſurpat, non facile culpa
it. v. 12. *Vir crebro jurans replebitur ſce-*
neque a domo ejus flagellum recedet, v. 14.
temere quidem uſus jurejurando innocens
abitur, nam domus ejus crebris incurſioni-
adpetetur. v. 17. *Os tuum jurandi intem-*
ntiae ne adſuefacias, ex ea enim peccandi
ſo exiſtit. cap. XXVII. 15. *Oratio hominis*
o jurantis horrorem incutit, & aures ob-
it talium contentio. Oſe. IV. 15. *Ne jure-*
vivit Jehovah, quod de juramentis teme-
intelligendum, cum ſancti viri in re gravi
ria hac formula ſæpiſſime fuerint uſi.

§. LXXV. *Quartum* præceptum dicunt *non additione ſuppletum, ſed plane abrogatum eſſe* pag. 189. *Quarto?*
falſum igitur eſt, quod dicunt, ſingulis
eptis a Chriſto aliquid additum eſſe, ſiqui-
abrogatio non eſt additio. Falſum etiam
, quod præceptum de ſabbato plane abro-
m eſſe dicunt, diſtinguendum enim erat inter
ale & ceremoniale hujus præcepti, quorum
eſt perpetuum, hoc vero χρονικὸν, in nov.
abrogatum. De tota hac re uberius diſputa-
fuit ſuo loco.

§. LXXVI. Videamus, quænam *Quid quinto?*
ſecundæ decalogi tabulæ in nov.
teſt. addita eſſe ſtatuant. *Quinto* præcepto ea
addita eſſe dicunt, quæ *in nov. teſt. de officio*
magiſtratus ac ſubditorum, dominorum & ſer-
vorum, mariti & uxoris exſtant. p. 192. Reſp.
imo vero eædem præcepti de honorandis paren-
tibus explicationes in vet. teſt. traduntur. Neque
enim decem illis verbis & pauciſſimis ſyllabis æſti-
mandus eſt decalogus, quibus Exod. XX. &
Deut. V. deſcriptus exſtat, ſed intelligendus eſt
juxta interpretationem Moſis & prophetarum.
Patris adpellatio tribuitur illis, qui in magiſtra-
tu conſtituti ſunt, Gen. XLI. 43. 1 Sam. XXIV. 12.
Eſdr. I. 5. ut & heris ſive dominis; 2 Reg. V. 13.
Jud. VI. 11. ergo præceptum de honorandis pa-
rentibus magiſtratus & dominos complectitur.
Viciſſim jubemur honorare non ſolum parentes,
ſed & magiſtratus, dominos, ſeniores &c. Lev.
XIX. 32. Prov. XXIV. 21. Eccleſ. XXXIII. 25.
ex quo iterum ſequitur, quod præceptum de ho-
norandis parentibus magiſtratus & dominos com-
plectatur. Officia mariti & uxoris ad ſextum
præceptum pertinent; etenim cum in eo viola-
tio conjugii divinitus prohibeatur, dubium nul-
lum, quin ex antitheſi poſtuletur, ut in cohabi-
tatione conjugali ordo ipſius voluntate inſtitutus
ſervetur. Breviter, nulla proferri poterit pars
officii magiſtratus & ſubditorum, dominorum
& ſervorum, mariti & uxoris, cujus non poſſint
evidentia oſtendi in veteri teſtamento funda-
menta.

§. LXXVII. *Sexto* præcepto de non occidendo addita dicunt *Quid ſexto?*
hæc duo: a.) quod *nec iraſcendum*
ſit fratri, nec verbis aſperis ipſemet laedendus ſit
p. 196. b.) quod *omnis vindicta non ſolum per nos*
ipſos, ſed etiam per magiſtratum ſit prohibita.
p. 197. Reſp. *prius* non minus in vet. teſt. fuit
prohibitum, quam in novo. Lev. XIX. 17. *Ne*
odio habeas fratrem tuum in corde tuo, v. 18.
non ulciſceris te, nec reſervabis odium contra
filios populi tui. Gen. IV. 6. *Quare iratus es*
& concidit vultus tuus? Pſal. XXXVII. 8. *De-*
ſine ab ira, & miſſum fac furorem. Prov.

XXVII. 4. *Crudelitas eſt in ira, & impetus in furore.* Eccl. VII. 10. *Ne feſtines in ſpiritu tuo ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit,* cap. XI. 10. *aufer iram a corde tuo & remove malitam a carne tua* (*). *Poſterius,* videlicet magiſtratus defenſionem & vindictam implorare non minus in nov. teſt. licitum, quam in veteri. Rom. XIII. 3. *Magiſtratus non ſunt terrori bonis operibus, ſed malis. Vis autem non timere poteſtatem? quod bonum eſt, facito, & feres laudem ab ipſa.* v. 4. *Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Quod ſi feceris, quod malum eſt, time, non enim gerit gladium fruſtra. Dei enim miniſter eſt ultor ad iram ei, qui, quod malum eſt, fecerit.* 1 Petr. II. 13. *Subditi eſtote omni humanae ordinationi propter Dominum, ſive regi ut praecellenti,* v. 4. *ſive praeſidibus ab ipſo miſſis tum ad ultionem maleficorum, tum ad laudem recte agentium* (**). Diſtinguendum igitur omnino inter vindictam *publicam* & *privatam*, quarum illa non ſolum licita, ſed & neceſſaria, hæc vero prohibita & damnata tum in veteri, tum etiam in nov. teſt. Lev. XIX. 18. *Ne quaeras ultionem &c.* Prov. XXIV. 29. *ne dicas, ſicut fecit mihi, ſic faciam ei.* Matth. V. 39. *Ne reſiſtas malo.* Rom. XII. 17. *Non vindicantes vosmetipſos,* v. 19. *reddentes malum pro malo.*

§. LXXVIII. *Septimo* præcepto de adulterio non committendo addita dicunt tria: a.) *ne quidem adſpiciendam eſſe mulierem ad concupiſcendum eam* p. 99. Reſp. imo vero illicita mulieris concupiſcentia peculiari præcepto decalogi diſerte prohibita eſt. *Non concupiſces uxorem proximi tui.* Exod. XX. 17. Deut. V. 21. cujus præcepti talis traditur explicatio Job. XXXI. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* cap. XXIV. 15. *Oculus adulteri obſervat caliginem.* Prov. VI. 25. *Ne concupiſces pulcritudinem mulieris adulterae in corde tuo, neque capiat te ſplendoribus ſuis.* XXIII. 31. *Ne intuearis vinum, quod rubrum ſit,* v. 33. *oculi tui videbunt extraneas.* Jer. V. 8. *unusquisque ad uxorem proximi ſui hinniebat.* Ezech. VI. 9. mentio fit *oculorum fornicantium.* c. XXIII. 16. *Inſanivit ſuper eos concupiſcentia oculorum* (***). Libidinoſus igitur adſpectus, quo cor interius titillatur & prava cupiditate accenditur, vel quo cor libidine æſtuans oculis ſeſe prodit, & concupiſcentiam oculorum quærit, ut ex ea libido magis paſcatur & inflammetur, non minus in vet. quam in nov. teſt. prohibitus eſt. b) *Alterum,* quod præcepto de non mœchando a Chriſto additum eſſe exiſtimant, illud eſt, quod *is, qui uxorem dimittit & dimiſſam ducit, adulte-*

Quid ſeptimo?

(*) Pſalm. IV. 5. *Iraſcimini, & nolite peccare.* Prov. XXII. 24. *Ne ſias amicus iracundo, & cum viro furibundo ne eas.* Conjunge generalem clauſulam Deut. XXVII. 26. *Maledictus.* Huc pertinet præceptum de pecoribus inimici reducendis Exod. XXIII. 4. Deut. XXII. 1. Neque uſpiam in vet. teſt. exſtat, quod Chriſtus inquit dictum fuiſſe antiquis: *inimicum odio habebis.* Oſtorodus in inſtit. c. 27. part. II. *proximum* interpretatur Iſraëlitam, ſed ineptiſſime, cum Deus toties in vet. teſt. eandem caritatem erga extraneum & erga domeſticum commendet. Lev. XIX. 33. GERHARDUS.

(**) Rom. XII. 18, 19. præcipitur, *ut ſi fieri poteſt, quemadmodum in nobis eſt, cum omnibus hominibus in pace vivamus, non noſmet ipſos ulciſcentes.* Si ergo fieri non poteſt, utique malum pro malo, legitimo magiſtratu interveniente, viciſſim reddi poteſt, tum extraneo, tum fratri. Ac quod in nov. teſt. lex de necandis homicidis non ſit abrogata, colligitur ex Matth. XXVI. 52. Apoc. XIII. 10. GERHARDUS.

(***) Ezech. XVI. 15. objicit Dominus ſynagogæ, quod expoſuerit fornicationem *ſuam omni tranſeunti, ut ejus fieret.* c. XXIII. 20. *Adamavit ſynagoga filios Ægypti, propterea quod eorum caro fuerit tanquam aſinorum & fluxus copioſus tanquam equorum.* Quamvis vero Spiritus S. potiſſimum de idololatria & ſpirituali fornicatione loquatur, tamen, niſi coram Deo deſiderium erga alium & aliam vere pro fornicatione & adulterio haberetur, tropis hiſce propheta uſus non fuiſſet. Mal. II. 15. monentur ſacerdotes multa repudia uxorum facientes, ut cohibeant ſe in ſpiritu ſuo, hoc eſt, cohibeant adfectus & cupiditates, ne amorem in alias a conjugibus ſuis transferant. Sicut in homicidio iram, ita in adulterio concupiſcentiam præcipuum illud eſſe, dicit ſervator noſter, quod pœnam meretur. GERHARDUS.

ium committat p. 199. Reſp. Chriſtus non nulgat legem novam, ſed ad primævam con- inſtitutionem nos revocat, & phariſæorum uptelas tanquam ſcorias legi divinæ additas rgat. Quia Moſes legi forenſi ſeu judiciali ter σκληροκαρδίαν Iſraëlitarum, ad evitanda ıra mala, permiſerat repudium; Deut. XXIV. 1. h. XIX. 8. inde phariſæi ſtatuebant, qua- ue de cauſa licitum eſſe, dare libellum re- , idque bona conſcientia etiam coram Deo ; Chriſtus vero oſtendit, ex inſtitutione & ıatione Dei conjugium eſſe indiſſolubilem lam, Gen. II. 24. ſolam autem fornicatio- ıuſam excipit, quia illa directe pugnat cum 'a conjugii, contra ſubſtantialia matrimonii ntra fidem conjugalem, ideo vinculum con- ſolvit. Vide Chemnitium lib. II. harm. 3. c. 51. pericopa 3. p. 357. c) *Tertium* ; præcepti ſupplementum in eo conſtituunt, *omnis ſcortatio & impuritas, quin & ob- ı verba in nov. teſt. ſint prohibita.* p. 200. . ergone adulterium tantum in vet. teſt. ibitum fuit, ſcortatione & impuritate interim ɛſſa? nimis craſſus & plus, quam phariſaicus ſt error. Explicatio hujus præcepti in Mo- prophetis ſatis conſpicua & diſerta exſtat . XXIII. 17. *Non erit meretrix de filiabus l, nec ſcortator in filiis Iſraël.* Lev. XIX. 29. *roſtituas filiam, ne contaminetur terra.* XI. 9. *Laetare juvenis in adoleſcentia tua, hilaret te cor tuum in diebus juventutis tuae, nbula in viis cordis tui & ſecundum adſpe- oculorum tuorum, ſed ſcito, quod propter ı haec adducet te Deus in judicium.* Ubi ır omnes ſermones, geſtus, facta ſub con- & in omni alia lætitia, ſi pugnent cum pie- c honeſtate, judicii divini ſeveritatem me- Deut. XXII. 5. præcipitur, ne mulieris nentis uti viro liceat. Quo pertinent pœnæ ıtoribus conſtitutæ, Exod. XXII. 16. Deut. . & divinitus irrogatæ. Gen. XIX. 34. Num. , Jud XX. &c. Synecdochica igitur eſt locutio, nœchias adpellatione omnis impuritas & im- ities in operibus, verbis & geſtibus prohibe- quod ſi turpes, laſcivi & obſcœni geſtus bentur, multo magis verba obſcœna pro- hibita intelliguntur; ſi interior cordis concupi- ſcentia hoc præcepto prohibetur, multo magis verborum immunditiés. Prov. V. 20. *Ne ample- xeris alienam, cur foveris in ſinu alienae?* c. VII. 13. *Occurrit mulier ornatu meretricio, deoſculatur juvenem, & procaci vultu blandi- tur.* Eccl. XXVI. 12. *Fornicatio mulieris in o- culis & palpebris agnoſcitur, &c.*

§. LXXIX. *Octavo* præcepto de non furando additum eſſe di- cunt *praeceptum de avaritia ca- venda* p. 203. Reſp. interpretatio hujus præ- cepti tradita eſt in ipſo decalogo: *Non concu- piſces domum proximi tui*, ex qua liquido con- ſpicitur, non externum tantum furtum in eo pro- hiberi, ſed ipſam mali radicem, avaritiam in corde hærentem, accuſari, ideo tali verbo legis- lator uſus eſt, quod ſignificat clancularium ma- chinationem, quæ conſcientiam alterius vitat & fugit, ut interiora etiam præcepta comprehendi intelligantur, quod ipſum interpretatio propheta- rum diſerte oſtendit. Pſal. LXII. 11. *Si adfluunt divitiae, nolite cor adponere.* Exod. XVIII. 21. tales perſonæ eligantur in magiſtratus, *qui ode- rint avaritiam.* Pſal. CXIX. 36. *Inclina cor meum ad teſtimonia tua, & non ad avaritiam.* Prov. I 19. *ſemitae lucro inhiantis* conferuntur *inſi- diatori ſanguinis.* c. XV. 27. *Turbat domum ſuam, qui ſectatur avaritiam.* c. XXVIII. 16. *Qui odio habet avaritiam, prolongabit dies.* Eſai. LVI. 11. *Univerſi in viam ſuam reverſi ſunt, quisque ad avaritiam ſuam.* c. LVII. 17. *Pro- pter iniquitatem avaritiae ejus iratus ſum, & percuſſi eum.* Jer. VI. 13. VIII. 10. *A parvo eorum usque ad magnum omnes ſectantur avari- tiam.* c. XXII. 17. *Non ſunt oculi tui & cor tuum, niſi ad avaritiam tuam.* Ezech. XXII. 13. *Percuſſi manum meam propter avaritiam tuam.* c. XXXIII. 31. *Poſt avaritiam ſuam cor eorum ambulat.* Mich. II. 1. *Vae excogitantibus mala in cubilibus ſuis, ut mane faciant illam.* v. 2. *Concupierunt agros, & violenter tulerunt.* Certum igitur eſt, avaritiam συνεκδοχικῶς furti nomine in hoc præcepto prohiberi, ideo vero delicti externi craſſioris nomine interiora prohi- bentur,

Quid octavo?

bentur, ut, quo loco in judicio Dei cenſeantur, ex eo intelligatur, ut ſuo loco monuimus. Neque etiam ſunt contrariæ, ſed diverſæ virtutes, ſtudium laboris, ſtudium ἀυταρκείας & ſtudium liberalitatis. Photiniani diſſerunt de ſecundo & tertio, de primo autem plane tacent. Luxuriam quandam veteribus ob amplas promiſſiones corporales conceſſam fuiſſe, modo operum Domini non obliviſcerentur, falſum eſſe, convincitur ex Deut. XXI. 20. Eſai. V. 22.

Quid nono? §. LXXX. *Nono* præcepto, de non proferendo falſo teſtimonio, hoc dicunt additum eſſe, quod *omne mendacium etiam ex levitate profectum in nov. teſt. ſit prohibitum.* p. 205. Reſp. verba hujus præcepti deſumuntur ex ordine judiciorum divinitus inſtituto, interim ſub una ſpecie expreſſe nominata comprehenditur in genere omnis mendacii deteſtatio, quod Moſis & prophetarum ἐξήγησις manifeſtum facit. Pſalm. V. 7. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Sap. I. 11. *Os, quod mentitur, occidit animam.* Eccl. VII. 13. *Ne confies mendacium adverſus fratrem tuum,* v. 14. *ne velis uti ullo mendacio.* Eccl. IV. 30. *Ne contra dicas veritati ulla in re.* Exod. XXIII. 1. *Non adſumes rumorem falſi mendacii.* v. 7. *a ſermone falſo recedes.* Lev. XIX. 11. *Nec mentiamini quisque in proximum ſuum.* Pſalm. XV. 2. In hoc monte ſancto habitabit, *qui loquitur veritatem in corde ſuo.* Adverſus obtrectatores & calumniatores ibidem. v. 3. Mendacium illud, quod ex ſola mentiendi libidine proficiſcitur, pugnat contra veracitatem, ſi vel maxime nullum videatur proximo adferre nocumentum, prohibitum igitur erit divina lege. Auguſtinus de mend. ac conſ. *Mendacia ſi non habent, quem decipiant, ipſa ſibi ipſis mentiuntur, & qui ex levitate mentiuntur, illud lucrantur, ut nec vera dicentibus fides habeatur.*

Quid decimo? §. LXXXI. *Decimo* præcepto de non concupiſcendo additum eſſe dicunt, quod *corde non ſit adhaerendum illis, quae concupiſcimus, etiamſi de impletione concupiſcentiae non cogitemus.* p. 206. Reſp. non actualem ſolum, id eſt, adfectatam & pleno conſenſu deliberatam, ſed omnem omnino vitioſam concupiſcentiam, etiam originalem, adeoque primos ejusdem motus etiam involuntarios lege divina prohibitos eſſe, docet Chriſtus Matth. V. 28. & apoſtolus Rom. VII. 14. quam interpretationem non addunt legi, ſed contra phariſaicas ejus corruptelas ex ipſo textu deducunt. לֹא תִתְאַוֶּה dicit Moſes Deut. V. 21. Vox אָוֶן ſignificat *inquietudinem,* quæ adfert moleſtiam, ac ſæpius accipitur pro originali concupiſcentia, quæ pravos adfectus perpetuo gignit; Pſalm. CXIX. 133. Prov. VI. 18. &c. accuſatur igitur cordis malum, quod ratio humana non habet, nec agnoſcit pro peccato. Rom. VII. 7. *concupiſcentiam neſciebam, niſi lex dixiſſet, non concupiſces.* Hanc eſſe veram hujus præcepti de non concupiſcendo explicationem, docent ipſe Moſes & prophetæ Gen. VI. 5. VIII. 21. *Omne figmentum cogitationum cordis tantummodo malum omni die.* Pſalm. XIX. 13. *delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.* (Nimirum quia nobis non advertentibus pravæ cogitationes & ſuggeſtiones in corde noſtro oriuntur, ideo delictorum numerum nemo intelligit.) Pſalm. XXXII. 6. *Pro peccatorum remiſſione orabit ad te omnis ſanctus.* (Quamvis ſancti reſiſtant pravis concupiſcentiis, per ſpiritum eas mortificando, tamen coguntur peccatorum ſuorum remiſſionem a Deo quotidie efflagitare propter interiora illa peccata.) Pſalm. XC. 8. *Abſconditum noſtrum collocas in lumine vultus tui.* Jer. XVII. 9. *Pravum cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet?* Peccatum originale, in omnes Adæ poſteros propagatum, eſſe vere & proprie dictum peccatum, oſtendimus ſuo loco; utique igitur in præcepto aliquo legis, quæ eſt perfecta juſtitiæ & integritatis norma, manifeſtabitur & accuſabitur. Quod ſi primi & involuntarii motus concupiſcentiæ præcepto divino accuſantur, quanto magis eo prohibitum intelligitur, ne corde adhæreamus illis, quæ illicite concupiſcimus. Pſalm. LXII. 11. *Si adfluunt divitiae, nolite cor adponere.* Prov. VI. 18. *Cor, quod molitur cogitationes iniquas, odit Dominus.* Prov. XV. 26. *Abominatio Jehovae ſunt cogitationes mali.* Eſa. I. 16. *Auferte malum cogitationum veſtrarum.*

CAP.

CAPUT IX.

DE CONSILIIS EVANGELICIS CONTRA PONTIFICIOS DISPUTAT.

De conſiliis evangelicis.

§. LXXXII. Atque hæc dicta ſint de ſupplementis, quæ per evangelium legi morali a Chriſto addita eſſe, Photiniani ſtatuunt; videamus conſilia evangelica(*), perfectionis dicta, quæ itidem in evangelio demum a Chriſto edita, ac legi divinæ ſuperaddita eſſe, Scholaſtici & Pontificii diſputant (**). Certum eſt apud Pontificios, hominem renatum non ſolum divinæ legi perfectam obedientiam præſtare poſſe, ſed etiam abundantiorem juſtitiam conſequi, quam quæ in lege præſcripta eſt, nimirum per opera ſupererogationis evangelica, quæ ita vocant, conſilia implendo. Et recte quidem opera illa dicuntur *ſupererogationis*, quia ingens pecuniæ ſumma illis erogata eſt, qui opera illa aliis vendiderunt; rectius autem dicerentur opera *ſuperarrogationis*, quod ſit evidens arrogantia, ſibi tale

(*) Opinio de illis conſiliis originem duxit ex phariſaiſmo, quia phariſæi ultra & præter legem opera quædam ſupererogationis ſeſe præſtare poſſe exiſtimabant, ut ex Joſepho & Epiphanio colligitur, inde apud Rabbinos uſitata eſt diſtinctio inter חיוב *debitum* & רבית לתורה *auctarium legis*. GERHARDUS.

(**) Pontificiorum ſententiam calculo ſuo adprobat H. GROTIUS, notatus eapropter CASP. ZIEGLERO ad *libr. I. de jure belli ac pacis, cap. II.* Cæterum diſtinctio inter *conſilia* ac *præcepta* antiquiſſima eſt atque in primis jam ſeculis e philoſophia pythagorica & platonica in civitatem chriſtianam introducta. Vid. b. cancell. MOSHEMIUM in *hiſt. chriſt. antiq. ſec.* II. *part. II. cap. III. §. 11. ſeqq.* Addi meretur MARTINUS CHEMNITIUS, in *locis theolog.* ; *art. II. p. 102.* qui originem hujus diſtinctionis inter *conſilia* & *præcepta* in eccleſiam chriſtianam introductæ adcurate oſtendit. Orta ſcilicet illa eſt ex duobus erroribus craſſis, quos in doctrinam de lege nonnulli invexerunt. *Primus* ſpectabat ad finem uſumque legis, quem in eo ſitum eſſe exiſtimabant, ut per opera legis remiſſionem peccatorum, juſtitiam vitamque æternam, promereamur. *Alter* vero verſabatur circa obedientiam legi præſtandam. In ea nimirum ſtabant ſententia, decalogum non majorem, nec perfectiorem requirere obedientiam, quam qualem infirma hæc natura noſtra in hacce vita præſtare queat. Binis hiſce fundamentis iisque falſiſſimis pontificii commentum hocce de conſiliis evangelicis hodienum ſuperſtruunt. Statuunt nimirum, Deum ſub ejusmodi menſura leges ſuas, ſive præcepta ſua exhibuiſſe, ut iſta omnes, utut ſint infirmi atque facultate bene operandi deſtituti, ſervare hacque ratione vitam æternam conſequi queant. In illorum autem gratiam, qui majori animi alacritate ſint præditi, hincque majoris perfectionis felicitatisque cœleſtis cupidi, adjeciſſe conſilia evangelica, quæ ad majorem homines deducant ſanctitatis perfectionem, majusque & præſtantius præmium, puta aureolas, & ſubliniorem felicitatis gradum aliquando obtineant, præ præceptorum obſervatione. Nemo non videt, hæc pontificiorum commenta ita eſſe comparata, ut non tantum veram legis divinæ rationem evertant, ſed & in ſatisfactionem a Chriſto ſervatore præſtitam maxime ſint injurioſa. Quin ſi quis doctrinam hanc de conſiliis evangelicis in ſe ſpectatam, abſtrahendo ab iis erroribus, qui cum ea ſunt conjuncti, rite velit expendere, facile perſpiciet, eandem omni prorſus deſtitui fundamento. Evolvat, qui de hocce argumento plura legere voluerit, præter CHEMNITIUM, quem modo laudavimus, JO HULSEMANNUM, in *manual. Auguſt. confeſſ. diſput. V. p. 155. ſeqq.* ABRAH. CALOVIUM, in *ſyſtem. loc. theolog. tom. VII. art. IV. cap. VI. q. III. p. 493. ſeqq.* JO. BENEDICT. CARPZOVIUM in *iſagog. ad libros eccleſ. Luther. ſymbol. p. 711. ſeqq.* HENR. HOEPFNERUM, in *Saxonia evangel. p. 121.* itemque ex cœtus Reformati doctoribus LUDOV. CAPPELLUM, in *theſibus theolog. de conſiliis evangelicis*, quæ *ſyntagmati diſputat. Salmurienſium, part. III. p. 719. ſeqq.* ſunt inſertæ, FRANCISC. TURRETTINUM, in *inſtitut. theol. elenct. part. II. loc. XI. quæſt. IV. p. 31. ſeqq.* & JO. HENR. HEIDEGGERUM in *corpore doctrinæ chriſt. tom. II. loc. XX. §. XXIV .. XXVIII. p. 164. ſeqq.*

tale quippiam tribuere ac polliceri. Audiamus hac de re Bellarminum, is lib. II. de monach. cap. 7. conſilium perfectionis definit, quod ſit *opus bonum a Chriſto nobis non imperatum, ſed demonſtratum, non mandatum, ſed commendatum; differt a praecepto ex parte materiae, ex parte ſubjecti, ex parte formae & ex parte finis. Ex parte materiae, quia materia praecepti eſt facilior, conſilii difficilior: materia praecepti bona eſt, conſilii melior & perfectior. Ex parte ſubjecti, quod praeceptum commune ſit omnium, conſilium non item. Ex parte formae, quod praeceptum vi ſua obliget, conſilium in arbitrio hominis ſit poſitum. Ex parte finis, quod praeceptum obſervatum habet praemium, non obſervatum habet pœnam; conſilium autem, ſi non ſervetur, nullam habet pœnam, & ſi ſervetur, majus habet praemium.* c. 8. addit, *multa eſſe vere & proprie dicta conſilia evangelica, ſed praecipue tria, continentiam, obedientiam & paupertatem* (*). Deſumta hæc ſunt ex Scholaſticis. Thomas 1. 2. q. 108. art. 4. *Praeceptum importat neceſſitatem, conſilium optionem. Praecepta novae legis dantur de his, quae ſunt neceſſaria ad conſequendum finem aeternae beatitudinis; conſilia ſunt de illis, per quae melius & expeditius homo finem conſequi poteſt. Homo conſtitutus eſt inter bona ſpiritualia & res hujus mundi; praecepti eſt, ne in rebus hujus mundi ultimum finem conſtituat, conſilii eſt, ut totaliter ea bona abdicet. Bona autem hujus mundi, quae pertinent ad uſum vitae humanae, conſiſtunt in tribus: ſcilicet in divitiis exteriorum bonorum, in delitiis carnis, in honoribus. Divitiae abdicantur per paupertatem, delitiae carnis per caſtitatem, ſuperbia vitae per obedientiae ſervitutem.* Atque hæc tria vocant ſubſtantialia perfectionis; alias præter illa tria plura conſilia evangelica numerant, utpote non vindicare ſe ipſum, injurias patienter ferre, eleemoſynam largiorem dare, non jurare, peccati occaſionem vitare, intentionem in bonis operibus recte formare, facere, quod docetur, de victu ſolicitum non eſſe, fratrem corripere: alii aliter numerant (**).

§. LXXXIII. Quod attinet conſilia evangelica, quæ ex ſermone Chriſti in monte habito colliguntur, ea non ſunt legis moralis ſupplementa, quorum obſervatio arbitrio hominis ſit relicta, nec ad omnes ſpectet, ſed ſunt explicationes legis, phariſæorum corruptelis oppoſitæ, omnibus omnino vere chriſtianis propoſitæ. De cœlibatus conſilio agetur ſuo loco: hic in genere dicimus cum Chemnitio parte II. locorum de diſcr. præcept. & conſil. c. 1. p. 280. *Si doctrina de externis illis exercitiis hoc modo traderetur, quod per ſe non ſint cultus vel merita, multo minus ſupra praecepta ſeu perfectio quaedam, ſed pro diverſitate donorum ſuſcipi, ut liberius & expeditius iis, quae ad veram pietatem pertinent, vacari poſſit, utcunque tolerari poſſet; ſed Pontificii intra terminos illos non conſiſtunt, ſed pugnant pro perfectione & ſupererogatione meritorum in talibus operibus; ſtatuunt, illos, qui obſervant evangelica conſilia, plura acquirere merita, quam quae ſibi ipſis ſint neceſſaria, ideo aliis ad peccatorum remiſſionem & vitae aeternae meritum ea adplicari poſſe.* Patet hoc ex Salmerone tom. VII. p. 97. in cap. X. Luc. *Opera quaedam* (inquit) *neceſſaria ſunt ad ſalutem, quaedam vero conſilii & perfectionis ſunt, ad quae*

Refellitur opinio de evangelicis conſiliis.

(*) Hiſce tribus conſiliis evangelicis reſpondent tria vota monachis impoſita *continentiæ perpetuæ, obedientiæ regularis* & *voluntariæ paupertatis.* Atque hæc tria vota ſunt nervi non ſolum vitæ monaſticæ, ſed etiam totius regni pontificii. Quæ in illis ſint deſideranda, obſervarunt pii noſtri confeſſores in *confeſſ. Auguſt. art. VI. abuſ.* Addantur GERHARDUS noſter in *confeſſ. cathol. libr. II. part. II. art. VII. cap. 2. p. 876.* & JO. BENED. CARPZOVIUS *loco excitato, p. 707.*

(**) Nonnulli ex concione Chriſti in monte habita duodecim, alii plura vel pauciora, omnes fere præcipua tria, quæ in præcedenti nota indicavimus, *continentiam* nimirum, *obedientiam* & *paupertatem*, monachis eximia faciunt. Hinc *ad monaſticæ profeſſionis perfectionem* pertinere dicuntur in *concil. Trident. ſeſſ. XXV. cap. I.*

praeſtanda nemo obligatur, erogat ergo, ibi credita talenta diſtribuit, ſupererogat, mplius, quam accepit, impendit, qui prae- Chriſti adjungit eccleſiae mandata, & il- o tempore & loco & perſonarum ratione tuit, quomodo melius ſerventur divina & gelica decreta, praeſcriptisque a Domino igit conſilia, qui ſcripturis adhibet catholi- doctas expoſitiones, & qui ſine ſumtu ev- lium ponit cum Paulo.

LXXXIV. Multis igitur modis opinio illa nſiliis improbanda eſt, cum fingat: 1.) in vatione legis juſtitiam coram Deo & meri- vitæ æternæ quærendum, cum apoſtolus di- pronunciet, Gal. III. 21. *non eſſe datam , quae poſſit vivificare.* 2.) Legi divinæ olum ſatisfieri poſſe, ſed & plura, præſtan- ac ſublimiora opera præſtari, quam quæ e requiruntur (*), cum perfectiſſimum opus, icet dilectio Dei ex toto corde, in lege præ- atur. Deut. VI. 5. Matth. XXII. 37. 3.) Poſ- hac vita ad plenam perfectionem adſpirari, ipſemet apoſtolus *perfectum ſe eſſe* neget. III. 12. 4.) Perfectionem quærendam potius in traditionibus hominum, quam in eptis Dei, cum *fruſtra colatur Deus homi- mandatis* Matth. XV. 9. 5.) Poſſe homi- plura acquirere merita, quam ipſi ad ſalu- neceſſaria ſint, & illa, quæ ſuperſunt, aliis ari & adplicari poſſe, cum *omnes ſancti pro torum remiſſione petere cogantur* Pſ. XXXII. 6. Opera non præcepta eſſe præſtantiora, quam in lege requirantur, cum lex ſit perfecta orum operum norma. 7.) Illa, quæ de fugi- privata vindicta, de dilectione inimicorum, ivendis temerariis juramentis &c. in concio- hriſti traduntur, libere obſervari vel violari , cum ſint mandata omnes omnino obli- gantia. 8.) Poſſe nos ipſos non ſolum pro no- ſtris, ſed etiam pro aliorum peccatis ſatisface- re, *cum ſolus Filii Dei ſanguis emundet nos ab omnibus peccatis.* 1 Joh. I. 7.

§. LXXXV. Videamus exce- ptiones Bellarmini, quas lib. II. de monach. c. 13. argumentis no- ſtris opponit. I.) Deus jubet ſe diligi ex toto corde, ex tota ani- ma, & omnibus viribus, unde ni- hil ſupereſt non debitum, quod erogemus. Au- guſtinus lib. I. de doctr. chriſt. c. 22. *Cum ait,* toto corde, tota mente, tota anima, *nullam vi- tae noſtrae partem relinquit, quae vacare debeat, & quaſi locum dare, ut alia re frui velit, ſed quicquid aliud diligendum venerit in animum, il- luc rapiatur, quo totius dilectionis impetus cur- rit.* Excipit Bellarminus: 1.) *Illa omnia, dili- gere corde, diligere anima, diligere mente, eſſe idem, quod vere & ſincere diligere.* 2.) *Prae- ceptum dilectionis eſſe adfirmativum; ideo obliga- re, quando neceſſitas gloriae divinae requirit, alio autem tempore ſi fieret, opus eſſe conſilii & ſupererogationis.* 3.) *Praecepto hoc indica- ri finem, quo contendere debeamus; ideo licet non diligamus omnibus caritatis gradibus, ta- men non eſſe praevaricatores.* 4.) *Etiamſi non poſſimus addere huic praecepto, quatenus indicat finem, tamen poſſe aliquid addi, quatenus indi- cat medium.* 5.) *Illud ſolum praecipi, ut prae- cipuo amore Deum amemus, nihilque ei in amo- re anteponamus vel aequemus, non autem nihil corde agamus, niſi Deum diligere, idque ſum- ma amoris vehementia.* Hæc Bellarminus, quæ in tractatu de peccatis actual. th. 44. & in tracta- tu de lege Dei th. 181. excuſſimus. Hac vice il- lud ſolum monemus, reſponſiones Bellarmini ſi- bi invicem adverſari. Si enim diligere ex toto cor-

1) Non poſſu- mus ad perfe- ctam Dei dile- ctionem adſur- gere.

(*) ROBERT. BELLARMINUS *libr. IV. de ju- ſtificat. cap. XIII.* diſertis verbis ait: *Homo PLUS poteſt facere, quam Deus praecepit, igitur multo magis poteſt implere legem.* Conf. *die Ein- leitung des römiſchen Kirchen-Staats, part. III. p. 156.* ubi hæc leguntur verba: *der gerechtfertigte Menſch kan das Geſetz GOttes vollkom- men erfüllen; ja es kan der Menſch auf ſolche Art MEHR THUN, als GOtt befohlen hat.* Cæte- rum de *operibus ſupererogationis* peculiarem diſ- ſertationem ſcripſit SEBAST. SCHMIDIUS, theologus quondam Argentoratenſis.

corde, ex tota anima, ex tota mente & ex omnibus viribus, requirit tantum ſeriam & ſinceram, non autem numeris & gradibus omnibus abſolutam dilectionem, utique præceptum dilectionis non indicat finem, ſed tantum medium. Viciſſim ſi præceptum hoc indicat finem, hoc eſt, ſummum illum dilectionis gradum, ad quem in hac vita adſpirare debemus, in futura poſſumus, utique phraſes illæ diligere ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus, non ſolum ſeriam & ſinceram, ſed & omnibus gradibus ac numeris perfectam dilectionem requirunt. De tota hac re alibi plura diximus.

2) *In bonis operibus ſemper aliquid deeſt.*

§. LXXXVI. II.) In operibus bonis ſemper aliquid deeſt, ergo nunquam implemus legem, multo minus opera ſupererogationis præſtamus. Probatur antecedens, quia Paulus ad Rom. VII. dicit: *Se mente ſervire legi Dei, carne autem legi peccati.* Job. IX. *Verebatur omnia opera ſua.* Eſaj. LXIV. vocat *pannum menſtruatae omnes juſtitias noſtras.* David clamat Pſalm. CXLII. *Ne intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* Excipit Bellarminus in genere: *Si nullo modo legem ſervare poſſemus, mentiretur Johannes, cum ait:* Mandata ejus gravia non ſunt: 1 epiſt. V. *& Dominus, cum ait* Matth. XIX. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata, *juvenem illum non docuiſſet, ſed deluſiſſet, ac ſi dixiſſet, ſi vis in cælum adſcendere, fac tibi remigium alarum, & vola per aërem; imo ſequeretur, hominem non peccare, non enim peccat, qui non facit, quod non poteſt, & Deus eſſet omnino tyranno crudelior & iniquior,*
quippe qui tributum peteret, quod nen
ſolvere, & hoc ab amicis ſuis peteret
quod omnes Patres dicant, impium eſſe
quod Deus aliquid impoſſibile praeceperi
explicationem dicti 1 Joh. V. quære in
ri tractatu de lege morali th. 190.
Matth. XIX. egimus ſuperius th. 23.
poſt latius de eo tractabimus. Compa
Dei cum exactore tyrannico excuſſimus i
tu de lege morali th. 196. Quo ſenſ
negent, Deum impoſſibile aliquid pr:
expoſuimus in eodem tractatu th. 194.
cie Bellarminus ad ſingula dicta re
1.) *Paulum Rom. VII. loqui de motib*
piſcentiae involuntariis, qui non ſunt
ſed pœnae. Reſp. hac de re egimus in
peccatis actualibus th. 36. & ſeqq. 2.)
fuiſſe veritum opera ſua, quia metue
aliquid in eis imperfectionis miſceret. I
proprie metuunt, qui vident poſſe vitar
quod metuunt. 3.) *Eſajam loqui in*
graviſſimorum peccatorum, qui opera
inquinabant admixtione mortalium c
4.) *Davidem hoc tantum velle, nemi*
juſtificari, ſi comparetur cum Deo, c
paratione omnis hominum & angeloru
videatur injuſtitia. Reſp. exceptiones ill
excuſſimus in tractatu de lege morali th

3) [illegible]

§. LXXXVII. III.) Chriſtus Luc. XVII. 10. commentum de operibus ſupererogationis prorſus excludit. *Cum feceritis omnia, quae praecepta ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quae debuimus facere, fecimus* (*). Excipit Bel
1.) *Chriſtum loqui de illis, quae praec*

(*) Quando heic ſervator de *ſervis* loquitur, non intelligit ſervos *mercenarios* & *conductitios*, qui mercede pacta domino ſuo ſerviunt, ſed de *mancipiis*, de quibus conſtat, quod ſibi a dominis, quibus ſerviunt, nil mereri queant; quales tempore Chriſti erant ſervi Romanorum atque Judæorum; obſervante ipſo BELLARMINO, patre purpurato. Dicuntur hi ſervi *ἀχρεῖοι inutiles*, non quod *imperfecte* faciunt, quæ debebant ſed eam potius ob rationem, quod, quæ faciunt, *ex debito* faciunt; adeoque ad
mercedem, vel lucrum aliquod in
tandum prorſus ſunt *in*[illegible]. Opera
bita, & quidem antecedenter ad om
debita, non ſunt meritoria. F[illegible]
libr. III. de benef. ca[illegible]. X[illegible]
in nomen meriti pervenias, [illegible]
vero non obligamur Deo [illegible]
obſtricti ipſi ſumus ex [illegible]
mancipia Dei & Chriſti, non tan
creationis, quæ exiſtentiam nobis de
que *conſervationis*, quæ illam contin

bis, non autem de conſiliis evangelicis. 2.) Chriſtum non vocare nos inutiles ſervos, ſed jubere, ut ex humilitate nos tales profiteamur. 3.) Servum quicquid eſt, domini eſſe, & quicquid agit, in lucrum domini cedere, at non inde ſequi, ex debito eum facere, quicquid facit; quid enim ſi vellet ſibi de ſomno conceſſo aliquid ſubtrahere, & pro domino ſuo aliquid agat, nonne plus facit, quam tenetur? Reſp. locus integer ſic habet. Quis veſtrum (ait Chriſtus) habens ſervum arantem aut paſcentem, regreſſo illi ab agro dicet, ſtatim, prodi & accumbe? v. 8. & non potius dicit ei, para quod cœnem, & praecinctus miniſtra mihi, uſque dum edero & bibero, poſt haec edito & bibito tu. v. 9. numquid gratiam habet ſervo illi, quia fecit, quae ei imperavit? v. 10. ſic & vos cum feceritis omnia, quae praecepta ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Chriſtus in praecedentibus multa bona opera a ſuis requiſiverat, ut ſint liberales in pauperes, ut ſint voluptatum contemtores, ut ſolicite vitent ſcandala, ut ſint faciles in condonandis offenſis; fieri autem poterat, ut ſi quis unum vel plura horum feciſſet, ſibi perſuaderet, ſe jam officio ſuo plane defunctum eſſe, jamque velle ſe quieti dedere, neque quicquam ulterius operari: alius poſſet ſibi in his operibus placere, ſe efferre ac jactare, ac ſi multa coram Deo per hanc obedientiam promeritus eſſet; utriſque Chriſtus hac sua parabola occurrit. Dominus quispiam terrenus ſervo ex diurno agri labore domum reverſo non concedit ſtatim quietem, ſed novum ab ipſo exigit ſervitium, quod quamvis ſedulo præſtet, nullam tamen ipſi hoc nomine habet vel etiam debet gratiam. Sic omnes chriſtiani ſunt Dei ſervi jure creationis, conſervationis, redemtionis & ſanctificationis, tenentur ergo Deo ſervire per totam vitam, uſque ad ultimam mortis horam, exerceant ſe in operibus divinitus mandatis, interim ſtatuant, omnia illa jam ante eſſe debita, ideoque illis nequaquam Deum obſtrictum reddi, cum multis modis ipſi potius Deo ſint obſtricti. Vide harm. D. Polycarpi Lyſeri c. 124. Hinc facile adparet, quid de Bellarmini exceptionibus ſit judicandum. 1.) Chriſtus nequaquam adſerit, nos omnia omnino in ſummo perfectionis gradu facere, quæ præcepta ſunt nobis, ut proinde ad conſilia evangelica nobis ſit reſpiciendum; ſed *hypothetice* dicit: *ſi feceritis omnia, quae praecepta ſunt vobis*: atqui in hac vita nunquam adſurgimus ad illam perfectionem, ut omnia Dei mandata nos impleviſſe gloriari poſſemus, cur enim opus foret peccatorum remiſſionem quotidie efflagitare? 2.) Nec vero hypocriticam humilitatem præſcribit Chriſtus, qua ore quidem profiteamur, nos eſſe ſervos inutiles, interim in corde ſtatuamus, nos operibus noſtris vitam æternam promeritos eſſe. Abſit hæc hypocriſis a piis mentibus, quam contextus loci evidenter refellit. Servo illi, qui imperata domini totis viribus exſequitur,

lantiſſimisque nos cumulat beneficiis; ſed & titulo *emtionis*. *Emti* enim & *redemti* ſumus a Chriſto, non rebus caducis, argento aut auro, ſed pretio infinito ſanguinis ſui pro nobis effuſi, *1 Cor. VI. 20. VII. 23. 1 Petr. I. 18, 19. Apoc. V. 9.* Proprietas itaque Chriſti ſumus, *populus adquiſitus*, *1 Petr. II. 9.* quod nonniſi de *mancipiis* dici poteſt. Quin longe eminentiora ſunt jura creatoris ac redemtoris noſtri in nos, ac dominorum in mancipia & ſervos, tum alias ob cauſſas, tum hanc quoque ob rationem, quod ſervi quidem utiles dominis eſſe, immo & beneficia conferre poſſunt, ut SENECA *de beneficiis libr. III. cap. XVIII.* copioſe demonſtrat; nos vero Deo utiles eſſe haud poſſumus. Proſternit proinde oraculum optimi ſervatoris noſtri, quod ſupra recitavit GERHARDUS, omne meritum ſtricte proprieque ſic dictum, atque uno quaſi ictu profligat opera ſupererogationis. Uberius hoc demonſtravit SEBAST. SCHMIDIUS, theologus Argentoratenſis ſupra jam nobis laudatus, qui peculiarem in hoc Chriſti oraculum diſſertationem ſcripſit, *faſciculo diſputationum theologico philologicarum num. XVIII.* inſertam. Edidit quoque b. cancellarius C. M. PFAFFIUS diſſertationem theolog. lectu digniſſimam, *qua paradoxum de ſervis omnia facientibus, & tamen inutilibus diluitur*, Tubing. *MDCCXLV.* Addi meretur JO. GEORG. DORSCHÆUS *ſuper quatuor evangeliſtas, p. 892. ſeqq.* ubi hunc locum a variis παρερμηνείαις liberavit.

tur, nulla debetur gratia: ita quoque ſi omnia, quæcunque Deus a nobis exigit, inter quæ facile primum ac præcipuum eſt, Deum ex toto corde diligere, ſi, inquam, omnia illa fecerimus, non autem tantum facere tentaverimus vel inceperimus; item cum fecerimus omnia tam interna quam externa opera, ne ullo quidem prætermiſſo, non cum fecerimus aliqua vel plurima, ſed omnia omnino, quid tum agendum? dicamus, *ſervi inutiles ſumus*, id eſt, agnoſcamus toto corde, & ingenue confiteamur, nobis nullam deberi gratiam, quicquid enim fecimus, id jure a nobis Deus exigere potuit, ad illud etiam jam ante obligati ſumus. Dedit Deus animam, dedit corpus, dedit facultates. Ergo omnia illa cum omnibus viribus in ſervitium Dei impendere debemus. Et cum non omnia, quæ præcepta ſunt nobis, faciamus, ea vero, quæ præſtamus, non eo perfectionis & puritatis gradu præſtemus, qui in lege præſcribitur, ideo non ſolum ſervos, ſed etiam inutiles ſervos nos agnoſcamus, cum quibus, ſi Deus velit in judicium intrare, non poſſemus conſiſtere, Pſalm. CXLIII. 2. Ideo poſſet in æternos cruciatus & tenebras exteriores nos jure abjicere; Matth. XXV. 30. ubi idem vocabulum habetur ἀχρεῖος δοῦλος, tales omnino ſumus, ſi ex nobis & noſtris viribus ac meritis conſideremur, ſed in Chriſto ſumus adoptati in Dei filios, & vitæ æternæ hæredes ſcribimur. Concil. Milevit. can. VI. *Placuit, quod ſanctus Johannes ait:* Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, *quisquis ſic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem debere dici nos non habere peccatum, non quia veritas eſt, anathema ſit.* Id ipſum ad detorſionem illam Pelagianam, quam Bellarminus amplectitur, adcommodari debet. Vere pii non ſolum humiliter, ſed etiam veraciter confitentur, ſe coram Deo inutiles eſſe ſervos, non ſolum quia Deo ex ipſorum operibus nihil commodi accedit, ſed etiam quia in multis deficiunt, & in judicio Dei ſuis operibus conſiſtere non poſſunt. Hieronymus epiſt. LXVI. ad Cteſiph. contra Pelagianos: *Cum me putavero ad calcem perveniſſe virtutum, tunc habebo principium. Principium enim ſapientiae timor Domini, qui expellitur atque deſtruitur caritate. Haec hominibus ſola perfectio, ſi imperfectos ſe eſſe noverint.* Et vos, *inquit*, cum omnia feceritis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. *Si inutilis eſt, qui fecit omnia, quid de illo dicendum eſt, qui explere non potuit: unde & apoſtolus ex parte accepiſſe & ex parte ſe comprehendiſſe dicit, & necdum eſſe perfectum.* Ambroſius lib. VIII. in Luc. XVII. *Si tu non ſolum non dicis ſervo aranti, aut oves paſcenti, tranſi, recumbe, ſed exigis ab eo aliud miniſterium, & gratias ei non agis: ita nec in te patitur Dominus unius uſum eſſe operis aut laboris, quia dum vivimus, debemus ſemper operari. Ergo agnoſce, te eſſe ſervum plurimis obſequiis deſcueratum. Non te praeferas, quia filius Dei diceris: agnoſcenda gratia, ſed non ignoranda natura. Neque te jactes, quod bene ſerviiſti, quod facere debuiſti, &c.* Beda in cap. XVII. Lucæ. *Si homo ab homine ſervo non uniforme, ſed multiplex miniſterium exigit, nec tamen ei gratiam habet, quanto magis vos, qui* ſine me nihil poteſtis facere? *Non temporum longitudine laborum praemia penſare debetis, ſed amore & famulatu ſpontaneo novis ſemper ſtudiis augere priora. Itaque dicite:* ſervi inutiles ſumus, *ſervi quidem, quia pretio emti eſtis: inutiles vero, quia Dominus bonorum veſtrorum non indiget. Si autem inutilis eſt, qui fecit omnia, quid de illo dicendum, qui explere, quae praecepta ſunt, vel infirmitate non potuit, vel quod pejus eſt, ſuperbia deſpexit? &c. Haec eſt* igitur *in hominibus ſola fidei perfectio, ſi omnibus, quae praecepta ſunt, impletis, imperfectos eſſe ſe noverint, & quamdiu peregrinantur a Domino, ſemper ineſſe ſibi mala, quae defleant, ſemper meminerint deeſſe bona, ad quae gratia ejus juvante proficiant.* Bernhardus ſerm. de tripl. cuſtodia col. 356. *Haec operum diligentia ſervandorum initia noſtrae converſationis exercet, dum adhuc quidem modicum, ſed tamen jam lumen eſt in nobis, niſi forte magnum ſe putant habere lumen, quibus veritas ait:* cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, quia ſervi inutiles ſumus, quæ debuimus facere,

fecimus. *Sed hoc, inquies, propter hu-em, monuit eſſe dicendum. Plane propter 'atem, ſed nunquid contra veritatem?* 3.) itas obligationis eſt inter ſervum hominis vum Dei. Homo homini ſerviens non ipſi debet, quicquid eſt & quicquid poteſt, tos officii limites præſcriptos habet: nos uicquid ſumus, quicquid poſſumus, to-eo debemus, quippe a quo omnes animæ omnia corporis membra, omnia actio-onarum principia ad nos promanant. Bern-ſerm. de verb. orig. *Etſi proximo forte quis reddere plus quam debet, Deo ta-unquam totum reddit, quod debet.* Phi-as ex naturæ lumine cognovit, parentibus ſſe reddi pretium æquivalens; quanto mi-mo, creatura Dei, poteſt facere opera quæ-on ante ipſi debita.

§. LXXXVIII. IV.) Chriſtus dicit Joh. XIII. 34. *Hoc eſt praeceptum meum, ut diligatis vos invicem, ſicut ego dilexi vos.* At Chriſtus ſic dilexit nos, ut ſit pro nortuus, ergo & *nos debemus pro fratri-mas ponere*, ut concludit Johannes. 1 epiſt. . at hæc eſt ſumma caritas, cui nihil addi . *majorem enim caritatem nemo habet, ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis.* V. 13. Ergo nullus remanet locus con-operibus ſupererogationis. Excipit Bel-is: *Non tenemur animas ponere pro fra-, niſi quando id neceſſarium eſt ad ſa-lutem aeternam, ſi ergo id facimus, cum neceſſarium, ſed utile tantum, opus & ſupererogationis facimus, & ſimi-proximo benefaciam, quando non eſt in & gravi neceſſitate conſtitutus, opus ſupererogationis.* Reſp. animam ponere tribus, aut exigit Dei gloria & proximi aut non exigit. *Priori* caſu tenemur le-ipſam quoque vitam pro fratre negliga-quia quicquid utilitatis a nobis ad proxi-odit, ad illud lege obligati ſumus, cum nus diligere proximum, ſicut nos ipſos. *ori* caſu non ſolum non tenemur animam tre ponere, ſed etiam temerarium eſt

emus ponere tribus.

tale quid ſuſcipere, & vitæ ſuæ prodigum inveniri. Quicquid proximo a nobis benefit, ex dilectione proficiſci debet, ſi quis enim omnes facultates ſuas pauperibus diſtribueret, caritate interim deſtitutus, nihil prodeſſet, 1 Cor. XIII. 3. jam vero dilectio proximi non qualiscunque, ſed ſeria, ſincera & perfecta in lege præſcribitur.

§. LXXXIX. V.) *Jubet Deus nihil addi praeceptis.* Deut. IV. 2. *Ergo conſilia male adduntur.* Excipit Bellarminus: *nihil addendum eſſe praecepto, quod ipſum corrumpat, non autem aliquid, quod ipſum perficiat, jam vero conſiliis non corrumpi, ſed perfici praecepta.* Reſp. abolitio non eſt additio, ergo per prohibitionem additionis non poteſt intelligi prohibitio corruptionis. Deus non ſolum opera legi contraria, ſed & ἐθελοθρησκείας cultus, proprio arbitrio excogitatos, ἀνομίας loco habet, ut alibi oſtenſum fuit. Referenda huc eſt regula de vera præceptorum divinorum expoſitione ſuperius tradita & adprime obſervanda. Ubicunque peccatum aliquod prohibetur, ibi ſimul mandata eſt virtus peccato illi oppoſita, omnesque virtutes ejusdem generis cum omnibus cauſis, occaſionibus & adjumentis. Conſilia igitur perfectionis, quatenus continent aliquod auxilium & adminiculum ad virtutis profectum neceſſarium, ſimiliter erunt lege præſcripta; quatenus vero præſcribunt externa quædam exercitia pro diverſitate donorum ſuſcipienda, ut liberius & expeditius iis, quæ ad veram pietatem pertinent, vacari poſſit, non tradunt novos cultus vel merita, multo minus majorem quandam perfectionem, quam in lege requiritur, ſed adiaphora quædam exercitia præſcribunt, libero ſpiritu obſervanda, quæ ſi quis transgreſſus fuerit, non peccat. 1 Cor. VII. 35. *Non haec dico, ut laqueum vobis injiciam, ſed ut adhaereatis Domino ſine diſtractione.* v. 28. *Si acceperis uxorem, non peccaſti, & ſi nupſerit virgo, non peccavit.* 1 Tim. IV. 8. *Corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt, pietas vero habet promiſſionem praeſentis & futurae vitae.*

5) Nihil addendum praeceptis divinis.

6) Non poſſumus tantum facere, quantum debemus.

§. XC. VI.) *Ita ſumus Deo obligati, ut non poſſimus unquam facere, quantum debemus, ergo nunquam ſupererogamus.* Antecedens patet, nam quidquid habemus boni, ab illo habemus: ergo omnia noſtra ſunt ei debita, & ſi millies pro Deo vitam ponemus, nunquam tamen reddemus ei aliquid æquale. Excipit Bellarminus, *potuiſſe Deum a nobis exigere, quidquid poſſumus, non tamen voluiſſe, impoſuit enim nobis jugum ſuave & onus leve. Si conſideremus beneficia Dei nobis collata, non poſſumus plus facere, quam debemus, imo nec quantum debemus, ſed ſi conſideremus legem a Deo nobis impoſitam, poſſumus plus facere, quam revera tenemur facere.* Reſp. exceptio Bellarmini nititur hac hypotheſi, quod decalogus non requirat majorem & perfectiorem obedientiam, quam qualem in hac vita corrupta noſtra natura præſtare poteſt, proinde Deum jure dominii potuiſſe quidem ad impoſſibilia nos obligare, ſed quæ ipſius eſt bonitas, præcepta, quæ ad promerendam ſalutem neceſſaria ſunt, propoſuiſſe ſub tali menſura ac moderatione, ut nullius, quantumvis infirmi, vires excederent, ut omnes, qui anniti velint, vitam æternam per præcepta conſequi poſſent: ſi qui vero reperiantur alacriores, qui ultra illos terminos, quibus obſervatio legis ad ſalutem neceſſaria limitata eſt, progredi cupiant, illis conſilia perfectionis præſcribi, & peculiares prærogativas in vita æterna decerni. Sed hæc imaginatio repugnat fini, propter quem legis ſuæ ſolennem repetitionem poſt lapſum Deus inſtituit, ut ſuo loco oſtendimus. Naturalia eſſe immutabilia docent juriſconſulti, jam vero obligatio illa, quæ naſcitur ex beneficiis a Deo in nos collatis, eſt juris naturalis, itaque eſt immutabilis, ac proinde lex moralis non tollit vel minuit obligationem illam, cum ſit eadem cum jure naturæ, ſed obligationem illam declarat & manifeſtam facit.

§. XCI. Argumenta reliqua, quæ Bellarminus nobis tribuit, minoris ſunt momenti, in quorum tamen explicatione ſibi non ſatisfacit, multo minus veritati. Adducit dictum Pſal. CXIX. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum;* & addit col. 477. *certe qui currit, cum ſolum ambulare teneatur, plus facit, quam ei imperatum ſit.* Atqui num & David implevit conſilia perfectionis, quorum promulgationem ad novum teſtamentum referunt, & proinde evangelica vocant? *Concedit, peccatis venialibus nos in hac vita aut nunquam, aut raro carere, illis interim non obſtantibus, & juſtos eſſe & ſupererogationis opera nos facere poſſe.* col. 479. Atqui ſi peccata venialia ſunt peccata, erunt ἀνομία & transgreſſio legis, ſi quotidie legem transgredimur, quomodo non ſolum legem perfecte implemus, ſed & opera ſupererogationis præſtamus? Peccata illa, quorum remiſſionem quotidie ex præſcripto Chriſti petimus, ſunt & vocantur debita, ſi quotidie debita contrahimus, quomodo plus facere poſſumus, quam debemus, cum nunquam faciamus, quantum debemus? Adſerit, *illam ſolummodo negligentiam a lege divina argui & maledici, quae ſit gravis & ex fraude procedat.* col. 479. Atqui judicium legis generale eſt: *Maledictus, qui non permanſerit in omnibus, quae ſcripta ſunt in libro legis;* Expoſitio Chriſti diſerta eſt: *Non praeteribit jota unum aut unus apex de lege, donec omnia fiant.* Negat legem requirere omnes vires, col. 481. cum tamen vox *legis* diſerte jubeat Deum diligere ex toto corde, ex tota mente, ex omnibus viribus. Ac ne quid deſit abſurditatibus, ſtatuit, *ab eo etiam Deum diligi ſuper omnia, qui eum non tam ardenter amet, quam fortaſſe poſſet, vel non faciat pro eo omnia, quae poſſet:* col. 482. cum ſummus dilectionis gradus in lege divina manifeſte ſit requiſitus.

Dicta patrum.

§. XCII. Ex patribus referenda huc ea, quibus probant legem divinam eſſe perfectam omnium virtutum normam, eandem propter corruptionem naturæ noſtræ in hac vita perfecte non poſſe impleri, fide coram Deo nos eſſe juſtos, operibus noſtris imperfectionem & infirmitates adhærere, peccati originalis reliquias in renatis hærere, re-

nova-

tionem in hac vita quotidie creſcere debe- nullam gloriandi coram Deo materiam nobis tam eſſe &c. Irenæus lib. IV. cap. 24. p. 250. *us Dei libertatem detulit his, qui legitime rono animo & toto corde Deo ſerviunt, mtoribus autem & non ſubjectis Deo &c. ntibus plus, quam quae dicta ſunt, ſe ob ure, tanquam diligentiam ſuam ipſi etiam praeferentibus, intus autem plenis hypo- & cupiditate & omni malitia, ſempiternam lit perditionem.* Quid? quod Thomas, Anſ- mus & Gerſon in uſitata doctrina illorum tem- m de conſiliis quædam mitigarunt. Thomas ollationibus Patrum citat dictum: *Jejunia, iae, paupertas &c. non ſunt perfectio, ſed ectionis inſtrumenta, quia in ipſis non con- diſciplinae illius finis, ſed per illa perveni- ad finem.* Anshelmus dicit: *unam ſolam m religionem eſſe ſub uno ſupremo abbate, iſto, reliquas religiones vocat factitias, te ab hominibus inſtitutas, ut remotis impe- ntis verae religioni vacari poſſit.* Gerſon ſcit *falſum eſſe, quod praecepta legis or- ta ſint ad virtutes ſub certa menſura & gra- & quod ſupra eſt, ſub conſilio eſſe.* Sta- autem *conſilia verſari circa res, quae ſunt umenta promoventia, diſponentia & ma- ntia, ut brevius & facilius acquiratur ectio.*

menta …abiliendis …iis evan- …elicis.

§. XCIII. Quibus vero argumentis conſilia evangelica propugnat? Bellarminus lib. II. de monachis cap. 9. 10. 11. & 12. quadruplicem ſtatuit argumentorum claſſem, *primam* deducit ex ſcri- is, *ſecundam* ex primitivæ eccleſiæ exemplis, am ex teſtimoniis veterum, *quartam* ex ra- bus. Quod ad *primam* claſſem ex dictis ſcri- æ petitam attinet, fuit olim primum & po- num fundamentum opinionis de conſiliis ſer- Domini in monte, cujus membra pleraque runt eſſe conſilia evangelica, non autem pta generalia; ſed Bellarminus ex cap. V. th. nullum producit argumentum, quia po- agnoſcit concionem Chriſti non ipſi legi morali, ſed phariſaicæ legis depravationi oppoſitam eſſe. Alia igitur quærit in ſcripturis ſubſidia. I) Eſa. LVI. 4, 5. *Non dicat eunuchus, ego lignum aridum, quia haec dicit Dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint, quae ego volui, & ſervaverint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius a filiis & filiabus, nomen aeternum dabo eis, quod non peribit.* Bellarminus notat, a) hic *agi de continentibus voluntariis, non de abſciſſis vel ſic natis, cum nulla ſit ratio, cur promittatur abſciſſis vel natis eunuchis major gloria, quam ſit filiorum & filiarum Dei.* b) *Continentiam hoc loco non imperari, ſed conſuli, cum electioni relinquatur.* Qui elegerint, quæ ego volui, *id eſt, qui tranſcendentes ea, quae praecepi, accommodans me humanae imbecillitati, ſponte ſua elegerint perfectiora, quae ego cupio & vellem.* c) *Continentiam vere meritoriam eſſe gloriae ſingularis, cum promittatur ei nomen aeternum.* Reſp. diſputatio de cœlibatu, an & quatenus conjugio præferendus ſit, ſuum alibi habebit locum, hac vice monemus, 1) argumentum eſſe a quæſtione alienum, quæritur enim de conſiliis evangelicis in novo demum teſtamento a Chriſto editis ac promulgatis, cum de eunuchis veteris teſtamenti in allato dicto agatur. 2) Pervertitur verus dicti hujus ſcopus ac ſenſus In vet. teſt. magnæ felicitatis loco habebatur πολυτεκνία, contra vero opprobrium erat carere liberis. Luc. I. 25. Gloſſa ordinaria in Eſa LVI. allegat dictum quoddam: *Maledictus, qui non reliquerit ſemen ſuper terram.* Rabbini dicunt, *qui ſemen ex ſe non edit, habetur pro effuſore ſanguinum.* Quid? quod excluſi erant a publicis officiis. Deut. XXIII. 1. Prohibiti erant intrare eccleſiam Domini, ac propter promiſſionem: *ſemen tuum erit, ut ſtellae cœli*, habebantur a numero filiorum Dei alieni. Propheta igitur proponit eis talem conſolationem, quod ad fœdus gratiæ, a quo propter denegatam corporalem benedictionem excluſi videbantur, ipſis non minus pateat aditus, quam reliquis, modo adhæreant Domi-

1) Eſa. LVI. Sic dicit Dominus eunuchis: Dabo eis nomen melius.

Domino. Eunuchi & ſteriles in populo Judaico contemti habebantur, inde ejuſmodi cogitationibus ſe macerabant: ecce ego lignum aridum, ſum inſtar arboris aridæ & infrugiferæ, non adhibeor ad publica munia, non gigno ſobolem, benedictio Abrahæ in me non completur, nulla ſpes reſtat Meſſiæ ex genere meo naſcendi &c. vereor igitur, ne Deus me tanquam inutile lignum abjiciat, nec inter hæredes regni ſui ſcribat; his igitur dicit Dominus: *Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint, quae ego volui, & tenuerint fœdus meum*, hoc eſt, qui veræ religioni & cultui divino ſerio fuerint addicti, vitam ſuam ad legem & voluntatem meam conformaverint, nec vita impia fœdus meum violaverint, ***illis dabo in domo mea & in muris meis locum & nomen melius a filiis & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit***, id eſt, erunt mihi accepti & cari cives, quibus in eccleſia & fœdere gratiæ dabo locum, quin & nomen melius præ illis, qui de carnali generatione præſumunt, ac propter nativitatem, externam ſpeciem & profeſſionem ſe eſſe Dei populum gloriantur, perinde ut Chriſtus dicit Matth. VIII. 11. *Multi ab oriente accumbent cum Abrahamo, filii autem regni ejicientur in tenebras;* & Johannes baptiſta Matth. III. 9. *Ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abrahamum*, uti etiam apoſtolus Rom. IX. 7. *Non qui ſemen ſunt Abrahae, omnes filii.* 3) Hanc interpretationem confirmant antecedentia & conſequentia hujus loci. Præmittitur enim verſ. 3. conſolatio pro advenis ſive proſelytis, qui itidem prohibiti erant ingredi eccleſiam Domini, id eſt, non committebantur eis publica officia; vereri igitur poterant, ne fortaſſe etiam ab aditu regni cœlorum excluderentur, cum Abrahæ ſemini promiſſiones eſſent datæ, cumque inhumanius ab Iſraëlitis tractarentur; illos igitur propheta conſolatur his verbis: ***Ne dicat filius advenae, qui adhaeret Domino***, id eſt, qui gentili impietate abjecta veram religionem amplectitur, & veræ pietati ſtudet; ne (inquam) advena dicat: ***Separatione dividet me Dominus a populo ſuo***, id eſt, excluſus ero ab eccleſia & communione cœleſtis regni. v. 5. *Filios advenae, **qui adhaerent Domino, ut colant eum & diligant nomen ejus & ſint ei in ſervos &c. adducam in montem ſanctum meum, dabo illis locum in eccleſia, & laetificabo eos in domo orationis meae.*** Quemadmodum igitur advenis proponitur conſolatio, ita quoque eunuchis, ac promittitur illis nomen melius, quam reliquis, non propterea, quia ſint advenæ vel eunuchi, ſed ſi veræ pietati & ſanctitati ſtudeant. Hieronymus in h. l. ***Eunuchi**, qui ſoliciti ſunt ad ea, **quae Dei ſunt, de quibus loquitur ſapientia:*** eunuchus, qui non eſt operatus manu iniquitatem, nec cogitavit contra Dominum mala, ***talis acceptarum ſe eſſe noverit in domo Domini, quae eſt eccleſia ejus, locum optimum.*** Procopius in h. l. ***alienigenas primum, deinde & eunuchos conſolatur, tanquam brevis jactura ſit, ſi ſanguinis nobilitate, prolisque fœcunditate deſtituantur, cum divinorum bonorum perceptionem talia non impediant.*** 4) In Bellarmini interpretatione multa deſiderari poſſunt. Negat de illis eunuchis, qui tales ſunt vel ex utero matris nati, vel ex hominibus facti, locum hunc accipi poſſe, cum nulla detur ratio, cur illis promittatur major gloria, quam ſit filiorum. Atqui rationem modo adſignavimus, ſterilitas erat opprobrium in populo Iſraëlitico, inde ſteriles, quantumvis pii, contemtui erant expoſiti, conſolatione igitur erigendi erant. Gloſſ. ordin. & Lyranus non negant, de illis hoc dictum accipi poſſe, quamvis addant, ad illos, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum, ex parte referri poſſe. סָרִיסִים, nomen peregrinum eſt, videlicet Ægyptium, quo is adpellatus eſt, qui regi a negotiis aulicis fuit, maxime autem curandis cubiculis, hinc vertitur *eunuchus*, ſiquidem illi, qui gynecæis præfuerunt, ut de fide continentiæ minus ſuſpecti eſſent, caſtrabantur, nec tamen omnes illos ſpadones fuiſſe, ex ſcripturis oſtendi poteſt. Quemadmodum igitur per advenam intelligitur is, qui natura talis eſt, non voluntate, ita quoque per eunuchum. Per *filios* & *filias* intelligit Bellarminus pios Iſraëlitas, ſed hoc non eſt perpetuum in ſcripturis, ſæpius namque illi filiorum adpellatione honorantur, qui ſecundum carnem ſunt filii Abrahæ, quamvis ſint rebelles & inobedien-

. Gen. VI. 2. *Viderunt filii Dei filias ho-*
, *quod eſſent pulcrae, & acceperunt ſibi*
ex omnibus, quas elegerant. Eſai. I. 4.
liis corruptoribus, dereliquerunt Jeho-
Eſai. XXX. 1. *Vae filiis declinantibus.*
ilii mendaces, qui noluerunt audire legem
ae. Matth. VIII. 12. *Filii regni ejicien-*
tenebras exteriores. Luc. XVI. 25. *Me-*
fili, quod accepiſti bona in vita tua. Ur-
larminus vocem *eligendi*, ex qua probare
, non niſi de voluntaria continentia locum
poſſe, cum electioni libere relinquatur.
nfirmum hoc eſt fulcimentum, ſæpius enim
ır eligere id, ad quod præcepto ſumus ad-
Joſ. XXIV. 15. *Si moleſtum eſt vobis ſer-*
leo, eligite, quos colatis. Deut. XXX. 19.
& mortem propoſui tibi, eligas ergo vi-
Pſal. LXXXIV. 11. *Elegi abjectus eſſe in*
Dei mei magis, quam habitare in taber-
r peccatorum. Pſal. CXIX. 30. *Viam ve-*
elegi. v. 173. *Mandata tua elegi &c.*
: Bellarminus, continentiam meritoriam eſſe
tris gloriæ, cum promittatur ei æternum
t. At ſi vel maxime Auguſtini interpreta-
a acceptemus, quod in æterna quoque vita
ſit quædam prærogativa piorum cœlibum,
caſtrant propter regnum cœlorum; non-
amen ex eo inferri poteſt aut debet, cœ-
n eſſe meritum vitæ æternæ, continentiam
eritoriam ſingularis gloriæ, quod ipſi etiam
lino improbatur. Sic enim ſcribit lib. de
virg. cap. 40. *Etiam vos (virgines) gratia*
facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis,
ei donum eſt, non ex operibus, ne quis
itur. cap. 48. *Etiam virginibus orandum*
limitte nobis debita noſtra, ut per hoc, quod
, meminerint, quid ſint: qua de re plu-
loco.

III. Fe- ilis & uina- rc.

§. XCIV. II) Secundum teſtimonium ſcripturæ pro ſtabiliendis ſupererogationis operibus petit Bellarminus ex Sap. III. 13. *Felix ſterilis & incoinquinata, quae neſcivit torum in delicto, habebit im in reſpectione animarum ſanctarum. Et , qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitavit contra Deum nequiſſima, dabitur enim ei fidei donum electum & ſors in templo Dei.* Per *donum electum* intelligit Bellarminus donum ſingulare, reſpondens ſpadonis voluntati. *Reſp.* 1) Liber ſapientiæ eſt extra canonem. 2) Auctor libri egerat de impia impiorum poſteritate, quod in illis, qui progenerantur a parentibus impiis, præſertim extra conjugium, plerumque peculiaria magnorum vitiorum ſemina inſint, ſterilem igitur hoc nomine prædicat felicem, ſicut alias dici ſolet, ἀτεκνίαν eſſe bonum incognitum; deinde felices prædicat conjugatas, quæ non conſentiunt in concubitum illegitimum, ſed conjugalem caſtitatem fideliter ſervant, fore enim, ut olim ſuæ caſtitatis præmia accipiant, cum Deus ſanctorum hominum pietatem remunerabitur. Denique quia eunuchi olim habebantur absque benedictione, ideo addit pro illis conſolationem: ſi non operentur per manus ſuas iniquitatem, nec cogitent adverſus Deum nequiſſima, fore, ut detur illis fidei donum electum. Non ergo meritum aliquod cœlibatus deſcribit, ſed pietati & præmiis pietatis non obſtare cœlibatum oſtendit. 3) Hic igitur locus nequaquam ſtabilit meritum conſiliorum, ſed damnat illegitimas commixtiones; vere autem eſt dæmoniorum doctrina, tales ſententias, in quibus inquinatio, impuritas, impudicitia damnatur, pro conjugio opponere. Hebr. XIII. 4. vox ἀμίαντος de ipſo conjugio uſurpatur. 4) Adde, quod conſilia evangelica nov. teſt. propria non debeant ex vet. teſt. probari.

3) Matt. XIII. Fructus alius centeſimus, alius ſexageſimus, alius triceſimus.

§. XCV. III) Tertium teſtimonium habetur Matth. XIII. 8. ubi Dominus comparat *regnum cœlorum*, id eſt, eccleſiam *terrae bonae, cujus una pars reddebat fructum centeſimum, alia ſexageſimum, alia triceſimum*, quod Cyprianus, Auguſtinus & Hieronymus adplicant ad conjugium, viduitatem & virginitatem. Si ergo continentia virginalis eſt magis meritoria, erit conſilium. *Reſp.* an & quatenus cœlibatus conjugio præferatur, ac quid de cœlibatu veteres ſenſerint, ſuo exponetur loco, hac vice reſpondemus:

mus: 1) Allegoriæ non præbent firma & apodictica argumenta, niſi adplicatio ex ipſa ſcriptura oſtendatur. 2) Sententia Chriſti generalis eſt de omnibus verbi auditoribus, quod ſcilicet non fructificet æquali apud omnes ratione, alii enim pro ratione donorum, zeli & vocationis copioſiſſimum fructum adferunt, alii minus copioſum. 3) Res ipſa non permittit, ut centeſimum fructum de virginitate, ſexageſimum de viduitate, triceſimum de conjugio accipiamus, quia dubium nullum, quin patriarchæ in conjugio copioſiorem fructum attulerint, quam multæ virgines, quæ tamen pie & caſte vixerunt. 4) Scopus Chriſti in hac parabola non eſt, iſtos tres ſtatus conferre, ſicut 1 Cor. VII. ab apoſtolo conferuntur, ſed oſtendere vult, inter bonos verbi auditores, cujuscunque illi ſint ordinis, ſtatus & conditionis, alios aliis majores in pietatis ſtudio progreſſus facere, atque hinc etiam quosdam plus, quosdam minus ad eccleſiæ ædificationem conferre. 5) De fructibus divini ſeminis, id eſt, verbi cœleſtis proprie hic agitur, jam vero virginitas, viduitas, conjugium proprie loquendo non ſunt fructus verbi, cum verbum Dei omnes in aliquo horum ſtatuum inveniat. Gregorius homil. XVII. in Ezech. *Fructus terrae bonae triginta adfert, cum mens perfectionem fidei, quae eſt in Trinitate, conceperit; ſexaginta adfert, cum bonae vitae opera perfecte protulerit; centum vero adfert, cum ad aeternae vitae contemplationem profecerit.* Iſidorus Peluſiota lib. II. epiſt. 144. *Illud, alius centum, alius ſexaginta, alius triginta, virginitatem & continentiam & matrimonium ſignificare poteſt. Poteſt etiam rurſum animae inſtitutionem & corporis miniſterium & pecuniarum largitionem deſignare. Majus enim ac praeſtantius eſt animae ſalutem adferre, quam per corpus miniſterium praeſtare, aut etiam pecunias largiri.* Hieronymus refert ad tres illos vitæ ſtatus, ſed rationibus valde infirmis adductus; ſic enim ſcribit epiſt. L. ad Pammach. apolog. pro libris adverſus Jovinianum: *Triginta referuntur ad nuptias, quia & ipſa digitorum conjunctio quaſi molli oſculo ſe complexans & fœderans maritum pingit & conjugem. Sexaginta vero ad viduas, eo quod in anguſtia & tribulatione ſint unde & ſuperiori digito deprimuntur.* ... *rus centeſimus de ſiniſtra transfertur ad* ... *& iiſdem quidem digitis, ſed non eaden*... *quibus in laeva nuptiae ſignificantur &* ... *circulum faciens virginitatis exprimit*. Ibidem addit: *omnes pene latinos &* ... *tractatores centeſimum numerum ad* ... *ſexageſimum ad virgines; trigeſimum* ... *referre*, juxta quorum ſententiam de b... & de patrisfamilias ſemine penitus ex... mariti & conjugatæ. Auguſtinus de ſ. ... 45. refert illam explicationem, qua pe... centenum intelligitur virginitas, ſed ... ſua modeſtia addit: *Quicquid ſignifica... tatis illa diverſitas, viderint, qui ha... quam nos, intelligunt, ſive virginalis v... teno fructu ſit, in ſexageno vidualis ... no autem conjugalis: ſive centena fertilitas ... tyrio potius imputetur, ſexagena contin... & tricena connubio: ſive virginitas accedi... martyrio centenum fructum impleat, ſola ... in ſexageno ſit, conjugati autem tricenum ... rentes ad ſexagenum perveniant, ſi mart... fuerint: ſive, quod probabilius mihi vid... quoniam divinae gratiae multa ſunt muner... eſt aliud alio majus ac melius, intelligendu... plura eſſe, quam ut in tres differentias di... poſſint, &c.*

§. XCVI. IV.) Quartum teſtimonium habetur Matth. XIX. 11. cum apoſtoli dixiſſent, *non expedit nubere*, reſpondet Chriſtus: *Non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt*, v. 12. *ſunt enim eunuchi, qui de matris utero ſic nati & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab homi... & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverun... pter regnum cœlorum. Qui poteſt caper... piat.* Bellarminus monet, a) *non praece... ſed conſilium hic dari de continentia:* b) *... rum Chriſti hunc eſſe ſenſum: verum di... quod nuptiae non expediant, imo impedia... tius, tamen hoc non intelligunt omnes.* c) *... tinentiam habere praemium in cœlo.* Reſ...

4) Matt... Quidam ... ſtrans ... regnum ... ru...

dicitur, de cœlibatu non exſtare generale ptum, ſed a perſonis idoneis, continentiæ inſtructis, hoc vitæ genus libere eligi poſſe, nſu dicit apoſtolus 1 Cor. VII. 25. *de virgi- praeceptum Domini non habeo, conſilium do, tanquam miſericordiam conſecutus a no;* ſed per conſilium non intelligit apo- tale perfectionis conſilium, quod ſit ſu- ei præcepta, & cujus obſervatione ſuper- ionis opus præſtetur, ac meritum quod- liis erogandum colligatur; (hoc enim toti ati doctrinæ apoſtolicæ de juſtificatione iter adverſatur) ſed in caſu dubio, quid ıdum & eligendum ſit, præſcribit, perin- Chriſtus hoc loco probat, ut, qui poteſt , capiat, hoc eſt, qui hoc dono a Deo in- is eſt, ut caſte extra matrimonium ſine iculo vivere poſſit, is eo dono religioſe cleſiæ ædificationem utatur. Non ſancit ſalem legem, ſed cuivis pro ratione do- ı conſulit, ut eligat id, quod liberiori entia ſe facere poſſe intelligit. In vet. teſt. as loco opprobrii habebatur, Chriſtus au- ocet, non ſolum liberum eſſe extra conju- vivere, illis ſcilicet, qui poſſunt capere, bus datum eſt, ſed etiam quandoque uti- mirum ſi id fiat propter regnum cœlorum. : igitur alio ſenſu Bellarminus conſilii ter- a accipit, quam ab apoſtolo uſurpatur. gregie vero ſophiſticatur Bellarminus in ſione hujus dicti. Neque enim hoc vult us, quod non omnes intelligant, quantis iis liberi ſint, qui extra conjugium vi- cum ipſi apoſtoli paulo ante dixerint, ſi im modum habet cauſa hominis cum uxo- n expedit matrimonium contrahere, cum- mnes gentilium libri pleni ſint deteſtatio- & obtrectationibus conjugii; ſed docet, entiam virginalem eſſe donum ſingulare, non ſit omnibus commune; ſic enim ſe paulo poſt exponit: *non omnes capiunt n hoc, ſed quibus datum eſt.* Non ſim- r negat, extra conjugium minori cum mo- ritam traduci poſſe, ſed poſt lapſum ita tam eſſe naturam humanam, ut non ſint ad cœlibatum idonei, ſed ii tantum, quibus hoc cœlitus peculiari privilegio datum eſt. Χωρεῖν igitur hoc in loco non ſignificat idem, quod *intelligere*, ſicut uſurpatur Joh. VIII. 37. *Sermo meus ὐ χωρεῖ non habet locum in vobis,* nimirum propter incredulitatem, ſed *capacem eſſe*, ut ſit ſenſus, non omnibus peculiare illud continentiæ donum eſt datum. Hanc interpretationem evidenter comprobat apoſtolus 1 Cor. VII. 7. *volo omnes eſſe ſicut me ipſum, ſed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic.* Ubi donum continentiæ virginalis refertur inter peculiaria illa & privata dona, de quibus non exſtat promiſſio, quod omnibus credentibus & petentibus Deus illa dare velit, ideo etiam illis, qui uruntur, non ſuadet cœlibatum, ſed addit: *melius eſt nubere, quam uri, ſi non continent, nubant: propter fornicationem habeat unusquisque uxorem ſuam.* 3.) Caſtrare ſe propter regnum cœlorum nequaquam ſignificat, cœlibatum hoc fine eligere, ut ſit ſatisfactio peccatorum maxima & meritum vitæ æternæ, quæ opinio ex cœlibatu facit *doctrinam daemoniorum*, 1 Tim. IV. 1. ſed regnum cœlorum in ſcriptura ſignificat vel æternam beatitudinem, vel miniſterium evangelii & exercitia fidei, pœnitentiæ, pietatis, invocationis. Jam quid per regnum cœlorum in dicto Chriſti intelligendum ſit, exponit apoſtolus 1 Cor. VII. 32. *Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt, quae Domini ſunt, quomodo placeat Domino,* v. 33. *qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt, quae ſunt mundi, quomodo placeat uxori,* hoc eſt, conjugium multa habet avocamenta, ideoque in perſonis idoneis, continentiæ dono inſtructis, cœlibatus commodior ad onera miniſterii & exercitia pietatis. *Conjugatus* (ait Lutherus) *in multa aliena a verbo negotia dividitur, non poteſt ſemper lectioni intendere, intereſſe communibus precibus, publicis congreſſibus &c. ſaepe a cogitationibus primae tabulae diſtrahitur ad curas rei familiaris; cœlibes vero expeditius & liberius inſtare poſſunt verbo fidei & orationi die ac nocte.* Neque tamen abſolute accipienda ſunt apoſtoli verba, quaſi conjugati non poſſint curare ea, quæ ſunt Domini; oſtendunt enim exempla patriarcharum & pro-

phetarum, quod non minus, quam cœlibes, ſoliciti fuerint de his, quæ ſunt Domini: ſed comparate, ut ipſe apoſtolus ibidem exponit v. 26. *Exiſtimo hoc utile eſſe propter inſtantem neceſſitatem.* 4.) Bellarminus hoc potiſſimum urget, quod veteres plerique regnum cœlorum de vita æterna accipiant, quod tamen ſententiam pontificiorum de cœlibatu nondum comprobat. Ut enim prætermittamus querelam Eraſmi, quod multi non propter regnum cœlorum, ſed propter cenſus eccleſiaſticos, pingues præbendas & propter gloriam regnorum mundi, ſeſe caſtrent, inſignis corruptela eſt dicti Chriſti, quod caſtrare ſe propter regnum cœlorum ſit ſuſcipere cœlibatum hoc fine, ut plus ſupereroget, quam perfecta legis obedientia requirit, ut merita perfectionis ſibi & aliis cedant in remiſſionem peccatorum, ut ſatisfactionem pro peccatis præſtare, & vitam æternam mereri poſſit, quod non ſolum ſcripturæ, ſed ipſis etiam veteribus adverſatur. Id vero volunt pii veteres, quando regnum cœlorum in dicto Chriſti accipiunt pro vita æterna. Regnum cœlorum ſive vita æterna communis erit omnibus ſanctis, & tamen ſicut ſtella differt a ſtella in claritate, ita quoque in æterna vita futuram quandam prærogativam virginitatis præ conjugio, ſi enim donum præſtantius eſt, erit etiam præmium præſtantius. In quam ſententiam etiam Brentius exiſtimat non incommode Chriſti dictum accipi poſſe, cum credentes totius pietatis & omnium actionum finem non conſtituant in hac tranſitoria vita, ſed reſpiciant ad futuram vitam, modo non aſſuatur, cœlibatum eſſe meritum vitæ æternæ, quod ipſum etiam veteres improbant, ut ſuo loco plenius docebimus.

i) Matth. XIX. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia.

§. XCVII. V.) Quintum teſtimonium habetur in eodem cap. XIX. Matth. 21 ubi Chriſtus adoleſcenti dicit: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quae habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo.* Bellarminus hoc ita explicat: *Si non es contentus vita aeterna, ad quam per mandatorum obſervationem adſpirare potes, ſed deſideras excellentiorem gradum in vita æterna, vade, vende omnia.* Reſp. de paupertate evangelica, itemque de abdicatione facultatum, quæ fit ſine vocatione & extra caſum neceſſitatis, late tractat Chemnitius parte II. loc. cap. de paupertate, qui de tota hac re lectorem pleniſſime inſtruit. Hac vice reſpondemus, juvenem hunc in ſchola phariſæorum inſtitutum ea opinione fuiſſe faſcinatum, quod externa qualicunque obedientia lex Dei impleri poſſit, unde gloriatur ſe a juventute omnia Dei mandata impleviſſe; quia vero erat adhuc juvenis, nec ex contumacia, ſed ex ignorantia errabat, ideo amanter & placide ipſum Chriſtus tractat, ac per indirectum ad veram erroris agnitionem & ſalutis viam ipſum adducere ſatagit, qua docendi ratione apud illos, qui ex errore inflati erant propriæ juſtitiæ opinione, Chriſtus ſæpius uſus eſt Luc. X. 29. Marc. XII. 34. Ut ergo luculenta experientia juvenis videat & agnoſcat, quam falſo ſibi arroget perfectam legis impletionem, proponit illi notam, qua ſe tentet & probet, quam procul adhuc abſit ab impletione mandatorum divinorum, de qua erat gloriatus. Nimirum πειραστικὸν & ὑποθετικὸν eſt Chriſti reſponſum ad perſonam quærentis adcommodatum. Si verum eſt, quod glorioris, te ſervaſſe legem Dei a juventute, age, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Summa legis conſiſtit in dilectione Dei & proximi; jam vero dilectio Dei eſt, facere mandata ejus animo prompto ac parato, ut igitur te ipſum probes, an ex toto corde Deum diligas; en ego, Dei filius, ſpeciali mandato tibi injungo, ut propter Deum facultates tuas relinquas, easque pauperibus diſtribuas, & apoſtolorum exemplum ſecutus in ſcholam meam te conferas, hac nota agnoſces, an vere Deum & proximum diligas (*). Irenæus lib. IV. cap. 26. circa finem: *Forte non fecerat, nam utique*

(*) *Vade, ſequere me*, id eſt, fias meus diſcipulus, & hinc inde annuncies regnum Dei, ſicut mei apoſtoli omnia deſeruerunt, me ſecuti ſunt & regnum cœlorum aliis annunciarunt. Simile eſt huic, quod Luc. IX. 59. habetur de quodam ſpecialiter vocato, ut ſcilicet ſequatur & annunciet regnum Dei. Confirmatur hæc explicatio ex eo, quod Petrus ſubjicit: *Ecce nos te ſecuti ſumus.* GERHARDUS.

ue non diceretur ei, cuſtodi praecepta, ar-
ıs Dominus cupiditatem ejus, dixit ei: Si
ıerfectus eſſe, vade, vende omnia &c. Ori-
ſs ex evangelio ſecundum Hebræos locum il-
ſic allegat: *Cum juvenis, audita ſententia*
ſti, caput ſcalperet, dixit Chriſtus: quomo-
eciſti legem & prophetas, cum ſcriptum ſit
ge, Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum?
ti vero filii Abraham amicti ſunt ſtercore,
ientes prae fame, & domus tua plena eſt
is bonis, & non egreditur omnino aliquid
) ad eos, & addit Origenes, ſententiam eſſe:
arebit, an impleveris mandatum dilectio-
ſi vendas omnia. Hilarius in h. l. *Hunc ex*
inſolentem ſolicitum de ſalute remittit Chri-
ad legem, ut in ea ipſa, in qua gloriare-
intelligeret, nihil ſe exinde recti operis
ſe, verbis enim legis ei Dominus reſpondit,
ıdoleſcens tanquam populus inſolens & glo-
r in lege confidit, cui tamen obſecutus in
) eſt. Auguſtinus lib. XIII. conf. cap. 19.
!, ait adoleſcens, haec omnia. Unde ergo
ıe ſpinae, ſi terra fructifera eſt? vade,
rpa ſylvoſa dumeta avaritiae, vende, quae
les, & imple te frugibus dando pauperibus,
ıbebis theſaurum in cœlo, &c. ſed contriſta-
t terra ſterilis, ſpinae ſuffocaverunt ver-
Hieronymus in cap. XIX. Matth. & ex eo
mas 2. 2. q. 189. art. 1. *Mentitur adole-*
, ſi enim hoc, quod poſitum eſt in manda-
Diliges proximum tuum ſicut te ipſum,
e compleviſſet, quomodo poſtea audiens, va-
vende, quæ habes, *triſtis receſſit?* Ambro-
ib. VIII. in Luc. *Glorianti in lege, quod*
ıentute ſua omnia cuſtodiviſſet, ut inanem
ntiam ejus exponeret, oſtendit ei, adhuc
!, quod legis eſt. & ideo ad miſericordiae
:eptum triſtis inducitur, ut in eum natura-
ıaedam detur forma ſententiae. Quare ſi
ı Chriſti: *Vade, vende omnia,* præſcribunt
lium perfectionis, ſequetur: 1) Chriſtum
ɔt aſſe hanc juvenis gloriationem, quæ tamen
falſiſſima, non ſolum ex ſententia ſcriptu-
quæ docet, non poſſe a nobis legem Dei in
ita perfecte impleri, ſed etiam ex ipſa pon-
ɔrum ſententia, quippe qui concedunt, ſine
fide & agnitione Chriſti non poſſe impleri le-
gem, qua tamen Chriſti agnitione hic juvenis
diſtituebatur. 2.) juvenem non peccaſſe huic
mandato non obtemperando. Ita enim deſcri-
bit conſilium ipſe Bellarminus lib. II. de mona-
chis cap. 7. *Conſilium perfectionis eſt opus bonum*
a Chriſto non imperatum, ſed demonſtratum,
non mandatum, ſed commendatum; & paulo
poſt: *praeceptum ..ri ſua obligat, conſilium in*
arbitrio hominis eſt poſitum. Atqui graviſſime
peccavit hic juvenis verbis Chriſti non obtempe-
rando, ut conſtat ex eo, quod poſt illius diſ-
ceſſum Chriſtus dicit: *quam difficile intrabit di-*
ves in regnum cœlorum! Qui divitias magis amat
quam Chriſtum, graviſſime peccat. Sed hic ju-
venis Chriſtum ſequi renuens, magis amavit di-
vitias, quam Chriſtum ipſum. Ergo graviſſime
peccavit. 3) Vendere omnia, & pauperibus
ea dare, eſſe ſupra caritatem, cujus contrarium
ſtatuit apoſtolus: 1. Cor. XIII. 3. *Si omnia di-*
ſtribuam pauperibus, caritatem autem non ha-
beam, nihil ſum. Bellarminus huic explicatio-
ni noſtræ obvertit: *a) Dominus intuitus hunc*
juvenem dilexit eum, jam vero Chriſtus non di-
ligit mendaces, ergo vere implevit omnia man-
data. Reſp Patres diſerte teſtantur, hunc juve-
nem falſo de impletione mandatorum divino-
rum fuiſſe gloriatum, ab illis temere hoc loco
diſcedit Bellarminus, qui fateri cogitur, abſque
fide & agnitione Chriſti non poſſe legem im-
pleri. In argumento eſt fallacia *cauſae*, non
ideo hunc juvenem dilexit Chriſtus, quod glo-
riationem ejus comprobaret, ſed quia ex igno-
rantia, non ex malitia errabat, & de via vitæ æter-
næ ſolicitus erat. b) *Sicut ſervare mandata eſt*
medium ad vitam aeternam omnibus hominibus:
ita etiam vendere omnia eſt medium ad perfecti-
onem omnibus hominibus. Reſp. lex Dei com-
plectitur perfectam juſtitiæ regulam: Deut. IV. 2.
cap. XII. 32. Prov. XXX. 6. ſed ne ipſi quidem
renati perfectam ei obedientiam præſtant, vel
ad perfectionem illam, quæ in plena mandato-
rum obſervatione conſiſtit, adſpirant, quanto
minus conſequi poterunt majorem perfectionem,
quam quæ ad ſalutem eſt neceſſaria, ut Bellar-
minus loquitur, qua de re plura ſuo loco. c)

 Petrus

Petrus juvenem triſtem abiiſſe conſpicatus dicit: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid erit nobis? *cui interrogationi Chriſtus reſpondet:* Vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, ſedebitis; *&c. Ergo praeceptum de facultatum abdicatione non eſt ſpeciale.* Reſp. diſerte additur Marc. X. 29. *propter evangelium*, & Matth. XIX. 29. *propter nomen meum;* illam igitur deſertionem Chriſtus probat, quando in perſecutione propter confeſſionem evangelii eripiuntur facultates, vel quando apoſtoli propter miniſterium peragrandi mundum & prædicandi evangelium omnia relinquunt. Deſertioni facultatum additur ibidem deſertio uxoris, liberorum, parentum, &c. Atqui deſertio uxoris, liberorum, parentum, &c. ſi fiat ſine vocatione, non eſt adprobanda. Certum autem eſt, Petrum & apoſtolos peculiarem habuiſſe vocationem; quid? quod promiſſio etiam hujus vitæ data eſt deſertioni illi, de qua Chriſtus loquitur: recipiet centuplum in hac vita? Ergo non poteſt intelligi temeraria illa omnium abdicatio in perpetuum.

§. XCVIII. VI.) Sextum teſtimonium deducitur ex eodem loco: *Dominus ad juvenem dicit:* Sequere me, *haec ſequela fuit conſilium, quia dicitur illi ſoli, qui vult perfectus eſſe, & cui dictum eſt, vende, quae habes.* Reſp. 1.) Hoc itidem fuit *perſonale* mandatum, quod ſcilicet juvenis iſte relictis omnibus debeat Chriſtum ſequi, apoſtolis ſociari, & in ſchola Chriſti ad evangelii prædicationem præparari. Hoc ſenſu τὸ *ſequi* Chriſtum uſurpatur Matth. IX. 9. ubi Chriſtus videns Matthæum in telonio ſedentem, dicit ei, *ſequere me*: Matth. XIX. 27. *Nos relictis omnibus te ſecuti ſumus.* Marc. IX. 38. *Vidimus quendam ejicientem daemonia, & non ſequitur nos.* Luc. IX. 59. *Sequere me*, & additur explicatio: *Vade & annuncia regnum Dei.* Hæc ſequela non eſt omnibus præſcripta; quod enim præcipitur adoleſcenti: id Luc. IX. 58. ſcribæ prohibetur: & Marc. V. 18. dæmoniacus liberatus rogabat, ut eſſet cum Chriſto, ſed non admiſit eum, quin dicitur ei: *Vade in domum tuam.* Certum igitur eſt, perſonalem vocationem deſcribi. Auguſtinus lib. II. de conſ. evang. cap. 63. *Sequere Dominum, ſi vis eſſe perfectus, eis ſociatus, inter quos loquitur ſapientiam ille, qui novit, quid diſtribuat diei & nocti, ut noris & tu, ut fiant & tibi luminaria in firmamento.* 2) Eſt autem adhuc alia quædam ſequela Chriſti, quam inſcite Bellarminus cum priore confundit, nimirum ea, quæ omnibus omnino vere chriſtianis neceſſaria eſt, qua Chriſtum ſequimur credendo, pie vivendo & crucem patienter ferendo, de hac ſequela dicit Chriſtus Matth. XVI. 24. & Luc. IX. 23. *Qui vult ad me venire, abneget ſe ipſum, tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.* 3) Bellarminus dicit: Chriſtum ſequi in hoc dicto accipiendum de imitatione Chriſti, atqui omnibus piis ea neceſſaria eſt, nec conſulitur tantum, ſed præcipitur. 1 Cor. XI. 1. *Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti.* Eph. V. 1. *Eſtote imitatores Dei.* 1 Petr. II. 21. *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus.* Auguſtinus lib. V. de civit. Dei cap. 17. *Summa religionis chriſtianae eſt imitari eum, quem colis.* Paulinus epiſt. II. ad Sulp. *Quantum ſit Chriſtum ſequi, potes de apoſtoli ſententia colligere, qua ait:* Qui dicit, ſe Chriſtum ſequi, debet, ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare. *Quomodo autem ambulaverit Chriſtus, docet alius magiſter:* Qui peccatum, *inquit*, non fecit, nec dolus inventus eſt in ore ejus, qui cum malediceretur, non maledixit: tradebat autem ſe ad mortem judicanti injuſte. *Sed & ipſius actione & praeceptis ſcire poſſumus, quomodo ambulaverit, ut vitam ſuam nobis in formulam & ſpeculum vitae proponeret.* Bernhardus ſerm. XXI. in Cant. col. 550. *Volunt omnes Chriſto frui, at non imitari: non curant quaerere, quem tamen deſiderant invenire, cupiunt conſequi, ſed non ſequi.* 4) Abnegare ſe ipſum non eſt adcommodare ſe alterius judicio & voluntati, ex quo cæcam illam obedientiam (ut in regulis ordinis Jeſuitici vocatur) deducunt, ſed eſt renunciare proprio honori, proprio amori, propriæ voluntati, concupiſcentiis carnis reſiſtere, Spiritus impulſum ſequi, divinæ voluntati ſe reverenter ſubmittere. 5) Fatetur Bellarminus, agi hic de obedientia, quæ neceſſi-

6) Matth. XIX. Sequere me.

rio debetur Deo, cur ergo inter perfectio- :onſilia eam refert? *at deducitur* (ait) *ex oco conſilium religioſae obedientiae, cum ſit Chriſti ſequela omnibus chriſtianis communis, qua ſolis illis conſulitur, qui volunt eſſe per-* ſed hac ratione petitur principium, quæ- enim, an præter generalem illam ſequelam ſpecialis in conſiliis evangelicis poſita?

§. XCIX. VII.) Septimum teſtimonium petitur ex 1 Cor. VII. ubi multis modis proponitur conſilium continentiæ. *Bonum eſt homini mulierem non tangere. Bonum eſt homini ſic eſſe. Solutus uxore, noli quaerere uxorem, &c.* Reſp. olus de ineundo conjugio, vel ſervando cœli- aliquod præceptum, quod omnes obliget, bere negat, pro conditione igitur & diver- perſonarum ac pro ratione temporum di- are ſe conſilium, ut quisque eligat, quod ıxta menſuram collati a Deo doni ad cur- pietatis & conſcientiæ tranquillitatem utile iderit, perinde ut Chriſtus dicit: *Qui poteſt e, capiat.* Nequaquam vero apoſtoli in- um eſt præſcribere opera ſupererogationis, ſint Deo magis grata & vitæ æternæ meri-, quam quæ fiunt juxta decalogi normam, ue propoſita ſint illis, qui contenti eſſe no- præceptorum obſervatione, ſed perfectio- & abundantiorem juſtitiam deſiderant; qua ıe conſilium ſuum præcepto Domini ante- :t, quod evidentiſſimis apoſtoli pronuncia- ſerte adverſatur, nec noſtris conjecturis li- n permiſit, quo reſpectu & ſenſu cœlibatum gio præferat, ſed mentem ſuam clariſſime uit v. 26. *Exiſtimo hoc bonum eſſe propter ntem neceſſitatem:* per quam interpretes qui- intelligunt, quia in exordio naſcentis eccle- ıon inveniebantur tot chriſtiani, cum qui- matrimonium contrahere poſſent, ideoque antur cum infidelibus conjungi, ideo pro- :alem neceſſitatem potius ſuaderi cœlibatum. ommodius referunt ad pericula illa ejectio-, proſcriptionum, ſpoliationum, vinculo- & omnis generis perſecutionum, quibus in ethnicorum & Judæorum odio chriſtiani erant ſubjecti, in tali neceſſitate dicit cœlibatum expeditiorem eſſe ad ferenda onera exilii & perſecutionis. Deinde præfert cœlibatum propter moleſtias & difficultates conjugii v. 28. *tribulationem carnis patientur hujusmodi, ego vero vobis parco.* Certum eſt, in cohabitatione cum conjuge vel infideli, vel non ſatis ſtudioſa pietatis, in educatione liberorum, in gubernatione familiæ, in paranda re familiari &c. multa obtingere, quæ ferenda, diſſimulanda & toleranda, a qua ſolicitudine & moleſtia cœlibes ſunt liberi. Denique quia cœlibes liberius & expeditius exercitiis pietatis ſine avocamentis hujus vitæ incumbere poſſunt, cum conjugati in multa aliena negotia diſtrahantur; v. 32, 34, 35. ideo etiam hoc ſenſu ac reſpectu cœlibatus conjugio ab apoſtolo præfertur. Ex quibus omnibus adparet, quando apoſtolus dicit, cœlibes beatiores eſſe, ac melius facere, quam conjugatos, ipſum nequaquam hoc velle, quod in articulo juſtificationis ſint coram Deo acceptiores, & magis mereantur vitam æternam, vel quod opus faciant melius ac præſtantius, quam ſunt illa, quæ in lege præſcripta, ſed pro ratione temporum ac diverſitate perſonarum conſilium dat Corinthiis, hoc nomine per literas ab ipſis compellatus. Bellarminus huic explicationi noſtræ ex ipſis textus viſceribus petitæ multa opponit. 1) *Apoſtolus hoc loco hortatur ad continentiam, eamque conjugio praefert.* Reſp. in illis, qui ſpeciali continentiæ dono ſunt inſtructi, v. 7. *Unusquisque proprium habet donum, alius ſic, alius vero ſic,* v. 17. *unicuique ſicut diviſit Dominus, unumquemque ſicut vocavit Dominus, ita ambulet.* Quodſi, qui dono illo deſtituti πύρωσιν ſentiant, illos non hortatur ad cœlibatum, ſed *melius* illis eſſe dicit *nubere, quam* extra conjugium *uri?* v. 9. Laudat igitur cœlibatum, ſed omnes indiſtincte ad illum ſuſcipiendum nequaquam hortatur. *Bonum eſt homini, mulierem non tangere,* dicit v. 1. ſed ſtatim addit: *propter fornicationem habeat unusquisque uxorem ſuam, & unaquaeque habeat virum ſuum.* v. 2. *Volo omnes eſſe, ſicut me ipſum,* dicit v. 7. ſed ſtatim addit, *unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic. Bonum*

1. Cor. VII. proponitur ... um conſilium continentiae.

num eſſe viduis & non nuptis, ſi ſic permanſerint dicit v. 8. ſed ſtatim addit, *quod ſi non continent ſe, nubant.* v. 9. *Bonum eſſe virginibus, ſic permanere* dicit v. 26. ſed ſtatim addit v. 28. *ſi nupſerit virgo, non peccavit. Mulierem innuptam cogitare*, dicit, *quae ſunt Domini*; v. 34. ſed ſtatim addit, *hoc ad utilitatem veſtram dico, non ut laqueum vobis injiciam.* v. 35. Adparet igitur, apoſtolum probare quidem cœlibatum, ſed non, niſi in perſonis idoneis, nec indiſtincte ad illum quosvis hortari. 2) *Si ita difficile eſt continere, Paulus ineptiſſimus, qui rem impoſſibilem tantopere laudavit.* Reſp. quibusdam non ſolum difficilis, ſed etiam impoſſibilis eſt continentia, videlicet illis, qui dono illo divinitus non ſunt inſtructi; viciſſim quibusdam non ſolum poſſibilis, ſed & facilis eſt continentia, videlicet dono illo inſtructis. Proinde non omnibus indiſtincte præſcribit apoſtolus cœlibatum, ſed illos, qui non continent, matrimonium inire jubet v. 9. Cum donum continentiæ non ſit omnibus ita commune, ut quicunque cœlibatum elegerit, illud obtinere poſſit, *at non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt*, dicit Chriſtus Matth. XIX. 11. *Unusquisque donum ſuum habet ex Deo*, dicit apoſtolus v. 7. 3) *Apoſtolus non ſolum de illis loquitur, qui donum continentiae habent, ſed abſolute dicit, bonum eſſe homini mulierem non tangere, etſi omnes non habeant donum hoc, tamen omnes poſſunt habere, ſi a Deo petant, & proinde omnibus poteſt convenire conſilium Pauli, cum abſurdum ſit, de illis dari conſilium, quae non ſunt in noſtra poteſtate.* Reſp. idem, qui dixerat, bonum eſſe homini mulierem non tangere, ſubjungit, illis, qui uruntur, melius eſſe nubere, quam uri. Idem, qui optaverat omnes eſſe, ſicut ipſe erat, ſubjungit, unumquemque proprium donum ex Deo habere. Conſilium illud de eligendo cœlibatu non pertinet abſolute ad omnes, cum manifeſtiſſime quidam excipiantur, videlicet qui non continent, quibus non præſcribit apoſtolus precum, laborum & jejuniorum exercitia, ſed conjugii remedium divinitus inſtitutum. Quinimo ne ipſis quidem virginibus, hoc eſt illis, qui dono continentiæ inſtructi caſte extra conjugium vivere poſſunt, laqueum injicere vult apoſtolus, ac præcepto quodam ad cœlibatum eos adſtringere, ſed diſerte addit, præceptum Domini de illis haud exſtare, ideoque ne illos quidem peccare, ſi matrimonium ineant. Porro quod ad preces attinet, per quas ab omnibus, qui cœlibatum eligant, donum continentiæ impetrari poſſe, Bellarminus ſtatuit, ſciendum, quod dona Dei, quæ fidelibus largitur, ſint duplicia: quædam generalia omnibus piis communia & neceſſaria, qualia ſunt fides, ſpes, charitas, donatio Spiritus ſancti, &c. de his loquuntur generales promiſſiones, *quicquid petieritis, dabitur vobis*: quædam vero ſunt peculiaria & privata, de quibus non exſtat promiſſio, quod Deus velit illa omnibus & ſingulis dare, cum non ſint ad ſalutem omnibus neceſſaria; Rom. XII. 6. *Habemus dona ſecundum gratiam, quae nobis data eſt, differentia.* 1 Cor. XII. 4. *diviſiones donorum ſunt*; inter hæc referendum eſt continentiæ donum, de quo nec mandatum, nec promiſſio exſtat, quod Deus omnibus petentibus dare velit, quodque ad ſalutem non eſt ſimpliciter neceſſarium. 4) *Donum continentiae conjugalis a Deo poteſt impetrari precibus. Ergo etiam continentia virginalis.* Reſp. eſt diſpar ratio: quisquis in matrimonio, ægrotante vel abſente alterutro conjuge, πύρωσιν ſentit, is a Deo ipſo ad continentiam ſe vocari ſtatuat, ideoque preces ejus niti poſſunt fundamento divinarum promiſſionum, vult enim Deus conjugium eſſe indiſſolubilem unius maris ac unius fœminæ conjunctionem; nuſpiam vero talis vocatio vel promiſſio exſtat, qua omnibus, qui cœlibatum eligunt, continentiæ donum ſit promiſſum, quinimo illis, qui non continent, matrimonium ſuadet apoſtolus, & addit generalem regulam: *Unicuique ſicut diviſit Dominus, unumquemque ſicut vocavit Dominus, ita ambulet.* 5) Verba Dei: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, & apoſtoli: *Bonum eſt homini mulierem non tangere*, hoc modo conciliat Bellarminus, quod *Deus loquatur de bono ſpeciei, apoſtolus de bono individui.* Item, quod *Deus loquatur pro eo tempore, quo mundus erat vacuus, apoſtolus pro eo, quo mundus eſt plenus.* Item, quod *Deus loquatur de*

bono, quod refertur ad vitam temporalem, ſtolus de bono, quod referatur ad vitam rnam. Reſp. recte dicitur, verba Dei accida eſſe de bono *ſpeciei*, verba apoſtoli de o *individui*, modo id ipſum recte explicetur, rum non de omnibus individuis, ſed de illis, peculiari Dei dono a communi hominum ditione ſunt excepti, in reliquis ac per relis bonum ſpeciei conſervatur. Nec multiplio humani generis tollit bonum propagatio bonum adjutorii, bonum ſacramenti, quæ tria conjugii bona, ad quæ acceſſit etiam il- quod poſt lapſum ſit infirmæ naturæ, & peccatum pronæ remedium. Quo ſenſu conpoſſit, bonum cœlibatus referri ad vitam nam, ſuperius expoſitum eſt, & ſuo loco is exponetur. Certe pium conjugium, in quo que conjugum veræ & ſinceræ pietati ſtudet, chola multarum virtutum fidei, ſpei, caritapatientiæ &c. nec ſolum in adminiſtratione nomiæ, in educatione liberorum, in paran- conſervanda re familiari, ſed etiam in pres & aliis pietatis exercitiis pii conjuges ſibi em adjumento eſſe poſſunt.

Cor. IX. olus plus , quam ptum ipſi ras.

§. C. VIII.) Octavum teſtimonium habetur 1 Cor. IX. ubi apoſtolus oſtendit, *ſe plus feciſſe, quam praeceptum ſibi erat, & propterea ſingularem gloriam apud Deum meruiſſe, cum mait gratis evangelium praedicare, & ſic faopus ſupererogationis, quam ex evangelio re.* Reſp. abſit hoc a Chriſti apoſtolo, ut ietur coram Dei judicio, ſe plura & præiora opera feciſſe, quam Deus in lege ſua cripſerit, ac propterea ſingularem gloriam Deum meruiſſe, quin potius *omnem gloionem per legem fidei excluſam eſſe* dicit 1. III. 27. ne ipſi quidem Abrahæ gloriandi riam relictam eſſe oſtendit Rom. IV. 2. *m eſſe ſpiritualem, ſe vero carnalem, & peccatum venundatum, in ſeſe habitare pecn, legem in membris repugnare legi menſe,* conqueritur Rom. VII. 14, 17, 23. in nonio bonæ conſcientiæ laudem juſtitiæ, quæ coram Deo valet, ſe quærere negat: 1 Cor. IV. 4. in articulo juſtificationis coram Dei judicio omnia ſua opera ſe exiſtimare ſtercora, ut inveniatur in Chriſto habens non ſuam juſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed quæ ex fide Chriſti eſt, diſerte pronunciat Phil. III. 8. & 9. quæ omnia qua tandem ſpecie cum opinione de meritis ſupererogationis conciliari poſſunt? Ergo non exiſtimandum eſt, quod apoſtolus hoc ſuum factum collocet ultra & ſupra mandata Dei, ſed recitatis mandatis ſuæ vocationis, quæ ſunt, non abuti ſua poteſtate, non remorari curſum evangelii, non dare offendiculum evangelio, omnia fieri omnibus, ut multi lucrifiant Chriſto &c. ſubjungit, ſe ideo non accepiſſe ſumtus a Corinthiis, ne contra vocationis ſuæ mandata ageret. Accipiendo ſtipendium a Corinthiis offendiculum evangelio dediſſet, quo minus plures Chriſto lucrifierent. 2 Cor. XI. 12. *Hoc facio & faciam, ut occaſionem amputem illis, qui quaerunt occaſionem.* Liberum eſt miniſtris eccleſiæ, accipere ſtipendium, vel non accipere, hac ſua poteſtate Paulus uti noluit, non, ut opus aliquod ſupererogationis faceret, qui coram Deo gloriari & ſingularem quandam in vita æterna gloriam promereri poſſet; (qualis enim hæc foret gloriatio de ſupererogatione, a Corinthiis, quibus miniſtrabat, non accipere ſumtus, & *alias eccleſias*, quibus tunc non prædicabat, *depraedari*, ut ipſe loquitur 2 Cor. XI. 8.) ſed ne quod offendiculum daret profectui evangelii, & ut pſeudoapoſtolorum gloriationem excluderet. 2 Cor. XI. 12. *Hoc facio, ut, in quo gloriantur, inveniantur ſicut & nos.* 2 Cor. XII. 11. *Nihil minus fui ab illis, qui ſunt ſupra modum apoſtoli, tametſi nihil ſum.* v. 13. *quid eſt enim, quod minus habuiſtis prae caeteris eccleſiis, niſi quod ego ipſe non gravavi vos?* v. 14. *Ecce tertio paratus ſum venire ad vos, & non ero gravis vobis, non enim quaero, quae veſtra ſunt, ſed vos.* v. 16. *Eſto, ego vos non gravavi, ſed cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi.* 1 Cor. IX. 18. *Quae eſt ergo merces mea? ut evangelium praedicans ſine ſumtu ponam evangelium, ut non abutar poteſtate mea in evangelio,* v. 19. *cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſervum feci,* ut

ut plures lucrifacerem. Ambroſius in 2 Cor. XI. *duabus ex cauſſis oblatos ſumtus recuſavit, ne & pſeudoapoſtolis ſimilis inveniretur, qui non ad gloriam Dei, ſed ad ſuam utilitatem praedicabant, ut non occaſionem acciperent depraedandi: alio enim non accipiente non poteſt alter multum expetere, & ne vigor evangelicae poteſtatis torpeſceret. Qui enim a peccantibus accipit, arguendi auctoritatem amittit.* Et poſtea: *Sicut a Corinthiis accipiendum non erat, ne illis in ſcandalum proficeret, ſic igitur a Macedonibus accipiendum erat, ne bene ſeminantes fructum amitterent.* Huic explicationi obvertit Bellarminus: 1) *Per gloriam, quam ſibi apoſtolus tribuit, intelligi gloriationem coram Deo, non autem coram hominibus.* Reſp. imo vero in articulo juſtificationis omnis gloriatio coram Deo excluſa eſt, Rom. III. 27. *Non ex operibus, ne quis glorietur*, Ephes. II. 9. *Ne glorietur in conſpectu Dei omnis caro*, 1 Cor. I. 29. alia vero eſt gloria bonæ conſcientiæ, de qua dicitur 2 Cor. I. 12. *Gloriatio noſtra haec eſt, teſtimonium conſcientiae noſtrae;* & Act. XXIV. 16. *Studeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum & ad homines ſemper.* Ergo de gloriatione bonæ conſcientiæ loquitur apoſtolus, non de gloriatione meritorum vel operum ſupererogationis. 1 Cor. IV. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non ſum juſtificatus.* 2) *Apoſtolus exſpectat mercedem a Deo pro hoc indebito opere.* Reſp. Eſt merces ſecundum *gratiam*, & eſt merces ſecundum *debitum* Rom. IV. 4. Largiſſimam omnino mercedem retribuet Deus apoſtolo, nimirum ex gratia, non autem ex debito ac merito. 3) *Licitum eſt miniſtro vivere ex ſumtibus populi; ergo Paulus recuſando opus ſupererogationis praeſtitit.* Reſp. Poſuiſſet hac ratione offendiculum evangelio, & occaſionem gloriandi pſeudoapoſtolis dediſſet, poteſtate igitur ſua uti noluit, ſed ad ædificationem eccleſiæ magis reſpexit. 1 Cor. X. 23. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* 1 Cor. IX. 12. *Non uſi ſumus hac poteſtate, ſed omnia toleramus, ne quod offendiculum demus evangelio Chriſti.* v. 15. *Bonum eſt mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.* Ambroſius in hunc locum. *Diu occultum prodidit ſenſum, oſtendit enim ſumtus ideo ſe nolle, cum liceret accipere, ne vigor evangelicae auctoritatis torpeſceret. Pſeudoapoſtoli enim peccantibus blandiebantur volentes accipere, ita ut non ſibi viderentur peccare illis ſubjecti, ſed quoniam haec res erat contra evangelicam diſciplinam, hic non vult accipere, ut libere arguat, ne in illorum numero inveniatur. Vt enim regulae chriſtianae jus maneret, licita illicita fecit, quia illi per licentiam offendebant.* 4) *Paulus non abſtinuit ab accipiendis ſumtibus propter pſeudoapoſtolos, ſed ne gravaret populos.* Reſp. ſubordinata non ſunt ſibi invicem opponenda, prius diſertis verbis teſtatur 2 Cor. XI. 12. *Hoc facio, ut amputem occaſionem illis, qui quaerunt occaſionem, ut, in quo gloriantur, inveniantur ſicut & nos* 5) *Abuti eſt valde uti poteſtate, offendiculum ponere evangelio eſt retardare evangelii curſum; utrumque apoſtolus abſque peccato facere potuiſſet, ergo id cavendo opus ſupererogationis praeſtitit.* Reſp. imo vero quilibet tenetur Deo ſervire juxta omnes facultates & vires, quas Deus ipſi largitus eſt; Matth. XXV. 14. Luc. XII. 48. Ergo ſi cum offendiculo & retardatione curſus evangelici apoſtolus poteſtate ſua uſus eſſet, nondum ex omnibus viribus Deo ſerviiſſet. Ambroſius in 1 Cor. IX. *Oſtendit, licere ſibi ſumtus accipere, ſed non expedire propter ſalutem fratrum, ut corrigantur. Forma ergo vult eſſe caeteris, ut, ubi vident non expedire, etiam licitis non utantur: ſi quo minus, de licito fient rei, quod ſic ſumunt, ut ad detrimentum proficiant.*

§. CI. IX.) Nonum teſtimonium petitur ex Apoc. XIV. 3, 4. ubi virgines ſingulare habent præmium: *Nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum, quocunque ierit.* Reſp. 1) Non ſoli cœlibes nomen Chriſti & Patris cœleſtis in frontibus ſcriptum gerunt, cum omnes ſervi Dei eo ſignentur, Apoc. VII. 3. nec ſoli cœlibes emti ſunt de terra, ſed omnes pii caro pretio emti ſunt, 1 Cor. VI. 20. nec

9.) Apoc. XIV. Virgines ſequuntur agnum, quocunque ierit.

ſoli

ælibes, ſed etiam pii conjugati ſtabunt ali-
o in conſpectu Dei coram throno agni.
canticum illud non ſolis virginibus, ſed om-
electis commune erit. 2) Adpellatio vir-
ı *metaphorica* eſt, qua juxta uſitatam ſcri-
phraſin denotantur vere pii, quorum con-
a non eſt commaculata vel idololatrica
na, vel impiis cultibus, vel peccatis contra
entiam, ſed caſtam ſervant Chriſto fidem,
oli, mundi & carnis adulterinis complexi-
bſtinentes. Sic eccleſia Iſraelitica ſæpe
ır virgo: Eſaj. XXXVII. 22. XXXXVII. 1.
.VIII. 13. Amos V. 2. regnum cœlorum
ıratur virginibus: Matth. XXV. 1. *De-*
i vos uni viro virginem caſtam exhibere
o, dicit apoſtolus 2 Cor. XI. 2. & in hoc
Apoc. XIV. 8. virginibus opponuntur illi,
m meretrice Babylonica ſpiritualiter ſcortati
Sic phariſæos & ſcribas vocat Chriſtus
ationem adulteram, Matth XII. 39. quod
ophetis paſſim uſitatum. 3) Si per vir-
hoc in loco intelliguntur cœlibes, ſequetur,
s illos, qui in conjugio vivunt, eſſe cum
ribus inquinatos; ita enim poſtulat lex op-
onis. *Hi ſunt, qui cum mulieribus non*
coinquinati, virgines enim ſunt; atqui de
gio diſerte hoc negatur Hebr. XIII. 4. τίμιος
ιος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος.(*). 4) *Siquis cum*
ſtino & aliis veteribus hunc textum ad prae-
ivam doni virginitatis referre voluerit, mo-
n fiat cum contumelia conjugii, nec fabri-
inde meritum vitae aeternae, non conten-
s, ait Chemnitius parte II. loc. p. 507.
minus explicationi noſtræ hic obvertit, *pau-*
uoſdam fuiſſe iſtas virgines comparatione
cum numero illo ſanctorum, qui non po-
numerari, Apoc. VII. *Ergo intelligendos eſſe*
s. Reſp. obſerva cap. VII. eundum numerum
ıeri pro tota eccleſia ſignificanda. Nume-
ertus pro incerto ponitur uſitata ſcripturæ
phraſi. Adſcribemus verba Franciſci Lamberti,
qui in tract. de ſacro conjugio poſit. V. in hunc
locum ſic commentatur: *Qualitercunque praedi-*
cta intelligi oporteat, ſcimus, primum apocaly-
pſin myſteriis plenam eſſe, demum quae fere de
iſtis dicuntur, de omnibus ſincere credentibus eti-
am accipi. Tantum id peculiare habent, quod
ſoli ipſi praeclarum illud canticum pſallunt,
quodque non ſunt cum mulieribus coinquinati: ſed
quis ſpecialiter agnovit, qui iſti ſint? ſoli nam-
que Deo, & quibus ipſe revelare dignatur, noti
ſunt. Porro canticum illud indubie eius Chriſti
eſt, quam ſi excellentius habent, & dum opus
eſt, perfectius nunciant, qui Chriſti gloriam ma-
gis agnoſcunt: Omnes ergo fideles, dum Chriſti
gloriam, ſicut acceperunt, opportune pronunciant,
canticum novum cantant, quod ſi ita eſt, nihil
peculiare praedictis videtur fuiſſe conceſſum.
Quod ergo erit illud canticum novum? certe qui-
dam reſpectu aliorum praecellens, novumque eſt,
dum in eis operante Dei Spiritu prae caeteris &
corde pſallunt, & Chriſti verba pronunciant:
ſunt enim hi centum quadraginta quatuor mil-
lia quidam, in quibus Spiritus ſanctus perfectius
exprimit imaginem Chriſti, qui ſcilicet Chriſtum
prae aliis imitantur, & illius cognitionem ple-
nius ſunt adſecuti, unde & eminentius ejus ma-
gnalia narrant, habent quoque id muneris a Deo,
quod cum mulieribus non ſint coinquinati, virgi-
nes enim ſunt. Eſſe virginem, eſt cum altero
ſexu minime pollui, porro non ſolum externo
opere, ſed etiam reproba animi concupiſcentia
quis polluitur, docente Chriſto Matth. V. Verum
non omnes, qui generationem concupiſcunt, aut
ipſi generationi inſerviunt, inquinantur, ſed illi
tantum, qui contra Dei juſſionem id ipſum cu-
piunt aut faciunt, alioqui thorus nunquam foret
immaculatus. Incoinquinati abſque dubio fue-
runt plurimi conjugati, quorum thorum Spiri-
tus Dei fecit immaculatum &c. Denique tam-

(*) Bellarminus lib. II. de monach. c. 6. *Calvinus dicit, nos pollutionem vocare conjugium, quod Deus inſtituit. Mendacium eſt, nos enim, quod Deus inſtituit, vocamus ſacramentum, & magnum ſacramentum cum Paulo, non pollutionem. At concupiſcentiam & membrorum inobedientiam, quam Deus non inſtituit, & ſine qua tamen non conſummatur conjugium, vocamus pollutionem & morbum, qui non peccatum ſit, ſed ex peccato natus ſit.* Huncce locum margini adſcripſit GERHARDUS.

etſi plurimorum thorus aliquando ſit incoinquinatus, eſt tamen quandoque inquinatus. Deus enim donat quibuſdam, ut nunquam aliud velint, quam quod deceat honeſtatem conjugii, horum thorus ſemper eſt impollutus, aliorum vero nequaquam, quamvis conjuges ſint: quibusdam etiam ſic perpetuae virginitatis tribuit donum, ut nunquam in alterius ſexus concupiſcentia vivant, quales hos centum quadraginta quatuor millia eſſe confidimus, per quos etiam intelligi eos, qui nunquam violarunt caſtitatem conjugii, non abnuganus. Hæc Lambertus, de quibus liberum lectori permittimus judicium. In eccleſia Romana legitur hæc pericope evangelica in feſto innocentium puerorum ab Herode interfectorum, cum illi, qui agnum ſequuntur. primitiæ Dei & agni dicantur.

Exempla primitivæ eccleſiæ.

§. CII. *Alteram* argumentorum claſſem pro ſtabiliendis conſiliis evangelicis deſumit Bellarminus ex primitivæ eccleſiæ exemplis. Act. IV. *Conferunt facultates in commune.* Act. XXI. *Philippus habuit quatuor filias virgines. Philo & Juſtinus multorum cœlibatum commemorant.* Reſp. cœlibatum in perſonis idoneis nequaquam improbamus, cujus admirationi quid cauſam dederit, ſuo loco tractabitur. Suſcepta fuit ab apoſtolis communio non propter opus quoddam ſupererogationis, ſed propter pericula perſecutionum, fuit inſtitutum indifferens & temporale, non perpetuum, nec inter gentes tale quid ab apoſtolis inſtitutum, ut adparet ex 2 Cor. VIII. 13. & IX. 7. 1 Cor. XVI. 2. 1 Tim. VI. 18. 1 Joh. III. 17. Vide Chemnitium part. II. loc. cap. de paupert. p. 400. De filiabus Philippi incertum eſt, an omnes in virginitate conſenuerint. Clemens Alexandr. III. ſtromat. p. 210. *Petrus & Philippus filios procrearunt. Philippus etiam filias viris tradidit.* Et ſane conſenuerint Philippi filiæ in virginitate, num ex eo colligendum; quod opus ſupererogationis ex cœlibatu fecerint? Illud tanquam ſingulare commemorat Lucas, quod hæ virgines fuerint prophetantes, quæ ſcilicet idem prophetabant cum ſeptem diſcipulis & Agabo, Paulum tradendum eſſe gentibus, Euſebius lib. III. c. 30. duas nuptui datas ſcribit, c. 31. addit, duas in virginitate conſenuiſſe.

Dicta patrum.

§. CIII. *Tertiam* argumentorum claſſem petit Bellarminus ex dictis patrum. Reſp. 1) probationis hoc genus eſt ſecundarium. Et inſuper quando veteres ſupererogationis mentionem faciunt, non hoc volunt, quod officium præſtari poſſit ultra legem moralem integram, ſed quod ſit *vel ultra partem negativam*, Chryſoſtomus hom. VIII. in c. IV. ad Rom. *vel ultra actus externos*, idem hom. III. in 1 Cor. Auguſtinus ſerm. XVIII. de verb. apoſt. *vel ultra mandatum ceteris hominibus commune*, Optatus Milev. lib. VI. contra Parmenium, Auguſtinus de opere monach. c. V. Recte ergo Anshelmus de concep. virg. c. XXI. *Nullus poteſt reddere, quemadmodum debet, ſolus Chriſtus reddidit pro omnibus, qui ſalvantur, plus quam debetur.* 2) De cœlibatu exſtant diſſimilia veterum dicta. Tertullianus & Hieronymus cum ignominia conjugii cœlibatum laudant, de tota hac re ſuo loco. 3) Chemnitius part. II. loc. p. 287. monet, opinionis de conſiliis duas potiſſimum occaſiones exſtitiſſe, *primo* qui in ſcholis philoſophorum enutriti, poſtquam ad chriſtianiſmum converſi erant, conabantur doctrinam evangelii accommodare ad placita philoſophorum de viro perfecto, de *ἀπαθείᾳ*, de *κατορθώματι*, *deinde* premebantur a gentilibus philoſophis, præſertim a Celſo & Juliano objectionibus ex c. V. Matth. petitis, & quia diſputationes illæ non ſatis explicatæ erant, cœperunt reſpondere, Chriſtum talia magis laudaſſe, quam præcepiſſe. 4) Continentiam virginalem eſſe conſilium non negamus, cum diſerte apoſtolus id pronunciet, ſed quæritur, an præter perfectam mandatorum divinorum impletionem conſilium cœlibatus ſuſcipiendo, opus ſupererogationis vitæ æternæ meritorium præſtemus, quod aliis etiam adplicari poſſit

Argumenta rationis.

§. CIV. *Quartam* argumentorum claſſem petit Bellarminus ex naturali ratione. *Duplex eſt in re naturali perfectio, una ad eſſe, altera*

altera ad bene eſſe, ergo eodem modo Chriſtianus duplicem habere debet perfectionem, unam neceſſariam ad eſſe, per quam ſit Dei filius, quae conſiſtit in praeceptis, alteram neceſſariam ad bene eſſe, quae conſiſtit in conſiliis. Item in bene conſtitutis rebuspublicis non ſolum praemia communia conſtituta ſunt ſervantibus legem, ſed etiam heroicis operibus ſingularia praemia ſunt decreta; ſic praeter vitam aeternam, obſervatoribus legis divinae promiſſam, ſingularia praemia promiſſa illis, qui conſilia obſervant. Reſp. *Lex Dei ſpiritualis eſt*, Rom. VII. 14. perfectam interiorem & exteriorem obedientiam requirit, accuſat igitur peccatum abſconditum, quod lumine rationis non cognoſcitur. 2 Cor. III. 13. *Supra Moſis faciem poſitum eſt velamen;* ergo de impletione legis non judicandum eſt ex rationis judicio, ſed ex Dei verbo. Simile Bellarmini hoc modo adplicamus. *Eſſentialis* perfectio Chriſtiani in vera fide in Chriſtum conſiſtit, *accidentalis* perfectio eſt, quod hæc fides in aliis fortior, in aliis infirmior, in aliis plures, in aliis pauciores fructus profert. Diverſi ſunt gradus renovationis ſive novæ obedientiæ & *donationes ſecundum gratiam ſunt differentes* Rom. XII. 6. Spiritus ſanctus in aliis majorem zelum accendit, ad opera heroica quoſdam impellit, electa organa quoſdam facit &c. ſed quantumcunque quis profecerit, oportet humili confeſſione dicere: *Quae debuimus, fecimus*, Luc. XVII. 10. *Dimitte nobis debita noſtra*, Matth. VI. 12. *Plus caeteris laboravi, non ego, ſed gratia Dei mecum*, 1 Cor. XV. 10. *Non ex nobis, ne quis glorietur*, Eph. II. 9. Ad quamcunque quis adſurgat perfectionem, fateri tamen cogitur, quod abſoluta illa & ſumma perfectione, quam lex Dei requirit, deſtituatur, ut in quæſtione de impletione legis latius docuimus.

CAPUT X.

AN EVANGELIVM SIT PRÆDICATIO POENITENTIAE, EXPONIT.

An evangelium ſit praedicatio pœnitentiae?

§ CV. Atque hæc dicta ſint de conſiliis evangelicis, & in univerſum de legis & evangelii diſcrimine; reſtat diſcutienda quæſtio: *an evangelium ſit praedicatio pœnitentiae?* quæ niſi dextre & commode explicetur, non poterit diſcrimini, quod inter legem & evangelium ſtatuimus, ſua conſtare integritas. Ceterum, an evangelium definiendum ſit per prædicationem pœnitentiæ, de eo tres exſtant diverſæ diverſorum ſententiæ. *Quidam* ſimpliciter & ſine ulla diſtinctione adfirmativam amplectuntur. *Quidam* ſine diſcrimine hanc propoſitionem rejiciunt & repudiant. *Quidam* vero commodam interpretationem adhibent, & ſiniſtrum intellectum refellunt. Eorum, qui ſimpliciter & ſine ulla diſtinctione adfirmativam amplectuntur, *tres* ſtatuemus claſſes. *Primam* complent ſcriptores pontificii, quos, cum verum & genuinum diſcrimen legis & evangelii alias pervertant, etiam hac in parte adfirmativam tueri, mirum nemini videri debet. Sic Bellarminus lib IV. de juſtificatione cap. 2. *Cum Chriſtus & omnes apoſtoli evangelizando terreant, & in ſymbolo apoſtolico, quod evangelii ſummam continet, ſit etiam articulus de futuro judicio, falſum eſt, quod ſit proprium legis officium terrere, neque hoc ad evangelium pertinere.* Ibidem adſerit, *incredulitatem proprie ab evangelio adcuſari.* Salmeronius tom IV. comment. pag. 20. *Totius evangelii ſumma eſt verbum illud:* Pœnitentiam agite, *a quo quidem verbo non Iohannes modo, ſed Chriſtus etiam & apoſtoli auſpicati ſunt evangelium.* *Alteram* claſſem tribuimus *antinomis*, quorum ἔξαρχος fuit Johannes Agricola Islebius (*), qui anno MDXXXVIII. novas illas phra-

(*) de JOANNE AGRICOLA, Iſlebio, quo auctore antinom: recentiores poſt emendationem eccleſiæ a b. Luthero ſuſceptam orti ſunt, vid. PETR. BÆLIUM in *dict. hiſt. & crit. tom. I. p. m. 100. ſeqq.* LUDOV. ELL. DU PIN in *bibliotheque des autheurs ſeparez de la com-*

eſt, ut peccatis ſuis agnitis ac ſerio de illis dolentes fide confugiant ad Chriſtum, & vitæ novitate fructus pœnitentia dignos adferant. Quod ſi prædicatio pœnitentiæ accipiatur priori modo, ad legem referenda erit, quippe ex qua eſt *peccati agnitio*, Rom. III. 20. & cui tribuitur, quod *iram operetur*, Rom. IV. 15. quod ſit *virtus peccati:* 1 Cor. XV. 56. proprium igitur legis officium eſt oſtendere, adcuſare & damnare peccatum, & *quicquid peccatum arguit, iram Dei & pœnas denunciat, conſcientias terret, ad legem pertinet*, juxta regulam a b. Luthero in cap. XXII. Gen. pag. 303. & alibi paſſim traditam: cum contra proprium evangelii officium ſit, abſolvere a peccatis, ſive remiſſionem peccatorum annunciare, ac proinde, quicquid liberationem a maledictione legis, gratiam Dei, peccatorum remiſſionem &c. offert, & conſternatas mentes efficaci conſolatione erigit, ad evangelium proprie dictum pertinet, ſive in vet. ſive in nov. teſt. proponatur. Sin vero prædicatio pœnitentiæ accipiatur modo poſteriori, non ſolius legis, ſed etiam evangelii eſt prædicatio pœnitentiæ, debito tamen ordine & reſpectu; ex lege eſt contritio, ex evangelio fides, quæ pœnitentiam efficit ſalutarem, ut ſit opus vitæ.

Evangelium proprie acceptum non eſſe prædicationem pœnitentiæ.

§. CIX. His ita præmiſſis evangelium proprie & εἰδικῶς acceptum non eſſe dicendum concionem pœnitentiæ, oſtendimus his fundamentis. 1) Evangelium proprie acceptum eſt concio gratiæ. Ergo non erit concio iræ. 2) *Juſtitia Dei revelatur in evangelio ex fide in fidem ſine lege.* Rom. I. 17. III. 21. Ergo conciones de peccato & bonis operibus, utpote legales, non pertinebunt ad evangelium proprie ſic dictum. 3.) Diſcrimen inter legem & evangelium arcte tenendum eſt. Atqui evangelium in legem transformatur, ſi prædicatio pœnitentiæ ipſi tribuitur. 4) Promiſſionis gratuitæ non eſt adcuſare vel terrere. Atqui evangelium eſt promiſſio gratuita. Rom. XV. 8. Gal. III. 16. 5.) Adſertio illa, quod evangelium proprie dictum ſit prædicatio pœnitentiæ, antinomicis erroribus admodum vicina eſt, meritum & beneficia Chriſti obſcurat, & piis mentibus veram conſolationem adimit. Referenda huc ſunt, quæ ſuperius §. 15. ſunt adducta, itemque quæ in ſcriptis ſymbolicis eccleſiarum noſtrarum hac de re habentur.

Lex non novit Chriſtum. Ergo non adcuſat incredulitatem.

§. CX. Explicandum eſt hoc loco palmarium argumentum, quo probare conantur, evangelium proprie dictum eſſe prædicationem pœnitentiæ. Lex non novit Chriſtum mediatorem, ſed in ſolo evangelio beneficia Chriſti mediatoris nobis proponuntur. *Lex non eſt ex fide*, dicit apoſtolus Gal. III. 12. Ergo etiam non adcuſabit incredulitatem, hoc eſt, ignorationem vel contemtum Meſſiæ. Ex eo concludunt, evangelium potiſſimum hæc peccata arguere, ignorationem filii, ejusdem contemtum, incredulitatem, abnegationem miſericordiæ divinæ in Chriſto propoſitæ & deſperationem. *Reſp.* Sunt, qui in explicatione hujus argumenti diſtinguunt inter *materiale & formale* incredulitatis, quam diſtinctionem hoc modo adplicant. Quoad *materiale* incredulitatis lex, in quantum lex eſt, nihil tradit de perſona, officio ac beneficiis Chriſti, aut de gratuita juſtificatione per fidem in Chriſtum, ſed quis ſit Chriſtus, quare miſſus, quodnam illius officium, quæ adferat beneficia, quove inſtrumento illa adprehendantur, ex ſolo evangelio diſcendum eſt. Sed quod ad *formale* ſeu terminum, hoc eſt, reatum τῆς ἀπιςίας attinet, quamvis lex contemtum Meſſiæ præſentis in genere ſaltem, evangelium vero in ſpecie adcuſet, tamen evangelium hoc facit non καθ' αὐτὸ, ἁπλῶς, aut *directe*, aut quatenus eſt evangelium, cujus propria vox eſt: *qui credit in Filium, habet vitam aeternam;* ſed facit hoc 1.) κατά τι καὶ πῶς certo quodam modo ac ratione: 2) κατ' ἀντίθεσιν e contrario, ſeu ex oppoſito: 3) πορισματικῶς per conſequentiam: 4) per accidens vel ſecundaria ratione, culpa ſcilicet eorum, qui non credunt & ſponte pereunt. Hæc illi.

§. CXI. Nos ſimplicius reſpondemus diſtinctione inter legem *ſolam* & inter legem *evangelii*

luce

luſtratam. Item inter incredulitatis *ma-lionem*, ejusdemque *adcuſationem.* Lex :edere omni Dei verbo, evangelium reve-onditam illam Dei ſapientiam, quod Chri-o nobis in ara crucis mortuus ſit noſtra Deo juſtitia; concludit lex: ergo huic rbo credas. Lex arguit omnia peccata, etiam incredulitatem. Evangelium in an-ſua oſtendit, hoc eſſe peccatum, & qui-naximum omnium peccatorum, non cre-a Chriſtum mediatorem; concludit lex: ropter illud peccatum argueris & damna-io ſenſu dicebat b. Lutherus in comm. cap. I. *quod lex & evangelium in praxi ſint mathematico puncto conjunctiora.* Interim um legis officium manet, peccatum argue-m operari & damnare; proprium evange-cium conſolari, erigere, ſalvare. Decla-)c poteſt ſimili exemplo. Lex civilis ſive is proponit *majorem*: quicunque furatus iſpendi debet. Adſumit judex, & ex ſuffi-us documentis probat: hic Titius vel Sem-s eſt furatus. Concluſio additur ex lege: ſt ſuſpendendus. Ibi furis ſuſpenſio recte ur legi adcuſanti & ſub pœna ſtrangulatio-rum damnanti, etiamſi adſumtionem ad-dex & jus ad factum adplicet. Ita quoque)ralis proponit ſuam *majorem*: quicunque eccato eſt, maledictus eſt. Evangelium *minorem*: quicunque non credit in Filium, ſub peccato eſt. Concludit lex; ergo eſt ictus. Ibi itidem adcuſatio & con-atio hominis propter incredulitatem tribui-gi, quamvis adſumtionem addat doctrina elii. *Lex concludit omnes ſub peccato*, Gal. i. Quicunque igitur non credit evangelio, um mediatorem monſtranti, manet ſub le-aledicto, & in illum lex ſuum adcuſandi & indi officium in ſumo vigore & rigore :t, nec opus eſt nova quadam per evange-dcuſatione, unde notanter dicitur Joh. III. 36. *on credit in Filium, ira Dei* μένει ἐπ' , *manet ſuper ipſum*, cujus pondere etiam ernum deprimitur. Adcuſatio igitur incre-tis pertinet ad legem, nimirum evangelii olluſtratam, quo reſpicit Lutherus, quando dicit: *opus fidei in Chriſtum & peccatum op-poſitae incredulitatis reduci ad primum prae-ceptum.*

§. CXII. Reliqua argumenta minori cum difficultate conjuncta ſunt & faciliorem habent explica-tionem. I.) *Juſtitia legis pro-pter imperfectionem damnationi obnoxia eſt. Jam vero lex ſe ipſam damnare nequit. Ergo id ab evangelio, non a lege, fieri ſtatuendum eſt.* Reſp. juſtiita legis tripliciter accipitur, *vel* de perfecta juſtitia Chriſti, qua totam legem implevit perfectiſſima ſua obedientia & ſatisfactione, quæ per fidem nobis imputatur, *vel* de juſtitia phariſaica, quæ qualemcunque externam obedientiam legi præ-ſtat, *vel* de juſtitia bonæ conſcientiæ ſive ſtudio bonorum operum in renatis. Juſtitia legis *pri-mo* modo accepta non adcuſatur a lege, cum ſit perfectiſſima cum lege conformitas, quin potius per illam ab adcuſatione legis liberamur. Juſti-tia legis *ſecundo* modo accepta omnino a lege adcuſatur, quia non qualemcunque, ſed perfectam interiorem & exteriorem obedientiam lex exigit, quam ubi non invenit, fulmen maledictionis ſuæ vibrat, nec patitur qualicunque obedientia ſibi ſatisfieri. Deut. XXVII. 26. *Maledictus, qui non permanſerit in omnibus, quae ſcripta ſunt in libro legis.* Jac. II. 10. *Qui peccat in uno, factus eſt reus omnium.* Juſtitia legis *tertio* mo-do accepta, quamvis legi non ſit perfecte con-formis, nec in articulo juſtificationis coram Deo conſiſtat, quo reſpectu itidem a lege adcuſatur, interim tamen, quia credentes non amplius ſunt ſub lege, ſed ſub gratia, & quia ſunt per Chri-ſtum cum Deo reconciliati, ideo inchoata illa obe-dientia placet Deo, & præmiis temporalibus ac æternis compenſatur.

1) Juſtitia legis adcuſatur. Atqui lex non adcuſat ſeipſam.

§. CXIII. *II.) Paſſio & mors Chriſti pertinent ad evangelium. Jam vero in paſſione & morte Chriſti elucet ira Dei adverſus peccata noſtra. Ergo evangelium ex parte eſt concio irae.* Reſp. paſſio & mors Chriſti duplicem obtinet reſpectum. *Primo* enim lucet

2.) Paſſio & mors Chriſti pertinent ad evangelium. Atqui in paſſione Chriſti elucet ira Dei.

lucet ex ea iræ divinæ gravitas ac ſeveritas, cujus ignis non, niſi unigeniti Filii ſanguine exſtingui potuit. Bernhardus ſerm. III. in natal. col. 57. *Filius Dei altiſſimi jubetur occidi, ut vulneribus meis pretioſo ſanguinis illius balſamo medeatur. Agnoſce, o homo, quam gravia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt Chriſtum vulnerari. Si non eſſent haec ad mortem ſempiternam, nunquam pro eorum remedio Filius Dei moreretur.* Lutherus in ſerm. de paſſ. *Deus variis exemplis iram oſtenderat ſuam, everſione Sodomae, diluvio mundi, tandem, ut clarius eam oſtenderet, ipſum unigenitum Filium propter peccata mori voluit.* *Deinde* fulget in paſſione Chriſti ineffabilis Dei miſericordia & pleniſſima pro peccatis noſtris ſatisfactio. Rom. V. 8. *Commendat caritatem ſuam erga nos Deus, quod, cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Nunquam illuxit clarius, quod nos dilexit Dominus, quam in ipſius paſſione & vulneribus, quippe quæ ſunt dolore livida, amore fulgida. Bernhardus cap. III. ſuper verba: Ego vitis &c. col. 1600. *Latus Chriſti perforatum eſt, ut nobis pateſcat introitus, ac ut per vulnus viſibile vulnus amoris inviſibile videamus. Ideo in cantico bis repetitur: vulneraſti, ut vulnus corporis & cordis oſtendatur.* Anshelmus in lib. de ſimil. *O caritas, quam magnum eſt vinculum tuum, quod non ſolum angelos Deo, ſed Deum & hominem mirabiliter copulaſti? Deum ad terram traxiſti, ad columnam ligaſti, cruci adfixiſti, ſepulcro clauſiſti, & ad inferos traxiſti. Quid fecit haec omnia, niſi amor & ſitis ſalutis noſtrae?* Priori igitur reſpectu paſſio Chriſti *reductive* pertinet ad legem, poſteriori vero ad evangelium.

3.) Contritio ſalutaris eſt ex evangelio.

§. CXIV. *III.) Contritio ſalutaris non eſt ex lege, ſed ex evangelio, utique ergo evangelium eſt praedicatio pœnitentiae.* Reſp. non ſolum hypocritica illa contritio, quæ dolet propter pœnam, ſed & vera ac ſeria illa, quæ dolet propter peccatum & ſummum bonum offenſum, eſt ex lege. Quamvis vero contritio, ſi vel maxime vera ſit ac ſeria, nondum ſit ſalutaris, niſi accedat fides in Chriſtum, per quam corda contrita eriguntur, & a deſperatione prohibentur; ex eo tamen nec poteſt, nec debet inferri, quod contritio, qua talis, ſit ex evangelio. Contritio in ſe & per ſe eſt dolor ob admiſſa peccata & ſenſus iræ divinæ, qui dolor non ex evangelio, ſed ex lege oritur, quippe quæ peccatorum noſtrorum & iræ divinæ gravitatem manifeſtat. Dolor ille ex concione legis ortus fit ſalutaris & *μετάνοια ἀμεταμέλητος* per fidem, quæ eſt ex evangelio. 2 Cor. VII. 10. *ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται.* Lutherus diſput. I. contra antinomos theſ. 8. *Pœnitentia ſolum ex lege eſt dimidium vel initium pœnitentiae, ſeu per ſynecdochen pœnitentia, quia caret bono propoſito.* th. 9. *Etſi perſeverat, fit pœnitentia Cain, Saul, Judae & omnium deſperantium.* theſ. 21. *Ideo contra inutiles deſperationis magiſtros evangelium docere cœpit, pœnitentiam non oportere tantum deſperationem eſſe.* th. 22. *ſed pœnitentes debere ſpem concipere, & ſic ex amore Dei peccatum odiſſe.*

4.) Spiritus S. arguit mundum de peccato, Joh. XVI.

§. CXV. *IV.) Evangelium eſt miniſterium Spiritus,* 2 Cor. III. 6. *Atqui Spiritus ſanctus in nov. teſt. arguit mundum de peccato.* Joh. XVI. 8. *Ergo illud facit per evangelium.* Reſp. ad miniſterium Spiritus in nov. teſt. pertinet non ſolum evangelium, hoc eſt, concio gratiæ & publicum exhibiti Meſſiæ præconium, ſed etiam prædicatio legis. Ideo ſolenniter & *ἐν ἐξουσίᾳ* ſalvator noſter legem in principio miniſterii ſui repetere voluit. Idem etiam, poteſtatem clavium apoſtolis committens, non evangelii tantum, ſed & legis miniſterio eos inſtruit, docens officium Spiritus ſancti in nov. teſt. non eſſe unum idemque, videlicet conſolari & gratiam prædicare, ſed duplex omnino, videlicet peccata arguere per miniſterium legis, & peccata remittere per prædicationem evangelii. Hæc omnia breviter Chriſtus complectitur, quando in nomine ſuo prædicare jubet pœnitentiam & remiſſionem peccatorum, Luc. XXIV. 47.

5.) Evangelium excludit omnem gloriationem.

§. CXVI. *V.) Excludere omnem gloriationem coram Deo eſt arguere peccata. Atqui evangelium excludit omnem gloriationem,* Rom. III. 27.

ubi

ubi eſt ergo gloriatio? Excluſa eſt. Per quam legem? factorum? non, ſed per legem fidei. Ergo evangelium arguit peccata. Reſp. Chemnitius in pertractatione hujus quæſtionis ſic reſpondet: *evangelium eo ipſo, quod docet, nullum aliud nomen datum eſſe hominibus, in quo poſſint ſalvari, niſi nomen Jeſu Chriſti, per antitheſin oſtendit, omnia concluſa eſſe ſub peccatum*: parte II. loc. p. 567. Simpliciſſime reſpondemus: legem fidei excludere gloriationem non eo modo, quo lex eam excludit, directe ſcilicet peccata hominum adcuſando & reatum manifeſtando, ſed peculiari quodam modo, quatenus juſtificationem & ſalutem noſtram mere gratuitam eſſe docet, ac ſola Dei gratia propter ſolum Chriſti meritum ſola fide nos juſtificari pronunciat.

Auctoritas Phil. Melanchtonis.

§. CXVII. Sententiam Philippi, ad quam toties in hac quæſtione provocatur, quod attinet, notandum eſt, eum commodius ſentire, quam loqui, & diſtinguenda ipſius ſcripta priora, a poſterioribus. In prima editione locorum quæ an. MDXXIII. lucem adſpexit (*) p. 39. ſic ſcribit: *Duae in univerſum ſunt ſcripturae partes: lex & evangelium. Lex oſtendit peccatum, evangelium gratiam. Lex morbum indicat, evangelium remedium. Lex mortis miniſtra eſt, evangelium vitae & pacis. Lex virtus peccati eſt, evangelium virtus ſalutis omni credenti.* In artic. de poenit. p. 86. *Mortificatio fit per legem, quae conſcientiam terret & occidit, vivificatio fit per evangelium ſive per abſolutionem. Non enim aliud eſt evangelium, niſi ipſa abſolutio a peccatis* (**). Videatur etiam diſput. de Jubilæo habita an. MDXLIX. theſ. 24. 32. & 36. itemque diſput. de diſcrimine legis & evangelii habita anno MDL. theſ. 5. 6. & 7. quæ exſtant tom. IV. operum p. 551. & 553. In oratione de eccleſia anno ante obitum proximo habita, quæ exſtat tom. V. declam. fol. 217. ſic ſcribit: *Non turbemur cavillatione de vocabulo evangelii, complector hoc nomine totam doctrinam pœnitentiae & aeternae promiſſionis, imo & capita in ſymbolo collecta, ſicut apoſtoli adpellatione evangelii utuntur de tota miniſterii doctrina.* Hæc Philippus, ex quibus adparet, ipſum voce *evangelii* uſum eſſe in ſignificatione laxiori, quatenus pro toto verbi miniſterio accipitur. Quando vero in ſpecie & proprie de evangelio loquimur, tunc, ut habent verba apologiæ confeſſionis Auguſtanæ, *eſt promiſſio remiſſionis peccatorum & juſtificationis propter Chriſtum, praedicans juſtitiam fidei in Chriſtum.*

§. CXVIII. Id ipſum quodammodo agnoſcit Bucanus, qui in loco XX. pag. 193. ad quæſtionem: *an legis, an vero evangelii proprium munus ſit praedicare pœnitentiam?* reſpondet hoc modo: *Si pœnitentiae nomine non μεταμέλειαν, ſed μετάνοιαν*, hoc eſt, *non contritionem, ſed ſalutarem ad Deum converſionem per fidem intelligis, evangelii (quatenus generaliter accipitur pro toto miniſterio novi teſtamenti) non legis munus eſt.* Hæc Bucanus. Ex quibus judicium fieri poteſt de argumentis, quibus evincere conatur, evangelium eſſe prædicationem pœnitentiæ. Nimirum pleraque ſunt a ſcopo aliena, cum non de evangelio, quatenus generatim pro toto miniſterio nov. teſt. accipitur, ſed quatenus proprie & in ſpecie concionem gratiæ notat, hoc in loco quæſtio ſit. Adde, quod ſubordinata & amice conjuncta non ſint reſpectu unius ἀποτελέσματος, quod exſerunt, ſibi invicem opponenda. Prædicatio pœnitentiæ, quatenus pœnitentiæ voce tota hominis converſio intelligitur, nec legis ſolum, nec evangelii, ſed utriusque miniſterio tribuenda eſt, ita tamen, ut quælibet doctrina agat, quod ſuum eſt, & ad unum commune ἀποτέλεσμα invicem amice conſpirent.

(*) Paucis notamus, hanc non eſſe primam locorum Melanchtonis editionem, ſed eam potius pro prima haberi, quæ Vitemberg. *MDXXI.* 8. ſine auctoris nomine prodiit. Cum iſta hodie ſit rariſſima, eandem in *hiſt. litterar. reformationis part. IV. p. 28. ſeq.* recudi curavit Herm. von der Hardt, theologus quondam Helmſtadienſis. Jo. Petr. Kohlius ſuſpicatur, ante editionem anni MDXXI. aliam an. MDXX. vel ſub initium MDXXI. typis fuiſſe exſcriptam, ſed a Melanchtone ſuppreſſam. Vid. eiusdem *geſammleten Briefwechſel* &c. Hamburg. *MDCCLII. 8.* Nec hæc coniectura viri doctiſſimi probabilitate deſtituitur.

(**) Bina iſta loca, quæ ex edit. A. *MDXXIII.* excuſa ſupra recitavit Gerhardus, leguntur quoque in ea, quæ pro prima haberi ſolet, & in Herm. von der Hardt *hiſtor. reformat. part. IV.* translata eſt, *p. 49. a. & p. 73. b.*

CAPUT XI.

DE DISCRIMINE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

De diſcrimine vet. & nov. teſt.

§. CXIX. Ceterum cum promulgatio legis ad vetus, promulgatio evangelii ad novum proprie pertineat teſtamentum, ideo differentiis inter legem & evangelium adſignatis, diſcrimen vet. ac nov. teſt. ſubjungemus. Diverſæ, imo adverſæ hac de re exſtant diverſorum ſententiæ. Ut enim *Pelagianorum* opinionem, qua fingunt, homines in vet. teſt. ante Moſen lege naturæ, poſtea vero lege Moſaica, in nov. autem teſtamento lege Chriſti juſtificari & ſalvari (*), latere patiamur, notum eſt, *Scholaſticos* ſtatuere, quod vet. & nov. teſt. differant *promiſſis, praeceptis* & *ſacramentis*. In vet. teſt. dicunt promiſſa fuiſſe temporalia, præcepta exterius regulantia, & ſacramenta figuralia; in novo autem promiſſa eſſe cœleſtia, præcepta pleniora, non manum ſolum, ſed & mentem regulantia, ſacramenta gratiam conferentia, qua de re quid ſtatuendum ſit, ſuperius §. XVII. LVII. & ſeqq. oſtendimus. Scholaſticorum ſententiam ſequuntur *Pontificii*. Quidam tamen addunt novos colores, ut ex Groppero, Lindano & Soto oſtendit Chemnitius parte III. loc. cap. de diſcr. vet. & nov. teſt. pag. 227. *Anabaptiſtae* ſtatuunt, quod patres in vet. teſt. tantum corporales, externas & temporales promiſſiones habuerint; ſub Chriſto vero ſeu tempore nov. teſt. primum datas eſſe promiſſiones ſpirituales, qua de re dictum fuit ſuperius th. 59. Calvinus lib. II. inſt. cap. 10. Petrus Martyr claſſ. I. loc. theol. loco 16. §. 2. & ſeqq. Urſinus part. II. catecheſ. pag. 130. Grynæus volum. II. diſput. theolog. pag. 125. & 260. Bucanus loco XXII. p. 200. & qui ipſos ſequuntur, diſputant, quoad ſubſtantiam non duo diverſa, ſed unum tantum fœdus ac teſtamentum eſſe, cum ſit unus modus reconciliationis, una fides atque una ſalutis via omnibus mundi temporibus; conſtitui autem duo fœdera propter circumſtantias quasdam externas ac minus principales, quæ in utroque teſtamento ſint diverſæ, utpote 1) quod in vet. teſt. datæ fuerint promiſſiones ſpeciales de certis quibusdam beneficiis corporalibus; in novo vero ejusmodi ſpeciales promiſſiones non habean-

(*) Vid. AUGUSTINUM *libr. I. contra duas epiſtolas Pelagii, cap. I.* Cæterum iis, qui a recto veritatis tramite heic deviant, accenſendi quoque ſunt *Sociniani*, adſerentes: *evangelium, ſeu prædicationem de gratuita peccatorum remiſſione eo demum tempore cœpiſſe, quo Chriſtus patefactus eſt, adeoque ſolius novi teſtamenti proprium eſſe; nec in vet. teſtamento locum habuiſſe. Etſi enim omnes, qui unquam in Deum crediderunt, ob fidem fuerint juſtificati, Ebr. XI. eos tamen nihilominus non per fidem in Chriſtum, ſed ſimpliciter per fidem in Deum fuiſſe juſtificatos.* Ita *catechiſm. Racov. ſect. VI. cap. XI. p. m. 169.* SOCINUS in *ſuaſorio, quod evangelici &c. cap. V. f. 60. 61. tom. I. oper. f. 704. dialog. de juſtif. f. 10, 15, 16.* SMALCIUS *diſp. IV. contra Franzium, f. 93, 97, 103. diſput. de pœnitentia f. 355, 361, 389, 458. exam. CLVII. error. f. 23.* VOLCKELIUS *libr. IV. de ver. rel. cap. III. f. 182.* CRELLIUS, SCHLICHTINGIUS, aliique, quos confutarunt theologi Wittebergenſes in *refutat. catech. Racov. germ. art. V. cap. XI. p. 559.* THEOD. THUMMIUS in *imp. photin. art. de juſtif. qu. I. ad 5. p. 337. 344.* GERHARDUS *in diſput. acad. part. I. ſect. II. diſp. XV. §. 6. p. 1472.* STEGMANNUS in *anti-photin. diſp. XXX. qu. I. ad 5. p. 337. 344. & diſp. XXXII. qu. 1. ad 4. pag. 361 — 370.* SCHERZERUS in *collegio anti-Socin. diſp. LXXVIII. ad LXXX. p. 633. 649. diſp.* XC. *p. 734. ſeqq.* CALOVIUS in *Socin. confut. ſect. VII. art. III. qu. I. p. 723. qu. 7, 8, 9. art. IV. p. 748. qu. 6. p. 752.* & in *ſyſtem. p. 286.* alii.

Nec prætermittendi heic ſunt *Arminiani*, qui *Remonſtrantium* nomine alias veniunt. Hi enim in *confeſſ.* ſua *cap. X. p. 91.* itemque in *conf. apolog. cap. VII. pag. 157. certum eſſe*, pronunciant, *præceptum fidei in Chriſtum nuſpiam in vet. teſtam. clare traditum exſtare, uti nec in terminis promiſſionem vitæ æternæ.* PHIL. LIMBORCHIUS vero *libr. VII. theolog. chriſt. cap I. §. XIII.* diſceptationem: *fueritne fides eccleſiæ vet. teſtam. ſpecie eadem, quæ novi teſtamenti?* non eſſe magni momenti judicat, licet in recentiori hujus libri editione, quæ ann. *MDCCXV.* lucem adſpexit publicam, in negantem propendeat ſententiam.

ntur. 2.) Quod in vet. teſt. credentes fuerint gratiam recepti propter Meſſiam exhibendum acrificium ejus futurum; in novo vero pro- r Meſſiam exhibitum & ſacrificium ejus jam ſtitum. 3.) Quod in vet. teſt. alia fuerint ſa- nenta ſive ſigna promiſſioni gratiæ addita, ue varia & laborioſa, ſed in novo ſint alia, ue pauca & ſimplicia. 4.) Quod vetus ha- rit typos & umbras, ideo omnia in eo ob- iora; novum vero habeat typorum impletio- , ideoque omnia in eo clariora ſint, tam acramentis, quam in doctrina. 5) Quod anguſtior & parcior, nunc largior & uberior ſpiritus ſancti effuſio. 6) Quod vetus dura- t usque ad Meſſiam, novum autem ſit æter- . 7) Quod vetus obligaverit ad totam le- moralem, ceremonialem & forenſem; no- vero obliget tantum ad legem moralem & uſum ſacramentorum Chriſti. 8) Quod in ri teſtamento eccleſia incluſa fuerit in gente ica, ad quam accedere oportebat illos, qui ari vellent; in novo autem eccleſiam ſparſam per omnes gentes, & omnibus ad eam pa- acceſſum.

num ra- materiæ ubſtantiæ eſtamen- tum?

§. CXX. Quamvis vero rectiſſime dicatur, unum eſſe modum reconciliationis cum Deo, unam fidem, unam ſalutis viam; ex eo tamen nondum efficitur, unum m ratione *materiae* ſive ſubſtantiæ eſſe te- entum, quod ut manifeſtius evadat, po- ſcripturæ dicta, quæ de utriusque teſta- i definitione ac diſcrimine agunt, enume- nus, & ex illis certa quædam προίσματα ἄρσιν καὶ θέσιν colligemus. Exod. XXIV. 3. *t Moſes, & narravit populo omnia verba vae, omniaque judicia, & reſpondit totus lus voce una, ac dixit: Omnia verba, quae us eſt Jehova, faciemus*, v. 4. *& ſcripſit ſ omnia verba Jehovae*, v. 5. *& miſit ju- ſ filiorum Iſrael, qui immolarent holocau-* v. 6. *& tulit dimidium ſanguinis, & po- ſ crateribus, dimidium vero ſanguinis ſpar- per altare.* v. 7. *Tulit praeterea librum is, & legit in auribus populi, qui dixerunt: quaecunque dixit Jehova, faciemus & obediemus:* v. 8. *tulit quoque Moſes ſanguinem, & ſparſit ſuper populum, & dixit: en ſanguis fœderis, quod pepigit Jehovah vobiſcum ſuper omnibus rebus illis.* Deut. V. 2. *Jehovah, Deus noſter, pepigit nobiſcum pactum in Horeb.* v. 3. *Non cum patribus noſtris pepigit Jehovah pactum illud, ſed nobiſcum, qui ſumus hic, & hodie univerſi vivimus.* v. 5. *Ego ſtabam inter Jehovam & vos eo tempore, ut renunciarem vobis verbum Jehovae.* Jer. XXXI. 31. *Ecce dies veniunt, dixit Jehovah, & feriam cum domo Iſrael & cum domo Juda fœdus novum.* v. 32. *Non ſecundum fœdus, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua adprehendi manum eorum, ut educerem eos e terra Ægypti, quia ipſi irritum fecerunt pactum meum.* v. 33. *Sed iſtud eſt fœdus, quod feriam cum domo Iſrael poſt dies iſtos, dixit Jehovah; dabo legem meam in medio eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.* v. 34. *Omnes cognoſcent me a minimo eorum usque ad maximum, propitiabor iniquitati eorum & peccatorum ipſorum non recordabor amplius.* Matth. XXVI. 28. Marc. XIV. 24. *Bibite, hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti.* 2 Cor. III. 6. *Deus idoneos nos fecit miniſtros novi teſtamenti, non literae, ſed Spiritus; litera enim occidit, Spiritus autem vivificat.* v. 7. *Quodſi miniſtratio mortis in literis expreſſa in lapidibus fuit in gloria;* v. 8. *quomodo non multo magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?* v. 9. *Si miniſtratio damnationis gloria eſt, multo magis abundat miniſterium juſtitiae in gloria.* Gal. IV. 24. *Haec ſunt duo teſtamenta, unum quidem a monte Sina in ſervitutem generans, quae eſt Agar.* v. 26. *Illa autem, quae ſurſum eſt, Jeruſalem, libera eſt, quae eſt mater noſtra.* Hebr. VII. 22. *Chriſtus factus eſt ſponſor melioris teſtamenti.* Hebr. VIII. 5. *Sacerdotes vet. teſt. exemplari & umbrae deſerviunt rerum cœleſtium;* v. 6. *nunc autem Chriſtus melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.* v. 7. *Nam ſi primum illud culpa vacaſſet, non utique ſecundi locus inquireretur;* v. 13. *dicendo*

autem novum, antiquavit prius: quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. Hebr. IX. 15. *Ideo nov. teſt. mediator eſt, ut morte intercedente in redemtionem earum praevaricationum, quae erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt aeternae haereditatis.* v. 16. *Ubi enim teſtamentum eſt, mors, neceſſe eſt, intercedat teſtatoris.* v. 18. *Unde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt;* v. 19. *lecto enim omni mandato legis a Moſe univerſo populo, ipſum quoque librum & omnem populum adſperſit,* v. 20. *dicens, hic ſanguis teſtamenti, quod mandavit ad vos Deus.* Hebr. XII. 24. *Acceſſiſtis ad nov. teſt. mediatorem Jeſum.* Hebr. XIII. 20. *Deus pacis eduxit de mortuis paſtorem magnum ovium in ſanguine teſtamenti aeterni, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.*

§. CXXI. Ex his colligimus κατ' ἄρσιν. 1.) Vetus teſtamentum hoc loco non eſſe accipiendum eo modo ac ſenſu, quo 2 Cor. III. 14. accipitur, de libris vet. teſt. hoc eſt, de Moſe, pſalmis & prophetis, quas librorum vet. teſt. claſſes conſtituit ſalvator Luc. XXIV. 44. Ratio eſt evidens, quia vet. teſt. eſt antiquatum & abrogatum, ſed libri vet. teſt. adhuc in eccleſia leguntur. 2.) Naturam vet. teſt. non eſſe quaerendam in doctrina, quae in eccleſia Iſraelitica ante Chriſtum tradita eſt. Ratio eſt, quia tempore vet. teſt. non ſolum lex, ſed & evangelium de gratia Dei; remiſſione peccatorum & vita aeterna credentibus in Chriſtum mediatorem donanda ſonuit. 3.) Vetus teſtamentum non eſſe definiendum ex ipſa legis doctrina in ſe & per ſe conſiderata. Ratio eſt, quia vet. teſt. tempore Moſis conſtitutum & hodie antiquatum eſt, ſed doctrina legis eſt aeterna & immutabilis Dei voluntas, primorum hominum cordibus in ipſa creatione inſculpta, nulli abrogationi vel antiquationi obnoxia. Idem ex contrario ſenſu intelligatur, de nov. teſt. videlicet, quod illud nequaquam accipiendum ſit de libris vet. teſt. hoc eſt de evangelicis & apoſtolicis ſcriptis, nec de doctrina, quae in eccleſia chriſtiana poſt Chriſtum exhibitum ſonat, nec de ipſa evangelii doctrina in ſe & per ſe conſiderata. 4.) Utriuſque teſtamenti non eſſe unam eandemque ſub

Praeterquam enim, quod diſerte duo d

que ἀντιδιῃρημένως ſibi invicem opp

merantur teſtamenta, Jer. XXXI. 31.

24. notandum eſt, quod vetus ſancit

ſanguine ſacrificiorum, novum vero ip

ſti ſanguine, cujus typus in illo praecel

§. CXXII. Κατὰ θέσιν ex prae- **aa**

miſſis ſcripturae pronunciatis re-

ſultant haec πορίσματα, utriusque teſtai

ſcrimen exprimentia, 1.) Vetus ac nov.

ferunt *promulgationis tempore:* illud e

mulgatum eſt tempore eductionis Iſr

ex Aegypto, Jer. XXXI. 32. hoc ver

temporum. Eſa. II. 2. Mich. IV. 1.

ferunt *promulgationis loco:* vetus in m

reb, in deſerto Sinai, promulgatum fui

XIX. 18. novum vero ex Sion & Jeruſ

vit, Eſa. II. 2. Gal. IV. 24. 3.) Diffe

diatore: vetus teſtamentum mediatore

Moſen, Deut. V. 5. novi teſtamenti

eſt Chriſtus, Hebr. VIII. 6. IX. 15.

ferunt *promulgationis modo:* vetus teſt

miniſterio angelorum inter tonitrua, fu

terrores promulgatum, Exod. XIX. 1

VII. 53. Gal. III. 19. novum vero e

promulgatum eſt, ut Deus ipſe de coelo

deret, & grata evangelii praedicatione c

minum erigeret. Auguſtinus tract. III.

Legem per ſervum miſit, cum gratia

ſcendit. 5.) Differunt rebus *contentis*

miſſis: vet. teſtamentum conſtabat *ſolen*

moralis *promulgatione* (unde tabulae

dicuntur *tabulae foederis*, Deut. IX. 11.

decem verba in illis ſcripta dicuntur *verb*

ris, Exod. XXXIV. 28. liber legis dicit

men foederis, Exod. XXIV. 7. Deut. XXI

atque adjunctam habebat innumeram fere

rituum & ceremoniarum multitudinem.

vero *ſolennem* evangelii *promulgationem*

net, ac ritus habet numero pauciſſimo

ſervatione facillimos, intellectu auguſti

unde Irenaeus lib. III. cap. 12. p. 196. v

vum teſtamentum libertatis. Vet. teſtai

habuit promiſſiones ſpeciales de inhal

ræ Canaan & conſervatione illius politiæ, uit etiam promiſſiones ſpirituales & æternas, ſub conditione ſervatæ legis. Novum vero amentum habet gratuitam promiſſionem ſa- s propter Chriſtum exhibitum, & in genere mittit bona corporalia cum exceptione crucis. Differunt *dedicationis modo:* vet. teſtamen- ı dedicatum fuit ſanguine animalium, Exod. IV. 5. novum vero ipſius Filii Dei ſanguine, h. IX. 11. cumque ſanguis ille animalium, vet. teſt. dedicatum fuit, typus fuerit ſan- ıis Chriſti, quo novum teſtamentum dedi- ıum, ideo hoc ſenſu & reſpectu *lex* dicitur *re umbram futurorum bonorum, non ipſam m imaginem,* Hebr. X. 1. ſiquidem ritus les fuerunt *umbra futurorum, corpus au- Chriſti eſt*, Col. II. 17. 7.) Differunt *ſcri- is ſubjecto:* vetus teſtamentum ratione le- moralis, cujus ſolennis promulgatio præci- ejus pars fuit, dicitur ἐκτυπώμενον in ta- s lapideis, Exod. XXXI. 18. Deut. IX. 10. am vero teſtamentum per Spiritum Dei in- itur in corda credentium, Jer. XXXI. 33. or. III. 3. 8.) Differunt *complexus latitudi-* vetus teſtamentum cum Iſraelitico populo ſtitutum erat, ideoque anguſtis terræ Judaicæ ibus includebatur, Deut. V. 3. novum ve- ım late ſe extendit, quam late patet orbis rum, Matth. XXVIII. 19. 9.) Differunt *tione:* vetus teſtamentum abrogatum eſt; m autem manet in perpetuum, Hebr. VIII. 13. 10.) Differunt *praeſtantia ac dignitate:* ın enim diſertis verbis dicitur melius veteri, . VII. 22. VIII. 6. cujus præſtantiæ cauſa liquis differentiæ capitibus cognoſci poteſt. Differunt *effectis:* vetus teſtamentum fuit *occidens, miniſterium mortis & damna- , generans ad ſervitutem,* 2 Cor. III. 6. q. Gal. IV. 25. nimirum propter corru- em naturæ noſtræ. Novum vero Teſtamen- eſt *Spiritus vivificans, miniſterium juſti- Spiritus & vita, in libertatem adducens,* illud πολυθρύλλητον Auguſtini contra Adi- . Manich *breviſſima & apertiſſima duo- teſtamentorum differentia, timor & amor.*

§. CXXIII. Hæc omnia ſatis luculente oſtendunt, non eſſe unam eandemque vet. ac nov. teſt. ſubſtantiam, nec externis tantum quibusdam circumſtantiis ea differre, πλείονες διαθῆκαι *hominum generi traditae ſunt, & utriusque eſt certus* χαρακτήρ. (ait Irenæus lib. I. cap. 4. pag. 38.) Reſtat, ut expendamus potiora argumenta, quibus eſſentialem utriusque teſtamenti identitatem probare conantur. I.) *Fœdus gratiae & teſtamentum ſunt* ἰσοδυναμοῦντα. *Jam vero unicum tantum eſt gratiae fœdus, in Chriſto mediatore factum. Ergo etiam unicum tantummodo teſtamentum.* Reſp. vox *teſtamenti* ac *fœderis* non ſolum de promiſſione gratiæ in Chriſto oblatæ, ſed etiam de lege accipitur, unde tabulæ decalogi dicuntur *tabulae fœderis*, decem verba in illis ſcripta dicuntur *verba fœderis*, liber legis dicitur *volumen fœderis*, uti paulo ante oſtenſum fuit; falſum igitur eſt, quod vox teſtamenti ac fœderis tantum ad promiſſionem gratiæ referenda, ac de ea ubique accipienda ſit. Agnoſcit hoc quodammodo ipſe Urſinus parte II. catech. q. 18. pag. 133. *Vetus teſtamentum ſeu fœdus ſaepe in ſcriptura ſynecdochice ſumitur pro lege, reſpectu ejus partis, quae praecipue in eo tractatur. Contra vero novum teſtamentum ſeu fœdus vere ſumitur pro evangelio.* Sic & Bucanus loc. XXII. pag. 200. ſcribit: *Vetus fœdus duobus modis dicitur, interdum quidem reſpectu ad Moſis legiſlationem tantum, & dicitur fœdus legale, cujus ſanctio deſcribitur* Exod. XXIV. *interdum vero ad ſignificandum fœdus gratiae ſeu gratuitum, qualiter factum eſt cum Abrahamo & ejus poſteris*, Gen. XVII. Hæc Bucanus, qui pag. 201. ſubjungit: *Ubi quaeritur de veteris & novi fœderis diſcrimine, adpellatione veteris gratuitum tantum intelligi;* qua in parte ſcripturis ſacris, præſertim vero Jer. XXXI. 31. apertis tibiis contradicit. Quomodo in rebus humanis teſtamenta ac fœdera diſtinguantur, ex juriſconſultorum libris petendum eſt. Nobis hoc loco ſufficit, teſtamenti vocem in ſcripturis ſacris latius patere, quam fœdus illud gratiæ, in Chriſto mediatore nobiſcum initum, quod ſic oſtendimus.

Argumenta pro eſſentiali utriusque teſtamenti identitate.

dimus. Fœdus gratiæ, offerens & adplicans remiſſionem peccatorum, juſtitiam & vitam æternam omnibus in Chriſtum mediatorem credentibus, eſt perpetuum, æternum ac immutabile, omnibus mundi temporibus unum atque idem, nulli abrogationi obnoxium, omnem vetuſtatis ac novitatis rationem excludens, cum una eademque ſit ſalutis via. Jam vero ſcriptura non ſolum duo numerat teſtamenta, ſed etiam diſerte unum vocat prius, alterum poſterius; unum erat vetus, alterum vero novum, (cujus adpellationis rationem exponit Chemnitius part. III. loc. c. de diſcrim. vet. ac nov. teſt. p. 234.) quin etiam vetus illud antiquatum ac abrogatum, novum vero æternum eſſe pronunciat. Ergo duo hæc teſtamenta per fœdus gratiæ, quod omnibus mundi temporibus unum eſt, definire nec poſſunt nec debent. Addimus etiam hoc argumentum: Promiſſio gratiæ omnibus populis eſt communis, ſed teſtamenta ſingula ſingulorum ſunt propria, illud Judæorum, hoc vero chriſtianorum. Concedimus igitur unam eſſe gratiæ promiſſionem, unam ſalutis viam, unam fidem &c. ſed ex eo conſequens eſſe, quod utriusque teſtamenti juxta ſcripturæ phraſin & definitionem accepti eadem ſit ſubſtantia, negamus.

2) Deus iniit fœdus cum Noacho & Abrahamo.

§. CXXIV. II.) *Non cum Iſraelitis primum fœdus ſuum Deus iniit, ſed etiam cum Noacho,* Gen. VI. 18. IX. 9. *praeſertim vero cum Abrahamo*, Gen. XVII. 2. *Ergo unum quoad ſubſtantiam eſt teſtamentum, diverſis temporibus ſaltim renovatum.* Reſp. Novimus, Irenæum lib. I. cap. 11. circa finem quatuor numerare teſtamenta humano generi data: *unum* quidem ante cataclyſmum ſub Adam: *ſecundum* vero poſt cataclyſmum ſub Noe: *tertium* vero legislatio ſub Moſe: *quartum*, quod renovat hominem, & recapitulat in ſe omnia, quod eſt per evangelium, elevans & pennigerans homines in cœleſte regnum. Interim tamen certum eſt, quando ſcriptura vetus ac novum teſtamentum invicem opponit, tum nomine vet. teſtamenti nullum aliud fœdus, quam quod cum Iſraëlitis, ex Ægypto eductis, in deſerto Deus iniit, accipiendum eſſe, ita enim diſertis verbis declaratur Deut. V. 2. *Jehovah, Deus noſter, pepigit nobiſcum pactum in Horeb;* v. 3. *non cum patribus noſtris pepigit Jehovah pactum illud, ſed nobiſcum, qui ſumus hodie.* Jer. XXXI. 31. *Feriam cum domo Juda fœdus novum:* v. 32. *non ſecundum fœdus, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua adprehendi manum eorum, ut educerem eos e terra Ægypti.* Ergo ab his duobus teſtamentis removenda ſunt reliqua (ut ita dicam) ſpecialia fœdera, quale fuit illud cum Noacho divinitus ſtatutum. Sed quia in liberatione ex Ægypto Deus Iſraelitas ſæpius revocat ad fœdus cum patribus ipſorum initum, ideo fœderis cum Abrahamo, Iſaaco & Jacobo initi paulo alia eſt ratio, quod non poteſt ſimpliciter hic excludi, qua de re ſic habendum. Fœdus, quod Deus iniit cum Abrahamo, ac cum Iſaaco & Jacobo renovavit, duas continet partes ſive articulos. *Prior* pars complectitur promiſſionem de multiplicatione poſteritatis Abrahæ & poſſeſſione terræ Canaan, ad hanc partem referenda eſt ſolennis promulgatio decalogi, inſtitutio levitici ſacerdotii & legum forenſium decreta: ſiquidem ubi eſt populi multitudo & regionis inhabitatio, ibi neceſſaria eſt doctrina morum, conſtitutio politiæ & cultus divini. *Poſterior* pars complectitur promiſſionem de ſemine illo benedicto, in quo benedicendæ ſint omnes gentes, hoc eſt, de Meſſia ex poſteritate Abrahæ naſcituro, atque hæc eſt præcipua ac potior pars fœderis cum Abrahamo initi, quippe ad quam prior refertur; ideo enim promittitur multiplicatio ſeminis & inhabitatio terræ Cannan, ut certum eſſet Meſſiæ docentis, miracula edentis & redemtionis opus perficientis hoſpitium. Porro utraque fœderis pars conſiderari poteſt dupliciter, *primo* ratione promulgationis, *ſecundo* ratione impletionis. Si conſideraveris tempus *promulgationis*, illud fatemur eſſe unum. Gen. XII. 1. *Dixit Deus ad Abrahamum, abi e terra tua &c.* v. 2. *faciam te in gentem magnam & benedicam tibi ac magnificabo te.* v. 3. *& benedicentur in te omnes familiae terrae.* cap. XXVI. 3. *Dixit Deus ad Iſaacum: ſemini tuo dabam terram iſtam.* v. 4. *multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, &c.* & *benedicentur in*

ſemine

ſemine tuo omnes gentes terrae. Eadem promiſſio repetitur ad Jacobum Gen. XXVIII. 14. Sin vero tempus *impletionis* conſideraveris, manifeſtum eſt, priorem partem de multiplicatione poſteritatis & inhabitatione terræ Canaan impletam eſſe annis 430. poſt datam Abrahæ promiſſionem, cum Iſraelitæ in Ægypto multiplicarentur, & ex ſervitute Ægyptiaca liberati primo legem in deſerto acciperent, & exactis 40. annis, terram Canaan poſtea occuparent: poſterior pars impleta eſt annis poſt editam promiſſionem 1938. poſt liberationem ex Ægypto & legis promulgationem 1508. (juxta Funcii computationem) nimirum Chriſto in plenitudine temporis ex virgine nato Gal. IV. 4.

3) Doctrina de Chriſto fuit etiam tradita ſub vet. teſt.

§. CXXV. III.) *Doctrina de Chriſto & ipſius beneficiis etiam ſub vet. teſt. fuit tradita & in propheticis libris expoſita, quinimo ceremoniae illae leviticae, per Moſen traditae, fuerunt typi & figurae perſonae ac officii Chriſti. Ergo vetus teſtam. eſt ipſa evangelii doctrina, quatenus umbris & typis fuit involuta.* Reſp. oſtendimus ſuperius, non omne, quod tempore vet. teſt. populo Iſraelitico traditum & in libris vet. teſt. comprehenſum, ad definitionem ac naturam vet. teſt. prout a ſcriptura accipitur, pertinere, ſed reſpiciendum eſſe hac in parte ad capita differentiarum, quæ in ipſa ſcriptura inter vet. ac nov. teſt adſignantur. Nota fuit omnino doctrina de Chriſto & ipſius beneficiis etiam in vet. teſt. (unde enim alias ipſis ſalus?) ex eo tamen nondum ſequitur, quod ad naturam ac definitionem vet. teſt. eadem pertineat, ſiquidem innotuit ipſis per Dei revelationem & annunciationem. Hinc pulcerrime ſcribit Auguſtinus in Pſal. XC. *Moſen non tantum miniſtrum vet. teſt. ſed etiam prophetam novi olim fuiſſe.* lib. XV. contra Fauſt. c. 4. *vet. teſtam. eſt prophetia novi.* Chemnitius pag. 237. part. III. loc. reſpondet hoc modo: *Finis legis eſt Chriſtus*, Rom. X. 4. *lex eſt paedagogus ad Chriſtum*, Gal. III. 24. *finis autem non pertinet ad ipſam rei ſubſtantiam, cujus eſt finis, ut finis ille monſtraretur, ideo quaedam ad evangelium ſeu nov. teſtam. pertinentia Moſi etiam tradita fuerunt, ita tamen, ut praecipuum & principale miniſterium Moſis ſit, & manſerit legale, quod ipſum tamen non recte exſequitur, niſi finem legis, Chriſtum, recte ſimul monſtret. Ceremonias leviticas* dupliciter conſiderandas eſſe dicit: 1.) *tanquam obſervationes carnales & externas ſeu opera paedagogica, quibus membra illius cœtus in externa aliqua & carnali munditie conſervabantur, quo reſpectu ad legem pertineant;* 2.) *ceremonias illas conſiderari tanquam conciones de peccato, ira Dei, & peccatorum pœnis, eatenus itidem ad legem eas pertinere. Quia vero finis legis eſt Chriſtus, ideo ceremonias leviticas etiam conſiderari poſſe ut typos Chriſti, eatenus pertinere ad evangelium.* Hæc Chemnitius, cujus ſententiam ſic interpretamur, quod diſtinguendum ſit inter ceremonias leviticas in ſe ac per ſe conſideratas & inter earum finem ſpiritualem, qui in adumbrando ac ſignificando Chriſtum conſiſtit.

4) Lex moralis non eſt antiquata.

§. CXXVI. IV.) *Vetus teſt. eſt antiquatum. Lex moralis non eſt antiquata, ſed in nov. teſt. adhuc docenda. Ergo non pertinet ad vet. teſt.* Reſp. lex moralis conſideratur dupliciter, *primo* in ſe ac per ſe; *ſecundo* ratione ſolennis promulgationis & obligationis. *Priore* reſpectu lex moralis non pertinet ad vet. teſt. quia vet. teſt. in monte Sinai primum promulgatum eſt & cum populo Iſraelitico initum, jam vero lex moralis ante Moſen, imo in paradiſo primis parentibus fuit tradita & cordibus ipſorum inſculpta. *Poſteriore* igitur reſpectu, videlicet ſolennis promulgationis & obligationis ratione, proprie ad vet. teſt. pertinet, ſiquidem eo fine ſolennem illam legis promulgationem in monte Sinai Deus inſtituit, ut ad perfectam ejus impletionem Iſraelitas ſibi obſtrictos redderet, & ſub conditione perfectæ illius impletionis præmia temporalia & æterna illis promiſit. Sed cum *pactum illud patres diſſolverent ac irritum facerent*, Jer. XXXI. 32. quia *lex infirmabatur per carnem*, Rom. VIII. 3. ideo *facta eſt reprobatio praecedentis mandati propter infirmitatem* ejus

ejus & inutilitatem, Hebr. VII. 18. ideo *aliud*, videlicet *nov. teſt. promulgatum fuit*, *cujus locus non inquireretur, ſi prius culpa vacaſſet*, Hebr. VIII. 7. Illius novi fœderis ſtatuuntur hæc capita: 1.) *Peccatorum ipſorum non recordabor amplius.* 2.) *Scribam legem meam in cor ipſorum, ut cognoſcant me omnes &c.* Jer. XXXI. 33. Complectitur igitur nov. teſt. hæc duo, remiſſionem peccatorum & renovationem: per prius beneficium liberamur ab adcuſatione & condemnatione legis, per poſterius beneficium inchoatur in nobis obedientia legi debita; *ſumus enim nova creatura in Chriſto*, 2 Cor. V. 17. *conditi ad bona opera, quae praeparavit Deus, ut in illis ambulemus*, Eph. II. 10. Ex quo facile intelligitur, an & quatenus lex moralis in nov. teſt. ſit abrogata. Chemnitius ſic loquitur: *Quatenus decalogus condemnat, pertinet ad miniſterium Moſis & vet. teſtamentum; quatenus autem eſt regula juſtitiae in Deo, ad cujus imaginem initio formati eramus, & quae in nobis inſtaurantur, eatenus ſit pars novi teſt.* Hæc ſunt præcipua adverſariorum argumenta, ex quibus reliqua facili negotio diſſolvi poſſunt. De loco 1 Cor. X. 1. & ſeqq. adeoque in univerſum de diſcrimine ſacramentorum vet. & nov. teſtamenti agetur inferius in tract. de ſacramentis.

CAPUT XII.

DE CONVITIIS PONTIFICIORUM CONTRA NOSTRAM DE EVANGELIO DOCTRINAM, HUIUSQUE USU ATQUE ABUSU, SUBIUNCTA DEFINITIONE EVANGELII.

Convitia contra doctrinam evangelii.

§. CXXVII. Atque hæc eſt eccleſiarum noſtrarum de evangelio doctrina, ex qua *evangelicae* a quibusdam vocantur, quæ adeo exoſa eſt Romanenſibus, ut nec a convitiis ſibi temperent. Concilium Tridentinum nos adcuſat, quod (ex evangelio) *magna contra catholicam eccleſiam contentione praedicemus illam ab omni pietate remotam fiduciam.* Hadrianus Jungius de doctr. & morib. evang. pag. 5. *Sit ſane & vocetur doctrina haec philalethae & defenſoris ejus, cujus primus hoc ſeculo auctor fuit Lutherus, evangelium, a quo etiam ſectatores ſuos nuncupari voluit evangelicos: dicamur hujus evangelii adverſarii. Caeterum hoc evangelium, ſi ita adpellandum eſt, & non potius cacangelium, non a Chriſto, ſed a ſatana profectum eſſe, ille ipſe fatetur, qui primus in lucem id protulit.* Pag. 408. oſtendere nititur, Lutheri evangelium multorum malorum ac ſcelerum fontem eſſe ac cauſam. Eodem modo Franciſcus Turrianus lib. de eccleſia: *Evangelium Lutheri eſt germanicum & quintum quoddam evangelium.* Referenda huc virulenta illa Bellarmini argumenta lib. IV. de juſtif. c. 1. *Si evangelium nullam requirit conditionem obedientiae, ſed eſt ſola fide contentum, certe qui nihil boni faciet, conſentanee ad evangelium vivet: Lutheranorum vita & mores ſunt corruptiſſimi. Ergo docent bona opera non eſſe neceſſaria* (*). Lutherus in præfat. artic. Schmalcald. refert: Wittebergam veniſſe doctorem quendam ex Galliis miſſum, qui palam dixerit, *regi ſuo certo certius perſuaſum eſſe, quod apud nos nullo*

(*) Idem BELLARMINUS, indicaturus cauſſam, cur doctrina Lutheri brevi temporis ſpatio longe lateque fuerit propagata, abjecto omni pudore, adfirmare haud dubitat, illam ex eo derivandam eſſe, quoniam *frena libidinibus laxaverit, & omnibus ſceleſtis hominibus ad tum patefecerit*, in *orat. qua ultimo controverſ. tomo* adjecta conſpicitur, *pag.* 272. Legi vero meretur, quæ hanc in rem ſcripſit JO. OLEARIUS in *programmate de Luthero atque doctrinae, ac vitae reformatore.* Exſtat illud in *academ. Lipſ. pietat. in reformat. memor. exhibita*, edit. a CHRISTIAN. FRID. BOERNERO, theologo quondam Lipſienſi, *p.* 237.

t ecclesia, nulla politia, nullum conju- ſed promiſcue omnes pecudum more vive- arbitrio. In comitiis Auguſtanis ann. 30. is pontificii paraſitæ Carolo V. impera- datiſſimo ac reliquis imperii ordinibus ere conabantur, *in noſtris ecclesiis ſim- prohiberi diſciplinam & omnem morti- m carnis;* inde Alphonſus, cæſaris can- Hiſpanus, in comitiis illis ad Melanch- dicebat: *Longe aliter, Philippe, in iis de vobis fama tulit, quam ex confeſ- ſtra intelleximus. Multi nobis perſua- vos negare trinitatem, de Chriſto & impie loqui, ſacramenta corrumpere, lominicam convivii profani more admini- magiſtratum contemnere, libidines ſta-* Johannes a Daventria in refutatione Au- confeſſionis ſcribit: *Lutheranos ſtatue- od tum demum vere ac plene utantur chri- ibertate, ſi carnem nunquam adfligant, uam jejunent, ſi ſeſe ſupra modum & aturae vires omnis generis cibis, etiam feſtis, infarciant & ventrem diſtendant.* armoniam Andreæ Fabricii p. 435.

§. CXXVIII. Fatemur ſane, aliquam multos, proh pudor! turpiſſime doctrina evangelii de gratuita peccatorum remiſſione Chriſtum abuti, qua de re juſtiſſimam querelam amicus noſter ſingularis Joh. s in præfatione librorum lectu digniſſi- de vero chriſtianiſmo, ſed hoc veritati icæ fraudi eſſe nec poteſt, nec debet. apoſtoli docebant, *gratiam exuberare eccatum,* Rom. V. 20. audire cogeban- Epicuræis: *Faciamus mala, ut eveniant* Rom. III. 8. Quando docebant, *juſtifica- nem fide ſine operibus legis,* Rom. III. 27. antur ab ἐργοδιδασκάλοις, quod *legem rent per fidem* v. 3. Quando libertatem riſtum partam prædicabant, improbi ex e illa *velamen malitiae ſuae quaerebant,* II. 16. Eandem igitur adhuc hodie evan- doctrinæ ſortem eſſe quid mirum? Sini-

Abuſus doctrinæ evangelicæ.

ſtra ſæpius accipitur, quod dextra offertur, ac rei per ſe bonæ abuſus ſolet eſſe peſſimus, tanto plerumque pejor, quo res in ſeſe melior. Auguſtinus lib. de catech. rudib. cap. 25. refert, paganos propter vitam quorundam chriſtianorum evangelii doctrinam calumniatos eſſe, quibus lib. I. de moribus eccleſ. cathol. cap. 34. ſic reſpondet: *Nunc vos illud admoneo, ut aliquando eccleſiae catholicae maledicere deſinatis vituperando mores hominum, quos ipſa condemnat, & quos quotidie tanquam malos filios corrigere ſtudet.*

Verus ejuſdem uſus.

§. CXXIX. Verus evangelicæ doctrinæ uſus is eſt: 1.) ut immenſam Dei miſericordiam in miſſione Filii agnoſcamus. Joh. III. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* Omnia Dei beneficia, omnes creaturæ ſunt teſtes dilectionis divinæ, ſed maximus ejus teſtis Chriſtus eſt, quo nullum in cœlo aut terra majus ac præſtantius donum erat. *Vere diligitur,* ait Clemens Alex. I. pædadog. c. 3. *propter quem unigenitus e ſinu Patris mittitur.* Anshelmus lib. II. cur Deus homo, c. 20. *Quid miſericordius intelligi poteſt, quam cum peccatori, tormentis aeternis damnato, &, unde ſe redimat, non habenti, Deus dicit: accipe unigenitum meum & da pro te, & ipſe Filius: tolle me & redime te.* 2.) Ut in omnibus tentationibus, præſertim in hora mortis firmam conſolationem habeamus, Chriſti ſcilicet merito vera fide ad ſalutem adprehenſo. Eſa. XL. 1. *Conſolamini, conſolamini populum meum, dixit Deus veſter. v. 2. Loquimini ad cor Jeruſalem & clamate ad eam, quod completum eſt tempus militiae ejus, quod remiſſa eſt iniquitas ejus, quod ſuſcepit de manu Jehovae duplicia pro omnibus peccatis ſuis.* Rom. IV. 16. *Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit promiſſio.* Irenæus libr. III. c. 20. *Niſi Deus donaſſet ſalutem, firmiter eam non haberemus. In quibus manibus ſalus noſtra tutius conſiſtat, quam in illis, quae cœlum condiderunt & terram, in iis, quae nunquam abbreviari poſſunt, in iis, quae adfluunt miſericor-*

ricordiae viſceribus, nec deſunt foramina, per quae adfluant; ait Bernhardus in Pſalm. XXXI. 3) Ut vera pietate per omnem vitæ curſum gratos nos Deo exhibeamus. 2 Cor. V. 15. *Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut, qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.* 1 Joh. IV. 11. *Si ſic dilexit nos Deus, & nos debemus alterutrum diligere.* Tota vita ſerviat ei, qui per totam vitam pro te ſervire voluit. Pulcre Chryſoſtomus hom. IV. in 1 Tim. col. 1452. *Gloria Deo non verbis redditur, quia & ipſe non verbis nos honoravit, ſed rebus ac operibus; ſic & nos ipſum honoremus per opera.* Bernhardus ſerm. XI. ſup. Cant. col. 519. *Duo ſunt in redemtione noſtra notanda, modus & fructus. Modus quidem Dei exinanitio eſt, fructus vero noſtri de illo repletio: hoc meditari, ſanctae ſpei ſeminarium eſt, illud, ſummi amoris incenſivum.* Quotquot igitur peccata ſua nondum agnoſcunt, nec ſerio de illis dolent, ſed ſecure in illis pergunt, ad illos tam non pertinent evangelicæ promiſſiones, quam ad lapidem balſamum, qua de re dictum fuit ſuperius §. XLIII. & ſuo loco plenius dicetur.

Definitio evangelii.

§. CXXX. Ex hiſce, quæ de evangelio dicta ſunt, omnibus talem colligimus ejusdem definitionem. Evangelium eſt doctrinæ cœleſtis de ſalute hominum pars altera, eaque nobiliſſima, a lege ἀντιδιῃρημένως contradiſtincta, quæ nobis hominibus non eſt natura nota, ſed ex arcano Patris cœleſtis ſinu per Filium prolata, omnibus mundi temporibus in eccleſia ſonuit, in qua gratuita peccatorum remiſſio, juſtitia & vita æterna omnibus, in Chriſtum mediatorem vere credentibus, offertur & exhibetur, ad hominum ſalutem & Dei gloriam. Deo æterno Patri, qui per Filium noviſſimis mundi temporibus ad nos locutus eſt, eundemque conſtituit μεσίτην καὶ ἱκέτην noſtrum, ſit laus, honor & gloria in ſeculum. Idem verbo evangelii corda noſtra in omnibus tentationibus & in ipſa mortis hora efficaciter erigat & ſuſtentet. Amen!

LOCUS XVI.
DE
POENITENTIA.

PROOEMIUM.

§. I.

Connexio cum loco praecedente.

Quemadmodum totus chriſtianiſmus non in nuda γνώσει, ſed in πράξει conſiſtit, docente Chriſto Matth. V. 19. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Luc. VI. 46. *Quid vocatis me: Domine, Domine, & non facitis, quae dico?* Joh. XV. 14. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quae praecipio vobis*, quo pertinet illud Ignatii epiſt. III. ad Magneſianos: Πρέπον ἐςὶ μὴ μόνον καλεῖσθαι χρισιανὺς, ἀλλὰ καὶ εἶναι, ὐ γὰρ τὸ λέγεσθαι, ἀλλὰ τὸ εἶναι μακάριον ποιεῖ: ita quoque haudquaquam ſufficere judicandum, legis & evangelii doctrinam noſſe, niſi eandem in vera ad Deum converſione ſtudeamus ad praxin deducere: quinimo *magiſter & Dominus noſter, Jeſus Chriſtus, pœnitentiam agere mandans, totam chriſtianorum vitam vult eſſe perpetuam pœnitentiam*, ut monet Lutherus in propoſitionibus de indulgentiis contra Tezelium th. 1. Convenienti igitur ordine doctrinam de lege & evangelio ſequitur doctrina de pœnitentia, quæ eſt legis & evangelii viva quædam praxis.

§. II.

Neceſſitas & utilitas doctrinæ de pœnitentia.

§. II. Maxima vero hujus doctrinæ eſt neceſſitas cum pari utilitate conjuncta. Cum enim omnibus neceſſaria ſit pœnitentia, docente Chriſto Luc. XIII. 3. & 5. *Dico vobis, niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis*; cum per ſolam pœnitentiam poſt lapſum pateat nobis ad Deum reditus, docente eodem Eſa. XLV. 22. *Convertimini ad me, & ſalvi eritis omnes fines terræ*; ecquis de doctrinæ hujus neceſſitate atque utilitate dubitare amplius poterit? Pulcre Lactantius lib. VI. divin. inſtit. cap. 24. *Deus imbecillitatem noſtram ſciens pro ſua pietate aperuit homini portum ſalutis, ut huic neceſſitati, cui fragilitas noſtra ſubjecta eſt, medicina pœnitentiae ſubveniret.* Auguſtinus de ſpiritu & lit. cap. 36. *Qualemlibet vel quantamlibet in hac vita poterimus definire juſtitiam, nullus in ea eſt hominum, qui nullum habeat omnino peccatum, omnique homini eſt neceſſarium dare, ut detur illi, dimittere, ut dimittatur illi.* Omnibus igitur neceſſaria eſt pœnitentia, quam ut rite & congrue agamus, pro ſtudio hanc doctrinam tractemus; *facilius ſe inveniſſe, qui ſervaverit innocentiam, quam qui congrue egerit pœnitentiam*, ſcribit Ambroſius lib. II. de pœnit. cap. 10. quod citatur cap. Reperiuntur diſt. 3. de pœnit.

CAPUT I.

DE ETYMOLOGIA ET HOMONYMIA VOCIS POENITENTIÆ, EJUSQUE SYNONYMIA.

ἐτυμολογία vocabuli.

§. III. Pœnitentia, juxta Iſidorum Hiſpalenſem lib. VI. originum, adpellata eſt *quaſi punientia, eo quod homo in ſe puniat, quod male admiſit.* Scotus quaſi *pœnas tenentiam* dictam exiſtimat. Eraſmus in cap. VII. Matth. & in cap. VII. 2 Cor. a *pone* deducit, & *pœnitere* dictum eſſe, quaſi *pone tenere*, id eſt, poſterius conſilium tenere. Bandinus in libris IV. ſententiarum (quem, utpote antiquiorem, Eccius in præfatione libro iſti præfixa a Petro Lombardo, utpote recentiore, nihil differre exiſtimat, imo hunc ab illo omnia, quoad ſententias & ordinem fuiſſe mutuatum ſtatuit) lib. IV. diſt. 14. *Dicta eſt pœnitentia a puniendo, qua quis illicita, quae commiſit, punit. Pœnitere enim eſt pœnam timere, ut ſemper puniat, in ſe ulciſcendo, quod commiſit peccando.* Hugo lib. III. de myſt. eccleſ. cum Iſidoro dictam arbitratur *quaſi punientiam, eo quod per eam homo in ſe puniat, quod male admiſit.* Hugoni adſentitur Lombardus lib. IV. ſent. diſt. 14. lit. A. *Pœnitentia* dicitur *a puniendo, qua quis punit illicita, quae commiſit, pœnitentiae virtus a timore concipitur.* Cupide hoc amplectitur Bellarminus, unde lib. I. de pœnit. cap. 7. ſcribit: *Lutheranos voce pœnitentiae non libenter uti, & pro ea in ſcripturis fere ubique ſubſtituere vocem reſipiſcentiae, propterea quod pœnitentiae etymon a pœna petitum tacito ſuo ſenſu ſatisfactionem pœnae, ſive mulctam, quae indicitur pœnitentibus, importet.* Cui reſpondemus, 1) nos nequaquam abhorrere ab hujus vocabuli uſu, cujus rei noſtrorum ſcripta luculentum præbent teſtimonium. 2) *Pœnitentiae* vocem eſſe ἄγραφον, ſi propriam & nativam ſignificationem earum vocum reſpexeris, quæ in hebraicis vet. & græcis nov. teſtamenti fontibus de converſione uſurpantur: jam vero vocem ἄγραφον repudiare, non eſt veritatem doctrinæ cœleſtis convellere. 3) Non ipſum uſum, ſed abuſum hujus vocabuli nos improbare, eum puta, quod Romanenſes ex hac voce *ſatisfactiones* ſuas probare ſatagunt (*).

 4) Pœ-

(*) Pœnitentiam pœnas vel ſatisfactiones eccleſiaſticas & papiſticas proprie notare, & in ſcripturis pro *ſatisfactione* poſitam eſſe, nuſpiam invenitur. GERHARDUS.

4) *Pœnitentiae* vocem proprie & proxime deduci a *pœnitet*. Quamvis vero *pœnitere* Latinis idem dicatur, quod pœnam tenere; nondum tamen ex eo conſequens eſt, pœnæ nomine ſatisfactionem ſtatim intelligendam, ſiquidem pœnæ nomine interior ille dolor, quem peccator æternis & temporalibus pœnis ſe obnoxium eſſe audiens ſentit, rectiſſime intelligitur, illum vero non eſſe in judicio Dei ſatisfactorium ſuo loco demonſtrabitur. Gellius lib. VII. noct. Attic. cap. 1. ***Pœnitere idem eſt, quod rei commiſſae aliquem pudere ac pigere, ita ut pœnitet ſit idem, quod pœna tenet, quae enim taedio ac pudori ſunt, ea puniendi vim habent***, ſecundum Auguſtinum in ſoliloq. c. 19. (*)

An Lutherus negaverit, pœnitentiam eſſe dolorem de vita præterita?

§. IV. Nec eſt, quod Bellarminus obvertat, Lutherum negaſſe, quod pœnitentia ſit odium vel dolor de vita præterita, cujus contrarium plus millies in ſcriptis Lutheri occurrit (**). Conſiderentur autem verba Lutheri, quæ calumniæ occaſionem dederunt, & quid reſpondendum ſit, facile adparebit. Ea vero ſic habent tom. I. oper. Latin. Jenenſ. in epiſt. ad Staupitium fol. 73. ***Te velut e cœlo ſonantem excepimus, quod pœnitentia vera non eſt, niſi quae ab amore juſtitiae & Dei incipit &c. Haeſit hoc verbum tuum in me, ſicut ſagitta potentis acuta, cœpique deinceps cum ſcripturis pœnitentiam docentibus conferre. Et ecce jucundiſſimum ludum verba undique mihi colludebant, planeque huic ſententiae arridebant & adſultabant, ita ut cum prius non fuerit ferme in ſcriptura tota amarius mihi verbum, quam pœnitentia, nunc nihil dulcius aut gratius mihi ſonet, ita enim dulceſcunt praecepta Dei, quando non in libris tantum, ſed in vulneribus dulciſſimi ſervatoris legenda intelligimus.*** Et poſt pauca. ***His inhaerens auſus ſum putare, eos falſos eſſe, qui operibus pœnitentiae tantum tribuerunt, ut pœnitentiae vix reliquum nobis fecerint praeter frigidas quaſdam ſatisfactiones & laborioſiſſimam confeſſionem, latino ſcilicet vocabulo adducti, quod pœni-***

(*) Inſuper 1) fatetur ipſe Bellarminus col. 1185. D. *ſignificationes vocum ex uſu potius ſcripturæ & auctorum, quam etymologia ducendas eſſe.* Ubi vero pœnitentia in ſcripturis pro ſatisfactione ponitur? 2) Si a vocabuli etymologia argumentandum eſſet, in lingua originali hebræa & græca, non autem aliena conſiderari deberet. Hebræum autem תשובה & Græcum *μετάνοια* pœnarum ſignificationem non habet. 3) Si maxime reſpectus pœnæ involvatur, hoc tamen de interno potius dolore, quam exteriori mulcta, pœnitentibus impoſita, intelligendum foret. Eo enim reſpexerunt patres. Auguſtinus tom. IV. lib. de vera & falſ. pœnit. c. VIII. col. 1043. *Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe.* c. XIX. col. 1053. *Pœnitere eſt pœnam tenere, ut ſemper puniat in ſe ulciſcendo, quod commiſit peccando.* Vide etiam epiſt. 108. ad Seleuc. Eo ſenſu etiam apud latinos auctores vox *pœnitendi* uſurpatur. Gellius lib. XVII. noct. attic. c. 1. *Pœnitere tum dicere ſolemus, cum quæ ipſi fecimus, aut quae de noſtra voluntate noſtroque conſilio facta ſunt, ea nobis poſt incipiunt diſplicere, ſententiamque in bis noſtram demutamus.* 4) Licet ad exteriorem mulctam referatur, tamen hinc operum ſatisfactio papalis ab eccleſiaſtica ſatisfactione diſtincta non poteſt probari. Meiſnerus p. II. ſob. phil. ſect. 1. c. 1. q. 21. Germanicum *Buß* videtur deſcendere a radice בוש *erubuit*, ſic David orat Pſal. VI. 11. *pudore adficiantur inimici mei*, quod Auguſtinus ſic interpretatur, Davidem velle ipſos pœnitentiam agere. GERHARDUS.

(**) Gregorius de Valent. etiam tom. IV. diſput. 7. q. 2. punct. 1. col. 1593. C. *Turpiter*, inquit, *erravit Lutherus, qui ſcripſit, ad pœnitentiam non pertinere dolorem de peccato præterito, ſed tantum vitæ emendationem.* Vide art. III. partis 3. art. Schmalc. Lutherus hoc voluit, pœnitentiam non in ſolis doloribus & terroribus conſiſtere, ſed potius in amore juſtitiæ, fiducia gratiæ & mutatione vitæ. Agnoſcit hoc Pererius, dum in cap. XXVII. Gen. diſput. VIII. pag. 770. ſuper locum Hebr. XII. 17. *non invenit pœnitentiæ locum*, ita commentatur: *Hoc loco vox pœnitentiæ ſignificat mutationem facti vel diſpoſitionis.* Et in hanc ſenſum alios ſcripturæ textus adlegat, & tandem concludit: *Liquet igitur in vocabulo pœnitentiæ notionem eſſe ac ſignificationem mutationis.* GERHARDUS.

pœnitentiam agere actionem magis ſonet, quam mutationem adfectus, & graeco illi μετανοεῖν nullo modo ſatisfacit. Hæc Lutherus, ex quibus facile adparet: 1) non ipſam *pœnitentiae* vocem improbari, ſed taxari eos, qui ex phraſi: *agere pœnitentiam*, ſatisfactiones deducere cupiunt, cum in græco ſit *μετανοεῖν*, quod adfectus mutationem ſignificat. Tertullianus lib. II. adverſ. Marcion. cap. 20. pag. 212. *In graeco ſono pœnitentiae nomen non ex delicti confeſſione, ſed ex animi demutatione compoſitum eſt.* 2) non negari, pœnitentiæ dolorem eſſe conjunctum, interim tamen ab amore juſtitiæ ac Dei illum debere incipere, & fidem in vulneribus Chriſti recumbentem eidem conjunctam eſſe oportere, ac proinde peccatorum remiſſionem non in noſtris operibus aut ſatisfactionibus, ſed in Chriſto quærendam eſſe. Nimirum idem voluit Lutherus, quod ex Auguſtino de pœnit. adlegat. cap. Si Apoſtolus, diſt. 3. de pœnit. *Verus pœnitens de peccatis dolet, & de dolore gaudet.*

§. V. Græcis duo potiſſimum vocabula ſunt uſitata *μετάνοια* & *μεταμέλεια*. Μετανοεῖν eſt poſt factum ſapere, mentem & conſilium in melius mutare, ad ſanam mentem redire. Opponitur τῷ προνοεῖν, unde quibusdam placet dici ab *ἀνοίᾳ dementia*, & *μετὰ poſt*, quaſi ſit dementiæ & ſtultitiæ correctio, cui reſpondet apud Latinos vox *reſipiſcentiae*, quæ notat mentis emendationem, reditum ad mentem & animi demutationem, docente Tertulliano lib. II. adv. Marcion. pag. 212. & Lactantio lib. VI. divin. inſtit. cap. 24. ubi ſic ſcribit: *Is, quem facti ſui pœnitet, errorem ſuum priſtinum intelligit, ideoque Graeci melius & ſignificantius μετάνοιαν dicunt, quam nos poſſimus reſipiſcentiam dicere. Reſipiſcit enim, ac mentem ſuam quaſi ab inſania recipit, quem errati piget, caſtigatque ſe ipſum dementiae, & confirmat animum ſuum ad rectius vivendum, tum illud ipſum maxime cavet, ne rurſus in eosdem laqueos inducatur* (*). Apud Hebræos reſpondet ei vox תְּשׁוּבָה, *reditus* ac *reverſio*. Lutherus in epiſt. ad Staupit. tom. I. Jenenſ. Latin. fol. 74. *Studio & gratia eruditiſſimorum virorum, qui nobis Graeca & Hebraea officioſiſſime tradunt, didici, idem verbum graece μετάνοια dici a μετὰ & νοεῖν, id eſt, a poſt & mentem, ut ſit pœnitentia ſeu μετάνοια reſipiſcentia, & poſt acceptum damnum & cognitum errorem intelligentia ſui mali, quod ſine mutatione adfectus & amoris fieri eſt impoſſibile. Denique profeci & vidi, μετάνοιαν non modo a poſt & mentem, ſed a trans & mentem poſſe deduci, (ſit ſane violentum) ut μετάνοια tranſmutationem mentis & adfectus ſignificet, quod non modo adfectus mutationem, ſed & modum mutandi, id eſt, gratiam Dei videbatur ſpirare. Nam tranſitus ille mentis, id eſt, veriſſima pœnitentia, celeberrimus eſt in ſacris literis, ut quem phaſe illud vetuſtum olim ſignificavit, Chriſtus exhibuit, & longe ante Abraham quoque figuravit, quando tranſitor, id eſt, Hebraeus vocari cœpit, trajectus ſcilicet in Meſopotamiam, ut Burgenſis recte docet.* Hæc Lutherus.

Μετάνοια.

§. VI. Μεταμέλεσθαι & μεταμελεῖν eſt *poſt factum aliquod ſolicitum & anxium eſſe*, ita ut in

Μεταμέλεια.

(*) Flacius p. I. clavis, col. 905. triplicem etymologiæ vel compoſitionis rationem adfert: 1) ut ſignificet poſt factum intelligere, aut animadvertere erratum vel conſiderare ac cogitare. 2) Ut ſignificet cogitatione revolvere factum, ſicut præpoſitio *μετὰ* aliquando idem valet, quod *trans* aut *denuo*; ut *μεταμορφᾶν transformare*, *μετασκευᾶν reficere opus*, ſic *μετανοεῖν* id, quod antea *ἐννόησας* cogitaſti, denuo & aliter cogitare & conſiderare & velut animo recoquere, inque formam aliam refundere aut refringere. 3) Ut præpoſitio idem valeat, quod *cum*, ſitque *μετανοεῖν* cum animo aliquid reputare, ſicut & Latini dicunt, ſuo cum animo aliquid conſiderare, non temere ac ſine cogitatione aliquid agere, ſicut ante in peccando factum fuit. Rationes hæ ſingulæ naturam pœnitentiæ ſatis aperte declarant. Eſt enim illa a) erroris agnitio & ſapientia poſt factum, b) agniti deteſtatio conjuncta cum ſerio voto, ut aliter eſſet factum, c) mentis mutatio &c. GERHARDUS.

in animo oriatur diſplicentia, qua quis rem factam infectam eſſe exoptat, cui reſpondet vox *pœnitentiae*, quatenus ſignificat dolorem in animo conceptum ob malum commiſſum vel bonum prætermiſſum. Tertullianus lib. de pœnit. ſtatim in principio pag. 551. *Pœnitentiam, hoc genus hominum, quod & ipſi retro fuimus*, (ethnici) *naturatenus norunt, paſſionem animi quandam eſſe, quae veniat de offenſa ſententiae prioris.* Bellarminus lib. I. de pœnit. cap. 7. col. 1185. B. *vocem* μεταμελείας *nusquam fere in ſcripturis occurrere* ait, *cum de converſione hominis peccatoris agitur.* Sed occurrit Matth. XXI. 29. Porro μεταμέλεια ac pœnitentia non ſolum eorum eſt, quæ poſſumus mutare & corrigere, ſed etiam illorum, quæ neceſſario nos premunt, nec ullam patiuntur mutationem, μεταμέλησει τοῦ γήρως, *ſenectutis eum pœnitet.* Adcurate igitur loquendo μετάνοια mutationem *mentis*, μεταμέλεια *voluntatis* ſignificare videtur: μετανοεῖν eſt ad meliorem mentem redire, μεταμέλεσθαι pœnitudine duci eorum, quæ antea placuerunt (*).

Quomodo differant μετάνοια & μεταμέλεια?

§. VII. Μετάνοιαν in ſacris literis ſemper in bonam partem uſurpari, & ſalutarem emendationem ſignificare, contra vero μεταμέλειαν in vitio etiam uſurpari, diſputat Bucanus loc. XXX. p. 287. ſecutus Bezam & Hemmingium, qui μεταμέλειαν ad legem, μετάνοιαν ad evangelium referunt, atque illa quidem pœnitentiam pœnitendam, ſcilicet dolorem ſine fidei temperamento, hac vero pœnitentiam ἀμεταμέλητον, ſcilicet dolorem cum reditu ad ſaniorem mentem per fidem & vitæ emendationem denotari ſcribunt (**). Sed enim quamvis plerumque μετάνοια de ſalutari contritione, cui fides & emendatio vitæ conjuncta eſt, μεταμέλεια vero de hypocritica contritione, a fide & ſpe veniæ ſejuncta, uſurpetur; exempla tamen ſcripturæ oſtendunt, diſcrimen hoc non eſſe perpetuum. Inde LXX. interpretes vocem hebræam נחם promiſcue reddunt per μεταμέλομαι. Ezech. XIV. 22. & μετανοέω Jer. VIII. 6. De Eſavo dicitur Hebr. XII. 17. quod non invenerit μετανοίας τόπον, quem tamen ſalutarem pœnitentiam egiſſe, haud quaquam credimus, quamvis *paſſive* de pœnitentia patris, ſive mutatione conſilii paterni illud accipi poſſit, inde Chryſoſtomus

(*) Cæterum 1) μεταμέλεσθαι in vitio etiam uſurpatur, μετανοεῖν vero ſemper in bonam partem. 2) μεταμέλεσθαι magis congruit ad dolorem & contritiones, μετανοεῖν vero vitæ & conſilii mutationem. 3) μεταμέλεια latine *pœnitentia*, μετάνοια vero *reſipiſcentia* vel *transmentatio* adpellatur. Hanc diſtinctionem vocum urgent Beza in annot. ad c. III. Matth. Muſculus in locis f. 255. Zanchius in volum. poſth. in IV. præc. loc. 6. p. 745. Bucanus in inſtit. loc. XXX. q. 1. p. 312. Obſerva autem a) diſtinguendum eſſe inter ſignificationem *etymologicam* & *biblicam.* Secundum illam voces prædictæ ita videntur differre, ut μετάνοια *mutationem mentis*, μεταμέλεια *ſolicitudinem* notet; ſecundum hanc autem conveniunt, quia utraque vox pro vera & ſalutari pœnitentia uſurpatur. b) Vocabulum μετανοίας dupliciter accipi: *late* pro integra pœnitentia Matth. III. 2, 8, 11. IX. 13. Luc. XV. 10. & XXIV. 47. Act. II. 38. XIX. 4. 2 Petr. III. 9. Apoc. II. 5. *ſtricte* pro ſola contritione. Marc. I. 15. Act. XX. 21. GERHARDUS.

(**) Idem ſtatuit Danæus part. IV. iſag. chriſt. lib. 4. de fide cap. 52. Beza in annot. Matth. III. μετανοεῖν, *cum eſt verbum abſolutum, proprie ſignificat poſt factum ſapere, & de errore admiſſo dolere, ut corrigas, nec unquam ſumitur niſi in bono, ſemper enim cum* μετανοίᾳ *cohæret* συντριμμὸς; *at* μεταμέλεσθαι *declarat, poſt rem aliquam factam ſolicitum eſſe & anxium, pro quo latini dicunt pœnitere, atque id uſurpari etiam poteſt in vitio. Neque enim proprie complectitur vitæ & conſilii mutationem in melius, ſed ſimpliciter ſolicitudinem quandam* καὶ δυσαρέστησιν *diſplicentiam.* Idem repetit volum. I. oper. theol. p. 328. Rupertus abbas in cap. V. Oſeæ: *Pœnitentiam agere & converti ad Dominum non ſunt idem in ſacris litteris. Si hæc idem eſſent, Achab impium regem fatebimur reverſum fuiſſe ad Dominum, quia pœnitentiam egit pro ſanguine Naboth, quem occidit &c. Egit pœnitentiam, non ut æternum Dei regnum conſequeretur, ſed ne temporali regno Samariæ excideret.* GERHARDUS.

ſtomus, tum Eſavi, tum Judæ pœnitentiam deſcribens utitur voce μετανοῆσαι. Prov. XIV. 15. πανῦργος ἔρχεται εἰς μετάνοιαν. Sap. V. 3. de impiis in extremo judicio fruſtra pœnitentibus dicitur ἐρῦσιν ἐν αὐτοῖς μετανοῦντες. Vocem μεταμελείας de ſalutari pœnitentia uſurpari manifeſte conſtat ex Matth. XXI. 29. ὕστερον μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε v. 32. ὑμεῖς δὲ ἰδόντες ὐ μετεμελήθητε (*). Quid de diſtinctione inter contritionem *legalem* & *evangelicam* ſtatuendum ſit, ſuo loco docebitur.

§. VIII. Hebræis uſitata eſt vox תְּשׁוּבָה, *reditus, converſio, ad Deum regreſſio*, cui opponitur מְשׁוּבָה, *averſio, defectio, abitus ad malum*, a radice שׁוּב, *rediit, reverſus fuit*: quando enim peccamus, a Deo nos avertimus, & ab eo recedimus. Eſai. LIX. 2. *Peccata veſtra diviſerunt inter vos & Deum veſtrum.* Quando vero pœnitentiam agimus, iterum ad Deum redimus. Deut. XXX. 2. *quando redibis* שַׁבְתָּ, *ad Dominum Deum tuum, & audies in voce ejus.* 1 Reg. VIII. 35. יְשׁוּבוּן, *redibunt a peccatis ſuis*, ubi duo termini converſionis hujus proponuntur. Inde Irenæus libr. III. cap. 35. *Pœnitentiam & regreſſum* conjungit, prius per poſterius ἐξηγητικῶς declarans. Quemadmodum enim omnis motus verſatur inter terminum *a quo* & terminum *ad quem*, ita quoque pœnitentia eſt תְּשׁוּבָה, ἐπιστροφὴ ſive *converſio* a peccatis ad juſtitiam, a diabolo ad Deum, a morte ad vitam, a tenebris ad lucem, ab eo, quod eſt φαινομένως bonum, ad illud, quod ὄντως tale. Act. XXVI. 18. ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότυς εἰς φῶς καὶ τῆς ἐξυσίας τῦ σατανᾶ ἐπὶ τὸν θεὸν. v. 20. μετανοεῖν καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεὸν, quo ſenſu Phavorinus dicit, pœnitentiam eſſe converſionem ἀπὸ τῶν πταισμάτων ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἀγαθὸν. Damaſcenus libr. II. orth. fid. cap. 30. definit, quod ſit ἐκ τῦ παρὰ φύσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν καὶ ἀπὸ τῦ διαβόλυ πρὸς τὸν θεὸν ἐπάνοδος. Auguſtinus de vera & falſ. pœnit. cap. 1. *quod homines ad angelos reducat, & creaturam creatori reſtituat.* Cogitent piæ mentes, an non poſſit in dicto Eſai. XXX. 15. *In quiete ſalvabimini*, per שׁוּבָה intelligi pœnitentia, per quam ad veram animæ quietem adſpiramus. Ita certe reddiderunt LXX. interpretes: ὅτε ἀποστραφεὶς στενάξῃ, τότε σωθήσῃ, quos ſequitur Ambroſius lib. I. de pœnit. cap. 4. *Si converſus ingemueris, ſalvus eris.*

§. IX. Pœnitentiæ vox variis accipitur modis (**). In genere notandum, quod tribuatur vel Deo, vel hominibus. *Deo* tribuitur ἀνθρωποπαθῶς καὶ ἐνεργητικῶς. Sic Gen. VI. 6. & 7. *Pœnitet me feciſſe hominem.* 1 Sam. XV. 35. *Pœnitet me, quod Saulem conſtituerim regem.* Pſal. CVI. 45. *Pœnituit eum ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum.* Jon. III. 10. *Pœnituit Deum mali, quod locutus erat eis, & non fecit.* Pœnitere autem dicitur Deus, non quod eventum rerum ignoraverit, vel dolore quodam perturbatus fuerit, vel conſilii ſui mutationem ſuſceperit, ſed quod ea in exteriori opere egerit, quæ videmus homines pœnitentia priorum factorum ductos agere. Pulcre Tertullianus lib. II. adv. Marcionem cap. 20. *Non ſi hominem ex recordatione plurimum delicti, interdum & ex alicujus boni operis ingratia*

ὁμωνυμία vocis pœnitentiæ.

(*) Patres promiſcue illa voce uſos, conſtat ex Epiphanio adv. Catharos. εἴ τις παρέπεσεν, ὐκ ἀπολλύει τῦτον ἡ ἁγία τῦ θεῦ ἐκκλησία. δίδωσι γὰρ καὶ ἐπάνοδον, καὶ μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν. Chryſoſtomus in epiſt. ad Hebr. μετενόησε καὶ ὁ Ἰούδας, ἀλλὰ κακῶς, ἀπήγξατο γάρ. Ipſum etiam Urſinum veritas profiteri coegit part. IV. catech. p. 16. *diſcrimen in his verbis vel eſſe nullum, vel exile, niſi quod* μετάνοια *partis intelligentis,* μεταμέλεια *partis volentis mutationem proprie ſignificet.* GERHARDUS.

(**) Conferenda, quæ de diverſis vocis hujus ſignificationibus adnotarunt JO. CASPAR SUICERUS in *theſauro eccleſiaſt. tom. II. p. 353.* & JO. MUSÆUS in *tract. theol. de converſione hominis peccatoris ad Deum, p. 68.*

tia pœnitet, ideo & Deum proinde: in quantum enim Deus nec malum admittit, nec bonum damnat; in tantum nec pœnitentiae boni aut mali apud eum locus. Nam & hoc tibi ſcriptura determinat, dicente Samuele Sauli: (1 Sam. XV. 29) Non convertetur Dominus, nec aget pœnitentiam, quia non ſicut homo eſt ad pœnitendum. *Haec itaque definitio in omnibus aliam formam divinae pœnitentiae ſtatuit, quae neque ex improvidentia, neque ex levitate, neque ex ulla boni aut mali operis damnatione reputetur, ſicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiae divinae? jam relucet, ſi non ad humanas conditiones eam referas. Nihil enim aliud intelligetur, quam ſimplex converſio ſententiae prioris, quae etiam ſine reprehenſione ejus poſſit admitti.* Auguſtinus lib. XV. de civ Dei, cap. 15. *Cogitatio & recogitatio Dei eſt mutandarum rerum immutabilis diſpoſitio. Neque enim ſicut hominem, ita Deum cujusquam facti ſui pœnitet, cujus eſt de omnibus omnino rebus tam fixa ſententia, quam certa praeſcientia.* Idem lib. XVII. de civ. Dei, cap. 7. *Non pœnitet Deum ſicut hominem: ubi enim legitur, quod pœniteat, mutatio rerum ſignificatur, immutabili praeſcientia manente divina.* Deſumta hæc ſunt ex Num. XXIII. 19. 1 Sam. XV. 29. Mal. III. 6.

§. X. Reſpectu eo, quo *hominibus* tribuitur pœnitentia, variis modis accipitur. *Abſolute* & in genere quamvis conſilii & propoſiti mutationem ſignificat. Exod. XIII. 17. Deus non deduxit Iſraëlitas per viam proximam, videlicet per terram Philiſtinorum, *ne forte pœniteret eos.* 1 Sam. XV. 29. *Deus non eſt ſicut homo, ut pœnitentiam agat*, hoc eſt, ut conſilium & propoſitum ſuum mutet, ſicut homines ſolent, quos propterea εὐμετάβολα ζῶα Plato vocat. *Proprie* & in ſpecie pro hominis ad Deum converſione vox pœnitentiæ accipitur, idque dupliciter, primo quidem pro *externis* converſionis actibus & ſignis, ſive converſio illa ſit ſeria ſive ſimulata. 2 Paral. XXXIII. 12. *Manaſſes in anguſtiis & vinculis conſtitutus deprecatus eſt Dominum, & egit pœnitentiam valde*, id eſt, exterioribus ſignis & actibus ſeriam converſionem & humiliationem ſuam teſtatus eſt. Matth. XI. 21. *Si in Tyro & Sidone factae fuiſſent tales virtutes, in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent.* Deinde pro *internis* pœnitentiæ & converſionis motibus, ex quibus exteriores illi actus oriuntur, idque iterum dupliciter: *primo* quidem ὁλικῶς pro toto converſionis actu, Jer. XVIII. 8. *Si pœnitentiam egerit gens illa a malo, agam & ego pœnitentiam,* dicit Dominus. Matth. IX. 13. dicit Chriſtus: *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Act. XI. 18. *Dedit gentibus μετάνοιαν εἰς ζωήν. Deinde* μερικῶς pro ſola contritione, priore pœnitentiæ parte. Marc. I. 15. *Agite pœnitentiam, & credite evangelio.* Act. XX. 21. *Conteſtatus ſum Judaeis & Graecis pœnitentiam ad Deum & fidem in Chriſtum.* Vis & origo vocabuli magis declinat ad ſignificationem *poſteriorem*, ſed uſus ſcripturæ & eccleſiæ magis declinat ad *priorem*. Porro an ὁλικῶς, an vero μερικῶς *pœnitentiae* vocula accipiatur, ex ſequentibus regulis conſtabit. Quando pœnitentiæ tribuitur effectus remiſſionis peccatorum, gratiæ divinæ, averſionis vel mitigationis pœnarum, vitæ & ſalutis æternæ, nec tamen diſerta mentio fit fidei, in illis dictis pœnitentiæ nomine totum converſionis opus intelligendum eſt. Viciſſim quando fides in Chriſtum pœnitentiæ diſertis verbis adjungitur, tunc pœnitentiæ nomine altera tantum pars illius, videlicet contritio, intelligitur. Atque hæ ſunt potiores hujus vocabuli ſignificationes. Singularis ea eſt, qua Hebr. XII. 17. *paſſive* pro mutatione facti præcedentis accipitur: *Eſau non invenit locum pœnitentiae*, id eſt, non potuit a parente Iſaaco impetrare, ut benedictionem Jacobo collatam pronunciaret irritam.

Συνώνυμα Pœnitentiæ.

§. XI. Pœnitentiæ pro vera ad Deum converſione acceptæ varia ſunt *ſynonyma*. Quos enim peccatorum ſuorum ſalutariter pœnitet, illi dicuntur a peccatis ad Dominum converti, a via ſua reverti, quærere Dominum, reſurgere, declinare a malo & facere bonum, &c. Conſtituemus tales ſynonymarum adpellationum claſſes. Quædam ſunt *generales*, totum converſionis

ſionis

opus exprimentes; quædam vero *ſpeciales*, converſionis parte totum deſcribentes. *Ge-* 's adpellationes hæ ſunt, quando pœniten- Ratione termini *a quo* dicitur ἀποςροφὴ *-ſio a peccatis*, 1 Reg. VIII. 35. Eſai. LIX. 20. *malis*, 2 Par. VII. 14. *ab impietate & tate*, J r. XVIII. 8 Ezech. XVIII. 30. ἀπό- ἀπ' ἀδικίας, 2 Tim. II. 19. 2) Ratione ii *ad quem* dicitur ἐπιςροφὴ, *converſio ac* *s ad Dominum*. Deut. XXX. 2. Jer. III. *Haec dicit Dominus, ſi converteris Iſrael, convertere*, Jer. XV. 19. 3) Ratione *que* termini dicitur converſio abſolute. Jer. I. 19. *Poſtquam convertiſti me, egi pœ- iam.* Act. III. 19. *Agite pœnitentiam, & rtimini.* In quibusdam dictis uterque ter- diſertis verbis conjungitur. Act. XXVI. 18. *vertantur a tenebris ad lucem, & de po- ſatanae ad Deum.* 4) Ratione *effecti* di- *pœnitentia ad remiſſionem peccatorum*, I. 4. & *ad vitam*, Act. XI. 18. 5) *Me- rice* a ſimili dicitur *reſurrectio prima*, re- ſcilicet ſecundæ illius reſurrectionis corpo- quam in extremo die exſpectamus Apoc. 5. *Beatus & ſanctus, qui habet partem urrectione prima*, ἐν τῇ ἀναςάσει πρώ- *his ſecunda mors non habet poteſtatem* (*). I. 12. *reſurrexiſtis* συνηγέρθητε διὰ τῆς ς v. 13. *cum mortui eſſetis in delictis, ificavit* συνεζωποίησε *cum illo*. Eph. .. ἔγειραι ὁ καθεύδων καὶ ἀνάςα ἐκ τῶν νε- (Hebr. VI. 1. *pœnitentia ab operibus is*) καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ χριςὸς, ubi conjun- ἔγερσις, ἀνάςασις καὶ τὸ ἐπιφαυεῖν. 2 Tim. *Si forte det illis Deus pœnitentiam*, v. 26. *ipiſcant a diaboli laqueis*; ἀνανήφειν eſt *rietatem redire*, mentis compotem fieri. *les* adpellationes, συνεκδοχικῶς converſio- eſcribentes, ſunt, 1) confeſſio. 1 Joh. I. 9. *fiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & ju- t remittat nobis peccata.* Prov. XXVIII. 13. *git ſcelera ſua, nunquam proſpere aget*; *qui vero confitetur ac derelinquit, miſericordiam conſequetur.* 2) Triſtitia ſecundum Deum 2 Cor. VII. 10. *Quae ſecundum Deum triſtitia eſt*, μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. 3.) Declinatio a malo & bonum propoſitum. Pſal. XXXVII. 27. *Declina a malo, & fac bonum, & habitabis in ſeculum, &c.* Juſtinus pœnitentiam agere vocat μεταβάλλειν, apol. II. p. 52. μεταθέσθαι, pag. 71. μεταγινώσκειν, dial. cum Tryph. p. 177.

Periphraſes pœnitentiæ ex veteribus.

§. XII. Referenda huc ſunt epitheta ac periphraſes, quibus pii veteres pœnitentiam deſcribunt, iisdemque ad agendam pœnitentiam nos exſuſcitant. Juſtinus in qq. & reſp. ad orthod. q. XCVIII. p. 351. *probatam* vocat *peccantium medelam* δόκιμον ἰατρὸν τῶν ἁμαρτωλῶν. Tertullianus lib. de pœnit. pag. 553. *Pœnitentia vita eſt.* pag. 555. *pretium, quo Dominus veniam addicere conſtituit.* Lactantius lib. VI. inſtit. c. 24. p. 377. *Portus ſalutis medicina pœnitentiae.* In epit. div. inſt. cap. 6. p. 541. *magnum pœnitentiae auxilium, magnum ſolatium, illa eſt vulnerum peccatorumque ſanatio, illa ſpes, illa portus ſalutis.* Gregorius Nazianzenus orat. XV. pag. 236. μέγα κακίας φάρμακον. orat. XL. in S. baptiſma p. 641. δευτέρα κάθαρσις. Ambroſius lib. de fuga ſeculi c. 6. tom. IV. p. 316. *bona fuga.* Auguſtinus de vera & falſa pœnit. cap. 1. *Via, quae homines ad angelos ducit, & creaturam reddit creatori.* Idem XVII. de civ. Dei. c. 20. vocat *ſaluberrimam pœnitendi humilitatem.* Iſidorus lib. de ſumm. bono: *Pœnitentia eſt medicamentum vulneris, ſpes ſalutis, per quam mors deſtruitur & vita reperitur, infernus clauditur, cœlum aperitur, diabolus fugatur, Deus invenitur.* Chryſoſtomus in orat. quod unus & idem legislator: ῥίζα θεοσεβείας μετάνοια. Taraſius in epiſt. ad Joh. presbyt. tom. II. conc. *Pœnitentia eſt armatura magna, ſalutis via, hoſpitii* regni

(*) Pœnitentia vocatur *reſurrectio prima* Joh. V. & Apoc. XX. Cauſam exponit Auguſtinus lib. XX. de civ. Dei. c. 6. *quia habent & animae mortem ſuam in impietate atque peccatis.* GERHARDUS.

regni cœlorum diſpenſatrix, incorruptibilis vitae dux, martyricorum certaminum aequiparatio, ad Deum viam indicans & cum ipſo nos eſſe faciens, humani generis baculus, cadentium & lapſorum reſurrectio, &c. Bernhardus ſerm. XXX. ſuper Cantic. col. 587. *Lacrimae peccatorum ſunt vinum angelorum.* ſerm. LXVIII. in Cant. *Pœnitentium lachrimae angelorum delitiae.* Breviter, holocauſtum medullatum eſt cor peccatoris humiliatum, & quotidianis lachrimis rigatum.

An pœnitentia ſit ſecunda poſt naufragium tabula?

§. XIII. Solenne eſt Hieronymo, pœnitentiam vocare *ſecundam poſt naufragium tabulam.* epiſt. VIII. & XLVII. in cap. III. Eſai. Idem facit Ambroſius lib. ad virginem lapſam cap. 8. tom. I. p. 137. *Tu, quae ingreſſa es agonem pœnitentiae, inſiſte miſera fortiter, inhaere tanquam naufragus tabulae, ſperans per ipſam te de profundo criminum liberari.* Ambo imitati ſunt Tertullianum, qui libr. de pœnit. p. 553. ſic ſcribit: *Pœnitentiam tu peccator mei ſimilis (imo nec minor, ego enim praeſtantiam in delictis meam agnoſco) ita invade, ita amplexare, ut naufragus alicujus tabulae, fidem. Haec te peccatorum fluctibus merſum prolevabit, & in portum divinae clementiae protelabit.* Id vero non hoc ſenſu accipiendum, quaſi fœdus, quod in baptiſmo nobiscum Deus iniit, fragile & temporarium ſit, ita ut baptiſmi navis plane diſſiliat, ſed eſt immotum, perpetuum ac ſempiternum fœdus, Oſe. II, 19. Rom. XI. 29. 2 Tim. II. 12. ad quod per pœnitentiam ſemper nobis patet reditus, cum baptiſmi virtus per totam vitam duret, ut ſuo loco demonſtrabitur. Nos igitur per peccata contra conſcientiam ex navi baptiſmi in profundum damnationis mare proſilimus, ideoque ſecunda tabula opus eſt, per quam ad fœdus gratiæ & baptiſmi navim iterum redeamus, niſi in profundo peccatorum pelago perire velimus. Quin imo naufragium illud, poſt quod ſecunda tabula neceſſaria eſt, rectiſſime intelligitur de naufragio fidei & bonæ conſcientiæ, quam per peccata contra conſcientiam amittimus, ſed per ſeriam pœnitentiam iterum recuperamus. 1 Tim. I. 19. *Quidam repellentes ἀπωσάμενοι bonam conſcientiam, naufragium fidei fecerunt.*

CAPUT II.
AN SIT POENITENTIA?

An ſit pœnitentia?

§. XIV. Antequam vero ad naturam ac partes pœnitentiæ explicandas deſcendamus, primo omnium probandum eſt, eſſe pœnitentiam, hoc eſt, vere pœnitentibus reditum ad Deum patere, iisdemque peccatorum remiſſionem annunciandam eſſe (*). Fuerunt etiam ſuperioribus ſeculis circa annum CCXX.

(*) Photiniani ſtatuunt: *Si quis in peccata mortalia voluntaria & contra conſcientiam prolabatur, & non ſtatim, ſimulac ea commiſit, de iisdem vere doleat & pœnitentiam agat, illum poſtmodum nullam amplius conſequi poſſe remiſſionem peccatorum, ſi maxime cum lacrimis eam quærat, muthwillige Sünde haben kein Opffer,* Hebr. X. MATTH. RADEKE Syndicus Dantiſc. in libro, cui titulus: *Welche ſind, die Chriſtum verleugnen?* JOH. SOMMERUS ſcribit: *pœnas temporales, quæ ob ſcelera infliguntur, non niſi a Deo irato infligi & æternæ damnationis teſtimonia eſſe.* GERHARDUS.

Scriptoribus neo-photinianis, quorum teſtimonia heic adduxit GERHARDUS, adjungimus JONAM SCHLICHTINGIUM & VALENT. SMALCIUM, quorum ille ſuam hac de re ſententiam hiſce verbis expreſſit: *Si ſit homo, qui in peccatis manſerit eousque, ut ei non amplius tantum temporis ſuppetat, ut vitam & mores emendet, utpote, cui moriendum jam ſit, quidquid tandem lacrimarum profundat, & in quamcunque partem ſe verſet, vi novi fœderis damnandus eſt.* Vid. ejus *diſput. contra Meiſnerum quæſt. I. p. 25.* Quod vero ad SMALCIUM attinet, is in *refutatione theſium Wolfg. Franzii p. m. 389.* diſertis verbis ſcribit: *facinoroſos, quia a carnifice interficiuntur, vita æterna privari plus eſt, quam veriſimile.* Suffragatur eidem JO. LUDOV. WOLZOGENIUS, qui

ita

Novatiani negant.

CCXX. *Novatiani, a Novato* homine Afro & vafro dicti, qui pœnitentibus veniam negandam ſtaerunt (*). Euſebius libr. VI. c. 43. Nominant ſe Καθαρὲς κατὰ λογισμȣ̃ φυσίωσιν (**). ypriauus libr. I. epiſt. 1. ad Cornelium p. 2. *ovatianus, deſertor eccleſiae, miſericordiae hois, interfector pœnitentiae.* Serm. de cœn. dom. 455. *Nec quantitas criminis, nec brevitas mporis, nec horae extremitas, nec vitae enormitas, ſi vera contritio, ſi pura fuerit voluptatum mutatio, excludit a venia, ſed in amplitudine ſitus ſui mater caritas prodigos ſuſcipit revertentes, &, velit nolit Novatus haereticus, omni tempore Dei gratia recipit pœnitentes.* libr. V. in Joh. cap. XV. *Enimvero locus praeſens nunc exigit, ut ſcripturae cum verbis, tum exemplis oſtendatur Dei miſeratio indulta hominibus, quoties expetitur remiſſio. Peccaverunt filii Iſrael in vituli conflatilis adoratione. Oravit Moſes*

Domi-

ita hanc in rem pronunciat: *per carnificem e medio tolli, eſt locum pœnitentiæ non concedere;* in *reſponſ. ad Schlichtingii adnotat. de bello & magiſtratu, adnot. IV. §. XI. p. 103.* in *adpendice tom. II. oper.* Verum omnibus lapſis poſt converſionem reditum patere ad pœnitentiam, luculenter demonſtrarunt GERHARDUS, THUMMIUS, STEGMANNUS, BROCHMANDUS, CALOVIUS, SCHERZERUS, HOORNBEEKIUS, aliique, qui contra Socinianos calamum ſtrinxerunt.

Ad Socinianorum ſententiam proxime accedunt JAC. ARMINII diſcipuli, de quibus vid. GUSTAV. GEORG. ZELTNERI *breviarium controverſiarum cum Remonſtrantibus agitatarum, quæſt. XXXIV. p. 314. ſeqq.*

(*) *Novatiani*, quorum nomen a NOVATIANO, epiſcopo Romano, derivat CYPRIANUS *epiſt. LXXIII. ad Jubaian. p. 129.* lapſos ac graviorum peccatorum auctores a fidelium communione excludendos eſſe cenſuerunt, licet ejusmodi homines non omni ſpe veniæ delictorum a Deo impetrandæ privaverint. Diſtinguebant enim inter *eccleſiaſticam* & *divinam* peccatorum veniam, quarum *illa* ab eccleſia, *hæc* autem a Deo peccatoribus detur. Vid. SOCRATEM *hiſt. eccleſiaſt. libr. IV. cap. XXVIII. p. 245.* & *libr. VII. cap. XXV. p. 367.* Nec obſtat, quod EUSEBIUS, EPIPHANIUS ac THEODORETUS referunt, docuiſſe Novatianum, nullam lapſis ſalutis ſpem ſupereſſe; valde enim probabile eſt, eos non ipſum Novatiani dogma, ſed potius conſectarium, quod nonnulli ex opinione ejus eliciebant, ille vero haud probabat, in ſcriptis ſuis tradidiſſe. Cum enim iſta ætate haud pauci ſibi perſuaderent, eos, qui communione eccleſiaſtica eſſent privati, ſalutis æternæ participes fieri haud poſſe, facile fieri potuit, ut ſententia Novatiani de lapſis, communione ſacrorum excludendis, ita intelligeretur, ac ſi lapſi, ex ejusdem ſententia, omni ſpe ſalutis æternæ conſequendæ prorſus eſſent privati. Cæterum nimia iſta erga lapſos & peccatores ſeveritas, pro qua pugnabat NOVATIANUS, primam infauſto ſchiſmati ſeculo III. in eccleſia exorto materiam ſuppeditavit. NOVATIANI partibus ſe poſtea adſociavit NOVATUS, presbyter Carthaginenſis, qui, Carthagine relicta, Romam profectus eſt, & cum Novatiano amicitiam ibidem contraxit. Ægre is antea ferebat antiſtitis ſui Cypriani erga lapſos ſeveritatem; ſed, mutata poſtea mente, rigidiorem erga lapſos diſciplinam adhibendam eſſe cenſuit, & cum Novatiano præcipuus ſchiſmatis, rebus chriſtianis calamitoſi, auctor exſtitit. GERHARDUS aliique originem ſectæ & ſchiſmatis hujus non a Novatiano, ſed NOVATO derivandam eſſe cenſent, quibus ex veteribus AUGUSTINUS viam præivit. Plura hanc in rem non addimus, cum inſtituti noſtri brevitas id haud permittat. Copioſius Novatianorum hiſtoriam deſcripſerunt atque illuſtrarunt ex recentioribus JO. FORBESIUS in *inſtruct. hiſtorico-theol. libr. XII. cap. X. p. 666.* & *libr. XIV. cap. III. p. 711.* NATALIS ALEXANDER in *ſelect. capp. hiſt. eccleſiaſt. ſeculi III. diſſertat. XXII.* SEB. NANUS TILLEMONTIUS in *memoires pour ſervir à l'hiſt. eccleſiaſt. tom. III. part. III. p. 10. 75. ſeqq.* NATHAN. LARDNERUS in *the credibility of the Goſpel hiſtory, part. II. vol. IX.* CONSTANTINUS SUYSKENIUS in *act. ſanctor. tom. IV. menſ. ſept. p. 152. ſeqq.* JOSEPH. AUGUST. ORSI in *diſſert. hiſtor. de capitalium criminum abſolutione*, Mediolani *MDCCXXX. 4.* edita, *cap. V. p. 234.* b. cancell. MOSHEMIUS in *commentar. de rebus chriſtianorum ante Conſtantinum M. p. 512. ſeqq.* & inprimis venerandus Gœttingenſium theologus, CHRISTIAN. WILH. FRANC. WALCHIUS in *dem Entwurf einer vollſtændigen Hiſtorie der Kezereien &c. part. II. ſect. V. p. 185. ſeqq.*

(**) Idem lib. VI. hiſt. eccleſ. c. 7. de Novatianis dicit, quod *benigniſſimo Domino noſtro Jeſu Chriſto immiſericordiæ calumniam ſtruant.* GERHARDUS.

205 LOCI XVI. CAP. II.

Dominum, & praevaricationis hujus veniam obtinuit. Flagravit deſiderio carnium populus & murmuravit in Dominum, qui rurſum deprecante Moſe placatus eſt. Attonitus exploratorum narratione idem populus de Domino conqueſtus eſt, quod eum in terram illam ducturus eſſet, ubi hoſtili caderet gladio: iterum Moſes oratione ſua placabilem Dominum reddidit. Omitto concitationem populi Iſraelitici in ſeditione Core factam, & murmurationem ad aquas contradictionis, immiſſionemque ſerpentium ignitorum in populum ob domeſticas ſibi & quotidianas contra Deum obmurmurationes. In quibus omnibus inflexus Moſis precibus Dominus dedit remiſſionem populo non ſemel neque bis &c. libr. IV. epiſt. 2. *Si cum Novato lapſorum pœnitentiam reſpueremus, adſcribetur nobis in die judicii, nos ovem ſauciam non ſanaſſe, & propter unam ſauciam multas integras perdidiſſe. Chriſtus errantes quaeſivit, nos venientes rejiciemus?* Baſilius M. ſerm. de pœnit. *Rogemus ſalvatorem: quare ad nos veniſti? reſpondebit: non veni ſervare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Sciſcitemur ab ipſo: quid portas in humeris? ovem, reſpondebit, perditam. Quaeramus: cujus gratia gaudent, qui ſunt in cœlis? unius, reſpondebit, pœnitentis gratia angeli laetantur, & tu haeretice pœnitenti hanc invides laetitiam? Deus illum gaudio amplectitur, & tu hoc prohibes?* Epiphanius libr. II. tom. I. fol. 216. οὗτοι ἑαυτοὺς φήσαντες καθαροὺς, ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἀκαθάρτους ἑαυτοὺς ἀποτελοῦσι. πᾶς γὰρ ὁ ἑαυτὸν ἀποφήνας καθαρὸν, ἀκάθαρτον ἑαυτὸν τελείως κατέκρινε. *Hi, qui ſe ipſos Catharos, id eſt, puros adpellant, ab ipſo doctrinae ſuae argumento impuros ſe ipſos efficiunt. Omnis enim, qui ſe ipſum purum pronunciat, impurum ſe ipſum perfecte condemnavit.* Ambroſius libr I. de pœnit. c. 2. p. 153. tom. 1. *Ajunt* (Novatiani) *ſe exceptis gravioribus criminibus relaxare veniam levioribus. Non hoc quidem auctor veſtri erroris Novatianus, qui nemini pœnitentiam dandam putavit, ea ſcilicet contemplatione, ut, quod ipſe non poſſet ſolvere, non ligaret.* Epiphanius tom. I. libr. 2. hæreſ. 59. p. 214. edit. græc. Καθαροὶ λεγόμενοι ἀπὸ ναβάτου τινὸς, οὗτος ὁ ναβᾶτος ἐπὶ τῶν ῥωμαίων ὑπῆρχεν ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τοῦ πρὸ Μαξιμίνου, ἀπὸ δὲ τῆς προφάσεως ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσόντων, ἐπ᾽ χέρματι ἀρθεὶς ἅμα τοῖς ἐπαγομένοις αὐτῷ μὴ θελήσας κοινωνῆσαι τοῖς μετανοοῦσιν ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ, εἰς αἵρεσιν ταύτην τέτραπται, λέγων. μὴ εἶναι σωτηρίαν, ἀλλὰ μίαν μετάνοιαν, μετὰ δὲ τὸ λοῦτρον μηκέτι δύνασθαι ἐλεεῖσθαι παραπεπτωκότα. Auguſtinus libr. de hæreſ. ad Quodvultdeum. hæreſ. XXXVIII. *Cathari, qui ſe ipſos iſto nomine quaſi propter munditiem ſuperbiſſime atque odioſiſſime nominant, pœnitentiam denegant, Novatum ſectantes haereticum, unde etiam Novatiani adpellantur.* Socrates libr. VI. hiſtor. eccleſ. cap. 20. commemorat: Leontium, Ancyræ epiſcopum, Siſinnio, Novatianorum epiſcopo, roganti, ut eccleſiam ipſis ablatam reſtitueret, dixiſſe: ὑμεῖς, ὦ νουατίανοι, οὐκ ὀφείλετε ἐκκλησίας ἔχειν, τὴν μετάνοιαν ἀναιροῦντες καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ ἀποκλείοντες. Idem libr. I. hiſtor. cap. 7. refert: imperatorem Conſtantinum Acelio Novatiano, dicenti, eos, qui poſt baptiſmum in peccatum ad mortem inciderint, ad pœnitentiam cohortandos, ſed remiſſionis ſpem non a ſacerdotibus, ſed a Deo exſpectandam, reſpondiſſe: θὲς, Ἀκέσιε, κλίμακα καὶ μόνος ἀνάβηθι εἰς τὸν οὐρανόν. Ἀφορμὴ erroris Novatiani fuit quorundam apoſtaſia tempore perſecutionis, contra quos ſeveritate quadam utendum cenſuit Novatus. Quo pertinent etiam incommodæ locutiones veterum. Clemens libr. II. ſtrom. *Adparet, ſed non eſt pœnitentia, ſaepe petere de iis, quae ſaepe peccantur.* Tertullianus libr. de pœnit. pag. 557. *Intinctionis* (baptiſmi) *ſera obſtructa, collocavit Deus in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quae pulſantibus patefaciat, ſed jam ſemel, quia jam ſecundo: ſed amplius nunquam, quia proxime fruſtra, non enim & hoc ſemel ſatis eſt?* ubi recte annotat b. Rhenanus: *imo non ſolum ſemel aut ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.* Quod Bellarminus I. de pœnit. c. 6. & 9. Novatianorum hæreſin nobis tribuit, ac poteſtatem, remittendi peccata, ſacerdotibus traditam a nobis negari, ſcribit, de eo paulo poſt videbimus. Quod calumnias

ımnias & mendacia reliqua attinet, quæ πλοῦ :ἐτρῳ in hoc articulo idem ſcriptor noſtris triuit libr. I. de pœnit. c. 2. 3. 4. & 6. de illis la.us agere, non videtur operæ pretium, cum ex ıſpectione textus, collatione dogmatum & ſeuenti διηγήσει ſine negotio diſſolvantur. Quiam veteres in papatu adfirmarunt: *ſemel tantum utilem eſſe pœnitentiam, neque iterandam pro verentia ſacramenti, ne vileſcat & contemtilis fiat hominibus.* Gratianus diſt. II. de pœt. in exord. Lomb. IV. ſent. diſt. 14.

§. XV. Variarunt autem Novatiani, ut ſolet ereticorum genus, aliquoties controverſiæ ſtam. Quandoque enim ſimpliciter negarunt, ɔſt baptiſmum eſſe pœnitentiæ locum; quandoque conceſſerunt, lapſos ad pœnitentiam cohortandos eſſe, ſed remiſſionis ſpem non a ſacerdotibus, ſed a Deo exſpectandam eſſe; quanıque diſtinctionem fecerunt inter peccata *gra-ɔra*, inter quæ eminet crimen abnegationis in rſecutione, & *leviora* ſive quotidiana, hon quidem remiſſionem eccleſiæ miniſtris conſentes, illorum vero ſoli Deo relinquentes. l damnati ſunt hæretici iſti (*) in concilio ımano (**), quod Euſebius lib. VI. cap. 33. it fuiſſe celeberrimum, ac pii veteres opporunt illis ſequentia potiſſimum fundamenta. Deus per prophetas & apoſtolos jubet agere nitentiam, utique ergo pœnitentibus ſperanda catorum venia. *Neque enim comminaretur : pœnitenti, ſi non ignoſceret delinquenti*, ut te colligit Tertullianus libr. de pœnitent. p. 558.

Quod ſit pœnitentia?

Tales cohortationes ad agendam pœnitentiam frequentiſſime occurrunt. Jer. III. 12. *Revertere ad me rebellis Iſrael, dicit Dominus.* Matth. III. 2. *Agite pœnitentiam.* Act. XVII. 30. *Jubet Deus omnes ubique reſipiſcere &c.* 2) Deus teſtatur, ſe delectari hominum converſione, ac vere pœnitentibus remiſſionem peccatorum pollicetur, quis igitur pœnitentiæ locum eſſe neget? Ezech. XXXIII. 11. *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris &c.* Mal. III. 7. *Convertimini ad me, & convertar ad vos.* Hinc Gregorius Nazianzenus orat. II. in Epiph. *Deus nulla re adeo delectatur, quam hominis emendatione & ſalute.* Macarius hom. IV. p. 59. *Deus recipit hominem a peccato converſum cum magna dilectione & gaudio.* 3) Negata peccatorum venia pœnitentibus promiſſa negabitur etiam Dei miſericordia. Joel. II. 13. *Scindite corda veſtra, & convertimini ad Deum veſtrum, quia miſericors & miſerator eſt, longanimis & multae miſericordiae & pœnitens ſuper malum.* 4) Teſtantur exempla, per veram & ſeriam pœnitentiam in gratiam receptos eſſe eos, qui enormiter prius peccaverant, quo referenda ſunt exempla primorum parentum Gen. III. Aaronis Exod. XXXII. Davidis 2 Reg. XI. Manaſſis 2 Paral. XXXIII. publicanorum Luc. XV. Matth. IX. Zachæi Luc. XIX. Petri Matth. XXVI. inceſtuoſi 1 Cor. V. Pauli perſecutoris 1 Timoth. I. Bernhardus ſerm. III. in ſolenni Petri & Pauli: *Si Petrus poſt tam gravem lapſum ad tantam rediit eminentiam ſanctitatis, quis de cetero deſperet, ſi tantum egredi voluerit a peccatis* (***).

5)

(*) Solent quidem Novatiani vulgo *hæreticis* adnumerari, rectius tamen ab aliis *ſchiſmaticis* accenſentur. Diſcidium enim fecerunt chriſtianorum rebus calamitoſum, cujus origo non ex pravis erroribus, quales hæreſis proprie ſic dicta requirit, ſed ex ſeveriore diſciplina contra lapſos derivanda eſt. Quam in rem SOCRATES dicit: *Novatiani quum jam pridem ſe ab eccleſia ſejunxerint, nihil tamen, quod ad fidem pertinet, innovarunt, libr. VII. hiſt. eccleſiaſt. cap. XXV.* Lectu digna ſunt, quæ hanc in rem differit laudatiſſ. WALCHIUS *loc. excitat. p. 283. ſeqq.*

(**) Concilium hocce, cui adfuerunt ſexaginta epiſcopi & totidem presbyteri, celebratum fuit auctoritate CORNELII, eccleſiæ Romanæ præſulis A. *CCLI.* Cæterum præter hocce concilium Romanum alia quoque adverſus Novatianos fuerunt habita, veluti Carthaginenſe a CYPRIANO, itemque Antiochenum a DEMETRIANO. Sancita quoque ſunt in hiſce conciliis decreta de lapſis in communionem eccleſiæ recipiendis, ſi, quæ diſciplina eccleſiaſtica requirit, per pœnitentiam publicamque confeſſionem antea præſtiterint, niſi vel mortis, vel perſecutionis immineret periculum.

(***) Excipit Sommerus p. 70. *Exempla interdum remiſſorum peccatorum non conſtituere regulam, quod*

Deus

5.) Chriſtus in nomine ſuo *pœnitentiam & remiſſionem peccatorum praedicare juſſit* Luc. XXIV. 47. dedit eccleſiæ claves, ſolventem & ligantem, id eſt, poteſtatem remittendi peccata vere pœnitentibus, eademque retinendi ſecuris & impœnitentibus, Matth. XVI. 19. Joh. XX. 23. Quodſi nulla poſt baptiſmum lapſis reliqua eſſet pœnitentia, uſus miniſterii eccleſiaſtici & præcipue clavis ſolventis tolleretur. Ambroſius libr. I. de pœn. c. 2. tom. 1. p. 153. *Deus diſtinctionem non facit, qui miſericordiam ſuam promiſit omnibus, & relaxandi licentiam ſacerdotibus ſuis ſine ulla exceptione conceſſit.* 6.) Denique cum *ſepties in die cadat juſtus* Prov. XXIV. 16. cumque *in multis labamur omnes* Jac. III. 2. ſublata pœnitentia ac ſpe veniæ tolleretur ſimul ſpes ſalutis. Recte igitur Epiphanius contra Catharos hæreſ. LIX. *ὐκ ἀναιρῦμεν τὴν τῦ Θεῦ φιλανθρωπίαν, εἰδότες τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας καὶ τὸν ἔλεον τῦ δεσπότυ καὶ τὸ συγγνωςὸν τῆς φύσεως, τὸ εὐρύπιςον τῆς ψυχῆς, τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς, τὸ πολύϐλυςον τῆς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων αἰσθήσεως* &c. Et poſtea: *εἴ τις (μετὰ τὸ λυτρὸν) παρέπεσεν, ὐκ ἀπόλλει τῦτον ἡ ἁγία τῦ Θεῦ ἐκκλησία, δίδωσι γὰρ καὶ ἐπάνοδον καὶ μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν.* Recte etiam Chryſoſtomus, referente Socrate libr. VI. c. 19. & Nicephoro libr. XII. c. 36. cum a concilio epiſcoporum illis, qui ſemel duntaxat poſt baptiſmum lapſi fuerant, pœnitentiæ locus concederetur, non dubitavit dicere: *χιλιακὶς μετανοήσας εἴσελθε*, quamvis ob id in multorum etiam familiarium ſuorum offenſionem incurreret.

§. XVI. Potiſſimum Novatianorum fundamentum fuit dictum Hebr. VI. 4. *Impoſſibile eſt, eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cæleſte & participes facti ſunt Spiritus ſancti*, v. 5. *guſtaverunt etiam bonum Dei verbum virtutesque futuri ſeculi*, v. 6. *& prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnitentiam* (*). Et ſane torſit hic locus veteres, ideo variæ quæſitæ ſunt explicationes. 1) Quidam veterum explicant de *pœnitentia publica*, ut ſit ſenſus, quod iterum lapſi non ſint denuo ad publicam pœnitentiam admittendi. Sed ea tempore apoſtoli non erat in uſu. 2) Quidam τὸ *impoſſibile* accipiunt pro *difficili*, ſicut Matth. XIX. 24. & 26. uſurpari videtur. Ita Hugo libr. II. de ſacram. part. 14. c. 4. quem ſequitur Alenſis IV. ſent. diſt. 14. 3) Quidam referunt pœnitentiam ad eam, quæ *poſt hanc vitam* fruſtranea opera agitur, cui non obtingit peccatorum remiſſio. Ita gloſſa interlinearis in hæc verba. 4) Quidam, imo plerique veterum per τὸ *renovari ad pœnitentiam* intelligunt baptiſmi iterationem, ut ſit ſenſus, lapſis poſt baptiſmum non eſſe paratum peccatorum remedium in baptiſmi iteratione (**). Vide Epiphanium contra Catharos, Cyrillum libr. V. in Joh. cap. XVII. Auguſtinum de vera & falſa pœnit. cap. 5. Chryſoſtomum & Oecumenium in epiſt. ad Hebr. &c. Gloſſa marg. h. l. *Attende, quod baptiſmus renovat, quia omnem vetuſtatem peccati actualis tollit, ſcilicet culpam & pœnam, pœnitentia non renovat, quia licet culpam tollat, non tamen omnem pœnam.* (Quid hac

Hebr. VI. Impoſſibile eſt, eos, qui ſemel ſunt illuminati &c.

Deus ſemper debeat aut velit remittere peccata. Reſp. ſi apud Deum nulla eſt προσωποληψία Rom. II. 11. ergo quo miſericordiæ affectu unum aut alterum peccatorem pœnitentem, quorum ſcriptura meminit, complectitur, eodem proſequitur ſingulos & univerſos ad pœnitentiam redeuntes. GERHARDUS.

(*) Photiniani quidem non poſſunt nobis hæc dicta Hebr. VI. & X. objicere, quia Enjedinus negat, *epiſtolam illam eſſe canonicam, propterea quod cap. XI. 21. IX. 19. & 4. e ſcriptura vet. teſt. citentur, quæ ibi non exſtent, & quod nonnulla non ſatis dextre referantur* cap. I. 6. X. 5. 13. 16. GERHARDUS.

(**) Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Anſhelmus, Sedulius & alii in h. l. nec non Auguſtinus in fine expoſ. inchoatæ in epiſt. ad Rom. exponunt de renovatione ad pœnitentiam, quæ fit in baptiſmo, non ad eam, quæ fit in reconciliatione poſt baptiſmum. GERHARDUS.

c de re ſtatuendum ſit, ſuo dicetur loco) ıomas p. III. q. 84. art. 10. reſp. ad 1. *Quia ud Judaeos erant quaedam lavacra inſtituta, ibus pluries ſe ab immunditiis purgabant, edebant aliqui Judaeorum, quod etiam per vacrum baptiſmi aliquis pluries purificari poſ-, ad quod excludendum apoſtolus ſcribit Jueis: Impoſſibile eſt, eos, qui ſemel ſunt illumiti, ſcilicet per baptiſmum*, (notum enim eſt Dionyſio, Juſtino & aliis, baptiſmum φωτισμὸν adpellari) *rurſus renovari ad paenitenm* (ſcilicet per baptiſmum, qui eſt renovatio; lavacrum, Tit. III. 5.) *rurſum crucifigen- Filium Dei*. (per baptiſmum homo Chriſto mmoritur Rom. VI. 4. Ergo ut Chriſtus ſeel mortuus, ita quoque ſemel tantum ſuſciendus baptiſmus, per iterationem autem baiſmi rurſus crucifigitur Dei Filius &c.) Horum ıtentiam ſequitur Bellarminus libr. I. de pœnit. 13. (*). 5.) Sed enim commodiſſima eſt eom ſententia, qui locum hunc accipiunt de *pecto in Spiritum ſanctum* (**), quod Chriſtus ipſe gat remitti vel in hoc vel in futuro ſeculo, Matth. XII. 31. Marc. III. 29. Luc. XII. 10. Proinde diligenter obſervandæ ſunt omnes *ſubjecti* deſcriptiones, ex quibus adparet, apoſtolum de illis loqui, a) qui ſunt φωτισθέντες, qui agnoverunt cœleſtis veritatis lucem ac evidentiam; b) qui guſtaverunt donum cœleſte, bonum Dei verbum & virtutes futuri ſeculi, hoc eſt, qui ſuavitatem evangelii intimo ſpiritus guſtu perceperunt, & æternæ beatitudinis πρόγνωσιν ſenſerunt; c) qui participes facti ſunt Spiritus ſancti, per quem deſignati ſunt, qui teſtimonium reddit ſpiritui ipſorum. Tales ſi nihilominus d) prolabantur παραπεσόντες, ſi penitus deficiant ab agnita & in illis obſignata veritate, talem enim apoſtaſiam hic intelligi, circumſtantiæ oſtendunt (***). e) Et crucifigant rurſus ſibimet ipſis Filium Dei, eundemque oſtentui habeant, hoc eſt, ſi non ex infirmitate vel metu aliquo veritatem abnegent, ſed ex deſtinata malitia & contra conſcientiæ ac internum Spiritus teſtimonium penitus deficiant, eo impietatis progreſſi, ut Chriſtum & ipſius evangelium calumniis & convitiis inſectentur. Jam demum ſequitur *praedicatum*, quod ei tribuitur, plane congruere ad peccatum in *Spiritum ſanctum*. Iis quoque *loc. cit.* ſuffragatur vir doctiſſimus, qui τὸ *impoſſibile* idem heic ſignificare contendunt, ac *admodum difficile eſſe* (*Matth. XIX. 24, 26.*) Rationes eorum, qui hancce adoptant interpretationem, verbaque apoſtoli de *impoſſibilitate* remiſſionis *non abſoluta*, ſed *morali* tantum, hoc eſt de *ſumma difficultate* intelligenda eſſe cenſent, exhibet venerandus collega noſter CHRISTOPH. FRIDERICUS SARTORIUS, in *poſitionibus theologicis cap. XIV. §. 337. p. 161.*

(*) Idem fecit Bellarminus lib. I. de verbo Dei cap. 17. p. 83. Item Gretſerus hyperaſp. Atqui 1) quale hoc fuiſſet argumentum apoſtoli dehortantis a tam atroci, de quo agit, peccato? perinde ac ſi quem dehortaturus ab homicidio, furto, dicam ei, ſi prolapſus fueris in homicidium, furtum, non poteris rebaptizari, ſicque renovari, nihilo ſecius poterit renovari per reconciliationem. 2) Si hic eſſet ſenſus, qui conveniret verbum ἀδύνατον? neque enim ἀδύνατον denuo baptizari. Si dicas poni pro eo, quod eſt ἀθέμιτον, quod non licet, reſp. v. 9. evidenter iſtam improprietatem explicat. GERHARDUS.

(**) Locum *Ebr. VI. 4.* non agere de peccato in Spiritum S. ſed de apoſtaſia eaque qualificata, quæ fit ab homine ſatis illuminato, obſervavimus in not. ad *tom. V. loc. theol. p. 80.* Conferri vero merentur, quæ recentiſſime hanc in rem ſcripſit præſtantiſſimus Gieſſenſium theologus JO. HERM. BENNERUS in *notitia ſalutis*, ſuperiori anno edita, *part. II. cap. IV. §. 361. not. (3) b. p. 716. ſeqq.* ubi in eandem nobiſcum deſcendit ſententiam, luculenterque oſtendit, neque *ſubjectum* peccans, neque *prae*-

(***) Obſervandæ cum primis particulæ πάλιν & ἀνά, ut de totali prolapſu voluntariæ apoſtaſiæ apoſtolum loqui intelligamus. Rom. V. totalis lapſus vocatur παράπτωμα. De tali lapſus genere loquitur apoſtolus, qui in Hebræos electos juxta confidentiam apoſtoli cadere non poterat v. 9. At omnis generis lapſus etiam contra conſcientiam excepto peccato in Spiritum S. in Hebræos electos cadere poterant, quia in quosvis. Ergo de his non loquitur. GERHARDUS.

praedicatum, illos *ad pœnitentiam renovari impoſſibile eſt*, nimirum, quia medium illud, per quod Spiritus S. in cordibus hominum pœnitentiam operatur, pertinaciſſime repudiant ac repellunt. Idem judicium eſt de loco Hebr. X. 26. & ſeqq. ac 1 Joh. V. 16. quorum explicatio tradita eſt tract. de peccat. actual. tom. II. diſp. 13. §. 109. (*)

1) Soli Deo remittendorum criminum poteſtas reſervanda.

§. XVII. Reliqua Novatianorum argumenta minoris ſunt momenti. I.) *Soli Deo remittendorum criminum poteſtas reſervanda eſt.* Reſp. diſtinguendum inter remiſſionem *authenticam* & *miniſterialem*. Prior eſt ſolius Dei, cui etiam *ſoli peccatur*, Pſal. LI. 6. Idem tamen *miniſterium reconciliationis* inter homines inſtituit, 2 Cor. V. 18. & poteſtatem remittendi peccata miniſterio eccleſiaſtico dedit. Joh. XX. 23. Ambroſius libr. I. de pœnit. cap. 2. *Nulli majorem injuriam* (Deo) *faciunt*, *quam* (Novatiani) *qui ejus volunt mandata reſcindere*, *commiſſum munus refundere. Nam cum ipſe in evangelio ſuo dixerit Dominus Jeſus:* accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis &c. *quis eſt ergo, qui magis honorat, utrum qui mandatis obtemperat, an qui reſiſtit? Eccleſia in utroque ſervat obedientiam, ut peccatum & adliget & relaxet.*

2) Deus erit mutabilis.

II.) *Deus conſtituetur mutabilis, ſi his, quibus fuerit iratus, ignoſcet.* Reſp. æterna & immota Dei voluntas eſt, impœnitentibus & in peccatis ſecure pergentibus in æternum pereundum eſſe, contra vero ſeriam agentes pœnitentiam in gratiam recipiendos eſſe. Hæc Dei voluntas per noſtram inobedientiam vel pœnitentiam non mutatur, ſed in nobis tantum fit mutatio. Scriptura autem per συγκατάβασιν & ἀνθρωποπάθειαν Deo mutationem & pœnitentiam adſcribit. Jer. XVIII. 8. *Si convertatur gens a malo ſuo, pœnitebit & me mali, quod cogitaveram facere ei.* Dulciſſima eſt ſententia Oſeæ XI. 8. *Quid faciam tibi Ephraim? an ſicut Adama & Seboim conſtituam te? inverſum eſt in me cor meum, conturbata eſt pœnitentia mea.* v. 9. *non faciam furorem iram furoris mei &c.* Quod dictum expendens Ambroſius lib. I. de pœnit. c. 4. notat, *in ipſa indignatione Deum velut patrio quodam adfectu haerere, quomodo tradat ad pœnam errantem. Quia peccatis noſtris contrahimus offenſam, indignatur, ut humiliemur, ut digniſſimus magis miſeratione, quam pœna.*

3) Scriptura loquitur dubitative de remiſſione.

III.) *Quaedam ſcripturae dicta de gratia Dei pœnitentibus promiſſa ἀποφθεγματικῶς dubitative loqui videntur*, Joel. II. 14. Jon. III. 9. Act. VIII. 22. *Reſp.* non de reconciliatione cum Deo omnibus vere pœnitentibus certo promiſſa, ſed de pœnis peccatorum temporalibus, quas bono conſilio, etiam poſt impetratam peccatorum remiſſionem & pœnæ æternæ relaxationem, imponit Deus, dicta illa loquuntur, quædam etiam non tam dubitandi, quam adfirmandi formulæ ſunt, qua de re ſuo loco plenius dicetur.

4) Eſau non invenit locum pœnitentiæ. Hebr. XII.

IV.) *Eſau non invenit pœnitentiae locum, quamvis cum lacrimis eam quaereret*, Hebr. XII. 17. *Reſp.* pœnitentiæ vocula *paſſive* ibi accipitur pro pœnitentia Iſaaci. Eſau non invenit locum pœnitentiæ, hoc eſt, non potuit lacrimis ac precibus parentis animum permovere, ut benedictionem Jacobo collatam revocaret, ſed audire coactus fuit: *Benedixi ei, & benedictus erit.* Gen. XXVII. 33. (**) Quod ſi vel

(*) Locum Hebr. X. Ambroſius de *repetitione baptiſmi* intelligit. Sed non dicit apoſtolus, non ſupereſſe alterum baptiſmum, ſed alteram hoſtiam, atque ita nec remiſſionem veniæ voluntarie peccantibus. Ergo & hic non de quolibet enormi vitio apoſtolo ſermonem eſſe concludimus, cum & mentio fiat *veritatis agnitæ*, notata inſuper peccati ſpecie, *apoſtaſia* a doctrina e deſtinato voluntatis propoſito blaſphemaque oppugnatione, qua Filius Dei conculcetur, ſanguis teſtamenti profanus ducatur, Spiritus gratiæ contumelia adficiatur. GERHARDUS.

(**) Senſus igitur eſt, Eſavum, poſtquam Iſaaco benedictionem Jacobo contuliſſet, a venatione re

maxime de Eſavi pœnitentia locus accipia-, certum tamen eſt, eam non fuiſſe veram & itarem, cum eo ipſo temporis articulo in cor- ſuo dixerit: *adpropinquabunt dies luctus patris mei, & occidam fratrem meum.* Gen. XXVII. 41. Fuit pœnitentia (ut ita loquar) pœnæ, non culpæ; amiſſi, non admiſſi (*).

CAPUT III.
DESCRIPTIONES POENITENTIÆ EXHIBENS.

ſcriptiones itentiæ.

§. XVIII. Pœnitentiæ τὸ ὅτι demonſtratum fuit: τὸ τί ἐςὶ inquirendum reſtat. Varias illius ex veteribus definitiones recenſet mbardus libr. IV. ſent. diſt. 14. lit. C. quas ien partiales deſcriptiones rectius dixeris. *Pœnitentia*, ut ait Ambroſius, *eſt mala praeterita ngere & plangenda iterum non committere.* m Gregorius: *Pœnitere eſt anteacta peccata lere, & flenda non committere*, quibus addi ſunt etiam aliæ deſcriptiones. Tertullianus pœnit. in princ. *Pœnitentia eſt paſſio animi dolor de offenſa facti prioris.* Auguſtinus r. de vera & falſa pœnit. c. 8. *Pœnitentia eſt diſta ſemper puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe.* Lactantius libr. VI. div. inſtit. cap. 13. *Agere pœnitentiam nihil aliud eſt, quam profiteri & adfirmare, ſe ulterius non peccaturum.* Damaſcenus libr. II. de orth. fid. cap. 30. ἡ μετάνοια ἐςὶ ἐκ τῦ παρὰ φύσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν, κὴ ἀπὸ τῦ διαβόλυ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπάνοδ☉. Plenam definitionem ſubjungemus, ubi naturam ac partes eſſentiales prius expoſuerimus. Interim conſiderare jubemus illam pœnitentiæ deſcriptionem, quæ exſtructa eſt ex Act. XXVI. 18. & 20. Pœnitentia eſt *converſio a tenebris ad lucem, a poteſtate ſatanae ad Deum, ut remiſſionem peccatorum & ſortem inter ſanctificatos accipiamus per fidem, opera facientes digna iis, qui reſipuerunt.*

CAPUT IV.
AN POENITENTIA SIT SACRAMENTUM? DISQUIRIT.

nitentia an ſacramentum?

§. XIX. Lombardo & ſcholaſticis ſolenne eſt, pœnitentiam (*exteriorem* puta, nam de *interiore* dicunt, quod ſit virtus mentis) definire per *ſacramentum.* Quam itentiam ſub anathematis fulmine amplectenm ſtatuit concilium Trid. ſeſſ. XIV. c. 1. can. 1. *Si quis dixerit in catholica eccleſia, pœnitentiam non eſſe vere ac proprie ſacramentum pro fidelibus, quoties poſt baptiſmum in peccata prolabuntur, ipſi Deo reconciliandis a Chriſto inſtitutum, anathema ſit.* Bellarminus libr. I. de pœnit. cap. 8. ſententiam concilii ſic exponit: *Vera pœnitentia poteſt vel in ſola mentis converſione*

verſum petiiſſe ejulatu a patre pœnitentiam, hoc eſt, ſententiæ, qua Jacobo benedixerat, retractationem, ſed a patre Iſaaco, ut eum benedictionis pœniteret, obtinere ut voluiſſe, ſic non valuiſſe. Errant illi, qui in Græco particulam αὐτὴν referunt ad τὴν μετάνοιαν, cum referenda ſit ad εὐλογίαν. GERHARDUS.

(*) Producunt etiam locum Ambroſii lib. II. de pœnit. unic. cap. 10. tom. I. p. 175. *Nam*, inquit, *ſi vere agerent pœnitentiam, iterandam poſtea non putarent, quia ſicut unum baptiſma, ita una pœnitentia.* Quidam hæc dicunt accipienda de *una pœnitentiæ formali ratione*; recte quidem hoc dicitur, ſed non ex mente Ambroſii. Rectius ergo intelliguntur de pœnitentia, quæ pro graviſſimis fiebat ſceleribus in cinere & cilicio, quod ex Auguſtino & Origene colligi poteſt, quorum ille ad Macedonium, hic ſuper Leviticum eam antiquitus *ſemel* tantum, conceſſam eſſe dicit, & addit ille quidem expreſſe: *Quamvis in eccleſia pœnitentiæ locus non concedatur, Deus tamen ſuper eos patientiæ ſuæ non obliviſcitur.* GERHARDUS.

ſione atque interna peccati deteſtatione conſiſtere, vel etiam externis ſignis, mœrore, lacrimis, confeſſione, corporis adflictione ſe prodere. Et quidem converſio illa mentis ad Deum, etſi ſemper neceſſaria fuerit ad reconciliationem, & virtus quaedam ſit non exigua: tamen niſi ſigna externa adjuncta habeat, ſacramentum dici non poteſt. Ex quo talem poſtea format controverſiæ ſtatum: An pœnitentia ſignis externis manifeſtata, accedente ad eam verbo abſolutionis, ſit ſacramentum novæ legis proprie dictum? quod a ſuis adfirmari ſcribit, a nobis autem negari.

Quo fine pœnitentia ſtatuatur ſacramentum.

§. XX. Quo vero fine pontificii diſputent, pœnitentiam eſſe ſacramentum proprie dictum, id colligi poteſt ex Ludovico Granatenſi libr. II. memorialis c. 1. p. 61. *Etſi*, inquit, *dolor noſtri tantus non eſt, quantus eſſe debet, tamen conjunctus cum virtute ſacramenti (quod gratiam confert ad conſequendum illum, modo quis obicem non ponat) ſufficit ad ſalutem. Et hoc eſt, quod communiter dicere ſolent theologi, ſacramenta novae legis facere de attrito contritum, quemadmodum enim candela recens exſtincta & adhuc fumans exiguo flatu rurſus accenditur & ex mortua reviviſcit: ſic anima, quae virtute attritionis fumat, licet accenſa non ſit, accedente flatu & virtute ſacramenti mox tota accenditur, & mortua reviviſcit.* Hæc ille, ex quibus patet, ideo pœnitentiam, id eſt, actiones illas exteriores cum verbo abſolutionis conjunctas ſtatui ab ipſis ſacramentum, ut obtineant, vi ac virtute illarum tum propria, tum a ſacramento participata, nos a peccatis liberari & Deo iterum reconciliari. Ergo non eſt, quod Bellarminus libr. I. de pœnit. cap. 8. Chemnitium adcuſet, quod controverſiæ ſtatum non recte formaverit hoc modo: *Utrum peccatores poſt baptiſmum quaerentes reconciliationem cum Deo abducendi ſint a fide obedientiae, paſſionis & ſatisfactionis Chriſti ad fiduciam actionis propriae contritionis, confeſſionis & ſatisfactionis, ita, ut illae actiones, accedente ad eas verbo abſolutionis, ſint ſacramentum & cauſa efficiens remiſſionis peccatorum?* Recte hoc Chemnitius ſcripſit, quodſi enim actiones illæ pœnitentis ſunt ſacramentum, erunt etiam medium gratiæ & remiſſionis peccatorum; unde ipſemet Bellarminus libr. II. de pœnit. cap. 12. probare conatur, contritionem eſſe cauſam remiſſionis peccatorum, quod ſic exponit, *contritionem peccata delere, abluere, abſtergere, ſanare, Deum placare, illi ſatisfacere, ejus miſericordiam impetrare, ac ſuo modo mereri*, hæc omnia iiſdem verbis Bellarminus. Negat quidem libr. I. de pœnit. cap. 8. hac doctrina abduci homines a fide obedientiæ, paſſionis & ſatisfactionis Chriſti ad fiduciam actionis propriæ, cum vis ſacramenti pœnitentiæ pendeat a merito paſſionis Chriſti, cumque actiones pœnitentis eatenus ad remiſſionem peccatorum efficiendam concurrant, quatenus vim ſacramentalem a verbo abſolutionis participent, ſed hoc eſt *oppoſita* facere *ſubordinata*, & principium ſimul petere. Aut enim *fide* gratuitam peccatorum remiſſionem obtinemus, aut noſtris *operibus* eam promeremur: perpetuo hæc ſibi invicem ſcriptura opponit. Si noſtræ actiones ad remiſſionem peccatorum efficiendam ac promerendam concurrunt, non amplius gratuita ex fide in Chriſtum peccatorum erit remiſſio. Viciſſim ſi *ex gratia*, *jam non ex operibus*, Rom. XI. 6. ſi *credendo*, *non operando juſtificamur*, Rom. IV. 5. utique etiam *fide*, non noſtris *operibus*, remiſſionem peccatorum impetramus. Sic ergo ſubordinata Bellarminus facit, quæ ἀντιδιῃρημένως ſcriptura ſibi invicem opponit; ſimul etiam τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν, id enim in quæſtione eſt, & diſerte a nobis negatur, quod verbum abſolutionis vim quandam ſacramentalem noſtris conferat actionibus & operibus, ut ad remiſſionem peccatorum efficiendam & promerendam ab eo formentur.

An Novatiana hæreſis ſit, negare, pœnitentiam eſſe ſacramentum?

§. XXI. Neque eſt, quod Montaniſtis ac Novatianis Bellarminus nos aggreget libr. I. de pœnit. c. 9. propterea quod pœnitentiam ſacramentum proprie dictum eſſe negemus. Novati, qui Montani errorem ſecutus eſt, hæreſin ſuperius deſcripſimus, quid cum ea nobis noſtriſque eccleſiis commercii?

Lapſos etiam in graviſſima peccata, ſi ve- c feriam agant pœnitentiam, conſolatione elii erigimus, & peccatorum remiſſionem adnunciamus; Novatiani nullam ſpem ſa-lis reliquam faciebant, vel certe a ſolo Deo n peccatorum exſpectandam eſſe docebant; us libr. VI. hiſt. cap. 3. Agnoſcunt id ipſi icii ſcriptores. Alphonſus de Caſtro libr. dv. hæreſ. tit. Pœnitentia. *Novatiana hae-eccantibus omnem pænitentiae virtutem tol-icens, eos, qui ſemel poſt baptiſmum lapſi nunquam poſtea conſequi remiſſionem pec-m, etiamſi poſtea eos pœniteat.* Vega V. de juſtif. c. 2. *Omne peccatum lethale aptiſmum commiſſum irremiſſibile cenſue-* Maldonatus in cap. XIV. Joh. *Dixit Chri-* oh. V. noli amplius peccare, ne deterius l tibi contingat, *ex quo loco probat Pacia-ntra Novatianos, non negandam eſſe pæ-ibus veniam, nec enim dixiſſe Chriſtum,* oli peccare, *quia non ſanaberis iterum,* deterius aliquid tibi contingat. Quid cum ovatianorum hæreſi nobis commune? At-*ram & judiciariam poteſtatem peccata re-di ſacerdotibus datam eſſe, negatis,* ait ninus. *Reſp.* veram & miniſterialem pec-mittendi poteſtatem miniſtris eccleſiæ non amus, ſed fictitiam illam, quam Romanen-rificuli ſibi tribuunt, quod, ſingulorum deli-n enumeratione præmiſſa atque æſtimatione ualitatis, tum quantitatis prægreſſa, certas m ſatisfactiones vel etiam pecuniarias mul-ictatoria (vel ut Bellarminus loquitur) judi-auctoritate imponunt, easdemque pro arbi-trio relaxant, talem certe poteſtatem ſacrificulis Romanenſibus denegamus, cum nihil tale a Chriſto ſibi traditum demonſtrare poſſint. Chryſoſtomus hom. IX. de pœnit. *Medicinae hic locus eſt, non judicii, non pœnas, ſed peccatorum remiſſionem pænitentia tribuit.*

Auguſtana confeſſio an ſtatuat pœnitentiam eſſe ſacramentum proprie ſic dictum?

§. XXII. Perjurii inſuper Bellarminus nos adcuſat, quod ab Auguſtana confeſſione, quæ pœnitentiam ſacramentis accenſet (in apologia (*) ſub titulo de numero & uſu ſacramentorum) ſeceſſionem fecerimus. *Reſp. ſacramenti* nomen pœnitentiæ tribuitur non ratione *materiae & formae,* ſed reſpectu *finis,* quem cum reliquis proprie dictis ſacramentis communem habet, qui eſt fidei noſtræ de remiſſione peccatorum confirmatio. Sic enim habent verba: *Si ſacramenta vocamus ritus, qui habent mandatum Dei, & quibus addita eſt promiſſio gratiae, facile eſt judicare, quae ſint proprie ſacramenta, ſcilicet baptiſmus, cœna Domini & abſolutio.* Sed paulo poſt ſequitur: *Si omnes res adnumerari ſacramentis debent, quae habent mandatum Dei, & quibus additae ſunt promiſſiones, cur non addimus orationem, quae veriſſime poteſt dici ſacramentum, habet enim mandatum Dei & promiſſiones plurimas &c.* Ex quo loco ſic colligimus: non ſufficit ad ſacramentum *propriiſſime* dictum, habere mandatum Dei & promiſſioeem gratiæ. Atqui ex hoc fundamento adſertum erat, abſolutionem referri ad ſacramenta. Ergo noluit apologia eam eſſe ſacramentum *propriiſſime* ſic dictum (**). Eo igitur

Dd 3

(*) In *apologia Auguſt. confeſſ. ejusque articulo VII. p. 200.* tria numerantur ſacramenta, baptiſmus, cœna domini & abſolutio, quæ ſit ſacramentum pœnitentiæ, atque expreſſis verbis adſeritur, quod *vere ſint ſacramenta.* Nec tantum in eo, quem modo adlegavimus, ſed etiam in aliis *apologiæ* locis pœnitentia dicitur ſacramentum. In *articulo* enim *IV. de abſolutione p. 155.* diſce verbis utuntur confeſſores noſtri: *caeterum de tempore certe in eccleſiis noſtris ſæpe in uno utuntur ſacramentis, abſolutione & cœna domini;* & in *articulo V. de pœnitentia p. 167.* hæc legimus verba: *& abſolutio proprie dici poteſt ſacramentum pœnitentiæ, ut etiam ſcholaſtici theologi eruditiores loquuntur.*

(**) Nec eſt, quod quis objiciat, adfirmari a confeſſoribus noſtris, quod baptiſmus, cœna domini & abſolutio ſint *proprie, vere* ſacramenta. Hæ enim voces non *abſolute,* ſed cum *conditione* ponuntur ad præmiſſam ſacramentorum definitionem, prout ex ipſis confeſſorum noſtrorum verbis a GERHARDO ſupra recitatis luculenter patet. Cæterum eos apologiæ locos, de quibus diſputatur, copioſe ſolideque vindicarunt MARTIN. CHEMNITIUS in *examine concilii Tridentini part. II. loc. I. p. 271.* Jo. BENED.

tur reſpicit apologia confeſſionis, quod inter reliqua omnia, quæ veris & proprie dictis ſacramentis, baptiſmo ſcilicet & cœnæ dominicæ, conjunguntur, abſolutio proxime ad eorum naturam accedat; per illam enim pœnitentibus ac vere credentibus juxta Dei mandatum diſpenſantur beneficia Chriſti, evangelicæ promiſſiones in ſpecie ipſis adplicantur, & remiſſio peccatorum gratuita adnunciatur: quid vero adhuc deſit, quo minus *formalis* & *ſpecifica* ratio ſacramenti ei conveniat, ſtatim expeditum dabitur. Obſerva igitur, longe alio ſenſu ab Auguſt. confeſſionis apologia numerari abſolutionem inter ſacramenta, quam fit a Pontificiis: illi quippe ſtatuunt, verbum abſolutionis vim ſacramentalem conferre actionibus hominis pœnitentis, ut ad remiſſionem peccatorum cauſandam & promerendam *effective* concurrant, atque una cum abſolutione integrum ſacramentum conſtituant, quod auctoribus & confeſſoribus Auguſtanæ confeſſionis ne in mentem quidem venit. Ipſe Bellarminus libr. I. de pœnit. cap. 16. Scoti & ſociorum ejus ſententiam improbat, qui ſolam abſolutionem ſacramenti hujus eſſentiam conſtituere, actionem vero pœnitentis, non partem ſacramenti, ſed diſpoſitionem quandam ad ſacramentum ſuſcipiendum eſſe diſputant.

Argumenta, quibus pœnitentia ex numero ſacramentorum excluditur.

1) Non adeſt in ea externum elementum.

§. XXIII. His ita præmiſſis, accedimus ad argumenta, quibus probatur, pœnitentiam non eſſe ſacramentum proprie ſic dictum. I.) In omni ſacramento *vere* & *proprie* ſic dicto præter verbum mandati & promiſſionis requiritur externum & viſibile elementum, ut oſtendit ſufficiens enumeratio omnium ſacramentorum. Auguſtinus tract. LXXX. in Joh. ***Accedat verbum ad elementum, & fit ſacramentum.*** Atqui in pœnitentia nullum eſt externum & viſibile elementum. Ergo pœnitentia non eſt proprie dictum ſacramentum. Excipit Bellarminus libr. I. de pœnit. cap. XI. col. 1205. ***Non male ex baptiſmo & euchariſtia, quae omnium conſenſu vera ſacramenta ſunt, naturam ac proprietatem ſacramentorum in genere inveſtigari***, quam ipſam confeſſionem diligenter notamus, ſed addit, ***adeſſe in ſacramento poenitentiae ſignum externum ad ſpiritualem effectum apte repraeſentandum, videlicet confeſſionem poenitentis & abſolutionem voce corporali a ſacerdote pronunciatam.*** Reſp. 1.) Notamus diſſenſiones Pontificiorum circa externum elementum ſive materiam hujus ſacramenti adſignandam. Thomas p. III. q. 84. art. 2. ***Proxima materia hujus ſacramenti ſunt actus poenitentis, remota materia ſunt peccata, de quibus dolet, quae confitetur, & pro quibus ſatisfacit.*** art. 3. ***Ea, quae ſunt ex parte poenitentis, habent ſe ut materia, quae ſunt ex parte ſacerdotis, habent ſe ut forma.*** art. 7. ***Materia hujus ſacramenti fuit ante inſtitutionem Chriſti, ſed quod talis materia ad ſacramentum hoc ſumatur, indiget inſtitutione hoc determinante, forma ſacramenti & ejus virtus totaliter eſt ex inſtitutione Chriſti, unde Dominus in principio evangelii dicebat, ut non ſolum pœniterent, ſed etiam pœnitentiam agerent, ſignificans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc ſacramentum.*** (Collectio hæc ridicula eſt, cum in Græco ſit μετανοεῖτε, ubi ceſſat diſtinctio inter pœnitere & pœnitentiam agere. Eraſmus in annotat. in cap. III. Matth. p. 16. ***Noſtrum vulgus putat, eſſe pœnitentiam agere, praeſcripta quapiam pœna luere, quod apud chriſtianos, qui publice peccaſſent, ejecti e conſortio propalam adfligerentur, eaque ſatisfactio ſive pœna pœnitentia vocari cœpta, quae quidem ex re non mediocris error theologis acceſſit***) Compend. theol. lib. VI. cap. 20. ſtatuit, ***materiam ſive elementum hoc loco large accipiendum pro omni re, ſive ſit ſubſtantia externa, ſive actio humana, ac proinde in ſacramento pœnitentiae elementum eſſe exteriores actiones hominis pœnitentis, cordis contritionem, oris confeſſionem, operis ſatisfactionem, quodſi jam***

acce-

Bened. Carpzovius in *iſagoge in libros eccleſiar. Lutheranar. ſymbolicos* p. 411. Jo. Ge. Walchius in *introduct. in libros ſymbol.* p. 417. ſeqq. aliique.

verbum abſolutionis a ſacerdote prola-tum inde fieri ſacramentum. Idem habet Colon. ſub tit. de pœnitentia. Catech. arte II. cap. 5. q. 12. *Ut ignis materiam ſe dicimus, quae vi ignis conſumuntur, tata, quae pœnitentia delentur, recte ſacramenti materia vocari poſſunt.* Biel . ſentent. diſt. 24. q. 1. diſputat, *ſolum confeſſionis exteriorem eſſe hujus ſacra-materiam*, quem ſequitur Bellarminus. s libr. IV. ſent. diſtinct. 14. qu. 1. art. 1. *cipiens eſt materia hujus ſacramenti.* Hæc Richardus libr. IV. ſent. diſtinct. 16. art. 1. ciliare voluit: *Triplex hic eſt materia; ima, & ſunt peccata; remota, & eſt pec-nfidens; propinqua, & eſt ipſa confeſ-*eo tamen adhuc manet diſcrepantia. 2.) *uidam* ſolam abſolutionem ad eſſentiam acramenti pertinere dicunt, ut Scotus, us, Almainus &c. in IV. ſent. diſtinct. 14. duplici parte intrinſeca hoc ſacramentum diſputant, abſolutione ſacerdotis & acti-nitentis, ut recentiores plerique omnes. od *quidam* omnes pœnitentis actus con-m, confeſſionem & ſatisfactionem; *qui-*ro ſolam confeſſionem hujus ſacramenti m ſive elementum externum eſſe volunt. od *quidam* abſolutionem ſacerdotis refe-d *elementum* ſive ſymbolum externum, vero ad *formam* hujus ſacramenti. Lom-IV. ſent. diſt. 22. C. *Quidam dicunt ſa-tum hic eſſe, quod exterius tantum geri-ilicet exterior pœnitentia, quae eſt ſignum ris pœnitentiae, ſcilicet contritionis cordis ilitatis. Quodſi eſt, non omne ſacra-evangelicum id efficit, quod figurat. or enim pœnitentia non efficit interiorem, interior eſt cauſa exterioris. Sed hoc, t illi, eſſe intelligendum de ſacramentis, nov. teſt. ſunt inſtituta &c. Quidam licunt, exteriorem pœnitentiam & inte-eſſe ſacramentum; nec duo ſacramenta, m, ut ſpecies panis & vini non duo ſunt nta, ſed unum, atque in hoc ſacramen-d eſſe tantum ſacramentum, ſcilicet exte-pœnitentiam, aliud ſacramentum & rem, ſcilicet interiorem pœnitentiam, aliud rem, & non ſacramentum, ſcilicet remiſſionem peccato-rum.* 2.) Si Bellarmini ſententia locum obtine-re debet, Auguſtini regula hoc modo formanda erit: *accedat verbum ad verbum, & fit ſacra-mentum.* Confeſſio pœnitentis verbum eſt, ab-ſolutio ſacerdotis verbum eſt, quomodo igitur in pœnitentia elementum accedit ad verbum? Fruſtra Bellarminus excipit, de ſolo baptiſmi ſa-cramento Auguſtinum loqui, cum generalis ſit illa regula de omnibus proprie dictis ſacramen-tis accipienda, unde lib. XIX. contra Fauſtum c. 16. in genere definiuntur, quod ſint *viſibilia inviſibilis gratiae ſigna*, at num confeſſio pœni-tentis & abſolutio ſacerdotis ſunt ſignum viſibile in oculos incurrens? Reſpondet Bellarminus: *Multa eſſe ſigna viſibilia in ſacramento pœniten-tiae, videlicet ſacerdotem manus imponentem, pœnitentem ad genua ſacerdotis abjectum & la-crimas fundentem:* ſed quia iſta ita plerumque conſpiciuntur, ut tamen etiam absque iis ſacra-mentum pœnitentiæ eſſe poſſit, ideo aliter re-ſpondet, *viſibile ſignum vocari, quod ſenſu ali-quo externo percipitur, etiamſi is non ſit ſenſus videndi, ſed audiendi*, cum Auguſtinus dicat lib. X. confeſſ. cap. 35. *Vide, quid ſapiat, vi-de, quid oleat, vide, quid ſonet, vide, quam durum ſit.* Atqui viſus non eſt idem, quod ſen-ſus, nec ſpecies una æquipollet ſpeciebus gene-ris. *Videndi* vox *metaphorice* quandoque acci-pitur pro cognitione, ſed proprie hoc loco pro ſenſu oculorum eam accipiendam eſſe, reliquo-rum ſacramentorum omnium analogia manifeſte comprobat. Auguſtinus in ſerm. de bapt. ad Neoph. *Sacramentum ideo dicitur, quia aliud videtur, aliud intelligitur: quod videtur, ha-bet ſpeciem corporalem, quod intelligitur, fru-ctum habet ſpiritualem.* Sic ergo concludimus: ſymbolum ſacramentale ſemper eſt ſubſtantia. At-qui ſigna pœnitentiæ & verbum abſolutionis non ſunt ſubſtantiæ, ſed actiones. Ergo non conſti-tuunt ſymbolum ſacramentale. 3.) Omne ſacra-mentum integrum adminiſtratur a miniſtro, & a percipiente integrum illud percipitur. Atqui in pœnitentia confeſſio eſt tantum actio, non elementum aliquod externum, eademque pœni-tentis,

tentis, non miniſtri actio: abſolutio tantum eſt inter miniſtrum & pœnitentem. Hoc argumentum etiam illi urgent, qui Scotum ſequuntur, & in ſolà abſolutione totam ſacramenti hujus rationem ponunt. Bellarminus reſpondet libr. I. de pœnit. c. 16. *Pœnitentem non eſſe miniſtrum, ſed cooperatorem miniſtri, cum ipſius actio non ſit pars ſacramenti, niſi quatenus poteſtati ſacerdotali ſubjicitur, & a ſacerdote dirigitur vel jubetur, ſimile eſſe in curatione morbi corporalis, ſi forte Medicus jubeat aegrotum poſt ſumtum pharmacum inambulare.* Reſp. in ſacramento proprie dicto is, qui participat, (qua talis) nec miniſter nec cooperator miniſtri eſt, cum perpetua ſit oppoſitio inter δόσιν καὶ λῆψιν, illa ſoli miniſtro, hæc ſoli participanti convenit. Et quomodo actus pœnitentis non erunt pars hujus ſacramenti, cum ad externum ſymbolum ab ipſo Bellarmino referantur, id quod manifeſtius ex eo patet, quod ipſe Bellarminus adhuc incertus eſt, an vis ſacramentalis in ſola abſolutione conſiſtat, an vero partim in abſolutione ſacerdotis, partim in actione pœnitentis? *Nos* (ait libr. II. de ſacramentis in genere cap. 11.) *priorem ſententiam ſecuti ſumus, ſed poſteriorem non minus probabilem exiſtimamus, licet ea paulo difficilius defendi videatur.* Hæc Bellarminus ἐπαμφοτερίζων. Simile de curatione morbi corporalis admodum diſſimile eſt, cum ſacramenta non proſint ex opere operato, ſicut naturalia medicamenta, ſed requirant fidem, ut ſuo loco demonſtrabitur. 4.) Abſolutio voce corporali pronunciata non eſt externum aliquod & viſibile elementum, cum in promiſſionibus evangelicis, in publica verbi prædicatione eadem abſolutio pœnitentibus adnuncietur, ac proinde nec ſymbolum, nec pars, nec forma eſt pœnitentiæ, ſed verbum conſolationis & efficacis teſtificationis de gratia Dei & remiſſione peccatorum antegreſſæ pœnitentiæ correſpondens. 5.) Materia externa ſive pars *elementaris* in quolibet ſacramento eſt organum ſive medium, per quod tum pars altera eſſentialis, cœleſtis nimirum & inviſibilis, tum ipſe effectus ſive gratia ſacramenti fidelibus obtingit, ut patet ex baptiſmi & ſacræ cœnæ exemplo. Per aquam baptiſmi obtingit nobis regeneratio, per panem & vinum corporis & ſanguinis Chriſti κοινωνία. Ergo ex hypotheſi eorum, qui tres actus pœnitentis materiam hujus ſacramenti conſtituunt, cum actionibus illis ſacramentaliter unita erit pars eſſentialis altera, ſcilicet cœleſtis, ac homo non amplius erit ſubjectum, cui gratia obveniat, ſed potius cauſa efficiens ipſius gratiæ ſpiritualis, quod non adeo diffitetur Bellarminus. Scribit enim libr. I. de pœnit. cap. 16. circa finem: *Vim ſacramentalem partim & quidem praecipue in verbis reſidere, quarum vi ſacerdos abſolvit, partim in actione pœnitentis, quatenus ea Deus utitur, ut inſtrumento ad ſignificandam & efficiendam juſtificationem*, quam ſententiam Thomæ tribuit, eamque vocat probabilem. Ex illorum hypotheſi, qui peccata materiam hujus ſacramenti conſtituunt, majus conſequitur abſurdum, videlicet cum peccatis ſacramentaliter unitam eſſe partem alteram cœleſtem, imo peccata eſſe medium, per quod gratia ſpiritualis nobis obveniat.

§. XXIV. Ex quibus omnibus manifeſte patet, nec confeſſionem vel alios actus pœnitentis, nec verbum ſacerdotis abſolventis eſſe externum hujus ſacramenti ſymbolum. [Χειροθεσία.] Quid vero, ſi impoſitio manus, quam in privata abſolutione in noſtris etiam eccleſiis adhiberi conſtat, pro externo elemento in hoc ſacramento agnoſcatur? Eo certe adludit Bellarminus, quando ſcribit libr. I. de pœnit. c. 11. col. 1204. *Non deſunt multa ſigna viſibilia in ſacramento pœnitentiae, ſive ſacerdotem adſpicias manus imponentem, ſive pœnitentem ad genua ſacerdotis abjectum & lacrimas fundentem.* Reſp. 1.) Bellarminus ipſe ibidem ſubjungit, *iſta ita plerumque conſpici, ut tamen etiam absque iis ſacramentum pœnitentiae eſſe poſſit;* & lib. I. de pœnit. c. 15. probat, hunc ritum non pertinere ad hujus ſacramenti eſſentiam, qua in parte ſequitur Thomam, qui part. III. q. 84. art. 4. ſcribit: *In hoc ſacramento non requiri manus impoſitionem, quippe quae fiat ad deſignandum copioſum aliquem gratiae effectum.* Jam vero externum ſymbolum in quolibet ſacramento ita neceſſarium eſt, ut absque eo non ſit ſacra-

centum. 2.) Symboli externi in quoli-
cramento adhibendi diſerta & expreſſa men-
in propria inſtitutionis ſede, ut ex indu-
omnium ſacramentorum conſtat. Jam
Joh. XX. quam propriam inſtitutionis hu-
cramenti ſedem eſſe pontificii ſtatuunt, non
erta & expreſſa mentio χειροθεσίας. Er-
o ſymbolo externo hujus ſacramenti agno-
quit. 3.) Adhibetur hic ritus in privata
tione ſine non quidem eo, ut ex pœniten-
cramentum propriiſſime ſic dictum faciat,
ſignificetur, vere pœnitentes *primo* medi-
ſpiritualis morbi conſecutos eſſe, quem-
dum Chriſtus in corporalibus morbis ſanan-
c ceremonia uſus legitur, Matth. IX. 18.
V. 23. Act. IX. 12. XXVIII. 8. *deinde*
is benedictionis participes factos, quem-
dum patriarcha Jacobus Gen. XLVIII. 14.
riſtus Matth. XIX. 13. Marc. X. 16. in be-
ione conferenda hoc ritu utuntur; *denique*
u ſancto eosdem donari, quemadmodum
mitiva eccleſia peculiaria illa Spiritus ſancti
per impoſitionem manuum baptizatis con-
ntur, Act. VIII. 17. XIX. 6. Adde, quod
us ſit externum teſtimonium in ſpecie alicui
orum remiſſionem adnunciari (*).

nitentia iam in teſt.

§. XXV. II) Nullum ſacramentum utrique teſtamento commune, ſed alterutri peculiare eſt atque proprium. Atqui pœnitentia fuit etiam in vet. teſt. Ergo non eſt
e dictum ſacramentum. Excipit Bellarmi-
Pœnitentiae ſacramentum a Chriſto primum
inſtitutum, idcirco non mirum eſſe, ſi per
millia annorum non fuerit. In vet. teſt.
uiſſe poteſtatem remittendi peccata, ideo
pœnitentiam non fuiſſe ſacramentum.

Reſp. 1.) Notamus denuo diſſenſiones Pontificiorum. *Quidam enim* referente Lombardo IV. ſent. diſt. 22. C. *dicunt, ſacramentum baptiſmi, confirmationis & corporis Chriſti in nov. teſt. inſtituta eſſe, ſed ſacramentum poenitentiae, ſicut & conjugii, ante tempus gratiae etiam a primordio generis humani fuiſſe.* Sed concilium Trident. ſeſſ. XIV. c. 1. & Bellarminus libr. I. de pœnit. cap. 19. ſtatuunt, *poenitentiam eſſe ſacramentum novae legis a Chriſto inſtitutum poſt reſurrectionem:* ubi tamen non quamvis intelligunt pœnitentiam, ſed tantum eorum, qui poſt baptiſmum lapſi ſint, & illam non interiorem, quam dicunt eſſe virtutem mentis, ſed tantum exteriorem. 2.) Pœnitentiam in vet. teſt. fuiſſe, nulla veritatis ſpecie negari poteſt, quot enim ibidem exempla veræ contritionis, publicæ confeſſionis, gratuitæ cum Deo reconciliationis & caſtigationum paternarum reconciliatis impoſitarum? eam vero in ſacramentum a Chriſto converſam eſſe, probari nondum potuit. Si pœnitentia in vet. teſt. fuit ſalutare medium reconciliationis cum Deo, cum nondum eſſet ſacramentum, utique etiam in nov. teſt. ſalutare medium reconciliationis cum Deo eſſe poterit, ſi vel maxime ſacramentum eſſe negetur. Act. XV. 11. *Credimus per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvari, καθ' ὃν τρόπον quemadmodum & patres noſtri,* 3.) In vet. teſt. non fuiſſe poteſtatem remittendi peccata ambigue dicitur, ſi enim de prætoria & *judiciaria* quadam poteſtate intelligitur, eam nec in vet. nec in nov. teſt. miniſtris eccleſiæ datam eſſe dicimus; ſin vero de *miniſteriali* poteſtate peccata remittendi accipitur, eam utriusque teſtamenti tempore in eccleſia fuiſſe adſerimus. 4.) Quid enim? *aut* remiſſa ſunt credentibus in vet. teſt. peccata, *aut* non ſunt remiſſa. *Poſterius* dici nequit, cum abſque

Confeſſionem pœnitentis & abſolutionem ſacerdotis eſſe externum hujus ſacramenti ſignum, non concedimus. Neutra enim viſibilis eſt, ſed audibilis; neutra elementum, ſed actio. Quid? quod abſolutio formam in hoc ſacramento ſuſtinet, qui ergo elementi, id eſt, materiæ locum occupabit? Bellarminus igitur triplicem committit abſurditatem; 1) id quod in prædicamento actionis, in prædicamentum ſubſtantiæ; 2) quod eſt forma, in locum materiæ: 3) & quod eſt audibile, in claſſem ſignorum viſibilium licentia plusquam poëtica tranſponit. vid. diſput. Gieſſenſ. tom. III. diſp. 5. th. 18. p. 142. GERHARDUS.

abſque remiſſione peccatorum nulla homini ſuperſit conſolatio ac ſalus; ſi *prius*, aut immediate ab ipſo Deo remiſſa erant, aut mediante ſacerdotis miniſterio: jam vero tota Scriptura teſtatur, Deum per media in negotio ſalutis cum hominibus agere. 5.) Et quid evidentius eſt, quam quod Nathan ad Davidem dicit 2 Sam. XII. 13. *Dominus tranſtulit peccatum tuum.* Fruſtra excipit Bellarminus, *non dixiſſe Nathanem: ego te abſolvo, ſed tantum ſignificaſſe divinitus ſibi revelatum, quod Davidi peccatum ſit remiſſum.* Nam Davidi peccatorum remiſſionem adnunciabat non ex ſpeciali quadam Dei revelatione, ſed ex generali illa regula, quod vere pœnitentibus & in Meſſiam credentibus peccatorum remiſſio ſit adnuncianda, perinde ut ex nov. teſt. miniſtri non propria quadam auctoritate ac poteſtate, nec ex ſpeciali quadam revelatione, ſed Chriſti nomine & mandato peccata remittunt. Lombardus IV. ſent. diſt. 18. D. ex Ambroſio: *Verbum Dei dimittit peccata, ſacerdos eſt judex; ſacerdos quidem officium ſuum exhibet, ſed nullius poteſtatis jura exercet: ille ſolus peccata dimittit, qui ſolus pro peccatis noſtris mortuus eſt.* Neque eſt, quod Bellarminus obvertat, Nathanem ſemel tantum extraordinaria quadam Dei providentia abſolviſſe, jam vero ſingularia exempla legem non facere. Quid enim? num exiſtimabimus, verbum evangelii in vet. teſt. plane fuiſſe ignotum? num ſacrificia veterum ſtatuemus mutas ceremonias fuiſſe? Patriarchæ & Prophetæ non ſolum ex lege peccata arguerunt, ſed etiam ex evangelio pœnitentibus remiſſionem peccatorum adnunciarunt. Lev. XVI. 21. *Confitetur Aaron ſuper caput hirci omnes iniquitates filiorum Iſraël, & omnes praevaricationes eorum cum omnibus peccatis eorum, & ponit illa ſuper caput hirci, & emittit illum per manum viri praeparati in deſertum:* v. 22. *& portat hircus ille ſuper ſe omnes iniquitates eorum in terram inhabitabilem.* Hac ceremonia pii Iſraëlitæ admoniti fuerunt de Meſſia, *agno* illo *Dei, qui tollit peccata mundi,* Joh. I. 29. & de gratuita peccatorum propter ipſius meritum remiſſione confirmati, unde *agnus* ille *occiſus* dicitur *ab origine mundi,* Apoc. XIII. 8.

nimirum, quia beneficia paſſionis Cl
verbum credentibus etiam in vet. teſt
runt. 6.) Apoſtoli adſerunt, ſe de p
in Deum & de accipienda remiſſione
rum nihil aliud teſtari, quam quod oli
pheris dictum. Act. X. 43. XXVI. 22.
Bellarminus, ipſos loqui de pœnitentia
virtus, non autem, ut eſt ſacramentum
eſt τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν; nec patien
diverſas pœnitentiæ ſpecies toto gener
quod dici ſolet, toto cœlo diſcrepantes
trudi, unam, quæ ſit ſacramentum &
generis ſui actio, alteram, quæ ſit virt
tione generis habitus vel certe qualitas.
eſt utrobique veræ pœnitentiæ natura,
admodum eadem utrobique beneficia
bum oblata, ac per fidem adprehendend
ſi pœnitentia eſt habitus quidam virtutis,
fuſus aut acquiſitus habitus erit. At n
recte dicitur: Non eſt *infuſus* habitus; q
enim Spiritus ſanctus cor hominis ad p
tiam moveat ac flectat, illa tamen non
ſcitur ex inhærente quodam habitu, cuj
ctus & velut actus ſecundus ſit peccatoru
tio ac deteſtatio, ſed extrinſecus illa acc
ex motu & efficacia Spiritus ſancti. Mu
nus eſt *acquiſitus* habitus; alias uſu & di
conſuetudine adquiri poſſet pœnitentia,
ro ſcriptura δύναμιν agendi veram & ſal
pœnitentiam naturalibus hominis viribus
derogat. Ac proinde non tam virtutis
habitus, quam efficax cordis motus a Spi
accenſus pœnitentia dicenda. Adde, qu
pœnitentia, ut eſt virtus, itidem diſcre
occurrant ſcholaſticorum ſententiæ. Bona
ra I. ſent. diſt. 14. art. 1. q. 1. diſputat,
*tentiae virtutem eſſe ipſam gratiam & m
cordiam Dei.* Alii, referente Thoma IV.
diſt. 14. q. 1. voluerunt, *pœnitentiam no
ſpecialem virtutem differentem ab aliis vir
habitibus, ſed ſub illis omnibus contineri.*
tus IV. ſent. diſt. 14. *quatuor diſtinctos
virtutis pœnitentiae* ponit, utpote *velle
peccatum, nolle peccaſſe, velle acceptare
tionem pro peccato, pœnam ſuſceptam pat
ferre.* Durandus IV. ſent. diſt. 14. q. 2. co

enitentiae virtutem eſſe ipſam juſtitiam *tativam moralem.* Cajetanus in IV. ſent. ꝑ. art. 2. adſerit, *pœnitentiam eſſe ipſam em.* Thomas part. III. q. 84. art. 4. ſta- *znitentiam virtutem eſſe in voluntate ho- mquam in proprio ſubjecto.* q. 85. art. 5. :, *habitum pœnitentiae divinitus infundi,* tradicunt Scotus IV. ſent. diſt. 14. q. 3. ındus ead. diſt. q. 2. vide hac de re Bie- . ſent. diſt. 14. q. 1. art. 3. dub. 1. ubi ›it: *Sicut diverſi actus pœnitentiae ad di- virtutes poſſunt reduci, ita & eorum ha- ıb diverſis virtutibus poſſunt contineri, indicandi reducitur ad virtutem juſtitiae tivae, actus deteſtandi reducitur ad di- ›irtutes, nolle luxuriam reducitur ad vir- mperantiae, deteſtari ſuperbiam reduci- humilitatem, tolerare pœnam pro pecca- citur ad virtutem patientiae, &c.* Ha- Biel. 7.) Si pœnitentiæ ſacramentum t in vet. teſt. cur igitur partes ejus ex . præſertim vero ſatisfactionem probare : ? Regerit Bellarminus, *virtutem tan- nitentiae, non autem ſacramentum ex probari, vel certe, non niſi forte ex va- & figuris.* Atqui confeſſionem & ſatis- m negant ad virtutem pœnitentiæ perti- d ad ſacramentum, dicunt enim exterio- am pœnitentiam conſtituere ſacramen- ıt ſuperius ex Lombardo vidimus. Tho- III. q. 84. art. 8. *Interior pœnitentia, r dolet de peccato commiſſo, debet dura- e ad finem vitae, exterior autem, qua ıſitetur ſacerdoti, ut ſatisfaciat, non duret uſque ad finem vitae.* Huius ex- pœnitentiæ actus volunt eſſe ſacramen- juos tamen exemplis Adæ, Davidis, Ma- &c. probare ſatagunt.

men- izen- uitur tto in bus & plius

§. XXVI. III.) Sacramentum pœnitentiæ non habet fundamentum in concionibus Johannis, præcurſoris Chriſti, qui tamen ſe miſſum profitetur ad pœnitentiam prædicandam, Matth III. 2. Marc. I. 4. Luc. I 17. Chriſtus itidem docuit contritionem, & privatam abſolutionem impertiit paralytico, Matth. IX. & mulieri peccatrici, Luc. VII. nec tamen ſacramentum quoddam adminiſtravit. Ergo pro ſacramento pœnitentia non eſt agnoſcenda. Bellarminus regerit, ſe *libenter concedere, quod ſacramentum pœnitentiae non habeat fundamentum in praedicatione Iohannis baptiſtae & Chriſti ante reſurrectionem, cum poſt reſurrectionem demum ab ipſo ſit inſtitutum.* Joh. XX. *Reſp.* de tota hac re paulo poſt videbimus, hac vice demonſtrari petimus, quid defuerit pœnitentiæ, quam Chriſtus & baptiſta prædicarunt, quo minus pro ſacramento agnoſci poſſit, quidve ei poſt Chriſti reſurrectionem acceſſerit, ut ſacramentum in poſterum agnoſci debeat? Regerit Bellarminus: *Pœnitentiam, quam Chriſtus & baptiſta praedicarunt, ideo ſacramentum non fuiſſe, quia defuit pars ſacramenti potiſſima, nimirum verbum abſolutionis, confeſſioni peccatorum adjunctum.* Matth. III. *legimus quidem, auditores baptiſtae confiteri ſolitos ſua peccata, ſed baptiſtam pronunciaſſe verbum abſolutionis, non legimus. Chriſtum & paralytico & fœminae peccatrici peccata remiſiſſe legimus, ſed eos peccata confeſſos nequaquam legimus.* Addit etiam, *Chriſtum non verbo ſacramentali, ſed propria ac ſingulari ſua poteſtate peccata dimiſiſſe.* Reſp. imo vero baptiſtam Chriſti nomine peccatorum remiſſionem pœnitentibus adnunciaſſe, & paralyticum & fœminam peccatricem peccata ſua confeſſos eſſe, ex circumſtantiis textus evidenter colligitur. Quemadmodum phariſæis & ſadducæis hypocritis denunciat Dei iram, Matth. III. 7. ita vere pœnitentibus adnunciavit Dei gratiam. Baptizavit & prædicavit baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, Marc. I. 4. num exiſtimabimus, hanc fuiſſe mutam ceremoniam? digito monſtravit *agnum Dei, qui tollit peccata mundi,* Joh. I. 29. & 36. utique ergo per & propter illum peccatorum remiſſionem credentibus contingere prædicavit. Quod auditores Johannis non præmiſerint ſingulorum delictorum enumerationem, incertum aut falſum eſſe, Bellarminus dicit: at quis credet, baptiſtam ſecus arbuſtum in deſerto conſediſſe, & cujuslibet baptizandi confeſſionem ſecreto audiiſſe?

Quam prolixa fuiſſet illa ſingulorum peccatorum enumeratio, cum prima vice ad confeſſionem illam plerique omnes accederent, cumque diſerte textus adſerat, *exiiſſe ad Iohannem totam Hieroſolymam & omnem Iudaeam & omnem regionem circa Jordanem, & baptizatos ab eo in Jordane confitentes peccata ſua*, Matth. III. 5. & 6. Paralyticum nihil præter ſanitatem corporalem petiiſſe, Bellarminus adſerit: atqui ipſo facto & conſcientiæ quietationem & corporis ſanitatem petiit, permiſit enim ſe ad Chriſtum portari, & ex tecto deſuper demitti. Chriſtus ad ipſum dicit: *confide*, utique ergo contritus fuit & coanguſtatus corde; Chriſtus enim eſt *medicus eorum, non qui ſani ſunt, ſed qui male habent*, id eſt, qui morbum ſuum agnoſcunt. Matth. IX. 12. Reſpexiſſe etiam *fidem* eorum Chriſtus dicitur, quod non ſolum de bajulis, ſed & de ipſo paralytico intelligendum, cum Chriſtus peccatorum remiſſionem ipſi adnunciet, jam vero nemini contingit peccatorum remiſſio, niſi vere pœnitenti & in Chriſtum credenti: adligat Chriſtus, ſed eos, qui ſunt contriti corde; prædicat libertatem, ſed illis, qui ſunt captivi; prædicat apertionem carceris, ſed vinctis, hoc eſt, qui ſpiritualem ſuam captivitatem agnoſcunt, Eſa. LXI. 1. Chriſtus hunc paralyticum vocat filium ſuum, jam vero non ſumus filii Dei, niſi per fidem, Joh. I. 12. adde, quod Luc. V. 25. Dominum magnificaſſe dicitur, qui fuit fructus fidei in hoc paralytico. Mulierem peccatricem Luc. VII. peccata ſua, ſi non voce, certe lacrimis & externis geſtibus peccata confeſſam eſſe, in propatulo eſt. Quemadmodum enim *miracula ſuas linguas habere* pronunciat Auguſtinus tract. XXIV. in Joh. ita quoque dicere poſſumus, etiam lacrimas loqui coram Deo, qui interiorem potius contritionem, quam exteriorem verborum confeſſionem reſpicit. Notanda etiam Bellarmini contradictio, libr. I. de pœnit. cap. 15. prop. 2. probare conatur, *impoſitionem manus non pertinere ad eſſentiam hujus ſacramenti.* Inter argumenta reliqua adfert etiam hoc, quod Dominus paralytico Matth. IX. & Magdalenæ Luc. VII. ſine hoc ritu peccata remiſerit, præſupponit igitur remiſſionem illam fuiſſe ſacramentalem, alias medius nus à concluſione foret plane diverſus, cu men contrarium hoc loco propugnat.

§. XXVII. IV.) Sacramentum pœnitentiæ non habet fundamentum in doctrina & exemplis apoſtolorum. Ergo pro ſacramento non eſt agnoſcendum. *Antecedens* probatur, quia apoſtoli non aliter docuerunt de pœnitentia & ratione conſequendæ remiſſionis peccat quam prophetæ in vet. teſt. Act. XXV X. 43. nec uſpiam exegerunt ſpecialem p rum enumerationem, nec ſatisfactiones fuerunt, quin potius Galatas ad gratuitan juſtificationem apoſtolus revocat, cum p ptiſmum a via veritatis receſſiſſent. Rege larminus: 1.) Act. XXVI. *non proponi mam doctrinae de pœnitentia, ſed tant hortationem ad pœnitentiam.* Reſp. cont oſtendit v. 18. *mitto te ad aperiendum populorum & gentium, ut convertantur nebris ad lucem, & de poteſtate ſatan Deum, ut accipiant remiſſionem peccatoru ſortem inter ſanctos per fidem.* Ubi deſc tur eſſentiales pœnitentiæ partes & ſalutari dem fructus: v. 20. *annunciabam gentibu pœnitentiam agerent, & converterent Deum, digna pœnitentia opera facientes* deſcribitur conſequens pœnitentiæ, videlic va obedientia: tandem ſubjungitur v. 22. Paulus *nihil dicat extra ea, quae propheta ti ſunt futura & Moſes*, quæ verba ge ſunt, non ſolum de Chriſti merito, ſed & dem adplicatione per fidem, quæ eſt pot pars pœnitentiæ tam in Moſe & prophetis, ab apoſtolis eodem modo prædicatæ. 2.) *ſtoli nuſpiam leguntur alicui peccata re* Reſp. hoc vero eſt negare ſolem lucere ridie. Totum miniſterium apoſtolorum fui dicatio pœnitentiæ & remiſſionis peccat Luc. XXIV. 47. quoties verbum evange Chriſto prædicarunt, toties vere pœnite peccatorum remiſſionem adnunciarunt, q nunciatio tam fuit efficax, quam ſi in ſp

4.) Sa tum pœ tiæ non fundam in doct exempli ſtolo

ticulari alicui peccata remitterent. Act. II. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti in remisſionem peccatorum. Act. III. 19. Pœnitentiam agite & convertimini, ut deleantur peccata veſtra. Act. XIII. 38. Per Chriſtum vobis adnunciatur remiſſionem peccatorum, & ab omnibus, à quibus non potuiſtis in lege Moſis juſtificari. 2 Cor. V. 18. Deus dedit nobis miniſterium reconciliationis: v. 19. poſuit in nobis verbum reconciliationis: v. 20. pro Chriſto igitur legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos; obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Nusquam vero dicitur vel ſpecialem delictorum enumerationem exactam vel ſatisfactionem quantumvis ſevere pœnitentibus ab apoſtolis fuiſſe impoſitam, qua de re ſuo loco. 3.) Diſtinguendum eſt inter pœnitentiam, quae praecedit baptiſmum, & inter eam, quae baptiſmum ſequitur, haec ſacramentum eſt, illa vero minime. Reſp. una eademque pœnitentia eſt, qua illi ad Deum convertuntur ante baptiſmum, & qua lapſi poſt baptiſmum in gratiam redeunt. Quemadmodum gratuita eſt juſtificatio & ſalus omnium baptizatorum & piorum in curſu bonorum operum ambulantium, ita quoque gratuita eſt peccatorum remiſſio non ſolum in baptiſmo, ſed etiam poſt baptiſmum. Cui enim unquam probabitur, converſis ad Deum primo quidem gratuitam peccatorum remiſſionem in baptiſmo & per baptiſmum obtingere, ſed illis, qui poſt baptiſmum in peccata prolabuntur, per proprias ſatisfactiones condonationem peccatorum promerendam eſſe, cum peccata, quæ in baptiſmo adultis remittuntur, incomparabiliter graviora & majora ſint, quam quotidianæ illæ renatorum infirmitates, vel etiam lapſus? quodſi illorum gratuita eſt remiſſio, utique etiam horum, qua de re in quæſtione de duplici juſtificatione & ſatisfactionibus noſtris uberius dicetur. Adde, quod renatis poſt baptiſmum in peccata prolapſis nulla alia doctrina legis & evangelii proponatur, quam illis, qui ante baptiſmum ab iniquitate ſua ad Deum convertuntur. Utrobique per legem peccati agnitio, per eum verbo evangelii accenſam peccati abolitio & conſcientiæ quietatio. Huic argumento frigide reſpondet Bellarminus, non aliam fidem, nec aliud evangelium, nec alium Chriſtum diſtinctione inter duplicem pœnitentiam introduci, cum in utraque juſtificatione peccata remittantur per Chriſti merita, praecedente fide & pœnitentia. Quamvis enim conſequens agnoſcere nolit, tamen antecedens amplectitur, ex quo illud immediate ſequitur: ſi peccatorum remisſio, quæ per pœnitentiam ante baptiſmum obtinetur, eſt gratuita, contra vero ea, quæ poſt baptiſmum obtinenda, confeſſionem ſingulorum delictorum & opera quædam laborioſa exigit, quorum merito peccata condonentur; utique introducitur aliud evangelium & alius Chriſtus, qua de re plura ſuo loco. 4.) Apoſtolus revocavit Galatas ad viam veritatis, ſed num illi redierint, & quo ritu reconciliati fuerint, nuſpiam legitur, ac proinde de modo pœnitentiae lapſis poſt baptiſmum ab apoſtolis praeſcriptae ex epiſt. ad Gal. nihil certi colligi poteſt. Reſp. ſufficit nobis ad inſtitutum noſtrum, Galatas in errorem poſt baptiſmum prolapſos ad gratuitam fidei juſtificationem ab apoſtolo revocatos eſſe. Si per peccatorum ſpecialem enumerationem & ſatisfactiones proprias promerenda fuiſſet juſtificatio & ſalus, utique contra perſuaſionem de juſtificatione operum tanta vehementia apoſtolus haudquaquam pugnaſſet. Cui vero dubium eſt, Galatas paternis apoſtoli admonitionibus dediſſe locum, cum diſerte dicatur, Gal. IV. 19. Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus in vobis formetur?

§. XXVIII V.) Sacramentum pœnitentiæ nullum habet in antiquis patribus fundamentum. Ergo pro ſacramento proprie ſic dicto non eſt agnoſcendum. *Antecedens* late probat Chemnitius in exam. concilli Trid. cui Bellarminus ſatis tenuiter reſpondet, *nullo teſte probari poſſe, quod prima origo ſacramenti pœnitentiae ducta ſit ex ſpectaculis publicae pœnitentiae, quam magna ſeveritate vetus eccleſia in manifeſtis & atrocibus criminibus ſervabat.* Hoc enim docet res ipſa, *aut* ex ſcripturæ teſtimoniis

5.) Non habet fundamentum in patribus.

niis & exemplis ſacramentum pœnitentiæ eſt exſtructum, aut ex illis primitivæ eccleſiæ ritibus, quibus requirebantur ſigna externa contritionis, *exomologeſis* ſeu *confeſſio* criminum (*) & imponebantur certæ caſtigationes, tum exempli cauſa propter alios, tum vero explorationis gratia, an ſeria eſſet pœnitentia, qua de re videatur b. Rhenanus in adnot. ſuis in librum Tertulliani de pœnitentia, ubi probat exomologeſin non fuiſſe ipſam pœnitentiam, ſed ejus actum ſive exterius indicium. Atqui ex ſcripturæ teſtimoniis & exemplis ſacramentum pœnitentiæ exſtructum non eſt, ut paulo poſt adparebit, & ex gloſſa juris canonici patet, quæ confeſſionem auricularem juris divini eſſe negat (**). Relinquitur igitur, quod ex ſpectaculis publicæ pœnitentiæ in primitiva eccleſia ortum duxerit. Regerit Bellarminus: *cur ipſa abſolutio non erit ſacramentum, cum ſymbolum ſit externum divinitus inſtitutum, & gratiae ac juſtificationis promiſſionem habeat?* Reſp. Abſolutio proprie loquendo nullum habet externum ſymbolum divinitus inſtitutum, ſed peccatorum remiſſionem in ſpecie adnunciat, quam alias verbum evangelii omnibus vere pœnitentibus prædicat. Adde, quod Bellarminus ſuperius non ſolum verbum abſolutionis, ſed etiam confeſſionem pœnitentis ad externum hujus ſacramenti ſymbolum pertinere adſerat.

Tria argumenta, quod pœnitentia non ſit ſacramentum.

§. XXIX. Atque hæc ſunt argumenta noſtra, quibus Bellarminus aliquid reſpondit. Poſſunt vero & alia formari: 1.) Sacramenta ſe habent ad fidem, ut inſtrumenta, quæ per illa in nobis confirmatur, ideo circumciſio vocatur *ſigillum juſtitiae fidei*, Rom. IV. 11. ac proinde ſine fide integra ſunt ſacramenta, ſed non proſunt. Auguſtinus tom. VII. libr. 3. contra Donatiſtas. c. 14. *Non intereſt, cum de ſacramenti integritate quaeritur, atque ſanctitate tractatur, quid credat, aut quali fide imbutus ſit, qui accipit ſacramentum. Intereſt quidem plurimum ad ſalutis viam, ſed ad ſacramenti quaeſtionem nihil intereſt, fieri enim poteſt, ut homo integrum habeat ſacramentum & perverſam fidem.* Atqui pœnitentia non eſt confirmandæ fidei medium, ſed habet ſe ad fidem, tanquam totum ad partem, nec exteriores actûs pœnitentis ſine fide ad reconciliationem noſtri cum Deo ſufficiunt, nec ipſa abſolutio, quam volunt eſſe formam hujus ſacramenti, abſque fide eſt ſpiritualis cujuſdam gratiæ medium. Ergo pœnitentia non eſt ſacramentum proprie dictum. 2.) In quolibet ſacramento eſt analogia quædam ſacramentalis inter partem elementarem ſive terrenam & cœleſtem alteram, ut, quod fit in ſigno externo, reſpondeat ei, quod fit interius. Atqui

(*) Licet vox *exomologeſis* proprie *confeſſionem* ſignificet, ſcriptores tamen veteres, veluti IRENÆUS, TERTULLIANUS, aliique, per iſtam eiusmodi intellexerunt confeſſionem delictorum, quæ non tam *verbis*, quam *rebus* ipſis *geſtibus*que olim exprimebatur. Atque huc pertinebant ritus flendi, veſtitu ſordido utendi, ad aliorum pedes ſe proſternendi, illorum deprecationes efflagitandi, aliique huius generis ritus, qui ad *pœnitentiam publicam*, ab excommunicatis & lapſis peragendam, in eccleſia primitiva requirebantur. Uno verbo totius pœnitentiæ publicæ exercitium græce dicebatur *exomologeſis*, cuius pars erat *confeſſio* peccatorum, quæ non privatim, multo minus ea, quæ HODIENUM in cœtu Romano viget, ratione, ſed publice fiebat. Legenda, quæ hanc in rem adnotarunt ex patribus TERTULLIANUS & CYPRIANUS; ille quidem in libr. de *pœnitentia* itemque de *pudicitia*; hic vero in commentat. *de lapſis*. His ex recentioribus iungi merentur IO. CASP. SUICERUS *thes. eccleſiaſt. tom. I. p. 1149.* IO. DALLÆUS *de auriculari latinorum confeſſione libr. III. cap. IV. p. 204.* DIONYS. PETAVIUS *dogmat. theol. tom. IV. p. 252.* GABRIEL ALBASPINÆUS *de veteribus eccleſ. ritibus libr. II. obſerv. 26. p. 232.* IOSEPH. BINGHAMUS *antiquit. eccleſiaſt. vol. VIII. p. 128.* aliique, quos nominare ſuperſedemus.

(**) Vid. *gloſſam* in *diſtinct. V. d. pœnitent. prooem.* ubi adſeritur, *melius dici, eam confeſſionem* (oris ſcil.) *inſtitutam fuiſſe a quadam univerſalis eccleſiæ traditione potius, quam ex novi vel veteris teſtamenti auctoritate. fol. 1887.*

alis analogia in actibus pœnitentis ſive verbo lutionis cum remiſſione peccatorum oſten-equit. Quamvis enim verbum abſolventis atorum remiſſionem non ſolum adnunciet, & factam eſſe ſignificet, quo ſenſu inter referri poteſt, interim tamen nondum ta-ıalogia inter verbum abſolutionis & pecca-n remiſſionem animadvertitur, qualis eſt rem elementarem ac cœleſtem in reliquis mentis. Ergo actus pœnitentis & verbum utionis non conſtituunt proprie dictum ſa-entum. 3.) Omne ſacramentum eſt ſigil-verbo adpenſum, pœnitentia non eſt ſigil-rerbo adpenſum, ſive enim confeſſionem, ıbſolutionem reſpicias, verba habes, ac de verbum verbo adpenderetur. Ergo entia non eſt ſacramentum proprie dictum.

menta biliendo tentiæ mento.

§. XXX. Quibus vero argumentis probant pœnitentiam eſſe ſacramentum proprie ſic dictum? Potiſſimum cauſæ ſuæ ſubſidium quærunt in verbis Chriſti Joh. XX. 23. *Quorumcunque remi-peccata, remittuntur eis, quorumcun-etinueritis, retenta erunt.* Sed multis erit fidiculis, ut ex hoc loco ſacramen-œnitentiæ, quale a pontificiis ſtatuitur, ueatur. Audiamus igitur hac de re diſſe-ı Bellarminum libr. I. de pœnitent. cap. 10. r *verbis* (inquit) *duo colliguntur, quae ıae ſacramentum proprie ſic dictum con-dum & requiruntur & ſufficiunt; ritus ıs ſive ſymbolum divinitus inſtitutum, miſſio gratiae juſtificantis illi ritui ſive o adnexa. Cum enim Dominus poteſta-nceſſerit apoſtolis remittendi peccata; ri non poteſt, quin ſigno aliquo externo teſtatem exerceri voluerit, neque enim s, qui corporales ſunt, peccata ſibi re-ıtelligerent, niſi voce aut ſigno aliquo ac ſenſibili remitterentur. Verbum ſignum corporale ac ſenſibile eſt, neque itus externus abſolventis, ſed etiam ri-rnus pœnitentis ex eodem teſtimonio re-igitur, neque enim peccata remitti debent, niſi iis, qui ſe peccata habere, eaque ſibi diſplicere teſtantur.* Reſp. 1.) Si Chriſtus hoc loco inſtituit ſacramentum pœnitentiæ, tum vi illius ſententiæ omnis pœnitentia & omnis abſolutio ſacramentum erit, cum verba Chriſti ſint generalia. Declaro rem exemplo, quod nec ipſe Bellarminus improbare poterit. Chriſtus paralytico Matth. IX. & fœminæ peccatrici Luc. VII. peccata remiſit, ac verbum abſolutionis pronunciavit, dubitari ergo non poteſt, quin ſigno aliquo externo eam poteſtatem exercuerit, alias homines illi corporales peccata ſibi remitti non intellexiſſent; atque illi ipſi, quibus Chriſtus peccata remiſit, ſe peccata habere, eaque ſibi diſplicere teſtati ſunt, habebimus igitur ſacramentum ante inſtitutionem ſacramenti adminiſtratum. Sic Johannes baptiſta prædicavit baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, apoſtoli ante Chriſti reſurrectionem prædicarunt evangelium, quod complectitur promiſſionem de remiſſione peccatorum; ergo adhibuerunt externum ritum, videlicet verbum abſolutionis, ergo adminiſtrarunt pœnitentiæ ſacramentum. Negat quidem Bellarminus cap. ſeq. 11. Johannem & apoſtolos verbum abſolutionis pronunciaſſe, ſed ex medio argumenti hujus contrarium evincitur: homines erant, quibus peccata remittebant, ergo ſigno aliquo externo utebantur. Non eſt, quod ad baptiſmi ſacramentum recurratur, quæritur enim de peccatorum remiſſione hominibus poſt baptiſmum lapſis adnunciata, quam a Johanne baptiſta & apoſtolis nulli unquam collatam, aut ſacramentum proprie dictum ab ipſis adminiſtratum eſſe, concedendum erit. In vet. teſt. itidem vel nulli unquam credenti poſt circumciſionem remiſſa eſſe peccata, vel ſacramentum pœnitentiæ adminiſtratum fuiſſe, vi argumenti hujus, quod Bellarminus proponit, adſerendum erit. Nathan propheta peccatorum remiſſionem Davidi adnunciat, ipſe David externis ſignis, præſertim vero confeſſione, ſe peccata habere, ſibique peccata diſplicere teſtatur. Ergone ibidem adminiſtratum fuit peculiare aliquod ſacramentum? Idem eſto judicium de Ezechiæ, Ninivita-

ninivitarum ac aliorum pœnitentia. 2.) Quæ igitur hæc eſt illatio: Chriſtus dedit apoſtolis poteſtatem remittendi peccata; ergo inſtituit peculiare ſacramentum pœnitentiæ? Ubi mentio fit materiæ ac formæ ſacramentalis? Sane Chriſtus dando poteſtatem remittendi peccata tacite mandat pœnitentiam, cum non, niſi pœnitentibus peccata ſint remittenda, ſed ex eo nondum ſequitur, quod præceptione illa ſacramentum inſtituerit. Eodem enim modo inferri poterit: Chriſtus Luc. XXIV. 47. *jubet praedicari in nomine ſuo pœnitentiam & remiſſionem peccatorum.* Ergo miniſterium verbi, in quo pœnitentia & remiſſio peccatorum prædicatur, eſt peculiare quoddam ſacramentum. Fatemur, non ſolum in genere per prædicationem legis impœnitentibus & incredulis Dei iram, peccatorum retentionem & æternam condemnationem, per prædicationem evangelii pœnitentibus & in Chriſtum credentibus Dei gratiam, peccatorum remiſſionem & vitam æternam adnunciandam eſſe; ſed etiam in ſpecie ſingulis impœnitentibus & præfractis contemtoribus peccata retinenda, ſingulis vere pœnitentibus & credentibus peccata remittenda eſſe; ſed ex eo nondum ſequitur, per peculiare quoddam ſacramentum id fieri. 3) Lombardus quorundam facit mentionem, qui ſtatuerunt ab exordio mundi hoc ſacramentum fuiſſe inſtitutum lib. IV. ſent. diſt. 22. lit. C. illi non agnoſcent in verbis hiſce Chriſti illud inſtitui. 4.) Immediate ſequitur in verbis Chriſti; *ſicut miſit me Pater, ita & ego mitto vos,* ex quo intelligitur, qualem poteſtatem peccata remittendi & retinendi apoſtolis ſuis Chriſtus conferat. Ipſe quidem eſt unus verus cum Patre & Spiritu ſancto Deus, ideoque authentice & αὐτοκρατορικῶς remittere poteſt peccata; ſed hanc poteſtatem peccata remittendi non conceſſit apoſtolis, quippe quæ eſt & manet ſolius Dei propria: ipſe etiam eſt conſtitutus mediator, qui corporis ſui traditione & ſanguinis ſui in ara crucis effuſione peccatorum remiſſionem promeruit; ſed nec ad hanc muneris ſui partem apoſtolos mittit, cum ipſe ſit *unicus mediator,* 1 Tim. II. 5. Præter hoc officium mediatoris Chriſtus a Patre in hunc mundum miſſus eſt, ut eſſet propheta & doctor, Eſa. LXI. 1. Luc. IV. 18. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, praedicare captivis remiſſionem &c.* In hujus muneris conſortium apoſtolos Chriſtus recipit, eosdemque beneficii caro pretio a ſe parti diſpenſatores & œconomos conſtituit, ut ipſius nomine & loco pœnitentibus peccatorum remiſſionem *miniſterialiter* conferant. 5.) Si præter publicum verbi miniſterium peculiare aliquod pœnitentiæ ſacramentum Chriſtus hoc loco inſtitueret, externum aliquod ſymbolum ſacramentale diſertis verbis exprimeret. At nec hoc loco nec alibi illud exprimit. Urgemus igitur pontificios, ut in ſpecie exprimant, quale ſit externum illud ſignum, neque enim indeterminata illa generalitate contenti eſſe poſſumus, cum proprium aliquod ſacramentale ſignum cuilibet ſacramento ſit adſignandum, & quidem ex propria inſtitutionis ſede. Si hoc vel illud ſignum expreſſerint, ſcripturæ teſtimonium ab ipſis exigemus; nam abſque manifeſto ſcripturæ teſtimonio ſignum aliquod ſacramentale confingere velle, ejuſdem temeritatis eſt, atque novum ſacramentum præter ſcripturam introducere, cum tamen inſtitutio ſacramentorum ſolius Dei propria ſit, ut probat Thomas part III. quæſt. 64. artic. 2. 6.) Præterea ſi pii ac fideles vet. teſt. certi eſſe potuerunt de remiſſione peccatorum abſque aliquo externo ſacramentali ſymbolo & peculiari pœnitentiæ ſacramento, conſequetur, lubricam eſſe argumenti connexionem, quod homines, cum ſint corporales, non intelligant ſibi remitti peccata, niſi per ſignum aliquod ſacramentale. Quod enim Bellarminus verbum itidem refert inter ſacramentalia ſigna, de eo quid ſtatuendum ſit, ſuperius vidimus. In prædicatione evangelii & abſolutione idem omnino verbum adnunciatur, hoc ſaltem intercedit diſcrimen, quod promiſſiones evangelii generales credentibus in ſpecie per verbum abſolutionis adnunciantur & adplicantur; jam vero ſpecies continetur in genere, nec diverſæ ab eo eſt naturæ. 7.) Deni-

ue argumentum Bellarmini procedit ex *ulari*. Homines non intelligunt ſibi re- eſſe peccata, niſi ex ſigno aliquo ſacramen- Ergo in pœnitentia proponitur illud ſi- ſacramentale, adeoque ipſum ſacramen- Præter verbum promiſſionis in evange- præter baptiſmi ſacramentum inſtituit tus ſacram cœnam, in qua mediante bene- pane datur corpus Domini in mortem pro traditum, & mediante benedicto vino ſanguis Domini in ara crucis pro nobis s in remiſſionem peccatorum, quo cer- & pretioſiſſimo pignore vere pœnitentes redduntur de peccatorum remiſſione in evangelii promiſſa & oblata.

XXXI. Regerit Bellarminus, *Chriſtum n his verbis dediſſe apoſtolis poteſtatem endi peccata ac retinendi tum infidelibus delibus, ſed non eodem modo. Infideli- im peccata remitti voluit per baptiſmum, tineri per excluſionem a baptiſmo, ſi indigni eo cenſeantur: at fidelibus re- noluit per baptiſmum, ſed per alium ri- nimirum reconciliationem pœnitentium. igitur poteſtas remittendi infidelibus pec- non ſine ſacramento quodam exercetur: ita oteſtas remittendi fidelibus proinde recon- o fidelium poſt baptiſmum ſacramentum lam eſt.* Reſp. 1.) Admodum dure dici- nfidelibus remitti peccata per baptiſmum. git quidem Bellarminus nomine infideli- os, qui ex gentilitate ad Chriſtum conver- r, ſed illi non ſunt prius baptizandi, an- m Chriſti fidem profiteantur, & ſeriam orum ſuorum agant pœnitentiam, hacte- gitur non amplius ſunt infideles. 2.) Si proferat exempla infantum baptizatorum, ipſorum quidem baptiſmo peccata infide- remitti concedimus, ſiquidem Spiritus S. aptiſmum & fidem & peccatorum remiſ- m infantibus donat, cum remiſſionem torum & fidem adamantino quodam vin- ſcriptura ſacra ubique conjungat. Bellar- s ipſe habitum fidei infantibus baptizatis t libr. I. de baptiſm. cap. 11. col. 232. ergo in numero ac cenſu infidelium non ſunt habendi, perinde ut habitu ſcientiæ inſtructus ignorans non eſt dicendus. 3.) Si dicas, nomine infidelium intelligi non illos, qui ſimpliciter fide in Chriſtum deſtituuntur, ſed qui per baptiſmum eccleſiæ & coetui chriſtianorum nondum ſunt inſerti; diſtinguimus inter *externam* eccleſiæ ſocietatem in doctrinæ profeſſione & ſacramentorum uſu externo conſiſtentem, & inter *interiorem* fidei & Spiritus ſancti ſocietatem. Ab hac catechumeni vere in Chriſtum credentes excludi nec poſſunt nec debent, ſi vel maxime ab illa ſint excluſi, atque ante baptiſmi ſuſceptionem moriantur. 4.) Atque hæc dicta ſint de modo loquendi. Quod ad rem ipſam attinet, ex ſcripturis demonſtrari petimus connexionis hujus nervum: ſicut infidelibus, id eſt, illis, qui externo eccleſiæ cœtui nondum ſunt inſerti, per ſacramentum aliquod peccata remittuntur, videlicet per ſacramentum baptiſmi; ita fidelibus, id eſt, baptizatis & in peccata prolapſis itidem per ſacramentum peccata remittuntur, videlicet per ſacramentum pœnitentiæ. Quid enim? Iſraëlitæ in vet. teſt. per circumciſionem foederi Dei fuerunt inſerti, quodſi poſt ſuſceptam circumciſionem in peccata fuerunt prolapſi, num per peculiare quoddam ſacramentum pœnitentiæ fuerunt in foedus recepti? ſi quis dicat, aliam eſſe rationem vet. quam nov. teſt. manifeſte petitur principium. 5.) Quando pii juxta præceptum Chriſti ex vera pœnitentia & fide orant: *Domine dimitte nobis debita noſtra*, Matth. VI. 12. certi eſſe poſſunt de remiſſione peccatorum ex promiſſione illa generali Joh. XVI. 23. *Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* 1 Joh. V. 14. *haec eſt fiducia, quam habemus erga ipſum, quia quodcunque petierimus ſecundum voluntatem ejus, audit nos;* & ſpeciali illa: 1 Joh. I. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate.* Quid? quod ipſi pontificii ſtatuunt, contritionem poſſe eſſe tantam, ut non accedente confeſſione vel abſolutione peccata remittantur, quomodo igitur ad peccatorum remiſ-

remiſſionem impetrandam ſimpliciter & abſolute neceſſarium erit aliquod ſacramentum? 6.) An vero excidit Bellarmino, Chriſtum ex immenſa & nunquam ſatis prædicanda bonitate venerabile ſacramentum euchariſtiæ inſtituiſſe, in quo pretioſiſſimo ſuo corpore & ſanguine nos certos reddit de peccatorum remiſſione. Quodſi omnino neceſſarium eſt aliquod ſacramentum, quo poſt baptiſmum in peccata prolapſis & ſeriam pœnitentiam agentibus peccatorum remiſſio confirmetur, cur ſacramentum cœnæ dominicæ prætermittere, vel præter hoc aliud quoddam introducere velimus?

Dicta patrum pro ſtabiliendo pœnitentiæ ſacramento.

§. XXXII. Quod ad dicta veterum attinet, quæ Bellarminus pro ſua ſententia adducit, ex illis nihil aliud colligitur, quam quod invicem conferant baptiſmum & pœnitentiam: ſed ex eo nondum ſequitur, pœnitentiam itidem eſſe ſacramentum proprie ſic dictum, ut eſt baptiſmus; alia enim collationis hujus ratio eſt, videlicet quemadmodum in baptiſmo datur ac obſignatur omnium peccatorum condonatio, ita cum baptiſmus non poſſit iterari ac denuo conferri illis, qui in peccata prolapſi, inſtituit Deus pœnitentiæ medicinam, per quam iterum Deo reconciliamur, ac remiſſionem peccatorum conſequimur. Quæ ex Lombardo & ſcholaſticis proferuntur, parum roboris obtinent. Quod enim Bellarminus addit, *fieri non poſſe, ut totis quingentis annis eccleſia univerſa in graviſſimo errore ſit verſata*, ad illud reſpondemus verbis Ignatii epiſt. VI. ἡμῖν ἀρχεῖα ἐστιν ὁ χριστὸς (& ipſius verbum in ſcripturis ſonans) ac Tertulliani libr. de veland. virgin. p. 492. *Veritati nemo poteſt praeſcribere, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non privilegia regionum.* Nec defuiſſe ullis eccleſiæ temporibus, qui gratuitam peccatorum remiſſionem in ſolo Chriſto, non autem in noſtris operibus ac ſatisfactionibus quærendam eſſe docuerunt, ex catalogo teſtium veritatis, ex centenariis Wolffii & aliis ſcriptis abunde patet (*). An & quatenus eccleſia errare non poſſit, ſuo diſcutietur loco. Quæ Bellarminus libr. I. de pœnit. cap. XII. XIII. & XIV. diſputat, an pœnitentiæ ſacramentum a ſacramento baptiſmi diverſum ſit, ea ex ſuperioribus, præſertim vero ex illis, quæ in loco de baptiſmo diſputantur, recte intelligi poſſunt.

CAPUT V.
DE DIVISIONIBUS POENITENTIÆ.

Definitiones pœnitentiae interioris.

§. XXXIII. Atque hæc dicta ſint de genere pœnitentiæ, utrum ſcilicet exterior pœnitentia, quæ definiente Bellarmino libr. I. de pœnit. cap. VIII. non in ſola mentis converſione & peccati deteſtatione conſiſtit, ſed externis ſignis, mœrore, lacrimis, confeſſione, corporis afflictione ſeſe prodit, accedente verbo abſolutionis ſit ſacramentum propriiſſime ſic dictum. Interiorem pœnitentiam definiunt pontificii, quod ſit *virtus, qua nos ex animo ad Deum convertimus, commiſſa a nobis ſcelera deteſtamur, & odio habemus, ſimulque illud nobis certum eſt, malam vitae conſuetudinem corruptosque mores emendare non ſine ſpe veniae a Dei miſericordia conſequendae.* Catech. Rom. part. II. c. 5. de ſacram. pœnit. q. 4. *Reſp.* 1.) Vera pœnitentia non tam

(*) Auctoribus ſupra excitatis, qui teſtimonia patrum huc ſpectantia collegerunt iungi merentur DAN. CHAMIERIUS *panſtrat. cathol. tom. III. libr. XXII. cap. V. p. 463.* IO. FORBESIUS *inſtruct. hiſtorico - theolog. libr. VIII. cap. VII. §. IX. ſeqq. p. m. 390. ſeqq.* & *cap. XXIV. p. 424. ſeqq.* BALTHAS. BEBELIUS in *antiquit. eccleſiaſt. ſec. IV. art. VIII. ſect. 2. §. 55. ſeqq. p. 370. ſeqq.* IAC. BASNAGIUS *hiſtoire de l' Egliſe tom. I. libr. XI. cap. VII. §. V - VIII. p. 646. ſeqq.* IO. FRANC. BUDDEUS in *inſtitut. theol. dogmat. p. 1365. ſeqq.* & IO. GEORG. WALCHIUS in *hiſt. eccleſiaſt. nov. teſt. p. 675, 1036, 1602.*

t virtus quædam habitualis infuſa vel ;a, quam efficax motus cordis a Spiritu accenſus, & interior illuminatio ac renoientis ac voluntatis, ut ſuperius oſtenſum ι.) Veram converſionem non eſſe actum :bitrii, ſed opus Spiritus ſancti paulo poſt trabitur, quomodo igitur talis erit viralem ipſi eſſe intelligunt? 3.) Inſufficiens definitio, cum nullam faciat fidei men, quam eſſentialem pœnitentiæ partem ι loco docebitur. Per ſpem veniæ non int vivam illam & ſalvificam fidem, s ſtatuit propter Chriſtum ſibi remiſſa :cata, quam Bellarminus libr. I. de pœ). 2. col. 1159. vocat *inanem perſua-* & cap. 6. col. 1181. *figmentum Luth.ri m ſtultitiam;* ſed moralem & humanam n, cum *hunc aut illum hominem, ut , ad ſacramentum pœnitentiae accedere, o Dei colligi non poſſit, ſed ex humaum conjecturis & ſignis,* ut Bellarminus :. 4.) Fundamentum hujus ſpei de re: peccatorum non conſtituunt in merito per fidem adprehenſo, ſed in merito contritionis, plenariæ confeſſionis & ſatisfactionis, ut ex ſequentibus intel-

§. XXXIV. Præter hanc di-
nes ſtinctionem pœnitentiæ in *interio-*
ntiæ *rem & exteriorem*, plures inſu-
pér aliæ occurrunt. 1.) Tertullia-

br. de pœnit. ſtatim in principio poen aliam ſtatuit in *bonis*, aliam vero *malo-* Sic enim ſcribit: *Pœnitentiam* (ethnici) ι *bonis factis ſuis adhibent. Pœnitet moris, ſimplicitatis, pœnitentiae, miiae, prout quid in ingratiam cecidit; os execrantur, quia beneficerint, eamime pœnitentiae ſpeciem, quae optimis opeogatur, in corde figunt, nec meminiſſe cune quid boni rurſus praeſtent, contra tiam malorum levius incubant.* Hæc petita eſt ab *objectis*, ac reſpicit pœni, non qualis eſſe debet, ſed qualis eſt. t enim ibidem Tertullianus in malis tanhibendam eſſe pœnitentiam. *Peccatis,* inquit p. 252. *pœnitentia ſolummodo adhibeatur, porro peccatum, niſi malum factum dici non meretur: nec quisquam benefaciendo delinquit, quodſi non delinquit, cur pœnitentiam invadit delinquentium? &c.* 2.) Alia pœnitentia eſt *ethnicorum*, qui vel tædio peccandi tandem affecti vitia ſua exteriora deſerunt, vel ex rationis judicio peccare deſinunt, idque vel formidine pœnæ vel virtutis amore: alia vero *chriſtianorum* (quo nomine generaliter accepto etiam vet. teſt. populum complector) eademque vel *vera* & ſalutaris, vel *falſa* & exitialis. *Vera* ac ſalutaris pœnitentia in ſeria contritione & vera in Chriſtum fide conſiſtit, quam nova obedientia proxime ſequitur. *Falſa* & exitialis iterum duplex eſt: alia *hypocritica*, in ſola externa ſpecie & ſimulatione conſiſtens, quæ vocatur alias *phariſaica*, cum de phariſæis Chriſtus pronunciet, ipſos jejunare (ſive lugere) πρὸς τὸ θεαθῆναι, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. Matth. VI. 5. Ad hanc ſpeciem referenda eſt Achabi pœnitentia, de quo dicitur 1 Reg. XXI. 27. quod audita comminatione pœnarum *ſciderit veſtimenta ſua, induerit ſaccum, jejunaverit, dormierit in ſacco & inceſſerit miſerabiliter*; vel lento gradu, vel nudis pedibus, vel capite velato, hæc enim omnia ſignificat vocabulum אט. Alia vero eſt *dimidiata* ac mutila. Ambroſius libr. X. in Luc. XXII. p. 158. vocat *caſſam*, quæ ſerio quidem deplorat peccata, ſed abſque fide & ſpe gratiæ. Talis fuit poenitentia Saulis & Judæ Iſchariotis, unde a quibusdam vocatur iſchariotica poenitentia, ab apoſtolo vocatur θανατοφόρος 2 Cor. VII. 10. ac plerumque μεταμέλεια adpellatur, ſicut contra vera & ſalutaris pœnitentia dicitur μετάνοια, quod tamen non eſſe perpetuum, oſtendimus ſuperius. Quidam diſtinctionem inter *veram* & ſalutarem ac *falſam* & exitialem poenitentiam ita efferunt, ut dicant, illam eſſe *evangelicam*, hanc vero *legalem*, ubi tamen neceſſario addendum, quod contritio etiam in vera & ſalutari poenitentia ſit ex lege, dicetur igitur ſalutaris poenitentia evangelica non omnium partium reſpectu, ſed ratione partis potioris videlicet fidei, quæ eſt ex evangelio. Nec abſque re

eſt, huc referre diſtinctionem inter timorem *filialem* & *ſervilem*, quando enim quis ſerio dolet, quod Deum, ſummum bonum, offenderit, eundemque ut benigniſſimum Patrem reveretur, ac fide in Chriſtum ſeſe viciſſim erigit, hic eſt timor *filialis* ſalutari poenitentiæ proprius: ſed quando quis non tam ex odio & deteſtatione culpæ, quam ex metu poenæ dolet, ac Deum velut ſeverum & inexorabilem judicem fugit, nec timorem habet συγκεκραμένον τῇ πίστει, hic eſt timor *ſervilis* ad falſam & exitialem partem pertinens; inde eſt, quod veram & ſalutarem poenitentiam quidam συνεκδοχικῶς vocant poenitentiam *culpae*, ſed falſam & exitialem poenitentiam *pœnae*. Item illam vocant poenitentiam *admiſſi*, hanc vero *amiſſi*. Porro diſtinctiones enumeratæ petitæ ſunt partim ex *cauſis*, partim ex *ſubjectis*, partim ex ipſis poenitentiæ *partibus*. 3) Poenitentia ſi accipiatur non ſolum pro interna converſione, ſed etiam pro externis ſignis & profeſſione interioris ad Deum converſionis, dividi poteſt in *ordinariam* ſeu communem & quotidianam, & *extraordinariam* ſive ſpecialem & certi temporis. *Ordinaria* eſt, cui per totum vitæ curſum omnes & ſingulos adultos, etiam eos, qui per verbum & baptiſmum renati ſunt, propter peccati originalis reliquias & quotidianas infirmitates operam dare convenit, de qua dicitur Prov. XXIV. 16. *Septies in die cadit juſtus & reſurgit.* Item tota hominis vere pii vita nihil aliud eſt, quam perpetua poenitentia, conſtat autem non ſolum interna converſione, hoc eſt ſeria contritione & fide, ſed etiam externis ſignis, quæ interiorem converſionem, modo ſit vera ac ſeria, promte ſequuntur, inter quæ eminet humilis peccatorum confeſſio. Ratione *objectorum* confeſſio illa fit vel *Deo* vel *proximo*. De confeſſione coram *Deo* loquuntur multa ſcripturæ dicta, præſertim illud 1 Joh. I. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Porro hæc confeſſio peccatorum coram Deo fit vel *privatim*, quando quilibet ſeorſim peccata ſua confitetur, ac remiſſionem eorum petit, exemplo publicani Lucæ XVIII. 13. vel *publice* ac conjunctim, quando totus eccleſiæ coetus præeunte paſtore peccata ſua Deo confitetur, ac remiſſionem illorum quærit, exemplo populi Iſraelitici Lev. XVI. 21. De confeſſione peccatorum coram *proximo* loquitur Jacobus cap. V. 16. *Confitemini invicem peccata veſtra.* Cum enim in proclivi ſit, proximum verbis vel factis offendere, ideo ex vera & ſincera caritate errata noſtra agnoſcere, eademque deprecari convenit. *Extraordinaria* ſive ſpecialis ac certi temporis poenitentia eſt, quæ vel in delictis gravioribus ac atrocioribus, vel in præſentibus ſive imminentibus calamitatibus, vel conſcientiæ magis confirmandæ cauſa certis quibusdam temporibus coram eccleſiæ miniſtro ſuſcipitur. Eſtque vel *publica* vel *privata*. *Publica* eſt, quando totus aliquis coetus præſentia vel imminentia vindicis Dei flagella ſentiens ſolenni poenitentiæ profeſſione a magiſtratu & paſtoribus eccleſiæ indicta, adhibito fletu & jejunio peccata ſua Deo confitetur, & ipſorum remiſſionem ac poenæ averſionem humiliter implorat. Talis poenitentia fuit Iſraelitarum 1 Sam. VII. 6. Neh. IX. 1. Eſth. IV. 3. Joël. II. 14. & Ninivitarum Jon. III. 5. Huic poenitentiæ in populo Iſraelitico conjuncta erant jejunium, ſciſſio veſtium, lacrimæ, proſtratio in terram, cineris adſperſio, ſacci, hoc eſt, viliorum veſtium uſus, aquæ effuſio &c. *Privata* eſt, quando privatus quiſpiam extraordinariam ac ſolenniorem poenitentiam ſuſcipit, quod contingere ſolet in tribus potiſſimum caſibus, *primo* in delictis gravioribus ac atrocibus, quo pertinet pars illa diſciplinæ eccleſiaſticæ in primitiva eccleſia uſitatæ, qua requirebantur publica & peculiaris poenitentiæ indicia ab illis, qui, poſtquam in eccleſiæ album recepti erant, atrocibus delictis ſe contaminaverant, ac ſuis moribus alios offenderant, hoc fine, ut ex indiciis illis eccleſiæ conſtare poſſet, eos, qui peccaverant, veram & ſeriam poenitentiam agere (*), unde hoc

pacto

(*) Ævo quidem apoſtolico pœnitentia lapſorum eccleſiaſtica adhuc ſimplex erat ac brevis; verum

rum

ꝉcto *eccleſiae ſatisfacere* (*) dicebantur. Hu‑ ꝫ poenitentiæ veſtigium quoddam in noſtris :cleſiis adhuc reliquum, quando ſcortatores ad ıblicam deprecationem adiguntur. Optandum item foret, nervos eccleſiaſticæ diſciplinæ in hac foeta mundi ſenecta arctius adſtringi, in aliis ıoque publicis ac notoriis delictis hanc ſalutem ſeveritatem adhiberi. *Deinde* ſi quando ravioribus quibusdam calamitatibus, præſertim ɱneſticis, peccata noſtra in conſpectum noſtrum Deo veluti ſiſtuntur, tunc itidem extraordiıria illa poenitentia cum lacrimis, moerore jejunio a vere piis ſuſcipi ſolet. Exemplum t in Davide 2 Sam. XII. 16. & Ezechia Eſa. XXVIII. 1. & ſeqq. *Denique* in noſtris eccleis uſitata eſt auricularis confeſſio, qua certis mporibus coram eccleſiæ miniſtro peccata nota confitemur, & conſcientiæ magis confirıandæ ergo abſolutionem ab ipſo petimus, de ıa ſuo loco uberius agetur. Porro hæc diviſio ɔenitentiæ in *ordinariam & extraordinariam*, *publicam & privatam*, in eam, quæ *Deo*, quæ fit *hominibus*, partim ex *adjunctis*, ırtim ex *objectis* eſt petita. 4.) Gaudenſis in ımm. hiſt. paſſ. ex Gorrano in Matthæum, lem producit poenitentiæ diviſionem. Alia poenitentia eſt *vera*, de qua dicitur Matth. III. *Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum:* alia eſt *ſera*, quæ eſt damnatorum, de qua Sap. V. *Gementes prae anguſtia ſpiritus pœnitentiam agent:* tertia eſt *coacta*, & eſt latronum, de qua Eccleſ. V. *Super furem eſt confuſio & pœnitentia.* Quarta eſt *ficta*, & eſt hypocritarum, ſicut Eſau, de quo dicitur Hebr. XII. quod *non inveneriт pœnitentiae locum.* Quinta eſt *deſperata* ſicut Judæ, de qua dicitur in paſſione. Quid de hac diviſione ſtatuendum ſit, ex præcedentibus patet. 5.) Jacobus de Voragine talem proponit diviſionem. Eſt *pœnitentia purgans, qualis fuit Mariae Magdalenae*, eſt *pœnitentia ornans, qualis fuit Iohannis baptiſtae*, & eſt *pœnitentia conſervans, quae juſtum conſervat a caſu.* Sed hæc diviſio procedit ex falſa hypotheſi, qua ſtatuitur, ſanctos non indigere poenitentia, cum tamen pro *peccatorum remiſſione obtinenda omnes orare oporteat.* Pſal. XXXII. 6. 6.) Bellarminus libr. I. de poenit. cap. 21. poenitentiam dividit in *privatam & publicam*, ac rurſus publicam in *ſolennem & non ſolennem*, cujus deſcriptiones apud ipſum videri poſſunt. Injuriam autem nobis facit, quando ſcribit, nos vix

 aliam

rum ætate TERTULLIANI, nec non ſubſequentibus temporibus ea variis ritibus adaucta, ac ſenſim ſenſimque ſeverior longiorque facta eſt. Ipſe TERTULLIANUS libr. *de pœnitentia cap. XI.* haud obſcure innuit, paullatim gradus pœnitentiæ in civitatem chriſtianam introductos eſſe, qui poſtea diſtinctius fuerint conſtituti. GREGORIUS THAUMATURGUS, ſcriptor ſeculi III. quatuor pœnitentium enumerat gradus, *flentium* nimirum, *audientium, proſtratorum & conſiſtentium.* Vid. eiusdem *epiſtol. canonic. p. 121. oper.* Quodſi quæras, quænam ob peccata pœnitentia iſta ſeverior olim fuerit impoſita? paucis reſpondemus, ob idololatriam præcipue, adulterium, homicidium & hæreſin, non excluſis tamen aliis enormibus delictis. Plura hanc in rem non addimus, ſed lectores noſtros, qui hanc veteris eccleſiæ diſciplinam circa pœnitentiam penitius noſſe deſiderant, ablegamus ad IO. MORINUM in præclaro opere *de ſacramento pœnitentiæ*, IAC. SIRMONDU[illegible] *pœnitentiæ*, quæ primum Pariſ[illegible] prodiit, poſtea vero *tom. IV.* oper. eius, Pariſiis *MDCXCVI.* fol. iunctim editorum, inſerta eſt, GABRIELEM ALBASPINÆUM, epiſcopum Aurelianenſem, in *obſervationibus de veteribus eccleſiæ ritibus libr. II. obſ. XXII.* IO. IAC. HOTTINGERUM in biga diſſertat. *de pœnitentia primitivæ & Romanæ eccleſiæ*, Tiguri *MDCCVI.* 4. ÆGYD. STRAUCHIUM in exercitat. *de priſcis pœnitentium ritibus*, & IO. ALB. FABRICIUM in *bibliograph. antiquar. cap. XI. §. XXVII. p. 575. ſeqq.* edit. recentiſſ. ubi & alii adlegantur ſcriptores huc pertinentes.

(*) Ingens proinde diſcrimen intercedit inter ſatisfactiones, quarum in libris veterum ſcriptorum chriſtianorum fit mentio, & inter iſtas ſatisfactiones, quas eccleſia Romana præſcribit atque exigit. Illæ enim non Deo, ſed eccleſiæ fiebant, pro ratione diſciplinæ eccleſiaſticæ, quod in his ſecus ſeſe habet. Plura hanc in rem infra dicemus. Vid. IO. DALLÆUM *de pœnis & ſatisfactionibus humanis libr. II. p. 324.*

aliam, quam publicam pœnitentiam agnoſcere. Hæ ſunt potiores pœnitentiæ diviſiones. Nobis de vera & ſalutari pœnitentia hic agere animus eſt.

CAPUT VI.

DE CAUSA EFFICIENTE NEC NON INSTRUMENTALI POENITENTIÆ.

Cauſa efficiens pœnitentiæ.

§. XXXV. Cauſa *efficiens* principalis veræ & ſalutaris pœnitentiæ eſt ſolus Deus, ſive quod idem eſt, Spiritus ſanctus. Cum enim Spiritus ſanctus ſit Patris & Filii Spiritus, nec ſeparata quadam potentia in opere converſionis agat, ſed eadem, quæ eſt Patris & Filii potentia, ideo perinde eſt, ſive dicas, Deum eſſe cauſam pœnitentiæ, ſive dicas, Spiritui ſancto hoc opus adſcribendum. Ideo autem in ſpecie opus converſionis in quibusdam ſcripturæ dictis Spiritui ſancto tribuitur, quia miniſterium verbi, per quod Deus in cordibus hominum pœnitentiam operatur, dicitur *miniſterium Spiritus*, 2 Cor. III. 8. atque ut creationis opus Patri, redemtio tribuitur Filio, ita ſanctificatio adſignatur Spiritui ſancto, cum tamen nec a creatione Filius & Spiritus ſanctus, nec a redemtione Pater & Spiritus ſanctus, nec a ſanctificatione Pater & Filius ſint excluſi. Probari igitur nobis non patimur, quod ſcribit Bucanus in locis theol. loc. XXX. p. 291. κύϱιον ἄιτιον *pœnitentiae eſſe Deum*, συναίτιον *Spiritum ſanctum.* Atqui *opera ſacroſanctae Trinitatis ad extra ſunt indiviſa* trium perſonarum, ut eſt una divinitas, ita quoque potentia & ἐνέϱγεια una. Ceterum cauſam efficientem principalem pœnitentiæ eſſe ſolum verum Deum, probatur ex ſequentibus ſcripturæ dictis. 1.) In quibus converſionis opus diſertis verbis Deo tribuitur. 1 Reg. XVIII. 37. *Exaudi me, Domine, ut cognoſcat populus iſte, quod tu ſis Iehova, & quod converteris cor eorum retrorſum.* Jer. XXXI. 18. *Converte me Domine, & convertar*, v. 19. *poſtquam enim convertiſti me, egi pœnitentiam.* Thren. V. 21. *Converte nos, & convertemur & ſalvi erimus.* Ezech. XXXVI. 26. *Dabo vobis cor novum, auferam cor lapideum e medio veſtri, & dabo vobis cor carneum.* Luc. XIX. 10. *Venit Filius hominis quaerere & ſalvare, quod perierat.* (Sicut ovis in errorum avia ſemel abducta ex ſe & ſuis viribus non poteſt in viam redire & gregi ſe adſociare, ita quoque ex nobis in viam ſalutis redire non poſſumus. Chriſtus igitur ſuaviſſima pictura ſe nobis commendat, quod ſit paſtor palantes ac errantes, imo perditas oves requirens) Act. V. 31. *Hunc* (Jeſum) *principem & ſalvatorem Deus exaltavit dextra ſua ad dandam pœnitentiam Iſraëli & remiſſionem peccatorum.* Act. XI. 18. laudat eccleſia Dei beneficium, quod *etiam gentibus dederit pœnitentiam adſalutem.* Eph. II. 5. *Cum eſſemus mortui in peccatis, vivificavit nos Deus una cum Chriſto.* 2 Tim. II. 25. & 26. Apoſtolus miniſtrum *patientem* eſſe jubet *erga reſiſtentes, ſi quando Deus det illis pœnitentiam, ut reſipiſcant* (ἀναυήψωσιν) *ex diaboli laqueis.* Apoc. III. 9. *Ecce dabo de ſynagoga ſatanae, qui dicunt ſe ipſos Iudaeos eſſe, & non ſunt, ſed mentiuntur, ecce faciam illos, ut veniant, & adorent ante pedes tuos, & ſciant, quod ego dilexi te.* 2.) In quibus peculiariter opus converſionis tribuitur Spiritui ſancto. Gen. VI. 3. *Non diſceptabit Spiritus meus cum hominibus in ſeculum, quia caro ſunt.* Voluit omnino Spiritus ſanctus per verbum in cordibus hominum operari pœnitentiam, ſed illi omnes Spiritus ſancti admonitiones ac redargutiones præfracte contemſerunt, carnis voluptates ſecuti. Ezech. XXXVI. 26. *Dabo vobis Spiritum novum.* (renovabo vos ad pœnitentiam per Spiritum ſanctum) Joh. XVI. 8. *Spiritus ſanctus arguet mundum de peccato, juſtitia & judicio.* 3.) In quibus hominis viribus δύναμις ſe ipſos convertendi adimitur. Gen. VI. 5. cap. VIII. 21. *Omne figmentum cogitationum cordis tantum pravum omni die.* Deut. XXIX. 3. *Signa & portenta illa magna viderunt oculi tui*, v. 4.

nec

tamen dedit vobis Deus cor ad intelligen-, *oculos ad videndum, & aures ad audi-m uſque in hunc diem.* Dicuntur homi-*ſedere in tenebris & regione umbrae mortis*: I. 79. *eſſe tenebrae*: Joh. I. 5. Eph. V. 8. in *peccatis mortui*: Eph. II. 1. Quomodo r ad lucem & vitam ſpiritualem ſuis ſeſe us convertere poſſunt? Joh. VI. 44. & 65. Chriſtus: *nemo venit ad me, niſi Pater erit illum.* 2 Cor. III. 5. *non ſumus ſuffici- cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex s, &c.* 4.) In quibus miniſtris eccleſiæ opus erſionis tribuitur, id enim Deus per ipſo-miniſterium agit. Luc. I. 16. Johannes ba- *convertet corda Iſraelitarum ad Dominum.* XXVI. 7. dicit Dominus ad Paulum, *am te ad gentes, ut aperias oculos earum, nvertantur a tenebris ad lucem, a poteſtate nae ad Deum.* 2 Cor. V. 20. *Legati ſumus iſti nomine, Deus enim per nos exhortatur.*

XXXVI. Referenda huc dicta veterum. roſius lib. I. in Lucam. cap. XXII. *Quos s reſpicit, plorant delictum. Negavit us, & non flevit, quia non reſpexerat ninus, negavit ſecundo, & non flevit, adhuc non reſpexerat Dominus: negavit io, & reſpexit Ieſus, & ille amariſſime t.* Auguſtinus (vel ut quidam volunt, Ful-ius) de fide ad Petrum (*) cap. 31. *Firmiſſime , & nullatenus dubites, neminem hic poſſe inum pœnitentiam agere, niſi quem Deus ninaverit, & gratuita ſua miſeratione rerterit; Apoſtolus enim dicit:* Si forte det Deus pœnitentiam, ut reſipiſcant a diaboli eis. Idem in enchir. c. 82. *Non ſolum agitur pœnitentia, verum etiam ut agatur, miſericordia neceſſaria eſt, alioquin non ret apoſtolus:* ſi forte det illis Deus pœni-iam, *& ut Petrus amare fleret, praemiſit gelium & ait:* reſpexit eum Dominus. Idem ſal. LXXXIV. *Nonne ille, qui te vocavit aver-, ipſe praeſtitit, ut converteteris.* Caſſio-us in Pſal. XXXII. 8. *Vides, quod peccato-non habent intellectum, niſi quando Dominus cum converſis propitiatus indulget.* Gregorius hom. VIII. in Ezech. *Quis illam* (pœnitentiam) *Mariae Magdalenae infudit intus, niſi quae benigne ſuſcepit foris? quis illam ad lacrimas urgebat per compunctionis Spiritum, niſi qui hanc exterius coram ſimul recumbentibus recipiebat ad veniam?* Ephrem Syrus I. de compunct. cordis c. 6. circa medium. *Nos negligimus quaerere eum, & cunctamur invocare eum, ipſe autem diligit nos, & ipſe miſeretur. Ipſe illuminat oculos mentis noſtrae, & ipſe nobis compunctionis ſuae gratiam praebet.* Anshelmus in enarr. evang. f. 291. *Ex nobis ipſis habemus, unde in culpam cadamus, ſed ex nobis ipſis non habemus, unde ad veniam reſurgamus.* Bernhardus ſerm. III. ſup. Cant. *Qui dedit voluntatem pœnitendi, opus eſt, ut addat & continendi virtutem &c. Sine ipſo nihil poſſum facere, nihil inquam, quia nec pœnitere, nec continere.* Idem repetit ſerm. II. de 7. panib. col. 180. *Tertia Dei miſeratio fuit, quod viſitavit cor meum & immutavit, ut amara fierent, quae male dulcia prius erant.* Gerſonius libr. de remed. contra puſill. *Nullus praeſumat, quod velit aut poſſit per ſe ſurgere a peccatis, aut peccata cavere, hoc enim ſolius divinae eſt gratiae, caveat ergo quisque a ſigno tantae ſuperbiae,* Beda lib. III. in Eſdr. c. 23. *Per Spiritum S. nobis & devotio pœnitendi infunditur: & pœnitentibus donum veniae confertur.* Agnoſcit hoc ipſe Granatenſis, ideo libr. II. memorialis vitæ chriſt. c. 2. p. 66. ſic ſcribit: *Quemadmodum homo, qui de ventre matris ſuae naſcitur incurvatus ſeu gibboſus, nullam poteſt invenire medicinam, aut virtutem naturalem, cujus vi poſſit ad naturalem rectitudinem reſtitui; ita etiam cum noſtrae voluntas nata ſit cum hoc ſpirituali gibbo atque incurvatione, nemo eſt, qui eam ad rectitudinem poſſit reducere & ad Deum ſic erigere, ut Deum ſuper omnia diligat, niſi Deus ipſe, qui creavit eam. Quemadmodum ergo homo non poteſt hunc amorem omnia tranſcendentem acquirere ſine Deo, ſic nec ſuper omnia dolere poteſt ſine ſpeciali dono &* auxi-

(*) Librum hunc non eſſe AUGUSTINI, cuius nomen praefert, ſed FULGENTII Ruſpenſis, qui ineunte ſeculo VI. floruit, nemo eruditorum hodie amplius dubitat.

auxilio Dei, unum enim ab alio dependet. Idem conc.I. paſch. ex meditat. Auguſtini. *Sero te cognovi lumen verum, ſero te cognovi, erat enim nubes magna & tenebroſa ante oculos vanitatis meae, quae faciebat, ut veritatis lumen videre non poſſem. Sero te cognovi, veritas antiqua, quia caecus eram, & caecitatem amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. At tu, illuminator meus, non te quaerentem quaeſiviſti, non vocantem vocaſti, tu intonaſti voce grandi dicens: Fiat lux in interioribus cordis hujus, & facta eſt lux, & diſceſſit nubes magna & tenebroſa, quae operuerat oculos meos, & vidi lucem tuam, & cognovi tenebras, in quibus fueram &c.* (hac comparatione inter *creationem* & *converſionem* evidenter docetur, ſolius Dei opus eſſe veram & ſalutarem hominis poenitentiam.)

An voluntas hominis ſit poenitentiae συναίτιον?

§. XXXVII. Συναίτιον poenitentiae a pontificiis ſtatuitur hominis voluntas. Bellarminus libr. I. de poenit c. 6 col. 1178. mendacii adcuſat Chemnitium, quod ſcripſerat, *Pontificios hominem peccatorem poſt baptiſmum lapſum deducere ad humana ſeu propria opera, ut illa accedente verbo abſolutionis ſint & fiant ſacramentum, hoc eſt cauſa efficiens & conferens gratiam reconciliationis cum Deo.* Col. 1182. falſo Thomae Aquinati tribui dicit, quod ſcripſerit, *ad remiſſionem peccati requiri actum noſtrum, qui ſit meritorius, quia cadat ſub libero arbitrio,* cui reſpondemus hoc modo. 1.) Ipſe Bellarminus libr. II. de poenit. c. 2. propoſ. 2. ſcribit, *contritionem eſſe actionem liberam,* hoc eſt talem, quae ſit in poteſtate noſtra, quod probare cupit ex eo, quia exſtent praecepta divina de contritione, *quorſum autem imperentur* (inquit) *ea, quae non ſunt in noſtra poteſtate?* c. 3. ſic ſcribit: *Hoc tempore ſatis cum Lutheranis convenimus, poenitentiam ac per hoc contritionem donum eſſe Dei, nec poſſe ſine divina inſpiratione ſolis naturae viribus obtineri.* libr. I. de poenit. c. 6. mend. 3. *Contritio & conſequenter confeſſio non eſt noſtrum tantum opus, ſed etiam Dei, qui illam nobis inſpirat.* Et quamvis Bellarminus illam manifeſte Pelagianam opinionem improbet, quae contritionem, adeoque totum converſionis opus, ſolis liberi arbitrii viribus tribuit, tamen πελαγιανίζουσαν illam ſententiam amplectitur, quae converſionem inter Dei gratiam & hominis voluntatem diſtribuit, hoc eſt, ſtatuit, voluntatem hominis ex naturalibus viribus συνεργεῖν in ipſo ſtatim primo converſionis initio, qua de re in tractatu de libero arbitrio latius egimus. Recognoſcat Bellarminus ſua verba libr. VI. de grat. & libero arbitr. cap. 10. col. 901. *Ipſum credere, quod eſt opus Dei, jubet Dominus, ut ipſi operemur, ac per hoc jubet, ut Deo in hoc opere cooperemur.* cap. 11. col. 909. *Liberum arbitrium in actione credendi & diligendi attenuatum quidem eſt, non tamen exſtinctum, ac per hoc operari poteſt opera pietatis, ſi adjuvetur a gratia.* 2.) Quidam Scholaſtici diſerte diſputant, *hominem ex puris naturalibus poſſe Deum ſuper omnia diligere,* ut ex Scoto, Occamo, Petro de Alliaco & Biele propriis ipſorum verbis oſtendimus in tract. de liber. arbitr. §. 51. Jam vero paria ſunt Deum ſuper omnia diligere ex puris naturalibus, & ſuper omnia dolere de peccato ex puris naturalibus, ut ex Granatenſi oſtendimus §. praecedente. Frigide reſpondet Bellarminus, Vegam oſtendere, quod aliter ſenſerit Scotus, & meliorem ſcholae partem docere contrarium; quid enim fiet de reliquis ſcholaſticis, praeſertim de Biele, qui ex principiis theologiae ſcholaſticae ſatis apte hanc concluſionem deducit, & argumentis contrariis reſpondet? 3.) Thomae verba diſerta ſunt 1. 2. q. 114. artic. 6. *Opus noſtrum habet rationem meriti ex duobus, primo ex vi motionis divinae, & ſic meretur aliquis de condigno, deinde ſecundum quod procedit ex libero arbitrio, & hinc meritum congrui,* artic. 3. *Opus meritorum dupliciter conſideratur, primo, ut procedit ex libero arbitrio, deinde ut procedit ex gratia Spiritus ſancti, primo modo non eſt ibi condignitas, ſed congruitas, videtur enim congruum, ut homini operanti ſecundum ſuam virtutem Deus compenſet ſecundum excellentiam ſuae virtutis, poſteriori modo attenditur valor meriti ſecundum virtutem Spiritus moventis nos in vitam aeternam.*

artic.

4. ***Actus habet merendi rationem, primo* ivina ordinatione, ſecundo ex parte liberi rii?** Quomodo ergo mendaciter ſcripſit nnitius, ideo actum meritorium a Thoma i, quia cadit ſub liberum arbitrium? 4.) ndo Chemnitius ſcribit, pontificios deduce- omines ad propria opera, terminum illum mit merito & operibus Chriſti, non autem t, ad opera ex condigno meritoria grati- Spiritus ſancti adjuvantem a pontificiis ibus, & ad opera ex congruo meritoria gra- prævenientem a quibusdam ipſorum re- . Qua igitur ſpecie mendacii notam hoc ne ipſi inuret Bellarminus? an non ipſe ſtatuit, actiones illas pœnitentis cum verbo utionis, conjunctas eſſe ſacramentum, hoc cauſam efficientem & conferentem remiſ- s peccatorum? Cum contra fidem illam, ſtatuimus, Chriſti juſtitiam nobis imputari, eccata propter Chriſtum ex gratia condo- inanem perſuaſionem, figmentum Luthe- meram ſtultitiam adpellet; hoc certe eſt ines a Chriſto ad propria opera & merita cere. Quamvis enim ad contritionem, eſſionem & ſatisfactionem ſpeciale Dei au- n requiri dicat, eædem tamen actiones & manent opera noſtra, quippe quorum ſocia ac ſynerga eſt liberum hominis arbi- ı, quod Bellarminus haudquaquam negat. Et quid dicemus de diſpoſitionibus ad juſti- onem, de præparationibus ad gratiam, de to congrui, quæ omnia non ex gratia ju- ationis procedere, ſed eandem præcedere ntur, ut ſuo loco plenius dicetur?

menta abilienda εργία verſione.

§. XXXVIII. Argumenta, quibus converſionis opus vel ex toto vel ex parte naturalibus liberi arbitrii viribus vendicatur, alibi expoſuimus. 1.) *Praecipitur hominibus, ut ad Deum ſeſe convertant, ergo propriis viribus convertere ſeſe poterunt.* Reſp. prolixe de hoc argumento egimus in tract. de lib. arb. §. 72. 2.) *Niſi converſionis opus inter Dei gratiam & hominis voluntatem dividatur, introducetur abſolutum decretum ac Deus ſtatuetur προσωπολήπτης.* Reſp. De hoc argumento itidem late egimus in tract. de elect. & reprobat. §. 139. nolumus ergo ταυτολογεῖν.

Cauſa inſtrumentalis pœnitentiæ.

§. XXXIX. Cauſa pœnitentiæ ὀργανικὴ ſive *inſtrumentalis* eſt Dei verbum, ſiquidem ſalutarem illam peccatoris ad Deum converſionem Spiritus ſanctus operatur non ἀμέσως, ſed ἐμμέσως per verbum legis & evangelii: hoc quidem modo, ut per legem manifeſtet peccata, iram Dei denunciet, ac conſcientiæ terrores incutiat; per evangelium vero mentes conſternatas viciſſim erigat, monſtrando Chriſtum mediatorem, ac fidem in eum accendendo, unde duæ oriuntur pœnitentiæ partes, *contritio* & *fides*. Organon igitur contritionis proprium & peculiare eſt concio legis, ad quam pertinent calamitates publicæ & privatæ, quæ ſunt veluti reales conciones de atrocitate peccatorum & ira Dei adverſus illa, uti etiam meditatio paſſionis ac mortis Chriſti, quæ lucidiſſimi ſpeculi vicem obtinet, ex quo gravitatem iræ divinæ adverſus peccata cognoſcere poſſumus. Organon fidei accendendæ proprium eſt evangelium, quod eſt concio de gratuita promiſſione remiſſionis peccatorum propter Chriſtum mediatorem pro peccatis noſtris in ara crucis mortuum; hanc fidem ſequitur propoſitum melioris vitæ & nova obedientia, faciens fructus pœnitentia dignos, qua de re plura in ſpeciali horum omnium ἐξηγήσει.

CAPUT VII.

DE PARTIBUS POENITENTIÆ IN GENERE.

pœnitentiæ ſunt contritio fides.

§. XL. Ex his facile conſpicitur, duas eſſe proprias & eſſentiales pœnitentiæ partes, *contritionem* ſcilicet ac *fidem*, quod in genere hiſce confirmatum damus argumentis: 1.) Pœnitentia eſt quædam converſio, unde Hebræis תשובה adpellatur. Jam vero omnis converſio verſatur intra duos terminos, quorum

rum unus vocatur terminus *a quo*, alter vero terminus *ad quem*. Ergo etiam pœnitentia duos illos terminos habebit. Terminus *a quo* ſunt peccata & vita male acta, ex quorum conſideratione oritur dolor & contritio. Terminus *ad quem* eſt Deus, in quem, fiducia miſericordiæ propter Chriſtum mediatorem promiſſæ, cor hominis ſeſe erigit. Ex quo manifeſtum eſt, duas eſſe pœnitentiæ partes, videlicet *contritionem* & *fidem*. Act. XIV. 15. *Adnunciamus vobis, ut ab iſtis vanis convertamini ad Deum vivum, qui fecit cælum & terram.* Act. XX. 20. *Nihil ſubtraxi vobis utilium, quo minus adnunciarem vobis, & docerem vos publice & in domibus,* v. 21. *teſtificans Iudaeis ac gentibus pœnitentiam in Deum & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Act. XXVI. 18. *Mitto te aperire oculos gentilium, ut convertantur a tenebris ad lucem, & de poteſtate ſatanae ad Deum, ut accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter eos, qui ſanctificati ſunt per fidem, quae eſt in me.* v. 20. dicit apoſtolus: *Adnunciabam gentibus, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna pœnitentiae opera facientes.* Refer huc omnia illa ſcripturæ dicta, in quibus vere ac ſerio pœnitentiam agentes dicuntur *a peccatis ad Dominum converti*, & conjunge deſcriptiones veterum, ſuperius §. VIII. adlatas (*). 2.) Quot ſunt ſumma doctrinæ cœleſtis genera, quorum miniſterio Spiritus ſanctus veram ac ſalutarem pœnitentiam prædicat, & eandem in cordibus hominum operatur, tot ſunt eſſentiales pœnitentiæ partes. Jam vero duo ſunt ſumma doctrinæ cœleſtis genera, per quæ Spiritus ſanctus pœnitentiam prædicat & operatur, videlicet *lex* & *evangelium*, ut evidenter conſtat, & ex ſufficienti enumeratione reliquorum doctrinæ capitum facile probari poteſt. Ergo etiam duæ ſunt eſſentiales pœnitentiæ partes. Connexio *majoris* manifeſta eſt, quia quælibet iſtarum doctrinarum peculiarem ac proprium ſuum in homine convertendo effectum obtinet, qui duo effectus, licet inter ſe diſtincti ſint, tamen ad unum commune ἀποτέλεσμα pœnitentiæ conſtituendum συνημμένως concurrunt. *Lex* incutit dolorem, dum peccati atrocitatem & iram Dei adverſus illud manifeſtat, & hominem propter transgreſſionem accuſat. *Evangelium* homini territo ac contrito proponit mediatorem Chriſtum, in ara crucis pro peccatis noſtris mortuum. Referenda huc ſequentia ſcripturæ dicta: 1 Sam. II. 6. *Dominus mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit.* Pſalm. CXVIII. 18. *Caſtigando caſtigavit me Dominus, & morti non tradidit me.* Pſalm. CXIX. 28. *Deficit anima mea prae anguſtia, confirma me.* Eſa. XXVIII. 21. *Facit opus alienum, ut faciat proprium.* Eſa. LVII. 15. *In ſancto habitat & cum contrito & humili ſpiritu, ut vivificet ſpiritum humilium & vivificet contritorum.* Oſe. VI. 1. *Dominus lacerat & ſanat. In tribulatione ſua dicit Dominus, mane quaerent me dicentes: Venite revertamur ad Dominum, quoniam ipſe percuſſit nos, & medebitur nobis.* Matth. XI. 28. *Venite ad me, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* In quibus dictis per mortificationem, percuſſionem, caſtigationem &c. intelligitur *contritio*, per vivificationem, ſanationem ac refectionem exprimitur *fides*, quæ in Chriſto invenit vitam, medelam & quietem. 3.) Quot partes eſſentiales in ipſa praxi vere pœnitentium conſpiciuntur, tot partes eſſentiales veræ & ſalutaris pœnitentiæ ſunt conſtituendæ. Ratio conſecutionis pendet ex perpetua & exacta relatione *theoriae* & *praxeos*. Atqui in praxi vere pœnitentium duæ partes eſſentiales conſpiciuntur. Ergo totidem, nec plures nec pauciores partes veræ

(*) Duas eſſe pœnitentiæ partes, oſtendit inſuper *juſtitia* & *miſericordia* Dei. Ex *illius* conſideratione naſcitur *contritio*, ex *hujus* meditatione *fiducia*. Dan. IX. 5, 9, 18. *Peccavimus, inique egimus, impii fuimus*, (hæc eſt pœnitentiæ pars prior) *tua vero, Domine, eſt miſericordia & remiſſio. Non in juſtitiis noſtris proſternimus nos &c.* (hæc eſt pœnitentiæ pars poſterior) Luc. XXIV. 47. Chriſtus jubet *prædicare pœnitentiam*, (hoc eſt, agnitionem peccati ex lege) *& remiſſionem peccatorum*, (hoc eſt fidem ex evangelio) Act. XX. 21. *teſtatus ſum illis pœnitentiam & fidem in Ieſum Chriſtum.* GERHARDUS.

& ſalutaris pœnitentiæ erunt conſtituendæ. *mtum* probatur ex congerie exemplorum. i parentes, horribiliter lapſi, initio terrentur ne legis & denunciatione pœnarum, mox ntur evangelica promiſſione de ſemine mu- Gen. III. 15. David primum ſevero Dei tri- i ſiſtitur, mox evangelicam concionem au- *Dominus transtulit peccatum tuum.* 2 Sam. 13. Summa prædicationis Chriſti continetur :rbis: *Agite pœnitentiam & credite evange-* .arc. I. 15. & Joannes digito oſtendit *agnum* *ollentem peccata mundi.* Joh. I. 29. Mu- :ccatrix interioris contritionis ſigna ſatis lu- a edit, mox a Chriſto audit, *remiſſa ſunt* *:ccata tua, fides tua te ſalvam fecit, abi in* Luc. VII. 48, 50. Idem de reliquis vere itariter pœnitentibus eſt judicium. 4.) Poe- ia eſt ſalutaris animæ medicina, ſpirituali- oſtris morbis oppoſita, docente Chriſto ı. IX. 12. *Non indigent illi, qui valent,*), *ſed qui male habent.* v. 13. *Non veni* : *juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* ıadmodum igitur in curatione corporis re- ır morbi agnitio & abolitio, ita quoque in one animæ neceſſaria erit peccati tanquam ıalis morbi ſeria agnitio ac deteſtatio, ejus- ıe per fidem in Chriſtum abolitio. Am- s in cap. III. ad Rom. *Per legem peccati* *io, per fidem abolitio.* Inde eſt, quod ille Samaritanus, Chriſtus Jeſus, vulneribus : curandis *vinum & oleum* adhibere dici- .uc. X. 34. acre eſt vinum, ſed leniens . Ambroſius libr. I. de poenit. cap. 10. *In-* *vinum & oleum, non vinum ſine oleo, ſed* *& foveat & remordeat.*

ionem tem pœ-tiæ. §. XLI. Nec deſunt argumenta, quibus in ſpecie probentur duæ iſtæ eſſentiales poenitentiæ partes. *Contritionem* eſſe partem entiæ concedunt pontificii, quamvis eo .e actionem quandam liberam ſponte ad- n ac ſigna externa contritionis intelligant, ılo poſt adparebit: nos vero contritionis e intelligimus veram peccati agnitionem, de illo dolorem, & interiores conſcien- gores, cum externis quibusdam ſignis ut plurimum conjunctos, quæ omnia priorem poenitentiæ partem conſtituere ſic oſtendimus: Quidquid 1.) Deus ipſe a vere poenitentibus requirit; 2.) & in exemplis vere poenitentium perpetuo conſpicitur; 3.) ac ſine quo peccatorum remiſſio non habet locum, illud ad eſſentiales veræ ac ſalutaris poenitentiæ partes omnino pertinet. Atqui contritionem, hoc eſt, veram peccati agnitionem ac ſerium de illo dolorem, 1.) Deus ipſe a vere poenitentibus requirit, Eſaj. XLVI. 8. *Reducite praevaricatores ſuper cor.* Eſaj. LXVI. 2. *Reſpiciam ad pauperem & contritum ſpiritu & trementem ſermones meos.* Jer. III. 13. *Veruntamen agnoſce iniquitatem tuam, quia in Jehovam, Deum tuum, praevaricata es.* Jer. IV. 4. *Circumcidite vos Jehovae, & auferte praeputia cordis veſtri.* v. 8. *Accingite vos ſaccis, plangite & ululate.* Joël II. 12. *Convertimini ad me toto corde veſtro in jejunio, fletu ac planctu, ſcindite corda veſtra, et non veſtimenta veſtra.* 2.) Idem in exemplis vere poenitentium perpetuo conſpicitur. Primi parentes timent ac fugiunt conſpectum Domini. Gen. III. 8. Davidi peccatum adulterii ac homicidii prius ob oculos ponitur, ut in hanc vocem dolore plenam erumpat: *peccavi*, antequam peccatorum remiſſionem audiret, 2 Sam. XII. 13. Sic, poſtquam David numerari juſſiſſet populum, *cor percuſſit ipſum*, ut diceret ad Jehovam: *peccavi graviter in eo, quod feci, nunc ergo Jehovah transfer iniquitatem ſervi tui, quia ſtulte egi valde.* 2 Sam. XXIV. 10. Manaſſe cum in anguſtiis eſſet, *oravit faciem Jehovae, Dei ſui, & humiliavit ſe valde coram facie Dei patrum ſuorum.* 2 Paral. XXXIII. 12. *Sicut leo contrivit omnia oſſa mea*, dicit Ezechias Eſaj. XXXVIII. 13. 3.) Absque vera contritione remiſſio peccatorum non habet locum, Matth. IX. 12. *Non indigent valentes medico, ſed male habentes.* Matth. XI. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Ergo contritio ad partes eſſentiales veræ poenitentiæ omnino requiritur. Quamvis igitur in quibusdam ſcripturæ dictis & exemplis non fiat diſerta contritionis mentio, eadem tamen in deſcriptione veræ ac ſalutaris pœnitentiæ ſemper eſt ſubintelligenda,

ligenda, ut ex adlatis rationibus conſtat. Joh. VIII. 24 *Niſi credideritis, quod ego ſim*, (& ſeriam egeritis poenitentiam) *moriemini in peccatis veſtris.*

Fidem eſſe partem pœnitentiæ.

§. XLII. Veram in Chriſtum *fidem* non minus ad ſalutarem poenitentiam requiri, ejusdemque partem alteram conſtituere, hiſce oſtendimus argumentis: 1.) poenitentia eſt *opus ad vitam*, Act. XI. 18. per quam obtinetur remiſſio peccatorum Jer. XXXVI. 3. Act. III. 19. gratia Dei, juſtitia, donatio Spiritus ſancti, averſio vel mitigatio poenarum ac vita æterna, ut ſuo loco plenius oſtendetur. Jam vero hæc non habent locum absque fide, *ſine qua impoſſibile eſt Deo placere*, Hebr. XI. 6. quin imo ſola fide in Chriſtum hæc beneficia obtinentur. Ergo fides non poteſt excludi a partibus veræ poenitentiæ, quin potius reſpectu fidei hæc omnia de pœnitentia prædicantur, modo prædicationis eo, quo proprietas partis toti propter illam partem tribuitur. 2.) Per quod vera & ſalutaris poenitentia a falſa & exitiali diſtinguitur, illud a partibus veræ & ſalutaris poenitentiæ eſſentialibus non eſt excludendum. Jam vero per fidem vera & ſalutaris poenitentia a falſa & exitiali diſtinguitur. Ergo fides a partibus veræ & ſalutaris poenitentiæ eſſentialibus non erit excludenda. *Adſumtum* conſtat ex definitione utriusque poenitentiæ ſuperius tradita. Judam poenitebat ſuæ proditionis non minus, quam Petrum abnegationis, nec tamen poenitentia Judæ ſalutaris erat, quia non erat conjuncta cum vera & ſalvifica fide in Chriſtum, qua Petrus in angoribus conſcientiæ ſeſe iterum erigebat. 3.) Quodcunque in deſcriptione veræ & ſalutaris poenitentiæ ut pars eſſentialis requiritur, illud ex numero partium non venit excludendum. Jam vero fides in deſcriptione veræ & ſalutaris pœnitentiæ ut pars eſſentialis requiritur, Matth. XXI. 32. *Vos autem videntes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, ut crederetis ei.* Marc. I. 15. *Agite pœnitentiam, & credite evangelio*, Act. XX. 21. *Teſtatus ſum Judaeis & gentibus pœnitentiam in Deum & fidem in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Matth. III. 2. *Johannes praedicavit dicens: pœnitentiam agite.* Act. XIX. 4. *Johannes baptizavit baptiſmo pœnitentiae populum, dicens, ut crederent in eum, qui venturus eſſet.* Ergo fides in numero partium poenitentiæ non erit excludenda; προσδιοϱιϛμὸς ille, requiri ut partem, additur propter novam obedientiam, quæ itidem in deſcriptione veræ poenitentiæ requiritur, non autem ut pars, ſed ut fructus. Matth. III. 8. *Facite fructus pœnitentia dignos.* Act. XXVI. 20. *Adnunciabam gentibus, ut pœnitentiam agerent & converterentur ad Deum, digna pœnitentiae opera facientes.* 4.) Si fides ex numero partium eſſentialium poenitentiæ expungitur, non datur in converſione terminus ad quem, nullum ſupereſt diſcrimen inter ſalutarem & exitialem poenitentiam, conſcientiis territis adimitur firma conſolatio, poenitentia tota erit legis opus, ac proinde non erit μετάνοια εἰς ζωὴν καὶ σωτηϱίαν Act. XI. 18. 2 Cor. VII. 10. quæ omnia cum ſint abſurda, utique negandum non erit, fidem eſſe poenitentiæ partem.

Dicta veterum.

§. XLIII. Referenda huc ſunt dicta piorum veterum. 1.) In quibus poenitentiam & fidem conjungunt, ubi poenitentiæ nomine συνεκδοχικῶς *contritio* intelligitur. 2.) In quibus poenitentiæ ſpem veniæ addunt, ubi ſpes veniæ nihil aliud notat, quam fiduciam miſericordiæ divinæ propter Chriſtum promiſſæ. 3.) In quibus pœnitentiam dicunt eſſe peccata plangere & plangenda ulterius non facere, ubi prius pertinet ad contritionem, poſterius prærequirit fidem, absque qua vitæ novitas Deo placens locum habere nequit. Juſtinus in qq. & reſp. ad orthod. q. XXXVII. p. 322. *Per pœnitentiam & fidem Chriſti recipitur commiſſorum peccatorum remiſſio.* Irenæus libr. III. c. 11. p. 182. *Agnitio ſalutis, agnitio Filii Dei, qui et ſalus et ſalvator et ſalutare vere, et dicitur, et eſt. Hanc agnitionem ſalutis faciebat Johannes pœnitentiam agentibus et credentibus in agnum Dei, qui tollit peccatum mundi.* Clemens Alexandrinus libr. II. ſtromat. p. 174. *Ad veram pœnitentiam requiritur, ut a peccatis deſiſtamus & credamus.* Ibidem poenitentiam vocat *fidei opus & officium.* Tertullianus libr. I. de poenit. p. 556. *Lavacrum illud* (baptiſmum intel-

igit) *obſignatio eſt fidei, quae fides a pœni-*
te fide incipitur & commendatur. Idem
IV. contra Marcion. de foemina peccatrice:
pœnitentiae ſtimulus ex fide acciderat, per
entiam ex fide juſtificatam ab eo audiit: fi-
ta te ſalvam fecit, qui per Habacuc pro-
arat: Juſtus ex fide ſua vivit. Lactantius
V. inſtit. c. 13. p. 433. in hæreſeolog. *Pec-*
onſcientia & metus pœnae religioſiorem fa-
& ſemper multo firmior eſt fides, quam re-
pœnitentia. Ambroſius libr. I. de poenit.
. tom. I. p. 152. *Nemo bene agere poteſt pœ-*
iam, niſi qui ſperaverit indulgentiam. cap.
. 159. *Si quem lapſum revocare cupias,*
edat, an, ut non credat, hortaris? uti-
t credat, ſed qui credit juxta Domini ſen-
m, habet vitam aeternam. Idem libr. II.
enit. cap. 8. p. 172. *Quod de Lazaro le-*
, in unoquoque debemus converſo peccatore
e, qui licet fœtorem habeat, tamen fidei
ſae emundatur unguento, tantum enim
e habet fides, ut ubi ante diem fœtebat
ius, illic bono odore tota repleatur domus.
libr. I. epiſt. 3. tom. III. p. 64. *Qui vult*
are peccatum ſuum, ignem a ſe removeat
m, illi ſoli igni ſe offerat, qui culpam,
ominem, exurit. Qui ſit iſte ignis, audi
em: quia Jeſus baptizat in Spiritu S. &
&c. *hic eſt ignis, qui abſterſit culpam la-*
. Judas ad remedium pervenire non potuit,
lienum ignem volvebat in pectore, qui eum
mavit ad laqueum, indignus enim reme-
it, quia non intimo mentis converſus in-
t, nec ſedulo geſſit pœnitentiam, tantae
pietatis eſt Dominus Jeſus, ut & ipſi
et veniam, ſi Chriſti exſpectaſſet miſericor-
Idem libr. IX. epiſt. 76. p. 186. *Ubi pœ-*
aeſcribitur, debet eſſe pœnitentia peccato-
ubi remiſſio donatur, gratia eſt: praece-
œnitentia, ſequitur gratia; nec pœniten-
go ſine gratia, nec gratia ſine pœnitentia.
enim pœnitentia prius damnare peccatum,
atia poſſit abolere. libr. X. in Luc. XXIV.
V. p. 167. *Non lacrimas nudas Deus exi-*
ſed fidem: bonae ſunt lacrimae, ſi Chri-
agnoſcas. Serm. XLV. de latrone: (alii
hunc ſermonem tribuunt Maximo epiſcopo) *Fi-*
des eſt, quae peccata cooperit, quae vincit cri-
mina, quae facit de latronibus innocentes: quam-
vis enim delinquentium grandis ſit culpa, fidei
tamen major eſt gratia. Chryſoſtomus hom.
LXXX. ad pop. Antioch. *Ne tuae confidas pœ-*
nitentiae, tua namque pœnitentia tanta nequit
peccata delere, ſi ſola foret pœnitentia, jure ti-
meres; ſed poſtquam cum pœnitentia commiſce-
tur fides & Dei miſericordia, confide, quoniam
tuam vincit nequitiam ſola Dei gratia. Idem
hom. IX. in 6. epiſt. ad Hebr. Τί ἄλλο τὸ δό-
γμα τὸ ἡμέτερον, ἢ τὸ μετανοῆσαι ἀπὸ τῶν
νεκρῶν ἔργων, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος λαβεῖν
τὴν πίστιν εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ κρίματος
αἰωνίου; *Quid aliud eſt dogma noſtrum, quam*
pœnitentiam agere ab operibus mortuis, & per
Spiritum accipere fidem reſurrectionis mortuo-
rum ac judicii aeterni. Hieronymus in explic.
Pſalm. VII. pœnit. *Niſi quis a ſemet ipſo defi-*
ciat ad eum, qui ſupra eum eſt, non adpropin-
quat. Auguſtinus de vera & falſa pœnit. c. 2.
Si fides fundamentum eſt pœnitentiae, praeter
quam nihil eſt, quod bonum ſit, adpetenda eſt
pœnitentia, quam conſtat in fide eſſe fundatam,
non enim poteſt arbor bona malos fructus face-
re; pœnitentia itaque, quae non ex fide proce-
dit, utilis non eſt, oportet enim credi remedium
pœnitentiae a ſalvatore per fidem concedi. Adver-
ſus Pelag. *Tunc juſti ſumus, quando nos pecca-*
tores fatemur, & juſtitia noſtra non ex pro-
prio merito, ſed Dei pendet miſericordia. In
Pſalm. XXX. conc. I. poſt medium. *In tua ju-*
ſtitia erue me, ut dimittas peccata mea, & ae-
difices in me juſtitiam tuam, tu mihi eris do-
mus refugii, ad te confugio &c. Si iraſceris,
ultorem te invenio, ſi placatus es, adjutorem.
Nihil ergo mihi reſtat, niſi fugere ad te, non a
te: hanc juſtitiam in præcedentibus ita declarat,
quod a Deo nobis donetur per fidem in Chri-
ſtum: in Pſalm. CXLVI. *Nos ſumus pravi cor-*
de, ſumus torti corde, nihil fere probare poſ-
ſumus, quod Deus probat, mandata ejus non
placent nobis, de illo conquerimur, ideo non eſt
aliud remedium, quam ut iſta prava corda con-
terantur, & nihil aliud ſignificat veſtra tunſio

 pecca-

peccatorum, non quod oſſa peccaverunt, ſed vos. Deus adligat contritiones veſtras. Cum homines ita ſe habent, oportet, ut flectant oculos ad verbum Dei & promiſſiones adligatas ſacramentis & obſignatas, & tunc perfecta redditur ſanitas. Vide eundem in Pſalm. L. LXX. LXXIV. CI. CX. CXLIX. ubi ſemper contritionem & fiduciam miſericordiæ divinæ, quæ non, niſi in Chriſto ac per Chriſtum nobis contingit, invicem conjungit. Cyrillus libr. VIII. in Lev. col. 712. *ad pœnitentiam requiritur converſio & fides, qua peccata ſolvuntur.* Fulgentius epiſt. VII. ad Venantiam de recta pœnit. p. 125. in hæreſiol. *Salubris converſio duplici ratione conſiſtit, ſi nec pœnitentia ſperantem, nec ſpes deſerat pœnitentem, ac per hoc ſi ex toto corde quisquam renunciet peccato ſuo, & corde ſpem ponat remiſſionis in Deo. Etenim nonnunquam aut ſpem pœnitenti homini diabolus adimit, aut ſperanti pœnitentiam tollit. Unum, dum onerat, comprimit: alterum, dum elevat, dejicit &c. Judas digne quidem pœnitentiam geſſit, ſed ideo ſibi fructum pœnitentiae denegavit, quia peccatum traditionis ſuae ipſo, quem tradidit, diluendum ſanguine non ſperavit &c. Utrumque ſcriptura praemonuit ac oſtendit, quod nec in peccato debeamus remanere, nec de remiſſione cujuslibet iniquitatis ambigere.* Bernhardus ſerm. I. de adnunc. b. Mariæ col. 105. *Si credis, peccata tua non poſſe deleri, niſi ab eo, cui ſoli peccaſti, & in quem peccatum non cadit, bene facis; ſed adde adhuc, ut & hoc credas, quia per ipſum tibi peccata donantur. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibet in corde noſtro Spiritus S. dicens:* dimiſſa ſunt tibi peccata tua, *ſic enim arbitratur apoſtolus, gratis juſtificari hominem per fidem.* Serm. III. de adnunc. col. 112. *Sola ſpes apud te, Domine miſerationis, locum obtinet, nec oleum miſericordiae, niſi in vaſe fiduciae ponis, ſed eſt infidelis fiducia ſolius utique maledictionis capax, cum videlicet in ſpe peccamus, quanquam nec fiducia illa ſit dicenda, ſed inſenſibilitas quaedam & diſſimulatio pernicioſa. Quae enim fiducia eſt ei, qui periculum non attendit? aut quod ibi timoris remedium, ubi nec timor ſentitur, nec materia ipſa timoris? fiducia ſolatium eſt, nec eget ille ſolatio, qui laetatur, cum malefecerit, & in peſſimis rebus magis exſultet. Rogemus igitur, fratres, reſponderi nobis, quantas habeamus iniquitates & peccata, ſcelera noſtra nobis deſideremus oſtendi. Scrutemur vias noſtras & ſtudia noſtra, periculaque univerſa vigili intentione penſemus. Dicat quisquis in pavore ſuo, vadam ad portas inferi, ut jam non, niſi in ſola Dei miſericordia reſpiremus. Haec vera hominis fiducia eſt, cui miſericordia non denegatur, propheta teſtante:* beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in his, qui ſperant ſuper miſericordia ejus. *Nec parva utique ſuppetit nobis in nobis quidem cauſa timoris, in ipſo autem cauſa fiduciae, &c.* Taulerus f. 280. concionum. *Diß iſt der rechte Zuker wahrer Pœnitenz und Buſſfertigkeit, dadurch der Sünder mit GOtt verſœhnet wird, ſo er allen Creaturen und geſchaffenen Dingen zumal Urlaub gibt, und ſich allein auf GOttes Güte mit ganzem Herzen verlæſſt.* Petrus Cluniacenſis libr. I. epiſt. 2. (*) *Si ſecundum ſcripturam juſtus ex fide vivit, peccator ad vitam per fidem redibit.* Anton. Marinarius (**) in orat. habita ad patres Tridentinos, quam allegat Flacius libr. de diſſenſ. pontif. p. 181. *Per Chriſtum omnibus ex corde reſipiſcentibus vivaque fide in eum tendenti-*

(*) PETRI, abbatis *Cluniacenſis*, ſeculo XII. clari, *epiſtolæ*, ad quas heic provocat GERHARDUS, ſeorſim prodierunt Pariſ. *MDXXII.* Extſtant quoque in *bibliotheca* Cluniacenſi ab ANDREA DU CHESNIO & MARTINO MARRIER edita Pariſ. *MDCXIV.* itemque in *biblioth. patr. tom. XXII. p. 815.* Contenta harum epiſtolarum recenſuit LUD. ELL. DU PIN dans *la nouvelle bibliothèque des autheurs eccléſiaſtiques tom. IX. p. 54. ſeqq.* edit. Pariſ.

(**) Conſtat de ANTONIO MARINARIO, eundem in concilio Tridentino ſententiam orthodoxam de juſtificatione per fidem, nec non aliis chriſtianæ fidei capitibus fortiter propugnaſſe, atque hanc ipſam ob rationem in ſuſpicionem Lutheraniſmi veniſſe. Teſtatur hoc PETRUS SUAVIS, ſeu, qui ſub hoc nomine latet, PETRUS SARPIUS in *hiſt. concilii Trident. libr. II. p. m. 195, 196.*

bus peccata gratis (Deus) condonat, eos-
ue in vicem & jus filiorum adoptat. Poſtilla
erg. IV. adu. p. 16. *Verae pœnitentiae par-
unt quatuor: 1.) peccati agnitio: 2.) ſerius
dolor & confeſſio coram Deo: 3.) ſpes &
ia miſericordiae divinae per Chriſtum:
emendatio vitae.* Refero huc quoque teſti-
ium Jacobi Veldii (*), (quem Ægidius
iarius *virum in re theologica omnibus nume-
bſolutiſſimum* nominat.) Is in epilogo con-
is in epiſtolam diei cinerum partes *pœniten-
duas conſtituit, contritionem ſcilicet & con-
nem Adami interni, lugentis & plangen-
eccata: tum fidem in Deum firmam & fi-
m certam divinae gratiae.*

vangelici ardes ſint numerandis nitentiæ artibus?

§. XLIV. Hanc eccleſiarum noſtrarum ſententiam Bellarminus ita oppugnat, ut primo inconſtantiam noſtris tribuat, quod quidam ſtatuant duas pœnitentiæ partes, contritionem ſcilicet & m, quidam vero tres, qui prioribus duabus ngant novam obedientiam, quidam vero duas, videlicet mortificationem & vivifica-
em, libr. I. de pœnit. cap. 18. *Reſp.* 1.) Re-
s hoc de ipſis pontificiis ſcriptoribus dicitur,
d in adſignandis pœnitentiæ partibus diverſas
iones ſequantur. Durandus in IV. ſent. diſt.
q. 1. ſolam confeſſionem partem materia-
hujus ſacramenti eſſe dicit, contritionem
m eſſe diſpoſitionem, & ſatisfactionem fru-
n pœnitentiæ. Scotus IV. ſent. diſt. 14. q. 4.
que adſeclæ in ſola abſolutione totam ſacra-
iti rationem conſtituunt, nec ſolum contri-
em, ſed etiam reliquas actiones pœnitentis
partem, ſed diſpoſitionem quandam ad ſa-
nentum vocant. Plerique tres materiales par-
conſtituunt, contritionem, confeſſionem &
factionem. 2.) Sententia eccleſiarum no-
rum in Auguſtana confeſſione art. XII. diſer-
ſt expoſita. *Conſtat pœnitentia proprie his
duabus partibus: altera eſt contritio, ſeu terrores incuſſi conſcientiae agnito peccato; altera eſt fides, quae concipitur ex evangelio ſeu abſolutione, & credit, propter Chriſtum remitti peccata, & conſolatur conſcientiam, & terroribus liberat. Deinde ſequi debent bona opera, quae ſunt fructus pœnitentiae.* Idem repetitur in art. Schmalc. part. III. art. 3. in form. concord. art. V. & apolog. c. 12. quam & Lutheri conſtantem fuiſſe ſententiam patet ex comment. in Pſalm. LI. in cap. XLII. & L. Gen. in Joël II. &c. 3.) Quod apologia confeſſionis art. XII. dicit: *Si quis volet addere tertiam partem, videlicet dignos fructus pœnitentiae, hoc eſt, mutationem totius vitae ac morum in melius, non refragabimur;* id oppoſitum eſt clamoribus adverſariorum, qui calumniabantur, nos a converſione vera & integra novam obedientiam avellere, & magna contra eccleſiam catholicam contentione prædicare unam hanc ab omni pietate remotam fiduciam, ut concilium Trident loquitur. Proinde quando pœnitentiæ partibus nova obedientia adjungitur, vocabulum *pœnitentiae* in latiori ſignificatione accipitur, pro tota converſione cum ſuis proprietatibus & effectibus; proprie autem loquendo duæ tantum ſunt eſſentiales poenitentiæ partes, videlicet contritio & fides, qua de re paulo poſt §. LIV. pluribus agetur. 4.) Per mortificationem & vivificationem Philippus nihil aliud intelligit, quam contritionem & fidem, ut ipſe Bellarminus fatetur; de Calvini ſententia paulo poſt diſpicietur.

An terrores pertineant ad partes pœnitentiæ?

§. XLV. His ita præmiſſis format Bellarminus cap. 19. quinque propoſitiones, quibus ſententiam ſuam de veris & eſſentialibus poenitentiæ partibus complectitur, quarum *prima* eſt, *terrorem animo incuſſum a lege non recte inter partes pœnitentiae poni;* concedit quidem, terrores illos ad converſionem ut plurimum requiri, partem autem poenitentiæ

*) Jacobus Veldius, ſcriptor ſeculi XVI. haud incelebris, erat eremita ordinis S. Auguſtini, ac theologiæ in academia Lovanienſi doctor. De eius vita ſcriptisque in Andreæ biblioth. Belg. nec non Swertii athenis Belgicis uberius agitur.

tiæ eos eſſe *διαῤῥήδην* negat. *Reſp.* contritionem, ſive quod idem eſt, terrores a lege incuſſos eſſe *partem* poenitentiæ *proprie dictam*, ſuperius oſtendimus (*), ac docet hoc res ipſa, ſi enim terror a lege incuſſus non eſt pars poenitentiæ, quis erit uſus concionum legalium in hominis converſione? (**) Videamus, quibus argumentis Bellarminus eam ex numero partium expungat: rationes adfert quatuor. 1.) *Scriptura terrorem a pœnitentia diſtinguit.* 2 Cor. VII. *quae ſecundum Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Reſp. 1.) Per terrores a lege conſcientiæ peccatoris incuſſos intelligimus dolorem de admiſſis peccatis; jam vero negat Bellarminus, *nomine triſtitiae in hoc dicto apoſtolico dolorem de admiſſis peccatis intelligi*, erit igitur ex ipſius hypotheſi hoc dictum a præſenti quæſtione alienum. 2.) Sedenim non debet nec poteſt negari, *triſtitiam ſecundum Deum* in hoc dicto ſignificare dolorem de admiſſis peccatis, cum circumſtantiæ textus oſtendant, non poſſe aliter accipi; duplicem enim triſtitiam apoſtolus conſtituit, *unam* ſecundum Deum, hoc eſt, quæ naſcitur ex Spiritu Dei, movente corda circa res ſpirituales, ut de jactura earum & de peccatis doleamus, *alteram* triſtitiam hujus mundi, quæ naſcitur ex ſpiritu mundi, & eſt filiorum hujus seculi propria, qua vel ob jacturam rerum temporalium immoderate dolent, vel ex impatientia correptionis triſtantur ac fremunt, vel continuos conſcientiæ morſus, ſine ulla verbi conſolatione ſentiunt. Ambroſius in h. l. *Manifeſtum eſt, quod qui triſtis eſt, quia peccavit, ſecundum Deum triſtis eſt; dolet enim, quia fecit, quod odit Deus, hoc ad ſtabilitatem ſalutis pertinet: ut autem triſtitia ſecundum Deum vitam operatur, (pœnitet enim & ſperat Dei miſericordiam) ita ſecundum mundum triſtitia mortem operatur.* Regerit Bellarminus: *dolor ille de peccatis admiſſis eſt ipſa contritio ſive pœnitentia, quomodo igitur poterit a pœnitentia diſtingui?* Reſp. ſalutaris illa ſecundum Deum triſtitia cum vivifica Spiritus conſolatione intelligitur con-

Argumenta Bellarmini. 1.) Scriptura diſtinguit terrorem a pœnitentia.

(*) Vid. ſupra §. *XLI.* Conferri quoque heic velim, quæ GERHARDUS noſter *libr. II. confeſſ. cathol. part. III. art. XVI. cap. II. p. 1259.* itemque CHEMNITIUS, HUTTERUS, HÜLSEMANNUS, ECKHARDUS, MENZERUS, CALOVIUS aliique hanc in rem ſcripſerunt. Pontificiorum tamen, qui heic a nobis diſſentiunt, ſententiam nonnulli mitius explicare adniſi ſunt. Vid. IO. FABRICII *conſiderationem controverſiarum p. 79. ſeqq.*

(**) Contritionem non eſſe pœnitentiæ partem, ſtatuunt quoque CALVINUS *libr. III. inſtit. cap. 3. §. 7.* ubi dicit: *a peccati horrore & odio converſionem inchoari, ideoque triſtitiam ſecundum Deum pœnitentiæ cauſam ab apoſtolo ſtatui.* BEZA in *abſterſ. calumniarum Hesbuſii vol. I. p. 328.* BUCANUS *loco XXX. p. 291.* ubi dicit, *antecedentem, interiorem, immediatam & proximam cauſam reſipiſcentiæ eſſe timorem Dei ex divini judicii aliquando futuri cogitatione, coram quo ſiſti nos oportet.* Sed SIBRANDUS in declarat. p. 50. *Reſipiſcentia noſtra non eſt antecedens, ſed conſequens juſtificationis, itaque ante reſipiſcentiam ſumus juſti.* BEZA utitur hoc argumento: *Si contritio cordis ſeu pavores conſcientiæ eſſent proprie pars pœnitentiæ, eſſet ſuapte natura ſalutifera.* Reſp. 1.) eſt elenchus conſequentis. Non enim oportet illico ſalutarem eſſe ſua natura contritionem, quia pars conſtituitur, idcirco enim fidem adjungimus, ut ex deſperationis gurgite peccator emergat, & contritio fiat triſtitia ſecundum Deum. 2 Cor. VII. 10 GERHARDUS.

Quod ad CALVINI ſectatores, de quibus breviter heic differit GERHARDUS, attinet, paucis notamus, eos pœnitentiæ partes facere *mortificationem carnis* & *vivificationem ſpiritus*, ſive veteris hominis interitum, & renovationem ſpiritus, h. e. novi hominis. Ita catech. Palat. *p. 88. In wie viel Stücken beſtehet die wahrhaftige Buſs oder Bekehrung des Menſchen? R. in zweyen Stücken; in Abſterbung des alten, und Auferſtehung des neuen Menſchen.* His ſimilia ſunt, quæ apud BUCANUM *loc. XXX. quæſt. XIV. p. 297.* aliosque leguntur. Aſt recte monuerunt theologi noſtri, mortificationem vitiorum, piumque bene vivendi adfectum eſſe fructus fidei iuſtificantis, adeoque ut iuſtificationem, ſic ipſam pœnitentiam, quæ via eſt ad iuſtificationem, ſeſe priorem habere, atque utramque conſequi. Vid. quæ infra §. *LVI.* hanc in rem dicuntur.

uncta, qui enim ſecundum Deum ſalutari contriſtantur, illi a Deo vivificationem & olationem percipiunt, quia Deus, qui eſt r omnis conſolationis, 2 Cor. I. 3. *cum con- & humili ſpiritu habitat, ut vivificet ſpi- n humilium, & vivificet cor contritorum.* LVII. 15. Ideo de illa κατὰ τὸν Θεὸν ŋ pronunciat apoſtolus, quod μετάνοιαν εἰς ηϱίαν ἀμεταμέλητον ἀπεϱγάζεται, ni- um ratione vivificæ illius conſolationis, cu- ion aliter, niſi fide in Chriſtum mediatorem cipes reddimur, quæ etiam ſola pœniten- ſalutarem efficit. Hinc Ambroſius recte ad- *propterea triſtitiam ſecundum Deum ope- vitam, quia pœnitet, & Dei miſericordiam it.* Nondum ſibi ſatisfieri patitur Bellar- is, ſed urget hoc, quod apoſtolus in ea- epiſtola cap. II. dicat: *Ex multa tribula- & anguſtia vobis ſcripſi, non ut contriſte- , ſed ut ſciatis, quam caritatem in vos ha- ;* & cap. VII. *Gaudeo, non quia contri- eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœniten-* . At certe apoſtolus hæc non diceret, ſi riſtitiam dolorem illum acciperet, quo quis ur, quod Deum offenderit. Neque enim et: ſcripſi vobis, non ut doleatis de pecca- cum hoc ipſum vehementiſſime cuperet, e diceret: non gaudeo, quia contriſtati , cum maxime gaudendum ſit, quod pec- es peccaſſe ſeſe doleant. *Reſp.* res ipſa dit triſtitiam mundi ſuperius deſcriptam ique intelligendam eſſe, illam igitur ſo- , non autem ſalutarem illam ſecundum n triſtitiam, apoſtolus excludit; diſerte in loco poſteriore additur: *gaudeo, non contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad tentiam*, id eſt, quia ſalutari illa ſecundum n triſtitia, quæ pœnitentiam ſalutarem & αμέλητον operatur, correpti eſtis. Ambro- in h. l. *idcirco gaviſum ſe dicit, quia cum re contriſtati ſunt, non cum ira; qui enim henſus pudorem patitur, corrigere ſe pro- t: qui vero iraſcitur, pejorem ſe futurum it.* Ex quibus omnibus patet, triſtitiam ſe- um Deum ſive ſalutarem illam de admiſſis ris dolorem diſtingui a pœnitentia, non autem ab ea penitus ſeparari. 3.) Dicat quiſ- piam, *cauſa efficiens, cum ſit extrinſeca, nun- quam eſt pars rei eſſentialis; jam vero triſtitiam ſecundum Deum apoſtolus conſtituit cauſam effi- cientem pœnitentiae, ergo non erit pars ejuſdem eſſentialis.* Reſp. nequaquam pronunciat apo- ſtolus ἁπλῶς & abſolute, quod triſtitia ſecun- dum Deum operetur μετάνοιαν εἰς σωτηϱίαν ἀμεταμέλητον, diſtinguit igitur veram & ſalu- tarem pœnitentiam ab infrugifera & exitiali, il- lam dicit ἀπεϱγάζεσθαι, *peragi* ſive *conſtitui* a triſtitia ſecundum Deum, quæ vivificam Spiri- tus conſolationem ſemper conjunctam habet; hanc vero ortum ducere a triſtitia mundi, cui proinde mortis ἀπεϱγασίαν ἀντιθετικῶς tri- buit.

2.) Theologi in definitione pœnitentiæ nullam faciunt mentionem terrorum.

§. XLVI. II.) *Alterum* Bellar- mini argumentum, quo probare nititur, terrorem a lege incuſſum non recte inter partes pœnitentiæ numerari, tale eſt: *Theologi tum veteres, tum recentiores, in definitio- nibus pœnitentiae, quae exſtant apud Lombar- dum IV. ſent. diſt. 14. & Gratianum diſt. 3. de pœnit. nullam faciunt terrorum iſtorum men- tionem.* Reſp. 1.) Ab auctoritate humana non poſſumus argumentari *negative.* Thomas p. I. q. 1. art. 8. *Sacra doctrina auctoritatibus cano- nicae ſcripturae utitur proprie ex neceſſitate ar- gumentando; auctoritatibus autem aliorum do- ctorum eccleſiae non quaſi arguendo ex propriis, ſed probabiliter.* 2.) Oſtendimus ſuo loco, ter- roris iſtius in dictis ſcripturæ de pœnitentia & exemplis vere pœnitentium diſertam fieri men- tionem. Perfectiſſimum ſpeculum veræ ac ſa- lutaris pœnitentiæ proponitur in pſalmis Davidi- cis, in illis terrorum & angorum conſcientiæ mentionem fieri, qua ſpecie negari poterit? 3.) Nec ipſi veteres in ſuis deſcriptionibus eos omnino prætermiſerunt. Tertullianus de pœ- nit. in princ. *Pœnitentia eſt paſſio animi ſeu dolor de offenſa facti prioris.* Pœnitentiam Lom- bardus eſſe dicit *mala praeterita plangere, & plangenda iterum non committere*; ex Ambro- ſio: *ante acta peccata deflere, & ea non com- mittere*; ex Gregorio: *vindictam ſemper pœni- ten-*

tiæ eos eſſe διαφόρως negat. *Reſp.* contritionem, ſive quod idem eſt, terrores a lege incuſſos eſſe *partem* poenitentiæ *proprie dictam*, ſuperius oſtendimus (*), ac docet hoc res ipſa, ſi enim terror a lege incuſſus non eſt pars poenitentiæ, quis erit uſus concionum legalium in hominis converſione? (**) Videamus, quibus argumentis Bellarminus eam ex numero partium expungat: rationes adfert quatuor. 1.) *Scriptura terrorem a pœnitentia diſtinguit.* 2 Cor. VII. *quae ſecundum Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Reſp. 1.) Per terrores a lege conſcientiæ peccatoris incuſſos intelligimus dolorem de admiſſis peccatis; jam vero negat Bellarminus, *nomine triſtitiae in hoc dicto apoſtolico dolorem de admiſſis peccatis intelligi*, erit igitur ex ipſius hypotheſi hoc dictum a præſenti quæſtione alienum. 2) Sedenim non debet nec poteſt negari, *triſtitiam ſecundum Deum* in hoc dicto ſignificare dolorem de admiſſis peccatis, cum circumſtantiæ textus oſtendant, non poſſe aliter accipi; duplicem enim triſtitiam apoſtolus conſtituit, *unam* ſecundum Deum, hoc eſt, quæ naſcitur ex Spiritu Dei, movente corda circa res ſpirituales, ut de jactura earum & de peccatis doleamus, *alteram* triſtitiam hujus mundi, quæ naſcitur ex ſpiritu mundi, & eſt filiorum hujus ſeculi propria, qua vel ob jacturam rerum temporalium immoderate dolent, vel ex impatientia correptionis triſtantur ac fremunt, vel continuos conſcientiæ morſus, ſine ulla verbi conſolatione ſentiunt. Ambroſius in h. l. *Manifeſtum eſt, quod qui triſtis eſt, quia peccavit, ſecundum Deum triſtis eſt; dolet enim, quia fecit, quod odit Deus, hoc ad ſtabilitatem ſalutis pertinet: ut autem triſtitia ſecundum Deum vitam operatur, (pœnitet enim & ſperat Dei miſericordiam) ita ſecundum mundum triſtitia mortem operatur.* Regerit Bellarminus: *dolor ille de peccatis admiſſis eſt ipſa contritio ſive pœnitentia, quomodo igitur poterit a pœnitentia diſtingui?* Reſp. ſalutaris illa ſecundum Deum triſtitia cum vivifica Spiritus conſolatione intelligitur con-

Argumenta Bellarmini. 1.) Scriptura diſtinguit terrorem a pœnitentia.

(*) Vid. ſupra §. *XLI.* Conferri quoque heic velim, quæ GERHARDUS noſter *libr. II. confeſſ. cathol. part. III. art. XVI. cap. II. p. 1259.* itemque CHEMNITIUS, HUTTERUS, HÜLSEMANNUS, ECKHARDUS, MENZERUS, CALOVIUS aliique hanc in rem ſcripſerunt. Pontificiorum tamen, qui heic a nobis diſſentiunt, ſententiam nonnulli mitius explicare adniſi ſunt. Vid. IO. FABRICII *conſiliationem controverſiarum p. 79. ſeqq.*

(**) Contritionem non eſſe pœnitentiæ partem, ſtatuuit quoque CALVINUS *libr. III. inſtit. cap. 3. §. 7.* ubi dicit: *a peccati horrore & odio converſionem inchoari, ideoque triſtitiam ſecundum Deum pœnitentiæ cauſam ab apoſtolo ſtatui.* BEZA in *abſterſ. calumniarum Heshuſii vol. I. p. 328.* BUCANUS *loco XXX. p. 291.* ubi dicit, *antecedentem, interiorem, immediatam & proximam cauſam reſipiſcentiæ eſſe timorem Dei ex divini judicii aliquando futuri cogitatione, coram quo ſiſti nos oportet.* Sed SIBRANDUS in declarat. p. 50. *Reſipiſcentia noſtra non eſt antecedens, ſed conſequens juſtificationis, itaque ante reſipiſcentiam ſumus juſti.* BEZA utitur hoc argumento: *Si contritio cordis ſeu pavores conſcientiæ eſſent proprie pars pœnitentiæ, eſſet ſuapte natura ſalutifera.* Reſp. 1.) eſt elenchus conſequentis. Non enim oportet illico ſalutarem eſſe ſua natura contritionem, quia pars conſtituitur, idcirco enim fidem adjungimus, ut ex deſperationis gurgite peccator emergat, & contritio fiat triſtitia ſecundum Deum. 2 Cor. VII. 10 GERHARDUS.

Quod ad CALVINI ſectatores, de quibus breviter heic diſſerit GERHARDUS, attinet, paucis notamus, eos pœnitentiæ partes facere *mortificationem carnis* & *vivificationem ſpiritus*, ſive veteris hominis interitum, & renovationem ſpiritus, h. e. novi hominis. Ita catech. Palat. *p. 88. In wie viel Stücken beſtehet die wahrhaftige Buſs oder Bekehrung des Menſchen? R. in zweyen Stücken; in Abſterbung des alten, und Auferſtehung des neuen Menſchen.* His ſimilia ſunt, quæ apud BUCANUM *loc. XXX. quæſt. XIV. p. 297.* aliosque leguntur. Aſt recte monuerunt theologi noſtri, mortificationem vitiorum, piumque bene vivendi adfectum eſſe fructus fidei iuſtificantis, adeoque ut iuſtificationem, ſic ipſam pœnitentiam, quæ via eſt ad iuſtificationem, ſeſe priorem habere, atque utramque conſequi. Vid. quæ infra §. *LVI.* hanc in rem dicuntur.

ctta, qui enim ſecundum Deum ſalutari contriſtantur, illi a Deo vivificationem & olationem percipiunt, quia Deus, qui eſt r *omnis conſolationis*, 2 Cor. I. 3. *cum con- & humili ſpiritu habitat, ut vivificet ſpi- humilium, & vivificet cor contritorum*. LVII. 15. Ideo de illa κατὰ τὸν Θεὸν pronunciat apoſtolus, quod μετάνοιαν εἰς ιείαν ἀμεταμέλητον ἀπεργάζεται, ni- m ratione vivificæ illius conſolationis, cu- on aliter, niſi fide in Chriſtum mediatorem ipes reddimur, quæ etiam ſola pœniten- ſalutarem efficit. Hinc Ambroſius recte ad- *propterea triſtitiam ſecundum Deum ope- vitam, quia pœnitet, & Dei miſericordiam t.* Nondum ſibi ſatisfieri patitur Bellar- s, ſed urget hoc, quod apoſtolus in ea- epiſtola cap. II. dicat: *Ex multa tribula- & anguſtia vobis ſcripſi, non ut contriſte- ſed ut ſciatis, quam caritatem in vos ha-*; & cap. VII. *Gaudeo, non quia contri- eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœniten-* At certe apoſtolus hæc non diceret, ſi riſtitiam dolorem illum acciperet, quo quis ur, quod Deum offenderit. Neque enim et: ſcripſi vobis, non ut doleatis de pecca- cum hoc ipſum vehementiſſime cuperet, diceret: non gaudeo, quia contriſtati cum maxime gaudendum ſit, quod pec- es peccaſſe ſeſe doleant. *Reſp.* res ipſa dit triſtitiam mundi ſuperius deſcriptam ique intelligendam eſſe, illam igitur ſo- non autem ſalutarem illam ſecundum n triſtitiam, apoſtolus excludit; diſerte in loco poſteriore additur: *gaudeo, non contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad entiam*, id eſt, quia ſalutari illa ſecundum n triſtitia, quæ pœnitentiam ſalutarem & ἀμέλητον operatur, correpti eſtis. Ambro- n h. l. *idcirco gaviſum ſe dicit, quia cum e contriſtati ſunt, non cum ira; qui enim henſus pudorem patitur, corrigere ſe pro-: qui vero iraſcitur, pejorem ſe futurum lit.* Ex quibus omnibus patet, triſtitiam ſe- m Deum ſive ſalutarem illam de admiſſis tis dolorem diſtingui a pœnitentia, non autem ab ea penitus ſeparari. 3.) Dicat quiſpiam, *cauſa efficiens, cum ſit extrinſeca, nunquam eſt pars rei eſſentialis; jam vero triſtitiam ſecundum Deum apoſtolus conſtituit cauſam efficientem pœnitentiae, ergo non erit pars ejusdem eſſentialis.* Reſp. nequaquam pronunciat apoſtolus ἁπλῶς & abſolute, quod triſtitia ſecundum Deum operetur μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον, diſtinguit igitur veram & ſalutarem pœnitentiam ab infrugifera & exitiali, illam dicit ἀπεργάζεσθαι, *peragi* ſive *conſtitui* a triſtitia ſecundum Deum, quæ vivificam Spiritus conſolationem ſemper conjunctam habet; hanc vero ortum ducere a triſtitia mundi, cui proinde mortis ἀπεργασίαν ἀντιθετικῶς tribuit.

2.) Theologi in definitione pœnitentiæ nullam faciunt mentionem terrorum.

§. XLVI. II.) *Alterum* Bellarmini argumentum, quo probare nititur, terrorem a lege incuſſum non recte inter partes pœnitentiæ numerari, tale eſt: *Theologi tum veteres, tum recentiores, in definitionibus pœnitentiae, quae exſtant apud Lombardum IV. ſent. diſt. 14. & Gratianum diſt. 3. de pœnit. nullam faciunt terrorum iſtorum mentionem.* Reſp. 1.) Ab auctoritate humana non poſſumus argumentari *negative.* Thomas p. I. q. 1. art. 8. *Sacra doctrina auctoritatibus canonicae ſcripturae utitur proprie ex neceſſitate argumentando; auctoritatibus autem aliorum doctorum eccleſiae non quaſi arguendo ex propriis, ſed probabiliter.* 2.) Oſtendimus ſuo loco, terroris iſtius in dictis ſcripturæ de pœnitentia & exemplis vere pœnitentium diſertam fieri mentionem. Perfectiſſimum ſpeculum veræ ac ſalutaris pœnitentiæ proponitur in pſalmis Davidicis, in illis terrorum & angorum conſcientiæ mentionem fieri, qua ſpecie negari poterit? 3.) Nec ipſi veteres in ſuis deſcriptionibus eos omnino prætermiſerunt. Tertullianus de pœnit. in princ. *Pœnitentia eſt paſſio animi ſeu dolor de offenſa facti prioris.* Pœnitentiam Lombardus eſſe dicit *mala praeterita plangere, & plangenda iterum non committere*; ex Ambroſio: *ante acta peccata deflere, & ea non committere*; ex Gregorio: *vindictam ſemper pœni-*

rum reſp. 1.) Confunditur fides *hiſtorica* cum fide *ſalvifica*. Fides *hiſtorica* eſt prior contritione, ſed fides *ſalvifica* eſt contritione poſterior; non enim ignoſcit Deus, niſi peccata agnoſcamus; non tegit delicta, niſi ea detegamus, nec conſolatur, niſi doleamus; *nec infundit miſericordiae oleum, niſi in vas contritum ac confractum*, ut loquitur Bernhardus ſerm. III. adnunc. col. 133. *Evangelizat* Chriſtus, ſed *pauperibus*; *conſolatur*, ſed *lugentes*. Eſa. LXI. 1. Matth. XI. 5. Luc. IV. 18. 2.) Salvificam illam fidem Lutheri figmentum adpellat Bellarminus, qui nullam aliam, quam hiſtoricam fidem agnoſcit, ſed contrarium ſuo loco evidenter demonſtrabitur. 3.) Exemplum Ninivitarum & adducta ratio nihil aliud probant, quam hiſtoricam fidem præcedere pœnitentiam, quod non inviti concedimus; quin & addimus, fidem ſalvificam & juſtificantem interdum præcedere pœnitentiam, nimirum ſi per pœnitentiam accipiatur quotidiana illa carnis mortificatio in renatis, qua peccati in carne adhuc hærentis ſordes & quotidianas infirmitates agnoſcunt & deplorant, eaſdem fide in Chriſtum ſibi condonari petunt, & Spiritu actiones carnis mortificant, quam vocare quis poſſit pœnitentiam renatorum ac ſtantium, quæ eſt fructus fidei; qui enim *Chriſti ſunt, crucifigunt carnem cum concupiſcentiis*. Gal. V. 24. Secus vero ſe res habet in pœnitentia nondum renatorum ac in peccata mortalia prolapſorum, qui ſalvificam illam in Chriſtum fidem nunquam habuerunt, vel per peccata contra conſcientiam eandem amiſerunt, de qua potiſſimum hoc loco quæritur.

3.) Credere eſt actus fidei, non pœnitentiæ.

§. LII. III.) *Partes pœnitentiae cenſendae ſunt illae, quae a virtute pœnitentiae manant. At credere non eſt actio pœnitentiae, quae eſt virtus moralis, ſed fidei, quae eſt virtus theologica.* Reſp. Argumentum procedit ex falſa hypotheſi, qua pœnitentia interior ſtatuitur virtus *moralis* ex libero hominis arbitrio orta, pœnitentia exterior ſive actus pœnitentis ſtatuuntur partes materiales ſacramenti, qua de re diximus ſuperius. IV.) *Veteres patres in deſcriptionibus pœnitentiae nusquam fidei meminerunt.* Reſp. contrarium ſuo loco fuit demonſtratum.

4.) Patres non faciunt mentionem fidei.

Quid ? quod quandoque ſolius confeſſionis mentionem faciunt, ut Chryſoſtomus hom. IX. de pœnit. *Dic: peccavi, & ſolviſti peccatum.* Ambroſius ſerm. III. in Pſalm. CXVIII. *Qui dicit peccata ſua, juſtificatur.* Quandoque ſolius orationis. Ambroſius lib. VII. in Lucam cap. 66. *Facile reconciliatur, quando impenſe rogatur*; nemo tamen dixerit, ſolam confeſſionem & orationem conſtituere pœnitentiam. Obſervandum autem hoc loco, quod pii veteres, quando ad agendam pœnitentiam auditores ſuos inflammare volunt, priorem pœnitentiæ partem, videlicet contritionem ac peccati deteſtationem, cumprimis urgeant, cum corrupta natura noſtra in peccatis ſibi blandiri, & vanam fidei a contritione & emendatione ſeparatæ perſuaſionem induere ſoleat, ſed quando cum cordibus vere contritis & coanguſtatis ipſis res fuit, ad promiſſiones evangelicas fide adprehendendas ea deducunt.

5.) Ninivitæ dubitarunt.

V.) *Ninivitae egerunt pœnitentiam, & tamen dubitarunt de remiſſione peccatorum, dicunt enim: Quis ſcit, ſi convertatur & ignoſcat Deus?* Jon. III. Reſp. non dubitant de reconciliatione cum Deo, ſed de averſione pœnarum temporalium per Jonam denunciatarum, ſic enim ſequitur: *Quis ſcit, ſi convertatur & pœniteat Deum, avertaturque a furore irae ſuae, & non peribimus*; adde, quod formula illa loquendi Hebræis uſitata: *Quis ſcit?* non tam dubitantis, quam exhortantis & animantis ſit, quod in germanico etiam idiomate obſervare poſſumus, qua de re plura ſuo loco.

An bona opera ſint partes pœnitentiæ?

§. LIII. *Tertia* Bellarmini de partibus pœnitentiæ propoſitio hæc eſt: *Non ſunt omnia bona opera, quae poſt juſtificationem fiunt, inter partes pœnitentiae numeranda.* Reſp. proprie & adcurate loquendo novam obedientiam eſſe partem pœnitentiæ eſſentialem ipſimet negamus, interim tamen Bellarmini propoſitionem pro-

bare non poſſumus, qui ſtilum ſuum eo mo- nflectit, ut quædam bona opera, videlicet quibus vel pœnitentia interior manifeſtatur, pro peccatis ſatisfieri exiſtimatur, partibus itentiæ adnumeranda eſſe ſtatuat. Neque n hoc loco quæritur de *exterioribus contri- is ſignis*, quæ ut plurimum, non tamen etuo adeſſe dicimus, ac proinde ad eſſentia- œnitentiæ partes referre non poſſumus; nec *peribus ſatisfactionis*, de quibus, quid ſta- ndum ſit, paulo poſt dicetur, ſed de *bonis ibus pœnitentiam ſequentibus*, in quibus ve- d Deum converſi ambulant, & ſeſe Deo gra- ac proximo utiles præſtant. Illa partibus pœ- ntiæ eſſentialibus adnumeranda eſſe, negamus iis fundamentis. 1.) Fructus nunquam eſt rei, ſive, ut philoſophi loquuntur, *conſecu- m* non eſt rei *conſtitutivum*. Scaliger exerc. L. p. 471. *Non eſt flos aut fructus plantae r, ſed opus.* Bona opera ſunt fructus pœni- iæ, Matth. III. 8. *Facite fructus pœnitentia ios.* Act. XXVI. 20. *Teſtificatus ſum Ju- is & gentibus, ut pœnitentiam agerent, ac erterentur ad Deum, digna pœnitentiae ope- acientes.* Apoc II. 5. *Age pœnitentiam & opera priora.* Ergo bona opera non ſunt tes pœnitentiæ eſſentiales. 2.) Si nova obe- ntia ſtatuitur pars eſſentialis converſionis, non firma promiſſio reconciliationis cum Deo & iſſionis peccatorum, quia ex qualitate & ntitate novæ obedientiæ judicabitur de recon- tione noſtra cum Deo & remiſſione peccato- 1. *Conſequens* repugnat dicto apoſtolico m. IV. 16. *Ideo ex fide gratis, ut ſit firma miſſio.* Ergo *antecedens* non erit adſerendum. Ut ſeſe habent bona opera ad noſtri coram o juſtificationem, ita ſe habet nova obedien- ad veram ac ſalutarem pœnitentiam. Jam o bona opera nec cauſæ nec partes ſunt juſti- tionis, non præcedunt juſtificandum, ſed uuntur juſtificatum. Ergo nova obedientia em nec cauſa nec pars erit pœnitentiæ, ſed is neceſſarium conſequens, cum non faciat ninem pœnitentem, ſed potius jam vere tritum & fide in Chriſtum erectum, ceu fru- s arborem conſequatur. Obſerva autem, quando nova obedientia neceſſarium conſequens veræ pœnitentiæ ſtatuitur, tum nomine illo non ſolum exteriora bona opera, ſed etiam, & quidem cumprimis, interius bonum propoſitum intelligi, cum quandoque exteriora quædam opera non poſſint ſequi, verbi gratia in articulo mortis, in extrema inopia &c. ubi locum habet illud Auguſtini: *Coronat Deus intus voluntatem, ſi non invenit bene operandi facultatem*; itemque illud Remigii, quod adlegat Gulielmus in feſto nativ. *Si divitias Zachaei non habes, ſi deſint tibi duo minuta viduae, ſi nec calicem aquae frigidae potes offerre, offer Deo bonam voluntatem.*

Quo ſenſu bona opera a quibuſdam ſtatuantur partes pœnitentiæ?

§. LIV. Neque eſt, quod auctoritatem Philippi vel aliorum nobis obvertat Bellarminus, qui novam obedientiam pœnitentiæ partibus adcenſent; plerique enim mentem ſuam clariſſime expoſuerunt, videlicet 1.) quod reſpiciant nexum indiſſolubilem inter juſtitiam bonæ conſcientiæ & veram pœnitentiam ac fidei juſtificationem, ex quo tamen nondum ſequitur, quod proprie & adcurate loquendo bona opera partem pœnitentiæ conſtituant: neque enim, quod rei perpetuo conjunctum, ſtatim ejuſdem pars eſſentialis eſt & *conſtitutiva*, fides & caritas perinde, ut ſol & calor ejuſdem vivificus, perpetuo nexu ſunt conjuncta; abſit interim, ut caritatem fidei, calorem ſolis partem conſtitutivam ſtatuere velimus, nimirum ſunt accidentia quædam inſeparabilia, παρεπόμενα τῇ φύσει, quæ rem conſtitutam proxime ſequuntur, nec tamen ejuſdem conſtitutionem, ac proinde nec definitionem eſſentialem ingrediuntur. 2.) Quod pœnitentiam accipiant non ſolum pro ejus *formali* & *conſtitutivo*, ſed etiam ejuſdem *conſecutivo*. Sic uſitatum eſt in ſcripturis veram pœnitentiam deſcribi ex operibus, perinde ut bonitas arboris ex fructibus cognoſcitur & deſcribitur, interim tamen nec eſſentiam arboris fructus, nec pœnitentiæ eſſentiales partes bona opera ingrediuntur. 3.) Quod oppoſitum hoc velint antinomis, neceſſitatem bonorum operum negantibus, & anabaptiſtis, fidem cum lapſibus contra conſcientiam ſtare poſſe conten-

bolum ex parte pœnitentis, verbum abſolutionis ex parte ſacerdotis. Ergo tres illi actus erunt partes ſacramenti eſſentiales. 5.) Tres illas partes ex veteri teſtamento probat Bellarminus, cum tamen in veteri teſtamento pœnitentiæ ſacramentum inſtitutum fuiſſe neget, quomodo hæc conciliari poterunt? *Obſervandum,* (ait) *tres iſtas pœnitentiae partes non ſolum requiri in ordine ad ſacramentum, ſed etiam extra ſacramentum ſuo quodam modo eſſe ac fuiſſe neceſſarias in omni lege; dixi autem ſuo modo, propter duas cauſas, primum quia extra ſacramentum non requiritur confeſſio omnium peccatorum, quae ſacerdoti fiat, neque ſatisfactio a ſacerdote injuncta, ſed ſatis eſt confeſſio quaedam, generalis facta Deo & ſatisfactio per opera laborioſa ſponte adſumta &c.* Hæc Bellarminus ſibi denuo contrarius. Si enim in veteri teſtamento non fuit requiſita omnium peccatorum confeſſio, ſacerdoti facta, nec ſatisfactio a ſacerdote injuncta; conſequens eſt, dicta & exempla ſcripturæ, quæ ex veteri teſtamento pro ſtabilienda confeſſione & ſatisfactione adducuntur, eſſe *ἀπροσδιόνυσα*, non enim quælibet confeſſio, ſed plenaria illa omnium peccatorum ſacerdoti facta enumeratio, nec quælibet ſatisfactio, ſed a ſacerdote injuncta ſatisfactio inter partes hujus ſacramenti numerantur, jam vero in legitima *ἀποδείξει τὰ ἄκρα καὶ τὸ μέσον ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους εἶναι ἀναγκαῖον*, ut demonſtrat philoſophus I. analyt. cap. 7.

Argumenta pro hac partium enumeratione a Bellarmino adducta.

§. LVIII. Videamus, quibus argumentis ſententiam ſuam Bellarminus propugnet. *Primo* loco adducit *dicta & exempla ſcripturae.* Reſp. dicta de confeſſione diſerte loquuntur de generali peccatorum confeſſione coram Deo, non autem de ſpeciali ſingulorum peccatorum coram ſacerdote enumeratione, ut cuivis primo intuitu patet, & poſtea uberius demonſtrabitur; dicta, quæ pro ſtabilienda ſatisfactione adducuntur, ſuum habebunt inferius locum. Exempla ſcripturæ quatuor adducit Bellarminus, quæ propriis ipſius verbis proponemus: 2 Reg. XXIV. *Cum David juſſiſſet populum numerari, & in ea re quadam animi elatione peccaſſet,* inquit ſcriptura, *deſcribens pœnitentiam ejus: percuſſit cor Davidem,* ecce contritionem; *& dixit ad Dominum: peccavi valde,* ecce confeſſionem; *ſed precor Domine, ut transferas iniquitatem ſervi tui, quia ſtulte egi nimis.* Et paulo infra: *Ego ſum, qui peccavi, & ego inique egi; iſti, qui oves ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro manus tua contra me.* Et paulo poſt: *Obtulit ſacrificium, & ſic* Dominus placatus eſt, *in quo adparet* ſatisfactio *per orationem & ſubjectionem ad flagellandum & tandem per ſacrificii oblationem. Ninivitarum pœnitentia deſcribitur* Jon. III. *Convertatur vir a via ſua mala,* ecce contritionem, *& clament ad Dominum in fortitudine,* ecce confeſſionem, *& homines & jumenta non guſtent quidquam, nec paſcantur, & aquam non bibant, & operiantur ſaccis homines & jumenta,* ecce ſatisfactionem. Luc. XVIII. *deſcribitur publicanus pœnitens, qui in ſignum contritionis non audebat oculos ad cælum levare, & peccatum confitebatur, dicens:* Deus propitius eſto mihi peccatori, *ac denique pectus ſuum percutiebat, quod pertinebat ad ſatisfactionem. Huic ſimile eſt exemplum filii prodigi, qui primum ad ſe revertitur, & ſtatum ſuum deteſtatur, deinde confitetur, dicens:* Pater peccavi in coelum & coram te. *Poſtremo ſubjicit ſe pœnae a patre inferendae:* Non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut unum ex mercenariis. *Reſp.* 1.) Priora duo exempla petita ſunt ex veteri teſtamento, in quo poenitentiæ ſacramentum nondum fuit inſtitutum, in poſterioribus non acceſſit verbum abſolutionis, ergo non fuit poenitentia ſacramentalis. 2.) Confeſſio utrobique facta eſt Deo non ſacerdoti, ſatisfactionis opera ſponte adſumta, non autem a ſacerdote injuncta, ergo exempla ſunt a quæſtione aliena. 3.) Percuſſio cordis in Davide fuit contritio interior, jam vero quæritur hoc loco de ſignis contritionis exterioribus. Confeſſio fuit effectus contritionis, ut etiam ſubjectio ad flagella Domini, quæ veræ & feriæ humiliationis indicium: oratio & ſacrificium non fuerunt opera ſatisfactoria, ſed veræ & ſalvificæ fidei exercitia. 4.) Idem judicium ſit de reliquis exemplis.

Jeſunium Ninivitarum, percuſſio pecto-
n publicano, ſubjectio poenæ a patre infe-
æ in filio prodigo fuerunt feriæ contritionis
a, non autem opera ſatisfactoria peccato-
expiandorum ergo ſuſcepta, cum & verbis
eſtibus teſtentur de omnibus ſuis operibus,
itis ac ſatisfactionibus ſeſe deſperare, ac in-
eſtis Patris gratuita miſericordia omne per-
um conſtitutum habere.

LIX. De dictis veterum poſtea. Rationes,
Bellarminus profert, hæ ſunt: 1.) *Pœniten-
eſt deteſtatio ac punitio peccati, ut eſt offen-
ivinae majeſtatis, & ut ad peccatum tollen-
ac amicitiam cum Deo reſarciendam ordi-
r: Ad eam requiritur primum, ut, qui pec-
, doleat ſe peccaſſe & amicitiam violaſſe,
de, ut ſubjiciat ſe pœnae ad arbitrium Dei,
laeſus eſt, & quia Deus per miniſtros ſuos
, oportet, ut, qui peccavit, illi homini
te ſe ſubjiciat, qui Dei locum tenet; id vero
nequit, niſi & culpas ſuas ei per confeſſio-
aperiat, & mulctam ſuſcipiat, quam ille
ſcripſerit, ex quo tres pœnitentiae partes
manant.* 2.) *In reconciliatione liberorum
parentibus, ſervorum cum Dominis, uxo-
cum viris, natura duce tria haec adeſſe vi-
us, quod reconciliandi ſigna doloris oſten-
, peccatum fateantur, & ſe caſtigationi
ciant. Jam vero Deus eſt pater, dominus,
ſus noſter. Ergo haec tria itidem in recon-
tione cum Deo erunt neceſſaria.* 3.) *Quem-
odum tria ſunt inſtrumenta peccandi, cor,
ua, manus: peccamus in corde, verbo &
e: ita par eſt, ut tria ſint veluti inſtrumen-
œnitentiae, & adverſus peccatum cordis
ritione, oris confeſſione, & operis ſatisfa-
e pugnemus, ut hac ratione juxta apoſto-*
Rom. VI. *ſicut exhibuimus membra noſtra
ire immunditiae & iniquitati ad iniquita-
ita nunc exhibeamus membra noſtra ſervi-
ſtitiae in ſanctificationem.* Reſp. 1.) Arti-
fidei ex manifeſtis ſcripturæ dictis, non ex
anis ratiocinationibus ſunt probandi. 2.) De-
tionem peccati, ut eſt offenſio divinæ maje-
s, in pœnitentia requiri concedimus, ſed contritionis merito ac noſtris ſatisfactionibus peccatum aboleri, & amicitiam cum Deo reſarciri, totis viribus negamus; Chriſtus eſt *agnus ille Dei, qui peccatum mundi ſuſtulit*, Joh. I. 29. & nos *Deo reconciliavit*, 2 Cor. V. 19. Horum beneficiorum tanto labore & pretio partorum per fidem nos participes facit, ut prophetica & apoſtolica ſcripta unanimi conſenſu teſtantur: Act. X. 43. *Chriſto omnes prophetae teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum.* Si noſtris operibus ac ſatisfactionibus peccatum tollere, & Deo reconciliari poſſumus, Chriſtus fruſtra mortuus, Gal. II. 21. Vanum illud effugium, quod a Chriſti merito vis illa in noſtra opera ac ſatisfactiones deſcendat, excutietur ſuo loco. 3.) Alia igitur ratio eſt reconciliationis hominum cum Deo & hominum inter ſeſe. Peccata reſpectu Dei, quem illis offendimus, vergunt contra infinitum bonum, ſunt ergo infinitum malum, & promerentur infinitas pœnas. Lutherus tom. IV. lat. fol. 532. *Vere tam magnum eſt peccatum, quam magnus, qui peccato offenditur, eum vero cœlum & terra capere non poſſunt.* Granatenſis dom. XI. poſt pentec. *Cum per lethale peccatum homo Deum amittat, Deus autem incomprehenſibile bonum ſit; conſequens eſt, ut nemo poſſit gravitatem ejus rei cognoſcere, qua incomprehenſibile bonum amittitur; neceſſe enim eſt incomprehenſibile eſſe malum, quod incomprehenſibili bono privat, ſolus ergo Deus, qui ſe plene comprehendit, peccati malitiam comprehendit.* Hæc ille rectiſſime. Quare cum peccatum ſit offenſa infiniti Dei, igitur ad peccatum tollendum & iram Dei exſtinguendam requiritur infinitum pretium, quod ſolus Chriſtus Θεάνθρωπος noſtri loco præſtitit, ejus beneficia in ſeriis conſcientiæ angoribus vera fides ſolicite quærit, & cupide amplectitur, qua ratione homines vere pœnitentes, & in Chriſtum credentes peccati remiſſionem conſequuntur, & Deo reconciliantur, ſed ad mutuas hominum offenſas abolendas & reconciliationem eorum inter ſeſe invicem non requiritur infiniti pretii ſatisfactio, cum perſona, quæ offenditur, non ſit infinita. 4.) Addo, quod ad reconciliatio-

nem hominum inter ſeſe nuda culpæ confeſſio & deprecatio quandoque ſufficit, ita, ut ſatisfactio non ſemper requiratur, quod hypotheſibus Bellarmini adverſatur, qui ad integrales pœnitentiæ partes ſatisfactionem requirit. 5.) Peccata cordis contritione, oris confeſſione, & operis ſatisfactione aboleri, non ſolum præter, ſed & contra ſcripturam adſeritur, ut ex ſpeciali διασκέψει manifeſtum evadet. Dictum apoſtolicum Rom. VI. nullius ſatisfactionis mentionem facit, ſed novam obedientiam, ſalutarem illum pœnitentiæ fructum, pulcerrime deſcribit.

Quid deſideretur in hac partitione.

§. LX. Hæc ergo in enumeratione iſta partium pœnitentiæ deſideramus: 1.) Quod veteres pœnitentiæ eccleſiaſticæ (præſertim ſolennis, quæ fit coram eccleſia) ritus, contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem ad generalem pœnitentiæ, quæ fit coram Deo, doctrinam adcommodant, ejusque partes conſtituunt. 2.) Quod fidem ex numero partium pœnitentiæ exterminant, cum tamen ſolius fidei reſpectu pœnitentia ſit medium, per quod Dei gratia, peccatorum remiſſio, averſio pœnarum ac vita obtinetur. Quemadmodum tragœdiæ conſtant tribus partibus, protaſi, epitaſi & cataſtrophe; ita tres actus pœnitentiæ ab ipſis conſtituuntur, ſed in tota hac fabula Chriſtus eſt quaſi muta perſona, nulla fit mentio fidei in Chriſtum, per quam ſolam accipimus remiſſionem peccatorum. 3.) Quod tres iſtos pœnitentis actus, contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem, concurrere ſtatuunt ad remiſſionem peccatorum efficiendam, quatenus vim ſacramentalem a verbo abſolutionis, a quo formantur, participant. Hac igitur ratione, quod ſcriptura fidei in Chriſtum (quam ex ordine divino præcedit contritio, & ſequuntur bona opera) tribuit, id illi externis pœnitentis actibus ac operibus ἄτερ γραφῆς vendicant. 4.) Quod ex divina inſtitutione tres illos actus ad partes materiales hujus ſacramenti requiri ſtatuunt, cum tamen de plenaria peccatorum coram ſacerdote enumeratione & mulcta ab eodem poenitentibus imponenda nullum exſtet diſertum in ſcripturis teſtimonium. 5.) Quod tres illi actus locum habeant in illis, qui nondum agunt veram, ſalutarem, Deo gratam & angelis placentem poenitentiam, ut patet exemplo hypocritarum & deſperantium (*). 6.) Quod tales poenitentiæ partes introducunt, quarum ne quidem in definitionibus veterum, quas Gratianus & Lombardus repetunt, mentio fiat.

§. LXI. Excipit Bellarminus libr. I. de poenit. cap. 20. *I.) Tres illae partes etiam in vet. teſtamento in uſu fuerunt, & ex ipſa pœnitentiae natura colliguntur. Ergo non ſunt ex ritibus publicae pœnitentiae deſumtae.* Reſp. quid huic exceptioni tribuendum ſit, ex ſuperioribus patet. *II.) Conſolatio, quam evangelium adfert, pœnitentiam ſequitur, aut etiam comitatur, ſed non ideo pars eſt pœnitentiae.* Reſp. poenitentiam pro contritione acceptam fides ſequitur, ſed poenitentiæ generaliter pro tota converſione acceptæ eſſentialiter includitur, ut ſuperius §. XLII. oſtendimus. *III.) Quod omnis vis hujus ſacramenti pendeat a merito paſſionis & ſatisfactionis Chriſti, ex quo oritur vis illa ſacramentalis actibus pœnitentis communicata.* Reſp. ſcriptura Chriſti meritum & noſtra merita, Chriſti ſatisfactionem & noſtras ſatisfactiones opponit, ex illis igitur non ſunt facienda ſubordinata. Perpetuus ſcripturæ conſenſus eſt, hominem fide in Chriſtum ſine operibus juſtificari, & remiſſionem peccatorum obtinere, nuſpiam vero propriis diſpoſitionibus, actibus & operibus illud tribuitur. Verbum abſolutionis actus illos poenitentis formare, & vim ſacramen-

(*) *Pharao* Exod. IX. 27. *peccatum agnoſcit, Dei juſtitiam prædicat, ſuum & populi peccatum confitetur, agnoſcit ſe merito puniri, pœnam ad Deum auctorem refert, petit earum mitigationem a vero Deo, interceſſionem ſolicitat, dimiſſionem promittit. Sic ergo in hac Pharaonis pœnitentia cernuntur 1.) cordis contritio, 2.) oris confeſſio, 3.) ſatisfactionis promiſſio. Sed eventus oſtendit, omnia fuiſſe ſimulata.* Hæc ex RUNGIO in Exod. p. 329. GERHARDUS adnotavit.

mentalem iisdem conferre, absque ſcripturæ auctoritate adſeritur, cum promiſſio evangelii fidem, non autem noſtra opera reſpiciat; fides igitur, non opera, inſtrumentalis cauſæ, per quam beneficia Chriſti nobis adplicantur, reſpectum obtinet. *IV.) Quod de omnibus hiſce partibus exſtent ſcripturae dicta & exempla.* Reſp. externa contritionis ſigna utplurimum adſunt, quandoque etiam a Deo fuerunt requiſita, ut Joel. II. 12. Interim tamen non ſunt in omni vera contritione neceſſaria: quemadmodum enim optimæ preces quandoque voce carent, ita quoque ſeria contritio externis geſtibus coram hominibus adparentibus quandoque deſtituitur. Agnoſcit hoc ipſe Bellarminus cap. 19. præcedente ſcribens: *Extra ſacramentum ſi quis aut anguſtiis temporis aut alia de cauſa legitime impediatur, quo minus confiteri aut ſatisfacere queat, ſola contritio interior ad ſalutem ei ſufficit.* De confeſſione & ſatisfactione inferius diſputabitur. *V.) Quod hypocritae ſimulent tantum illas partes, ideoque non fiant fructus hujus ſacramenti participes, ex quo tamen ſacramento ipſi nihil decedat,* quod declarat exemplo baptiſmi & euchariſtiæ. Item quod *Judas nullam harum partium pœnitentiae habuerit, non contritionem, quippe quae ſine ſpe veniae eſſe nequit, non confeſſionem, qualis exigitur, id eſt, ſingulorum criminum atque ad veniam impetrandam ſacerdoti factam, nec ſatisfactionem praeſertim a ſacerdote injunctam, neque enim illi, ut ſe ſuſpenderet, fuerat imperatum, neque ſe ipſum necare eſt opus bonum, qualia debent eſſe opera ſatisfactoria.* Reſp. quod hypocritæ integrum baptiſmi & euchariſtiæ ſacramentum, nec tamen fructum ſacramenti percipiunt; id fit propterea, quia vera & ſalvifica fide deſtituuntur, cujus anteambulo eſt contritio & poſtiſſequæ bona opera; pari ratione, quod hypocritæ poenitentiam ſimulant, nec tamen remiſſionem peccatorum conſequuntur, id itidem ex eo oritur, quia contritione ſeria & fide vera deſtituuntur. Bellarminus ſtatuit, ſolum contritionis interioris defectum eſſe cauſam, quo minus hypocritæ remiſſionem peccatorum conſequantur; atqui ad contritionem etiam fidem accedere oportet, qua ſola promiſſio evangelica de remiſſione peccatorum adprehenditur, ac proinde ſi vel maxime quis vere ac ſerio de peccatis contritus eorum confeſſionem edit, & impoſitas ſatisfactiones ſuſcipit, nondum tamen remiſſionem peccatorum conſequitur, niſi fide in Chriſtum ſeſe erigat, & promiſſionibus evangelicis ſemet ipſum includat. De poenitentia Judæ non admodum ſoliciti ſumus, interim tamen certum eſt, contritionem ejus fuiſſe veram ac ſeriam, quam μεταμελείας nomine ſcriptura exprimit; ſpes remiſſionis ac veniæ ad fidem, non autem ad contritionem pertinet, quia contritio oritur ex lege, ſpes veniæ ex evangelio; contritio mortificat ac deprimit, ſpes veniæ vivificat ac erigit; contritio eſt ſerius dolor ac triſtitia, ſpes veniæ eſt conſolatio ac lætitia, quomodo igitur ſpes veniæ ad contritionem referri poterit? Manifeſtum etiam eſt, Judam in ſpecie enorme ſuum facinus ſacerdotibus confeſſum fuiſſe, *peccavi*, inquit, *tradens ſanguinem innocentem.* Quamvis vero poena ipſi non fuerit a ſacerdotibus impoſita, eam tamen ſponte ſuſcepit; jam vero ipſe Bellarminus diſputat, ſatisfactionis nomine intelligendas eſſe non ſolum poenas a ſacerdotibus impoſitas, ſed etiam ſponte ſuſceptas: quamvis etiam ſe ipſum necare non ſit vere & ὄντως opus bonum, tamen ex intentione Judæ potuit eſſe opus bonum, quo non ſolum vitam abrumpere, ſed etiam pro peccato ſatisfacere forte cogitavit; jam vero pontificii ſtatuunt, ea etiam eſſe opera bona, quæ ex bona intentione fiunt, licet in lege divina expreſſe non præſcribantur. *VI.) Quod in definitionibus veterum vel pœnitentia ut virtus, non autem ut ſacramentum deſcribatur, vel implicita harum partium mentio fiat.* Reſp. ubi vero ab illis deſcribitur poenitentia ut ſacramentum? neque patiemur duas poenitentiæ ſpecies toto genere diſcrepantes nobis obtrudi, cum ſcriptura unius tantum poenitentiæ deſcriptionem nobis proponat. *Vindictae* nomine in definitionibus veterum non intelligitur *ſatisfactio*, ut præter ipſorum mentem Bellarminus adſerit, ſed interior contritio ac ſerius de admiſſis peccatis dolor.

CAPUT VIII.

DE PARTIBUS POENITENTIÆ A PONTIFICIIS ADSIGNATIS IN SPECIE.

SECTIO I.

DE CONTRITIONE.

§. LXII. Atque hæc dicta ſint de tribus poenitentiæ partibus in genere, quas hoc diſticho complexus eſt Gerſon:

Peccavi graviter, poſtponam, deinde fatebor,
Atque ſatisfaciam, cum jubet eccleſia.

Exſtat etiam de partibus iſtis hic verſiculus:

Eſto contritus, peccata fatere, ſatisfac.

Vox contritionis.

Reſtat, ut in ſpecie de ſingulis agamus, ac *primo* quidem de contritione. Vox *contritionis* eo, quo hic accipitur, ſenſu αὐτολεξεὶ in ſcripturis exſtat. Pſalm. LI. 19. *Cor contritum & humiliatum non deſpicies.* Pſalm. CXLVII. 3. *Sanat Deus contritos corde.* Eſa. XXXVIII. 13. *Sicut leo contrivit omnia oſſa mea.* Eſa. LVII. 15. *Sic dicit excelſus & ſublimis: habito cum contrito & humili ſpiritu, ut vivificem ſpiritum humilium, & ut vivificem cor contritorum.* Eſa. LXI. 1. *Ut adligarem contritos corde.* Eſa. LXVI. 2. *Reſpiciam ad pauperem & contritum ſpiritu & trementem ſermones meos &c.* Radix שָׁבַר proprie ſignificat *fregit*, ſicut franguntur ligna, Exod. IX. 26. oſſa, Exod. XII. 46. vaſa teſtacea, Lev. VI. 28. ſtatuæ, 2 Reg. XI. 18. &c. LXX. Interpr. plerumque reddiderunt per συντρίβειν. דָּכָא *oppreſſione* ſeu *depreſſione contuſus eſt*, לֵב נִדְכָּאִים συντετριμμένοι τὴν καρδίαν Eſa. LVII. 15. שָׁפֵל, *humilis fuit, humiliatus eſt* שְׁפַל רוּחַ, ὀλιγόψυχος *humilis ſpiritu* &c. Ex quibus omnibus patet, contritionis nomine *metaphorice* intelligi fractionem & ſciſſionem cordis, verum ac ſerium dolorem, quo vis ac robur cordis veluti conteritur, ſicut per morbos robur corporis. Quidam metaphoram deſumtam eſſe dicunt a vaſe teſtaceo, quod in minutiſſima fracta redigitur, Pſalm. XXXI. 13. Eſa. XXX. 14. Jer. XIX. 11. alii ab oſſibus, quæ ſubito lapſu in plura fragmenta diſſiliunt, ut beſtiarum dentibus aſſulatim comminuantur. Pſalm. XXXVIII. 4. Eſa. XXXVIII. 13. Oſ. VI. 5.

Quid complectatur contritio?

§. LXIII. Contritio enim nihil aliud deſignat, quam verum ac ſerium dolorem ex agnitione peccati & ſenſu iræ divinæ adverſus illa exortum cum conſcientiæ pavoribus & peccati deteſtatione conjunctum. Iſidorus libr. II. de ſummo bono cap. 12. eam ſic deſcribit, quod ſit *compunctio animi cum lacrimis veniens de recordatione peccati & timore judicii.* Complectitur igitur contritio 1.) veram peccati agnitionem, ſiquidem peccatorum atrocitate ac foeditate nondum cognita dolor de illis locum habere nequit. Huc pertinent dicta ſcripturæ, quæ a poenitentibus agnitionem peccatorum exigunt, eandemque vere poenitentibus tribuunt, Pſalm. LI. 5. *Praevaricationes meas ego agnoſco, & peccatum meum coram me eſt.* Jer. III. 13. *Veruntamen agnoſce iniquitatem tuam, quia in Jehovam Deum tuum praevaricata es.* Jer. XIV. 20. *Agnoſcimus, Jehova, impietatem noſtram, impietatem patrum noſtrorum, quia peccavimus tibi.* Orat. Manaſſ. v. 11. *Peccavi, peccavi, & agnoſco iniquitatem meam.* 2.) Senſum iræ divinæ adverſus peccata, ſiquidem ubi vere agnoſcitur peccatum, ibi etiam illud peccati in quarto modo proprium agnoſcitur, videlicet quod offendat Deum, qui eſt ſummum & infinitum bonum, ſeriam igitur peccati agnitionem proxime ſequitur iræ divinæ ſenſus, quo pertinent exempla vere contritorum. Pſalm. VI. 2. XXXVIII. 2. *Domine, ne arguas me in ira tua, neque corripias me in furore tuo.* Pſalm. XXXII. 4. *Die ac*

noctu

nocte adgravatur ſuper me manus tua, verſus eſt viror meus in ſiccitates aeſtatis. Pſalm. XXXVIII. 3. *Sagittae tuae deſcenderunt in me, & deſcendit ſuper me manus tua.* v. 4. *Non eſt integrum in carne mea propter iram tuam, non eſt pax oſſibus meis propter peccatum meum.* Pſalm. LXXXVIII. 17. *In me tranſierunt irae tuae, & terrores tui conturbaverunt me.* Pſalm. CII. 10. *Potum meum fletibus miſcui,* v. 11. *a facie indignationis & irae tuae.* Jer. IV. 8. *Plangite & ululate; quia non eſt averſa ira furoris Domini a nobis.* Thren. III. 42. *Praevaricati ſumus & rebelles fuimus,* v. 43. *ideo oppoſuiſti furorem tuum.* Mich. VII. 9. *Iram Domini portabo, quia peccavi ei.* Nah. I. 6. *Ante iram ejus quis conſiſtet, & quis ſtabit in ira furoris ejus?* Orat. Manaſſ. v. 5. *Intolerabilis eſt ira tua, quam peccatoribus minaris.* v. 8. *non eſt pax mihi, quia iram tuam concitavi.* 3.) Conſcientiæ angores & pavores, quos vocant ejusdem δηγμὸς ſive morſus, ubi enim adeſt verus iræ divinæ ſenſus, ibi ſequuntur interiores cordis pavores & anguſtiæ, quæ ipſum quoque corporis robur quandoque labefactant. Hi dolores & angores conſcientiæ ſunt exſecutores judicii divini adverſus peccata. Pſalm. XXV. 17. *Anguſtiae cordis mei dilatatae ſunt, educ ab anguſtiis animam meam.* Pſalm. XXXI. 13. *Factus ſum ſicut vas confractum.* Pſalm. XXXIV. 19. *Propinquus eſt Dominus contritis corde, & humiles ſpiritu ſublevat.* Pſalm. XXXVIII. 4. *Non eſt pax oſſibus meis propter peccatum meum.* v. 5. *Iniquitates meae tranſierunt caput meum, ſicut onus grave graviores fuerunt me.* v. 9. *Debilitatus ſum & contritus, rugio prae fremitu cordis mei.* v. 11. *Dereliquit me fortitudo mea.* Pſalm. LI. 10. *Exſultent oſſa, quae contriviſti.* Pſalm. CII. 5. *Percuſſum eſt velut herba, & exaruit cor meum.* Pſalm. CIX. 22. *Pauper & egenus ſum, & cor meum vulneratum eſt in viſceribus meis.* Huc pertinent dicta, quæ loquuntur de paupertate ſpiritus, Eſa LXI. 1. Matth. V. 3. XI. 5. Luc. IV. 18. de ſpirituali carcere & captivitate, Eſa. LXI. 1. de triſtitia & angore cordis Jer. XXIII 9. Thren. I. 20. 2 Cor. VII. 10. 4.) Veram coram Deo humiliationem, ſiquidem quisquis peccati atrocitatem & iræ divinæ gravitatem ſerio agnoſcit, is coram tremendo Dei judicio ſeſe vere humiliat. Pſalm. XXXIV. 19. *humiles ſpiritu ſalvabit Dominus.* Pſalm. XXXVIII. 9. *Humiliatus ſum nimis.* Pſalm XLIV. 2. *Humiliata eſt in pulvere anima mea.* Eſa. LVII. 15. *Sic dicit excelſus: habito cum contrito & humili ſpiritu, ut vivificem ſpiritum humilium.* 5.) Ingenuam peccati confeſſionem, ſiquidem anguſtia cordis prorumpit in confeſſionem oris, quo pertinent dicta, quæ a vere pœnitentibus peccatorum confeſſionem requirunt, & exempla eorum, qui in vera pœnitentia peccata ſua confeſſi ſunt. Num. V. 7. *Fatebuntur peccatum ſuum, quod fecerunt.* Neh. IX. 2. *Filii Iſrael confitebantur peccata ſua Domino.* Pſalm. XXXII. 3. *Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea in rugitu meo, tota die.* v. 5. *Peccatum igitur meum notum feci tibi, & iniquitatem meam non operui; dixi: confitebor adverſum me praevaricationes meas, & tu dimiſiſti iniquitatem peccati mei.* Prov. XXVIII. 13. *Qui tegit ſcelera ſua, nunquam aget proſpere, qui vero confitetur & derelinquit, miſericordiam conſequetur.* Matth. III. 6. Marc. I. 5. Act. XIX. 18. exempla confeſſionis deſcribuntur. 1 Joh. I. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata.* 6.) Serium peccati odium ac deteſtationem, ſive δυσαρέστησιν, etenim qui ſerio de peccatis admiſſis dolet, eadem quoque deteſtabitur, qui gravitatem iræ divinæ propter peccata prementis ſenſit, peccatis adblandientibus non conſentiet. Lev. XXVI. 41. *Humiliabitur cor eorum incircumciſum; atque aequo animo ferent mulctam.* In Hebræo eſt ירצו עונם *beneplacitum habebunt in delictis ſuis,* id eſt, in pœna delictorum ſuorum. Quemadmodum prius legem Dei odio habuerunt, contra vero peccata cupide perpetrarunt, ita e converſo pœnam peccatorum promte & patienter ſuſcipient, ac peccata odio habebunt, ut Lutherus in margine textus germanici recte commentatur. Pſalm. LI. 5. *Peccatum meum coram me eſt ſemper:* (eſt mihi adverſum, & hoſtis peſſimi loco a me habetur) Ex quibus omnibus adparet, quare ſeria contritio in ſcripturis vocetur

tur compunctio, ſciſſio cordis, confractio, ſpiritus tribulatio, percuſſio femoris, confuſio, tremor, infixio ſagittarum Domini, percuſſio cordis &c. Quidam juxta facultates animæ contritionem partiuntur, quod ſit in memoria peccati recordatio, in mente offenſæ divinæ conſideratio, in voluntate peccatorum agnitorum deteſtatio, in corde timor futuri judicii, in conſcientia legis fulmine territa compunctio, morſus ac dolor.

LXIV. Obſervandum vero hoc loco: 1.) quamvis vera atque ἀνυπόκριτος contritio in omni vera ac ſalutari pœnitentia requiratur; eſſe tamen contritionis gradus, cum non ſint pares in omnibus terrores atque angores, ſed in quibusdam majores, in quibusdam vero minores. 2.) Promiſſionem de remiſſione peccatorum non niti dignitate ac quantitate noſtræ contritionis, ſed unice Chriſti merito, qui pro peccatis noſtris perfectiſſime *contritus* eſt, Eſa. LIII. 10. ideo cor contritum & humiliatum non ad contritionis ſuæ quantitatem vel dignitatem debet reſpicere, ac medelam peccatorum ſuorum in ea quærere, ſed Chriſtum in ara crucis pendentem intueri, & ex vulneribus ipſius vulnerum ſuorum medicinam haurire. 3.) Peccati agnitionem nunquam ad illam perfectionem adſurgere, ut omnium in ſpecie peccatorum notitiam complectatur. Pſalm. XIX. 13. *Delicta enim quis intelligit? ab occultis meis munda me.* Pſalm. XC. 8. *Abſcondita noſtra peccata collocas in lumine vultus tui.* Interim tamen generalem quandam peccatorum agnitionem & confeſſionem ad veram pœnitentiam omnino requiri. Morbo enim nondum cognito medicina contemnitur, peccati fœditate nondum perſpecta non poteſt dulceſcere divina gratia. Hieronymus in cap. XV. Eſa. *Initium ſalutis eſt, ſua intelligere & flere peccata.* 4.) Quamvis in morbis gravioribus exterior oris confeſſio quandoque non adſit, nihilo tamen minus interiorem contritionem veram ac ſeriam eſſe poſſe, coram Deo enim non ſolum verba oris, ſed & gemitus & deſideria cordis loquuntur. 1 Sam. XVI. 7. *Homo adſpicit, quae ſunt prae oculis, ſed Jehova adſpicit, quae ſunt in corde.* Pſalm. XXXVIII. 10. *Domine coram te eſt omne deſiderium meum, & gemitus meus non eſt a te abſconditus.*

§. LXV. Sed enim quamvis abſque exterioribus verbis & geſtibus ſeria contritio eſſe poſſit, quamvis etiam Deus potius interiorem cordis contritionem, quam exteriores geſtus atque actus reſpiciat, unde prophetæ & apoſtoli non tam *veſtium*, quam *cordium ſciſſionem* in vera pœnitentia requirunt, Joel. II. 13. interim tamen, ubi ſeria adeſt contritio cordis, ibi per externa ſigna atque indicia ſeſe ut plurimum conſpiciendam præbet, quia cor adflictum & vultus triſtis plerumque ſunt conjuncta. Porro ſigna contritionis varia in ſcripturis occurrunt, potiora & uſitatiora hæc ſunt. 1.) *Jejunium*, quando enim in luctu cor hominis velut herba exareſcit, *tum obliviſcitur comedere panem ſuum*, Pſalm. CII. 5. *Cum in magnas triſtitias aut mærores homines incidunt*, (ſcribit Flacius p. II. clav. in tract. de jejunio pag. 401.) *vitam ſibi acerbam ducunt, ideoque incipiunt negligere illa omnia, quae vitam ſuaviorem faciunt, inde oritur jejunium, quod Hebraeis vocatur adflictio animae.* Sic in vera pœnitentia jejunarunt Iſraëlitæ, 1 Sam. VII. 6. 2 Paral. XX. 3. Nehem. IX. 1. Eſth. IV. 3. Joel. I. 14. 2 Macc. XIII. 12. Ninivitæ, Jon. III. 5. 6. David, 2 Sam. XII. 16. Joſaphat, 2 Paral. XX. 3. Nehemias, cap. I. 4. Daniel, cap. IX. 3. 2.) *Sciſſio veſtium* (*), quæ eſt ſignum cordis ſciſſi ac contriti, ac populo Iſraëlitico in mœrore & luctu potiſſimum fuit uſitata, ut patet 1 Sam. IV. 12. 2 Sam. I. 2. & 11. III. 31. XIII. 31. &c. quamvis etiam apud alios

Signa contritionis externa.

(*) De *ſciſſione veſtimentorum*, quæ ordinarie in caſibus triſtioribus, ac ſpeciatim dolore ob peccata admiſſa, apud Ebræos obtinebat, vid. CARPZOVIUM *ad Godwinum pag. 650.* & inprimis JO. CHRISTOPH. WICHMANSHAUSEN, in peculiari *diſſertat.* de hoc argumento Witteb. *MDCCXVI.* edita. Ut alios taceamus.

ios populos occurrat (*), ſic enim poëta:

— — — — *It ſciſſa veſte Latinus*
Conjugis attonitus fatis urbisque ruina.

c in vera pœnitentia ſciderunt veſtimenta ſua ſraëlitæ, 1 Macc. III. 47. 2 Macc. X. 26. .) *Lacrimae*, quæ ſunt vulnerati animi ſanıinis & doloris legati, ex compreſſione cordis ıns lacrimarum prorumpit. Sic in vera pœnintia lacrimari jubentur Iſraëlitæ, Joel. II. 12. crimantur Baruch, cap. I. 5. 2 Maccab. XIII. 2. David, Pſalm. VI. 9. LXIX. 11. Petrus, latth. XXVI. 75. peccatrix, Luc. VII. 38.) *Humicubatio*, quam *chame unian* vocant. ic in vera pœnitentia ſuper terram jacuerunt avid, 2 Sam. XII. 16. Iſraëlitæ per triduum. Macc. XIII. 12. (**) 5.) *Cineris ſuper caıt ſparſio*, quæ itidem in luctu fuit Iſraëlitis ıtata, ut patet 2 Sam. XIII. 19. Job. II. 8. Sic vera pœnitentia cinere ſeſe adſperſerunt Iſraëæ, Nehem. IX. 1. 1 Maccab. III. 47. Niniviıum rex, Jon. III. 6. Jobus, cap. XLII. 6. ıo pertinet dictum Chriſti Matth. XI. 21. Luc. X. 13. *Vae tibi Chorazin, vae tibi Bethſaida, nam ſi in Tyro & Sidone factae fuiſſent virtutes, quae in vobis, olim in ſacco & cinere pœnitentiam egiſſent* (***). 6.) *Sacci*, hoc eſt, viliorum, ſordidorum & incommodorum veſtimentorum *uſus*, quem in luctu Iſraëlitis itidem uſitatum fuiſſe conſtat. Sic in vera pœnitentia ſaccos induunt Iſraëlitæ, Eſth. IV. 3. Ninivitæ, Jon. III. 5. Ezechias, Eſa. XXXVII. 1. Daniel, cap. IX. 3. hinc phraſis *in ſacco & cinere agere pœnitentiam* Matth. XI. 21. Luc. X. 13. 7.) *Pectoris percuſſio* (*), qua denotatur ex corde oriri pravas cogitationes & omnis generis peccata Matth. XV. 19. Sic publicanus in vera pœnitentia *percutit pectus ſuum orans: Domine propitius eſto mihi peccatori*, Luc. XVIII. 13. uti etiam Iſraëlitæ Chriſti crucifixionem videntes Luc. XXIII. 48. Hanc pectoris percuſſionem alias etiam in luctu uſitatam fuiſſe, patet ex Nah. II 7. *Ancillae ejus ducebant eam gementes ut columbae, percutientes pectora ſua* (**). 8.) *Aquae effuſio.* Sic de Iſraëlitis refertur 1 Sam. VII. 6. quod in vera pœnitentia *hauſerint aquam*, &

(*) De laceratione veſtium apud alias gentes uſitata vid. ſcriptores a IO. ALB. FABRICIO in *bibliograph. antiquar. cap. XVIII. §. XI. p. 864.* edit. recentiſs. adlegatos.

(**) Conſtat quoque, ipſum Moſen aliosque ſanctos pronos ſe in terram abieciſſe, pro populi delictis modo quodam extraordinario deprecaturos. Atque hic ipſe corporis geſtus in antiquiore eccleſia chriſtiana ſubinde fuit adhibitus. Memorabile huius rei exemplum refert SOCRATES *libr. III. cap. XIII.*

(***) Mos adſpergendi pulverem capiti etiam apud alias gentes in luctu fuit uſitatus. Sic enim poeta græcus ducem quendam ſuum inducit conſpergentem caput pulvere in luctu ob mortem ſocri ſui:

Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν
χεύατο κὰκ κεφαλῆς. — — — GERHARDUS.

Cineris in luctu ſparſionem communem fuiſſe omnium populorum, uberius oſtendit ALEXANDER MORUS in *notis* ad *Matth. XI. 21.* Atque hic ritus ad chriſtianos quoque tranſiit. Conſtat enim ex hiſtoriæ eccleſiaſticæ monumentis, pœnitentes olim in *cinere* ſuper capite comparere juſſos eſſe. Vid. IOSEPH. BINGHAMUM in *originib. ſive antiquitat. eccleſiaſt. vol. VIII. p. 118. ſeqq.*

(*) De antiquiſſimo hoc Ebræorum ritu *pectus percutiendi* vid. JO. SAUBERTUM in *palæſtra p. 109.* Atque hunc gentis ſuæ morem in hunc uſque diem retinuerunt Judæi. Obſervare enim licet, eos τὸ מעריב in ſynagogis recitantes, ad verba סלח לנו פשעינו *condona nobis peccata noſtra*, pectus binis vicibus manu tundere; die autem expiationis dum loris ſeſe cædunt mutuo, ad voces confeſſionis, quam interea edunt, ſingulas, prout obſervavit LACKEMACHERUS, in *obſervat. philol. part. VIII. pag. 128, 129.* Ex gentibus nonnulla huc ſpectantia adfert ARNDIUS in *miſcellan. ſacris p. 84.*

(**) Huc quoque pertinet poſitio manuum ſuper caput. 2 Sam. XIII. 19. *& ponebat manum ſuam ſuper caput ſuum, & ibat eundo, & clamabat.* Jer. II. 37. *Etiam inde egredieris & manus tuæ ſuper caput tuum.* Manibus enim capiti impoſitis incedentes & clamantes dolorem teſtari ſolebant, præſertim mulieres. GERHARDUS.

& effuderint coram Jehova, ac jejunaverint die illa dicentes: peccavimus Jehovae. Hac aquæ effuſione procul dubio denotare voluerunt extremam cordis ſui humiliationem, quod ſe æſtiment *effuſos, ſicut aqua effundi ſolet;* Pſalm. XXII. 15. quod ſint *velut aquae, quae defluunt in terram, quae non congregantur*, 2 Sam. XIV. 14. Quidam metaphoram in his verbis quærunt, ut ſit ſenſus: lacrimas ex corde imo quaſi expreſſas & hauſtas largiter coram Deo effuderunt. 9.) Femoris percuſſio. Jer. XXXI. 19. *Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum*, ubi Lutherus in gloſſis marginalibus addit: *Percutere femur eſt ſignum doloris, ſicut mulierculae in puerperio facere ſolent.*

§. LXVI. Quare cum externis hiſce ſignis ac ritibus interior contritio quandoque ſeſe manifeſtet, ideo per uſitatam ſcripturæ *ſynecdochen* pœnitentia ex illis deſcribitur, ſignatum ſcilicet ex ſignis, arbor ex cortice & foliis, non quod exteriores illi ritus & geſtus abſque interiori contritione veram pœnitentiam conſtituant & abſolvant, ſed quia interior contritio per illos ſeſe ut plurimum exſerit. Sic Ninivitarum pœnitentia deſcribitur hoc modo, quod induerint ſe ſaccis, jejunaverint &c. Cum vero hypocritæ vere piorum ſimiæ exteriores illos ritus, opera & actiones pœnitentiæ ſimulare poſſint, ut teſtatur exemplum Achabi, qui *veſtes ſuas ſcindebat, ſaccum induebat, jejunabat, in ſacco dormiebat, & miſerabiliter incedebat*, etiamſi interiori ac ſeria ad Deum converſione deſtitueretur, 1 Reg. XXI. 27. ideo externos illos ritus atque opera pœnitentiæ Deus quandoque improbat, nimirum ſi interior mentis mutatio ac renovatio non ſit eiſdem conjuncta. Sic Eſa. LVIII. 5. reprehenduntur Judæorum jejunia, quod tantum corpus adfligerent, obſtipo capite incederent, ſaccum induerent, ac ſeſe tetricos atque triſtes præberent, cum Deus veram potius converſionem ac luctum animi requireret, hunc vero externum corporis luctum eatenus tantum probaret, quatenus eſſet effectus & conſequens veræ contritionis. Joel. II. 13. jubentur *ſcindere corda & non veſtimenta ſua*, id eſt, jubentur non ſimulare tantum dolorem externa veſtium laceratione, ſed interius vere ac ſerio dolere de admiſſis peccatis. Ignoratio hujus *ſynecdoches*, qua pœnitentia ex ſignis & fructibus deſcribitur, occaſionem dedit errori, quo pœnitentia in externis tantum & corporeis moleſtiis collocatur, iiſdemque meritum remiſſionis peccatorum & ſatisfactionis transſcribitur, cum promiſſio de remiſſione peccatorum ſit gratuita, propter ſolum & unicum Chriſti meritum nobis facta, & nonniſi fide adprehendenda.

Cauſa efficiens contritionis.

§. LXVII. Contritionis *cauſa efficiens* principalis eſt Spiritus ſanctus; ut generalia illa fundamenta ſuperius §. XXXV. adducta, quæ totum converſionis opus Spiritui ſancto tribuunt, evidenter comprobant. Ad contritionem requiritur peccati agnitio, ejusdemque odium & deteſtatio, jam vero natura noſtra corrupta toto impetu fertur ad peccatum, eodemque ſumme delectatur; per peccatum mens noſtra obtenebrata & occæcata eſt, utique ergo ſuperius lumen requiritur ad peccati atrocitatem & iræ divinæ gravitatem agnoſcendam, ex quo evidenter patet, quod vera ac ſalutaris contritio non ſit naturalium virium, ſed Spiritus ſancti, cor noſtrum efficaciter moventis, opus. In contritione adeſt ſerius de peccatis admiſſis dolor, jam vero natura noſtra miſere corrupta ac depravata fugit iſtum dolorem, ac ſuum ſecuta genium atque ingenium potius exſultat de peccatis. Pſalm. L. 21. *Arguam te & ordinabo in oculis tuis, quod feciſti.* Pſalm. XC. 8. *Abſconditum noſtrum collocat Deus in lumine vultus ſui*, (ac revelat illud per lucem verbi) Eſa. XXXVIII. 13. *Sicut leo contrivit omnia oſſa mea.*

Diſcrimen inter contritionem ſalutarem & exitialem.

§. LXVIII. Diſtinguendum tamen inter *veram* & ſalutarem contritionem vere piorum, & *falſam* atque exitialem hypocritarum, impiorum ac deſperantium. 1.) Pii in ſeriis conſcientiæ pavoribus principale peccati *objectum* Deum ipſum intuentur, & propter ejus (utpote ſummi boni) offenſam unice dolent; contra vero hypocritæ mentis ſuæ vel aliorum judicia potius extimeſcunt, ac pœnæ magis quam culpæ conſideratione anguntur. 2.) Pii

non

›lum actualia delicta graviora, ſed & fon-
mnium actualium, videlicet originalem la-
non ſolum exteriora delicta, ſed etiam
›rem naturæ corruptionem agnoſcunt, &
de illis dolent. Pſalm. LI. 7. *Ecce in ini-*
e conceptus ſum, & in peccato calefacta
me mater mea. Tertullianus libr. de pœ-
. 553. *Non facti ſolum, ſed & voluntatis*
vitanda & pœnitentia purganda ſunt,
enim, ſi mediocritas humana factis ſolum
t, quia voluntas latebris par non eſt, ideo
crimina ejus ſub Deo negligamus. Deus
mia ſufficit: nihil a conſpectu ejus remo-
unde omnino delinquitur &c. Sed hypo-
ſaltem externa delicta utcunque agnoſcunt.
'ii non ſolum præſentis, ſed etiam futuræ
›œnas peccatis deberi agnoſcunt, ſerio igi-
›lent, ſed fide in Chriſtum viciſſim ſeſe
ıt. Hypocritæ ut plurimum ſaltem hujus
›œnas extimeſcunt, ſi ad conſiderationem
rum æternarum adſurgunt, in barathrum
rationis abripiuntur. 4.) Pii agnoſcunt &
entur Deum & judicia ejus eſſe juſta: hy-
is proprium eſt delicta extenuare, & juſti-
Dei vellicare. His igitur membris piorum
pocritarum pœnitentia diſtinguitur, idem
iſcrimen inter piorum & impiorum pœni-
m intercedit. Pii ſerio dolent, & a pec-
deſiſtunt. Impii pœnitentiam ſimulant,
peccatis ſecure pergunt. Pii ſerio dolent,
de dolores illos ſuperant. Deſperantes ſe-
uidem dolent, ſed a terroribus ſuperantur,
in Chriſtum fide deſtituti. Proinde quod
itionem Spiritus S. opus eſſe diximus, id
ra ac ſalutari piorum contritione acceptum
ıus, hypocritarum, impiorum ac deſpe-
ım contritio plerumque ex veteri homine
turalibus liberi arbitrii viribus ortum habet.

Latuen-e diſtin-inter ...tionem ... & ev-...icam?

§. LXIX. Hæc quibuſdam occaſionem dederunt, ut diſtinguerent inter contritionem *legalem* & *evangelicam*, *hanc* tribuunt vere piis, qui de peccatis dolent, & fide viciſſim eriguntur; *illam* veſperantibus, qui deplorant quidem peccatum, ſed absque ſpe veniæ. Bucanus loco XXX. pag. 287. Sed huic ſententiæ per omnia ſubſcribere non poſſumus, cum ipſa illa piorum contritio, quam evangelicam vocant, quatenus contritio eſt, non ex evangelio, ſed ex lege oriatur; hoc tamen ſenſu & reſpectu evangelicam dici poſſe concedimus, quia fidem ex verbo evangelii accenſam conjunctam habet, per quam ſalutaris redditur: judicamus tamen ab hac ἀκυρολογίᾳ abſtinendum eſſe.

Cauſa inſtrumentalis contritionis.

§. LXX. *Organum* igitur, per quod Spiritus ſanctus contritionem in cordibus hominum operatur, eſt concio *legis*, per quam peccata & ira Dei adverſus illa manifeſtantur, ut illis agnitis homo peccator ſerio doleat. Eſa. LXVI. 2. *Reſpiciam ad contritum ſpiritu & trementem ſermones meos.* Jer. XXIII. 29. *Nunquid verbum meum tanquam ignis & velut malleus conterens petram?* Rom. III. 20. *Per legem eſt peccati agnitio.* Rom. IV. 15. *Lex iram operatur.* Rom. VII. 7. *Peccatum non cognovi, niſi per legem.* v. 8. *Absque lege peccatum eſt mortuum.* In promulgatione decalogi Iſraëlitæ ad ſonitum buccinæ & auditum vocis divinæ ita expaveſcunt, ut non ſolum retrocedant, ſed etiam fateantur, ſe e vita exceſſuros, ſi amplius talem vocem audiant. Quo ſpectaculo Deus ſignificare voluit, quod organo decalogi excitet in homine contritionem. Ex quibus teſtimoniis exſtructa eſt regula theologica: *Quicquid peccatum arguit, iram ac pœnas denunciat, & conſcientiae terrores incutit, id legis rationem habet, quando & ubicunque id fiat.*

§. LXXI. Legis concioni hac in parte adminiculantur diſcrimen honeſtorum ac turpium in mente adhuc reliquum, ſynteresis, internum conſcientiæ teſtimonium, memoria divini judicii, item exempla iræ divinæ, quæ in aliis videmus, & pœnæ peccatorum noſtrorum, quas in nobis ipſis experimur, quæ ſunt velut reales conciones legis, quo ſenſu calamitates tum publicæ, tum privatæ συναίτια ὀργανικὰ contritionis dici poſſunt. Eſa. XXVIII. 21. *Facit Deus opus alienum,*

alienum, (caſtigando ac puniendo) *ut faciat proprium.* (miſerendo)

Saepe Deum videas alieno munere fungi,
Ut proprium peragat convenienter opus.

Jer. XXX. 11. *Caſtigabo te in judicio, ne innocens tibi videaris.* Jer. XXXI. 28. *Quemadmodum ſolicitus fui ſuper eos ad evellendum ac diruendum & deſtruendum & perdendum & adfligendum, ſic ſolicitus ero ſuper eos ad aedificandum & plantandum, dicit Jehova.* Oſe. V. 15. *Revertar ad locum meum, donec deficiant, & requirant faciem meam, in tribulatione ſua quaerent me dicentes:* Oſe. VI. 1. *Venite, revertamur ad Dominum, quia ipſe dirupit, & ſanabit nos, percuſſit, & adligabit nos.* Am. IV. 9. *Percuſſi vos ariditate &c. nec tamen rediiſtis ad me.* v. 10. *Immiſi in vos peſtilentiam, nec tamen rediiſtis ad me.* v. 11. *Subverti in vobis, quemadmodum ſubvertit Deus Sodomam & Gomorrham, nec tamen rediiſtis ad me.* Luc. XIII. 5. de civibus in Siloah perditis Chriſtus dicit: *Niſi converſi fueritis, omnes ſimul peribitis.* 1 Cor. XI. 32. *Cum judicamur, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.* Baſilius ſerm. quod Deus non ſit auctor mali tom. I. pag. 355. *Caro percutitur, ut anima ſanetur.* Chryſoſtomus epiſt. V. col. 975. *Pœna, quam Deus irrogat, nihil damni dat, ſed lucri facit, quod eſt inter bona omnium maximum. Solidam enim dat in Chriſtum tenere fiduciam, & reſipiſcere a peccatis adverſus illum commiſſis, ut ad virtutis viam nos reducat.* Auguſtinus de natura & gratia cap. 24. *Sunt mala, quae proſunt mirabili Dei miſericordia. Nunquid ille boni aliquid paſſus eſt, qui dixit:* Avertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus? *non utique, & tamen haec ei conturbatio contra ſuperbiam medicinalis fuit quodammodo. Dixerat enim:* in abundantia mea non commovebor in æternum, *& ſibi tribuebat, quod a Domino habebat: quare oſtendendum ei fuerat, unde haberet, ut reciperet humilis, quod ſuperbus amiſerat.* Fulgentius epiſt. VII. *Benignitas Dei nos ad pœnitentiam adducit, ideo nos tribulationibus adfligit, infirmitatibus corripit, anguſtiis erudit, ut, qui in ſanitate corporis peccavimus, in infirmitate peccatis abſtinere diſcamus.* Lutherus tom. IV. latin. fol. 584. in cap. VII. Michæ. *Non impedit, quod calamitates iſtae ſint pœnae peccatorum, hoc ſolum reſtat, ut tu quoque peccata tua agnoſcas, & in iis non pergas obſtinate, caſtigat pater quoque filium propter peccata, & tamen iſta caſtigatio eſt ſignum paterni animi, ſicut Paulus dicit:* Corripi nos a Domino, ne cum hoc mundo damnemur &c.

§. LXXII. Eundem etiam uſum præſtat meditatio paſſionis ac mortis Chriſti, quippe quæ eſt lucidiſſimum iræ divinæ ſpeculum adverſus peccata noſtra. Eſai. LIII. 4. *Nos reputavimus eum plagis adfectum, percuſſum a Deo & humiliatum.* v. 5. *Ipſe autem vulneratus eſt propter praevaricationes noſtras, attritus propter iniquitates noſtras.* Chriſtus ad ſupplicium ductus crucem ſuam bajulans monet mulieres, ut *deplorent ſe ipſas*, Luc. XXIII. 28. hoc eſt, ut agnoſcant peccata ſua, & iram Dei adverſus illa in hoc triſti ſpectaculo intueantur. Deus variis exemplis iram oſtenderat ſuam mundi diluvio, everſione Sodomæ &c. tandem ut plenius iram ſuam adverſus peccata manifeſtaret, Filium ſuum propter peccata noſtra mori voluit, qui ſub hoc pondere miſerabiliter conqueritur: *Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Sicut uva torculari ſubjecta comprimitur & ſuaviſſimum ſuccum præbet; ita Chriſtus torculari iræ divinæ ſubjectus, ſanguineum ſudorem in odorem ſuavitatis pro peccatis noſtris Deo obtulit. In ſudore fervor, in ſanguine pretium, in ejusdem decurſu ſufficientia adparet. Pertinent huc ſuaviſſimæ meditationes patrum de paſſione Domini. Bernhardus ſerm III. in die nat. col. 57. *Agnoſce homo, quam gravia ſint vulnera, pro quibus neceſſe eſt, Chriſtum Dominum vulnerari, ſi non eſſent haec ad mortem & mortem ſempiternam, nunquam pro eorum remedio Filius Dei moreretur.* Anshelmus in libr. meditat. lit. N. *Peccat iniquus, & punitur juſtus, delinquit reus, & vapulat innocens, offendit impius, damnatur pius: quod perpetrat ſervus, exſolvit*

Dominus, *quod committit homo*, *ſuſtinet s.* Pulcerrime Ephrem Syrus libr. I. de comp. lis cap. 2. *Legimus*, *ipſum Dominum*, *ver- Patris*, *pependiſſe in ligno*, *& propter ata noſtra peremtum eſſe*, *& elata cervi- ntemnimus & ridemus? Sol non potuit e Domini noſtri contumeliam*, *ſed claritatem uminis convertit in tenebras*, *nos autem a bris malitiae noſtrae converti nolumus? Ve- templi*, *quod nihil deliquerat*, *a ſemet ip- iſſum eſt*, *nos autem propter peccata no- cor noſtrum compungi non cupimus? &c.* ludimus igitur, quod vera contritio in ibus hominum excitetur legis adverſus pec- fulminantis prædicatione, ad erſitatum im- ione ac paſſionis dominicæ & aliorum iræ iæ exemplorum meditatione.

ſine re- tur con- ritio?

§. LXXIII. Porro in vera ad Deum converſione requiritur contritio, non ut meritum reconciliationis, vel ut medium adprehendendæ gratiæ, ſed ut pars or- i, quem Deus in convertendis obſer- atque obedientiæ illius, quam a conver- is exigit, cum in præfractis & ſecuris cordi- operari nolit. Quomodo enim contritio romerendæ vel adprehendendæ gratiæ me- a eſſe poſſet? 1.) cum ſit ex lege, jam *ex lege eſt peccati agnitio*, non abolitio: . III. 20. *Ex operibus legis non eſt juſtifi-* , Gal. II. 16. *Lex iram operatur*, Rom. 15. 2.) cum ſit imperfecta, nam qualis qualis uanta quanta fuerit ſive *intenſive* ſive *ad- iative*, (ut loquuntur) peccatorum atroci- n ac iræ divinæ magnitudinem non adæquat; nde ſi ex noſtræ contritionis qualitate vel ıtitate de remiſſione peccatorum ſtatuendum t, perpetuis dubitationibus vere ac ſerio pœ- ites conflictari cogerentur. 3.) cum de- atur facultate adprehendendi Chriſtum me- rem, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ac nde conſcientiæ pacem & quietem dare ne- t. 4.) cum nulla ſit relatio inter noſtram itionem & inter promiſſionem Dei gra- m de remiſſione peccatorum, ſed inter verbum evangelii & inter fidem relatio perpetua occurrat. Quapropter quando pœnitentiæ tribuitur, quod ſit medium reconciliationis & vitæ, id συνεκδοχικῶς reſpectu partis potiſſimæ ac nobiliſſimæ, videlicet fidei in Chriſtum, fieri ſtatuendum, quippe quæ ſola Chriſti meritum in verbo evangelii oblatum adprehendit, & in Chriſto gratiam Dei, juſtitiam & vitam æternam invenit, cujus fidei anteambulo eſt contritio, pediſſequa vero bona opera, ut in reconciliatione noſtra cum Deo fides ſola maneat regina.

§. LXXIV. Hactenus noſtram, hoc eſt, ipſius ſcripturæ ſacræ de contritione ſententiam expoſuimus, reſtat, ut pontificiorum opinionem excutiamus, quam Bellarminus libr. II. de pœnit. cap. 1. his includit quæſtionibus. 1.) *An contritio ſit actus bonus & liber*, *& num ad legem vel evangelium pertineat?* 2.) *An ſit actus ſolius liberi arbitrii?* 3.) *An includat odium ac deteſtationem peccati praeteriti?* 4.) *An includat propoſitum bene vivendi?* 5.) *An ſit neceſſaria ad juſtificationem?* 6.) *An ſummum dolorem exigat?* 7.) *An vim habeat peccatorem Deo reconciliandi?* 8.) *An ante abſolutionem ſacerdotis?* 9.) *An peccata omnia delere queat?* 10.) *An attritio ſit donum Dei?*

An contritio ſit terror ex minis legis conceptus?

§. LXXV. *Primam* quæſtionem Bellarminus cap. II. quatuor propoſitionibus explicat. I.) *Contritio non eſt terror ex minis legis conceptus*, *cum per contritionem cor peccatoris molliatur*, *humilietur & legi Dei ſubdatur*; *cum terrores etiam in corde duro ac ſuperbo eſſe poſſint*; *cum contritis ea tribuantur*, *quae territis non conveniunt*; *denique cum in deſcriptione contritionis non tantum pavorum & terrorum*, *ſed etiam gemituum*, *lacrimarum*, *ſuſpiriorum &c. mentio fiat.* Reſp. nequaquam dicimus, contritionem eſſe tantummodo terrorem, ſed peccati agnitionem & deteſtationem, cordis humiliationem, conſcientiæ angores itidem hoc nomine complectimur. Ex conjunctis igitur & ſubordinatis non ſunt facienda oppoſita. Utique per contritionem cor hominis ſcin-

 ditur,

ditur, humiliatur ac mollitur, ut in gemitus, ſuſpiria & lacrimas reſolvatur; ſed ex eo nondum ſequitur, quod terrores ac pavores non ſint conjuncti. Dicta ſcripturæ, quæ Bellarminus adfert, Pſal. XXXIV. 19. *Dominus prope eſt iis, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalvabuntur.* Pſalm. LI. 19. *Cor contritum & humiliatum non deſpicies;* noſtræ ſententiæ non adverſantur, in his enim ac ſimilibus dictis continetur deſcriptio perſonarum, quibus Deus offert ſuam gratiam, ſcilicet illis, qui corde ſunt contrito; non autem proponitur cauſa, propter quam peccata remittantur. Obſervat Deus hunc ordinem, ut ad inferos prius deducat, poſtea iterum reducat, ut prius mortificet, poſtea vero iterum vivificet. Neque quicquam juvat cauſam Bellarmini, quod humiliatio additur contritioni; hæc enim itidem oritur ex agnitione peccatorum & ſenſu iræ divinæ a[…] ſus peccata, quam ex lege eſſe negari n[…] Quo vero tendat Bellarminus negando c[…] tioni terrores ex minis legis ortos conju[…] eſſe, patet ex compend. theolog. lib. VI. […] ubi ſtatuitur, *contritionem non modo maled[…] nibus legis non terrere, ſed potius a pe[…] liberare & benedictiones adducere, eum[…] voluntariam ejus adſumtionem non ſolum […] ſed & pœna dimittatur, ac gloria confer[…]* qua de re paulo poſt uberius diſſeretur.

An cont[…] ſit paſ[…]

§. LXXVI. II) *Contritio non eſt paſſio, ſed actio, eademque libera, non coacta.* compend. theolog. l. d. apertius hoc exprimit, quod *contritio ſit dolor voluntarie ad[…] tus.* (*). Reſp. hypocritica contritio in ext[…]

(*) Statuunt hoc pontificii ad ſalvandas ſuas hypotheſes; dicunt enim: *contritionem eſſe meritoriam. Omne autem, quod mereri debet, actum virtutis eſſe oportet*, ſtatuente Thoma in ſupplem. q. 1. art. 2. Et quia virtus eſt habitus *electivus*, hinc concludunt; *contritionem eſſe actum liberum ab homine ultro adſumtum & electum.* Quinque occurrunt in contritione, notante Eckardo c. 4. de pœn. p. 88. Nam 1.) in memoria eſt peccati recordatio: 2.) in mente offenſæ divinæ conſideratio: 3.) in voluntate peccatorum agnitorum deteſtatio, quam forinſecus teſtatur pectoris tunſio, oculorum lacrimatio, oris confeſſio: 4.) in corde, timor vindictæ & futuri judicii: 5.) in conſcientia legis cauterio vulnerata ſequitur horror, dolor, morſus, compunctio. *Priores* duo gradus ſunt quidem interni actus, in iis vero non conſiſtit *ἀυλα* contritionis, ſed potius in tribus *poſterioribus*, nam illi contritionem non tam conſtituunt, quam efficiunt, habent ſe *προκαταρκτικῶς*, non *ἀυτόως*, ſunt cauſa *efficiens*, non *formalis*, quippe quæ nulla eſt alia, quam cordis paſſio. Id probatur 1.) ab etymologia. *Contritio proprie eſt alicujus integri & duri comminutio.* Thomas in ſupplem. q. 2. art. 1. Tunc enim res dicitur conteri, cum ſolidum minuitur, & ad partes minimas reducitur. Omnis autem comminutio reſpectu *ſubjecti*, quod minuitur, eſt paſſio. Ut autem ſe habet contritio propria in genere, ita contritio metaphorica in ſpecie, quæ eſt cordis humani, quod peccatis velut obriguit & adamant[…] ſtar obduruit, comminutio, compuncti[…] emollitio &c. 2.) a *ſynonymia.* Con[…] tantum *paſſivis* vocabulis deſcribitur, u[…] cent omnia ſynonyma, &c. vocatur *pe[…] cordis*, 2 Sam. XXIV. 10. *conturbatio a[…]* Pſalm. VI. 3. *infixio ſagittarum Domini*, […] XXXVIII. 3. *tribulatio ſpiritus & confractio[…] dis*, Pſalm. LI. 19. *tremor excitatus voce D[…]* Eſaj. LXVI. 2. *Percuſſio femoris & confuſio*, […] XXXI. 19. *ſciſſio cordis*, Joel. II. 13. *κατα[…] compunctio.* Act. II. 37. 3.) a definitione […] *ſionis.* Vulgò definitur *actionis receptio* accidens ſecundum quod id, quod ſubjic[…] pati dicitur. At hæc definitio compe[…] tritioni *formaliter* ſumtæ, eſt enim fulmi[…] legalium & actionis divinæ receptio, ac ſe[…] dum eam homo pati & conteri dicitur. […] a *cauſa* contritionis, quæ non eſt ipſe h[…] ſed Spiritus S. Jer. XXXI. 18. *Poſtqua[…] converſiſti.* Quod non ab homine profici[…] *efficienter*, ſed a ſolo Deo in homine pe[…] tur, id paſſio eſt hominis reſpectu. 5.) a[…] pria confeſſione adverſariorum. Defin[…] enim pœnitentiam *dolentis vindictam* Lom[…] dus IV. ſent. diſt. 14. A. Sic Bonaventura […] diſt. 16. part. 1. art. 1. q. 1. f. 226. Co[…] tio *dolor eſt* per eſſentiam, per dolorem e[…] definiunt Durandus libr. IV. diſt. 17. q[…] Coſterus enchir. c. 11. p. 370 Toletus de […] ſacerd. l. III. c. 4. pag. 417. GERHARD[…]

æſtibus & actionibus conſiſtens ex viribus liberi arbitrii oriri poteſt, ſed ſeria ac ſalutaris contritio non eſt opus virium humanarum, *qui enim facit peccatum, ſervus eſt peccati*, Joh. VIII. 34. ſervitio igitur exire nequit, quin & ſervitio illo peſſimo delectatur, niſi per filium liberetur. Corda noſtra extra Spiritus ſancti gratiam conſiderata ſunt *dura ac lapidea*, Ezech. XXXVI. 26. ac proinde pœnitere neſcia; requiritur igitur, ut Deus *auferat cor lapideum, ac det cor carneum*, Ezech. XI. 19. ut ipſe convertat hominem, *vasque novum ex fragmento formet virtute creandi*, ut loquitur Proſper. Diſtinguendum etiam inter contritionem nondum renatorum, ac in peccata contra conſcientiam prolapſorum, & inter quotidianam carnis mortificationem, quæ a renatis exigitur. Quando contritionem *paſſivam* dicimus, eandemque in ſolidum Spiritui S. tribuimus, reſpicimus ad converſionem non renatorum & in peccata mortalia prolapſorum; interim non negamus, renatos ut in omnibus operibus bonis, ita quoque in quotidiana carnis mortificatione (quam quidam contritionem vocant) eſſe τοῦ Θεοῦ συνέργους, agunt autem non ſuis, ſed novis a Spiritu ſancto donatis viribus. Bellarminus ad probationem theſeos ſuæ adducit. 1.) *praecepta, quibus jubet Dominus, ut homo ſcindat cor, ut faciat ſibi cor novum, ut projiciat praevaricationes*, ex quo colligere conatur, hominem vere cooperari ad contritionem. *Reſp.* Oſtendimus ſuo loco, ex præceptis ad noſtram δύναμιν nullam eſſe conſequentiam, cum per lapſum inciderit homo in ἀδυναμίαν præſtandi ea, quæ lege divina requiruntur. Adde, quod illa ipſa præcepta ac minæ ſint ſalutaria media, per quæ Deus in hominibus veram contritionem operatur, ex quo nequaquam poteſt inferri, hominem ex viribus liberi arbitrii Deo cooperari. 2.) *Contritio Deo placet, ſed paſſio coacta Deo non placet.* Reſp. contritio ita demum placet Deo, ſi conjunctam habeat fidem in Chriſtum: *abſque fide impoſſibile eſt Deo placere*, Hebr. XI. 6. 3.) *In noſtra poteſtate eſt adplicare animum ad ea, quibus timor excitatur.* Reſp. quamvis adplicatio animi ad ea, quibus contritio excitatur, id eſt, externus verbi auditus & conſideratio pœnarum ſit quodammodo in noſtra poteſtate, interior tamen & ſalutaris contritio eſt Spiritus S. opus, ut in tractatu de prædeſtinatione & libero arbitrio plenius docuimus (*).

Kk 3 §. LXXVII.

(*) Porro *contritionem* dicunt eſſe *dolorem*, nihilo tamen minus *actionem*, quod ut evincant, hac utuntur diſtinctiuncula: dolorem ſumi dupliciter. 1.) pro *diſſenſu voluntatis*: 2.) pro *paſſione reſultante in ſentientem ex illa diſſenſu, per quam homo prorumpit in lacrimas*. Bonaventura l. d. vel ut Durandus: *Dolor accipitur 1.) pro diſplicentia voluntatis. 2.) pro paſſione ſenſitiva partis: ſecundum dolorem* putant *eſſe effectum, primum vero formam contritionis*. Reſp. ad 1.) contritio non conſiſtit *formaliter* in nuda *diſplicentia*, ſed potius in angore & tremore animi ob commiſſa peccata, qui angor includit quidem diſplicentiam, ſed non eſt ipſa. Idem voluntatis diſſenſus ſi formaliter eſt actus, cur vocant dolorem? quomodo enim id, quod formaliter dolor eſt, ſimul per eſſentiam eſt actus? Ad argumentum Bellarmini reſp. α) contritio eſt *paſſio*, non tamen coacta aut violenta, ſed a lege excitata. Non enim omne coactum eſt, quod ab extrinſeco principio proficiſcitur, fides non eſt a noſtris viribus, ſed accenditur a Spiritu S. Rom. X. 17. non tamen eſt actus violentus. Item, a præcepto ad actum liberum non valet conſequentia: præcipitur omnibus hominibus converſio, mundatio, fides in Chriſtum &c. Ergone hæc omnia ſunt actus liberi & in noſtra poteſtate ſiti? Chriſtus imperat puellæ mortuæ & Lazaro, ut ſurgant &c. Denique cum contritione actus quosdam noſtros concurrere non inficiamur, ut ſunt recordatio peccatorum, conſideratio legis, meditatio iræ divinæ &c. Horum reſpectu contritio imperata nobis dici poteſt; ſed formaliter non conſiſtit in illis actibus, ſed in dolore & angore, cujus ratione cor dicitur contritum. β) contritio eſt quidem *paſſio*, ſed ab ipſo Deo excitata, non a nobis per vim elicita. Item, Deo aliquid placere, quod tamen quodammodo involuntarium, teſtantur exempla; Sic circumciſio filii Moſis Exod. IV. 26. mors martyrum violenta Pſalm. CXVI. 15. contritio Achabi 1 Reg. XXI. 27. Diſtinguendum tamen inter contritionem deſperantium & credentium. γ) non quæritur hic, qualis paſſio ſit contritio, num libera

ned

An contritio pertineat ad evangelium?

§. LXXVII. III.) *Contritio maxime ad evangelium pertinet.* Reſp. imo vero per *legem eſt agnitio peccati*, per evangelium proprie ſic dictum adnunciatur gratuita peccatorum remiſſio propter Chriſtum mediatorem. Quomodo vero theſin ſuam Bellarminus probat? 1.) Ezech. XI. 19. *pollicetur Dominus filiis novi teſtamenti cor carneum & ſpiritum novum.* Reſp. promittitur ibi Spiritus ſanctus, qui veram contritionem in cordibus hominum operaturus ſit, non autem additur, quod per evangelii prædicationem homines ad contritionem ſit perducturus, cum miniſterium Spiritus etiam legis prædicationem complectatur. 2.) *Chriſtus & apoſtoli auctores evangelii praedicarunt contritionem.* Reſp. Chriſtus & apoſtoli in ſuo miniſterio non evangelium ſolum, ſed & legem prædicarunt, ut per legis malleum dura hominum corda contererentur, ac per evangelii conſolationem contrita corda ſanarentur. In praxi doctrinæ legis & evangelii quovis mathematico puncto conjunctiores ſunt, ut loquitur Lutherus in cap. III. Gal. 3.) *Lex vetus non habet promiſſionem gratiae, neque ejus opera Deo ſunt grata, at contritio Deo placet.* Reſp. opera legis dupliciter accipiuntur, vel pro externis qualibuscunque operibus ſine gratia & Spiritu factis, vel pro renatorum operibus ex Spiritus ſancti operatione profectis, quæ itidem opera legis dicuntur, cum norma eorum ſit lex divina. Illa opera Deo non placent, hæc vero ſunt gratiſſimum ſacrificium. Contritio quomodo placeat Deo, expoſitum ſuperius. Reliqua hoc loco a Bellarmino adducta in tractatu de evangelio ſunt expoſita.

An contritio liberet a peccatis?

§. LXXVIII. IV.) *Contritio non replet hominem peccatis ac maledictionibus, ſed a peccatis liberat, & benedictiones adducit.* Illud cap. 12. col. 1296. clarius explicat: *Catholici communi conſenſu docent, contritionem eſſe cauſam remiſſionis peccatorum*, ex concilio Tridentino ſeſſ. VI. cap. 6. ſeſſ. XIV. c. 4. *Contritionem de congruo mereri remiſſionem peccatorum, plerique ſcholaſtici docent.* Reſp. ſi per noſtram contritionem peccatorum remiſſionem ac vitam mereri poſſumus, Chriſtus vel fruſtra vel non ſufficienter pro peccatis noſtris attritus eſſet. Neque etiam contritioni tanquam inſtrumento, ſed ſoli fidei ſcriptura tribuit, quod Chriſti beneficia per eam nobis adplicentur, Act. X. 43. Rom. IV. 3. & alibi paſſim. Si contritione tanquam inſtrumento remiſſionem peccatorum nobis adplicamus, tum non ſine lege & operibus remiſſionem conſequimur. Jam vero *beatitudo eſt illius hominis, cui Deus juſtitiam imputat ſine operibus*, ut diſertis verbis adſerit apoſtolus Rom. IV. 6. & ſuo loco plenius docebitur. Quomodo vero theſin ſuam probat Bellarminus? 1.) *Quod homo ſe bonis operibus vacuum & peccatis onuſtum cernit, non eſt effectus contritionis, ſed partim humilitatis, partim diſcuſſionis & cognitionis ſui ipſius.* Reſp. ſubordinata & conjuncta non ſunt ſibi invicem opponenda, hæc omnia pertinent ad contritionem, ut homo in ſpeculo legis ſuam deformitatem agnoſcat, de illa ſerio doleat, & coram Deo juſtiſſimo judice ſe humiliet. 2.) *Si contritio eſt opus Dei, quomodo fugit Deum, & eſt via ad deſperationem, niſi accedat fides?* Reſp. ſalutaris contritio ſemper conjunctam habet fidem, ſicut timor filialis Dei dilectionem, jam vero de ſalutari contritione potiſſimum agimus, quando eam opus Spiritus ſancti eſſe adſerimus. Quod contritio ſola in deſperantibus fugit Deum, id fit per accidens vitio naturæ per peccatum corruptæ, cujus reſpectu ipſa ſanctiſſima lex divina dicitur *miniſterium mortis & damnationis* 2 Cor. III. 7. *operatur iram*, Rom. IV. 15. *auget peccatum &c.* 3.) *Ninivitae de remiſſione*

vel ſecus, ſed in ſpecie: num ſit paſſio vel actio. Nec ſequitur, quædam præparatoria ſunt in noſtra poteſtate, ergo & ipſa ſalutaris contritio, alias etiam fides erit actus noſter ſpontaneus. Aliud eſt mediorum uſurpatio, aliud ipſius effectus productio. Prius in noſtris viribus eſt poſitum, non autem poſterius. Meiſnerus p. II. ſobr. phil. ſect. 2. c. 1. q. 5. GERHARDUS.

peccatorum dubitabant, & tamen non ... bant a Deo. Reſp. non de peccatorum ... donatione, ſed de pœnæ temporalis averſio... dubitabant, neque fide deſtituti erant, alias placere non potuiſſent.

... contritio ... ri poſſit ... ſpeciali auxilio?

§. LXXIX. *Alteram* quæſtionem: *an contritio ſine ſpeciali Dei auxilio haberi poſſit?* tractat Bellarminus cap. 3. & in negantem partem concedendo adverſus ... gianos neceſſitatem gratiæ probat. *Reſp.* ... tus ſanctus veræ converſionis auctor eſt non ... modo, ut voluntas humana ex ſe & ſuis vi... naturalibus ei cooperetur, ſed ut ipſi in ... um totum converſionis opus ſit tribuendum, ... t hominem novis viribus, quibus in ope... bonis poſtea cooperetur, non autem ſopi... xcitat & uſum ſive *actum ſecundum tantum ... ſit*, ut pontificii recentiores diſputant. Sic ... ſcribit Bellarminus libr. VI. de liber. arbitr. 11. *Nos cooperari Deo non ſolum poſt ... rſionem, ſed etiam in ipſa regeneratione ... itio fidei, ita quidem, ut, licet liberum ... rium ſit extenuatum, non tamen exſtin... in actione credendi.* Quod Bellarminus ..., quosdam ex ſcholaſticis ſtatuere, quod ... nis conatus ac voluntas gratiam divinam ... ertant, id eſt, negare ſolem lucere in me..., unde enim diſputationes de præparationi... d gratiam, de merito congrui, de dilecti... Dei ſuper omnia ex puris naturalibus, de ... ſitionibus ad juſtificationem.

... ntritio ... t odium ... cati?

§. LXXX. In *tertia* quæſtione: *an contritio includat odium ac deteſtationem peccati præteriti?* habet nos ſibi Bellarminus ὁμοψήφους. Quæ de Luthero attexit, ... is neget, contritionem includere peccati ... n, facilem habent explicationem, loqui... uim de peccati deteſtatione, quæ oritur ex ... e ſervili, & pœnam potius, quam culpam ... it; loquitur *comparate*, quod non tam de ... itionis quantitate, quam de ſeria vitæ ... datione ſoliciti eſſe debeamus; loquitur de vocabuli μετανοίας vera explicatione, quod denotet interiorem mentis & conſilii mutationem, non autem actiones externas ſponte ſuſceptas, interim non negat contritionem includere peccati odium.

An contritio includat propoſitum recte vivendi.

§. LXXXI. *Quarta* quæſtio eſt, *an contritio includat propoſitum recte vivendi?* ad quam Bellarminus cap. 6. adfirmative reſpondet, interim fatetur, non concordare doctores pontificios, *an illud propoſitum formale eſſe debeat, an vero ſufficiat virtuale atque implicitum?* Reſp. ſalutaris contritio conjunctam habet fidem in Chriſtum, quæ eſt omnium bonorum operum genitrix ac fundamentum. Sed ſi contritio ſit ſola, deprimit potius hominem, quam ut ad ſpem veniæ ac novæ vitæ propoſitum ipſum erigat. Non poteſt eſſe propoſitum verum ac Deo placens novæ vitæ, niſi in homine renovato, non renovatur homo, niſi prius regeneretur, regeneratio autem fit per fidem in Chriſtum, qua *purificantur corda*, Act. XV. 9. Nemo poteſt ſtatuere, ſe ſanctam ac Deo placentem vitam agere velle, niſi prius certus ſit, ſe eſſe Deo reconciliatum, neque enim placent Deo opera, niſi perſona prius ſit ipſi reconciliata, jam vero per fidem certi eſſe poſſumus de Dei gratia. Ergo ad propoſitum ſanctæ & Deo placentis vitæ requiritur fides. Quicquid contritionis nomine ac definitione comprehenditur, per legem excitatur. Jam vero lex miniſterio ſuo, ubi non adeſt Spiritus vivificans, hominem occidit, & prævaricatorem potius efficit, quam bonorum operum ſtudioſum; Spiritus vero vivificans non datur per legem, ſed per evangelium, Gal. III. 2. ac proinde niſi Dominus in evangelio Chriſtum animæ noſtræ medicum nobis oſtenderet, ac per fidem in ſanguine ejus nos vivificaret, atque ex inferis contritum hominem reduceret, alterutrum horum contingeret, ut vel in deſperationis barathrum homo abriperetur, vel, excuſſo jugo redargutionum ac minarum legis, in ſecuritatem epicuræam prolaberetur. Dicta ſcripturæ, quæ ex Amos. 5. Eſai. 1. & Ezech. 18. a Bellarmi-

no

no adducuntur, deſcribunt fructum veræ ac ſalutaris pœnitentiæ, non autem ſolius contritionis, quemadmodum diſerte Johannes dicit: Matth. III. 8. *Facite fructus pœnitentia dignos.*

An contritio ſit neceſſaria ad juſtificationem?

§. LXXXII. *Quinta* controverſia eſt: an contritio ſit ad juſtificationem neceſſaria? quod probat Bellarminus cap. 8. Reſp. ut illi, qui poſt baptiſmum lapſi, Deo reconcilientur, ac remiſſionem peccatorum conſequantur, omnino neceſſaria eſt contritio. 1.) Quia Deus non niſi pœnitentibus peccata remittere conſtituit, *evangelizare* jubet, ſed *pauperibus; Sanare* vult, ſed *contritos; Dimiſſionem praedicat*, ſed *captivis.* Eſa. LXI. 1. 2.) Ubi non eſt agnitio culpæ, ibi non eſt deſiderium gratiæ, niſi gravitas peccatorum agnoſcatur, medicina animæ repudiatur. Neceſſaria igitur eſt contritio ratione ordinis, non autem reſpectu cujusdam meriti vel etiam medii, per quod Deo reconciliamur, cum ſola fide ſine operibus coram Deo juſtificemur. Juſtificatio enim eſt ex evangelio, non autem ex lege. Jam vero contritio ex prædicatione legis oritur. Ergo ex contritione, per contritionem vel propter contritionem non eſt juſtificatio. Bellarminus probare conatur contritionem requiri neceſſitate medii ex Luc. XIII. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Act. III. *pœnitemini & convertimini, ut deleantur peccata veſtra* Rom. II. *Benignitas Dei invitat te ad pœnitentiam, tu autem ſecundum duritiem tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram.* Apoc. II. *Movebo candelabrum tuum, niſi pœnitentiam egeris.* Sed quilibet primo intuitu videt, quam hæc ſint a quæſtione aliena, cum ſola contritio non abſolvat ſalutarem & integram pœnitentiam, ſed neceſſe ſit, fide corda erigi, cujus reſpectu pœnitentia εἰς ζωὴν καὶ σωτηρίαν prodeſt.

Quanta contritio requiratur?

§. LXXXIII. *Sexta* controverſia eſt *de quantitate contritionis*, in cujus explicatione Bellarminus primo conatur oſtendere, per noſtram doctrinam de contritione homines adigi ad deſperationem, cum veram ac ſeriam contritionem neceſſariam eſſe ſtatuamus. *Nulla eſt vera ac ſeria contritio, niſi quae procedit ex toto corde. Jam vero contritio ex toto corde, perinde ut dilectio ex toto corde, juxta noſtras hypotheſes eſt impoſſibilis.* Hæc eſt rubrica cap 10. Reſp. oſtendimus ſuo loco, phraſin illam; *ex toto corde*, duplicem habere ſignificationem; aliquando enim opponitur hypocriſi & ſimulationi, quo ſenſu ac reſpectu fatemur tam contritionem quam dilectionem ex toto corde eſſe poſſibilem, quia ſcriptura proponit exempla eorum, qui ad Deum converſi ſunt, eumque dilexerunt ex toto corde. Tum ergo ſenſus phraſeos eſt: *ex toto corde*, id eſt, non hypocritice, non ex duplici corde, ſicut Pſalm XII. 3. de hypocritis dicitur: *Corde & corde loquuntur.* Aliquando vero *ex toto corde* diligere notat perfectam & omnibus gradibus abſolutam dilectionem, qua ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus diligimus; hoc ſenſu ac reſpectu tam contritionem quam dilectionem ex toto corde, id eſt, tam perfectam, qualem Deus requirit, in hac vita impoſſibilem eſſe dicimus, omnis namque contritio, qualis quantave fuerit, peccatorum atrocitati & magnitudini iræ divinæ haudquaquam par eſt. Lutherus in conc. de pœnitentia tom. I. latin. fol. 14. *Si velles, etiamſi nullus pœniteret, conſiteretur, contereretur, atque adeo ſi totus mundus aliter ageret, non praecepti habita ratione pœniteret, ſed amore novae vitae & melioris, jam vere pœnites &c. Hic vero invenies, ſi non vis mentiri, te non eſſe talem, ſed potius velles, ut prior vita liceret, quia ſentis, te omnino adhuc inclinari ad vitam priorem &c.* Quid ergo hic faciemus? *Oportet nos eſſe tales, & non poſſumus eſſe tales, omnes ergo damnabimur? abſit, ſed reſpondeamus, oportet, ut, cognito te tali, non neges te talem, ſed in angulum vadas, & juxta conſilium Chriſti in abſcondito ora Patrem tuum in cælis, dicens ſine fictione: ecce, optime Deus, pœnitendum mihi praecipis, ſed talis ſum ego miſer, quod ſentio, me nolle*

neque

poſſe. Quare tuis proſtratus pedibus, iſericordiam & gratiam, fac pœnitentem, jubes pœnitere.

LXXXIV. Quantam vero contritionem icti requirunt? Bellarminus reſpondet ſex ſitionibus. 1.) *Non requiritur ad eum tionem, quae ſit futura ſufficiens ad re- tem peccati, ut aequalis ſit magnitudini livinae.* 2.) *Dolor de peccatis eſſe debet ts, ſaltem, ut theologi loquuntur, ad- tive.* 3.) *Non eſt neceſſe, ut contritio lor ſummus intenſive.* 4.) *Non requi- certus gradus intenſionis, neque mora mporis ad veram contritionem.* 5.) *Ne- lud exigitur, ut tot ſint actus contritio- quot ſunt peccata, modo de omnibus, poſt examen menti occurrunt, ex animo nus.* 6.) *Utiliſſimum tamen eſt peccata a amariſſime & longo tempore ita defle- t contritio non ſolum adpretiative, ſed intenſive & extenſive ſumma dici poſſit.* hæc omnia non ex fontibus ſcripturæ, ciſternis ſcholaſticorum petita ſunt, me- ıc ſatisfactionibus humanis patrocinantur, a perpetuæ dubitationis ſtabiliunt, & in i meritum ſunt injuria. 1.) Scriptura , contritionem non hypocriticam, non iciariam, ſed ſeriam ex toto corde eſſe :, ut homo propter admiſſa peccata ſe iræ divinæ, pœnarum temporalium & rum, adeoque gehennæ filium eſſe vere io agnoſcat, ſed doloris vel *adpretiative tenſive* vel *extenſive* ſummi nuſpiam me- 2.) *Si de majore peccato magis, de e minus dolendum; ſi dolor pœnitentiae re vel excedere debet voluptatem, quam do accepimus, ſi periculum ſubeſt, ne ſe ipſum fallat, & dum ſe ad acrem & am contritionem excitare non ſatagit, ne adpretiative quidem toto corde cri- deteſtetur:* (quæ omnia ſunt Bellarmini capite 11. verba) *ſi dolorem ex contri- ſuſceptum adeo vehementem, acrem & am eſſe oportet, ut doloris acerbitas cum m magnitudine aequari conſtrique poſſit,* nt loquitur I. de pœnit. cap. 4. col. 1168. ex catechiſmo Romano; *ſi nemo certo ſcire poteſt, ſe veram contritionem habuiſſe*, ut loquitur II. de pœnit. cap. 14. in reſp. ad object. 17. an non perpetuis dubitationibus conſcientia hominis conflictabitur, ſatisne ſit contrita nec ne? quo pertinet, quod communiter docent ſcholaſtici, eos, qui non adeo conteruntur corde, & inge- miſcunt pro peccato, ut contritio ſufficiat ad puniendum peccatum, ſi ante expletionem ex hac vita diſceſſerint, ignem purgatorium eſſe ſenſuros. 3.) Si per noſtram contritionem ex- pianda eſſent peccata, requireretur omnino con- tritio non ſolum *adpretiative*, ſed etiam *in- tenſive* & *extenſive* ſumma. Infinitus eſt Deus, qui peccato offenditur, infinita ejus eſt juſtitia, infinita adverſus peccatum ira, utique ergo fi- nitæ contritioni non competit peccatorum ex- piatio, ſed requiritur infinitum pretium, quod Chriſtus noſtri loco præſtitit. Neque eſt, quod quis obvertat, etiam Chriſti paſſionem ac do- lores fuiſſe quoddam finitum, cum certo tem- pore fuerint terminati, ſiquidem infinitas me- riti ac pretii a Chriſto præſtiti non ex *tempo- ris duratione*, ſed ex *perſonae infinitate* æſti- manda eſt; neque enim caro ſola, ſed ipſe Dei Filius in adſumta carne ſuſtinuit paſſionem, qui eſt infinitus cum Patre & Spiritu Sancto Deus. (Agnoſcit hoc ipſe Bellarminus libr. II. juſtif. cap. 5. ubi recte diſputat, efficaciam meriti a Chri- ſto præſtiti a perſonæ infinitate dependere.) Noſtra vero contritio nullam infiniti vel æqui- valentis pro peccato pretii rationem obtinet, cum proficiſcatur a nudo homine, in cujus car- ne adhuc peccatum habitat, qui nunquam tam ſerio dolet de peccatis admiſſis, quin ex vetu- ſtate carnis adhuc reliqua de peccatis denuo de- lectetur, unde contritionis dolor nunquam cor- reſpondet voluptati peccandi. Pſalm. XIX. 13. *Delicta quis intelligit?* Pſalm. XC. 11. *Quis conſiderat vim irae tuae, & quis, ut par eſt, timet indignationem tuam?* 4.) Si noſtra con- tritio ita poteſt creſcere, ut non ſolum ſit *ap- pretiative* ſumma & ad remiſſionem peccati ſufficiens, ſed etiam ut *intenſive* & *extenſive* ſumma ſit, quid ergo opus fuit, Chriſtum pro

peccatis noſtris fieri attritum & humiliatum? cum non ſolum ſufficiens, ſed & ſuperabundans contritio noſtra eſſe poſſit. 5.) Denique membra diviſionis non ſunt ἀντιδιῃρημένως oppoſita. Ut enim dolor ſit *adpretiative* ſummus, hoc eſt, ut juxta Bellarmini explicationem voluntas pluris æſtimet peccati deteſtationem, quam ullius boni conſecutionem, aut alterius mali evitationem, omnino requiritur, voluntatem ſummo conatu niti, ut judicio rationis exacte ſatisfaciat, & ſummo conatu peccatum deteſtetur, quæ eſt definitio doloris *intenſive* ſummi, ac proinde dolor *adpretiative* ſummus includit dolorem *intenſive* ſummum, ſi non formaliter, tamen virtualiter.

An contritio ſit cauſa remiſſionis peccatorum?

§. LXXXV. *Septima* controverſia eſt: *utrum contritio ſit cauſa remiſſionis peccatorum?* quod adfirmat Bellarminus cap. 12. *Reſp.* 1.) Scholaſtici non conſentiunt in explicatione hujus quæſtionis, quidam contritionem tantum volunt eſſe diſpoſitionem ad remiſſionem peccatorum, plerique vero ſtatuunt eſſe meritum de congruo, ut Lombardus II. ſent. diſtinct. 27. Thomas, Bonaventura, Scotus, Durandus &c. quorum ſententia verior & ſcripturis ac patribus conformior Bellarmino videtur. Richardus IV. ſent. diſt. 17. art. 1. q. 7. meritum de condigno eſſe ſtatuit: *Anima* (inquit) *per contritionem meretur de condigno peccati mortalis remiſſionem, ſi aliquis motus contritionis eam ordine naturae praecedit.* Catechiſmus Trident. pag. 290. *Ex quo licet cognoſcere, verae contritionis eam vim eſſe, ut illius beneficio omnium delictorum veniam ſtatim impetremus* (*). Petrus a Soto varius eſt, modo adſerit catholicam eccleſiam credere, *contritionem non eſſe meritum remiſſionis peccatorum, ſed diſpoſitionem neceſſariam, ut per eam juſtitiam veram conſequamur:* modo dicit, *noſtram contritionem reddere nobis Deum propitium, ac eſſe meritum vitae aeternae, ac mereri integram remiſſionem peccati.* 2.) Contritio non eſt meritum remiſſionis peccatorum, quia gratis remittuntur peccata, & nullum opus bonum eſt meritorium proprie ſic dictum, ut ſuo loco demonſtrabitur; nec medium, quia contritio eſt ex lege, jam vero juſtificamur fide ſine operibus legis, & deſtituitur facultate adprehendendi Chriſtum. Quod Bellarminus regerit, gratis nos juſtificari, licet merito contritionis juſtificemur, cum ipſa contritio ſit donum Dei, nec ſit meritum ex condigno, ſed ex congruo, ea de re in articulo juſtificationis plenius agetur, hac vice repetimus oppoſitionem apoſtolicam Rom. XI. 6. *Si ex gratia, jam non ex operibus.* Rom. IV. 6. *Beatitudo eſt illius hominis, cui Deus juſtitiam imputat ſine operibus.* Ejuſdem momenti ac ponderis eſt etiam hæc exceptio, Chriſtum contritione ſua promeritum eſſe, ut & noſtra contritio expiet peccata, ac proinde per meritum contritionis noſtræ nihil derogari Chriſti merito. Quid hac de re ſtatuendum ſit, ſuo loco nimirum in articulo de juſtificatione docebitur, hac vice repetimus locum ex apologia confeſſ. Wirtemberg. cap. de contrit. p. 514. *Chriſtus mortuus eſt non eo conſilio, eo uſu & fine, ut bona noſtra opera acciperent meritum & dignitatem expiandi peccata; ſed ut mala noſtra opera, quae ſeveritas judicii Dei non tantum in peccatis, ſed etiam in ipſis bonis operi-*

(*) Franciſcus Victoria relect. I. de poteſt. eccleſ. *Homines alioquin acres & docti* (ſcholaſtici, præſertim ſcotiſtæ) *bis in hac diſputatione peccant & errant ex eo, quod non bene ſentiant de contritione, putantes primo, quod contritio eſt ita ſufficiens ad remiſſionem peccatorum, ut quaſi ex juſtitia debeatur remiſſio & gratia poſita contritione, unde etiam provenit, ut meritum ponant congruum ad primam gratiam contra apoſtolum Paulum, non conſiderantes, quod quacunque diſpoſitione poſita in peccatore eſt omnino tanta liberalitas in collatione gratiae, & tam gratis remittuntur peccata, ſicut data fuit gratia Adae in primo ſtatu, imo magis, nec oportet imaginari aliud meritum, niſi puram miſericordiam divinam. Nec plus contritio eſt meritum ad gratiam vel remiſſionem peccatorum, quam bona opera ſunt meritum ad prædeſtinationem. Hæc enim erat bona pars erroris Pelagiani, ſi ego quicquam intelligo.* GERHARDUS.

ibus noſtris invenit, expiarentur coram Chriſtus, inquam, paſſus eſt non pro noſtris operibus, ut ipſa expient peccata, paſſus eſt pro peccatis, pro peccatis inquam, ut expiarentur, non propter noſtras actiones vel paſſiones, ſed propter ſolas actiones & paſſiones ſolius Chriſti. Et quia contritione cognitione peccatorum per ſe nondum agnoſcitur paſſio ſeu meritum Chriſti, ſed tantum per evangelium Chriſti, ideo dicimus ſola fide nos fieri participes placationis Chriſti. Et 515. *Cum Spiritus S. relinquat bona in homine propter carnem imperfecta & ſa, quomodo Filius Dei, a quo procedit Spiritus ſanctus, infunderet in ea tantam magnitudinem, ut placarent iram Dei? Tanta eſt magnitudo irae divinae, ut ad eam univerſus mundus contremiſcat, & tu putas, hunc omnis naturae tremorem vitioſis hominum operibus placari poſſe?* 3.) Si contritio eſſet cauſa remiſſionis peccatorum, poſita contritione ponere-tur peccatorum remiſſio, jam vero contritione poſita non ſtatim ponitur peccatorum remiſſio, plerumque graviores ſint de admiſſis peccatis dolores in illis, qui per deſperationem ruunt in exitium, quam in electis & ſalutarem poenitentiam agentibus. 4.) Neceſſaria tamen contritio in vera ac ſalutari pœnitentia, ut loco oſtendimus, ideo quidam diſputant, contritionem eſſe cauſam *ſine qua non* remiſſionis peccatorum, cum abſque contritione nulla ſit peccatorum remiſſio. Eſt autem cauſa ſine qua non, quæ non quidem agit in efficiendo, quod ſit, ſed ita adeſt, ut ſine ea non ſit effectus, vere tamen ac proprie non eſt cauſa. Hæc illi, quæ commode & dextre accipienda ſunt, ne gratuita peccatorum remiſſio labefactetur.

§. LXXXVI. Quomodo vero probat Bellarminus, *contritionem eſſe cauſam efficientem ac meritum de congruo remiſſionis peccatorum?* Adducit ſcripturæ dicta, patrum teſtimonia & rationis pondera. De *dictis ſcripturæ* gloriatur, quod ſint apertiſſima & ad rum teſtimonia nullam adhuc legerit noſtrorum reſponſionem. I.) Ezech. XVIII. 27. *Cum averterit ſe impius ab impietate ſua, ipſe animam vivificabit. Vivificare animam ſuam utique eſt aliquid facere ad ſuam juſtificationem.* Reſp. deſcribitur in dicto prophetico pœnitentia ejusdemque ſalutaris fructus. Pœnitentia deſcribitur a *conſequenti*, videlicet ab emendatione vitæ, non quod formaliter pœnitentiam conſtituat, vel eandem penitus abſolvat, ſed quia ejusdem eſt immediatum conſequens ac indubitatum teſtimonium. Tales deſcriptiones *ſynecdochicae* in ſcriptura ſunt uſitatiſſimæ, per quas ex parte totum, ex ſigno ſignatum, ex conſequente antecedens intelligitur: ponuntur enim notiora & manifeſtiora ob oculos, ut inde ea, quæ oculis minus ſunt obvia, cognoſcantur, veluti ſi ex fructibus arborem cognoſcere quiſpiam alium doceret. Sic ergo procedimus. Averſio ab impietate locum habere nequit, niſi adſit fides in Chriſtum, ſiquidem *fide purificantur corda*: Act. XV. 9. *fide datur Spiritus S.* renovationis auctor, Gal. III. 2: Proinde illa ab impietate ad Deum converſio includit fidem in Chriſtum. Fructus pœnitentiæ ſtatuitur animæ vivificatio, eſt autem phraſis hebræa ſæpiſſime in ſcripturis obvia: *vivificabit animam*, hoc eſt, vitam ſervabit, non peribit, ſed vivet. Ergo nequaquam ex dicto prophetico elici poteſt, quod homo ſe ipſum poſſit vivificare, cum ſit *in peccatis mortuus*, Eph. II. 1. ſed Chriſtus eſt *vita noſtra*, Joh. XIV. 6, non ſolum merito, ſed etiam efficacia, per verbum ipſius ex morte peccatorum in vitam ſpiritualem revocamur. Joh. V. 25. Ab ipſo, non autem ex nobis vita proficiſcitur, ipſe vivificat, nos vivificamur. Exod. I. 17. *Obſtetrices vivificarunt pueros Iſraëliticos.* Deut. XX. 16. *Non vivificabis ullam animam populorum iſtorum.* Joſ. II. 13. *Vivificabitis patrem meum*, hoc eſt, in vita conſervabitis. Sic Lev. XIII. 13. Joh. VI. 25. Jud. XXI. 14. Prov. XVII. 15. Vide tract. de libero arbitr. §. 42. Weigenmeierum in tabb. gramm: hebr.

Argumenta Bellarmini.

1.) Ex. XVIII. Vivificabit animam ſuam.

rat, non utique ab illa morte liberat, quam ſemel Chriſti ſanguis exſtinxit, & a qua nos ſalutaris baptiſmi & redemtoris noſtri gratia liberavit, ſed ab ea, quae per delicta poſtmodum ſerpit. 6.) Tobiæ liber eſt extra canonem, poſſunt tamen per mortem intelligi pœnæ peccatorum temporales, quas Deus ſæpe tollit, aut mitigat, quando erga egentes ex fide & caritate benefici ſumus. Pſalm. XLI. 2. *Beatus, qui intelligit ſuper egenum; v. 4. Dominus fulciet eum in lecto doloris.*

6.) *Luc. VII. Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.*

§. XCI. VI.) Luc. VII. 47. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Hoc loco dilectio ſive contritio ex dilectione, quam lacrimæ teſtabantur, apertiſſime dicitur cauſa remiſſionis peccatorum, ſiquidem particula illa, *quoniam*, cauſalis eſt. *Reſp.* particula ὅτι non eſt *cauſalis*, ſed *rationalis* ſive *ratiocinativa* (*): quemadmodum dicimus: læſus eſt multum, quia iraſcitur multum; ita Chriſtus etiam ab *effectu* ad *cauſam* antegreſſam declarandam ratiocinando progreditur. *Dilexit multum; ergo remiſſa ei ſunt peccata multa,* perinde ut 1 Joh. III. 14. apoſtolus argumentatur: *Scimus, quod de morte tranſlati ſumus in vitam, quia fratres diligimus,* ubi itidem ex *effectu* demonſtratur *cauſa*. Hanc eſſe genuinam verborum Chriſti ſententiam probamus: 1.) ex *re ipſa*. Dilectionem noſtram non eſſe *cauſam* dilectionis divinæ & remiſſionis peccatorum, evidenter docetur 1 Joh. IV. 10. *In hoc eſt caritas, non quod nos dilexe-*

(*) Proinde τὸ ὅτι *Luc. VII. 47.* non idem eſt, quod *quia*, ſed potius idem, quod *ideo*, *idcirco*, *propterea*. Obtinet hic vocis ſignificatus paſſim in ſanctioribus litteris, non tantum in libris vet. teſtam. ubi particula כִּי τῷ ὅτι reſpondet, & ſubinde pro *ideo* poſita deprehenditur, ut *1 Sam. II. 25. pſalm. CXVI. 10.* ubi LXX. interpr. recte vertunt per διὸ, quos & Paulus ſecutus eſt *2 Cor. IV. 13.* ſed & in ſcriptis novi fœderis, verb. grat. *Matth. XVI. 2, 3. 1 Cor. X. 5. 1 Theſſ. II. 17. 1 Tim. I. 13.* alibique paſſim.

Quod ſi vel maxime admittatur, particulam ὅτι eſſe *cauſalem*, illa tamen indifferenter ſe habet & ad cauſam *eſſendi*, & ad cauſam *cognoſcendi*. Ad *poſteriorem* determinat parabola a ſervatore propoſita phariſæo *v. 40-43.* eiusdemque cum oraculo noſtro nexus, quin totus ſermonis Chriſti ſcopus. Neque enim Chriſtus *loc. cit.* edocere vult phariſæum, quænam ſit remiſſionis peccatorum cauſa *eſſendi*, cum de ea plane ſollicitus haud fuerit phariſæus; ſed in eo potius eſt, ut oſtendat, ex quonam intelligi queat, peccata mulieri peccatrici, quæ Chriſtum pleniſſima amoris humilitate colebat, eſſe remiſſa? Ad hancce quæſtionem reſpondet ſervator: amorem eſſe criterium remiſſionis peccatorum idque certiſſimum. *Peccata multa*, inquit, *remiſſa illi ſunt*, id quod ex eo adparet, *quoniam multum dilexit.* Qui enim caritatem exercet, illi ſane peccata ſua ſunt remiſſa, *1 Ioan. III. 14.*

Nec eſt, quod forte obiicias, *hac ratione textui vim inferri.* Etenim 1.) totius ſermonis Chriſti ſcopus hancce expoſitionem expoſcit, ut modo oſtendimus; 2.) confirmant eandem verba textum noſtrum immediate ſubſequentia, ubi ait ſervator: ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ. In hiſce enim verbis, quibus turgidum ſua juſtitia phariſæum ſociosque eius pungit ſervator, ex *effectu* iterum colligit ad *cauſam*, oſtenditque, cum phariſæus iſte aliique huic ſectæ addicti, Chriſtum haud diligant, ſed impoſtorem illum, &, neſcio quem, mendacem reputent, exinde ſatis pateſcere, iis pauca, immo nulla plane peccata dimiſſa eſſe. Accedit 3.) quod ſervator Chriſtus *commate 50.* non *caritati*, ſed *fidei* ſalutem mulieris adſcribat. *Tua te fides ſervavit*, inquit, *Vade in pace.* Quibus verbis denuo omne operum meritum penitus proſternit. *Fides* enim, ſecundum gentium apoſtolum, excludit omnia *opera meritoria*, *Rom. III. 28. Gal. II. 16. Eph. II. 8.* Conferenda, quæ hanc in rem leguntur apud GERHARDUM noſtrum in *confeſſ. cathol. libr. II. part. III. art. XVI. cap. III. fol. 1264. 1265.* GLASSIUM in *philol. ſacr. p. 614, 615, 628.* HÜLSEMANNUM in *dem Calixtiniſchen Gewiſſens-Wurm, p. 392.* ubi egregia b. LUTHERI expoſitio in medium adducitur, KOENIGIUM in *vindiciis ſacr. p. 1. ſeqq.* ITTIGIUM in *opuſculis variis p. 316.* PRÜCKNERUM in *vindiciis bibl. part. IV. fol. 421.* & SPENERUM in *den theol. Bedenken, part. I. cap. I. ſect. VII. p. 21.* Cumprimis vero evolvi heic meretur *apolog. Aug. confeſſ. p. 87. ſeqq.*

lexerimus Deum, ſed quod ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum redemtorem. Ac ſi dilectio noſtra eſſet cauſa remiſſionis peccatorum, aut eſſet cauſa *inſtrumentalis* aut meritoria. Cauſa *inſtrumentalis* dici nequit, cum promiſſio evangelica de remiſſione peccatorum adprehendatur fide, non autem dilectione. Sed nec *meritoria* eſſe poteſt, ubi enim locum habet meritum pro peccatis, ibi excluditur gratuita eorum remiſſio. 2.) Ex *circumſtantiis* textus v. 42. docet Chriſtus peccata, ſpiritualia debita noſtra, remitti gratis, cum non ſimus ſolvendo, quomodo ergo dilectio hujus fœminæ poteſt dici meritoria cauſa remiſſionis? v. 50. *fidei* tribuitur, quod per eam ſervata ſit hæc fœmina, & pacem conſcientiæ adſecuta; ex v. 42. adparet, ſcopum parabolæ eſſe, ut oſtendatur, eum debitorem plus diligere, cui plus remittitur, quod ſi dilectio ſtatueretur cauſa remiſſionis peccatorum, parabola Chriſti foret inepta, quod abſit: v. 47. immediate ſequitur, *cui paululum remittitur, is minus etiam diligit*, ubi ipſa peccatorum remiſſio dilectionem præcedere dicitur. Effectus igitur ejus eſſe nequit, ex quibus verbis etiam hoc adparet, præteritum *dilexit* conſuetudine hebraica poſitum eſſe pro præſenti, hoc ſenſu: *remiſſa ſunt ei peccata multa, quia diligit multum.* 3.) Ex *teſtimonio* graviſſimorum interpretum. Cyprianus libr. III. ad Quirinum cap. 116. hinc oſtendit, plus *Deum diligi ab eo, cui plura peccata dimittuntur.* Baſilius in conc. de baptiſm. *τῷ ὀφείλοντι πολὺ πολὺ καὶ ἀφεθήσεται, ἵνα περισσότερον ἀγαπήσῃ.* Ambroſius libr. VI. in Lucam pag. 79. *Reddamus licet crucem pro cruce, funus pro funere, nunquid reddimus, quod ex ipſo & per ipſum & in ipſo habemus omnia? reddamus ergo amorem pro debito, caritatem pro munere, gratiam pro ſanguinis pretio. Plus enim diligit, cui donatur amplius.* Theophylactus in h. l. *ὅτι ἠγάπησε πολὺ, τοῦτ᾽ ἐστι, πίστιν ἐνεδείξατο πολλήν.* Lyra in hunc locum *Particulam* quoniam *non cauſaliter, ſed conſecutive intelligendam eſſe* dicit. Gregorius in comm. Luc. VII. quemadmodum a Thoma hom. XXXIII. in evang. adfertur: *Utrorumque debito dimiſſo, quis amplius largitorem debiti diligat, phariſaeus interrogatur.* (Vides, Gregorium hunc locum de dilectione, quam debiti remiſſionem ſecuta eſt, interpretari) Ambroſius in h. l. *Quoniam nihil eſt, quod digne Deo referre poſſimus, vae mihi, ſi non dilexero. Audeo dicere, non reddidit Petrus, & ideo plus dilexit, reddamus erga amorem pro debito, caritatem pro munere, gratiam pro ſanguinis pretio.* Canus libr. XII. c. 12. ea de loco iſto literis conſignavit, quæ opinionem pontificiorum ita evertunt, ut ea de induſtria ſcripſiſſe videatur. (*). Salmeronius tom. I. pag. 327. *Quia, quoniam, conjunctiones ſunt cauſam reddentes vel a priori, ut frequenter faciunt, vel a poſteriori, juxta illud:* Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, *probat remiſſionem peccatorum factam ab effectu dilectionis magnae. Simile eſt illud*: Pſalm. XVII. 6. Ego clamavi, quoniam exandiſti me, *id eſt effectus promtae exauditionis tuae reddit me clamoſum in precibus non dubitantem de exauditione.*

§. XCII. *Patrum teſtimonia*, quæ Bellarminus adfert, in quibus *pœnitentia Deum mitigari & placari, lacrimis peccata ablui, contritionem mereri veniam &c.* adſerunt, non ſunt ejuſdem generis. 1.) Intelligenda enim ſunt de ſalutari pœnitentia, cui conjuncta eſt fides in Chriſtum mediatorem, cujus ſolius *ſanguis mundat nos ab omnibus peccatis*, 1 Joh. I. 7. 2.) In genere loquendi homiletico & ad pœnitentiam hortatorio verſantur, ideoque vehementius quandoque rhetoricantur. Sixtus Senenſis libr. VI. biblioth. annotat. 152. *Concionatorum verba non ſemper eo rigore accipienda, quo primum ad aures auditorum perveniunt,*

Dicta patrum.

(*). Quid? quod evidentia textus quosdam pontificios ſcript[illegible] tem fateri cogit, quos Stapletonus [illegible] Didacus Stella ſic vertit: *idcirco dilexit multum*, manifeſte noſtram probans ſententiam. GERHARDUS.

unt, multa enim per hyperbolen enunciant & inculcant vel occaſione locorum, perſonarum, temporum adducti, vel adfectionum impetu vel orationis curſu rapti. Chryſoſtomo hoc interdum contingere agnoſcit Barradius tom. I. in concord. evang. libr. VIII. cap. 6. 3.) Petrus Caniſius libr. II. de virg. Deipara c. 16. agnoſcit, verbum *merendi* a patribus laxius uſurpari, qua de re plura ſuo loco. Et recognoſcat Bellarminus ſua verba libr. II. de gratia & libero arbitr. c. 14. in reſp. ad 3. *Patres, cum ad populum verba facerent, ea dicebant, quae utiliora videbantur ad excitandos homines ad opera bona.* 4.) Alibi commodius loquuntur & ſententiam ſuam diſerte explicant. Chryſoſtomus hom. LXXX. ad pop. Antioch. *Ne tuae confidas pœnitentiae, tua namque pœnitentia tanta nequit delere peccata; ſi ſola foret pœnitentia, jure timeres; ſed poſtquam cum pœnitentia commiſcetur fides & Dei miſericordia, confide, quoniam tuam vincit nequitiam ſola Dei gratia.* Idem in hypomn. in Eſa. *Dixerit aliquis, licetne per pœnitentiam conſequi ſalutem? prorſus licet. Cum omnem vitam in peccatis contriverim, ſiamne ſalvus, ſi me pœnituerit? prorſus fies. Id unde? ab ipſa Domini tui erga nos benignitate, non ex tua pœnitentia. Pœnitentia enim tua non praevalet, tantam abſtergere maculam.* Hilarius in pſalm. LXVI. *Deus ex copia bonitatis ſuae miſericordiam in peccatorum remiſſione largitur, & peccatorum remiſſio non eſt probitatis meritum, ſed ſpontaneae indulgentiae.* Gregorius libr. I. in Ezech. hom. 7. *Juſtus advocatus noſter juſtos nos defendet in judicio, quia nosmet ipſos & cognoſcimus & accuſamus injuſtos, non ergo in fletibus, non in actibus noſtris, ſed in advocati noſtri adlegatione confidamus.* Gloſſa de pœnit. diſt. I. cap. 1. *Si ſubtiliter intueamur, gratiae Dei, non contritioni, attribuenda eſt peccatorum remiſſio.*

Rationes Bellarmini.

§. XCIII. Denique *rationes* adfert Bellarminus duas: I.) *Oratio peccatoris placat Deum, ac veniam impetrat. Ergo multo magis converſio, quae eſt orationis cauſa, non erit inanis, ſed aliquid faciet ad remiſſionem impetrandam.* II.) *Actus pœnitentiae eſt a Spiritu S. & ad juſtificationem diſponit. Ergo ſuo modo erit cauſa juſtificationis, neque enim Spiritus ſanctus per hujuſmodi actum nos diſponens, nihil facit, aut nullius pretii ſive meriti eſt, quod facit in ordine ad juſtificationem.* Reſp. 1.) Quis vero noſtrum dicit, vel converſionem, vel orationem eſſe inanem? imo vero ſalutaris converſio & ex fide profecta oratio ſunt requiſita noſtræ cum Deo reconciliationis ac peccatorum remiſſionis. 2.) Interim tamen ſua cuique converſionis parti adſerenda eſt proprietas. Contritio eſt fidei anteambulo, per quam cor hominis a Spiritu ſancto præparatur, ut ſit capax gratiæ divinæ. Fides in Chriſtum eſt organum illud ληπτικὸν, quo cor contritum ac humiliatum promiſſionem evangelicam de remiſſione peccatorum gratuita amplectitur. Bona opera ac nova obedientia ſunt fructus fidei adeoque totius converſionis. 3.) Oratio non per modum meriti peccatorum veniam impetrat, ſed quia procedit ex fide miſericordiæ divinæ & merito Chriſti innitente. Ergo quod Deus placatur piorum oratione, illud recte intelligendum eſt, non quod ipſa hujus actionis dignitas, vel ut loquuntur, opus operatum mitiget iram Dei, nam ſi id eſſet meritum hujus operis, cur multiloquium in oratione rejiceretur, & cur oratio fieret aliquoties in peccatum? Nec ita intelligendum eſt, quod Chriſtus infundat ſuum meritum noſtræ orationi, ut ipſa ſit placatio cœleſtis iræ & expiatio pro peccatis, ſed quia fides exſerit ſeſe per preces, intuetur promiſſiones Dei, quibus roboratur ac confirmatur, adprehendit Chriſtum, propter quem ſolum Deus nobis invocantibus eſt propitius, & quia Deus invenit in nobis Chriſtum per fidem, ideo in nos ipſum invocantes effundit omne genus beneficiorum, non propter invocationis meritum, ſed propter Chriſti meritum. Vide apol. confeſſionis Wirtemb. cap. de contritione pag. 517. 4.) Omnia renatorum bona opera ſunt a Spiritu ſancto, quia ſunt fructus Spiritus, & tamen juxta apoſtolum fide ſine operibus juſtificamur, qua de re plura dicentur in articulo de juſtificatione.

§. XCIV.

An contritio remittat peccata ante abſolutionem?

§. XCIV. *Octava* controverſia eſt: *an contritio perfecta cum voto ſacramenti conjuncta remittat peccata ante ſacerdotis abſolutionem?* ad quam Bellarminus libri hujus II. de pœnitentia cap. 13. adfirmate reſpondet. Nos contritionem ſalutarem, hoc eſt, cum fide in Chriſtum & ſerio vitæ emendandæ propoſito conjunctam ad peccatorum remiſſionem obtinendam ſufficere judicamus, ſi vel maxime in caſu neceſſitatis abſolutio ſacerdotis non accedat, quæ tamen fidei confirmandæ ergo, ſi haberi poteſt, haud quaquam negligenda. Neque hoc negatum it Chemnitius, quod a Bellarmino ipſi tribuitur, ſed contritionem ſolam, abſque fide in Chriſtum, quæ verbo abſolutionis confirmatur, ad peccatorum remiſſionem ſufficere negat, contritionem in hac vita perfectam eſſe negat, per eandem peccatorum remiſſionem obtingere negat, quod & nos negamus. Contradicit autem ſibi Bellarminus, hoc enim loco diſputat, contritionem, ſi perfecta ſit, & votum ſacramenti baptiſmi aut abſolutionis adjunctum habeat, omnino reconciliare hominem Deo, & peccata remittere, etiam antequam ſacramentum re ipſa percipiatur, idque multis argumentis probat & contrarias rationes refellit, poſtea vero libr. III. de pœnit. cap. 3. col. 1349. aperte ſcribit contrarium: *Si non eſſent*, inquit, *ſacerdotes judices, nec vere peccata remitterent, ſed ſolum adnunciarent, eſſe remiſſa; nemo periret ex eo ſolum, quod ſacerdotem reconciliantem habere non poſſet, qui enim credit ex ſententia adverſariorum, jam habet remiſſionem, etiamſi nemo ſit, qui id verbis proteſtetur. At Auguſtinus in epiſt. CLXXX. ad Honoratum aperte ſcribit, aliquos reconciliari cupientes, & proinde in Chriſtum credentes in aeternum perire, quod ante moriantur, quam a ſacerdote abſolvi potuerunt.* Hactenus Bellarminus apertiſſime ſibi contradicens.

An omnia peccata vere pœnitentibus remittantur?

§. XCV. *Nona* controverſia eſt: *an omnia peccata vere pœnitentibus remittantur?* quod recte adfirmat Bellarminus cap. 15. contra Novatianos, cum Spiritus ſanctus non ſolum absque ulla exceptione peccatorum omnium remiſſionem vere pœnitentibus promittat, Ezech. XVIII. 22. XXXVI. 25. & alibi paſſim; ſed etiam *gratiam ſuper peccata exuberare* diſertis verbis teſtetur, Rom. V. 20. Adde, quod meritum & ſatisfactio Chriſti pro peccatis noſtris præſtita ſint infiniti ponderis ac valoris. Origenes libr. II. in Jobum: *Omne peccatum per indulgentiam veniam accipiet, & omnis, qui ſincere pœnituerit, remiſſionem & miſericordiam a Deo conſequetur & inveniet.* Hilarius can. 18. in Matth. *Non eſt fas, nos ex praeſcripto legis dandae veniae numero concludi, cum per evangelii gratiam ſine modo nobis a Deo fuerit indulta.* Ambroſius libr. I. ep. 3. *Tantae pietatis eſt Dominus, ut & ipſi Judae donaſſet veniam, ſi Chriſti exſpectaſſet miſericordiam.* Gregorius in cap. VI. Job. *Vera pœnitentia, quamvis multa & graviſſima ſint peccata, per miſericordiam Dei facile relaxantur.* Marius Victorinus: *Nulla eſt hominis tam dira nefandi culpa, quam Deus non animo clementi remittat, ſi modo pœniteat facti &c.* Quæ de peccato in Spiritum ſanctum, quod eſt irremiſſibile, Bellarminus cap. 16. diſputat, ſuum habuerunt ſuperius locum in tract. de peccatis actual. §. 107. & ſeqq.

An attritio ſit bona?

§. XCVI. *Decima* quæſtio eſt de *contritione imperfecta* ſive *attritione*, quæ oritur *ex timore ſervili, an ſit bona?* Intelligitur autem *ſervilis* timor, quo peccator Deum minantem ac punientem ita fugit, ut ſolius pœnæ fugiendæ cauſa a peccatis perpetrandis ſibi caveat, & de perpetratis doleat, hunc Bellarminus cap. 17. bonum ac utilem eſſe, & a Deo excitari probat. *Reſp.* terrores ex comminationibus legis & ſenſu pœnarum in conſcientia orti ſunt principium converſionis, quo reſpectu boni ac utiles dici poſſunt. (Auguſtinus tract. IX. in 1 epiſt. Joh. dicit, *timorem pœnarum ita inducere caritatem, ſicut ſeta ſutoris introducit linum*) Per accidens igitur utiles ſunt, ſive potius fiunt, accedente ſcilicet per divinam gratiam fide & caritate, ideo addit Auguſtinus: *Seta prius intrat, ſed niſi exeat,* non

non ſuccedit linum; ſic timor primo intrat, non autem manet, quia perfecta caritas foras mittit timorem. Interim tamen illi ipſi terrores converſionem non abſolvunt, nec *per ſe* ac *ſua natura* utiles ſunt, ſed oportet, ut accedat *fides*, qua conſcientia iterum erigitur, ne a terroribus ac pavoribus iſtis in deſperationem homo abripiatur. Accedente igitur fide ex timore ſervili fit timor *filialis* Deo placens, qui ex amore Dei ac juſtitiæ peccatum odiſſe ac deteſtari incipit, in quo conſiſtit quotidiana renatorum pœnitentia. *Servilis* timor ex libero arbitrio metu tantum pœnæ ortus, ſi ſolus ſit, hominem facit hypocritam, ac proinde Deo placere nequit, cum per illum homo fugiat Deum, ac tacito quodam odio eum interius in corde ſuo proſequatur. Auguſtinus libr. I. ad Bonif. cap. 9. *Aliud eſt voluntate benefaciendi benefacere, aliud autem ad malefaciendum ſic inclinari, ut hoc faceret, ſi impune poſſet: & ſic profecto in ipſa intus voluntate peccat, qui non voluntate, ſed timore non peccat.* Idem libr. III. ad Bonif. cap. 4. *Qui carnali metu pœnae aliquid facit, procul dubio invitus facit, ac per hoc in animo non facit; mavult enim omnino non facere, ſi permittantur impune, atque per hoc in ipſa voluntate intus reus eſt, ubi ipſe, qui praecipit, inſpicit Deus.* Epiſt. CXLIV. ad Anaſt. *Inaniter putat ſe victorem peccati, qui pœnae timore non peccat. Quia etſi foris non impletur negotium cupiditatis, ipſa tamen mala cupiditas intus eſt hoſtis.* Quando Lutherus pronunciat, contritionem ex timore *ſervili* ortam atque a *fide* ſejunctam, facere hominem hypocritam & magis peccatorem, quid aliud dicit, quam quod apoſtolus Rom. VII. 13. *Peccatum per legem fieri ſupra modum peccans peccatum:* v. 8. *gignere in homine omnem concupiſcentiam:* v. 9. *per legem reviviſcere &c.* Interim non ſimpliciter & abſolute improbat Lutherus *ſervilem* illum timorem ſive *attritionem*, ut agnoſcit epiſcopus Roffenſis art. V. adv. Lutherum; ſed pugnat contra ſophiſtas, qui ſtatuunt, pœnitentem ex *attrito* virtute abſolutionis fieri *contritum*, & ſic juſtificari. Cur autem hoc nomine Bellarminus Lutherum adcuſat, cum Gregorius de Valent. tom. IV. in Thomam diſp. 7. q. 2. puncto 3. diſerte ſcribat: *Nos adſerimus, ſi quis propter pœnas tanquam propter maximum, quod horret, malum ſummeque avertendum de peccatis doleret, omnino fore malum; quoniam oriretur ex perverſiſſimo ſui amore.*

SECTIO II.
DE CONFESSIONE.

Confeſſio. §. XCVII. Atque hæc dicta ſint de contritione, de *confeſſione* ſequitur. Confeſſio, de qua hoc loco quæritur, in genere eſt peccatorum manifeſtatio. (Auguſtinus vocat *confeſſionem fraudis*, eandemque a *confeſſione laudis* diſtinguit. Vide enarrationem Pſalm. XLIX. & CXV. ubi inter confeſſionem *laudantis* & *gementis* diſtinguit (*). Reſpectu *efficientis* hoc modo dividi poteſt, ut quædam ſtatuatur *publica*, quædam *privata*. Confeſſio *publica* eſt, qua tota communio, præeunte miniſtri voce, peccata ſua confitetur, eorumque remiſſionem petit, ſive id fiat *ordinarie* in quotidianis precibus, ſive *extraordinarie* in publicis calamitatibus vel præſentibus, vel impendentibus. Lev. XVI. 21. *Imponet Aaron ambas manus ſuper caput hirci, & confitebitur ſuper illud omnes* *Publica.*

ini-

(*) Lutherus *in der Warnungsſchrifft an die zu Franckfurt am Mayn* anno 1533. tom. VI. germ. Jen. f. 109. a. §. *Und ſolches* Beichten *iſt ein alt deutſch Wort, mit zweien ii geſchrieben, welches mit der Zeit in ein i iſt verwandelt, und Beicht ausgered worden, wie viel andere teutſche Wörter mehr alſo verdorben ſind. Von welchem alten teutſchen Worte* Bejichten *die H. Biſſchöffe confeſſores*, Bejichter, *das iſt*, Bekenner *genennet worden, dann* Beichten *heiſt* bekennen, *wie auch im Gericht das Wort noch in Ubung iſt bejicht, und die Art zu reden, das jicht er, das hat er bejicht, bejahet.* GERHARDUS.

iniquitates filiorum Iſrael & omnes praevaricationes eorum cum omnibus peccatis eorum, & ponet illa ſuper caput hirci. Fagius in paraph. chald. illius loci refert formulam in confeſſione illa a ſacerdote pronunciari ſolitam: *O Domine, peccaverunt, inique egerunt, praevaricati ſunt coram te populus tuus, domus Iſrael. Obſecro, Domine, remitte nunc peccata & iniquitates & praevaricationes, quibus peccaverunt, inique egerunt & praevaricati ſunt coram te populus tuus, domus Iſrael; ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis ſervi tui.* 1 Sam. VII. 6. *Iſraelitae hauriunt aquam, & effundunt eam coram Domino, ac jejunant die illa dicentes: peccavimus Domino.* Neh. IX. 1. *Filii Iſraël congregaverunt ſe in jejunio & cum ſaccis,* v. 2. *& ſteterunt, & confeſſi ſunt peccata ſua & iniquitates patrum ſuorum.* Dan. IX. 5. *Peccavimus, iniquitatem fecimus & impie egimus, ac rebellavimus & receſſimus a mandatis tuis & judiciis tuis.* Vide etiam Jud. X. 10. 2 Paral. XXX. 15.

Privata. §. XCVIII. ***Privata*** confeſſio eſt, qua privatus quiſpiam peccatum ſuum confitetur. Reſpectu *objectorum* quadruplex (*) conſtitui poteſt, vel enim fit coram *Deo*, vel coram tota *eccleſia*, vel coram eccleſiæ *miniſtro*, vel coram *proximo*. *Privata* confeſſio coram *Deo* eſt, qua quis ex corde contrito & humiliato peccata ſua in quotidianis precibus Deo confitetur, ac remiſſionem illorum per Chriſtum petit. Pſalm. XXXII. 5. *peccatum meum notum feci tibi, & iniquitatem non operui; dixi: confitebor adverſum me praevaricationes meas Domino, & tu dimiſiſti iniquitatem peccati mei.* (non operui, ſed aperui, ut operires. Cum homo peccatum detegit, Deus tegit, cum vero celat, Deus nudat) 1 Joh. I. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, ipſe fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra.* *Privata* confeſſio coram tota *eccleſia* eſt, qua privatus quis delictum ſuum, quo *eccleſiam* offendit, publice confitetur. Hæc primitivæ eccleſiæ potiſſimum fuit uſitata, ut ex Irenæo, Tertulliano ac Cypriano conſtat. Cum enim poſt apoſtolorum tempora divulgata in omnes populos evangelii prædicatione magiſtratus politicus nondum eccleſiæ chriſtianæ nomen dediſſet, & vero inter chriſtianos publica ſcandala ſæpius exorirentur, ibi ad conſervandam diſciplinam, & ad occurrendum publicis ſcandalis, confeſſionem peccatorum publicam, quam ἐξομολόγησιν vocabant, a lapſis exegerunt, quin & pœnas quaſdam eis impoſuerunt, quibus veram ſuam pœnitentiam teſtatam redderent, & pro ſcandalo eccleſiæ ſatisfacerent. Vide Rhenanum in adnotat in Tertullianum de pœnitentia. Hæc confeſſio coram eccleſia facta ſubdividi poteſt in *voluntariam* & *coactam*. *Voluntaria* eſt, qua rei enormium delictorum ſe ipſos ſponte apud præſules eccleſiæ deferebant, ac delicta ſua publicabant, externis ſignis ſeriam contritionem teſtari ac vitæ emendationem polliciti. *Coacta* eſt, qua rei publici criminis, & tamen id confiteri erubeſcentes, ac pœnas ſuſcipere detrectantes, ab eccleſia compellebantur ad publicam ἐξομολόγησιν. Irenæus libr. I. adv. hæreſ. c. 9. mentionem faciens muliercularum a Marco Valentiniano ſeductarum, quæ factum ſuum confiteri noluerunt, dicit, quod ἐπαμφοτερίζουσι ϗ τὸ τῆς παροιμίας πεπόνθασι, οὔτε ἔξω, οὔτε ἔσω. Euſebius libr. VI. cap. 34. commemorat de Philippo, Gordiani filio, cum in eccleſia populi precibus communicare vellet, quod non ſit ab epiſcopo permiſſus, niſi prius confiteretur. Ad hanc confeſſionis ſpeciem quodammodo referri poſſunt exempla Achani, a quo

(*). Tres alias conſtitui ſolent ſpecies confeſſionis: 1.) qua coram DEO totam noſtram vitam peccati accuſamus, hanc Lutherus tom. III. Jen. germ. in hiſt. Leonh. *Keiſers* f. 443. b. vocat *eine Glaubensbeichte*. 2.) Qua *proximo* offenſo noſtras transgreſſiones fatemur, & cum ipſo reconciliari quærimus, *das iſt eine Liebesbeichte.* Matth. V. 32. Jacob. V. 16. 3.) Qua *miniſtro eccleſiæ*, vel in caſu neceſſitatis cuivis chriſtiano, peccata noſtra fatemur, ut conſolationem accipiamus, *das iſt die Raths- oder Kirchenbeichte.* GERHARDUS.

a quo publicam delicti confeſſionem Joſua exigit c. VII. 19. & inceſtuoſi Corinthii, quem apoſtolus per excommunicationem adegit ad publicam peccati deprecationem, 1 Cor. V. 5. 2 Cor. II. 7. quemadmodum ad priorem confeſſionis ſpeciem quodammodo referri poteſt exemplum mulieris peccatricis, quæ in locum convivii progreſſa lacrimis peccatum ſuum fatetur, Luc. VII. 38. *Privata* confeſſio coram *eccleſiae miniſtro* eſt, qua peccator coram eccleſiæ miniſtro peccata ſua in genere, vel certa quædam in ſpecie, inprimis ea, quibus conſcientia ipſius angitur, & propter quæ conſilio ac conſolatione indiget, humiliter confitetur, ac abſolutionem in Chriſti nomine ſibi conferri petit; ad hanc confeſſionis ſpeciem quodammodo referri poſſunt exempla Davidis, qui ad prophetam Nathanem dicit: *Peccavi Domino*, 2 Sam. XII. 13. & Iſraelitarum iſtorum, qui *baptizabantur a Iohanne confitentes peccata ſua*, Matth. III. 6. *Privata* confeſſio coram *proximo* nihil aliud eſt, quam mutua & fraterna reconciliatio, qua is, qui proximum verbo vel facto offendit, pœnitentia ductus ſe peccaſſe confitetur, ſibique ignoſci petit. Matth. V. 23. *Si attuleris munus tuum ad altare, & illic memineris, quod frater tuus habeat aliquid contra te*; v. 24. *omitte illic munus tuum coram altari, & abi, primum reconciliare fratri tuo.* Matth. XVIII. 22. Luc. XVII. 4. *non ſepties, ſed ſeptuagies ſepties fratri in nos peccanti* ac deprecanti remittendum eſſe Chriſtus docet. Jac. V. 16. *Confitemini invicem peccata veſtra & orate alii pro aliis.*

An improbetur confeſſio?

§. XCIX. Hæ confeſſionis ſpecies omnes ac ſingulæ a nobis non ſolum non improbantur, ſed etiam commendantur. 1.) *Publica* peccatorum confeſſio coram Deo in eccleſiis noſtris ſingulis diebus dominicis recitari ſolet, ac publicis eccleſiæ precibus conjungi. 2.) *Privata* peccatorum coram Deo confeſſio ſingulis diebus, imo horis neceſſaria eſt, quam toties vere pii faciunt, quoties ex inſtituto Chriſti precantur: *Domine, dimitte nobis debita noſtra.* Hujus confesſionis necesſitas patet a.) ex divino *mandato*, Num. V. 7. *Confitebuntur peccatum ſuum.* Eſd. X. 11. *Confitemini Domino Deo veſtro.* Neh. I. 6. *Confitere peccata filiorum Iſrael.* b) Ex *promiſſione* divina. Prov. XXVIII. 13. *Qui tegit ſcelera ſua, non aget proſpere; qui vero confitetur & derelinquit, miſericordiam conſequetur.* 1 Joh. I. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata.* c.) Ex vere pœnitentium *exemplis*: 2 Sam. XII. 13. XXIV. 10. 1. Paral. XXII. 17. Pſalm. XXXII. 5. XLI. 5. LI. 6. &c. d.) Ex *periculo*, quod conſequi ſolet omiſſam confesſionem; Pſalm. XXXII. 3. *Cum tacui, inveteraverunt oſſa mea.* 3.) Nec improbamus *publicam* ἐξομολόγησιν eorum, qui enormibus & atrocibus delictis eccleſiam offenderunt, quin potius ad conſervandam diſciplinam eccleſiaſticam, ad explorandam prolapſorum pœnitentiam & ad occurrendum publicis ſcandalis adprime utilem eſſe dicimus. 4.) *Privata* coram *eccleſiæ miniſtro* confesſio, quam *auricularem* vocant, quamvis non habeat expreſſum ac ſpeciale mandatum, ac proinde non ſit abſolutæ necesſitatis, tamen cum plurimas præſtet utilitates paulo poſt enumerandas, ac diſciplinæ eccleſiaſticæ pars ſit non poſtrema, publico eccleſiæ conſenſu recepta, ideo nequaquam temere vel negligenda vel abroganda, ſed pie ac in vero Dei timore, præſertim ab illis, qui ad ſacram ſynaxin accedunt, uſurpanda. 5.) Denique *fraternam* illam *reconciliationem* non tantum utilem, ſed etiam neceſſariam dicimus, utpote ab ipſo Chriſto tam ſerio requiſitam. Cum chriſtiani ſint fratres, ideo perpetuum inter illos vigere debet feſtum propitiationis.

Utilitates confeſſionis coram miniſtro eccleſiæ.

§. C. Quæ vero ſunt utilitates iſtæ, quas præſtat privata coram eccleſiæ miniſtro confesſio, & quæ ſunt illæ cauſæ, propter quas in eccleſiis noſtris retinetur? Plures omnino eædemque ſatis prægnantes. Retinetur enim 1.) propter ſpecialem abſolutionem ac territarum conſcientiarum conſolationem. Quando Chriſtus apoſtolis

lis &c. ipſorum ſucceſſoribus poteſtatem dat remittendi peccata, Matth. XVIII. 18. Joh. XX. 23. non ſolum publicum evangelii præconium ipſis commendat, ſed etiam in ſpecie vere pœnitentibus peccatorum remisſionem adnunciari jubet. Generaliter enim pronunciat: *Quidquid ſolveritis in terra, ſolutum erit in cælo: & quorumcunque remiſeritis peccata, remiſſa erunt.* (Sicut & Nathan Davidi, 2 Sam. XII. 13. Chriſtus paralytico, Matth. IX. 2. & mulieri peccatrici Luc. VII. 48. in ſpecie remisſionem peccatorum adnunciant.) Proinde ritus privatæ abſolutionis non modo publicum teſtimonium eſt hujus articuli, quod lapſi reſipiſcentes ab eccleſia ſint recipiendi; (quo ipſo Petrus Alexandrinus refutavit Meletium, deliria Catharorum amplectentem, teſte Epiphanio hæreſ. LXVIII.) ſed & territis atque anxiis conſcientiis mirificam conſolationem præſtat. Quamvis enim promisſio evangelii in genere pertineat ad omnes vere contritos & confractos, interim tamen teneræ & peccatorum ſenſu contritæ conſcientiæ non poſſunt ſemper firma fide ſtatuere, ad ſe quoque evangelicam promisſionem pertinere, ideoque peccatorum remisſio, in ſpecie ipſis denunciata, non poteſt non mirum in modum illas erigere. 2.) Propter neceſſariam explorationem, an quis ad euchariſtiam admittendus ſit, nec ne? Cum enim apoſtolus graviter moneat, ut quilibet ſerio ſeſe probet, qui de illo pane euchariſtico manducare, & ex calice euchariſtico bibere velit, *ne judicium ſibi manducet ac bibat, adeoque reus corporis & ſanguinis Dominici fiat*, 1. Cor. XI. 28. & 29. ideo acceſſuris ad ſacram ſynaxin debitam præparationem ſumme neceſſariam eſſe conſtat; jam vero rudiores probationis ac præparationis modum ignorant, illi ergo in privata confesſione informandi ſunt, ac de peccatorum atrocitate, iræ divinæ gravitate, ſatisfactionis a Chriſto præſtitæ dignitate; de vera corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra cœna præſentia, vera pœnitentia omnibus acceſſuris neceſſaria, & ſeria vitæ emendatione graviter admonendi. Vicisſim cum miniſtri eccleſiæ ſint *diſpenſatores myſteriorum Dei* ab ipſo Chriſto conſtituti, 1 Cor. IV. 1. & ſerio illis incumbat, cavere, *ne ſacrum detur canibus, ac margaritae projiciantur porcis*, Matth. VII. 6. Cumque non tantum *is ſit reus corporis & ſanguinis Chriſti, qui indigne accedit, ſed etiam qui ſciens ac volens indignis porrigit*, docente Cypriano ſerm. V. de lapſis, adeo ut Chryſoſtomus *ſuum profundere ſanguinem, quam ſancta Domini contemtoribus divini judicii reis diſtribuere* malit, hom. LXXXIII. in cap. XXVI. Matth. ideo explorationem illam etiam miniſtro eccleſiæ ſumme neceſſariam eſſe relinquitur. 3.) Propter debitam eorum, qui ad ſacram ſynaxin accedunt, præparationem. Cum enim non omnes eodem animo, eodemque fine accedant, ideo rudiores in hac privata confesſione poſſunt admoneri, cum hoc colloquium ſit vice examinis catechetici, in quo profectus auditorum explorantur; torpentes excitari, delinquentes corrigi, tentatis conſilium dari, & omnes eccleſiaſtici miniſterii partes ſingulis adminiſtrari debent, juxta exemplum Pauli Act. XX. 31. *Scitis, quod per triennium nocte ac die non ceſſaverim, cum lacrimis monere unumquemque veſtrum.* Præſto etiam ſunt exempla eorum, qui non ſolum coram Deo, ſed & coram miniſtro peccata ſua confesſi ſunt. Num. XIV. 40. 1 Reg. VIII. 47. 2 Paral. VI. 37. 2 Sam. XII. 13. Matth. III. 6. (*)

(*) *Weigeliani* 1.) confesſionem & abſolutionem *privatam* prorſus rejiciunt. Vide Weigelium part. II. poſtil. p. 297. 246. (†) 2.) Nullum hominem abſolvere poſſe, ſcribunt. Vide Weigelium l. alleg. p. 291. 295. 3.) In cujusvis hominis poteſtate eſſe remisſionem peccatorum, modo ipſe remittat proximo ſuo, docent. Vide eundem l. cit. p. 351. 358. *Privatæ* quoque confesſioni & abſolutioni iniqua eſt *Calvinianorum* 1.) theoria. Vide Calvinum in def. ſecund. contra Weſtphalum p. 712. Genev. 1593. & alios. (††) 2.) praxis, perluſtra eccle-

(†) Idem faciunt *Anabaptiſtæ*, de quibus vid. WIGANDUM in *anabaptiſm.* p. 179. ſeqq.

(††) Sunt tamen ex eccleſiæ Reformatæ theologis, qui

§. CI. Inde profluunt honorifica illa privatæ confeſſionis præconia, quæ exſtant apud Origenem, Cyprianum, Hieronymum, Chryſoſtomum, Baſilium, Auguſtinum, & reliquos. Ex quibus Rhenanus in ſcholiis in Tertullianum de pœnit. p. 542. ſic ſcribit: *Confeſſionem privatam ſaluberrimam eſſe nemo poteſt inficiari, ſi moroſitatem & ſcrupuloſitatem nimiam amputemus. Quid enim per Deum immortalem utilius habere poſſit eccleſia ad continendam diſciplinam, quid commodius, quam privatam iſtam confeſſionem, ad populum in neceſſariis erudiendum? ubi horulae ſpatio plus proficit laicus, quam triduana concione, Nam dum e ſuggeſtu declamat ſacerdos, perpauci diligenter auſcultant, multi aliorſum cogitando diſtrahuntur, quidam juxta proverbium ὄνοιλύρας, vel propter obtuſitatem ingenii, vel ob materiae ſublimitatem, cujus non ſunt capaces, etiamſi curioſe auſcultent, non tamen percipiunt, quod dicitur. Atqui hic tum rei ipſius, tum ſacerdotis reverentia attentum reddit hominem, & doctrina, quam illic cum petente communicat, ad ejus captum attemperatur. Itaque quod Cyprianus diſciplinae encomium pronunciat, mihi libet adcommodare confeſſioni, ut dicam eam retinaculum fidei, ducem itineris ſalutaris, fomitem ac nutrimentum bonae indolis, magiſtram virtutis.* Inde etiam ſymbolica eccleſiarum noſtrarum ſcripta eandem adprobant. Auguſtana confeſsio art. XI. *de confeſſione* docet, *quod privata abſolutio in eccleſiis retinenda ſit, quanquam in confeſſione non ſit neceſſaria omnium delictorum enumeratio.* Art. Schmalc. part. III. art. 8. *Nequaquam in eccleſia confeſſio & abſolutio abolenda, praeſertim propter teneras & pavidas conſcientias ac propter juventutem indomitam & petulantem, ut audiatur, examinetur & inſtituatur in doctrina chriſtiana.* Denique inde promanant Lutheri & Philippi de hac confeſsione judicia. Lutherus in epiſt. ad Francof. ann. 33. ſcripta: *Si mille & iterum mille mundi eſſent, malim omnia amittere, quam minimam hujus ritus particulam aboleri permittere.* Vide tom. II. Witteb. fol. 252. tom. VI. fol. 114. tom. VII. fol. 12. tom. VIII. fol. 351. tom. IX. fol. 547. tom. XII. fol. 362. Item *in der Warnung an die zu Franckfurt am Mayn* tom. I. Jen. fol. 110. a. tom. VI. germ. Jen. fol. 109. Philippus in explicat. evangel. dominical. manuſcripta ultimo vitæ anno tradita domin I. poſt. paſcha. *Amate illum morem privatae abſolutionis; nam ſi ille mos aboleretur, qualis eſſet eccleſia? etiam ille mos teſtimonium eſt, quod in eccleſia ſit remiſſio peccatorum.* Idem tom. IV. operum p. 736. recenſet uti-

eccleſias reformatas. 3.) Hypotheſis, Deum non remittere peccata vere & efficaciter per homines, ſed ex ſe & per ſe, id eſt immediate, & ſicubi ſcriptura evangelio & ſacramentis tribuat remiſſionem peccatorum, *intelligendum id eſſe, prout ratio vocabulorum ϖρὸς ἓν refert, quæ ita comparata eſt, ut in inſtrumentis, boneſtandi eadem gratia, tribuantur effecta, quæ alioquin propria ſunt cauſæ efficientis.* Beza part. I. reſp. ad colloq. Mompelg. p. 31. part. II. reſp. p. 115. 116. Grynæus in præf. theoriæ theol. ad Joachim. a Berga in diſput. Heidelb. ann. 84. theorem. 6. aphor. 4. 4.) Inevitabilis abſoluti decreti neceſſitas, quam qui defendit, cogitur ſtatuere, confeſſionem & abſolutionem ſaltem quoad reprobos, ex intentione Dei eſſe inefficacem. Calvinus III. inſtit. c. 24. n. 13. Piſcator ad duplic. Vorſtii part. I. p. 25. &c. Sed privatam confeſſionem in eccleſiis noſtris retinemus a.) propter *ſcripturæ auctoritatem.* Exempla ſunt Gen. III. in Adamo, 2 Sam. XII. in Davide, Matth. IX. in paralytico, Act. XVI. in præfecto carceris. b.) propter *typorum claritatem.* Num. V. ſi vir, vel mulier peccaverit: Lev. XIV. leproſi in ſpecie adſpergi jubentur. c.) propter *miniſtrorum commoditatem*, ne ad cœnam admittantur publicis flagitiis infames. d.) propter *auditorum utilitatem*, ut territæ conſcientiæ conſolatione erigantur. GERHARDUS.

qui confeſſionem atque abſolutionem privatam non *abſolute* reiiciunt, dummodo utraque ad verum ſuum ſcopum dirigatur; ſed *abuſum* duntaxat improbant, quando ſcilicet utraque in *opus*, ut vocant, *operatum* degenerat, hominesque ſibi perſuadent, remiſſionem peccatorum in nuda formulæ confeſſionis recitatione ac privata paſtoris abſolutione conſiſtere. Vid. JO. BERGIUM *de diſcrim. conc. evangel. pag. 238.*

ites privatæ confeſſionis. Quid? quod nus, & qui eum ſequuntur, quamvis pri- i illam confeſſionem in praxi haudquaquam vent, eam tamen alicubi adprobant? Cal- IV. inſtit. cap. 1. §. 22. *Presbyteri pias :entias promiſſionibus evangelicis in ſpe ve- & remiſſionis confirmare debent, idque publice, quam privatim, prout neceſſitas lat. Sunt enim permulti, qui pro ſua nitate ſingulari pacificatione indigent, & us non tantum pro communi concione, ſed per domos teſtificatum ſe refert fidem in ?um, & unumquemque ſigillatim admo-*:. Act. XX. Petrus Martyr claſſ. III. loc. n. c. 38. §. 28. *Non tollimus utilitatem; ex confeſſione eſſe poſſet, quae ſit homini & pio, nempe ut homines conſolationem nt & inſtituantur, modo libera relin- ur, Unde ſi confeſſio ejuſmodi, quae ſit 1, nec adigat ad enumerationem peccato- alicubi retineatur, non ſchiſma propterea us, modo non conſtituant peculiarem Dei m. Si quis commodum ſibi provenire pu- non debet hujusmodi auxilium detrectare.* ia occurrunt apud Zwinglium de vera & religione p. 297. Calvinum libr. III. inſtit. §. 13. lin. 21. Bezam libr. I. epiſt. 20. p. Zanchium in miſcell. p. 63. Brantium in . apoſtaſiæ Cudſemii parte I. c. 16. *Pri- n abſolutionem in quibusdam evangelicis is receptam minime damnamus: liberam & indifferentem eſſe novimus.* Bucanus XXX. p. 296. *Nihil impedit, quin pri- aliquis paſtorem ſuum conſulat, & ani- i ſecretum vulnus aperiat, & ab eo con- onem evangelii exſpectet. Quin etiam ſi- ſe paſtori oves, quoties ſacram cœnam par- re volunt, ut vel conſolationem, vel inſti- tem, vel admonitionem ſibi privatim adcom- tam accipiant, modo abſit tyrannis & ſu- tio, eſt enim paſtoris officium* δημοσίᾳ καὶ οἴκους, *hoc eſt, publice & privatim popu- Dei evangelica doctrina docere & conſo- hujus eſt exemplum Davidis apud Natha-* 2 Sam. XII. 13. Qua in parte recte diſce- a Zwinglio, qui in libr. de vera & falſa reli- gione ſic ſcribit: *Audacia eſt eorum, qui per- hibuerunt, clavibus hominem certum fieri, qui niſi per fidem intus certus eſt. Fruſtra dices: liber es. Non enim tuo verbo ipſum magis potes certum reddere, quam muſcam elephantum facere, cum dixeras elephas es &c.* (at vitioſe ſibi invicem opponuntur abſolutio & fides pœnitentis, cum per illam hæc confirmetur.)

§. CII. Præter has ſalutares atque utiles confeſſionis ſpecies aliam adhuc urgent & propugnant Romanenſes, ſecuti concilii Trident. ſanctionem ſeſſ. XIV. cap. 5. & decretum pontificis c. omnis utriusque ſexus de pœnit. quam his hypotheſibus includunt. *Confeſſio auricularis pontificia.* 1.) Quod confeſſio requirat omnium & ſingulorum mortalium peccatorum, quæ poſt diligentem præmeditationem & diſtrictum examen in memoriam venerunt, ab omnibus, qui ad annos diſcretionis pervenerunt, quotannis certo tempore in aures ſacerdotis denarrationem: Petrus a Soto contr. confeſſionem Wirtemb. *vera fides agnoſcit, neceſſariam eſſe omnium peccatorum lacrimalem confeſſionem.* 2.) Quod non ſolum peccata mortalia, ſed etiam circumſtantiæ, quæ peccati ſpeciem mutant vel illud adgravant, in confeſſione ſint recenſendæ. Meth. confeſſ. p. 216.

Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando,
Peccaſti, dices, ut ſit confeſſio vera.

3.) Quod ſpecialis illa enumeratio peccatorum jure divino ſit neceſſaria, ac proinde ſub ipſo ſalutis diſcrimine facienda, adeo ut peccatum illud, cuius coram ſacerdote nulla facta eſt confeſſio, non remittatur. 4.) Quod talis confeſſio ſit meritoria, qua peccatum deleri & perexigua confuſione illa, quam confitentes coram ſacerdote patiantur, ingentem confuſionem, quam aliquando in die judicii paſſuri ſint, redimi exiſtimant. 5) Quod ideo talis confeſſio coram ſacerdote ſit neceſſaria, quia ſacerdotes conſtituti ſunt ſpirituales judices, ut de ſingulis & univerſis peccatis cognoſcant, & pro menſu-

ra delictorum ſatisfactiones! imponant, adeo ut quotquot ſine abſolutione ſacerdotis moriuntur, Deo reconciliari haudquaquam poſſint. Judiciariam vero illam, quam ita vocant, ſacerdotum poteſtatem revocant ad hæc capita: a) quod coram ſacerdotibus omnium & ſingulorum peccatorum mortalium facienda ſit enumeratio: b) quod ſine ipſorum ſententia ac judicio nullus lapſus, quamvis pœnitens, Deo reconciliari poſſit: c) quod certas ſatisfactiones pœnitentibus imponunt: d.) quod caſus quosdam judicio ſummi pontificis reſervant, ac proinde irritam habent abſolutionem, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam jurisdictionem non habet, quam a ſolo pontifice in alios epiſcopos ac ſacerdotes derivari autumant. Hanc eſſe brevem ſynopſin omnium eorum, quæ de confeſſione & judiciaria ſacerdotum poteſtate diſputantur, patet ex concilio Trident. ſeſſ. XIV. can. 6. & ſeqq. catech. Rom. part. II. cap. 5. Bellarmino libr. III. de pœnit. per totum.

§. CIII. Nos ſpecialem illam omnium peccatorum coram ſacerdote enumerationem jure divino neceſſariam vel meritoriam eſſe negamus, quin eandem impoſſibilem eſſe dicimus & miſeram animarum carnificinam, nuſpiam in ſcripturis mandatam eſſe adſerimus. Antequam vero Bellarmini argumenta ex ſcripturis audiamus, recenſebimus diſputationes doctorum juris canonici & ſcholaſticorum, qui diſerte nobiscum negant confeſſionem illam auricularem, quæ omnium delictorum enumerationem complectitur, eſſe juris divini. Gratianus diſt. I. de pœnit cap. *Quamvis &c.* adducit veterum ſententias in utramque partem, quarum tamen bona pars agit de confeſſione ſolenni, tandem in dubio relinquere videtur, utrum quis obligetur ad confitendum, an non, ſiquidem prolixam diſputationem ſuam concludit his verbis: *Quibus auctoritatibus ac rationum momentis utraque ſententia innitatur, in medium breviter expoſuimus, cui autem harum potius adhaerendum ſit, lectoris judicio reſervatur, utraque enim fautores habet religioſos & prudentes viros.* Theodorus Cantuarienſis epiſcopus apud Gratian. *Quidam Deo ſolummodo confiteri debere docent, ut Graeci.* Gloſſator (*). diſt. V. de pœnit. initio capituli in pœnit. quærit, quando inſtituta fuerit hæc confesſio? poſt recitatas aliorum opiniones, ſubjicit hæc: *Sed melius dicitur, confeſſionem iſtam inſtitutam fuiſſe a quadam univerſalis eccleſiae traditione potius, quam ex vet. vel nov. teſt. auctoritate.* Et poſt pauca: *Confeſſio eſt neceſſaria in mortalibus quidem apud nos, apud Graecos vero non, quia non emanavit ad illos traditio.* Panormitanus & Felinus in cap. omnis utriusque ſexus &c. ſtatuunt, non per Dei, ſed hominum traditionem confesſionem auricularem ordinatam eſſe. Johannes Scotus ibidem cunctanter admodum ac dubitanter incedit. *Videtur* (inquit) *rationabilius tenere, quod confeſſio cadat ſub praecepto divino poſitivo, ſed tunc oportet videre, an explicite in evangelio a Chriſto immediate, quia patet, quod non in veteri lege, an ab ipſo explicite in aliqua doctrina apoſtolica, an nec ſic, nec ſic, ſed dato a Chriſto & vocetenus ab apoſtolis eccleſiae promulgato. Primum iſtorum eſſet magis conveniens tenendum, ſi poſſit evidenter haberi iſtud praeceptum ex evangelio. Nec oportet ad hoc adducere illud* Matth. XVI. Tibi dabo claves regni cœlorum; *quia non eſt, niſi promiſſio de datione futura. Si aliquid in evangelio valet, ad hoc videtur illud* Joh. XX. Quorum remiſeritis peccata *&c.* Et paulo poſt: *Si omnino contendas, quod per rationes poſitas in iſto membro non probatur, fuiſſe datum ex verbis evangelii, nunquid dicemus ſecundum, ſcilicet quod illud praeceptum habetur ex verbis alicujus apoſtoli, dicitur, quod ſit de illo verbo* Jac. V. Confitemini alterutrum peccata *&c. ſed nec hoc videtur mihi, quod Iacobus praeceptum hoc dedit, nec praeceptum a Chriſto promulgavit. Primum non, unde enim ſibi auctoritas obligandi totam eccleſiam, cum eſſet epiſcopus eccleſiae Hie-*

(*) Gloſſatorem illum quidam vocant Bartholomæum *Brixienſem.* Vide in gloſſa diſtinctionis V. ad illa verba: *In pœnitentia autem ipſius judicium.* GERHARDUS.

roſolymitanae? niſi dicas, illam eccleſiam in cipio fuiſſe principalem, & per conſequens epiſcopum principalem patriarcham, quod concederent Romani. Nec quod illa aucto- s proprie pro tempore illo erat ſibi ſubtracta. ſecundum videtur, quia apoſtoli publican- raeceptum Domini in ſcripturis ſuis ute- tur modo loquendi, per quem potuit inno- re, quod erant praecones Chriſti, ut patet illud 1 Cor. VII. *ut quando vult publicare l praeceptum Domini de non dimittenda re, dicit:* præcipio non ego, ſed Dominus, *ndo autem vult facere propriam perſuaſio- , dicit de cohabitatione viri converſi ad fi- cum ſua uxore infideli vel e contra, quia , licet ſit ſine contumelia Chriſti, non tamen neceſſarium:* dico ego, non Dominus. *Alio- n non poſſet eccleſia conſtare, quod ipſe ut eo publicaret praeceptum, niſi vel ex prae- ntibus vel ſequentibus manifeſtaret ſe eſſe in publicatione praeconem. Vtrumque etiam brum ſimul probatur per illa verba annexa. endo enim:* confitemini alterutrum, *non ma- dicit, confeſſionem faciendam eſſe ſacerdoti m alii, ſubdit enim:* orate pro invicem, alvemini, *ubi nullus diceret, ipſum inſti- ſe nec promulgaſſe praeceptum divinum, intellectus ejus eſt ſicut in illo verbo:* Con- nini alterutrum, *perſuaſio ad humilitatem, cilicet generaliter nos confiteamur apud pro- os peccatores, juxta illud* 1 Joh. I. Si di- mus, peccatum non habemus, nos ipſos pimus; *ita per ſecundum perſuadet ad ca- tem fraternam, ut ſcilicet per caritatem ernam ſubveniamus nobis invicem, adparet o illud non eſſe de jure divino promulgato ſcripturam apoſtolicam. Vel igitur tenen- s eſt primum membrum, ſcilicet quod ſit de e divino promulgato per evangelium, ut in ndo vel tertio membro eſt declaratum. Vel, llud non ſufficiat, dicendum eſt tertium, cet quod eſt de jure divino poſitivo promul- o a Chriſto apoſtolis, ſed eccleſiae promul- o per apoſtolos abſque omni ſcriptura, ſicut ta alia tenet eccleſia oretenus per apoſtolos promulgata ſine ſcriptura &c.* Hactenus Scotus. Nicolaus de Orbellis IV. ſent. diſt. 17. fatetur, ex ſcripturis eam non poſſe probari. Cumprimis vero late hac de re diſputat Biel ſcholaſticorum compilator, quem audiemus ex IV. ſent. diſt. 17. q. 1. *Quod confeſſio in actu neceſſaria ſit, varii variis modis oſtendere co- nantur, licet plerique inſufficienter, & quidem non poteſt ſufficienter oſtendi ex neceſſitate re- miſſionis peccati, quamvis remiſſio peccati ſit neceſſaria ad ſalutem; non tamen ex hoc inferri poteſt, quod confeſſio, de qua loquimur, ſit neceſſaria ad ſalutem, tum quia ad remiſſionem peccati eſt alius modus ſufficiens ſine confeſſione in actu, ſcilicet contritio cordis, per quam peccatum remittitur, priusquam ſacerdoti con- fiteatur, tum quia confeſſio ſecundum probabi- liorem opinionem praeexigit remiſſionem peccati per contritionem praeviam. Si dicas, requiri- tur in voto. Ergo aliquando in actu.* Re- ſponſ. *Petit haec probatio principium, poteſt enim quis habere ſufficientem contritionem abs- que confeſſionis voto. Alii neceſſitatem confeſ- ſionis oſtendere nituntur ex neceſſitate praecepti, ſed quale illud ſit, diverſificantur. De jure naturali non eſt, ſic enim in ſtatu cujuscunque legis fuiſſet neceſſaria, & quod homini haec confeſſio facienda de occultis, nulla ratione na- turali nec aliquo illi conſono probatur. De qua ergo lege eſt? ſunt opiniones:* 1.) *una tenet, quod confeſſio ſit de lege poſitiva eccleſiae:* gloſſ. de pœnit. diſt. 5. cap. I. *melius dicitur, eam a quadam generali ſive univerſali eccleſiae traditione, quam ex nov. vel vet. teſt. auctoritate:* gloſſam ſequitur Panormitanus *c.* omnis de pœ- nit. & remiſſ. Scotus contra hanc opinionem ſic arguit: *non videtur, quod eccleſia tanquam pia mater tam oneroſum & arduum praeceptum imponeret omnibus chriſtianis, niſi eſſet prae- ceptum divinum.* 2.) *Non invenitur, ubi ab eccleſia hoc inſtitutum ſit. Theologi communi- ter dicunt, quod confeſſio ſit de lege divina poſitiva, ſed a quo & ubi inſtituta, non ſimi- liter ſentiunt. Bonaventura dicit, quod ſit a Chriſto inſinuata, ab apoſtolis inſtituta, & a Jacobo promulgata. Scotus hanc ſententiam im- probat; nam ſacramenta non poſſunt inſtitui, niſi*

a ſolo Chriſto, quia nemo poteſt inſtituere ſacramenta, niſi qui & efficaciam dare poteſt. Iacobi verba idem explicat, quod non agant de confeſſione ſacramentali, ſed quod ſint perſuaſio quaedam ad humilitatem, per quam generaliter nos ipſos eſſe peccatores fatemur, & orationes mutuas expetimus. Scotus aliter probat, quod ſit de jure divino, quia recuperatio gratiae ſit per ſacramentum pœnitentiae; quilibet autem, qui amiſit gratiam, tenetur neceſſitate praecepti dilectionis facere, quod in ſe eſt ad ejus recuperationem. Ergo ſi dicas, per contritionem etiam remitti peccata, reſpondet Scotus: viam recuperandi gratiam per ſacramentum pœnitentiae eſſe faciliorem & tutiorem. Sed, inquit Biel, *haec reſponſio ſatis adparet, ſi eſſet vera opinio Scoti, quod per ſacramentum pœnitentiae ſine contritione ſolo obice remoto peccatum remitteretur, ſed oppoſita opinio eſt communior & ſanctorum dictis conformior. Richardus IV. ſent. diſt. 17. tenet, quod confeſſio ſacramentalis eſt de jure divino expreſſo in evangelio* Joh. XX. *ubi Chriſtus dat apoſtolis & eorum ſucceſſoribus poteſtatem judicandi ac remittendi miniſterialiter peccata, quibus autem datur poteſtas judicandi, etiam datur poteſtas cognoſcendi, cognitio autem ſit per accuſationem peccatorum. Si dicas, datur apoſtolis poteſtas judicandi, ſed non imponitur neceſſitas peccatoribus confitendi. Reſp. Richardus: nullus eſt judex meus in re aliqua, in qua non teneor facere, niſi quantum voluero. Sed*, inquit Biel, *haec ſolutio non excludit replicam, quia frequenter conſtituitur partibus judex arbitrarius, & tamen non imponitur partibus neceſſitas ſe ſubmittendi. Dicendum finaliter*, inquit Biel, *praeceptum de confeſſione ſacramentali promulgatum a Chriſto & apoſtolis, & per ipſos apoſtolos promulgatum eſt eccleſiae verbo & facto ſine omni ſcriptura, ſicut & multa alia tenet eccleſia oretenus per apoſtolos publicata ſine ſcriptura.* Hæc omnia Biel, quæ totam hanc controverſiam illuſtrare poſſunt. Huc pertinet, quod Rhenanus in ſcholiis in Tertullianum p. 542. ſcribit: *Tertullianus de exomologeſi publica, id eſt, actu pœnitentiae coram eccleſia facit mentionem, (cujus etiam Leo papa meminit de pœnit. diſt. I.) eamque eleganter ob oculos ponit, qua majores noſtros ſtatim poſt initia naſcentis eccleſiae ſeveriſſime uſos conſtat, ex qua, niſi multum fallimur, confeſſio ſecreta ſumſerit originem &c.* Et poſtea: *Ab eo non abhorrent juris pontificii interpretes quidam non incelebres, cum inſtitutam ab eccleſia confeſſionem tradunt. Nam ex exomologeſi publica, id eſt, actu pœnitentiae coram eccleſia, ut veteri inſtrumento deſumta, ex publica privata nata videtur, occultorum criminum occulta.* p. 544. *Clancularia admiſſorum confeſſio, quantum conjicimus, nata eſt ex iſta exomologeſi publica per ultroneam hominum pietatem, ut peccatorum occultorum eſſet & exomologeſis occulta: nec enim uſque praeceptam olim legimus.* Eraſmus in adnot. c. XIX. Act. p. 227. *Vel hinc colligi poteſt, fuiſſe & antiquitus nonnullam confeſſionem male actae vitae, ſed apertam, opinor, & in genere, quam nec ipſam legimus exactam abs quoquam. Ceterum quae nunc recepta eſt clancularia, quae in aurem ſit, videtur ex conſultationibus privatis eſſe nata, quae ſolent apud epiſcopos fieri, ſi qui ſcrupulus urgeret animum.* Idem in epiſt. de concord. eccl. *Nondum perſuaſum eſt, horum temporum ſacramentalem confeſſionem fuiſſe a Chriſto ipſo inſtitutam.* Maldonatus Jeſuita in ſumm. q. 18. art. 4. *Sunt etiam inter catholicos, qui nullum putant eſſe praeceptum divinum de confeſſione, ut omnes decretorum interpretes & inter ſcholaſticos Scotus.* Poſtea addit: *Sed tamen haec opinio aut jam declarata eſt ſatis tanquam haereſis, aut operae pretium faceret eccleſia, ſi declaret eam eſſe haereſin.* (At hæc non poſſunt ſimul conſiſtere, aut declarata eſt hæc opinio pro hæreſi aut declaranda. Prius ſtatuit Bellarminus libr. III. de pœnit. c. 1. in Audianis eam damnatam eſſe ſtatuens. Poſterius Maldonato videtur, cui declaratio Tridentini concilii non videtur ſatis aperta) Valentianus libr. II. de miſſa c. 4. *Panormitanus & Gerſon confeſſionem ſecretam non eſſe neceſſariam contenderunt.*

§. CIV.

Argumenta contra neceſſitatem auricularis confeſſionis pontificiæ.
1.) Caret mandato, promiſſione & exemplis.

§. CIV. Specialem igitur illam peccatorum coram ſacerdote enumerationem non eſſe neceſſariam, his demonſtramus argumentis. I.) Quod caret mandato & promiſſione Dei, ac deſtituitur inſuper exemplis vere pœnitentium, illud non poteſt nec debet ſub periculo ſalutis conſcientiis imponi. Atqui ſpecialis illa peccatorum coram ſacerdote enumeratio caret mandato & promiſſione Dei, deſtituitur inſuper exemplis vere pœnitentium. Ergo non poteſt nec debet ſub periculo ſalutis conſcientiis imponi. *Major* patet ex ſcripturæ perfectione, ex traditionum & ἐθελοθρησκείων qualitate, adeoque ex nov. teſt. natura. Nov. teſt. eſt fœdus gratiæ ac libertatis; jam vero conſtat in vet. teſt. ſpecialem illam peccatorum enumerationem non fuiſſe neceſſariam, quod etiam adverſarii concedunt; ergo non eſt probabile, tam oneroſum & arduum præceptum (ut Scotus de confeſſione loquitur) in novo demum teſtamento a Chriſto fuiſſe inſtitutum. Quæ vero ex ſcripturis pro ſtabilienda hujus confeſſionis neceſſitate adferuntur, ſuum inferius habebunt locum. Quin imo non modo nullum de neceſſitate ſpecialis hujus enumerationis peccatorum in ſcripturis exſtat mandatum, ſed etiam præſto ſunt exempla eorum, quibus abſque prægreſſa tali peccatorum enumeratione remiſſa ſunt peccata: Matth. IX. 2. paralytico annunciatur a Chriſto peccatorum remiſſio, quorum ſpecialem confeſſionem nondum ediderat; eodem modo mulieri peccatrici Luc. VII. 48. peccata remittuntur. Luc. XV. 18. filius aſotus generali confeſſione peccati & emendationis promiſſione edita ex gratia recipitur: ita quoque in univerſum apud peccatores vere pœnitentes ſpeciali enumeratione peccatorum minime opus eſt, ſed ſufficit generalis confeſſio, ſi ex pœnitenti & fideli corde proficiſcatur. Luc. XIX. 8. Chriſtus generali confeſſione Zachæi contentus eſt, & ad eam pronunciat abſolutionem: *Hodie ſalus facta eſt domui tuae.* Jam vero Chriſtus apoſtolos & eorum ſucceſſores non aliter miſit, quam ipſe miſſus fuit; Joh. XX. 21. inde Petrus Act. II. 38. pœnitentiam requirit, confeſſionem peccatorum ſpecialem non requirit. *Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque veſtrum, in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti.* Excipit Bellarminus III. de pœnit. cap. 18. *verba illa*: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, *non ita accipienda eſſe, quaſi eodem modo debuerint apoſtoli omnia facere, quo a Chriſto fiebant, alioquin enim non debuiſſent baptizare in remiſſionem peccatorum, quia Chriſtus ſine baptiſmo remiſit peccata, nec debuiſſent per impoſitionem manuum dare Spiritum ſanctum, quia Chriſtus non manus imponendo ſed inſufflando Spiritum ſanctum dedit. Miſit ergo Chriſtus apoſtolos, ſicut miſſus fuerat a Patre, quia poteſtatem eis dedit ligandi & ſolvendi, ut ipſe a Patre acceperat. Sed tamen accepit ipſe ut Filius, & proinde talem ac tantam, ut poſſit etiam ſine ſacramentis juſtificare, dedit autem eam apoſtolis & miniſtris, ac proinde longe minorem & ſacramentis aliisque mediis a ſe inſtitutis alligatam.* Reſp. 1.) Certum eſt Chriſtum, non ſolum διακονικῶς *miniſterialiter*, ſed etiam αὐτοκρατορικῶς in operibus miniſterii egiſſe, vel certe agere potuiſſe, cum ſit verus Deus, cumque ipſi ut hominis filio data ſit omnis poteſtas in cœlo ac in terra, ac proinde etiam αὐτεξουσία remittendi peccata. Sed quando ad apoſtolos dicit: *Sicut Pater miſit me, ita & ego mitto vos;* non loquitur de illa *authentica* & αὐτοκρατορικῇ, ſed de *miniſteriali* poteſtate, qua & ipſe in operibus miniſterii uſus eſt, quamque apoſtolis ac eorum ſucceſſoribus commendavit. 2.) Quemadmodum igitur Chriſtus absque prægreſſa ſpeciali peccatorum enumeratione in miniſterio ſuo pœnitentibus remiſit peccata; ita quoque apoſtoli & eorum ſucceſſores in miniſterio eccleſiaſtico divinitus ſibi demandato ad exemplum Chriſti ſe adcommodent, nec novas leges hominum conſcientiis imponant. 3.) Unde etiam in hiſtoria actorum apoſtolicorum nullum invenitur veſtigium, quod apoſtoli ſpecialem peccatorum enumerationem a quoquam vere pœnitentium exegerint. Ex quo evidenter adparet, quod apo-

apoſtoli eo modo, quo Chriſtus, pœnitentibus peccata remiſerint abſque ſpeciali illa peccatorum enumeratione. 4.) Inter baptiſmum & ſpecialem peccatorum enumerationem magna eſt diſparitas. De baptiſmo in remiſſionem peccatorum adminiſtrando diſertum & expreſſum apoſtoli acceperant mandatum, Matth. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15. Sed de exigenda ſpeciali peccatorum enumeratione nullum exſtat verbum. Præterea quamvis Chriſtus ipſe baptiſmum non adminiſtraret, tamen per apoſtolos eum adminiſtrabat; Joh. IV. 2. ergo non ſolum mandatum, ſed & exemplum baptizandi habebant, quod ipſum de ſpeciali illa peccatorum confeſſione itidem nequit probari. Denique baptiſmi ſacramentum eſt *factu facillimum, intellectu auguſtiſſimum, & obſervatione caſtiſſimum.* Auguſtinus libr. III. de doctr. Chriſt. c. 9. Sed ſpecialis illa peccatorum enumeratio ſub periculo ſalutis impoſita eſt miſera animarum carnificina. 5.) Manuum impoſitione velut ceremonia quadam antiquiſſima & ab ipſo Chriſto uſurpata libere utebantur apoſtoli in officii ſui partibus: ſed quis non videt, multis paraſangis ab ea differre ſpecialem illam enumerationem, quam nec in vet. teſt. uſitatam, nec a Chriſto exactam fuiſſe conſtat? 6.) Ergo tum demum hoc Bellarmini effugium haberet locum, ſi probatum dediſſet, peculiare mandatum de exigenda a pœnitentibus ſpeciali peccatorum enumeratione apoſtolos a Chriſto accepiſſe, quod ipſis obliterit, quo minus eodem modo peccata remiſerint, quo Chriſtus ea vere pœnitentibus remiſerat.

§. CV. II.) Quicquid vere ac ſerio pœnitentes ad rem impoſſibilem obligat, illud tanquam ad ſalutem neceſſarium non eſt eis imponendum. Specialis illa peccatorum enumeratio vere ac ſerio pœnitentes ad rem impoſſibilem obligat. Ergo non eſt eis tanquam ad remiſſionem peccatorum & ſalutem neceſſarium imponendum. *Majoris* veritas eſt manifeſta. Non enim hoc loco quæritur de contumacibus & ſecuris peccatoribus, qui lege Dei peccata arguente ac damnante ſunt terrendi, ſed de anxiis & contritis conſcientiis, quæ peccata ſerio agnoſcunt & deplorant, ac reconciliari Deo ex toto corde deſiderant, utrum ab illis ſpecialis peccatorum enumeratio ſit exigenda? Deinde non quæritur: an vere pœnitentibus utile ſit, quædam in ſpecie peccata, præſertim ea, quæ conſcientiam maxime angunt, coram ſacerdote enumerare: ſed an ſpecialis peccatorum enumeratio, velut ad remiſſionem peccatorum & ſalutem neceſſaria, illis ſit imponenda? Denique verbum *imponendi* reſpicit ſtatutum illud humanum, quo talis peccatorum enumeratio a pœnitentibus exigitur, cum de eo diſertum aliquod mandatum Dei non exſtet. *Minor* itidem manifeſta eſt, cum *ſepties in die cadat juſtus*, Prov. XXIV. 16. cum *Iobus vereatur omnia opera ſua*, c. IX. 28. cum David conqueratur Pſalm. XIX. 13. *Delicta quis intelligit?* cum renatis quotidie ſit precandum: *Dimitte nobis debita noſtra.* Matth. VI. 12. Rhenanus in Tertull. de pœnit. p. 545. *Scholaſtici nimium arguti homines talem confeſſionem privatam reddiderunt, ut gravis & ſanctus theologus ſaepe teſtatus ſit, eam juxta illorum deuteroſes impoſſibilem eſſe.* Excipit Bellarminus libr. III. de pœnit. c. 17. & 21. *Non exigi abſolute omnium omnino peccatorum enumerationem, ſed eorum ſolum, quae poſt diligentem memoriae excuſſionem occurrunt, qualis etiam requiritur in ea, quae fit Deo, quam ipſimet non negemus eſſe neceſſariam.* Concilium Trid. ſeſſ. XIV. c. 5. reſtringit ad mortalia. *Ex his* (dicunt patres concilii) *colligitur, oportere, a pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem ſui diſcuſſionem conſcientiam habent, in confeſſione recenſeri.* Reſp. cur igitur alibi generaliter loquitur? libr. III. de pœnit. c. 9. *Non poſſunt ſacerdotes congruam pœnitentiae actionem injungere, niſi peccata omnia adcurate cognoſcerentur.* Ibidem. *Neceſſarium eſt, ut ſigillatim peccata omnia ſacerdotibus detegantur.* Excutiendum eſt hoc loco, quorum peccatorum confeſſionem Romanenſes requirant. Mittimus autem tenebras ſuperiorum temporum ante exortam evangelii lucem, in quibus certum eſt, quamplurimis illam adhæſiſſe opinionem, quod ſimpliciter & abſo-

2.) *Exigit rem impoſſibilem.*

ute omnium peccatorum enumeratio ſit ſſaria, inde enim vulgatum illud dicterium: *confeſſum, non remiſſum:* inde quidam a poſt impetratam abſolutionem ſtatim redi-:, & denuo confeſſi ſunt peccata, quorum oriam recolere poterant, ſicut de doctore am- commemorat Lutherus, quod in ipſo : euchariſtiæ uſu quædam in aurem ſacer- demurmurarit. Videbimus, quid hac de ſimet ſcholaſtici & pontificii ſcriptores di- nt; ſtatutum illud pontificis, & omnis utri- : ſexus &c. Bonaventura extendit etiam ad ve- , cujus ſententiam multos ſcholaſticos ſe- :ribit Maldonatus in ſumm. q. 18. art. 4. tatuunt, quod habens mortalia ſatisfaciat ſtatuto, confitendo mortalia ita, ut non tur ad confeſſionem venialium, ſi tamen abet mortalia, teneri eum ad confeſſionem lium ſemel in anno: hanc opinionem re- Thomas IV. ſent. diſt. 17. & ſatis concor- ichardus ibid. Contrarium tenent Scotus, ndus, Paludenſis IV. ſentent. diſt. 17. q. :. 4. ſtatuentes, quod habens ſola venialia onfeſſionem ſacramentalem non teneatur. l probat hoc argumento: nemo tenetur de onfiteri, ad quorum contritionem non te- ; ſed de venialibus non eſt habenda con-

Has pugnas concilium Tridentinum di- e voluit, quando ad ſola mortalia præ- m confeſſionis reſtringit, ſed Bellarminus t generaliter loqui: faciendam eſſe confeſ- n eorum, quæ poſt diligentem memoriæ ſionem occurrunt, ut innueret venialium ſſionem faciendam, ſi non occurrant mor- Catech. Rom. part. II. cap. de ſacram. . q. 40. *In confeſſione curandum eſt, ut a & abſoluta ſit, omnia enim & ſingula a mortalia enumeranda ſunt, quantum- iam occultiſſime lateant, & ejus generis quae duobus tantum extremis decalogi ptis interdicuntur.* q. 41. *Si quis ex iis, numerari debent, aliquid praetermittit, on ſolum ex confeſſione illa nullum com- n talis conſequitur, ſed novo ſcelere ſe ngit. Nec ſolum peccatorum actus, ſed & ſtantias, praeſertim eas, quae peccatum adgravant, & in aliud genus mortalis peccati trahunt, percenſendas eſſe ſtatuunt, nimirum ut ſatisfactio imponenda gravitati culpae reſpondeat.* Suarez tom. I diſp. 22. §. 2. *Actiones aliae ſpeciem mutant, hujusmodi eodem praecepto divino debemus confiteri quoad mortalia. Aliae ſpeciem non mutant, quarum inſuper aliae peccatum augent & adgravant, aliae minuunt. Quae notabiliter adgravant peccatum, in confeſſione explicare eſt neceſſarium, cujus generis ſunt ſeptem, prima quis, ſecunda quid, tertia propter, quarta quomodo, quinta quibus auxiliis, ſexta ubi, ſeptima quando.* Exigunt inſuper debitam ac legitimam diligentiam in hoc conſcientiæ examine. Si quæras, quanta diligentia requiratur? reſpondet Scotus: tanta, quantam adponeret quis ad aliquid multum arduum inquirendum, quod ſibi eſſet cordi. Ex his ſatis adparet, quod omnium peccatorum mortalium, quæ poſt diligentem conſcientiæ diſcuſſionem occurrunt, ſpecialem enumerationem cum omnibus circumſtantiis ſacerdoti faciendam eſſe ſtatuant, in qua ſententia hæc deſideramus: 1.) Quod procedat ex falſa illa hypotheſi, quaſi peccata quædam ſint ſua natura *venialia*, cum tamen omnia peccata etiam minutiſſima ex ſe & ſua natura ſint *mortalia*, licet non negemus, in renatis quædam tantum eſſe mortalia, ideo ut ſuo loco demonſtratum fuit. 2.) Quod ne quidem determinate hujus univerſalitatis præceptum ex ſcripturis propheticis vel apoſtolicis adferri poſſit, quin potius conſtat, Chriſtum & apoſtolos generali peccatorum enumeratione fuiſſe contentos. 3.) Quod nihilominus confesſio illa, quidem Bellarminus requirit, ſit conſcientiarum carnificina, quippe qua ſemper dubitare coguntur, an ſatis dignam ac debitam adhibuerint diligentiam in conſcientiæ examine, an receſſus cordium ſatis diligenter exploraverint, an non plura peccata & noſſe & enumerare potuerint, an circumſtantias quaſdam peccati ſpeciem mutantes vel adgravantes omiſerint? 4.) Si peccata quædam nec cognita nec enumerata pœnitentibus remittuntur; (utpote ea, quæ poſt diligentem diſcuſſionem memoriæ non occurrunt) conſequens eſt, ſpe-

 cialem

cialem peccatorum enumerationem non eſſe ſimpliciter & abſolute neceſſariam, cum ſit coram Deo par ratio eorum, quæ cognoſcuntur & enumerantur, ac eorum, quæ non cognoſcuntur nec enumerantur, utraque facta ſunt contra legem Dei, utraque offenderunt Deum, utraque temporales & æternas pœnas promeruerunt. Maldonatus in ſumm. q. 18. art. 8. *Unus finis confitendi eſt, ut obligaret homines, ne ipſi judices eſſent, an habeant peccatum, & an illud ſit mortale, an veniale, quia plerumque imperiti ſunt, ideo cogendi ſunt exponere, quicquid fecerunt, ſacerdoti, ut judicet, peccarunt, nec ne; & proprius finis confeſſionis eſt, ut peccatores vi clavium obtinerent remiſſionem peccatorum.* (Ex his colligimus, ſi ideo ſacerdoti exponenda ſunt peccata, ut judicare poſſit, quænam ſint mortalia, quæ venialia, tum omnes actiones, omnesque cogitationes, quæ peccati mortalis naturam induere poſſunt, exponendæ erunt. Si peccata ideo exponenda, ut remittantur, etiam venialia erunt exponenda, aut illa non indigebunt remiſſione.) 5.) Hæc ipſa determinata (ut ita loquar) confeſſionis univerſalitas non exigitur vel ſuſcipitur debito fine, videlicet ut pœnitentes conſolationem adverſus illa peccata, quæ maxime angunt ac premunt conſcientiam, accipiant, ſed ut ex opere operato peccatorum remiſſionem promereantur, & *temporali ac perexigua hac confeſſione liberationem ab ingenti confuſione in die judicii rediment*, ut Bellarminus loquitur lib. III. de pœnit. cap. 12. 6.) Longe diſpar ratio eſt inter confeſſionem eam, quæ fit Deo, & eam, quæ fit ſacerdoti. Illa expreſſum mandatum & promiſſionem habet, hæc vero utroque deſtituitur. Deus eſt καρδιογνώςης, corda & renes probans, cujus oculi ſole ſunt lucidiores, a quibus nihil eſt abſconditum, qui occulta omnia olim in lucem proferet; ipſi igitur ſeria & ſincera peccatorum confeſſio quotidie facienda. Interim tamen gratuita peccatorum remiſſio a Deo propter Chriſtum promiſſa non pendet a merito quodam confeſſionis noſtræ, nec ſpecialem omnium peccatorum enumerationem eo modo exigit, ut ea non accedente locum habere nequeat; ſed vere contritis & in Chriſtum credentibus ex ſola gratia obtingit; nihilominus utile eſt ſingula divinæ legis præcepta, & peccata adverſus ea commiſſa in ſpecie excutere, ut vera cordis contritio & humiliatio in nobis creſcat, ac promiſſio evangelica magis dulceſcat.

3.) Evangelium transformat in legem.

§. CVI. III.) Quicquid evangelium in legem transformat, & neceſſariam conſcientiis vere pœnitentium & in Chriſtum credentium conſolationem eripit, illud probari nec poteſt nec debet. Confeſſio illa, quam Romanenſes exigunt, evangelium transformat in legem, & neceſſariam conſcientiis vere pœnitentium & in Chriſtum credentium conſolationem eripit. Ergo confeſſio illa, quam Romanenſes exigunt, probari nequit. *Majoris* veritas evidens eſt, cum diſcrimen legis & evangelii in eccleſia adcurate retinendum eſſe, ſuo loco demonſtratum fuerit, cumque *omnia, quae ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſint, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Rom. XV. 4. *Minorem* ſic probamus: evangelium docet, pœnitentibus & in Chriſtum credentibus gratis ex fide obtingere peccatorum remiſſionem, non propter operum noſtrorum merita. Rom. IV. 16. *Ideo ex fide gratis, ut ſit firma promiſſio.* Sed Romanenſes ſtatuunt, promiſſionem evangelicam pendere ex ſpeciali illa enumeratione peccatorum tanquam ex merito, & cum nemo certus eſſe poſſit, an debitam adhibuerit diligentiam in hac enumeratione neceſſariam, ideo incerta redditur promiſſio, & conſcientia perpetuis conflictari cogitur dubitationibus. Scotus IV. ſent. q. 4. *Confeſſio confert remiſſionem culpae ejus, qui attritus accedit non ponens obicem, alias pœnitentia non eſſet ſacramentum novae legis.* Biel IV. ſent. diſt. 17. q. 1. *Varii ſunt fructus confeſſionis: 1.) remiſſio pœnae totius vel partis, remiſſa enim culpa per contritionem praeviam vel concomitantem manet alia debitrix pœnae temporalis, quae in toto vel in parte dimittitur ſecundum diſpoſitionem confitentis & tam ex virtute clavium, qua confeſſor habet facultatem aliquid remittendi, quam ex merito confitentis, confeſ-*

ſio

nim eſt valde pœnalis. Ergo etiam pars ſa- ctionis. 2.) Meritum praemii beatifici pro- obedientiam, quam exhibet legi Dei & ec- ae, quod tanto majus eſt, quanto opus diſ- us. 3.) Inſtructio pœnitentis particularis, multo fructuoſior, quam generalis. 4.) Ta- o ſatisfactionis facta a confeſſore, quae pro- poteſtatem clavium reddit ſatisfactionem ef- iorem ad pœnae remiſſionem, quam ſi ſolo itentis arbitrio adſumta ſit. 5.) Meritum ientiae in ſervando & explendo ſatisfactio- injunctam, & plures alii fructus numerari nt. Hactenus Biel. Bellarminus libr. I. de it. cap. 4. *Confeſſio a morte liberat, para- m aperit, & ſpem tribuit ſalutis.* lib. III. œnit. c. 12. *Rubor, quem inter confitendum mur, pars quaedam eſt ſatisfactionis pro iſſis: perexigua confuſione, quam coram uno nſervis noſtris patimur, redimimus ingen- illam confuſionem, quam alioquin in die ju- pateremur.* cap. 21. *Scholaſtici non dicunt confeſſionem nos mereri remiſſionem peccato- , niſi forte ex congruo.* Huc pertinet hiſtoria onfeſſionis utilitatem ac neceſſitatem ampli- dam ſæpius olim recitata. Adultera ſuſce- oro more peccata ſua ſacrificulo enumeran- Nec longe ab eo ſpectaculo aberat ſanctus iam pater, haud ſcio, num de familia Do- ci, an Franciſci, certe ſingulari intuenda- ſpiritualium rerum dono ornatus. Cum r adultera cœperat initio recitare quædam, o quæ, peccata, viſus eſt ſibi vir ille vide- ore adulteræ alterum poſt alterum buſo- egredi, aut potius exſilire. Poſtquam au- buſones in pavimento ſaltarent, & quo ſe ipiant, circumſpicerent; ecce tibi, alius inuſitatæ magnitudinis videtur capitulum alternis, nunc ex ore adulteræ proferre, retrahere, donec ſe per gulam in ventrem, aſcenderat, iterum reciperet. Quod cum m eſſet, vide mihi, quæſo, mirandum aculum: buſones, qui ante exierant, omnes impetu reſiliunt in os adulteræ, & ab ipſa devorari videntur. Cum igitur vir ſanctus, n attonitus, cogitaret, quid ſibi hæc viſio t, venit vox de cœlo, ac interpretatur, buſones eſſe peccata, & hos quidem, qui initio egreſſi fuerant, ſignificare ea peccata, quæ mulier ingenue confeſſa eſſet: illum autem, qui caput in ore nunc protulerit, nunc retulerit, ſignificare adulterium, quod miſera muliercula deſignaverat, & cogitaverat quidem confiteri, ſed pudore tandem victa, reticuerat. Itaque factum ſit, ut & reliqua peccata, quæ ante fuerant confeſſa, haberentur coram Deo perinde, ac ſi non eſſent vel confeſſa vel expiata. Atqui ſi confeſſio eſt meritum remiſſionis peccatorum, quomodo juſtificamur gratis, fide ſine operibus legis, credendo non operando, ex evangelio, non ex lege &c. Quid, quod canones quidam diſerte dicunt, confeſſionem auricularem non facere ad remiſſionem peccatorum? Sic enim in illis legimus diſt. I. de pœnit. cap. Qui natus. *Cum ante confeſſionem ſimus reſuſcitati per gratiam & filii lucis facti, evidentiſſime adparet, quod ſola cordis contritione ſine confeſſione oris peccatum remittatur.* cap. omnis. *Non in confeſſione peccatum remittitur, quod jam remiſſum eſſe probatur, fit itaque confeſſio ad oſtenſionem pœnitentiae, non ad impetrationem veniae.* cap. Quidam Deo. *Confeſſio, quae ſoli Deo fit, quod eſt juſtorum, purgat peccata, ea vero, quae ſacerdoti fit, docet, qualiter purgentur peccata.* Excipit Bellarminus libr. III. de pœnit. cap. 21. 1.) *In evangelio etiam conditionem operum requiri ad juſtificationem,* qua de re late diximus in tract. de evangelio, & in tract. de juſtificatione plura dicentur. 2.) *Ex noſtra ſententia remiſſionem pendere ab enumeratione peccatorum coram Deo.* Reſp. non tanquam ex merito, nec eo modo, ut ſit ſimpliciter neceſſaria omnium peccatorum enumeratio, ſed confeſſio illa, modo ſalutaris ſit, eſt ſeriæ contritionis & fiduciæ de remiſſione peccatorum coram Deo declaratio, in hypocritis & deſperabundis a fiducia in Chriſtum remota eſt, ideo etiam ſalutaris non eſt, nec Deo placet. 3.) *Mendacium eſſe, quod gratuitae condonationi ſubſtituantur merita enumerationis & ſatisfactionis.* Reſp. an non diſerte impugnant noſtram ſententiam, qua ſtatuimus in vera pœnitentia requiri contritionem ac novam obedientiam, interim tamen ſola fide in

in Chriſtum gratis nobis peccata remitti? an non diſerta eſt apoſtolica oppoſitio: Rom. XI. 6. *Si ex gratia, jam non ex operibus.* 4.) *Similia confeſſionis encomia exſtare apud patres.* Reſp. loquuntur de confeſſione ſalutari coram Deo, quæ cum vera contritione, fide in Chriſtum & vitæ emendatione conjuncta eſt, tribuunt parti, quod pœnitentiæ convenit reſpectu ſalvificæ in Chriſtum fidei. Porro quod per doctrinam de confeſſione, prout a pontificiis proponitur, neceſſaria conſolatio contritis eripiatur, patet inſuper ex eo, quod talem demum confeſſionem probant, quæ ex corde ſufficienter contrito procedat, & quam ſatisfactiones debitæ conſequuntur, jam vero nemo ſcit, an ſit ſufficienter contritus, an dignam adhibuerit diligentiam in confeſſione, an ſatisfactiones perfecte impleat. Neve in abſolutione aliqua ſuperſtes maneat conſolatio, monet Bellarminus libr. II. de pœnit. cap. 14. eum, qui dicit: *Ego te abſolvo, non adfirmare, ſe abſolute abſolvere, cum non ignoret, multis modis fieri poſſe, ut non abſolvat, licet ea verba pronunciet, nimirum ſi is, qui ſacramentum ſuſcipere videtur, forte non habeat ſuſcipiendi intentionem, vel non ſit rite diſpoſitus, aut obicem ponat.* Et libr. I. de pœnit. cap. 17. *Accedente verbo abſolutionis ad elementum confeſſionis, ſacramentum perficitur quidem, quod attinet ad eſſentiam, ſed non omnino integre & perfecte, ſi partes integrales conſiderentur,* ad quas ſatisfactionem requiri in ſuperioribus docuerat.

4.) *Eſt carnificina conſcientiarum.*

§. CVII. IV.) Confeſſio pontificia non ſolum in dubitationem perpetuam inducit, ſed etiam miſera eſt conſcientiarum carnificina. Rhenanus in præfat. in libr. Tertull. de pœnit. pag. 545. *Iohannes Geilerius gravis ac ſanctus theologus, vir magno rerum uſu praeditus, cujus ego parentalibus jam decrepiti interfui adoleſcens, familiariter verſabatur cum coenobitis ſanctioribus, cum Cartuſiis, quos ſaepiuſcule interviſebat, cum Franciſcanis arctioris inſtituti, a quibus peregre venientibus interviſebatur; ab his diſcebat, quibus tormentis quorundam piae mentes adfligerentur ob confeſ-*
ſionem, cui ſatisfacere, ut ipſi
quirent. Similes querelas ad eum
ſanctimoniales, proinde motus fu
ederet in lingua germanica, cui titu
von dem Beichtweh, *hoc eſt, de mar*
ſionis, quo negabant eſſe triſtiorem,
nebantur. Erat Cartuſianus, qui pr
feſſionem, quae ei ſemper ob inexplica
cumſtantiarum vim imperfecta videba
ipſe perfectiſſimam eſſe fruſtra conten
miſeriarum venerat, ut omnem ſalute
deret, & apocarterefin cogitaret. E
homines ei libuit illo libello conſolari,
antea fecerat in ſcriptis ſuis paſſim
Gerſon, pius ac ſincerus theologus &
que Geilerio non diſplicebat confeſſio,
ſitas illa & anxietas quorundam, qua
aliquae recentiorum ſummulae, quae
bi locum habeant, quam in bibliothe
eſt nimirum artem tradere & metho
jus rei, quam ipſe non probe calleas
ctenus Rhenanus. Eidem malo etiam
voluit Taulerus concione LXVIII. fol.
rathe euch, und mahne euch, und bit
daß ihr lernet GOtt innerlich und
beichten alle eure Gebrechen, und le
ihm gründlich ſchuldig geben, und w
ihm gröſslich und ſehr euer Gebrechen
und daß ihr euch nicht ſezt auf viel a
ges langes beichten, viel zu ſagen vo
täglichen Gebrechen, wenn da iſt weni
ganges an, und benimt den Beichtvät
Zeit, und machet ihnen Verdroſſenheit
luſt. Von dieſem viel ſagen, ſo fallen
brechen nicht abe, und als ich vor mehr
chen habe, die Beichtiger haben keinen
über die Gebrechen, kehret euch zu eu
mit Bekentnis euer ſelber, denn diß au
ſagen ohn das innerliche bringet weni
men, &c. Huc referendæ ſunt variæ
confeſſione controverſiæ, quæ & confi
ſacerdotis animum in difficultates inexp
& dubitationes perpetuas conjiciunt. C
nes legitimæ confeſſionis numerant
quas Richardus IV. ſent. diſt. 17. art.
complectitur his verſiculis:

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lacrimabilis, accelarata,
Fortis & adcuſans & ſit parere parata.

Inde naſcuntur variæ quæſtiones, an prædictæ conditiones ſint omnes de neceſſitate confeſſionis? utrum nominatio perſonæ, cum qua quis peccavit, ſit neceſſaria ad peccati confeſſionem (*)? Utrum requiratur ad confeſſionem, quod fiat genu flexo, capite diſcooperto & hujusmodi? Utrum confitentes propter gloriam vanam vel alium malum finem peccent mortaliter? Utrum confitens peccatum, quod non fecit, peccet mortaliter? Utrum omne mendacium, dictum in confeſſione, ſit peccatum mortale? Utrum confeſſio facta ſit neceſſario reiteranda? ubi adſignant aliquot caſus, in quibus confeſſus tenetur iterum confiteri eadem peccata, videlicet 1.) quando confitetur ei, qui non poteſt abſolvere: 2.) quando confitetur ſcienter ei, qui non poteſt ligare vel ſolvere: 3.) quando quis non confitetur integre omnia peccata mortalia, de quibus non eſt legitime confeſſus uni confeſſori, etiamſi confiteretur diverſis confeſſoribus, ſed ſcienter tacet aliquod peccatum mortale, vel de quo dubitat, utrum ſit mortale peccatum, vel aliquid aliud, quod eſt de neceſſitate confeſſionis, ut puta circumſtantiam, quæ mutat ſpeciem & hujuſmodi ex verecundia vel aliquo quocunque reſpectu: 4.) quando quis obliviſcitur pœnitentiam injunctam, vel contemſit facere: 5.) quando confitetur ſine contritione vel attritione debita, quæ ſufficiat ad gratiæ ſuſceptionem cum ſacramento, puta quod eſt in voluntate peccandi, vel ex mala intentione confitetur, vel non vult ſatisfacere, quod tenetur & hujuſmodi: 6.) quando quis recidivat: 7.) quando quis confitetur peccatum, a quo ſuus confeſſor non potuit abſolvere: 8.) propter peccati obliti recordationem: 9.) quando quis ante completam pœnitentiam committit aliquod mortale: 10.) cum quis confitetur excommunicatus exiſtens. Quærunt ulterius: utrum ſit confitendum per verba obſcura? Quid ſtatuendum ſit de eo, qui confitetur ſacerdoti, qui dormit, aut eum non intelligit? Quæ peccatorum circumſtantiæ neceſſario exprimendæ? Quid dicendum de eo, qui confitetur ſolummodo, ne reddatur notatus in populo? Utrum dividens confeſſionem ſatisfaciat? Utrum peccata manifeſta confitenda? Num venialia confitenda? An homo teneatur ſtatim confiteri, peccato mortali perpetrato? quod Scotus dicit eſſe dubium, Bonaventura diſtinguit inter religioſos & laicos, alii requirunt opportunitatem temporis & confeſſoris. Utrum poſſit quis confiteri per interpoſitam perſonam vel ſcriptum? Utrum qui reſpondet confeſſori, ad interrogata ſatisfaciat? Utrum confitens teneatur acceptare omnem pœnitentiam, quam confeſſor ipſi vult injungere? Utrum infideles teneantur ad confesſionem? utrum pueri? utrum non habens mortale peccatum teneatur ex præcepto eccleſiæ confiteri ſaltem ſemel in anno? Utrum etiam papa teneatur confiteri? utrum posſit diſpenſari cum aliquo, ut non teneatur confiteri? An ſi deſit presbyter, teneatur quis confiteri laico in caſu necesſitatis? Lombardus & Thomas adfirmant, Scotus & Richardus negant. An ſoli ſacerdoti confitendum? An omni ſacerdoti confitendum? ubi dicunt, proprio ſaltem confitendum eſſe, ſcilicet extra caſum necesſitatis, ſed quærunt ulterius, quis dicatur proprius ſacerdos? ubi enumerant 1.) papam: 2.) legatum in tota provincia: 3.) pœnitentiarium ejusdem legati in provincia: 4.) archiepiſcopum: 5.) epiſcopum in tota diœceſi: 6.) archipresbyterum eccleſiæ cathedralis:

(*) *Sic ſi infirmus quiſpiam propter imbecillitatem loqui non poſſit, ſignum autem aliquod edat veræ contritionis, quo ſe peccaſſe ſignificet, ac abſolutionem petat; tamen eum abſolvi non poſſe, mordicus propugnant Soto, Ledeſma, Canus & Navarrus, atque ſic hæc ſalutaris confitendi medicina ab imperitis & importunis medicis multis inutilibus traditiunculis infecta & contaminata eſt, quibus conſcientiis, quas extricare & levare debebant, laqueos injecerunt, & tanquam tormentis quibusdam excarnificarunt.* Georg. Caſſander in conſult. Aug. confeſſ. p. 109. GERHARDUS,

dralis: 7.) vicarium generalis epiſcopi: 8.) preſbyterum parochialem in tota parochia: 9.) vicarios præfatorum: 10.) omnes habentes licentiam ab aliquo prædictorum: 11.) proprium ſacerdotem ejus, qui eligitur a papa & reliquis; 12.) quemlibet presbyterum parochialem vagabundorum proprium ſacerdotem eſſe dicunt. Sed hinc aliæ naſcuntur quæſtiones: An illi, qui non habent exſecutionem ordinum, poſſint licentiari ad audiendas confeſſiones? An ſcholares, mercatores, mercenarii &c. commorantes in aliqua parochia poſſint abſolvi ab illis ſacerdotibus, a quibus poſſunt abſolvi parochiales illius parochiæ? quid dicendum ſit de peregrinis viatoribus? quid de illis, qui in diverſis locis commorantur æqualiter, aut in diverſis caſtris habent domicilia? An poſſint proprii ſacerdotes auctoritatem ſuam aliis delegare? Utrum ex conſuetudine poſſit induci, ut quis confiteatur ad libitum, cui vult? De qualitate confeſſoris, de abſolutione, de pœnitentiæ injunctione &c. itidem innumeræ moventur quæſtiones, in quibus explicandis canoniſtæ & ſcholaſtici tot proferunt diſtinctiones & ſubdiſtinctiones, tot exceptiones ac diſſenſiones, ut negari non poſſit, confeſſionem illam pontificiam eſſe miſeram animarum carnificinam. Referendi etiam ad hunc locum centenarii interrogationum, per quas examinari jubentur illi, qui ad confeſſionem accedunt, quarum claſſes conſtituuntur juxta decem præcepta decalogi, juxta præcepta eccleſiæ, juxta quinque ſenſus, juxta ſeptem peccata mortalia, ſecundum ſeptem opera miſericordiæ, &c. de quibus videantur ſummæ caſuum conſcientiæ, aphoriſmi confeſſionum a diverſis editi, liber confeſſionum cardinalis a Dieterichſtein.

5.) Multis laborat incommodis.

§. CVIII. V.) Confeſſio pontificia multis laborat incommodis, qua de re ita diſſerit Chriſt. Hoffmannus in commentariis de pœnitentia libr. II. part. 2. cap. 7. *Quis tradidit hominibus hoc jus tam tyrannice de ſecretorum confeſſione præcipiendi? quam non modo nemo amare poteſt, aut pia mente præſtare, verum etiam ex aequo omnes oderunt, ut moleſtiſſimum conſcientiae onus &c. facit igitur peccatum, ubi nullum eſt, & tamen illaqueat conſcientias imperitas, & involvit eas in mortalia delicta? Vere enim peccatum eſt, quicquid credis peccatum eſſe, & cum conſcientia delicti hoc facis, vel omittis, etiamſi natura ſua non ſit peccatum. Sic ergo peccant graviter, qui oderunt hanc difficilem ſecretorum confeſſionem, cujus ſe exiſtimant debitores eſſe tanquam pii & neceſſarii operis coram Deo &c. meros igitur hypocritas efficit ex illis, qui exiſtimant ſe iſti confeſſioni ſatisfacere, quam non poſſunt ſinceriter amare, alios autem, qui illius difficultatem & impoſſibilitatem plane intelligunt & credunt, tamen ſe ejus debitores eſſe, protrudit cum indignatione & ira atque blaſphemiis contra Deum in aeternae mortis deſperationem. Dubitari non poteſt, innumera millia animarum hypocriſi, ſimulatione, tædio, pudore & deſperatione hujus coactae confeſſionis enecata fuiſſe ac perdita, ut eſt fortuna earum traditionum, quae cum oppreſſione libertatis chriſtianae in eccleſiam invehuntur.* Hæc ille. Referendum ad hæc incommoda, quod ſecreta cum ſcandalo audiuntur, quæ tacita & tecta non poſſunt lædere conſcientias audientium confeſſionem, quodque majori cum ſcandalo caſtis auribus tales proponuntur interrogationes, quas æterno ſilentio ſopiri æquius erat. Legantur interrogationes, quas profert Angelus de Claviſio, in ſumma caſuum conſcientiæ a folio 148. uſque ad folium 156, ubi tamen addit, quod multas interrogationes omiſerit, in illis etiam hæ ſunt: circa ſextum præceptum, ſi fuit ſcortator: ſi ſeſe polluit qualitercunque: ſi voluntarie cogitavit de hujuſmodi peccatis; circa conjugatos, ſi negavit debitum petenti: ſi cognovit cauſa ſatiandæ libidinis: ſi cognovit habens intentionem ad alteram: ſi uſus eſt matrimonio extra vas, vel modo indebito: ſi tempore menſtrui: ſi tempore imprægnationis: ſi in diebus feſtis &c. Toletus libr. III. in ſumma caſuum conſcientiæ cap. 7. fol. 156. *Iſti, qui peccatum mollitiei patiuntur, propriis ſe polluentes manibus, tenentur exprimere perſonam, quam mente concipiebant, ſi aliquam tenebant mente, mutantem ſpeciem, & tenentur etiam*

iam exprimere in uno actu ſucceſſive, ſi plures ſtendebant, & confeſſor debet iſta exigere. ıp. 8. *Idem intelligendum eſt de eo, qui omnia ecata proferre non poteſt, ut muto, qui motu lum poteſt aliqua exprimere, non omnia.* linc ſcribit Acoſta Jeſuita libr. VI. de procu nda Indorum ſalute cap. 16. *Theologus quim optime conſultum iri Indicis dixit & ſcriſit, ſi confeſſionum obligatio tolleretur, ne t & tam gravia ſacrilegia perpetrare coganr;* huic vero ita occurrit: *Si perverſis reidio quovis abutentibus iſthaec erit ratio mendi, tolle matrimonia, ne ſint adulteria; & : de aliis, ne bonum malitia convertat in virus, tin potius apud ſapienter & recte omnia æſtiantem pluris eſt, quod pauci electi per medinam ſanantur, quam quod plures reprobi per ius abuſum deteriores fiunt.* Hæc Acoſta, i reſpondemus, aliam eſſe ordinationum *dinarum*, aliam *humanarum* traditionum raonem; *illae* nulla habita ratione abuſuum nſervandæ ſunt, *hae* vero propter abuſum geralem tolli poſſunt. Bellarminus libr. II. de rbo Dei cap. 15. laicos a ſcripturarum lectione eo arcendos eſſe diſputat, quia *in illis refetur adulterium Davidis, inceſtus Thamar, ndacia Iudith, quae ne laici imitentur, pericum ſubeſſe arbitratur;* de argumenti valore non ſputo, ſed ex hac hypotheſi arguo, propter peculum ſcandali prodigioſas illas interrogationes confeſſione longe majori jure omittendas eſſe.

) Non fuit uſitata in mitiva ecclesia.

§. CIX. VI.) Confeſſio illa, qualem Romanenſes exigunt, non fuit in primitiva eccleſia, apoſtolicæ vicina, uſitata, nec ſcrupuloſa omnium peccatorum enumeratio ſub periculo ſalutis tanquam jure divino neceſſaria a confitentibus exacta. Gratianus c. in pœnitentia. diſt. V. de pœnit. *Plures religioſi etiam confeſſionem ſecretam non neceſſariam eſſe cenſuerunt, Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theophylactus & alii patres graeci.* (*). Vide ſupra Rhenanus præfat. in Tertull. de pœnit p. 544. *Non aliam ob cauſam complurium teſtimoniis hic uſi ſumus, quam ne quis admiretur, Tertullianum de clancularia illa peccatorum confeſſione nihil locutum, quae quantum conjicimus, nata eſt ex iſta exomologeſi.* In quibuſdam exemplaribus ita legitur: *Publica exomologeſi uſi ſunt antiqui multis ſeculis priuſquam iſta ſecreta naſceretur, de qua Tertullianus nihil habet, quae penitus id temporis ignorabatur.* Hoc Rhenani teſtimonium index expurg. p. 19. deleri jubet. Idem refert Polydorus Virgilius libr. VI. de rer. inventoribus cap. 1. ſed in eandem incumbit ſpongiam. Deleatur, ait index expurgat. p. 196. Porro illud Gratiani de privata confeſſione judicium veriſſimum eſſe, ex ſequentibus conſtat. Ambroſius libr. X. in Luc. XXII. *Ideo flevit Petrus, quia culpa obrepit ei, non invenio, quid dixerit, invenio, quod fleverit, lacrimas ejus lego, ſatisfactionem non lego, ſed quod defendi non poteſt, ablui poteſt, lavant lacrimae delictum, quod voce pudor eſt confiteri, veniae fletus conſulit & verecundiae.* Auguſtinus libr. X. conf. c. 3. *Quid mihi ergo eſt cum hominibus, ut audiant confeſſiones meas, quaſi ipſi ſanaturi ſint omnes languores meos? curioſum genus ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum ad corrigendam ſuam. Quid a me quaerunt, qui ſim, cum nolunt a te audire,*

(*) Gratianus veritatem proponit quæſtione: *Utrum ſola cordis contritione & ſecreta ſatisfactione abſque oris confeſſione quisquam poſſit Deo ſatisfacere?* Adfert autem triplicem reſponſionem, *prima* eſt eorum, qui dicunt, quemlibet criminis veniam ſine confeſſione facta eccleſiæ & ſacerdotali judicio poſſe promereri, in qua expedienda cap. 37. diſtinctionis I. occupatus eſt. *Secunda* eſt illorum, qui ſentiunt, ſine confeſſione oris & ſatisfactione operis neminem a peccato poſſe mundari, & in hac abſolvenda per 50. capita progreditur, ſcilicet usque ad 87. caput, ſimul etiam cap. 88. & 89. demonſtrat, quibus modis auctoritates primæ reſponſioni faventes alia interpretatione exponi poſſint. *Tertia* reſponſio eſt ipſius Gratiani, quam poſt caput 89. ſubjicit his verbis: *Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamentis utraque ſententia ſatisfactionis & confeſſionis nitatur, in medium breviter expoſuimus. Cui autem horum potius adhærendum ſit, lectoris judicio reſervatur. Utraque enim fautores habet ſapientes & religioſos viros.* GERHARDUS.

qui ſint? & unde ſciunt, cum a me ipſo de me ipſo audiunt, an verum dicam? quando quidem nemo ſcit hominum, quid agatur in homine, niſi ſpiritus hominis, qui in homine eſt. Chryſoſtomus hom. II. in Pſalm. L. *Solus Deus te confitentem videat. Si confunderis alicui dicere, quae peccaſti, dicito quotidie ea in anima tua, non dico, ut confitearis conſervo. Nunc autem neque neceſſarium, praeſentibus teſtibus confiteri: cogitatione fiat delictorum exquiſitio abſque teſte, ſit hoc judicium, ſolus te Deus confitentem videat, Deus qui non exprobrat peccata tua, ſed ſolvit peccata propter confeſſionem.* Idem homil. V. de incompreh. Dei natura tom. V. col. 1185. *Non te in theatrum conſervorum duco, non hominibus peccata tua detegere cogo, repete coram Deo conſcientiam tuam, te explica, oſtende medico praeſtantiſſimo vulnera tua, & pete ab eo medicamentum.* Homil. IV. de Lazaro: *Dic tu peccata tua prior, ut juſtificeris, cur igitur te quaeſo pudeſcis, & erubeſcis dicere peccata tua? Cave enim homini dixeris, qui tibi exprobret. Neque enim conſervo confiteris, ut in publicum proferat, ſed ei, qui Dominus eſt, ei qui humanus eſt, ei qui medicus eſt, oſtendis vulnera.* Hom. XXXI. in epiſt. ad Hebræos 11. *Non dico tibi, ut te prodas in publicum, neque ut te apud alios accuſes, ſed obedire te volo prophetae dicenti:* revela Domino viam tuam. *Ante Deum ergo confitere peccata tua, apud verum judicem cum oratione delicta pronuncia, non lingua, ſed conſcientiae tuae memoria, & tunc demum crede, miſericordiam te poſſe conſequi, ſi habueris in mente tua peccata continue.* Caſſianus collat. XX. c. 8. *Si verecundia retrahente revelari coram hominibus erubeſcis, illi, quem latere non poſſint, confiteri jugi ſupplicatione non deſinas, qui & abſque ullius verecundiae publicatione curare & ſine improperio peccata donare conſuevit* (*). Bellarminus excipit: 1.) *Ambroſium loqui de pœnitentia Petri eo tempore facta, quo nondum inſtituta fuerit ſacramentalis confeſſio.* Reſp. bene habet, neque in poſterum inſtitutam eſſe paulo poſt docebimus. Item: *lacrimas confeſſionem quandam eſſe.* Reſp. rectiſſime, ſed ſpecialem enumerationem peccatorum non continent. 2.) *Auguſtinum non loqui de confeſſione ſacramentali, ſed de confeſſione peccatorum praeteritorum per baptiſmum dimiſſorum.* Reſp. quidam neceſſitatem confeſſionis referunt etiam ad peccata ante baptiſmum commiſſa. Sic enim habetur in ſumma Angelica: *Vtrum omnes teneantur ad confeſſionem?* Reſp. *quod ſic, omnes, qui peccatum mortale commiſerunt, & tam infideles quam fideles ſecundum Richardum in IV. ſent. diſt. 17. ita quod non confitens peccatum mortale commiſſum tam ante baptiſmum, quam poſt, ſi habet copiam idonei confeſſoris, memoriam peccati & tempus & loquelam, ad confitendum omnino damnabitur, cum ſit de jure divino praecepta; veruntamen prout confeſſio praecepta eſt ab eccleſia, ut fiat ſemel in anno, non ligat niſi fideles,* contra hos igitur militabit Auguſtini dictum. Oſtendatur autem diſparitas remiſſionis ex ſcripturis, quod requiratur confeſſio ſpecialis peccatorum commiſſorum poſt baptiſmum,

(*) Andr. Fricius libr. IV. de eccleſ. c. 9. *Conſcientiæ onerandæ non ſunt anxia peccatorum & circumſtantiarum non neceſſariarum enumeratione.* Leo papa c. Quamvis diſt. I. de pœnit. *Quamvis plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur; tamen quia non omnium hominum hujusmodi ſunt peccata, ut ea, quæ pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare, removeatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi a pœnitentiæ remedio arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, pro quibus poſſunt legum conſtitutione percelli.* Caſſander in conſult. art. XI. *Nec certe de hac re controverſia ulla fuiſſet futura, ſi non ſalutaris confitendi* [illegible] *ab imperitis & importunis medicis multis inanibus traditiunculis infecta & contaminata fuiſſet, quibus conſcientiis, quas extricare & levare debebant, laqueos injecerunt, easque tanquam tormentis quibusdam excarnificarunt.* Johan. [illegible] ſcriptor pontificius de peſte curanda cap. 8. *Græci, qui ſoli Deo confitentur in ſecreto, non peccant, quia conſtitutio c.* Omnis utriuſque ſexus &c. *non fuit ab eccleſia orientali recepta, ſicut nec lex ſacerdotibus prohibens matrimonium.* GERHARDUS.

ptiſmum, contra vero non requiratur enumeratio admiſſorum ante baptiſmum; adde, quod ratio Auguſtini ſit generalis: unde ſciunt, qui de me ipſo audiunt, an verum dicam? 3.) *Chryſoſtomum & Caſſianum loqui de exomologeſi publica per Nectarium abrogata.* Reſp. de hiſtoria Nectarii paulo poſt videbimus. Chryſoſtomus ſemper opponit confeſſionem coram hominibus & coram Deo, confeſſionem factam intra conſcientiam cogitatione, & eam, quæ fit lingua; illam neceſſariam dicit, hanc vero minime, ut ex ipſis verbis manifeſtum. Quod Bellarminus regerit, *Chryſoſtomum loqui de confeſſione, ut ordinatur ad confuſionem & erubeſcentiam, quae pars dici poteſt ſatisfactionis, non ut ordinatur ad abſolutionem ſacerdotis,* in eo principium petitur. Obſerva, Bellarminum diſcedere a Gratiano, pontificum auctoritate confirmato, qui Auguſtinum, Ambroſium & Chryſoſtomum de ſecreta confeſſione locutos eſſe agnoſcit.

§. CX. VII.) Nectarius, epiſcopus Conſtantinopolitanus, propter flagitium diaconi in templo cum nobili fœmina commiſſum confeſſionem auricularem abrogavit (*), referen-

7.) Eſt a Nectario abrogata.

Oo 3

(*) Ut ea, quæ de abrogatione confeſſionis auricularis a NECTARIO epiſcopo Conſtantinopol. facta heic dicuntur, rectius intelligantur, ſequentia paucis notamus: *I)* Primis a nato Chriſto ſeculis pœnitentiam *publicam* fuiſſe uſitatam, atque ab iis, qui in graviora prolapſi erant crimina, eorum confeſſionem coram tota eccleſia factam eſſe. *II)* Labente ſeculo tertio, occaſione ſchiſmatis Novatiani, & ob lapſorum multitudinem, confeſſionem *publicam* in *privatam* mutari cœptam eſſe, conſtituto presbytero *pœnitentiario*, vitæ integritate conſpicuo, coram quo, qui deliquerant, delicta ſua confiterentur. *III)* Hancce confeſſionem *privatam* ſublatam rurſus fuiſſe in *orientis* eccleſiis ſeculo quarto, atque interdictam a NECTARIO epiſcopo Conſtantinopolitano, occaſione confeſſionis nobilis cuiusdam matronæ Conſtantinopol. de ſtupro ſibi in ſacris ædibus a diacono quodam illato, quæ quidem confeſſio mox in vulgus maximo cum eccleſiæ ſcandalo emanavit. *IV)* Retentam nihilominus eandem fuiſſe in eccleſia *occidentali*, inque ea conſuetudinem ſingula peccata enumerandi ſucceſſu temporis magis magiſque invaluiſſe, atque circa noni ſeculi initia frequentiſſimam eſſe cœpiſſe. *V)* nec tamen publica lege hancce confeſſionem ſtabilitam omnibusque præceptam, ſed cuiusvis prudentiæ liberoque arbitrio relictam fuiſſe, donec tandem INNOCENTIUS III. eccleſiæ romanæ præſul, eandem in concilio Lateranenſi IV. anno MCCXV. congregato omnibus chriſtianis iniungeret. Ita enim habet canon XXI. concilii Lateranenſis: *Omnis utriusque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem in anno, proprio ſacerdoti, ac poſtea iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere; alioquin & vivens ab eccleſia ingreſſu arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura.* Poſtea inſtituitur officium *ſacerdotis pœnitentiarii*, & quæ alia ad eandem rem ſpectant. Verba huius decreti inſerta leguntur *libr. VI. decretal. tit. XXXVIII. cap. XII.* Addimus *VI)* hanc INNOCENTII conſtitutionem poſtea confirmatam fuiſſe tum in ſynodo Florentina anno *MCCCCXXXIX.* celebrata, tum in concilio Tridentino *ſeſſ. XIV. cap. III. can.* 7. ubi hæc leguntur verba: *Si quis dixerit, in ſacramento pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure divino, confiteri omnia & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta - - - anathema ſit.* Et *can. 8.* qui ita habet: *ſi quis dixerit, confeſſionem omnium peccatorum, qualem eccleſia ſervat, eſſe impoſſibilem & traditionem humanam a piis abolendam: aut ad eam non teneri omnes & ſingulos, utriusque ſexus fideles, iuxta magni concilii Lateranenſis conſtitutionem, ſemel in anno, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, ut non confiteantur tempore quadrageſimæ, anathema ſit.* Quæ de origine confeſſionis auricularis in compendio heic diximus, alio tempore aliaque occaſione fuſius ediſſeremus. Viam hac in re nobis præiverunt MARTINUS CHEMNITIUS in *examine concilii Tridentini, part. II. loc. IX. p. 532. ſeqq.* itemque IO. FORBESIUS *inſtruct. hiſtorico-theolog. lib XII. cap. V.* IOSEPHUS BINGHAMUS *origin. ſive antiquit. eccleſ. volum. IX. p. 130. ſeqq.* CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUS, in *origin. iuris eccleſiaſt. p. 124. ſeqq.* edit. recentiſſ. Tubingæ *MDCCLVI.* typis exſcriptæ, &, qui primo nominandus erat loco IO. DALLÆUS in præclaro opere *de ſacramentali ſive auriculari Latinorum confeſſione,* præ-

referente Socrate libr. V. c. 19. Sozomeno libr. VII. c. 16. hiſt. tripartita libr. IX. c. 35. Nicephoro libr. XII. c. 28. Ergo non judicavit eam eſſe jure divino ſimpliciter neceſſariam. Bellarminus libr. III. de pœnit. c. 14. probare conatur, publicam confeſſionem tantum abrogatam eſſe a Nectario. Sed diſcedit a Thoma Waldenſi, quem alias magnifacit, is tom. II. c. 14. agnoſcit, ſimpliciter fuiſſe abrogatam confeſſionem: diſcedit a Petro Soto, qui ſcribit in ſcholiis confeſſ. Wirtemb. *Nectarium Deo aliquando hac de re redditurum rationem*: diſcedit a Socrate & Sozomeno, qui diſerte ſcribunt, *presbyterum tenatem ſecretorum fuiſſe conſtitutum*: (atqui illud in publica exomologeſi non fuit neceſſarium) item: *permiſſum eſſe a Nectario, ut unusquisque ſecundum conſcientiam ſuam ad ſacra myſteria participanda accederet.* Adde, quod in privata confeſſione flagitium erat admiſſum, illam igitur, non autem publicam publicorum peccatorum exomologeſin abrogatam eſſe relinquitur. Denique quo jure licuit Nectario ritum publicæ pœnitentiæ additum propter ſcandalum removere, eodem jure in abroganda ſpeciali peccatorum enumeratione præter jus divinum introducta & multis periculis obnoxia uti poſſum. Quidquid igitur ſit de facto Nectarii, illud potiſſimum inquirendum, an ſpecialis peccatorum enumeratio jure divino ſit neceſſaria, de eo igitur audiamus Bellarminum.

Argumenta pro ſtabilienda confeſſione pontificia. 1. Joh. XX. Quorumcunque remiſeritis peccata &c.

§. CXI. Is libr. III. de pœnit. cap. 2. & ſeqq ex ſcripturis oſtendere conatur, confeſſionem omnium peccatorum mortalium eſſe jure divino neceſſariam. 1.) Potiſſimum cauſæ ſuæ robur quærit in cap. XVI. & XVIII. Matth. ac cap. XX. Joh. in quibus poteſtas ſolvendi ac ligandi, retinendi ac remittendi peccata, apoſtolis & eorum ſucceſſoribus datur. *Chriſtus* (ait) *inſtituit ſacerdotes judices ſuper terram cum ea poteſtate, ut ſine ipſorum ſententia nemo poſt baptiſmum lapſus reconciliari poſſit, ſed nequeunt ſacerdotes recte judicare, niſi peccata cognoſcant. Ergo jure divino tenentur, qui poſt baptiſmum lapſi ſunt, peccata ſua ſacerdotibus aperire.* Reſp. 1.) Canoniſtæ & quidam ex ſcholaſticis negant hoc argumentum neceſſario concludere. *Datur apoſtolis poteſtas judicandi*, (inquit Biel. IV. ſent. diſt. 17. q. 1.) *ſed non imponitur neceſſitas peccatoribus confitendi.* Si dicat Richardus, nullus eſt judex meus in re aliqua, in qua non teneor facere, niſi quantum voluero; reſpondet Biel: *Haec ſolutio non excludit replicam, quia frequenter conſtituitur partibus judex arbitrarius, & tamen non imponitur partibus neceſſitas ſe ſubmittendi.* 2.) Scotus, qui neceſſitatem confeſſionis ex jure divino deducit, alio probationis genere utitur: *Non videtur,* (ait) *quod eccleſia tanquam pia mater tam*

præſertim *libr. III. per integr.* Equidem certatim contra DALLÆUM inſurrexerunt doctiſſimi in eccleſia romana viri, NATALIS ALEXANDER *hiſtor. eccleſiaſt. ſec. XIII. & XIV. diſſertat. XIV.* IACOBUS BOILEAU, in *hiſtoria confeſſionis auricularis*, Pariſ. *MDCLXXXIII.* & DIONYSIUS SAMMARTHANUS, monachus Benedictinus, in libro gallico, *traité de la confeſſion*, ibid. *MDCLXXXV.* 8. teſtimoniisque veterum comprobare adniſi ſunt, iam in primitiva eccleſia confeſſionem peccatorum *privatam* uſitatam fuiſſe. Verum, licet haud penitus negare velimus, nonnulla veterum loca, ſpeciatim ea, quæ apud CYPRIANUM *de lapſis p. 134.* edit. Baluz. & ORIGENEM *homil. 2. in pſalm. XXXVII.* hanc in rem leguntur, ita eſſe comparata, ut exomologeſin *privatam* innuant, nullum tamen cauſæ pontificiorum adferunt præſidium. Ea enim confeſſio *privata*, quæ in antiquiſſimis temporibus apud fideles ſubinde in uſu fuit, a confeſſione *auriculari*, quæ INNOCENTIO III. concilioque Lateranenſi ſuam debet originem, plurimum differt. *Hæc* neceſſitatis legibus eſt adſtricta, ita, ut ſine ea remiſſio peccatorum obtineri nequeat; *illa* vero libertati chriſtianæ relinquitur, nec ullo veteris eccleſiæ canone, ſed ſola obſervantia innititur. *Hæc* anxiam omnium peccatorum enumerationem expoſcit, cum *altera* illa potius in manifeſtatione ſtatus ſpiritualis, quam longa peccatorum recenſione conſiſtat.

oneroſum & arduum praeceptum impone-
omnibus chriſtianis, *niſi eſſet praeceptum*
num. At num Deus minoris miſericordiæ,
n eccleſia ? 3.) In verbis Chriſti Joh. XX.
ıediate præcedit: *Sicut Pater me miſit, ita*
go mitto vos. At ubinam Chriſtus ſpecia-
omnium peccatorum remiſſionem exegit?
Ubi apoſtoli eam leguntur exegiſſe? quo-
praxis optime interpretatur Chriſti verba. Le-
ur acta apoſtolica, & evidenter conſpicuum
quomodo Petrus, Paulus, & reliqui apo-
clavibus his fuerint uſi. 5.) Loca addu-
unt a quæſtione aliena, loquuntur enim de
utione, quæritur autem hoc loco de con-
ne. Si dicas, abſolutionem prærequirere
eſſionem; reſp. a confeſſione *generali*, quæ
is textibus quodammodo deduci poteſt, ad
alem omnium peccatorum enumerationem;
a confeſſione ſpeciali quorundam peccato-
pia & libera, ad confeſſionem pontifici-
ion valere conſequentiam. 6.) Ut autem to-
s ſit evidentior, de poteſtate remittendi vel
endi peccata, apoſtolis & ipſorum ſucceſſo-
data uberius dicendum erit. Concedimus
inviti, datam eſſe apoſtolis non verbalem,
ealem, non imaginariam & fictam, ſed ve-
poteſtatem peccata hominibus remittendi;
uæritur, qualis ſit illa poteſtas, ac quibus
inis includatur? ad quod ex ſcripturis re-
demus: Miniſtri lapſos Deo reconciliant,
oteſtatem aliquam judiciariam propria au-
tate exercendo, ſed alienum beneficium,
ti ſcilicet impertiendo, *remiſſionem pecca-*
n in omnes gentes praedicando & teſtimo-
de Chriſto perhibendo: Luc. XXIV. 47.
. *myſteria Dei diſpenſando:* 1. Cor. IV. 1.
terio reconciliationis & legationis pro
to fungendo: 2 Cor. V. 18. Proinde quod
inus dixit: *quibus remiſeritis &c.* apoſto-
xit Antiochenis Act. XIII. 38. *Nos vobis*
nciamus remiſſionem peccatorum per Chri-
2 Cor. V. 20. *Chriſti nomine legatione*
imur, velut Deo precante per nos, ora-
Chriſti nomine, reconciliamini Deo; & ite-
quod Chriſtus dicit: *Accipite Spiritum S.*
um remiſeritis peccata &c. optima ratione
conferri poteſt cum eo, quod apud Marcum dicit: *Praedicate evangelium omni creaturae;* hoc eſt, ſuſcipite miniſterium Spiritus ſancti, quod eſt officium prædicandi evangelii in toto orbe terrarum, hoc enim officium eſt clavis cœleſtis regni. *Qui ergo crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Hoc eſt habere recluſas & apertas fores cœleſtis regni. *Qui autem non crediderit, condemnabitur.* Hoc eſt habere fores regni cœlorum clauſas. Apol. confeſſionis Wirtemb. p. 524. 7.) Duplex igitur eſt remiſſio peccatorum, *authentica & miniſterialis* ἀυτοκρατορικὴ & διακονικὴ, illa ſolius Dei propria eſt, *quippe cui ſoli peccatur*, Pſalm. LI. 6. ac proinde *ſolus* hoc modo *peccata remittere poteſt*; Marc. II. 7. hæc vero miniſtris eccleſiæ eſt conceſſa. Irenæus libr. IV. c. 57. p. 290. *Quomodo Chriſtus peccata nobis dimittere poterat, quae debebamus noſtro factori & Deo, ſi non eſt Dominus.* Idem libr. V. cap. 15. p. 338. *Quomodo recte remiſſa ſunt peccata, niſi ille ipſe, in quem peccavimus, donavit remiſſionem.* Tertullianus de bapt. p. 707. *Neque peccatum dimittit, neque Spiritum indulget, niſi Deus ſolus.* Cyprianus ſerm. V. de lapſis, p. 153. *Solus Dominus miſereri poteſt, veniam peccatis, quae in ipſum commiſſa ſunt, ſolus ipſe poteſt largiri, qui peccata noſtra portavit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis noſtris.* Cyrillus libr. XII. in Joh. cap. 56. *Certe ſolius veri Dei eſt, ut poſſit a peccatis homines ſolvere. Cui enim alii praevaricatores legis liberare a peccato licet, niſi legis ipſius auctori.* Gregorius Nyſſenus libr. de orat. pag. 19. *Remittere peccata eſt ſolius Dei.* 8.) Quare ſi judicium vel poteſtas judicialis pro miniſteriali accipiatur, item pro accurata illa diſcretione, quam obſervare debent miniſtri, ne ligent ſolvendos, vel ſolvant ligandos, concedimus illis tale judicium. Si vero intelligatur proceſſus ille judiciarius, qui in æſtimatione quantitatis ac qualitatis peccatorum conſiſtit, ac pro peccatorum quantitate certas ſatisfactiones vel mulctas pecuniarias imponit, talem poteſtatem miniſtris denegamus, quippe quam a Chriſto illis conceſſam eſſe, probari nulla

nulla ratione poteſt. Hac de re Ambroſii ſententia citatur in jure canonico: *Verbum Dei dimittit peccata, ſacerdos exhibet officium, & nullius poteſtatis jura exercet, miniſter enim alieni promiſſi ac beneficii eſt, non dominus.* Idem libr. III. de Spiritu S. c. 19. *Cum ipſe Dominus dixerit:* accipite Spiritum S. quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt; *ecce, quia per Spiritum S. peccata donantur, homines autem in remiſſione peccatorum miniſterium ſuum exhibent, non jus alicujus poteſtatis exercent, neque enim in ſuo, ſed in Patris & Filii & Spiritus S. nomine peccata dimittuntur. Iſti rogant, divinitas donat, humanum enim obſequium, ſed munificentia ſupernae eſt poteſtatis.* Hieronymus in cap. XVI. Matth. *Id juris & officii habent evangelici ſacerdotes, quod olim ſub lege habebant legales in mundandis leproſis.* Ibidem: *Iſtum locum epiſcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de phariſaeorum adſumunt ſupercilio, ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur, cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quaeratur. Legimus Lev. XIII. & XIV. de leproſis, ubi jubentur, ut oſtendant ſe ſacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc a ſacerdote immundi fiant &c. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundum vel immundum facit: ſic & hic alligat vel ſolvit epiſcopus & presbyter, non eos, qui ſontes ſunt vel noxii, ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quive ſolvendus.* Idem in cap. XIV. Eſa. *Funibus peccatorum unusquisque conſtringitur, quos funes atque vincula ſolvere poſſunt & apoſtoli imitantes magiſtrum ſuum, qui eis dixerat:* Quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. *Solvant autem eos apoſtoli ſermone Dei & teſtimoniis ſcripturarum & exhortatione virtutum.* Chryſoſtomus homil. IX. de pœnit. *Medicinae hic locus eſt, non judicii; non pœnas, ſed peccatorum remiſſionem tribuit pœnitentia.* Marſilius Patavinus in defenſore pacis part. II. cap. 6. *Aliter Deus ſolvit vel ligat, aliter eccleſia, id eſt ſacerdotes. Ipſe enim per ſe tantum dimittit ita peccatum, quia & animam mundat ab interiori macula, & a debito aeternae mortis ſolvit; non autem hoc ſacerdotibus conceſſit, quibus tamen tribuit poteſtatem ligandi & ſolvendi, id eſt, oſtendendi homines ſolutos vel ligatos. Unde dominus leproſum ſanitati prius per ſe reſtituit, deinde ad ſacerdotes miſit, quorum judicio oſtenderetur mundatus. Ita etiam Lazarum jam vivificatum obtulit diſcipulis ſolvendum, quia etſi aliquis apud Deum ſolutus ſit, non tamen in facie eccleſiae ſolutus habetur, niſi per judicium ſacerdotis. In ſolvendis ergo culpis vel retinendis ita operatur ſacerdos evangelicus, & judicat, ſicut olim legalis in illis, qui contaminati erant lepra, quae peccatum ſignat.* Hæc Marſilius ex Lombardo IV. ſent. diſt. 18. lit. E. & F. cujus verba: §. 4. *Tunc ſententia ſacerdotis approbatur Dei judicio, cum ita procedit, ut eorum merita* (quos abſolvit vel excommunicat) *non contradicant.* Petrus Aſilus de tyrannide potificum cap. 5. p. 107. citat dictum Weſſeli: *Clavis poteſtatis nihil operatur ſine clave pietatis.*

An judiciaria quædam poteſtas miniſtris eccleſiæ data ſit.

§. CXII. Quomodo vero probat Bellarminus, judiciariam poteſtatem ex auctoritate abſolvendi ſacerdotibus datam eſſe? 1.) Urget metaphoram clavium, *quae ſolent dari non ad ſignificandum, oſtium eſſe clauſum vel apertum, ſed ad aperiendum & claudendum re ipſa, item: apud homines claves dari ſolent magiſtratibus in ſignum poteſtatis.* 2.) *Ligare & ſolvere non ſignificant denunciare vel declarare, ſed re ipſa vincula injicere aut demere.* 3.) *Retinere eſt remittere nolle, negatur igitur remiſſio illis, quibus noluerint ſacerdotes remittere.* 4.) *Evangelium omnibus indefinite praedicandum, ſed peccata non ſunt omnibus indefinite remittenda, verum certis hominibus, iis ſcilicet, quos ſacerdotes judicaverint abſolvendos.* 5.) *Spiritus S. inſufflando ſimul datus fuit, ut oſtenderetur peccata remitti exſtinguendo ac diſſolvendo.* 6.) *Patres docent, ſacerdotes ex poteſtate remittere peccata.* 7.) *Si ſacerdotes non eſſent judices, nemo periret ex eo*

ſolita

ſolum, quod ſacerdotem reconciliantem habere non poſſit, at hoc Auguſtinus adſerit. Si ſacerdos non aliter abſolveret, quam adnunciando divinas promiſſiones, non niſi fruſtra ac ridicule abſolverentur ſurdi & ſenſibus deſtituti. Si abſolutio eſſet adnunciatio remiſſionis peccatorum, vel temeraria eſſet, vel ſuperflua. Cum enim miniſter dicit, remittuntur tibi peccata, aut abſolute haec pronunciat, aut ex hypotheſi, ſi videlicet credas, &, ut oportet, pœnitentiam agas. Si abſolute, temere id pronunciat, cum ignoret, an is, qui reconciliationem petit, ſit vere pœnitens, & fidem habeat, qualis requiritur. Si vero eſt abſolutio conditionalis, non poteſt talis abſolutio certum facere pœnitentem. Denique ſi abſolutio non eſſet actus judicialis, ſed ſimplex adnunciatio divinae promiſſionis, non minus abſolvere poſſet laicus ac fœmina. Hæc Bellarminus. Reſp. 1.) Libenter concedimus, abſolutionem non eſſe tantum declarationem ejus, quod jam ante intus in pœnitente factum eſt, ſed etiam efficax medium, per quod Chriſtus vere pœnitentibus confert, quod promiſit. Nequaquam igitur dicimus, poteſtatem clavium tantum in ſignificando conſiſtere, quod pœnitentibus cœlum apertum ſit; ſed abſolutionem dicimus eſſe talem adnunciationem remiſſionis peccatorum, quæ efficax ſit virtute Spiritus ſancti, qui per illam offert, adplicat & obſignat remiſſionem peccatorum agentibus pœnitentiam & credentibus, eandemque in cœlis ratam eſſe. Tam vere miniſterio apoſtolorum & aliorum eccleſiæ miniſtrorum peccata pœnitentibus dimittuntur, quam vere auditores ſuos ſalvare dicuntur. 1 Tim. IV. 16. 2.) Interim tamen immotum manet diſcrimen inter poteſtatem *ἀντεξούσιον* & *miniſterialem.* Solus Deus remittit peccata *principaliter* & *ἀντεξουσίως*, utens ſacerdote tanquam præcone & miniſtro remiſſionem hominibus adnunciante; Chriſtus igitur proprie eſt judex, paſtores ſunt miniſtri. Chriſtus aperit ut cauſa principalis, ac *Dominus domus*; Hebr. III. 6. miniſter aperit ut cauſa *inſtrumentalis* ac diſpenſator myſteriorum in illa domo conſtitutus; 1 Cor. IV. 1. Agit igitur non propria poteſtate vel auctoritate, ſed duntaxat ratione miniſterii, proinde quemadmodum propheta Nathan ad Davidem nequaquam dicebat: ego transtuli peccatum tuum, ſed *Dominus tranſtulit:* ita miniſtri eccleſiæ non dicunt: ego ex auctoritate & poteſtate propria, ſed ego miniſter Chriſti & eccleſiæ in Chriſti nomine peccatorum remiſſionem tibi adnuncio (*). 3.) Si a voce ſacerdotis abſolventis abſolute penderet remiſſio peccatorum, conſequens foret, miniſtrum non amplius *hypothetice* ſub conditione fidei, ſed *categorice* ex plena poteſtate pronunciare debere abſolutionis formam; inde iterum conſequeretur, hypocritis, qui pœnitentiam & fidem ſimulant, vere obtingere peccatorum remiſſionem, quia vocem ſacerdotis abſolventis audiunt; viciſſim illis, quibus per injuriam vel incuriam ligata ſunt peccata, vere ligata eſſe. Si enim abſolutio eſt realis peccatorum ablatio in impœnitentibus, etiam ligatio erit realis poſitio in pœnitentibus. 4.) Si miniſtri ex auctoritate judiciali peccata remitterent, ſequeretur, objectum miniſterii eſſe peccatorum quantitatem ac qualitatem; ſed ſcriptura hoc nuſpiam adſerit, quin potius uſum miniſterialis illius poteſtatis ad ſeriam contritionem & fidem in Chriſtum reſtringit. Quicunque teſtantur, ſe ex animo propter peccata dolere, in Chriſtum credere, & emendationem vitæ ſerio amplecti, illis peccata Deus remit-

(*) Gregorius hom. XXVI. in evang. *Tunc vera eſt abſolutio præſidentis, cum æterni arbitrium ſequitur judicis, quod bene quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat, quam videlicet demonſtrat, quia prius mortuum Dominus vocavit & vivificavit dicens:* Lazare veni foras; *poſtmodum is, qui vivens egreſſus fuerat, a diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt. Cumque egreſſus eſſet, qui fuerat ligatus inſtitis, tunc dixit diſcipulis:* Solvite eum & ſinite abire. *Ecce illum diſcipuli jam viventem ſolvunt, quem magiſter reſuſcitaverat mortuum. Si enim diſcipuli Lazarum mortuum ſolverent, fœtorem magis oſtenderent, quam virtutem. Ex qua conſideratione intuendum eſt, quod illos debemus per auctoritatem paſtoralem ſolvere, quos auctorem noſtrum cognoſcimus per ſuſcitantem gratiam vivificare &c.* GERHARDUS.

remitti juſſit; qui vero peccata nondum agnoſcunt, nec de illis ſerio dolent, nec in Chriſtum credunt, ſed ſecure pergunt, illis peccata retineri idem juſſit. 5.) Proinde ad uſum poteſtatis miniſterio eccleſiaſtico conceſſæ nequaquam requiritur ſpecialis & articulata peccatorum enumeratio; miniſtri eccleſiæ juſſi ſunt, gratuitam peccatorum remiſſionem per & propter Chriſtum vere pœnitentibus adnunciare, nuſpiam vero acceperunt mandatum, certam ac definitam ſingulorum peccatorum perſolutionem vel pecunia vel ſatisfactionis operibus redimendam a pœnitentibus exigere, atque eo fine ſpecialem peccatorum enumerationem requirere. 6.) Non eſt quod obvertatur, miniſtrum falli poſſe, niſi in ſpecie omnia enumerentur peccata; etenim an non idem in confeſſione peccatorum baptiſmo præmiſſa fieri poteſt, & factum eſt Act. VIII. 13.? Adde, quod in ſpeciali illa confeſſione itidem hoc accidere poſſit; unde enim Romanenſis ſacerdos exacte novit, confitentem nihil reticuiſſe, atque in circumſtantiis nihil omiſiſſe? monendi igitur ſunt homines, ac ſerio quidem monendi, in abſolutione non cum hominibus, ſed cum Deo cardiognoſta, qui non irridetur, Act. I. 24. Gal. VI. 7. ſibi negotium eſſe. Miniſtris hoc dominium in conſcientias & cordium alienorum ſcrutinium non eſt mandatum; ſi qui vero fideli paſtoris commonitione poſthabita pœnitentiam tantum ſimulant, & ex hypocriſi abſolutionem petunt, Deum graviter offendunt, nec ullum ex abſolutione ſortiuntur fructum, ſed gravius potius judicium accerſunt. 7.) Nec eſt, quod quis obvertat, hac ratione omnem abſolutionis certitudinem tolli, ſi ex conditione pœnitentiæ & fidei dependere dicatur, neque enim ex quantitate contritionis vel fidei de abſolutione judicandum eſſe dicimus, ſed ſeriam contritionem, ac veram, non hypocriticam fidem, neceſſariam eſſe ducimus; jam vero quilibet ſe ipſum probare poteſt, an vere agnoſcat ac deteſtetur peccata, an vere in Chriſtum credat? 2 Cor. XIII. 5. *Vos ipſos tentate, an ſitis in fide.* 8.) Quod Bellarminus dicit, *multos perire ex eo ſolum, quod ſacerdotem reconciliantem habere non poſſint*, in eo & ſibi ipſi & veritati contradicit. Si enim contritio ſeria in caſu neceſſitatis ſufficit, ut ipſemet adſerit libr. II. de pœnit. cap. 13. utique ſacerdotis abſolutio non erit abſolute neceſſaria. Si in caſu neceſſitatis catechumeni abſque baptiſmo decedentes per fidem ſalutis fiunt participes, conſequens eſt, eodem modo abſque ſacerdotis abſolventis voce veram pœnitentiam agentes ſalutis participes fieri. Reconciliatio cum Deo haudquaquam ex voce ſacerdotis abſolventis abſoluta quadam neceſſitate dependet, ſed ex vera ad Deum converſione, ac vice verſa damnatio non ex carentia ſacerdotis, imo ne quidem ex ligatione, ſed ex impœnitentia & incredulitate dependet. 9.) Breviter, miniſtri eccleſiæ ſunt legati Dei, illis igitur remittant peccata, quibus Deus ea remitti vult; illis retineant, quibus Deus ea vult retenta (*). Efficax omnino eſt reconciliatio ſubditorum cum rege per legatum facta, interim non eſt *authentica*, ſed *miniſterialis*, non abſolutæ neceſſitatis, ſed liberæ diſpoſitionis; non judiciaria, ſed legataria: ex quibus de reliquis, utpote de abſolutione facta ſurdis & phreneticis: de abſolutione per laicum in caſu neceſſitatis facta, judicium fieri poteſt; illam improbamus, hanc acceptamus.

§. CXIII. *Altera* claſſis dictorum ſcripturæ a Bellarmino adducta 2.) *Ex typis*

(*) Bellarminus ſic argutatur: *Etiamſi privati lites, quas inter ſe habent, ſine publicorum judicum ſententia componere poſſunt, tamen eas lites componere non poſſunt, quas cum rege ipſo habent, niſi illum adeant, quem loco ſuo rex judicem eſſe voluit. Sic peccata omnia cauſæ ſunt, quas cum Deo habemus, & ideo, cum Deus judicium de peccatis ſacerdotibus permiſerit in eccleſia ſua, non poſſunt, qui in eccleſia ſunt, ſi ejuſmodi cauſas habeant, ſine ſacerdotum judicio cum Deo reconciliari.* Reſp. Deus non eſt deterioris conditionis, quam ſunt principes iſti inter homines. Cum ergo principes multas cauſas ipſimet cognoſcant decidantque, & ſuos hoſtes abſolvant ſæpenumero inſciis & invitis conſiliariis ac judicibus inferioribus, cur ergo Deo hoc non ſit licitum? GERHARDUS.

riis teſt.

ꝺta continet *varios confeſſionis typos & allegorias ex vet. teſt. adductas.* Reſp. oſtendimus ſuo ex typis & allegoriis non poſſe firma & tica argumenta deduci, niſi ipſa ſcriptura tionem oſtendat. Articuli fidei ex pro- perſpicuis ſcripturæ dictis probandi ſunt, demum adhiberi poſſunt allegoriæ, ex *ſu literali ducuntur firma argumenta*, ipſe Bellarminus libr. III. de verb. Dei

Videamus tamen, quas allegorias texat. *us exigit peccati confeſſionem ab Adamo a, item a Caino, Gen. III. & IV. ubi r confeſſio non ſolum cordis, ſed etiam ec ſolum in genere, ſed etiam in ſpeciali, tum coram Deo, ſed etiam coram ejus o, nam interrogatio illa facta eſt per m in forma humana adparentem, ut pa- o, quod ambulabat in paradiſo ad au- ſt meridiem.* Reſp. hæc exempla ſunt a ne aliena, quia primorum parentum & confeſſio non homini, ſed ſoli Deo facta igmentum eſt a textu alienum, quod ſio illa facta ſit angelo in forma humana nti. Gen. III. 8. *Audierunt vocem Ieho- ei deambulantis in horto.* Chaldæus ha- cabulum *meimrah*, Filium Dei denotans. *Nonne dixi tibi, de arbore illa non co- &c?* vides illum loqui, qui præceptum dederat, hoc eſt, Deum ipſum, v. 12. ulierem Adæ adduxerat, v. 15. *qui itias ponit inter ſemen mulieris ac ſerpen-* quæ omnia non niſi uni Deo competunt. confeſſio conjuncta fuit cum deſperatione, agis adhuc aliena eſt a quæſtione. Ne- s improbamus graviora delicta curatori-bus animarum aperiri, ut conſcientia firmiori conſolatione erigi poſſit, ſed omnium omnino peccatorum enumerationem jure divino neceſſariam eſſe negamus. II.) *Judicium de lepra commiſſum fuit ſacerdotibus,* Lev. XIII. 15. *quod Chriſtus adprobat* Matth. VIII. *Reſp.* epiſtola ad Hebræos levitici ſacerdotii typum diligenter exponit, nuſpiam autem ex eo miniſtris nov. teſt. talem judiciariam poteſtatem adſignat. Concedimus miniſtris eccleſiæ judicium de ſpirituali lepra, ut peccata manifeſta arguant, & contumaces tranſgreſſores excludant; ſed ex eo nondum evincitur, omnia etiam occultiſsima delicta in confeſsione enumeranda eſſe. Adde, quod ſacerdotes leproſos nec mundos vel immundos fecerunt, ſed tantum ſignificarunt, quod Bellarmini ſententiæ adverſatur (*). Totum leviticum ſacerdotium fuit typus Chriſti, qui in ara crucis pro ſpirituali lepra, id eſt, pro peccatis totius generis humani perfectiſsimum obtulit ſacrificium per ſanguinis effuſionem, ejus adſperſio fit per verbum evangelii a miniſtris eccleſiæ prædicatum. Leproſus a Chriſto ad ſacerdotem ablegatur, non ut per eum mundaretur, ſed ut, agnita & probata ipſius munditie, juxta præſcriptum legis pro eo offerretur, atque ut miraculo hoc ſacerdotum obſtinatio convinceretur. III.) *Num. V. Lev. V. divinitus mandatur peccatorum confeſſio, cui adjungitur loco cujuſdam ſatisfactionis oblatio ſacrificii.* Reſp. Hæc confeſſio nequaquam eo fine requiſita fuit, ut præfiguraret ſpecialem omnium peccatorum enumerationem in nov. teſt. inſtituendam, ſed ut eſſet indicium veræ pœnitentiæ, atque ut pro ratione delicti ſacrificia offerrentur, non quidem in ſatisfactionem quandam, (quæ ſenten-

Pp 2 tia

1.) Sicut ſacerdotibus licuit de ſola lepra & non de aliis morbis cognoſcere: ita miniſtris in nov. teſt. licebit de ſolis peccatis diſpicere & videre, quomodo illa curentur, ſeque rebus politicis non immiſcere. 2.) Sicut ſacerdotes nullum dicebant eſſe leproſum, niſi qui vere lepra erat infectus, nec mundum, in quo veſtigia & reliquiæ quædam hærebant: ita decebat pontificios peccata non fingere vel excogitare in iis, qui nulla habent, vel quæ peccati nomen non merentur, neque puros & ſanctos proclamare, qui ulceribus & ſceleribus ſcatent. 3.) Quemadmodum omnibus ſacerdotibus licebat de lepra cognoſcere ac judicare vel de immunditie vel ſanatione; ſic cuilibet pio in nov. teſt. conceſſum erit, proximum peccatis territum verbo evangelii ſolari, & remiſſionem peccatorum ei adnunciare, quia omnes ſunt ſpirituales *ſacerdotes* Apoc. I. 6. 1 Pet. II. 5. GERHARDUS.

tia plane Judaica eſt) ſed in typum unici ſacrificii propitiatorii in ara crucis a Chriſto offerendi, quod pii Iſraëlitæ fide intuebantur, & peccatorum remiſſionem hoc modo conſequebantur. Hodie in nov. teſt. poſtquam Filius Dei *una oblatione conſummavit omnes, qui ſanctificantur*, Heb. X. 14. non amplius requiruntur diſtinctæ hoſtiæ vel diverſæ ſignificationes pro diverſis peccatis, ſed unius ſacrificii fructus per verbum evangelii credentibus confertur. Lyranus in cap. XVI. Lev. *Sacerdos, poſita utraque manu ſuper caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael & univerſa delicta atque peccata eorum, non explicando* (inquit) *omnia in particulari, quia impoſſibile erat, tum propter brevitatem temporis, tum quia ſacerdos non omnia peccata populi ſciebat, ſed in generali.* (*). IV.) *Matth. III. & Marc. I. multi adcurrunt ad baptiſmum Iohannis confitentes peccata ſua*, quod *in ſpecie* factum fuiſſe Bellarminus ſtatuit. *Reſp.* evangeliſtæ diſerte dicunt, quod exiverit ad Johannem *Hieroſolyma & omnis Iudaea & omnis regio circa Iordanem*; ſi omnes ad baptiſmum Johannis accedentes omnia & ſingula peccata confeſſi fuiſſent, Johannes in toto miniſterii tempore nihil aliud egiſſet, quam quod ſecus arbuſtum deſidens confeſſiones ſingulorum audiviſſet. Adde, quod de confeſſione ante baptiſmum textus agit, in qua ſingulorum peccatorum enumerationem neceſſariam eſſe negant. Frivolum eſt, quod Bellarminus obvertit, *Chriſti baptiſmum eſſe a Iohannis baptiſmo diverſum, cum ille ex opere operato peccata omnia quoad culpam & quoad pœnam remittat, hic vero minime*, qua de re ſuo loco (**). V.) *Ioh. XI. apoſtoli jubentur Lazarum a vinculis funeralibus ſolvere.* Reſp. textus diſerte non exprimit, num apoſtolis, an Judæis adſtantibus Lazari amicis dictum ſit: *ſolvite eum.* Si præter apoſtolos alii etiam ſolverunt Lazari vincula, ſequetur, etiam laicos abſolvere poſſe; quod Bellarminus negat. Maldonatus in comment. hujus loci p. 914. *Non explicat evangeliſta, quibus hoc Chriſtus mandaverit, ſed dubium non eſt mandaſſe Iudaeis, qui aderant, ut ſuis ipſi manibus factum quodammodo miraculum tangerent, eamque omnium bonorum auctorum eſſe ſententiam paulo ante docuimus, Auguſtinum, Gregorium & Bedam excipio. Mandaſſe Iudaeis, ut dum ipſi manibus ſuis vincula ſolverent, cognoſcerent, verum eſſe Lazarum, qui jam mortuus fuit, adſerunt Chryſoſtomus, Ambroſius, Theophylactus, Rupertus, Euthymius, Leontius, Theodoretus, Cyrillus &c.*

3.) Ex dictis nov. teſt. Act. XIX. confitebantur actus ſuos.

§. CXIV. *Tertia* claſſis dictorum ſcripturæ alia quatuor teſtimonia continet. I.) Act. XIX. *Multi credentium veniebant confitentes & adnunciantes actus ſuos*, ubi per actus intelliguntur peccata, per τὸ ἀναγγέλλειν ſpecialis eorum enumeratio. *Reſp.* Chryſoſtomus hom. XLI. in acta locum de miraculis accipit, quem ſequitur Lutherus. Credentes veniebant confitentes & adnunciantes acta ſua, hoc eſt, publice cum gal-

(*) Lutherus tom. I. Jen. germ. in libro: *An pontifex poſſit præcipere confeſſionem*, memorat, in papatu pro ſtabilienda confeſſione privata etiam adductum fuiſſe locum Prov. XXVII. 23. *Agnoſce vultum pecoris tui, tuosque greges conſidera.* Atqui 1.) in vet. teſt. nondum fuit inſtituta auricularis confeſſio. 2.) Salomon ibi loquitur de cura rei œconomicæ. 3.) Si vel maxime ad eccleſiaſticos paſtores hunc locum referre velimus, nondum tamen auricularis confeſſio ex eo elici poſſet, cum alia ratione oves ſuas poſſint noſcere, quam per auricularem confeſſionem. GERHARDUS.

(**) Catharinus objicit Cajetano inter 200. illos errores etiam hunc, quod ſtatuat, *venientes ad baptiſmum Iohannis peccata ſua confeſſos fuiſſe non auriculari confeſſione, ſed in genere, id eſt, non peccata ipſa, ſed ſe peccatores eſſe.* Item, quod legitur Act. XIX. *Confitebantur actus ſuos, non pertinere ad ſacramentalem confeſſionem.* Chronologi colligunt, illo ipſo tempore, quod in vet. teſt. confeſſioni & adflictioni addictum fuit, Johannem baptiſtam prædicaſſe in deſerto baptiſmum pœnitentiæ: utique ergo non aliter coram Johanne confeſſi fuerunt innumeri homines, quam alias confiteri ſolebant eodem tempore in ſolenni, generali & publica confeſſione, nimirum generaliter. GERHARDUS.

gaudio prædicabant, quid Deus per eos feciſſet, ſicut *ſeptuaginta diſcipuli cum gaudio reverſi miracula Dei celebrant*, Luc. X. 17. Sed demus, de confeſſione peccatorum agi, nondum tamen evictum, de ſpeciali peccatorum confeſſione agi; demus etiam, de ſpeciali quorundam peccatorum confeſſione textum loqui, nondum tamen ſequitur, omnium omnino peccatorum enumerationem neceſſariam eſſe, & quidem jure divino. Exemplum proponitur, quod imitari in pari caſu poſſumus, non autem lex præſcribitur abſolute omnes obligans. Nec evinci poteſt, confeſſionem illam ſacerdotibus factam, ſed circumſtantiæ textus docent, publicam hanc fuiſſe adnunciationem & confeſſionem in toto chriſtianorum cœtu factam, ut Eraſmus in adnotationibus ex verbo ἀναγγέλλειν oſtendit. Denique an credentes illi jamdum baptizati fuerint, nec ne, itidem ex textu colligi nequit, in quo non parum momenti, quod ad hanc quæſtionem attinet, ſitum eſt. Lorinus Jeſuita in hunc loc. *Ex hoc loco Caniſius, Gregorius de Valentia, Lindanus, Alphonſus de Caſtro, Hoſius, Tapperus, Eccius, Petrus a Soto Baronius, Salmeronius & plures alii pro privata & ſacramentali confeſſione concludunt. Equidem terreor tam multorum judicio, ne definite aliquid judicem. Non auſim tamen illud Baronii, certum eſt, uſurpare. Nam excipere quisquam poſſet, ſermonem non eſſe de jam baptizatis, ſed de catechumenis jam animo ac voluntate propenſis ad religionem chriſtianam, ut non raro in hiſtoria hac ſuperiore tota, in qua ante baptiſmum quidem credidiſſe dicuntur, credentes converſi ad Dominum, quanquam non ignorem, abſolutum nomen credentium, ſicut & fidelium, de conſummate chriſtianis, hoc eſt, baptizatis intelligi. Adhaec Lucas videtur de illis loqui, quos ante nominaverat gentiles & Judaeos, qui nimirum timore correpti propter Epheſos exorciſtas a daemonibus ad apoſtolum confugiunt. Poſtremo Baſilius, cujus me penitus auctoritas opprimeret, fallor, niſi contrarium indicat: ait enim in act. apoſt. eos apoſtolis peccata confeſſos, a quibus & baptizabantur. Idem docet Athanaſius. Accedat, quod nullus ex antiquioribus theologis probat hoc ex loco confeſſionem ſacramentalem, neque vel catechiſmus concilii Tridentini, neque ex recentioribus aliqui, qui hoc tamen argumentum adcurate ſunt perſecuti, imo aliqui negant hic agi de illa, aut ex illo Baſilii teſtimonio probari. Andreae Vegae verba* (inquit) *ex actibus referri poſſunt ad confeſſionem quandam in genere, quae tempore apoſtolorum a ſuſcipientibus Chriſti fidem fiebat, antequam daretur iis baptiſmus Chriſti. Euſebius* (libr. III. de demonſtr. evang. cap. 8.) *plane exponit, eos immediate prius fuiſſe gentiles & non chriſtianos. Auguſtinus idem ſignificat. Arator item diſerte ita ſentit, ideo confeſſos & libros ſuos combuſſiſſe, ut impetrarent baptiſmum. Porro, quod alii ex verbis graecis argumentantur, illorum notio non magis concludit ſacramentalem confeſſionem ex voce ἐξομολόγησις hoc loco, quam apud baptiſtam*, Marc. I. 5. *ubi eadem vox habetur.* Hactenus Lorinus.

II.) 2 Cor. V. *Dedit nobis Deus miniſterium reconciliationis, pro Chriſto ergo legatione fungimur.* *2 Cor. V. Dedit nobis miniſterium reconciliationis.* *Qui mittuntur legati cum poteſtate reconciliandi inimicos regis cum ipſo rege, non poſſunt recte munere ſuo defungi, niſi cognoſcant ex ipſis reis, quid egerint, quam graviter regiam majeſtatem laeſerint, quam ſatisfactionem perſolvere ſint parati &c. Ergo poteſtas reconciliandi neceſſario fert ſecum poteſtatem cognoſcendi cauſas reorum.* Reſp. etiam in vet. teſt. miniſterium illud reconciliationis vigebat, & tamen in vet. teſt. ſpecialem peccatorum enumerationem neceſſariam fuiſſe, ipſe Bellarminus negat. In baptiſmo reconciliamur Deo, eſt enim baptiſmus ἐπερώτημα τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως, 1 Pet. III. 21. atqui in confeſſione ante baptiſmum ſpecialem peccatorum confeſſionem requiri, itidem Bellarminus negat; falſa igitur eſt argumenti hypotheſis, quod legati non poſſint reconciliare ſubditos regi, niſi de omnibus ipſorum offenſis prius conſtet. Ac ſi vel maxime evinceretur, in reconciliationibus inter homines hoc requiri, nondum tamen ſequeretur, in reconciliatione hominum cum Deo idem neceſſarium eſſe. Miniſtri

niſtri reconciliant homines Deo per prædicationem verbi, ſicut eodem in loco apoſtolus teſtatur. Chriſtus nuſpiam juſſit, a vere pœnitentibus omnium peccatorum enumerationem exigere, ac certas pœnas ipſis injungere; ſed eos a peccatis abſolvere, pœnitentiam ac remiſſionem peccatorum inter homines prædicare juſſit; nuſpiam etiam vel Chriſtus vel apoſtoli exemplo ſuo ſpecialem peccatorum enumerationem a reconciliandis exigendam eſſe docuerunt. Sufficit indicia veræ pœnitentiæ in lapſis videre, ſive in genere, ſive in ſpecie peccata ſua confiteantur. Publicanus in genere profitetur ſe miſerum peccatorem, Luc. XVIII. 13. idem tamen Deo reconciliatur. III.) Jac. V. *Confitemini invicem peccata veſtra, id eſt, confitemini homines hominibus, qui abſolutione indigetis illis, qui poteſtatem habent abſolvendi.* Reſp. loquitur apoſtolus de privata offenſarum deprecatione; quæ eſt veræ caritatis τεκμήριον, principium igitur petitur, & a verbis textus diſceditur, quando hoc dictum ad ſpecialem peccatorum enumerationem ſacerdoti faciendam adplicatur. Quid enim num confiteri eſt enumerare ſingula peccata? num ἀλλήλοις ſive invicem confiteri, eſt ſacerdoti confiteri? in eodem verſiculo ſequitur, *Orate pro vobis invicem*, num pro ſolis ſacerdotibus orandum? Eraſmus in adnotat. hujus loci p 523. *Sentit Iacobus de quotidianis offenſis chriſtianorum inter ſeſe, quos continuo vult reconciliari, παραπτώματα magis ſignificant errata & lapſus, quam peccata. Si de confeſſione ſenſiſſet, quam dicimus partem ſacramenti pœnitentiae, non adjeciſſet ἀλλήλοις vobis invicem, ſed ſacerdotibus.* Gloſſa interlin. *Confitemini alterutrum, id eſt, coaequalibus, peccata, id eſt leviora delicta, ſed gravioris leprae culpam ſacerdoti pandere debemus.* IV.) 1 Joh. I. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra: haec intelligenda ſunt de confeſſione ſingulorum peccatorum coram hominibus, cum non exſtet promiſſio de remittendis peccatis illis, qui Deo confitentur, cumque ſacerdos fruſtra quibuſdam peccata retineret, ſi per confeſſionem Deo factam invito ſacerdote abſolverentur.* Reſp. locus agit de confeſſione peccati coram Deo, cui ſoli peccamus, qui ſolis peccata nobis remittit. Opponit apoſtolus hæc duo, dicere, quod non habeamus peccata, & confiteri peccata, prius generatim accipiendum eſt, utique ergo & poſterius. Unde Auguſtinus locum illum ſic exponit: *Si non dixeris Deo, quod es, damnat Deus, quod in te inveniet. Non vis ut ille damnet? tu damna. Vis ut ille ignoſcat? tu agnoſce, ut poſſis Deo dicere, averte faciem tuam a peccatis meis.* Qua vero ſpecie negari poteſt, non exſtare promiſſiones de remittendis peccatis illis, qui Deo confitentur? an non diſerte propheta regius contrarium teſtatur? Pſalm XXXII. 5. *Peccatum meum notum feci tibi, & iniquitatem meam non operui, dixi: confitebor adverſum me praevaricationes meas Iehovae, & tu dimiſiſti iniquitatem peccati mei.* v. 6. *Pro hoc orabit ad te omnis ſanctus tempore opportuno.* Quo fine David aliive ſancti in precibus confitentur Domino peccata ſua? nonne ut remiſſionem eorum gratuitam impetrent? quando juxta Chriſti inſtitutionem oramus peccata noſtra confitentes: *Dimitte nobis debita noſtra,* an non remiſſionem peccatorum conſequimur? an de exauditione harum precum dubitandum? Quod additur, invito ſacerdote neminem, quantumvis vere pœnitentem, per confeſſionem coram Deo peccatorum remiſſionem conſequi poſſe, id & veritati & quibuſdam canonibus contradicit, vide c. Convertimini diſt. I. de pœnit. Lombardum IV. ſent. diſt. 17. Papam non papam Oſiandri pag. 59. &c. ergone ſi ex odio vel invidia ſacerdos ſolvendum liget, judicio ſacerdotis remiſſio divina alligata erit? num temeritas illa Deo probatur? num fides pœnitentis carebit ſuo fructu? abſit!

Iac. V. Confitemini peccata veſtra.

1 Ioh. I. Si confiteamur peccata noſtra &c.

§. CXV. *Altera* claſſis argumentorum pro ſtabilienda ſpeciali peccatorum enumeratione petitur ex *teſtimoniis conciliorum & patrum.* Reſp. 1.) Hoc probationis

Teſtimonia patrum & conciliorum.

tionis genus eſt ſecundarium, nec juris divini neceſſitatem, ſed eccleſiæ ordinationem & conſuetudinem probat. De conciliis illis Bellarminus ipſe ſcribit c. 5. *Teſtimonia conciliorum, quae adferemus, etſi non aperte contineant, confeſſionem eſſe juris divini, continent tamen antiquam conſuetudinem.* 2.) Diſtinguendum inter ſcriptores *veteres* ac *recentiores*. Priores loquuntur de exomologeſi publica, quæ longo tempore in eccleſia priſca uſitata fuit, ut teſtantur auctores ſuperius adducti. 3.) Exomologeſi publicorum delictorum publicæ ſucceſſit ea, de qua hiſt. tripartita libr. IX. c. 35. ſic ſcribitur: *Quoniam omnino non peccare divinum & ultra humanam naturam eſſe cognoſcitur, peccantibus autem & pœnitentiam agentibus veniam Deus dari praecepit, qui vero confiteri refugiunt, majus peccatorum onus adquirunt; propterea viſum eſt antiquis pontificibus, ut velut in theatro ſub teſtimonio eccleſiaſtici populi delicta pandantur, & ad hanc rem presbyterum bonae converſationis, ſervantemque ſecretum ac ſapientem virum ſtatuerunt, ad quem accedentes ii, qui deliquerant, delicta propria fatebantur.* Nicephorus libr. XII. hiſt. c. 28. ex Sozomeno: *Quandoquidem nihil peccati admittere non humanae, ſed divinae & immortalis naturae proprium eſt, nos autem per tranſgreſſionem ſemel peccandi haereditatem adivimus; delictorum eis veniam Deus concedere juſſit, qui legitima & convenienti pœnitentia uſi deinceps ſimul peccatum & averſantur & confitentur. Grave autem epiſcopis, qui proxime poſt Chriſtum fuere, viſum eſt, in media plebe vel in theatro noxam confiteri, quapropter ex presbyteris unum delegere, qui probatae vita eſſet & ſimul taciturnus & prudens, apud quem per pœnitentiam reſipiſcentes commiſſa ſua proferrent &c.* Leo Papa, ut habetur in decret. de pœnit. diſt. I. cap. Quamvis. *Multa ſunt, quae non expedit ſic publice dici, nec homines facile dicunt propter inimicos, ne exprobrent, & ne ad tribunalia rapiantur.* Ideo iſtum improbabilem morem removet ac ſubjicit: *ſatis ſit, ut accedant ſacerdotem, qui oret pro illis, & clam dicat.* 4.) Sic ergo ex publica exomologeſi orta eſt privata, nondum tamen legibus adſtricta ad omnium peccatorum enumerationem, vel ad certas temporum vices: nondum etiam acceſſerat opinio meriti, ſed eo fine delictorum confeſſio fiebat, ut pœnitens conſcientiæ informationem & conſolationem in certis caſibus acciperet. 5.) Ex quo intelligi poteſt, quando Irenæus occultorum delictorum confeſſionem factam eſſe innuere videtur libr. I. c. 9. & libr. III. c. 4. illud nondum evincere, quod auricularis confeſſio legibus neceſſitatis ad omnium peccatorum enumerationem adſtricta in uſu fuerit, occaſione enim exomologeſeos publicæ ad confeſſionem etiam ſecretorum peccatorum ſunt progreſſi, ſicut Bellarminus de muliere in hiſtoria Nectarii ſcribit libr. III. de pœnit. c. 14. *Tametſi peccatum occultum eſſet, neque presbyter ei mandaſſet, ut illud populo patefaceret, ipſa tamen cum alia peccata, quae publica erant, publice confiteretur, longius progreſſa, quam par erat, etiam hoc peccatum confeſſa eſt.* Idem de mulierculis illis a Marco hæretico ſeductis dicimus, quod in publica exomologeſi ad quorundam etiam ſecretorum confeſſionem libere ſint progreſſæ. Irenæus diſerte dicit, quod mulier quædam diaconi uxor a Marco corrupta, poſtea vero magno labore converſa *ἅπαντα χρόνον ἐξομολογυμένη διετέλεσε πενθῦσα κ̀ θρηνῦσα*, at num judicabimus, eam perpetuo ad ſacerdotis pedes proſtratam delictum ſuum confeſſam fuiſſe? & ſi magno labore ea converſa fuit, quomodo delictum ejus occultum eſſe potuit! De Tertulliano, Cypriano, Origene & reliquis videantur Rhenanus in præfat. & ſcholiis in librum Tertull. de pœn. uti & Chemnitius in exam. concil. Trid. cap. de conf. (*).

§. CXVI.

(*) Plures auctores, qui hocce argumentum pertractarunt, ſupra in nota ad §. *CX. p.* 293. adlegavimus. Iungi iis merentur IO. MICHAEL HEINECCIUS in *der Abbildung der alten und neuen grieſchiſchen Kirche, part. II. cap. VII. §. X. ſeqq. p. 318. ſeqq.* atque SMALDRIDGIUS, epiſcopus quondam Briſtolenſis, in libro anglico ſermone conſcripto, cui titulus: *a di-*

Rationes. §. CXVI. *Tertia* claſſis rationes continet. *Confeſſio 1) eſt antiqua, 2.) difficilis, 3.) utilis, 4.) miraculis confirmata.* Reſp. hæc omnia nondum evincunt, juris divini ſanctione ſpecialem omnium peccatorum enumerationem eſſe neceſſariam. *Antiquitas* nobis Chriſtus eſt, & ſemper ad archiva propheticorum & apoſtolicorum ſcriptorum recurrendum. Confesſio generalis & in ſpecie quorundam peccatorum, quæ conſcientiam angunt, *utilis* eſt; ſed omnium peccatorum ſpecialis & diſtincta enumeratio cum omnibus circumſtantiis non ſolum *difficilis*, ſed etiam *impoſſibilis*. Non eſt probandum, ſi magis nos pudeat coram ſacrifico, quam coram Deo; ſummus pudor, ſi in nobis ſit mica fidei, oritur ex cogitatione præſentiæ Dei. Neque omne, quod difficile & conſcientiis oneroſum, a Dei inſtitutione originem duxiſſe exiſtimandum. Imperatorum colla a pontificibus Romanis conculcari, durum ac difficile cœptu fuit, num juri divino id congruum eſſe dicemus? Scribæ & phariſæi onera gravia & δυσβάςακτα adligabant, eademque humeris hominum imponebant; Matth. XXIII. 4. num ex præſcripto juris divini ea deſcendiſſe judicabimus? Auguſtinus libr. XIV. de civ. Dei, c. 9. *Non quia durum aliquid, ideo rectum.* Nec *miracula* articulum fidei conſtituunt, niſi expreſſis ſcripturæ teſtimoniis fuerit confirmatus.

Abſolutio. §. CXVII. Confeſſioni reſpondet correlate *abſolutio*, cujus doctrinam & praxin itidem non pure ac ſincere tractant Romanenſes. 1.) Dum poteſtatem clavium in αὐτεξουσίαν quandam judiciariam convertunt. 2.) Dum abſolutionis efficaciam ad quantitatem contritionis, qualitatem confeſſionis & opera ſatisfactionis adſtringunt, atque hac ratione certitudinem fidei, quæ primarius abſolutionis finis eſt, tollunt, (*). 3.) Dum quorundam lapſuum remisſionem ſoli pontifici Romano, Petri ſucceſſori, reſervant, quia etiam pronunciant, *nullius momenti abſolutionem eam eſſe, quam ſacerdos in eum profert, in quem neque ordinariam neque ſubdelegatam jurisdictionem habet:* concilium Trid. ſeſſ. XIV. can. 7. cum tamen omnibus apoſtolis æqualiter dictum ſit: *Quorumcunque remiſeritis peccata, & quicquid ſolveritis &c.* Ambroſius l. de pœn. c. 2. *Deus diſtinctionem non facit, qui miſericordiam ſuam promiſit omnibus, & relaxandi licentiam ſacerdotibus ſuis ſine ulla exceptione conceſſit.* 4.) Dum lingua latina populo ignota abſolutionem plerumque pronunciant. Inde Johannes Gaſtius in memorabilibus ſuis refert, quod ſacerdos quidam nobilem latinitatis ignarum, nec pœnitentem, nec in futurum a peccatis abſtinere volentem, ut aureum nummum ab ipſo adquireret, hac forma abſolverit: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſolvat, ſi vult, & dimittat tibi peccata tua, quod ego non credo, & perducat te ad vitam aeternam, quod eſt impoſſibile.* 5.) Dum in quibuſdam abſolutionum formulis merito Chriſti ſanctorum & propria opera addunt. Sane Bellarminus libr. I. de pœn. c. 4. vocat hoc impudens mendacium Heshuſii, mox tamen concedit, tales formulas poſt abſolutionem piæ cujuſdam precationis loco a nonnullis adhibitas eſſe. Exſtant autem diſtinctæ formulæ, utpote Antonii archiepiſcopi Florentini in libro de confeſſ. *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti & merita Mariae virginis & omnium ſanctorum & ſanctarum merita, & quidquid boni feceris, vel proponis facere, & mala, quae ſuſtinebis, ſint tibi, &c.* Bartholo-

a diſcourſe concerning auricular Confeſſion, as it is preſcribed and practiſed by the Church of Rome. London *MDCLXXXIV.* 4. Ut alios ſcriptores a FABRICIO in *bibliograph. antiquar. cap. XI. §. 27. p. m. 578.* recenſitos taceamus.

(*) Huc referendus eſt & Zwinglii error, quando libr. de vera & falſ. relig. *Audacia eſt*, ait, *eorum, qui perhibuerunt, clavibus hominem certum fieri, qui per fidem intus certus eſt. Fruſtra dices, liber es. Non enim tuo verbo ipſum magis potes certum reddere quam muſcam elephantum facere, cum dixeris, elephas es.* At hæc eſt præpoſtera oppoſitio fidei & abſolutionis, cum abſolutio ipſam fidem pœnitentis principaliter reſpiciat & confirmet. GERHARDUS.

tholomæi de Chaymis: *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnia bona, quae feciſti & facturus es, & adverſa, quae ſuſtinuiſti & ſuſtinebis; ſint tibi in pœnitentiam & remiſſionem peccatorum & in augmentum divinae gratiae.* Lutherus tom. IV. Jen. lat. fol. 51. in cap. II. Gal. recitat hanc formulam abſolutionis monaſticæ. *Parcat tibi Deus frater. Meritum paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti & b. Mariae ſemper virginis & omnium ſanctorum, meritum ordinis, gravamen religionis, humilitas confeſſionis, contritio cordis, bona opera, quae feciſti & facies, pro amore Domini noſtri Ieſu Chriſti cedant tibi in remiſſionem peccatorum tuorum, in augmentum meriti & gratiae & in praemium vitae aeternae.* Vide Urbanum Regium, qui notis eam illuſtravit, lib. cerem. pontif. fol. 231. b. *Precibus & meritis b. Mariae ſemper virginis, b. Michaelis archangeli, Iohannis baptiſtae, ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium ſanctorum miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris perducat vos ad vitam aeternam.* In hortulo animæ anno 1599. Dillingæ iterum edito, talis proponitur forma: *Precibus & meritis b. Mariae virginis & omnium ſanctorum perducat nos Dominus ad regna cœlorum.* Vide etiam benedictionale eccleſiæ & diœceſis Ratisbonenſis, editum Norimb. anno 1491. breviarium prædicatorum, excuſum Venetiis anno 1503. in quibus conſimiles abſolutionis formulæ exſtant.

SECTIO III.
DE SATISFACTIONE.

§. CXVIII. Atque hæc dicta ſint de confeſſione, reſtat excutienda tertia pœnitentiæ pars, videlicet *ſatisfactio*. Duplex autem eſt ſatisfactio pro peccatis, una coram *Deo*, altera coram *hominibus*; de utraque diſtincte agendum. Deus cum non ſolum miſericors, ſed etiam ſumme juſtus ſit, ideo ad impetrandam peccatorum remiſſionem coram Dei judicio omnino ſatisfactio quædam neceſſaria eſt, per quam juſtitiæ ipſius ſatisfiat. Hanc vero ſatisfactionem pro peccatis totius humani generis ſolus Chriſtus præſtitit, ut ſuo loco contra photinianos docebitur. Porro Chriſtus non tantum pro *originali*, ſed etiam pro *actualibus* peccatis hominum ſatisfecit, quod tamen quidam ex ſcholaſticis negant, ac nobis ipſis pro actualibus peccatis ſatisfaciendum eſſe ſtatuunt. Thomas opuſc. 58. de ſacramento altaris cap. 1. *Sicut corpus Domini in altari pro debito originali ſemel oblatum in cruce, ſic offertur jugiter pro noſtris quotidianis delictis.* Bonaventura III. ſent. diſt. 20. q. 3. *Homo poteſt ſatisfacere pro ſuo actuali peccato, ſed non pro originali. Nam pro peccato originali nemo potuit ſatisfacere, niſi Chriſtus Deus & homo. De actuali autem poteſt purus homo adjutus gratia ſatisfacere; ſed ſatisfactione ſemiplena, quae ſuppletionem & complementum recipit a paſſione Chriſti.* Gulielmus Altiſſiodorenſis in III. ſent. diſt. 12. *Si Abraham & alii antiqui patres ſtatim poſt mortem petiiſſent vitam aeternam, quam meruerant ex condigno, dictum illis fuiſſet: reddite, quae debetis, ſcilicet ſatisfactionem pro peccato originali, & quoniam nullus homo purus potuit ſatisfacere, ideo neceſſarius fuit adventus Chriſti.* Horum ſententiam amplectitur Ambroſius Catharinus, epiſcopus Compſanus, ſcribens, *paſſionem Chriſti pro originali peccato & actualibus baptiſmum antecedentibus ſatisfeciſſe, ſed in miſſa offerri Chriſtum pro peccatis baptiſmum & primam juſtificationem ſequentibus* (*). Huic adfine

Satisfactio.

An Chriſtus pro originali tantum peccato ſatisfecerit.

(*) Aug. confeſſio in art. de abuſu miſſæ: *Acceſſit opinio, quæ auxit miſſas privatas in infinitum, videlicet quod Chriſtus ſua paſſione ſatisfecerit pro peccato originis, & inſtituerit miſſam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis mortalibus & venialibus.* Bellarminus in judic. de libro concord.

adfine eſt, quod Andreas Vega libr. XIII. in concil. Trident. cap. 36. contendit, *ſatisfieri a nobis pro culpa*, & Ruartus Tapperus in explic. articuli VI. Lovanienſium diſputat, *poſſe hominem ſatisfacere Deo pro culpa & pœna aeterna per actus quosdam, qui ordine naturae ſequantur gratiae gratum facientis infuſionem, & praecedant peccatorum remiſſionem*, in quam ſententiam citat Thomam IV. ſent. diſt. 15. q. 1. art 2. quin eo progreditur, ut ſcribat tom. I. fol. 141. *Chriſti meritum non mereri nomen perfectae ſatisfactionis.*

Argumenta pro parte negante.

§. CXIX. Contra hos demonſtrandum eſt, non pro *originali* tantum, ſed etiam pro *actualibus* peccatis hominum a Chriſto ſatisfactum eſſe. I.) Scriptura ubique indefinite loquitur, quando de Chriſti ſatisfactione pro peccatis præſtita tractat, nuſpiam vero limitationem illam addit, quod pro ſolo originali peccato Chriſtus ſatisfecerit. Joh. I. 29. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* (Nominatur peccatum in ſingulari, ut univerſaliter intelligatur, omne quod peccati rationem habet, totam peccati molem & omnium vitiorum mundi colluviem in Chriſtum eſſe translatam & pro eo ſatisfactum) Eſa. LIII. 5. *Vulneratus eſt propter praevaricationes noſtras, attritus propter iniquitates noſtras.* 1 Pet. II. 24. *Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum &c.* Jam vero ipſe Bellarminus ſcribit libr. III. de pœnit. cap. 4. col. 1359. *Scriptura cum abſolute loquitur de peccatis, de omnibus peccatis intelligi ſolet & debet, & ſi liceret exponere de quibusdam, non de omnibus, abſurdiſſimae ſententiae in divinis literis invenirentur.* II.) Scriptura non ſolum indefinite, ſed etiam univerſaliter de ſatisfactione Chriſti loquitur. Eſa. LIII. 6. *Omnes nos velut oves erravimus, unusquisque ad viam ſuam declinavit, & Iehovah conjecit in eum iniquitates omnium noſtrum.* v. 12. *Peccata multorum tulit.* Tit. II. v. 14. *Chriſtus dedit ſemet ipſum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, ἀπὸ πάσης ἀνομίας.* 1 Joh. I. 7. *Sanguis Ieſu Chriſti Filii Dei emundat nos ab omni peccato ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας.* III.) Species actualium delictorum in quibuſdam ſcripturæ dictis diſerte exprimuntur. Eſa. LIII. 6. *unusquisque ad viam ſuam declinavit, & Iehovah conjecit in eum iniquitates omnium noſtrum.* (Ergo illæ iniquitates Chriſto impoſitæ, per quas homines declinant in viam ſuam.) Rom. III. 12. & ſeqq. actualia peccata longa ſerie enumerantur, poſtea ſubjicitur v. 24. nos ab illis *juſtificari gratis per redemtionem, quae eſt in Chriſto Ieſu.* 1 Cor. VI. 9. & 10. actualia delicta commemorantur, v. 11. ſubjungitur, quod fideles Corinthii ab illis *abſoluti ſint, ſanctificati & juſtificati per nomen Ieſu.* Hebr. IX. 14. *Sanguis Chriſti purgat conſcientiam ab operibus mortuis*, jam vero opera mortua ſunt ipſa actualia peccata mortem promerentia & adferentia. 1 Pet. I. 18. redemti dicimur *a vana converſatione, quam ex patrum traditione acceperamus, non caducis rebus*, v. 19. *ſed pretioſo ſanguine Chriſti velut agni immaculati.* 1 Joh. II. 1. *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem.* Chriſtus intercedit pro nobis peccatoribus, fundamentum

iſtius

cord. mendac. XVIII. dicit *hoc eſſe mendacium.* Atqui in eo ipſo loco citat opuſculum Thomæ Aquinatis, qui cap. 1. id diſerte adſerit, dum docet, *pro peccato originali ſufficere ſacrificium crucis ſemel oblatum, quia peccatum originis non repetitur, ſed pro peccatis actualibus, quæ ſæpius committuntur, inſtituta eſſe quotidiana remedia ſacramenti altaris & alia, quæ juvent ad impetrandum a Deo, ut ſuper peccatores clementer reſpiciat, eisque deſiderium converſionis inſpiret & ad juſtificationem quærendam & obtinendam diſponat.* Gregorius de Valent. tom. IV. diſp. 7. q. 14. puncto 6. *Cum duplex ſit genus peccati, ſcilicet actualis & originalis, nemo catholicorum eſt, qui non fateatur, ad utriuſque generis peccatum delendum veniſſe Dei Filium.* Sed mox ſui oblitus in eod. cap. addit: *Chriſtum præcipue propter originale peccatum veniſſe*, & gloſſam ordinariam, quæ in dicto Iohannis: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*, originale intelligit, non ſolum adlegat, ſed etiam probat. GERHARDUS.

nterceſſionis in ſatisfactione pro peccatis a conſiſtit, ideo enim Chriſtus pro nobis dens exauditur, quia pro peccatis noſtris crucis ſatisfecit. IV.) Quæcunque pecx adcuſat & exſecratur, pro illis Chriſtus it. Atqui omnia & ſingula peccata, lum originale, ſed etiam actualia lex adt exſecratur. Ergo pro omnibus & ſinpeccatis Chriſtus ſatisfecit. Propoſitio exl. III. 13. *Chriſtus nos redemit de maleegis, factus pro nobis maledictum, quia m eſt, maledictus omnis, qui pendet o.* Adſumtio eſt manifeſtæ veritatis, cum voce lex inſonet atque intonet: *Male-, qui non permanſerit in omnibus, quae ſunt in libro legis*, Deut. XXVII. 26. Satisfactio Chriſti eſt pretii ac valoris inpropter perſonæ infinitatem, utique igitur ns eſt pro omnibus omnino peccatis. VI.) riſtus pro ſolo originali peccato ſatisfeciſſet, pro actualibus culpis nobis adhuc ſatisdum reſtaret, dimidia ſolum pars redem-Chriſto relinqueretur, altera & quidem i parte ad homines translata. Chriſtus enim pro uno, homines autem pro multis pecſatisfacerent. Jam vero Scriptura uni o totum redemtionis opus tranſſcribit, *unus Dei ac hominum mediator*, 1 Tim. qui *torcular calcavit ſolus*, Eſa. LXIII. 3. *fectos reddidit una oblatione omnes, qui ficantur*, Hebr. X. 14. Obſerva autem, m argumenti fortius conſtringi poſſe, quanrgetur extenuatio peccati originalis, qua ſtatuitur minimo veniali peccato minus eſſe. ſtinus IV. de Trin. cap. 13. *Chriſtus mor-, uno veriſſimo ſacrificio pro nobis oblato, uid culparum erat, unde nos principatus teſtates ad luenda ſupplicia jure detine-, purgavit, abolevit, exſtinxit.* Idem libr. peccat. remiſſ. & mer. c. 13. *In Chriſto, o omnes juſtificamur, non tantum origi-, ſed etiam ceterorum, quae ipſi addidipeccatorum remiſſionem conſequimur.* libr. II. ccat. remiſſione cap. 20. *Fuſo ſanguine ulpa omnium culparum chirographa deleta* libr. VII. de civ. Dei. cap. 31. *Paſſionem Chriſti* vocat *ſingulare illud ſacrificium, quo a peccatis omnibus mundamur.* Anshelmus in IX. Hebr. *Chriſtus in ſanguine ſuo redemtionem omnium invenit, non temporalem, ſed aeternam, quia tantum fuit pretium, quod dedit, ut aeternam redemtis libertatem inveniret. Delevit enim tam originalia, quam actualia peccata, & omnem juſtificationem exhibuit, & regnum caelorum aperuit.*

§. CXX. Nec ſolum pro peccatis actualibus Chriſtus ſatisfecit, ſed etiam *pœnas* peccatorum noſtrorum in ſeſe recipiendo pro pœnis temporalibus & æternis propter peccata nobis debitis plenam ſatisfactionem noſtri loco præſtitit, quod his confirmatum damus argumentis. I.) Sublata culpa tollitur etiam debitum pœnæ ex natura perpetuæ relationis. Atqui Chriſtus in ſe ſuſtulit peccata noſtra Eſa. LIII. 6. Joh. I. 29. 1 Pet. II. 24. Ergo etiam pœnam peccatis debitam in ſe tranſtulit, & per conſequens a debito pœnæ luendæ nos liberavit. Tertullianus libr. de bapt. c. 5. p. 221. *exemto reatu eximitur pœna.* II.) Scriptura emphatice dicit, ipſam *pœnam* peccatis noſtram debitam Chriſto impoſitam eſſe. Eſa. LIII. 5. *Caſtigatio pacis noſtrae ſuper eum* מוּסַר שְׁלוֹמֵנוּ עָלָיו hoc eſt *ipſe caſtigatus eſt, ut eſſet nobis pax.* Omnes pœnæ temporales & æternæ, corporales ac ſpirituales nomine *maledictionis* continentur; jam vero Chriſtus *factus eſt pro nobis* κατάρα ſive *maledictio, ut a maledicto legis nos liberaret* Gal. III. 13. Intueamur hic ipſam hiſtoriam paſſionis, cruciatuum ac mortis Chriſti, quæ teſtatur graviſſimas illas pœnas peccatis noſtris debitas Chriſto irrogatas eſſe, ut in judicio Dei ab illis liberaremur. Eſa. LIII. 5. *Vulneratus eſt propter peccata noſtra, attritus propter iniquitates noſtras.* Pœna peccati eſt maledictio legis, at *Chriſtus nos liberavit a maledicto legis*, Gal. III. 13. Pœna peccati eſt dominium ſatanæ, at *Chriſtus nos liberavit a poteſtate ſatanae*, Heb. II. 14. Pœna peccati eſt ira Dei, jam vero *Chriſtus nos liberavit ab ira ventura*, 1 Theſſ. I. 10. Pœ-

An Chriſtus pro pœnis peccatorum noſtrorum ſatisfecerit?

10. Pœna peccati mors eſt, jam vero *Chriſtus liberavit nos a morte*, Oſ. XIII. 14. pœna peccati eſt infernus & æterna damnatio, jam vero *Chriſtus nos liberavit ab inferno & aeterna damnatione*, Rom. VIII. 1. III.) Juſtitia Dei non permittit idem peccatum bis puniri, jam vero propter peccata noſtra *percuſſit* filium dilectiſſimum Eſa. LIII. 4. Ergo non puniet ea in reconciliatis, qui ſatisfactionis per Chriſtum præſtitæ participes fiunt. IV.) Si pro peccati pœnis adhuc nobis ſatisfaciendum eſſet, nondum perfecta foret Chriſti ſatisfactio, nondum abſolutum redemtionis opus, nondum omnia per ipſum conſummata. Atqui ipſemet in cruce exclamat: *Conſummatum eſt*, ex quo epiſtola ad Hebræos colligit, quod *unica oblatione conſummaverit in perpetuum eos, qui ſanctificantur* cap. X. 14. Unde ſatisfactio per Chriſtum præſtita dicitur ἀπολύτρωσις ad ſignificandam plenariam liberationem, ut recte alicubi notat Chryſoſtomus. Si pro ſolo originali peccato vel pro ſola culpa, Chriſtus ſatisfeciſſet, potius ἡμυλύτρωσις quam ἀπολύτρωσις ipſius ſatisfactio dicenda foret. (*) Bellarminus libr. V. de amiſſ. grat. & ſtat. peccati c. 20 *Tunc peccatum omnino perfecte cenſetur remiſſum, cum non ſolum culpa, ſed etiam omnis pœna fuerit remiſſa.* (Ergo a contrario ſenſu, ſi pœna nondum eſt remiſſa, ipſum peccatum nondum eſt perfecte remiſſum.) VI.) Si pro pœnis peccatorum ſatisfacere poſſumus, pars redemtionis a Chriſto ad nos transfertur, ſicut Biel diſputat IV. ſent. diſt. 14. *Chriſti paſſionem non eſſe ſolam & totalem cauſam meritoriam ſalutis noſtrae.* Atqui ipſe *torcular calcavit ſolus*, Eſa. LXIII. 3. Auguſtinus ſerm. CXLI. de temp. *Chriſtus communicando nobiscum ſine culpa pœnam & culpam ſolvit & pœnam.* Idem libr. IV. ad Bonifac. cap. 4. *Sicut ſolus Filius Dei factus eſt Filius hominis, ut nos ſecum filios Dei faceret: ita pro nobis ſolus ſuſcepit ſine malis meritis pœnam, ut nos per ipſum ſine bonis meritis conſequeremur indebitam gratiam.* Thomas part. III. q. 49. art. 3. ad quæſtionem: *an per paſſionem Chriſti liberati ſimus a pœna peccati?* adfirmate reſpondet, atque addit liberationem factam eſſe dupliciter: 1.) *Directe, in quantum paſſio Chriſti fuit ſufficiens & ſuperabundans ſatisfactio pro peccatis humani generis, exhibita autem ſatisfactione tolli reatum pœnae.* 2.) *Indirecte, in quantum paſſio Chriſti eſt cauſa remiſſionis peccati, in quo fundatur reatus pœnae.* cap. Filius Dei diſt. IV. *Filius Dei carnem peccati ſuſcepit & pœnam ſine culpa, ut in carne peccati & culpa ſolveretur & pœna.* Caſſander in conſult. artic. de bon. operib. *Hanc doctrinam ſummo conſenſu veteres omnes tradunt, fiduciam remiſſionis peccatorum etiam eorum, quae poſt regenerationem admittuntur, & ſpem veniae ac vitae aeternae in ſola Dei miſericordia & merito Chriſti eſſe collocanda.* Quid, quod ipſe Bellarminus veritatis ſplendore coactus diſerte ſcribit libr. II. de indulg. cap. 10. col. 1592. *Chriſtum ſatisfeciſſe Deo Patri pleniſſime pro reatu culpae & pœnae temporalis & aeternae omnium peccatorum?* (pro quo igitur nobis ſatisfaciendum erit?) libr. I. de indulg. c. 4. *Quidam Lovanienſes tenuerunt, ſolius Chriſti ſatisfactionibus remiſſam pœnam temporalem.*

§. CXXI. Ex his ulterius colligimus, vere pœnitentes & in Chriſtum credentes nec pro peccatis, nec pro peccatorum pœnis Deo ſatisfacere poſſe, cum ſint homines ſub peccatum venundati, vel teneri, cum per fidem perfectiſſimæ ſatisfactionis a Chriſto præſtitæ fiant participes, quod his comprobamus firmamentis. I.) Scriptura noſtram cum Deo reconciliationem ſic deſcribit,

An nos poſſimus ſatisfacere pro peccatorum pœnis?

(*) D. Lutherus in *der Vermahnung an die Geiſtlichen zu Augſpurg* anno 30. tom. V. Jen. Germ. f. 81. *Was iſt das anders geſagt, du muſt für deine Sünde genug thun, als ſo viel? du muſt Chriſtum verleugnen, deine Tauffe widerruffen, das Evangelium läſtern, GOtt Lügen ſtraffen, die Vergebung der Sünde nicht glauben, Chriſti Blut und Tod mit Füſſen treten, den Heil. Geiſt ſchänden, durch dich ſelbſt mit ſolchen Tugenden gen Himmel fahren.* Vide ibidem de dictis patrum, quæ pro ſatisfactione adducuntur. GERHARDUS.

t, unde ſatisfaciat pro peccato. Landſper-
s in ench. chriſt. mil. *Non cogites, te pœ-
itſae opera facturum pro peccatis tuis. Haec
opera tua, quantula putas? ſunt ad tot
atorum acervos, omnia opera tua cognita,
ra, quam ut ſatisfaciant pro peccatis tuis.*
on. Marinarius Carmel in orat. ad patres
. Trid. *Nunc gravia ſuperioris vitae com-
t commemorant,* (caro & ſatan) *quorum
potuerunt* (chriſtiani) *condignam exhibu-
atisfactionem, ſed illi reſpondent: gratis
Chriſtum nobis, quia ſatisfacere non pote-
s, remiſſa ſunt peccata, non eſt quod co-
nus, quia ſolvendo ſumus, ne dignitati
is Chriſti detrahamus.* Caſſander in con-
art. XII. ſub. tit. de confeſſ. *De hac ſatis-
one non erit tantus conquerendi locus, ſi
cleſiae ſententia hunc in modum doceatur,
ſola paſſio & mors unigeniti Filii Dei ſit
factio & propitiatio pro peccatis noſtris,
o, quod ex origine contraximus, ſive iis,
ante vel poſt regenerationem ex carnis in-
tate commiſimus, quae ſatisfactio offertur
dplicatur nobis miniſterio evangelii; id eſt,
& ſacramentorum, accipitur autem fide,
Dei donum eſt.* IX.) Exempla eorum, qui per
n converſionem Deo ſunt reconciliati, re-
ır, abſque ullis propriis ſatisfactionibus pec-
ipſis remiſſa eſſe & peccatorum pœnas con-
tas. Ambroſius libr. X. in Luc. XXII. *La-
s Petri lego, ſed ſatisfactionem non lego,*
r in jure canon. c. I. diſt. I. de pœnit. X.)
oſtræ ſatisfactiones ad reconciliationem cum
requiruntur, nunquam de reconciliatione
imus eſſe certi, ſed perpetuis dubitationum
bus agitari nos oportebit, nunquam enim
poſſumus, quando pro pœnis ſufficienter
ſatisfactum ſit. Jam vero apoſtolus contrarium pronunciat: Rom IX. 16. *Ideo ex fide gratis, ut ſit firma promiſſio.* Rom. V. 1. *Juſtificati fide pacem habemus apud Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* XI.) Denique jubemur *condonare nobis invicem*, ſi quis adverſus aliquem habet querelam, *καθὼς ſicut & Chriſtus donavit nobis*, ita & nos. Col. III. 13. Atqui non ſolum culpam, ſed & pœnam condonare debemus proximo; multo igitur magis Deus, qui eſt *ipſa caritas*, 1 Joh. IV. 16. & culpam & pœnam reconciliatis condonabit.

§. CXXII. Hæc de ſatisfactione coram Deo dicta ſint, quam ſoli Chriſto redemtori vindicamus. Satisfactionem coram *hominibus* conſtituere poſſumus duplicem, publicam & privatam. *Publica*, ſive canonica & eccleſiaſtica ſatisfactio, in primitiva eccleſia uſitata, fuit pars eccleſiaſticæ diſciplinæ, qua illis, qui vel fidem in perſecutione abnegaverant, vel in manifeſta & atrocia crimina prolapſi fuerant, certæ quædam mulctæ ac caſtigationes imponebantur; (quarum deſcriptio exſtat apud Tertullianum libr. de pœnit. Euſebium l. V. c. 28. l. 6. c. 25.) non ut per illas peccata coram Deo expiarent, ſed ut animi pœnitentium explorarentur, verene an ficte eos admiſſorum pœniteret, ut eccleſiæ ſcandalizatæ externa iſta pœnitentiæ declaratione rurſus ſatisfieret, denique ut reliqui his ſpectaculis ad peccata majori ſtudio vitanda ac declinanda excitarentur. Cumque eccleſia tum temporis deſtituta eſſet magiſtratu chriſtiano, ideo his ritibus & hac ſeveritate publice teſtatum fecit, ſe graviora illa ſcelera deteſtari & nequaquam in ſuis tolerare. (*) Hieronymus in VI. Matth. *Fateor, longe*

Satisfactio coram hominibus.

Publica.

) Lutherus tom. V. Jen. German. *an die Geiſtlichen aufm Reichßtag zu Augſpurg verſamlet* f. 51. b. *Wenn ſie (die Papiſten) doch ſolch gnugthun für die Sünde hetten weißlich unterſchieden, nemlich alſo, daß es geſchehe gegen die Menſchen, nicht gegen Gott, wie Chriſtus Matth. V, und XVIII. anzeiget, wie es vorzeiten auch die Heil. Väter gebraucht, und die Chriſten, ſo geſündiget hatten, lieſſen dafür gnugthun für der Kirchen und den Brüdern, wie es die Worte mitbringen, daß ſie zwey, drey, ſiben Jahr haben Buſſe auffgelegt &c. ſo were Chriſtus doch blieben mit ſeinem gnugthun für uns in Himmel, aber hiemit weren in Gottes Dienſt, in Stiften und Klöſter und Ablaß nicht aufkommen, und wer dem groſſen GOtt auch nicht ſo viel zugangen &c.* GERHARDUS.

longe aliam eſſe rationem de criminum pœnitentia & ſatisfactione, de qua eccleſia, quando laeſionem accepit & offenſa eſt, publice ſuum judicium interponit, indicens ſatisfactionem publicam & graviorem, ut innoteſcat omnibus vere pœnitere, qui promto animo ſuſcipiant, quicquid eccleſia decreverit. Auguſtinus in ench. ad Laurent. c. 65. *Quia plerumque dolor alterius cordis occultus eſt alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quaecunque alia ſigna procedit, cum ſit coram illo, cui dicitur:* Gemitus meus a te non eſt abſconditus., *recte conſtituuntur ab his, qui eccleſiae praeſunt tempora pœnitentiae, ut fiat etiam ſatis eccleſiae, in qua remittuntur ipſa peccata, extra eam quippe non remittuntur.* De hac canonica ac diſciplinari ſatisfactione dicimus cum b. Chemnitio part. II. exam. concil. Trident. cap. de ſatisfact. pag. 368. *Optandum eſſet, ex ritibus illis veteris eccleſiae aliquid poſſe in uſum reduci ſine ſuperſtitione & falſis opinionibus, diſciplinae & exempli gratia.* Hæc ille rectiſſime, cum experientia teſtetur, in extrema hac mundi ſenecta licentiam ſcelerum creſcere, & diſciplinam eccleſiaſticam labefactari ab illis, quos cuſtodes ac defenſores illius eſſe par erat.

Satisfactio privata.

Satisfactio *privata* eſt, qua proximo verbis vel factis a nobis læſo ſatisfacimus per offenſæ deprecationem, & ablati reſtitutionem. Hanc ſatisfactionem in vera pœnitentia neceſſariam eſſe ſtatuimus, quamvis enim coram Deo non ſit pro peccatis compenſatio, aut propitiatoria ac meritoria quædam ſatisfactio, tamen divinitus eſt præcepta ac veræ pœnitentiæ ac dilectionis indicium eſt. Matth. V. 23. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habeat aliquid adverſum te,* v. 24. *relinque ibi munus tuum coram altari & vade, prius reconciliare fratri tuo.* Huc pertinet vulgatum illud; *Peccatum non remittitur, niſi ablatum reſtituatur.* Chryſoſtomus: *Si cogitatu offendiſti, cogitatione reconciliare; ſi verbis offendiſti, verbis reconciliare; ſi operibus offendiſti, opere reconciliare.* Cæterum quod noſtræ ſatisfactiones applicent ſolummodo, quod Chriſti promeruere, illa opinio non ſolum a Bellarmino libr. I. de indulg. cap. 4. ſed & a tribus inſuper pontificibus Pio V. Gregorio XIII. Clemente VII. vapulat.

Diſſenſiones pontificiorum de ſatisfactione.

§. CXXIII. His ita diſtinctis & explicatis, progredimur ad ſcholaſticorum & pontificiorum de ſatisfactione doctrinam, ubi primo notamus ipſorum diſſenſiones. *Quidam* enim diſputant, pro ipſa culpa a nobis ſatisfieri poſſe; *quidam* dicunt pro culpa nos non poſſe ſatisfacere, ſed tantum pro pœna. Sed hic iterum occurrunt divortia ſententiarum: *Quidam* enim diſputant, ipſam pœnam æternam peccatis debitam virtute clavium mutari in temporalem, ut pro ea ſatisfacere poſſimus; *quidam* vero ſtatuunt, & culpam & pœnam æternam remitti per contritionem, remanere vero obligationem ad aliquam pœnam temporalem, cujus pars virtute clavium remittatur, pars altera impoſitis vel ſponte ſuſceptis ſatisfactionibus expietur, quam ſententiam recentiores plerique amplectuntur. Audiamus ipſorum verba. Thomas p. III. q. 49. art. 3. ad quæſtionem: *Cur injungatur pœnitenti pœna ſatisfactoria?* ſic reſpondet: *ut conſequamur effectum paſſionis Chriſti, oportet nos ei configurari: configuramur autem ei in baptiſmo ſacramentaliter, in pœnitentia per aliquid pœnalitatis vel paſſionis, quam in nobis ipſis ſuſtinemus, quae tamen multo minor ſufficit, quam eſſet condigna peccato, cooperante ſatisfactione Chriſti.* Ubi vides, ſatisfactiones ordinari ad remiſſionem culpæ. Scotus IV. ſent. diſt. 15. quæſt. 1. dicit, quod *ſatisfactio ſit operatio exterior, laborioſa ſeu pœnalis voluntarie adſumta ad puniendum peccatum commiſſum a ſe;* & IV. ſent. diſt. 16. quæſt. 1. ſic explicat, quod intelligendum ſit *concurrente merito paſſionis mediatoris, quia Deus decrevit non ſuſcipere aliquod opus vel tolerantiam tanquam ſatisfactionem aequivalentem, niſi quatenus conjungitur per fidem paſſioni ſatisfactoriae mediatoris.* Antoninus part. III. tit. 14. cap 20. *Satisfactio curat peccata praeterita recompenſando,*

a futuris praeſervat cavendo. Concilium Trident. ſeſſ. XIV. c. 8. ſic loquitur: *Divinam ... entiam decet, ne ita nobis absque ulla ſatisfactione peccata dimittantur.* Et poſtea: *... n ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Jeſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex ... omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur.* Tapperus in explic. art. VI. Lovan. & ... a lib. XIII. in concil. Trid. cap. 36. *pro ... a & pœna aeterna ſatisfieri a nobis poſſe* ...ntant. Cajetanus in tract. de contrit.. q. 4. *...ia illa, quae luenda reſtat poſt culpae remiſſionem, eſt illa ipſa pœna ſenſus, quam in ge... a pati debuiſſet peccator remota ſolum aeterna.* Sed Bonaventura IV. ſent. diſt. 15. q. 2. *culpam* & *pœnam* diſtinguit. *Cum pecca...* (inquit) *peccat, ſe ad pœnam aeternam ob...; cum autem divina miſericordia juſtificat ... vivificat, omnem remittit culpam & rea... pœnae aeternae. Sed quia miſericordia non ... praejudicare juſtitiae, cujus eſt mala pu..., ideo ſic ſolvit a culpa & pœna, ut tamen ...neat obligatus ad aliquantulam pœnam tem...lem. Compromiſit autem Dominus in re... ecclesiae tanquam in arbitros, per quos ...matur pœna peccatoribus, & Domino ſatis... principaliter, eccleſiae autem per conſequens.* ...ordant etiam in aliis de ſatisfactione quæ...ibus. *Quidam* enim ſtatuunt, nullum opus ...paſſionem eſſe ſatisfactionem æquivalentem ...ato, niſi per fidem conjungatur paſſioni ſa...ctoriæ Chriſti; *alii* contra diſputant, etiamſi interveniſſet meritum Chriſti, tamen homi... habentem gratiam ſeu caritatem poſſe Deo ... peccatis ſatisfacere. Petrus Tartaretus in re... in IV. ſent. diſt. 15. q. 1. f. 523. *Licet ... potuit nos obligare, ad ſemper reddendum ...honorem pro beneficio creationis; tamen no... propter fragilitatem humanae naturae, quae ... poteſt hoc, quia ſic obligaremur Deo ſem... & pro ſemper, quod eſt falſum.* f. 524. *... dico duo, primo, quicunque peccator poteſt ... facere de peccato commiſſo, ſecluſo merito ...nis Chriſti de potentia Dei abſoluta, ſed de potentia ordinata, niſi merito paſſionis ...ſti. Probatur iſta concluſio quoad primam partem, quia, ſi verbum non fuiſſet incarnatum vel pro nobis paſſum, praedeſtinatus ad vitam aeternam potuiſſet ſatisfacere ad vitam abſque merito paſſionis Chriſti.* Ita quærunt: *an ſatisfactionem neceſſe ſit fieri in caritate?* Alexander Alenſis, Thomas, Bonaventura & Richardus adfirmant, cum ſine gratia & caritate nemo poſſit placere. Sed Scotus IV. ſent. diſt. 15. q. 1. in contrarium diſputat, *eum, qui vere pœnitet ſemel, & recipit ſatisfactionem ſeu pœnitentiam impoſitam, quantumcunque poſtea recidivet, nunquam teneri niſi ad unicam illam ſatisfactionem implendam; & ſi eam compleat in caritate, melius eſſe, quia non tantum ſolvit pœnam, ſed etiam meretur gloriam.* Durandus primam opinionem dicit *duram*, ſecundam *minus ſecuram.* Biel IV. ſent. diſt. 16. q. 2. dub. 2. *Scoti opinio magis concordat divinae miſericordiae.* Quærunt: *an opus ſatisfactorium in caritate factum mereatur aliquem gradum gloriae ultra remiſſionem pœnae?* quod Biel dub. 6. confirmat tali argumento: *Eſt quaedam condignitas operis ex gratia & Spiritus ſancti inhabitatione eliciti ad praemium beatificum eſſentiale. Ergo nullum opus meritorium ſufficienter praemiatur, per quodcunque bonum inferius beatitudine, ſive temporale ſit ſive aeternum.* Quærunt: *an alius pro alio ſatisfacere poſſit?* quod adfirmant ſub hac diſtinctione: *Quaedam ſatisfactio impoſita eſt a ſacerdote, quaedam vero adſumitur ex propria voluntate. Prior requiritur ab eo ipſo, qui acceptavit, niſi occurrat impedimentum legitimum, puta infirmitas corporis &c. tunc enim eam per alium poteſt facere. Poſterior poteſt fieri per alium, 1.) quia poteſt quis alteri impetrare primam gratiam, per quam juſtificetur. Ergo etiam remiſſionem pœnae ipſi poteſt impetrare. 2.) Non eſt minor communio eccleſiae militantis inter ſe, quam ejus cum defunctis, jam vero poteſt vivus pro defunctis ſatisfacere. Ergo etiam pro vivis. 3.) Eſt hoc in uſu eccleſiae.* Hæ ſunt rationes Bielis dub. 8. Sed Bonaventura IV. ſent. diſt. 20. & Richardus IV. ſent. diſt. 15. addunt hanc limitationem: *modo is, pro quo alter ſatisfacere cupit, ſit de eo contritus.* At ſi alius pro alio ſatisfacere poteſt, an non homo conſtituitur hominis redemtor?

tor? Cajetanus in Thomam p. III. q. 48. art. 5. *Satisfactio pro aliis genus quoddam redemtionis eſt, quia ſoluto pretio alter a pœna liberatur.* Quærunt: *an talis pro alio ſatisfaciens etiam pro ſe ipſo ſatisfaciat?* Reſpondet ſumma angelica Clavaſii, diverſas de eo opiniones eſſe, ſibi placere eam opinionem, quod *tale opus ſit ſatisfactorium etiam pro ſe ipſo, non tamen ex debito, ſed per divinam miſericordiam, quae magis attendit caritatem, quam opus.* Dici etiam poſſe, *quod pro alio ſit ſatisfactorium per modum ſolutionis pœnae, pro ſe ipſo per modum meriti de congruo.* Quærunt: *an ſatisfactio in peccato mortali facta ſit valida vel iteranda?* de quo iterum diverſæ ſunt ſententiæ. Richardus in quodlib. I. q. 10. ſtatuit, *quod talis ſatisfaciat praecepto confeſſoris, nec teneatur reiterare, interim non ſatisfacere pœnae debitae in purgatorio.* Alii diſtinguunt, quod *actiones pœnitentiae, ex quibus manet aliquis effectus, poſt ſatisfactionis actum non ſint iterandae, ut eſt jejunium, eleemoſyna & hujusmodi; alias autem, quae non relinquunt aliquem effectum, oportet iterare, ut ſunt orationes & hujusmodi.* Panormitanus in c. quod quidem de pœnit. & remiſs. & alii ſtatuunt, quod *non valeat, ſed ſimpliciter ſit iteranda.* Scotus IV. ſent. diſt. 15. q. 1. circa fin. varias diſtinctiones quærit, iterandam tamen neceſſario eſſe negat.

Bellarmini de ſatisfactione diſſertatio.

§. CXXIV. Audiamus de ſatisfactione Bellarminum. Is lib. IV. de pœnit. c. 1. primo diſtinguit inter *ſatisfactionem* perfectam, *quae ſit ad abſolutam & perfectam aequalitatem, (ut cum actio contumelioſa inter duos homines aequales recompenſatur per aliam contrariam tantum habentem honoris, quantum alia habuerit contumeliae)* & imperfectam, *quae ſit ad aequalitatem imperfectam, ut cum is, qui pertulit jacturam decem millium aureorum, ſatisfieri ſibi patitur ceſſione omnium bonorum, licet ea bona ad ſummam tot millium non perveniant.* Priorem inter Deum & homines non poſſe locum habere concedit, cum, *quidquid ſumus aut habemus, a Deo ſit, cumque per peccatum infinitum bonum laedatur*, poſteriorem vero, quæ acceptatione & donatione ejus, cui ſit, hic locum habere concludit. Deinde monet, *pro amicitia reformanda non poſſe hominem Deo ſatisfacere, interim tamen juſtitiae aequalitatem ſua ſatisfactione reſtaurare, id eſt, debitum pœnae, quod poſt culpae remiſſionem manet, per opera bona redimere.* Reſp. 1.) Diſcedit Bellarminus ab iis, qui diſputant, peccatorem ſatisfactione ſua vindicare offenſam divinam commiſſam, ut hoc modo reſtituatur ſibi amicitia divina, hoc eſt, pro ipſa etiam culpa ſatisfieri a nobis poſſe, quibus frigide reſpondet, *non eſſe neceſſe nunc de his ſubtilitatibus diſputare.* 2.) Scotus IV. ſent. diſt. 15. q 1. ſatisfactionem in genere definit, quod ſit *redditio voluntaria aequivalentis alias indebiti*, atqui hæc definitio non poterit imperfectæ illi ſatisfactioni adcommodari. 3.) Definitiones illas Bellarminus nude proponit, non autem deducit ex fundamentis ſcripturæ, quæ ſunt proprium theologiæ principium. 4.) Scriptura unicam agnoſcit ſatisfactionem pro peccato, eandemque perfectiſſimam, quæ æqualiter reſpondet divinæ juſtitiæ; ut enim juſtitiam divinam prædicat infinitam, ita quoque infinitam Chriſti ſatisfactionem eidem opponit, qui & nos Deo reconciliavit, & pœnas peccatorum noſtrorum in ſe recepit. Eſa. LXIII. 3. Col. II. 14. Hebr. I. 3. 5.) Huic perfectiſſimæ & infinitæ Chriſti ſatisfactioni nuſpiam adjungit vel ſubordinat noſtram, adeo ut nec nomen nec res ſatisfactionis noſtræ in ſcripturis occurrat. Spiritus ſanctus in ſcripturis non ſolum baptizatis, ſed etiam poſt baptiſmum in peccata prolapſis ac ſerio contritis unicum Chriſtum propitiatorem proponit, ac illius ſatisfactionem prædicat, nuſpiam vero propriam ſatisfactionem ab illis exigit. 1 Joh. II. 2 Rom. VIII. 34. 6.) Quinimo cum juſtitia divina ſit infinita, ideo fieri nequit, ut noſtra ſatisfactione imperfecta æqualitas ejus reſtauretur. Neque eſt, quod obvertatur, juſtitiam hic conſiderandam eſſe ut contemperatam divina miſericordia, quia contemperatio illa tantum in Chriſti merito per fidem nobis adplicato locum habet. 7.) Eſt igitur

plicatio contradictionis, quando ſtatuitur ſtio quædam imperfecta. Is certe, qui bito decem millium aureorum exiguam æ ſummam recipit, nunquam ſibi ſatis- ı eſſe dicet, ſed ad ſatisfactionem neceſ- requiritur proportio arithmetica, quod olaſtici animadvertunt, qui virtutem ſa- iohis conſtituunt in caritate, ex qua ope- noſtris infinita quædam dignitas accedat, aritas ſit Spiritus ſancti donum. Cate- ıs Romanus p. 308. ex Chriſti merito ſa- onis vim & dignitatem arceſſit: *Ejus* (in- *quanta ſit vis, ex eo colligitur, quod Chriſti Domini paſſionis mertio pendet, duo illa maxima bona conſequimur, al- ut immortalis gloriae praemia mereamur; m, ut pro peccatis noſtris ſatisfaciamus.* dludit Bellarminus, quando in hoc capite : *Ut ſatisfactio ſit aliquo modo ad aequa- n oportet, ut ſicut offenſio habuit infini- quandam ex parte objecti, ſic habeat ſa- tio aliquam infinitatem ex parte principii ıcientis: proinde requiritur, ut opera ſa- oria fiant a Spiritu Dei hominem inhä- e, ſive ab ipſo homine ut membro Chriſti lio Dei jam per gratiam & caritatem* ı *&c.* qua de re ſuo dicetur loco. 8.) reformationem amicitiæ & reſtaurationem r, id eſt, inter ſatisfactionem pro *culpa*, er ſatisfactionem pro *pœna* non poteſt ita gui, ut alterum merito Chriſti, alterum noſtris ſatisfactionibus tribuatur, ſiquidem ı peccator eſt contrarius divinæ juſtitiæ IX. 2. 1 Joh. III. 4. Invertitur igitur na- ordo, ſi ponatur peccatoris reconciliatio Deo & reformatio amicitiæ, antequam ju- ejus ſatisfactum ſit. Ideo fundamentum ciliationis noſtræ cum Deo ſcriptura ſtatuit ctiſſimam Chriſti ſatisfactionem, cui cum a ferantur accepta, nihil vel meriti vel ſa- tionis nobis relinquitur. Viciſſim ad per- n peccatorum remiſſionem (qualem in ſmo fieri concedunt) pertinet remiſſio culpæ iverſæ pœnæ, ſive ſit temporaria ſive æter- Quod ſi in remiſſione peccatorum poſt ba- um ſolummodo culpa & pœna æterna re- mittitur, non autem temporalis, ad cujus remiſ- ſionem neceſſaria ſint opera ſatisfactoria; conſe- quens eſt, ſatisfactiones noſtras quodammodo ad remiſſionem peccatorum pertinere: ſiquidem præſupponitur, Deum non remittere totam offenſam in remiſſione culpæ, ſed aliquid de offenſione retinere, quod effundat in pœna tem- porali, quam poſt condonationem culpæ im- ponit, & pro illius offenſæ remiſſione noſtrorum operum ſatisfactionem requiri. Perinde igitur eſt, ſive dicamur pro pœna, ſive pro culpa, id eſt, parte illa culpæ, quæ per pœnas temporales ex- pianda adhuc reſtat, ſatisfacere. Agnoſcit hoc quodammodo ipſe Bellarminus; ideo libr. IV. de pœnit. cap. 1. dicit: *non eſſe neceſſe, ut de his ſubtilitatibus agatur, an ſcilicet pro culpa, an pro pœna ſatisfiat.* Manifeſtius adhuc cap. 13. ejusdem libri. *Licet ſit valde probabilis ſenten- tia Thomae, Durandi, Paludani & aliorum, non recte ſatisfieri per opera alias debita; tamen non eſt improbabilis ſententia Adriani & Ca- jetani, per opera alias debita ſatisfieri poſſe, cum ſatisfactio, quam Deo reddimus, non pertineat ad ſolam juſtitiam, ſed etiam ad amicitiam.* (cur ergo hoc loco diſtinguit inter reformatio- nem amicitiæ & reſtaurationem juſtitiæ?) Idem libr. IV. de pœnit. cap. 9. *Hic apertiſſime agnoſcit Baſilius, ſatisfactionem condignam eſſe debere, & eam proportionem cum peccato exige- re, ut vere per eam offenſio compenſetur.* 9.) Si per noſtras ſatisfactiones Deo reconciliamur, non amplius fide ſine operibus gratis juſtificamur. 10.) Obſervandum autem πρῶτον ψεῦδος to- tius hujus diſputationis de ſatisfactione. Di- ſputant quidam ex ſcholaſticis, ut adparet ex Biele III. ſent. diſt. 19. art. 3. dub. 2. per Chriſti paſſionem nos hoc modo liberatos eſſe, quod *plus placuerit Deo haec voluntas Chriſti ſecun- dum hominem voluntarie mori eligentis ex tanta caritate elicita, quam omnium hominum diſpli- cuere peccata, propter opus tam acceptabile Chriſti, quod pro reconciliatione generis huma- ni obtulit Trinitati, Trinitas omnibus Chriſto incorporatis remiſit peccatum &c.* Ex quo ad- paret, quod fundamentum ac pondus ſatisfactio- nis a Chriſto præſtitæ non conſtituant in infini-

tate perſonæ ac in infinita quadam vi & efficacia meriti *formaliter* ei inhærente, & juſtitiæ divinæ perfecte ſatisfaciente; ſed in miſericordiæ divinæ acceptatione, qua Deus paſſionem Chriſti ex tanta caritate profectam ratam ac gratam habuerit, ex quo ulterius deducunt, etiam noſtra opera ex caritate profecta eſſe ſatisfactoria, licet in gradu inferiori. Sed falſitatem hujus hypotheſeos oſtendimus in tractatu de perſona & officio Chriſti §. 165. & ſeqq. Mediatorem noſtrum ideo oportuit eſſe θεάνθρωπον, ut ſufficiens λύτρον pro peccatis noſtris perſolvi, atque hoc modo juſtitiæ divinæ ſatisfieri poſſet. Thomas p. III. q. 46. art. 2. diſputat, quod *Deus ſine ſatisfactione homini remittere poſſit peccata, cum non habeat aliquem ſuperiorem.* Atqui Deus ita miſericors eſt, ut ſit etiam ſimul juſtus, miſericordia non excludit in eo æternam juſtitiam, ergo non potuit peccatum ſalva divina juſtitia abſque æquivalente pretio in Dei judicio homini remitti, unde Cyrillus Alexandrinus concludit libr. I. theſauri cap. 7. *Unicum medium ac remedium liberationis noſtrae Filii Dei incarnationem ac paſſionem eſſe potuiſſe.* Durandus IV. ſent. diſt. 15. duobus argumentis probare conatur, quod Chriſtus ſecundum ſtrictam rigorem juſtitiæ divinæ non potuerit ſatisfacere: primo, *quicquid erat in Chriſto, ſecundum humanam naturam, erat obligatum Deo & ei debitum, ideo non potuit eſſe ſatisfactio de condigno pro quocunque peccato conſiderando naturam operis vel rei, ſed ſolum potuit eſſe ſatisfactio ſecundum acceptationem gratuitam* Reſp. opera mediatoris exſequitur Chriſtus ſecundum utramque naturam, ergo non ſunt humanæ tantum naturæ opera, ſed actiones & paſſiones ſunt ſuppoſiti, quod quo fine negetur, iterum hic adparet, nimirum ut fundamentum noſtrarum ſatisfactionum ſternatur. Si enim Chriſtus ut homo juſtus, non autem ut θεάνθρωπος ſatisfecit, etiam juſti potuerunt ſatisfacere. Deinde: *paſſio Chriſti non fuit tanta, quanta infernalis pœna peccatis debita, ergo ſecundum acceptationem, non autem ſecundum rigorem juſtitiæ fuit ſatisfactio.* Reſp. Chriſtus in ſanctiſſima ſua anima ſenſit dolores vere infernales, ut ſuo loco oſtendimus, quamvis vero infinitas temporis ſive æternitas non ſit in illis doloribus, tamen perſonæ infinitas ſatisfactioni iſti infinitam vim & efficaciam conciliat. Biel III. ſent. diſtinct. 20. q. un. diſputat contra Anshelmum, quod non fuerit ſimpliciter neceſſarium, Filium Dei incarnari ac mori ad redimendum genus humanum, cum aliis rationibus ac mediis homini leproſo ſuccurri potuerit, *poſſet* (inquit) *Deus remittere peccatum per ſolam non imputationem, poſſet per alium ſatisfieri, potuiſſet quilibet pro ſe ſatisfacere, ſi data fuiſſet prima gratia ſine merito &c.* Quæ omnia ex eo oriuntur, quod rigor divinæ juſtitiæ non conſideratur, ac magnitudinem ſummi ac inenarrabilis iſtius beneficii, quod Filius Dei propter nos & ſalutem noſtram de cœlo deſcendit, ac homo factus eſt, non mediocriter obſcurant, denique noſtris ſatisfactionibus viam ſternunt.

An remiſſa culpa maneat debitum luendae pœnæ?

§. CXXV. His præſuppoſitis adgreditur Bellarminus acropolin controverſiæ de ſatisfactionibus, & *primo* conatur probare, quod *ſaepe remiſſa culpa maneat debitum luendae pœnae, cum David poſt impetratam veniam adulterii ac homicidii punitus ſit morte filii:* 2 Sam. XII. *cum ob numeratum populum etiam poſt remiſſam culpam optio ei detur, ut eligat bellum, peſtem vel famem:* 2 Sam. XXIV. *cumque ex aliis exemplis* Exod. XXXII. Num. XIV. & XX. 1 Cor. XI. *id ipſum manifeſtum ſit, denique cum morti temporali etiam pii ſint obnoxii.* Reſp. 1.) Si ex illis calamitatibus, quas pii per pœnitentiam Deo reconciliati adhuc ſuſtinent, colligendum foret, non omnem peccati pœnam remiſſam eſſe, eadem ratione ſequeretur, etiam in baptiſmo non fieri plenam culpæ & pœnæ remiſſionem. Conſequens eſt falſum; ergo & antecedens. *Connexio* argumenti eſt firmiſſima, ſiquidem infantes baptizati morbis & calamitatibus ſunt obnoxii, & quandoque ſtatim poſt baptiſmum moriuntur, baptizati adulti a morbis non liberantur per baptiſmum, ſed iis adhuc manent obnoxii, teſte experientia. Conſequens negat

t ipſe Bellarminus. Sic enim ſcribit cap.
ed. col. 1419. *Poſſet Deus univerſum de-*
n pœnae condonare, ut certum eſt eum fa-
, cum primum per baptiſmum nos in filios
it. Procedimus igitur 2.) hoc modo: cala-
tes temporales, quas ſuſtinent pii poſt im-
itam peccatorum remiſſionem, aut ſunt hu-
aut futuræ vitæ; (ex hypotheſi pontificio-
; illi enim ſtatuunt, non ſolum hujus vitæ
nitatibus, ſed etiam purgatorii ignis flam-
ipſos ſubjectos eſſe, niſi ſufficientem in hac
præſtiterint ſatisfactionem, qua de re cum
ctatu de purgatorio ex profeſſo diſputetur,
hac vice de calamitatibus hujus vitæ tantum
ius) Illas diſtinguimus hoc modo, ut quaſ-
dicamus *aliunde* contractas, (ſcholaſtici
nt *pœnalitates*) quaſdam vero *ſponte attra-*
eaſdemque vel *civiles* a magiſtratu irroga-
el *alterius generis*, quas Deus ipſe infligit,
iterum vel ſunt *communes*, vel *ſingulares*.
l attinet calamitates *aliunde*, hoc eſt, ex
ito originali *contractas*, eas manifeſtum eſt
œnitentiam nec in baptiſmo nec extra ba-
um penitus tolli, cum concupiſcentia pra-
lhuc in carne locum habeat, (licet morti-
ac refracta) cumque baptizati etiam ſint
s peccati originalis temporalibus obnoxii.
l attinet pœnas *civiles ſponte attractas*, illas
n non tollit pœnitentia, nec in baptiſmo,
xtra baptiſmum, quia evangelium non abo-
litias, ac intereſt reipublicæ, quam faci-
i turbarunt, delicta non manere impuni-
Si per baptiſmi ſuſceptionem pœnæ civiles
terentur, multi eum ſuſciperent propter
um anteactorum impunitatem & hujus vi-
mmoditatem: relaxationem tamen quan-
pœnarum civilium converſis ex judaiſmo
ſtratus quandoque concedit, quod ſuo loco
uimus. Quod attinet calamitates illas,
Deus ipſe reconciliatis infligit, quæ a ci-
s per magiſtratum irrogatis diſtinctæ ſunt,
er concedimus, pios etiam poſt impetra-
eccatorum remiſſionem, non ſolum *com-*
bus hujus vitæ calamitatibus (ſcriptura &
ientia teſte) obnoxios eſſe, ſed etiam qui-
m *ſingulares* calamitates in hac vita imponi,
quod exempla in medium adducta probant.
3.) Interim tamen nec ſemper, nec omnibus
Deus ſingulares pœnas illis, quibus peccata re-
mittit, in hac vita imponit, ut teſtantur exem-
pla paralytici, Matth. IX. mulieris peccatricis,
Luc. VII. publicani, Luc. XVIII. Zachæi, Luc.
XIX. Petri, Matth. XXVI. Ac proinde non pot-
eſt *generaliter* dici, quod poſt remiſſionem cul-
pæ maneat debitum luendarum ſingularium pœ-
narum. Videtur id ipſe Bellarminus agnoſcere,
unde ſtilum ſic informat, *remiſſa culpa non ſem-*
per remitti debitum pœnae, libr. IV. de pœnit. cap.
1. Item *poſt remiſſam culpam ſaepe remanere*
debitum pœnae, libr. eod. c. 2. Si non ſemper
remiſſa culpa remittitur etiam debitum pœnæ.
Ergo aliquando remittitur & culpa & poena.
Si poſt remiſſam culpam ſæpe remanet debitum
pœnæ. Ergo hoc non eſt univerſale & perpe-
tuum, ac proinde proprie non poteſt vocari de-
bitum, quippe quod ſemper exſolvendum. 4.)
Illud vero neceſſario explicandum, propter quas
cauſas & quo fine tales ſive pœnæ ſive calami-
tates reconciliatis a Deo imponantur, videlicet
non ut ſint merita remiſſionis peccatorum, vel
compenſationes pœnæ æternæ, vel ſatisfactiones
pro peccatis, ſed ut ſint a.) reſpectu *aliorum*
publica indicia judicii divini adverſus peccata.
Num. XII. 14. 2 Sam. XII, 14. 1 Pet. IV. 17.
Si judicium incipit a domo Domini; quis finis
erit eorum, qui non credunt evangelio? b.)
Reſpectu ipſorum *piorum* ſunt memorialia præ-
cedentium & cautelæ futurorum, ideo enim pii
ſubjiciuntur poſt reconciliationem vel communi-
bus calamitatibus vel peculiaribus pœnis, ut hac
commonefactione ſubinde magis accendatur &
creſcat in eis odium & deteſtatio peccati, timor
Dei, fides ſolicite curans, ut gratiam retineat
& in bonitate permaneat, diligentia cavendi
peccata, ut reprimantur & mortificentur pra-
væ inclinationes. Sunt etiam exercitia pœniten-
tiæ, quæ debent eſſe perpetua, fidei, obedi-
entiæ in cruce, ſpei, petitionis & expectationis
auxilii per liberationem vel mitigationem, ut-
que ſemper circumferant teſtimonium, ipſis
propter peccata percundum fuiſſe, niſi propter
Filium reciperentur, item ne arrogent ſibi lau-

dem juſtitiæ propriæ, ne efferant ſe ſuper cæteros peccatores, ſed vera & humili infirmitatis confeſſione Deo ſeſe ſubjiciant. Hæc omnia Chemnitius in examine concil. Trident. part. II. cap. de ſatisfact. pag. 370. ἐπιτομικῶς εἰπεῖν ſunt admonitiones de reliquiis peccati in carne adhuc hærentibus, ſunt frena ad coërcendam carnem, ne in poſterum peccato indulgeant, ſunt exempla, quibus alii ad peccati odium incitantur, ſunt inſtrumenta, illuſtrandæ gloriæ Dei inſervientia, quo pertinet illud Chryſoſtomi homil. XXVIII. in 1 Cor. *Cum corripimur a Domino, magis eſt admonitionis quam damnationis, medicinae quam ſupplicii, correctionis quam pœnae.* Idem homil. de pœnit. & confeſſ. *Ne peccantes & inutiles manentes nos efficeremur deteriores, non remiſit nobis ſupplicium; ſed vidit hoc manifeſte, quod peccatis ipſis non minus damnoſum ſit non puniri, propter hoc imponit pœnam, non exigens ſupplicium de peccatis, ſed ad futura corrigens.* Auguſtinus de peccat. merit. & remiſſ. libr. II. cap. 33. *Qui dicunt, ſi peccato mors iſta corporis accidiſſet, non utique poſt remiſſionem peccatorum, quam redemtor nobis tribuit, moreremur, non intelligunt, quomodo res, quarum reatum Deus ſolvit, tamen eas ad certamen fidei ſinit manere, ut per illas erudiantur, & exerceantur proficientes in agone juſtitiae.* cap. 34. (calamitates) *ante remiſſionem ſunt illa ſupplicia peccatorum, poſt remiſſionem vero ſunt certamina exercitationesque juſtorum.* Idem tract. CXXIV. in Joh. circa med. *Et remiſſis peccatis tolerat homo miſeriam, in quam tamen ex peccato venit: vel ad demonſtrationem debitae miſeriae, vel ad emendationem labilis vitae, vel ad exercitationem neceſſariae patientiae, temporaliter tenet hominem pœna, etiam quem jam reum non tenet culpa.* Ibid. *Productior eſt pœna, quam culpa, ne parva putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna.* In Pſalm. CII. tom. VIII. Fol. 1165. *Quod pateris, unde plangis, medicina eſt, non pœna; caſtigatio eſt, non damnatio.* Theodoretus in Pſalm. XXXII. *Pſaltes non dixit, remiſiſti mihi peccatum, ſed impietatem peccati,* quod ſic interpretatur: οὐ πρὸς ἀξίαν με τῆς παρανομίας ἐκόλασας, ἀλλὰ τὴν μὲν ὑπερβολὴν τῆς ἁμαρτίας συνεχώρησας συμμέτρῳ δὲ παιδείᾳ τὴν θεραπείαν ἐπέθηκας. *Non condigna pœna me peccatorum puniiſti, verum exceſſum quidem peccati remiſiſti, mediocri autem animadverſione medicinam adhibuiſti.* Auguſtinus iterum libr. XXII. contra Fauſtum cap. 67. dicit, *Davidem veniam accepiſſe non niſi ad ſempiternam ſalutem, quia non praetermiſſa in illo ſecundum Dei comminationem flagelli paterni diſciplina, ut & confeſſus in aeternum liberaretur, & adflictus temporaliter probaretur.* libr. XIII. de civ. Dei cap. 4. *Ad hoc relinquitur animae experimentum ſeparationis a corpore, quamvis ablato jam criminis nexu, quoniam ſi regenerationis ſacramentum continuo ſequeretur immortalitas corporis, ipſa fides enervaretur, quae tum eſt fides, quando exſpectatur in ſpe, quod in re nondum videtur. Fidei autem robore atque certamine in majoribus duntaxat aetatibus etiam mortis fuerat ſuperandus timor, quod in ſanctis martyribus maxime emicuit, cujus profecto certaminis nulla eſſet victoria, nulla gloria, quia nec ipſum omnino poſſet eſſe certamen, ſi poſt lavacrum regenerationis jam ſancti non poſſent perpeti mortem corporalem.* 5.) Urget Bellarminus *calamitates illas reconciliatis impoſitas eſſe pœnas proprie dictas, & reſpicere ad praeteritum peccatum.* Reſp. de vocabulis non odioſe pugnabimus, an ſcilicet adflictiones illæ reconciliatorum vocandæ ſint *pœnae* peccatorum (*), an vero paternæ *caſtigationes;* inte-

(*) Poſſunt ſano ſenſu vocari *pœnæ*, non more papiſtico, quod ſint ſatisfactoriæ, ſed more ſcripturæ, quæ 1 Cor. XI. vocat κρίματα, quia infliguntur propter peccata, non tamen ad internecionem vel damnationem, ſed ut poſthac diſcant cautius ambulare. Sunt interim illæ pœnæ alio reſpectu indicia amoris Dei, qui *quem filium diligit, hunc caſtigat,* 1 Cor. XI. Hebr. XII. Lutherus in ſchol. Joel. II. in aſſert. articulor. ſuorum art. V. Item tom. I. Witeb. fol. 53. expreſſe vocat *pœnas.* Philippus tom. I. operum, Lutherus Lat. Witeb. fol. 484. Chytræus

erit tamen hoc certum eſt, magnum eſſe diſcrimen inter adflictiones, quæ infliguntur *impiis*, quæ imponuntur *reconciliatis*: *illae* ſunt ſigna ...enſæ Dei, quæ teſtantur perſonam illam eſſe ... ira Dei; *hae* vero non proveniunt a Deo ...to, ſed propitio, *humiliant quidem filios* ...*minum, ſed non ex corde nec abjiciente eos.* ...ren. III. 33. Nazianzenus in σχετλ· dicit, ...*od ſint amarae ſagittae ex dulci manu Dei.* ...*ae* ſpectant ad emendationem & ſalutem pio...m, *hae* vero ſunt teſtimonia, imo principia ...ernæ pœnæ. Negari certe nequit, perpetuam ...e relationem inter *culpam* & *pœnam*, ubi igi... facta eſt remiſſio culpæ, ibi pœna proprie ...ta locum habere nequit, quid, quod remiſſio ...ccati nihil aliud ſit, quam condonatio pœnæ? ...uidem peccatum originale quoad *radicem* ac ...nitem (mortificatum tamen & refractum) ...nper manet in renatis, peccatum actuale, ...ione *actus* tranſit; quando vero remittitur, ...n ex facto infectum redditur, ſed tantum rea... pœnæ tollitur. Ergo pugnant inter ſe invicem, ...ccatum vere remiſſum eſſe, & tamen pœnam ...oprie dictam propter peccatum adhuc ſuſti...ndam eſſe. Auguſtinus libr. I. retract. cap. ... *Omnis pœna, ſi juſta eſt, pœna peccati eſt.* ...homas p. I. 2. q. 87. art. 7. & 8. docet, *om...m pœnam, quae mere & proprie eſt pœna, ...e propter aliquam culpam.* Pererius in Gen. ... pag. 541. n. 163. *Si pœna proprie ſumatur, ...eſſario reſpondet peccato, nec ſine eo poteſt ...e, ſiquidem per pœnam compenſatur & reſti...ur aequalitas juſtitiae per peccatum violatae.* ...llarminus libr. I. de pœnit. cap. 7. *Culpa eſt ...uſa pœnae, cum ex culpa obligatio naſcatur ad pœnam.* libr. III. de laic. cap. 11. *Culpa & pœna relativa ſunt.* Quæ Bellarmini teſtimonia ſunt ipſimet opponenda, quando libr. de matrim. cap. 17. ex 6. de reg. juris reg. 23. inquit: *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus;* & ſubjicit: *Non ſolum culpam, ſed etiam cauſam ſubeſſe oportet, ut quis nullo modo puniri poſſit.* Thomas 2. q. 108. art. 4. diſtinguit inter *pœnam, quatenus conſideratur ſecundum rationem pœnae*, hoc eſt, ſtricte & adcurate, *& tum non debetur niſi peccato;* & inter *pœnam, quatenus conſideratur ut medicina, & tum aliquis, nempe pius, interdum punitur ſine ipſius culpa, quippe quae ipſi propter Chriſtum condonata, ſed non ſine cauſa.*

An reatus pœnæ poſſit bonis operibus redimi?

§. CXXVI. Cap. 3. conatur Bellarminus probare *reatum pœnae temporalis, qui interdum remanet poſt amicitiam cum Deo reformatam, bonis operibus redimi poſſe.* Reſp. quemadmodum non ſemper, nec omnibus reconciliatis, nec æqualiter ſingulares pœnæ pro peccatis in hac vita imponuntur: ita quoque bono Dei conſilio quibusdam mitigantur, quidam ab illis penitus liberantur, quidam ad mortem uſque ſub illis laborare coguntur; inde in vera pœnitentia & humiliatione pii petunt ſane liberationem & mitigationem calamitatum, interim tamen voluntati divinæ ſeſe totos ſubjiciunt, ac benevolo Dei conſilio liberum relinquunt, an & quando ab illis liberare velit. Sic ergo per veram ac ſeriam pœnitentiam mitigantur, vel etiam plane auferuntur pœnæ temporales, non quod opera ejus ſint ſatis-

...træus in c. 25. Levit. Kitthnerus in meth. explicat. in loco de pœnit. fol. 811. Chemnitius part. II. exam. cap. 10. de operibus ſatisf. fol. 204. Leyſerus in cap. XLIX. Geneſ. Selneccerus in pædag. Geſnerus in cap. XLV. Gen. f. 851. Heſhuſius in examine edito Helmſtadi 1586. in quo priorem ſententiam ſuam, quod non ſint pœnæ, correxit, refert enim ſe admonitum eſſe hac de re a paſtoribus in præfat. epiſt. prioris ad Cor. anno 73. Jon. III. 9. *Quis ſcit, an convertatur Dominus a furore iræ ſuæ?* quem locum noſtri exponunt de averſione temporalium calamitatum. Pſalm. VI. 1. *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Balduinus in comm. cap. III. Rom. q. 4. diſtinguit inter pœnam *ſupplicii* & pœnam *caſtigationis* ſive probationis. Pœna *ſupplicii*, quæ proprie pœna dicenda eſt, & pro peccatis admiſſis debita, una cum peccatis remittitur: pœna caſtigationis ſeu probationis, quæ proprie crux & calamitas adpellanda, etiam piis in hac mortalitate ſuſtinenda relinquitur, GERHARDUS.

tisfactiones vel compenſationes pro peccatis vel merita reconciliationis, ſed quia caſtigationibus illis Deus nihil aliud quærit, quam ut accendatur vera humilitas, excitetur odium ac deteſtatio peccati, ac mortificatio veteris hominis. Proinde quando Deus talia exercitia pœnitentiæ, fidei ac novæ obedientiæ in reconciliatis videt, tunc habet id, quod caſtigationibus illis quærere ſolet, ideo pœnas illas propter Chriſtum *μεσίτην κ̀ ἱκέτην* vel aufert, vel mitigat, (ſicut Daniel orat cap. IX. 17. *propter Dominum exaudi nos, & reſpice exilium noſtrum*) nec tamen ſemper, nec in omnibus pœnis illud contingit, id quod ipſe Bellarminus agnoſcit, ſic enim ſcribit: *pœnas temporales hujus vitae interdum non poſſe redimi, ſed neceſſario perpetiendas eſſe, talis inprimis pœna mors eſt, quam nullus quamtumvis juſtus ullo pio opere avertere potuit, talis fuit pœna Davidis per mortem filii inflicta &c.* Agnoſcunt hoc vere pii, ideo totos ſe divinæ voluntati in paternis illis caſtigationibus ſubmittunt, petunt, ne Deus intret in judicium cum ipſis, ſed ut liberet vel mitiget, vel ſi eas manere velit, ut det patientiam ac ſalutarem ἔκβασιν.

An opera ſatisfactionis ſponte ſuſcipi poſſint?

§. CXXVII. Cap. 4. diſputat Bellarminus, *opera laborioſa, quibus reatus pœnae temporalis expietur, ſponte ſuſcipi poſſe*, ubi adfert exempla eorum, qui in cinere & favilla egerunt pœnitentiam, jejunarunt, ſaccis ſe induerunt. Gretſerus in Virgidem, pag. 156. *Sanguis Chriſti expiavit & abluit peccata noſtra, at non ſine inſtrumentorum interventu, in quibus & profeſſionis religioſae externa indicia, cilicium, veſtitus monaſticus, tonſura.* Reſp. illi, quorum jejunia, cilicium, lacrimæ &c. in ſcripturis deſcribuntur, aut fuerunt vere pii veram ac ſalutarem agentes pœnitentiam, ut Job, David, Daniel, Ninivitæ, Petrus &c. *aut* hypocritæ, ut Achab. *Illi externis* iſtis corporis adflictionibus teſtati ſunt ſeriam cordis ſui contritionem, quæ in calamitatibus ſive publicis, ſive privatis, atque in lucta tentationum acui & creſcere ſolet, non autem eo fine illas ſuſceperunt, ut pro peccatis vel pœnis peccatorum ſatisfacerent, cum ipſimet fateantur & agnoſcant, ex gratuita miſericordia propter Chriſtum mediatorem ſibi peccata remitti Job. IX. 3. *ad mille non potero tibi unum reſpondere.* Pſalm. CXXX. 3. *ſi peccata imputare decreveris, quis ſuſtinebit?* Pſalm. CXLIII. 3. *Ne intres in judicium cum ſervo tuo.* Dan. IX. 7. *Tibi Domine juſtitia, nobis autem confuſio faciei.* v. 17. *Exaudi nos propter Dominum.* Nec Deo præſcribunt terminum vel modum liberationis in pœnis temporalibus, ſed totum hoc humilis fidei obedientia paternæ Dei voluntati reſignant, ut teſtatur exemplum Ninivitarum & Davidis. Quod *hypocritas* attinet, illi externa ſua humiliatione & adflictione ſponte adſumta averſionem vel prorogationem temporalium pœnarum impetrant, non per modum vel meriti vel ſatisfactionis, ſed quia externa obedientia externo remuneratur præmio, ſicut alias opera non renatorum moraliter bona præmiis hujus vitæ a Deo ornantur, ut ſocietas humana conſervetur, & externa diſciplina commendetur. *Habent mercedem ſuam*, dicit de illis Chriſtus Matth. VI. 2. *Habent quidem* (dicit apologia confeſſionis Wirtenb., cap. de pœn. pag. 504.) *bona opera, quae impœnitentes faciunt* (abſque peccati agnitione & fide) *ſuam laudem ſuaque merita* (præmia) *coram hominibus & in his terrenis beneficiis, coram Deo autem tantum abeſt, ut ad expianda peccata & ad promerendum favorem Dei aliquid faciant, ut ſi eo transferantur, habeantur velut peccatum, ſicut ſcriptura loquitur, ariolandi & velut ſcelus idololatriae.* Ergo ſi vera ac ſeria in corde eſt contritio, externa illa indicia ſponte conſequentur, ſi vero ex hypocriſi adflictiones illæ ſponte adſumantur, & quidem hoc fine, ut per eas Deo ſatisfiat, corde interim nondum vere contrito, ac fide in Chriſtum mediatorem deſtituto, tum quid de illis Deus judicet, manifeſtum eſt ex Eſa. LVIII. 5. *An tale eſt jejunium, quod elegi, ut adfligat homo per diem animam ſuam? an ut incurvet ſicut juncus caput ſuum & ſaccum, & cinerem ſternat?* Hac de re Taulerus conc. IV. fol. 10. ſic ſcribit: *Etlichen Menſchen genüget nit an der*

Myrr-

ien, die ihnen GOtt gibt, ſondern wollen
ch mehr auf ſich laden, und machen böſe
'er und krancke Phantaſeyen, und haben
elitten, und viel, und thun den Dingen
echt, und wird ihnen wenig Gnade daraus,
ie bauen auf ihre eigne Auffeze, es ſey
itenz oder Abſtinenz, oder in Gebet oder
:ht, ſo muß GOtt ihrer Müſſigkeit erbei-
warten), biß daß ſie das ihre gethan,
*) *Se ipſum judicare*, 1 Cor. XI. 28.
pus caſtigare, 1 Cor. IX. 27. nequa-
ignificat ſponte ſuſcipere adflictiones cor-
ioc fine, ut Deo ſatisfiat pro peccatis vel
orum pœnis, ſed excuſſa ſecuritate pec-
gnoſcere ac deplorare, radicem peccati
icare, carnis cupiditates reprimere, pravas
iſcentias refrenare, corpus in ſervitutem
e &c. Alibi enim improbat apoſtolus, *ſi*
honor corpori non reddatur, Col. II. 23.
ninus dicit; *illud tum demum improbari,*
x ſuperſtitione; recte ſubſumimus autem,
itioſum eſſe, in adflictionibus corporis vel
n excedere, vel ſatisfactionis cauſa eaſdem
re, cum utrumque mandato Dei deſti-
ſpectat. Turpiſſima igitur confuſio eſt clavis ſolventis ac ligantis, quando vere pœnitentibus peccata adhuc, vel ex toto, vel ex parte, retinentur ac ligantur. Nuſpiam certe Chriſtus juſſit, ut apoſtoli pœnitentibus imponerent pœnas ſatisfactorias, ſed *in nomine ſuo pœnitentiam ac remiſſionem peccatorum praedicare* juſſit, Luc. XXIV. 47. Nuſpiam vel Chriſtus, vel apoſtoli pœnitentibus certas mulctas indixiſſe leguntur, ſed gratuitam peccatorum remiſſionem adnunciant, & a peccatis in poſterum cavere jubent. Inceſtuoſum Corinthiacum apoſtolus *ſatanae tradidit in carnis interitum, ut ſpiritus ſalvus fieret*, cum in peccatis ſecure pergeret; cum vero ex animo converteretur, & ad meliorem frugem ſe reciperet, abſque ullius ſatisfactionis interventu eum recipiebat. Gloſſ. interlin. Matth. XVIII. quæcunque adligaveritis, ſcilicet *vinculo anathematis*. Gloſſ. ordin. *a Deo veſtra ſententia confirmatur vel ad recipiendum pœnitentem, vel ad abjiciendum contumacem.* Id ipſum oſtendit etiam connexio textus. Cum enim in præcedentibus juſſerit Chriſtus præfractum peccatorem habere *velut ethnicum & publicanum*, hoc eſt, ſeparare ab aliis fidelibus per excommunicationem & cenſuram eccleſiaſticam, ſubjungit hæc verba: *Amen dico vobis, quaecunque adligaveritis ſuper terram, ligata erunt*, oſtendens, cenſuram illam coram Deo ratam fore. Auguſtinus de verb. Dom. ſerm. 16. circa medium: *Hoc audivimus Dominum ita monentem & tanta cura praecipientem, ut etiam hoc adderet continuo:* Amen dico vobis, quæcunque ligaveritis &c. *Cœpiſti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra, ſed ut juſte adliges vide, nam injuſta vincula diſrumpit juſtitia.*

a ſatis-
recte
itur a
ibus?

§. CXXVIII. Cap. 5. Bellarminus probare inſtituit, *opera ſatisfactoria recte a ſacerdotibus injungi.* I.) Matth. XVIII, 18. *dantur eis claves ad ſolvendam & ligandum, ut igitur a culpa pœ-*
r abſolvunt, ita quoque poſſunt ac de-
ſdem ad certa pœnitentiae opera adliga-
) Reſp. ſicut peccatorum remiſſio ac ſo-
ntum pœnitentes reſpicit, ita peccatorum
io ac retentio tantum ad impœnitentes

II.)

Apud Zuingerum libr. III. vol. 27. *Fulco, Ande-*
venſis comes, ſatisfacturus pro peccato quodam,
dutus malefici damnati veſtitu, cum duobus co-
itibus ad ſepulchrum Domini contendit; ita, ut
rum alteri ſe collo reſti illaqueandum & trahen-
um traderet, alteri virgas praeberet, quibus ſe
rgo læſum laceratumque eodem ageret vociferan-
m: admitte Domine miſerum Fulconem periurum
r fugitivum tuum. Lutherus anno Chriſti 1508.
ſe vidit Magdeburgi principem quendam An-
haldinum, fratrem Adolphi præpoſiti Merſburgenſis, indutum cucullo monaſtico gerere ſaccum, quo colligebant panem mendicantes monachi, tom. VI. Germ. Jen. fol. 9. & 20. GERHARDUS.

(**) Pinellus Jeſuita libr. II. de pœnit. cap. 2. *Pœnitens, qui rei perſonam ſuſtinet, paratus eſſe debet, ſatisfactionem, quæcunque illi in hac vita a confeſſario tanquam judice imponetur, perficere.* GERHARDUS.

II.) *In primitiva eccleſia pœnitentibus ſatisfactiones ſunt impoſitae.* Reſp. multis modis differunt exercitia ſatisfactionum canonicarum in veteri eccleſia uſitatarum, a ſatisfactionibus pontificiis. *Illae* irrogabantur tantum pro delictis notoriis, erant enim pars publicæ pœnitentiæ; *hae* vero etiam pro occultis & quibuslibet peccatis in confeſſione expoſitis irrogantur. *Illae* requirebant opera legi divinæ conformia, humiliationem, deprecationem, eleemoſynas &c. *hae* vero ἐθελοθρησκείας plerumque continent, ut peregrinationes ad ſtatuas ſanctorum, flagellationes, roſaria, participationes operum ſupererogationis a monachis ac monialibus præſtitorum &c. *Illae* exigebantur hoc fine, ut conſtaret de vera ac ſeria pœnitentia, ut eccleſiæ pro ſcandalo ſatisfieret, ut reliqui exemplo ſeveritatis iſtius admonerentur de cavendis delictis & moribus caute regendis; *hae* vero referuntur ad tribunal Dei, ut coram eo ſint ſatisfactiones pro peccatis admiſſis, vel certe pro pœna illorum temporali, in quam æternam commutatam eſſe ſtatuunt. *Illae* abſolutionem præcedebant, *hae* vero eandem ſubſequuntur. *Illae* non laxabantur, niſi vel naturæ imbecillitas, vel præſens mortis periculum laxationem quandam exigeret, nam in mortis articulo pax per abſolutionem & communicationem euchariſtiæ dari præcepta fuit, nondum impletis ſatisfactionibus illis canonicis, teſte Cypriano libr. III. epiſt. 17. & Euſebio libr. VI. c. 34. *hae* vero nundinationibus indulgentiarum redimi, vel etiam per alium impleri poſſunt, ut recte ſcribit Chemnitius part. II. exam. c. de ſatisf. p. 368. *Pontificios, qui veterum ſententiis pro ſatisfactionibus pugnant, antiquas ſatisfactiones non habere.* III.) Rationes docent, congruum eſſe, ut pœnitentibus poſt baptiſmum lapſis mulctæ imponantur, *qui peccant ante baptiſmum, majori miſericordia digni ſunt, quam qui poſt baptiſmum peccant, cum illi in tenebris ignorantiae, hi in lumine fidei & agnitionis Dei verſentur: Juſtitiae divinae omnino ſatisfieri oportere, pœnitentiam eſſe medium animae vulneratae, ideo exigere uſtiones, inciſiones, pharmaca amara: ſatisfactiones ipſis pœnitentibus & aliis utiles eſſe.* Reſp. Spiritus ſanctus non ſolum ante baptiſmum, ſed etiam poſt baptiſmum lapſos ad unicam Chriſti ſatisfactionem in ara crucis præſtitam deducit, nuſpiam vero talem differentiam ſtatuit, ut remiſſionem peccatorum ante baptiſmum gratuitam eſſe dicat, pro illis vero, quæ poſt baptiſmum committuntur, ſatisfactionem exigat. 1 Joh. II. 1. *Haec ſcribo vobis, ut non peccetis, ſi quis autem peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, videlicet Ieſum Chriſtum juſtum;* v. 2. *ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Hebr. IV. 15. *Non habemus pontificem, qui non poſſit adfici ſenſu infirmitatum noſtrarum, ſed tentatum in omnibus ſimiliter abſque peccato;* v. 16. *accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, ut conſequamur miſericordiam.* Rom. III. 25. *Deus propoſuit Chriſtum ἱλαστήριον per fidem in ſanguine ejus.* Monſtretur vel unicum ſcripturæ pronunciatum, in quo talis differentia inter lapſos ante baptiſmum ac poſt baptiſmum ſtatuatur? Bellarminus dicit, gravius illos peccare, qui poſt baptiſmum in lumine fidei conſtituti peccant: recte, ſed ex eo nondum ſequitur, quod poſſint vel debeant ſuas adferre ſatisfactiones. Majus ac minus non variant rei ſpeciem. Si ergo majores ſatisfactiones exiguntur ab illis, qui gravius peccant poſt baptiſmum, aliquæ etiam, licet minores, exigendæ erunt ab illis, qui minus peccaverunt ante baptiſmum. Juſtitiæ divinæ per noſtra opera ſatisfieri poſſe non ſolum præter, ſed etiam contra ſcripturam adſeritur, quæ unicam Chriſti ſatisfactionem eandemque perfectam & infinitam prædicat. Opera quædam a pœnitentibus exigenda vel iisdem imponenda eſſe concedimus, ſi de canonicis ſatisfactionibus in primitiva eccleſia uſitatis, *vel* de exercitiis pœnitentiæ, pietatis ac novitatis vitæ, qualia ſunt oratio, eleemoſyna, jejunium, tolerantia adfectuum &c. *vel* etiam de caſtigationibus civilibus ac eccleſiaſticis diſciplinæ conſervandæ ergo impoſitis intelligatur, ſecus ſi de indebitis ac ſupererogationis operibus vel ἐθελοθρησκείαις, hoc fine requiſitis, ut pro peccatis ſatisfiat, accipiantur. Atque tales ſatisfactiones pœnitentibus imponere eſt illis fiduciam unicæ ſatisfactionis Chriſti excutere: eſt perfectionem ſatisfactio-

nis

nis Chriſti abnegare: eſt humana commenta & opera pro Chriſto hominibus obtrudere: eſt Deum injuſtitiæ adcuſare, quaſi qui una Chriſti ſatisfactione pro culpis noſtris non contentus aliam a nobis exigeret: eſt omnem conſolationem conſcientiis ſenſu iræ divinæ oppreſſis nefarie eripere.

Quot ſint opera ſatisfactoria?

§. CXXIX. Cap. 6. diſputat Bellarminus, *opera ſatisfactoria eſſe praecipue tria, videlicet jejunium, ad quod revocantur ea omnia, quae corpus adfligunt, ut cilicia, cineres, flagellationes: eleemoſyna, ad quam revocantur omnia opera miſericordiae, & oratio, ad quam revocantur ea omnia, quae Deo proprie exhibentur, ut laudes, gratiarum actiones, contritionis & confeſſionis actus.* Reſp. de tota hac re alibi ex profeſſo agetur, an ſcilicet opera noſtra in judicio Dei ſint ſatisfactoria ac meritoria, item an præter perfectam obedientiam legi debitam adhuc opera quædam ſupererogationis a nobis præſtari poſſint. Obſerva autem duas illas rationes, quibus Bellarminus hoc loco probat, recte tria præcipue ſatisfactionum genera a theologis ſtatui. *Una* (inquit) *cauſa eſt, quod debeamus Deo ſatisfacere per ea bona, quae noſtra ſunt, quoad ejus fieri poteſt. Habemus autem tria genera bonorum; animi, quae Deo damus per orationem; corporis, quae Deo damus per jejunium; externa, quae Deo damus per eleemoſynam. Altera ratio eſt, quod omnia vitia revocantur ad concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum & ſuperbiam vitae. Jejunium comprimit concupiſcentiam carnis, eleemoſyna concupiſcentiam oculorum, id eſt, avaritiam, oratio ſuperbiam vitae.* Reſp. at jam ante omnia noſtra Deo debemus, cum ex totis viribus ipſi ſervire juſſimus; jam ante concupiſcentias pravas refrenare ac mortificare tenemur, quomodo igitur vel bonorum divinitus conceſſorum elargitione, vel concupiſcentiarum mortificatione pro admiſſis peccatis ſatisfacere poſſumus? Mirum vero eſt, orationem ac preces inter ſatisfactoria ac meritoria opera referri, cum in illis extremam noſtram indigentiam ac infirmitatem teſtatam faciamus! Nec ſufficit, exempla adferre eorum, qui jejunarunt, orarunt ac eleemoſynas dederunt; quis enim niſi extreme impius hæc improbaret? ſed demonſtrandum erat, ſatisfactionis cauſa opera illa a vere piis ſuſcepta eſſe. Porro Bellarmino quidem in hac generalitate hoc loco ſubſiſtere placuit; alii vero diſputant de quadragena, ſeptena & carena, quæ quid ſint, vel potius olim fuerint, cognoſci poteſt ex libro, qui continet cauſas recuſati concilii Tridentini p. 103. & apologia confeſſionis Wirtemb. p. 556. ubi ex Roſario parte III. titulo de indulgentiis ſic ſcribitur: *Notandum, quod indulgentiæ conceduntur variis modis, et exprimuntur diverſis vocabulis. Carina ſeu carena ſecundum gloſſam ſuper can.* accepiſti de ſponſa duarum &c. *eſt vulgare Italicorum. Et dicitur carina a carentia hominum, vel etiam cibariorum. Nam in illis quadraginta diebus homines includuntur in aliquo loco ſecreto juxta eccleſiam, ubi non habent conſortium hominum. Unde & in ſupra dicto can.* accepiſti &c. *injungitur cuidam, qui acceperat quandam in uxorem, quam alter ſibi deſponſavit, hoc, faciat carinam, id eſt, quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis, pœniteat. Ut enim colligitur ex geſtis ſummorum pontificum, differentia eſt inter ſeptenam vel ſeptenarium, quadragenam & carenam, quae etiam carentina aliquando dicitur. Nam Clemens papa prius inſtituit quadragenam, per quam deſignavit pœnitentiam quadraginta dierum, cum ſeptem annis ſequentibus, quam pœnam injungebat ratione unius peccati mortalis: ita quod per iſtos quadraginta dies pœnitentes excludebantur ab eccleſia, & incedebant capite diſcooperto, ſparſo crine, & poſt eoſdem dies injungebatur eis pœnitentia ſeptennis, videlicet, quod per eoſdem ſeptem annos feriis ſecundis ſemel uterentur lacticiniis, quartis feriis uno ferculo concernente jejunium. Sextis vero feriis haberent tria fruſta panis, cinere intincta, & intra hos ſeptem annos non utebantur carnibus, nec vino, nec etiam lecto, balneo: ſed dormiebant in terra aſpera vel etiam lapide. Quibus annis expletis,*

Quid carena.

Quid quadragena.

 licuit

Quid ſeptena. *licuit ipſos primo communicare corpore dominico. Septenam autem Innocentius papa injungebat prius pro uno peccato mortali, ſic quod die dominico debebant uti lacticiniis bis in die: feria ſecunda jejunare uno ferculo concernente jejunium: feria tertia utebantur bis lacticiniis ſive ovis: feria quarta utebantur pane & potu aliquo ſemel in die: feria quinta ſimiliter lacticiniis & ovis: feria ſexta ſolo pane & aqua ſimul: die vero ſabbati ibant peregrinatum per eccleſias, viſitando limina ſanctorum, quando melius potuerunt comedere lacticinia ſemel. Quibus expletis, praehabita abſolutione, licuit ipſos communicare corpore dominico, & vocabatur hujusmodi pœnitentia ſeptenaria, vel ſeptena Innocentii. Sed carena ſive carentina erat pœna includens pœnitentiam quadragenae & ſeptenae, quia ſic pœnitentes abſtinebant a cibis & a converſatione hominum, & jejunabant in pane & aqua quadraginta diebus. Item poſt hoc imponebatur eis ſeptennalis pœnitentia, juxta arbitrium ſacerdotis, ut jejunarent qualibet ſeptimana unum diem, & dicerent certas orationes, aut facerent aliqua pia opera, quae pœnitentia injungebatur pro quolibet peccato mortali, ſecundum canones, licet modo canones pœnitentiales ſint arbitrarii. Modo autem papa dans quadragenam vel ſeptenam, vel carenam in literis indulgentiarum praetendit abſolvere illos, qui debite utuntur indulgentiis, vel tantam gratiam conferre remiſſionis, quantam iſti per easdem pœnitentias meruerunt. Et ſic per annum pœnitentialem confert tantam gratiam remiſſionis, quantam homo meretur per ſe pœnitendo per annum.*

An poſſimus vere Deo ſatisfacere? 1) Eſa. I. Quieſcite perverſe agere &c.

§. CXXX. Cap. 7. & 8. Bellarminus probare conatur, *vere nos ſatisfacere Deo poſſe pro reatu pœnae temporalis.* I.) Eſa. I. 17. *Quieſcite perverſe agere, ſi peccata fuerint velut coccinum, ut nix dealbabuntur, ubi remiſſio plena ac perfecta peccatorum velut praemium quoddam promittitur illis, qui in operibus miſericordiae ſe exercuerint,* quod dictum repetit c. 15. *Reſp.* deſcribitur in hoc loco vera pœnitentia a propriis & genuinis fructibus, qui ſunt c[...] a malo & facere bonum; vitioſe igitur c[...] nuntur a Bellarmino reſipiſcentes & illi[...] lavantur per contritionem, ac qui in boni[...] ribus ſe exercent, ſiquidem omnes vere [...] ſcentes ſeriam contritionem in corde ſen[...] fide in Chriſtum mediatorem ſeſe iterum [...] gunt, & *fructus pœnitentia dignos* faciunt M[...] III. 8. *Porro* remiſſio peccatorum promi[...] pœnitentiæ, non quaſi contritio noſtra vel e[...] datio vitæ ſit meritum remiſſionis peccat[...] ſed quia fides, cujus anteambulo eſt cont[...] & pediſſequæ bona opera, in Chriſto m[...] tore gratiam Dei ac reconciliationem qu[...] ſic ergo deſcribit propheta, *quibus & quo[...] ne,* non autem *propter quid* Deus velit p[...] ta remittere Eſa. XLIII. 24. *Servire me [...] in peccatis tuis.* v. 25. *Ego, ego ſum, q[...] leo praevaricationes tuas propter me, & [...] catorum tuorum non recordabor amplius.* II.) Dan. IV. 24. *Peccata tua redime eleemoſynis.* Prov. XVI. 6. *Miſericordia & veritate redimitur iniquitas.* Reſp. de loco Danielis actum fuit ſuperius §. 89. qui tamen ad quæſtionem propoſitam directe non pertinet.

2.) Dan. Redime p[...] tua eleem[...] Prov. X[...] Miſeric[...] redimit[...] iniquitas

Rex enim Nabuchodonoſor erat impius, & [...] ſolum pœnæ, ſed & culpæ remiſſione indig[...] jam vero hoc loco quæritur de ſatisfaction[...] pœna præſtanda ab illis, qui jamdum De[...] conciliati ſunt. Occurrit Bellarminus: [...] *Danielis intelligenda eſſe de perfecta remi[...] peccati, quoad culpam & pœnam, ita, u[...] hortatio ſit ad magnas & frequentes elee[...] nas, quibus primum diſponatur rex ad r[...] ciliationem, & ſic placet Deum ex cong[...] & gratiam reconciliationis impetret, [...] etiam pœnam ex condigno redimat.* Ubi n[...] quis quærat, quid ergo Chriſtus fecit? qu[...] do conſiſtit gratuita juſtificatio ac peccat[...] remiſſio cum meritis illis ex congruo & condi[...] ſuum hæc alibi habebunt locum. Dictum [...] monis beneficentiam & benignitatem erga [...] ximum commendat, quæ ſi ex corde pœni[...]

& in Chriſtum credente proficiſcantur, Deo tam grata ſunt, ut corporales pœnas vel auferat vel mitiget illis, qui graviter deliquerant. Pſalm. XLI. 2. *Beatus, qui intelligit ſuper egenum, in die mala liberabit eum Dominus.* v. 4. *Jehovah fulciet eum in lecto doloris;* neque vero id meritum vel ſatisfactionem quandam noſtram infert, cum opera illa jam ante ſint Deo debita, ſint immunda, ſint imperfecta, nec vel peccatorum vel iræ divinæ quantitati reſpondeant. Urget Bellarminus vocem *redemtionis*, quam dicit æquivalere *ſatisfactioni*, ac parum abeſt, quin inferat, nos aliqua ex parte eſſe noſtros redemtores; ſed in Hebræo eſt vox כִּפֵּר *texit, operuit, abſcondit.* In eodem cap. v. 14. *Ira regis nuncius mortis, vir ſapiens* יְכַפְּרֶנָּה *placabit eam.* Ezech. XLIII. 20. declaratur hæc vox ἐξηγητικῶς per חִטֵּא *mundavit. Obſervandum eſt,* (ſcribit Forſterus in voce כִּפֵּר) *cum hoc verbum hominibus tribuitur, quod ſignificet actionem & miniſterium, quo ablato peccato aut immunditie expurgata aut amota ira & offenſa, gratia, favor, reconciliatio, expiatio, mundities quaeritur. Cum vero Deo attribuitur, tum ſignificat peccatum, vel reatum peccati, vel iram, vel offenſam tegere, abſcondere, remittere, removere e conſpectu, quod eſt, fieri propitium, condonare, parcere, non imputare amplius aut punire.* LXX. reddiderunt, ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. In Hebræo eſt בְּחֶסֶד וֶאֱמֶת, *in miſericordia & fide*, unde quidam hoc referunt ad miſericordiam Dei benigniſſimi patris, a quo ſolo omnis peccatorum noſtrorum expiatio propter Chriſtum fide adprehenſum nobis obtingit, cum ſequenti verſiculo addatur: *Cum benevolentia perſequitur Jehova vias alicujus, etiam inimicos ejus pacatos reddet ei.* (*) III.) Matth. III. 8. *facite fructus pœnitentia dignos, quod non ſolum vitae novitatem requirit, ſed etiam ut talia opera faciamus, quae valeant delere peccata, ut malefacta laborioſis operibus puniamus, ut ſcelera bonis operibus redimamus.* Reſp. manifeſtum eſt, de novitate vitæ baptiſtam agere, quam converſis ad Dominum præſcribit, non ut per eam pro peccatis anteactis ſatisfaciant, ſed ut gratos ſe Deo præſtent, & a recidiva caveant, ideo ſubjungitur v. 10. *Securis ad radicem arboris poſita eſt, omnis arbor, quae non facit fructos bonos, exſcinditur*, ubi proponitur αἰτιολογία, cur fructus pœnitentia dignos facere debeant. Luc. III. 11. *in ſpecie* declaratur, quid per illos *fructus pœnitentia dignos* baptiſta intellexerit. Quærenti enim turbæ, quid faciendum ſit, reſpondet: *Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat;* v. 13. quærentibus publicanis, quid ipſis in poſterum faciendum ſit, reſpondet: *nihil amplius, quam quod conſtitutum vobis eſt, exigite;* v. 14. quærentibus militibus, quid faciendum illis ſit, reſpondet: *neminem concutite, neque calumniemini, ſed contenti eſtote ſtipendiis veſtris*, quæ omnia ad vitæ novitatem pertinere, negari nulla veritatis ſpecie poteſt, eam vero uſitata ſcripturæ phraſi *fructus pœnitentia dignos* baptiſta vocat. Sic Eph. V. 9. Gal. V. 22. bona opera vocantur *fructus Spiritus:* Matth. XIII. 8. *fructus ſeminis cœleſtis:* cap. XXI. 34. *fructus ſpiritualis vineae:* Joh. XV. 2. *fructus palmitum Chriſto veræ viti inſertorum:* Philip. I. 11. *fructus juſtitiae;* Jac. III 17. *fructus ſupernae ſapientiae &c.* Conferimus etiam locum Act. XXVI. 20. ubi teſtatur apoſtolus, *ſe adnunciaſſe gentibus, ut agerent pœnitentiam, & converterentur ad Deum*

3.) Matth. III. facite fructus pœnitentia dignos.

(*) Tremellius ita vertit: *Benignitate & veritate purgantur peccata;* benignitate ſcilicet patris miſerentis, quem ſenſum probat vox hebraica כפר, unde *propitiatio & propitiatorium* derivantur, quibus vocabulis *Chriſtus* ſignificatur Rom. III. 25. 1 Joh. II. 2. Hanc interpretationem manifeſtam facit vetus interpres, loco ſic reddito: *Miſericordia & fide redimitur iniquitas.* Scimus autem nos redemtos non niſi pretioſo ſanguine agni immaculati. *Fide purificari* dicuntur *corda* Act. XV. 19. inſtrumentaliter ſcilicet, ita quoque hoc loco. GERHARDUS.

opera facientes digna pœnitentia; jam vero ex hiſtoria prædicationis apoſtolicæ non poteſt evinci, Paulum converſis talia ſatisfactoria opera impoſuiſſe, ſed fructus illos & opera pœnitentiä digna in novitate vitæ paſſim collocat, in ſolo autem Chriſto gratuitam peccatorum remiſſionem fide quærendam eſſe docet, perinde ut & Johannes baptiſta pœnitentibus monſtravit *agnum Dei, qui tollit peccata mundi.* Joh. I. 29. Chryſoſtomus in h. l. *ſi vere vos pœnitet, ut prae vobis fertis, ſic vivite, ut adpareat vos reſipuiſſe, & ex animo priſtinae vitae pœnitentia teneri.* Dicuntur igitur bona opera *fructus pœnitentia*, id eſt, iis, qui reſipuerunt, *digni*, ſicut Philip. I. 27. eadem phraſi jubentur renati *evangelio digne*, Eph. IV. 1. *vocatione digne*, Col. I. 10. 1 Theſſ. II. 12. *Deo digne ambulare*, id eſt, prout decet eos, qui ad Deum per evangelii prædicationem ſunt converſi.

4.) 2 Cor. VII. exigitur vindicta.

IV.) *Paulus* 2 Cor. VII. 11. *inter fructus ſalutaris triſtitiae ponit vindictam.* Reſp. vindicta illa ſive ſerius dolor contritionis omnino requiritur in vera pœnitentia, non ut per eam Deo ſatisfaciamus, ſed propter fines alios.

5.) Sacrificia vet. teſt. fuerunt ſatisfactoria.

V.) *Sacrificia in vet. teſt. fuerunt compenſatoria ac ſatisfactoria.* Reſp. id vero plane judaicum eſt ſomnium toties a prophetis reprehenſum, ſacrificia fuerunt typus unici illius propitiatorii ſacrificii in ara crucis a Chriſto offerendi, per quem etiam in vet. teſt. ſancti peccatorum remiſſionem conſecuti ſunt. Quæ de meritis operum noſtrorum attexuntur, ſuum habebunt inferius locum.

Dicta patrum.

§. CXXXI. Cap. 9. producit Bellarminus *dicta patrum.* Reſp. 1.) Pleraque veterum dicta loquuntur de ſatisfactionibus canonicis, quæ erant pars publicæ pœnitentiæ, a quibus quantum diſtent ſatisfactiones papiſticæ, ſuperius vidimus. 2.) In quibusdam agunt de fraterna deprecatione & damni proximo illati reſtitutione, quæ eſt ſatisfactio quædam coram hominibus, non autem coram Deo. 3.) In quibusdam ſatisfactionis nomine intelligunt vitæ emendationem, vocabulo illo a ritu ſatisfactionum publico ad fructus pœnitentiæ translato. *Satisfacere* apud ſcriptores profanos idem eſt, quod *ſeſe adprobare* cuipiam officiis. Cicero in I. epiſt. famil. *Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris ſatisfacio, mihi ipſe nunquam ſatisfacio.* Sic & veteres hoc intelligunt, quod homines, dum fide operentur, Deo ſe, prout poſſunt, adprobent. Cum veniam peccatorum petunt, quodammodo ſe purgant & ſatisfaciunt, quemadmodum cum quis læſit quempiam, ſatisfacere ſolet ei dolendo, interponendo preces, & offerendo ſua obſequia, læſus dicit, jam mihi ſatisfactum, quamvis injuriæ illatæ recompenſatio non ſit facta. Auguſtinus (vel quicunque alius auctor) de dogmatibus eccleſiaſticis cap. 54. citante Gratiano diſtinct. 3. de pœnit. *Satisfactio pœnitentiæ eſt cauſas peccatorum excidere, nec eorum ſuggeſtionibus aditum indulgere.* Chryſoſtomus in c. III. Matth. homil. 10. *Quomodo poterimus fructus pœnitentia dignos facere? utique ſi peccatis adverſa faciamus; aliena rapuiſti, incipe jam donare propria, longo es tempore fornicatus, a legitimo quoque uſu ſuſpendere conjugii &c. injuriam vel opere vel ſermone cuiquam feciſti, refer benedictionis verba conviciis, & percutientes te nunc officiis, nunc beneficiis, placare contende.* homil. XLVII. in Matth. *Vides, quia vita recta magis ceteris omnibus juvat. Rectam autem vitam adpello non jejunandi laborem, non cilicii ac cineris lectulum, ſed ſi pecuniam non aliter, quam oportet, deſpicias, ſi caritate ardeas, fameſcentes pane tuo nutrias, ſi ſuperior ira ſis, ſi gloriam inanem non concupiſcas, ſi invidia non detinearis.* 4.) Veteres, ut ritus illos ſatisfactionum hominibus magis commendarent, ſæpe cohortatorie ac πανηγυρικῶς de illis ſunt locuti, & vocabulis *redemtionis*, *compenſationis*, *ſatisfactionis &c.* liberius uſi, ideo dicta ipſorum ad analogiam fidei reducenda, non autem ex illis contra gratuitam peccatorum remiſſionem pugnandum. Agnoſcit hoc quodammodo ipſe Bellarminus, ſic enim ſcribit libr. IV. de pœnit. cap. 1. *Si veteres*

r patres interdum actionibus humanis tri-
e videntur, ut Deum ex inimico amicum
lant, atque adeo pro expianda culpa ſatiſ-
ant, interpretandi ſunt de ſatisfactione ex
gruo, non ex condigno. Et quilibet videt,
tribuendum ſit huic argumento Irenæi libr.
cap. 37. ubi de pœnitentia Adami tractat.
ſuccinctorium (inquit) *in facto oſtendit ſu-
pœnitentiam foliis ficulneis ſe ipſum conte-
exiſtentibus & aliis foliis multis, quae mi-
corpus ejus vexare potuiſſent, condignum
n inobedientiae amictum fecit, conterritus
re Dei & retundens petulantem carnis im-
m.* Rectius Auguſtinus XIII. de civit. Dei
13. *Foliis ficulneis, quae forte a perturba-
prima comperta ſunt, pudenda texerunt.*
quoque Cypriano in ſerm. de eleemoſynis
excidit. *Delicta, quae ante baptiſmum com-
i fuerunt, Chriſti ſanguine & ſatisfactio-
urgari, ſordes vero poſtmodum contractas
oſynis ablui.* Origenes homil. XII. in Lev.
*iſſimam pœnitentiae ſatisfactionem requiri,
, antequam Chriſtus intret ad animam pec-
ſibi conſciam.* 5.) Denique in quibusdam
modius & ſcripturæ conformius loquuntur,
dimus ſuperius. Chryſoſtomus homil. in
n. L. *Ubi miſericordia efflagitatur, ira
t, ubi miſericordia petitur, pœnae locus
eſt.* homil. IX. de pœnit. *Medicinae hic lo-
ſt, non judicii, non pœnas ſed peccatorum
ſſionem tribuit pœnitentia.* homil. de Phi-
nio: *Ego teſtificor ac fide jubeo, ut ſi no-
n quisque, qui peccatis obnoxii ſumus, re-
s a priſtinis malis ex animo, vereque pro-
t Deo, ſe poſtea nunquam ad illa reditu-
, nihil aliud Deus requirat ad ſatisfactio-
ulteriorem, benignus enim eſt.* Gloſſa juris
n. diſt. de pœnit. pag. 355. *Imponitur pœ-
tia pro peccato, ut humilitas exerceatur,
e diſciplina eccleſiae deſeratur, & ut ſa-
t eccleſiae, quae ſcandalizata eſt.* Biel IV. ſent. diſt. 40, q. un. dub. 1. quærit, cum peccata ſint remiſſa, quare adhuc injungatur ſatisfactio? Reſpondet autem, *illud ideo fieri, ut pœnitentes caveant recidivam, & aſſueſiant ad opera bona.* (atqui aliud eſt cautela, aliud medela) Atque hæc dicta ſint de ſatisfactione: an exceptiones Bellarmini, quas a cap. 11. usque ad finem libri profert, argumentis noſtrorum ſatisfaciant, ex ſuperioribus & ex mutua collatione intelligi poteſt.

Indulgentiae papales.

§. CXXXII. Ex ſatisfactione originem ducunt *indulgentiae* papales (*) ac *jubilaei*, de quibus cum prolixi exſtent noſtrorum commentarii Bellarmino aliisve Romanæ Thaidis amaſiis oppoſiti, ideo breviſſime de illis agemus. Fabrica indulgentiarum talis eſt: Statuunt, Chriſtum ſatisfeciſſe quidem pro peccatis noſtris ac pœna eorum æterna, interim tamen pro temporali pœna nobis ipſis ſatisfaciendum eſſe, idque vel operibus ſponte ſuſceptis vel a ſacerdote injunctis in hac vita, vel pœna in purgatorio luenda poſt hanc vitam. Ne vero reſiduæ iſtæ pœnæ partim ob durationem temporis, partim ob cruciatuum atrocitatem intolerabiles fiant, ideo indulgentias excogitarunt, quibus pœnas illas relaxari & redimi poſſe ſtatuunt, modo certa pecuniæ ſumma indulgentiales literæ ab officialibus Romani pontificis redimantur. Neque ſolum pro relaxandis pœnis, ſed etiam pro peccatis ac factis futuris, pro illicito gradu matrimonii, pro eſu caſei & butyri tempore quadrageſimali indulgentiæ dabantur, præſertim in jubilæo pleniſſimæ, unde res tandem eo redibat, ut Johannes Tezelius, æruſcator pontificius & indulgentiarum præco impudentiſſimus, a papa in Germaniam anno 1517. miſſus, contenderet, *nullum eſſe adeo magnum peccatum, etiamſi quis per impoſſibile matrem Dei violaſſet, quin poſſit ſolvi; animas de purgatorio ſtatim evolare, ubi contributio in ciſta fuerit conjecta; nolle ſe de potiori loco in regno cœlorum cum*

Petro

*) God. Hollen Dom. II. poſt paſcha ſermon. II. Kaiſersbergius de micis fol. 43. *Qui nihil dat vel fecerit, non conſequitur indulgentias.*

Idoneitas in ſuſcipiente indulgentias requirit tria, contritionem, confeſſionem & contributionem. GERHARDUS.

Petro optionem inire, cum ſuis indulgentiis plures ab interitu animas redemerit, quam Petrus evangelii ſui praedicatione. Lutherus tom. I. operum, Sleidanus libr. I. hiſtoriæ & alii complures. Porro in hoc indulgentiarum theſauro, cujus promum-condum conſtituunt Romanum pontificem, contineri dicunt 1.) ſuperabundans Chriſti meritum; 2.) opera ſanctorum, quæ ſint, vi meriti Chriſti, æternæ vitæ meritoria, ac pro pœnis peccatorum ſatisfactoria; 3.) paſſiones ſanctorum, quæ fuerint longe plures & graviores, quam reatus pœnæ temporalis exigeret, cui ob proprias culpas obnoxii fuerant. Hunc theſaurum pontifex Romanus, cui ſoli claves illius traditas eſſe diſputant, adplicat & diſpenſat vel per ſe *immediate*, ut fit in jubilæo præſertim, vel *mediate* per epiſcopos metropolitanos, legatos apoſtolicos, ſummos pœnitentiarios &c. Adplicat autem eum vel viventibus, vel defunctorum animabus in purgatorio æſtuantibus, idque per ſuffragia vivorum, hoc eſt, per miſſas, vigilias, jejunia, orationes, atque alia opera meritoria ac ſatisfactoria ordinum monaſticorum. Clemens VI. in Bulla jubilæi, *Papa tantam habet in purgatorio & in inferis poteſtatem, ut, quantum quantum velit animarum numerum, quae in iſtis locis cruciantur, per ſuas indulgentias liberare, & confeſtim in cælis ac beatorum ſede collocare poſſit.* Comp. theol. verit. libr. VII. cap. 5. *Papales indulgentiae proſunt defunctis in purgatorio, ut patet, quia crux datur aliquando pro duabus, vel quatuor vel decem animabus. In eccleſia enim eſt theſaurus meritorum tam Chriſti, quam defunctorum, de quo ſolus papa, qui claves habet hujus theſauri, pro neceſſitatibus eccleſiae poteſt accipere & diſpenſare. Alii autem, ſicut epiſcopi, non habent in his poteſtatem generalem, ſed limitatam & non niſi per ſummi pontificis diſpenſationem. Dicendum ergo, quod papa proprie non abſolvit defunctos a poena, ſed quaſi pro eis ſolvit de communi theſauro eccleſiae, ſicut aliter liberat creditor debitorem, dum a debito eum abſolvit, & aliter amicus debitoris, dum pro eo debitum ſolvit.*

§. CXXXIII. Indulgentias illas dicimus: I.) niti *falſis hypotheſibus*, iisdemque compluribus, quales ſunt, ſanctorum merita, opera ſupererogationis, ſatisfactiones pro pœna temporali poſt remiſſionem culpæ adhuc debitæ, purgatorii flammæ vere in Chriſtum credentibus ac Deo reconciliatis poſt mortem adhuc timendæ, peculiaris quidam theſaurus in templis Petri ac Pauli apoſtolorum, Johannis Lateranenſis & Mariæ Romæ reconditus, ſumma & abſoluta poteſtas Romani pontificis in terra & purgatorio, &c. (*) Quod Chriſti ipſius ſatisfactionem, quem ad hunc theſaurum referunt, attinet, ut grato corde agnoſcimus & prædicamus, peccatorum remiſſionem pretioſo Chriſti ſanguine partam eſſe inæſtimabilem & infinitum theſaurum eccleſiæ concreditum, quæ ex eo vere pœnitentibus & in Chriſtum credentibus diſpenſat veras & coram Deo ratas indulgentias, ſic huic ipſi veriſſimæ ac pleniſſimæ Chriſti ſatisfactioni injuriam facit Romanus pontifex, quod addit illi ſatisfactiones ſanctorum, quod diſpenſationem ejus ſibi ſoli vendicat, quod cœleſtem hunc theſaurum pecunia vendere per ſimoniam quandam intolerabi-

Argumenta contra indulgentias.

(*) In bullis ſuperiorum temporum homines vocabantur ad limina apoſtolorum, progreſſu temporis etiam in reliquis templis hic theſaurus inventus fingitur. Quo vero argumento vel indicio probant, vim meritorum nominatim in quatuor illa templa Romam delata, cum plerique ſancti Romam ne quidem viderint? Chriſtus theſaurum indulgentiarum, quas morte ſua nobis promeruit, non depoſuit Romam, ſed juſſit *prædicari pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnibus gentibus*; Luc XXIV 47. neque unum tantummodo œconomum vel diſpenſatorem illarum indulgentiarum conſtituit, ſed omnibus apoſtolis æqualiter præcepit: *Quorumcunque remiſeritis peccata, &c.* nec aureum quendam malleum, ſed malleum legis Jer. XXIII. 29. & claves regni cœlorum ipſis tradidit. Matth. XVI. 19. GERHARDUS

bilem non veretur (*). II.) Repugnare ſcripturae ſacrae multis modis, quippe quæ teſtatur 1.) *unum eſſe mediatorem Dei & hominum, videlicet Jeſum Chriſtum*, 1 Tim. II. 5. *qui eſt propitiatio pro totius mundi peccatis*, Joh. II. 2. *qui torcular calcavit ſolus*, Eſa. LXIII. 3. *extra ipſum non eſt ſalvator:* Eſa. XLIII. 25. *non eſt in alio quoquam ſalus*, Act. IV. 12. 2.) Sanctorum opera eſſe imperfecta, & multis infirmitatibus contaminata: Eſa. LXIV. 6. inde & ipſi indigent remiſſione peccatorum, Pſalm. XXXII. 6. *cum nemo coram Deo innocens ſit;* Exod. XXXIV. 7. ac proinde nequidem pro ſuis, nedum pro aliorum peccatis ſanctos poſſe ſatisfacere, ac legem Dei nequidem perfecte implere, nedum opera ſupererogationis præſtare poſſe (**). Inde epiſtola ad Hebr. XII. 24. evidens diſcrimen ſtatuit inter paſſionem Chriſti & paſſiones ſanctorum, dum dicit: *Chriſtum nov. teſt. mediatorem meliora loqui, quam ſanguis Abel* loquitur, nimirum quia immollutus martyrum ſanguis vindictam exigit, Chriſti vero immaculatus ſanguis veniam peccatorum impetrat. Leo epiſt. LXXXIII. *Acceperunt juſti, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium nata ſunt exempla patientiae, non dona juſtitiae, ſingulares quippe eorum mortes fuere, nec alterius quiſquam debitum fine ſuo perſolvit.* 3.) Deum ex gratuita miſericordia propter unicum meritum Chriſti credentibus in eum condonare & culpam & pœnam, Matth. XVIII. 27. adeo *ut peccatorum noſtrorum amplius recordari nolit.* Jer. XXXI. 34. ut hac ratione *gratia exuberet ſupra peccatum.* Rom. V. 20. 4.) Bona ſpiritualia gratis nobis contingere, ac proinde non poſſe nec debere pecuniis emi vendive, Matth. X. 8. Act. VIII. 20. hoc enim eſt *cauponare verbum Domini, & in avaritia fictis verbis negotiari.* Vide taxam pœnitentiariam libro, qui continet cauſas recuſati concilii Tridentini, ſubjectam. III.) Repugnare ipſis *hypotheſibus pontificiorum.* Etenim ſi per indulgentias contingit pleniſſima omnium peccatorum indulgentia, *remiſſio a pœna*, ut loquitur pontifex in bulla jubilæi anno 1600. quomodo adhuc jubentur de peccatorum remiſſione & gratia Dei dubitare, qui indulgentias illas conſecuti ſunt? Si pontifex Romanus abſolutam ac liberam poteſtatem habet, animas, quas velit, e purgatorio liberandi, næ oportet ipſum eſſe admodum durum, qui miſeras animas ex eo non confeſtim liberat, atque avarum, qui propter pecunias prius in jubilæo expendendas diutius eas torqueri ſinit (***). Si

(*) Deſtituuntur inſuper indulgentiæ omni fundamento ſcripturæ. Jam vero Chriſtus manifeſtavit diſcipulis, *quicquid a Patre cœleſti audivit:* Joh. XV. 15. Paulus *manifeſtavit Ephеſiis omne Dei conſilium* Act. XX. 27. Fuiſſet e re eccleſiæ, theſaurum illum, quem vocant inexhauſtum, manifeſtari. GERHARDUS.

(**) Omnes ſancti fateri coguntur, quod *gratia Chriſti coram Deo juſtificentur;* Act. XV. 11. omnes coguntur precari: *Remitte nobis debita noſtra* Matth. VI. 12. omnes coguntur Dei judicium deprecari Pſalm. CXLIII. 2. GERHARDUS.

(***) Ambroſius de Naboth: *Infelix, cujus in poteſtate eſt tantorum animas a morte defendere, & non eſt voluntas.* (loquitur de divite, ſed poteſt transferri ad pontificem, indulgentias tam care vendentem.) In horis B. Mar. Virg. ad uſum Sariſbur. paulo minus, quam annorum undecies mille millenorum indulgentia pro recitatione certarum precularum offertur. Samſon Mediolanenſis ex venalibus Leonis X. indulgentiis ſummam 1200000. ducatorum collegiſſe dicitur. Pontifex in bulla jubilæi anno 1600. promittit *pleniſſimam omnium peccatorum indulgentiam, remiſſionem & veniam illis, qui certis diebus quatuor templa devote viſitant;* ſed doctores pontificii multas addunt reſtrictiones, utpote indulgentias 1.) *non valere ad remiſſionem culpæ mortalis vel venialis.* Bellarminus libr. I. de indulg. c. 7. D. Förnerus *vom Ablaß und Jubeljahr*, p. 35. 2.) *Non valere ad remiſſionem pœnæ æternæ, nec prodeſſe illis, qui vivunt in peccato mortali, & ſunt extra Dei gratiam.* Cur ergo papa omnium peccatorum pleniſſimam indulgentiam promittit? Et quid aliud ſunt *peccata*, quam culpa? quid aliud *omnia peccata*, quam mortalia & venialia? quid *remiſſio pleniſſima* aliud, quam remiſſio culpæ & pœnæ? 3.) *Non valere ad remiſſionem pœnarum naturalium, civilium, & divinarum, quæ non ſunt ſub-*

Si Chriſti ſatisfactio eſt pretii ac valoris infiniti, cur ſanctorum ſatisfactiones illi adjunguntur? Si operum ac paſſionum pleniſſimam mercedem jamdum receperunt ſancti, quomodo ipſorum ſatisfactiones aliis denuo adplicari poſſunt? Si doctrina de imputatione meriti Chriſti per fidem eſt figmentum Lutheri, quod *putativam* introducit juſtitiam, quæ eſt audacia, quod ſanctorum opera & paſſiones, (quo nomine etiam monachorum ἐϑελοϑρησκείας intelligunt) aliis adplicari poſſe ſtatuunt? Si ſatisfactio impoſita a confeſſionario eſt utiliſſima, quia *coercet a peccando, conducit ad habitus vitiorum eradicandos, ad iram Dei placandam*, (ut totidem verbis ſcribit Bellarminus libr. IV. de pœnit. cap. 5.) næ indulgentias oportet eſſe pernicioſas, quippe quæ ſunt remiſſiones iſtarum ſatisfactionum, definiente Tolleto libr. VI. de inſtruct. ſacerd. cap. 22. Si Romanus pontifex ad abſentes poteſt mittere plenas indulgentias, cur tantis ſumtibus homines Romam peregrinari jubentur? IV.) Deſtitui *teſtimonio primitivae* ECCLESIÆ. Tertullianus libr. de pudic. cap. 22. *Si peccator es, quomodo oleum faculae tuae ſufficere & mihi & tibi poterit?* Antoninus, archiepiſcopus Florentinus, part. I. tit. 10. cap. 3. *De indulgentiis nil expreſſe habemus ex ſcriptura ſacra, nec etiam ex dictis antiquorum doctorum, ſed modernorum.* Sylveſter Prieras, Lutheri adverſarius, expreſſe poſuit hanc propoſitionem: *Indulgentiae non innotuere nobis auctoritate ſcripturae, ſed eccleſiae Romanae & Romanorum pontificum.* Epiſcopus Roffenſis art. XVIII. contra Lutherum: *Quis jam mirari poteſt, quod in principio naſcentis eccleſiae nullus fuit indulgentiarum uſus?* Alphonſus de Caſtro libr. VIII. contra hæreſ. p. 255. *Inter omnes res, de quibus in hoc opere diſputamus, nulla eſt, quam minus aperte ſacrae literae prodiderint, & de qua minus vetuſti ſcriptores dixerint.* Gregorius de Valent. libr. de indulgent. cap. 2. *Objici poſſit, Gratianum & Lombardum, qui ante annos 400. vixerunt, de indulgentiis nihil meminiſſe; reſpondeo: tunc, cum vixerunt, uſus erat ſeverioris pœnitentiae, qua poſt deferveſcente indulgentiarum uſus increbuit.* Bellarminus libr. IV. de pœnit. cap. 5. *In articulo mortis dabatur pœnitentibus communio, etiamſi nulla aut non plena praeceſſerat ſatisfactio;*

jecta clavibus eccleſiæ. Ad quid ergo? reſpondent *ad remiſſionem pœnæ temporalis, quæ poſt pœnitentiam in hac vita vel in purgatorio luenda reſtat.* Peſſime igitur miſeri homines amplis illis papalium bullarum promiſſis de pleniſſima omnium peccatorum remiſſione decipiuntur. Vehementer ſe torquent in explicatione quæſtionis, quomodo indulgentiæ animabus defunctorum in purgatorio ſudantibus adplicentur. Olim quidem creditum fuit & hodie a quibusdam defenditur, papæ jurisdictionem eſſe illimitatam, & extendere ſe in purgatorium, ita, ut animabus in purgatorio indulgentias per modum abſolutionis communicare poſſit. Vide Bonaventuram libr. IV. diſt. 20 q. 5. Unde D. Theodoricus Morung, canonicus Herbipolenſis, Bambergenſis & Eichſtetenſis, anno 1489. pro hæretico declaratus, quod hoc concedere noluerit. Vide adpendicem faſcic. temp. a Johanne Piſtorio ante apoſtaſiam edit. Franc. anno 1584. Eo etiam inclinant quidam ex Jeſuitis, qua de re vide diſputat. anno 1600. de indulgentiis habitam, in qua theſi 52. ſic legitur: *Etſi probabilis eſt ſententia adſerentium, jam reſtrictam ſublatamque eſſe epiſcoporum poteſtatem ad concedendas defunctis indulgentias: æque tamen probabilis, ſi non probabilior eſt eorum, qui id negant. Credibile etiam eſt, pontificem ſumma ſua poteſtate utentem, tot tantasque indulgentias largiri defunctis poſſe, ut evacuato purgatorio omnes animæ ad cælum evolent.* Hæc diſputatio a Petro Stevartio in cenſura prædicatur *elegans, docta & orthodoxa veritati conſentanea.* Reliqui tamen ſcriptores pontificii communiter ſtatuunt, *jurisdictionem papæ ſummi indulgentiarum diſpenſatoris, non extendere ſe ad purgatorium.* Bellarminus libr. I de indulgent. cap. 14. D. Förnerus *vom Jubel-Jahr*, pag. 207. Quomodo ergo papa ex ficto illo theſauro animabus in purgatorio quidpiam communicare poteſt? nemo poteſt abſolvere vel condemnare eos, qui jurisdictioni ſuæ non ſunt ſubjecti. Reſpondent, *id fieri non per modum abſolutionis, ſed per modum ſuffragii*, germanice *Hülffsweiſe*; ubi vero modus ille ſuffragii in ſcriptura vel patribus proponitur? quomodo modum ſuffragii deſcribant, vide Heilbrunneri papatum pag. 134. GERHARDUS.

ſio; (eccleſiaſtica) *ſed tamen admonebantur,*
t, ſi forte ſupervixerint, integre pœnitentiam
bi injunctam explerent. (Ex quo intelligitur,
uid fuerint veterum indulgentiæ, videlicet re-
ıxationes ſatisfactionum illarum eccleſiaſticarum,
el propter infirmitatem naturæ, vel in articulo
ıortis nullo pecuniæ cujusdam interventu con-
ɛſſæ. De theſauro indulgentiarum Romana-
ım, de operibus ſupererogationis in theſauro
lo reconditis nihil tum temporis notum erat.)
lem omnibus penſitatis concludit libr. II. de
ıdulgent. & jubil. cap. 10. *Sufficit ad indulgen-*
as & bullas defendendas eccleſiae auctoritas,
uae non tam conſtanter indulgentias prae-
icaret, & in conciliis oecumenicis adprobaret,
iſi divinitus ſibi traditam eſſe hujusmodi pote-
atem non ignoraret. His tamen contradicunt
Iſorius tom. IV. concionum in public. jubil.
ag. 285. & Salmeronius in cap 2. poſter. ad
Cor. tom. IV. pag. 285. qui audacter ſtatuunt,
tempore apoſtolorum indulgentias conceſſas
iiſſe. V.) Simul ut natæ ſunt, ſimul eaſdem
ppugnatas eſſe, qua de re videantur centenarii Wolffii, catalogus teſtium veritatis, aliique complures ſcriptores. Eliſabetha, virgo Germana, ſpiritu prophetico inſignis, ſub nomine Dei in avaritiam Romanæ curiæ ſic detonat: *Dico vobis, quod iniquitates terrae, quas abſconditis propter aurum & argentum, adſcendant coram me, ſicut fumus de igne. Numquid non animae plus, quam aurum & argentum, quas ſuffocatis in ignem aeternum; propter avaritiam veſtram, &c.* Johannes Sarisburienſis in polycratico ſæpius conqueritur, præſertim pag. 296. *quod Romae menſas auro & argento ornent, & exultent in rebus peſſimis, quod peccata populi comedant, eis veſtiantur, & in eis multipliciter luxurientur.* Abbas Urſpergenſis ante annos trecentos ſic cecinit: *Gaude mater noſtra Roma, quoniam aperiuntur catarracta theſaurorum in terra, ut ad te confluant rivi & aggeres nummorum in magna copia. Laetare ſuper iniquitate filiorum hominum; quoniam in recompenſationem tantorum malorum datur tibi pretium, &c.* (*) Nicolaus Kus, ſacerdos Roſtochienſis, magiſter & baccalaureus formatus theologiæ circa annum 1511. ſcripſit

(*) Auctor *oneris eccleſiæ* negat: *indulgentias defunctorum animabus in bonum cedere, easve indulgentiarum beneficio e purgatorii flammis liberari poſſe cap. 15. §. 5. quia Chriſtus Petro poteſtatem dederit ſupra terram, non ſub terra.* Ibidem §. 15. *Quid papa cum mortuis agere poteſt, qui nunc ſuum forum egreſſi ad tribunal juſti Dei devenerunt? Sed nihilominus indulgentiarum concionatores inter alia figmenta proclamant abſurdum ſcandalum, ut comedant ſacrificia mortuorum dicentes: ſtatim ut jactus nummus in ciſtam tinniverit, evolare animam, pro qua nummus imponitur. Certum profecto eſt, nummo in ciſta tinniente augeri quæſtum poſſe, ſuffragium vero papæ ſeu eccleſiæ in ſolius Dei arbitrio conſiſtere.* Idem auctor cap. 15. §. 29. *Quidam adſerunt, indulgentias eſſe pias fraudes, quibus inſipiens populus inducatur atque provocetur ad viſitandum eccleſias, aliaque bona opera, ſpe placendi Deo, alioquin ea non facturus. Age, ob cultum Dei ampliandum nullo pacto, nullave ratione eſt mentiendum, præſertim in eo caſu, ubi populus irritatur ad quærendum, quæ ſua ſunt, non quæ ſunt Jeſu Chriſti. Nam ſe ipſum, non Deum, in tali bono opere finem facit, finaliter enim intenditur, ut pœnitentia per indulgentiam ſublata ſibi ſegni quies ſit potius, quam ut Dei gloria quæratur. Similiter qui indulgentias proclamant, nummorum quærunt contributionem, non hominum ſalutem. Nam etſi pecunia indulgentiarum exigatur fuco pietatis, utpote ad expeditionem contra infideles, aut ad ſacra ædificia, aut in aliam piam cauſam; tamen potior pars hujusmodi pecuniæ ex indulgentiis & jubilæis hactenus collectæ adpenſa eſt fiſco, quam Chriſto, plus redacta in vanitatem, quam pietatem.* Gravamina, quæ imperii principes in comitiis Norimberg. anno 1522. oratori pontificis propoſuerunt, art. LXVII. *Patrum canonibus ſancitum eſt, ſpiritualibus ac manifeſtis peccatis ſpiritualem pœnitentiam ſeu ſatisfactionem imponendam eſſe, ut ſic non pecuniæ lucrum, ſed potius animarum ſalus quæri, intelligatur. At eccleſiaſtici judices & officiales perperam animadverſis canonibus dictam ſpiritualem pœnitentiam in tantum exaſperant, adgravant & augent, ut laici, priusquam eam ſatisfactionem acceptare velint, pecunia magis ſibi ab ipſis immunitatem comparent. Quare laici multum premuntur, eccleſiaſtici contra multum ditantur, utpote qui in ſuum privatum commodum & partis agunt munus & judicis, quod in omnibus juribus eſt diſſonum.* GERHARDUS.

ſcripſit prolixum librum impreſſum lingua Saxonica ſub titulo: *De triplici funiculo*, qui continet expoſitionem decalogi, ſymboli & orationis dominicæ. In eo multa diſputat contra papam, præcipue autem hæc, *indulgentias eſſe meram deceptionem piorum & quaeſtum*, (ſicut & longe antiquior Thomas p. III. q. 25. art. 5. refert quorundam ſententiam, qui *indulgentias pias fraudes eſſe dixerunt.*) Fridericus Myconius in libro, cui titulus: *Somnium*, refert de patre ſuo, quod ſæpe ſub mediis papatus tenebris dixerit, *indulgentias papales eſſe retia, quibus caperetur pecunia ſimplicium.* Proceres Germaniæ anno 1522. in comitiis Norimbergenſibus conqueſti ſunt, *indulgentias tam larga manu profundi, ut inde regna non ſolum aere, ſed etiam pietate prorſus ſpoliarentur.* (*) Vide quoque centum gravamina nationis German. grav. III. Editus eſt Landshutæ anno 1524. liber, cujus titulus: *Onus eccleſiae*, in quo acriter contra indulgentias diſputatur, præſertim c. 15. & quis publicas illas de Romana curia querelas percenſere poſſet omnes?

Fundamentum indulgentiarum ex c. I Col.

§. CXXXIV. Præcipuum indulgentiarum papalium robur quæritur in dicto apoſtoli Col. I. 24. *Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, quae deſunt paſſioni Chriſti in carne mea, pro corpore ejus, quod eſt eccleſia.* Ergo Paulus ac reliqui ſancti paſſionibus ſuis proſunt aliis ad ſatisfactionem. *Reſp.* apoſtolus his verbis ſignificat, ſe tanquam unum aliquod corporis myſtici ſub Chriſto capite membrum, paſſiones illas implere, non quaſi paſſio Chriſti inſufficiens quoddam pretium ſit ſanctorum paſſionibus adhuc implendum; ſed quia cuilibet membro myſtici corporis ſuum quaſi demenſum crucis diſtribuitur, quæ ſunt ὑςερήματα illa adhuc implenda (**): neque ad ſatisfactionem quandam *pro* ſuis vel aliorum peccatis, vel *pro* peccatorum pœnis; (qui honor ſoli Chriſto competit) ſed ut myſtico corpori prodeſſent ad ædificationem in fide & in verbo evangelii, ut fideles perſecutionibus illis apoſtoli in ſuſcepta Chriſti religione confirmarentur. Ita enim ſe ipſum explicat apoſtolus 2 Cor. I. 6. *Sive tribulamur*, pro *veſtra exhortatione & ſalute, ſive conſolamur*, pro *veſtra conſolatione, ſive exhortamur*, pro *veſtra exhortatione ac ſalute* (***), *quae efficitur in tolerantia earundem paſſionum, quas & nos ſuſtinemus.* Phil. I. 12. *Quae mihi evenerunt, magis ad profectum evangelii evenerunt.* Confirmat hanc explicationem noſtram ipſe Thomas Aquinas p. III. q. 48. art. 5. reſp. ad 3. *Dicendum eſt, quod paſſiones ſanctorum proficiunt eccleſiae non quidem per modum redemtionis, ſed per modum exempli & cohortationis ſecundum illud:*

ſive

(*) Weſſelus, qui adeo clariſſimus doctor theologiæ fuit, ut etiam *lux mundi* ſit nominatus, in multis punctis alios doctores graviſſime taxat. Sic teſtatur, *quod ad Albertum magnum & Thomam fere ab omnibus theologis indulgentiae reprehenſae damnataeque ſint*, & Albertum ac Thomam hoc ipſum dicentes inducit. Idem quoque *nullas certas conſtantes & concordes ſententias de indulgentiis apud theologos reperiri poſſe* adfirmat. Flacius libr. de diſſenſ. pontif. p. 91. Onus eccleſiæ anno 1524. publicatum per Joh. Weiſſenburgerum. *Indulgentiae paſſim e Roma advolant & in Germania hoſtiatim venerunt & venales in nundinis Simoniace ubique exponuntur. Papales enim indulgentiae publicantur hodie indiſcrete & perverſe &c.* Caſſandri ſanum de indulgentiis judicium vide in conſult. Lutherus ad doctrinam de indulgentia adcommodat illud propheticum: *Domine, non poſſum veſci ſtercore humano.* GERHARDUS.

(**) Patitur Chriſtus ὑποςατικῶς in propria carne, σχετικῶς in corpore ſuo myſtico. GERHARDUS.

(***) Præpoſitio *pro* quinque modis accipi ſolet: nonnunquam æquipollet præpoſitioni *de*. 1 Sam. IX. 5. *Solicitus eſt pro nobis*, id eſt, de nobis. Eſai. XXXVII. 21. 1 Cor. I. 4. Phil. I. 7. 2.) Ponitur ſæpe *loco alicujus* & *vicem alterius* ſeu quaſi commutationem quandam indicat, Gen. IV. 25. *dedit ſemen aliud pro Abel*, id eſt, loco Abelis Gen. XXX. 2. Exod. VII. 1. Prov. XI. 8. 3.) Aliquando *commodum* notat, ut pro aliquo fieri, ſit aliquid in utilitatem ejus fieri. Joh. XIII. 7. *Nunquid pro Deo loquemini iniquitatem*, id eſt, in favorem & commodum Dei. Luc. IX. 50. *qui non eſt adverſus nos, pro nobis.* Joh. X. 12. *bonus paſtor ponit animam pro ovibus.* 4.) Non raro *cauſam efficientem & moventem* indicat, ut idem ſit, quod *propter*: Gen. XXI. 11. *Dum*

e tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute. loſſa interlinearis: *In paſſionibus, quas ſuſtineo 'o vobis, ſcilicet confirmandis in veritate evangelii.* Lyranus ibidem: *In paſſionibus, id eſt, carcere, quem patior pro vobis gentilibus, quod praedicavi evangelium gentilibus, de ibus vos eſtis. Paſſiones autem Chriſti dupliter dicuntur, uno modo in corpore proprio, quo ſuſtinuit famem, ſitim & mortem, & accipiendo nihil erat ibi implendum. Alio modo prout patitur in membris ſuis, quae ſunt fideles, ſecundum quod dicitur:* Saule, Saule, quid me perſequeris? *Et ſic loquitur hic apoſtolus.* Bellarminus ipſe libr. II. de indulg. cap. 5. *Hic ſenſus eſt a multis ex noſtris obſervatus & adprobatus.* Salmeronius in cap. Phil. σπένδομαι, id eſt, *immolor ſupra ſacrificium & oblationem fidei veſtrae; vocat mortem ſuam liberationem, non qua reconciliarentur Deo, ſed qua confirmarentur in fide.* (*)

accepit hoc Abraham pro filio, id eſt, propter filium Gen. XXVII. 41. 1 Chron. XVI. 21. Act. 12. 23. Eph. V. 31. 5.) Sæpe *meritum* includit, & non tantum utilitatem, ſed inſuper ſatisfactionem notat. Sic *ſacrificia* dicuntur *offerri pro peccato*, Lev. IV. 3. &c. Eodem ſenſu *Chriſtus* dicitur *paſſus pro mundi vita.* Joh. VI. 51. *Pro peccatis mundi*, 1 Joh. II. 2. *Pro omnibus.* Rom. VIII. 32. &c. Procedit ergo argumentum pontificium ex meris particularibus. *Pati pro alio* nonnunquam notat ſatisfactionem. Ergo & Pauli paſſio pro eccleſia fuit ſatisfactoria. Præpoſitio *pro* non ſemper notat *vicem* aut *ſatisfactionem*, ſed tantum quando de Chriſti morte & paſſione ſermo fit, is enim *ſolus torcular calcavit*, Eſa. LXIII. 3. & *pro* nobis pleniſſime ſatisfecit. 1 Tim. II. 6. Hebr. II. 15. *Paulus pro eccleſia paſſus* dicitur, non ut illam redimeret, aut pro ea ſatisfaceret; (hoc enim ſenſu ſe negat pro Corinthiis crucifixum 1 Cor. I. 13.) ſed tantum *utilitatis* & *commodi* reſpectu. *Pro* eccleſia paſſus eſt, id eſt, *propter* eccleſiam & ejus incrementum, non ſecus, ut 2 Cor. XII. 15. ait: *libentiſſime impendar & ſuperimpendar ipſe pro vobis*, id eſt, propter vos, veſtrique commodi cauſa. Et 1. Joh. III. 16. *nos debemus animas pro fratribus ponere*, non utique illos redimendo, ſed per mortem noſtram in fide confirmando, ad conſtantiam excitando & alia commoda adferendo. 2 Tim. II. 10. ipſe ſe declarat: *Omnia ſuſtineo propter electos, ut & ipſi ſalutem conſequantur*, nempe meam fidem & conſtantiam imitando. Paſſiones Chriſti ſunt duplices: 1.) *propriæ*, quas ſuſtinuit in cruce in proprio corpore, hæ ſunt ſatisfactoriæ & perfectiſſimæ: 2.) *adpropriatæ*, quas non in ſua carne, ſed in ſanctis patitur. Act. IX. 4. Hæ paſſiones nondum ſunt omne complementum adſecutæ: & de his loquitur apoſtolus. GERHARDUS.

(*) Producunt porro Jobi VI. *Utinam adpenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera! quaſi arena maris hæc gravior adpareret.* Ergo ſancti plures ærumnas perferunt, quam ad propriorum peccatorum expiationem opus. *Reſp.* 1.) eſt vitioſa verſio. Nam ubi latinus textus habet, *peccata mea*, quibus iram merui, ibi Hebræi fontes ſimpliciter habent vocem כַּעְשִׂי quæ ſignificat *irriſionem & indignationem meam*, ſicut etiam LXX. reddiderunt, ut & Chaldæus. 2.) Quid autem Jobus per ſuam iram vel indignationem intelligat, patet ex 3. & 7. capp. ubi diem conceptionis & nativitatis ſuæ exſecratur, & ex carnali impatientia de doloribus ſuis vehementiſſime querulatur. Quamvis vox כַּעְשִׂי *ira mea* non incommode *paſſive* de Dei ira exponi poſſit. 3.) Senſus eſt, quod ſuas querelas, gemitus & ploratus una cum cauſa illorum, quæ in exquiſitiſſimis corporis animique cruciatibus erat, in libella adpendi & ad ſtateram examinari deſiderat, & mox adfirmat, utraque hæc ſimul ponderata fore graviora, quam ſit arena maris, id eſt, majora, quam ut ab homine tolerari queant. 4.) Inter peccata, quibus infinita Dei juſtitia offenditur, & pœnas temporales nulla eſt proportio. 5.) Si vel maxime Jobus ſuas ærumnas graviores æſtimaſſet, quam peccata ſua, tamen hæc non ex inſtinctu Spiritus ſancti, ſed ex impatientia carnis prolocutus fuiſſet. Urgent etiam locum Eph. III. 13. *Nolite deficere propter meas tribulationes, quas pro vobis patior.* Reſp. ideo Paulus tribulationes ſuas propter Epheſios ſeſe ſuſtinere dicit, quia ipſis & aliis gentibus prædicavit evangelium, cujus cauſa Judæi ipſum perſequebantur, & vinctum Romam mittebant, ſicut ex vinculis hæc ad Epheſios ſcribit. Nomen quoque *indulgentiæ* in ſcriptura & patribus occurrere dicunt. *Reſp.* non de papæ, ſed de Dei indulgentia. Eſa. LXIII. 7. *exaltabo Deum propter omne bonum, quod præſtat domui Iſrael* כְּרַחֲמָיו, *ſecundum indulgentiam ſuam.* v. 9. *in dilectione &*

Jubilæus papalis.

§. CXXXV. Jubilæum primus inſtituit ac celebravit Bonifacius anno Domini 1300. referente Platina in vita hujus pontificis, Polydoro Virgilio libr. VIII. de rerum invent. cap. 1. & aliis hiſtoricis. Fuit hic pontifex avaritiæ vel maxime deditus, ideo Crantzius libr. IV. hiſtor. cap. 26. ſic ſcribit: *Bonifacius octavus jubilaeum primus inſtituit, utinam ſolius pietatis gratia! Idem voluit centeſimo quoque anno eum celebrari, ſed Clemens VI. (dubium, an amore pecuniæ, an deſiderio ſalutis hominum) ſancivit eum celebrari anno quinquageſimo.* Sixtus V. eum ad vigeſimum quintum quemque annum reduxit. Huic jubilæo ſuo non parum certe tribuunt. Oſorius tom. V. conc. in publ. jubil. *Cum jubilaeus jungitur pœnitentiae, indulgentia pleniſſima conceditur, tunc enim procedit ab ea homo tanquam a fonte baptiſmatis liber ab omni peccato, ut nihil ſit, quod eum tenere poſſit, quin in cœlum evolet, ſi hinc migraret.* pag. 864. *Jubilaeum dicere poſſumus tertium baptiſmum. Sicut baptiſmus dicitur indulgentia pleniſſima, quia in eo omnis culpa & pœna deletur, ita jubilaeum dicere poſſumus baptiſmum, cum in eo ſimile quid fiat.* Clemens VIII. in bulla indictionis anno 1600. *Annus Domini placabilis, annus remiſſionis & veniae jam Dei munere adpropinquat, jam tempus acceptabile & dies aeternae ſalutis adveniunt ad redimenda peccata, ad ſalvandas animas.* In bulla, qua celebratio jubilæi indicitur, Clemens: *Angelis de cœlo praecipit, ut animam peregrinantis Romam, ac in via morientis a purgatorio abſolutam ad gaudia perpetua introducant,* cui admodum ſimile eſt illud, quod Conradus Lagus Dantzinger, qui legatus ad Ruſſos fuit miſſus, retulit: *Epiſcopos Ruſſiae ex ſingulari privilegio papae epiſtolam hanc unicuique, ſed pecuniis illam redimenti communicare ſolere, quam deinde velut commeatum quendam in ſepulcrum mortuo adponant, ut, ſi quando defunctus ante portas cœlorum veniat, Petrus eo commeatu viſo ſine mora illum intromittat.* Forma epiſtolæ talis eſt: *Makaria Dei gratia archiepiſcopus Kioſae & Haliz & in tota Ruſſia, Domino & amico noſtro S. Petro, Dei omnipotentis portitori, &c. Nos ſignificamus & mandamus tibi, ut, poſtquam hoc vel illo tempore deceſſit princeps vel N. N. miniſter Dei, tu in hoc ipſo momento viſis his literis, abjecta omni cunctatione, nulla facta mora, recta in regnum Dei ipſum intromittas, nam nos eum ab omnibus ſuis peccatis abſolvimus, & propterea ei hoc noſtrum chriſtianum teſtimonium abſolutionis plenae & remiſſionis exactae conceſſimus, ut ea exſequi ſcires, &c.* referente Wolſſio cent. 16. anno 1580. pag. 936 (*) Alexander VI. in jubilæo anno 1500. celebrato ſupra trecenta millia aureorum acquiſiviſſe ſcribitur, & cum filius illius Cæſar Borgias ingentem pecuniæ ſummam aleæ ludo perdidiſſet, per jocum dixit: *quid aliud amiſimus, quam peccata Germanorum,* argentum ex indulgentiis comparatum intelligens, juxta illud Oſeæ IV. 8. *Peccata populi mei comedent.*

§. CXXXVI.

& indulgentia ſua redemit eos. Judith. VIII. 12. *Indulgentiam ejus fuſis lacrimis poſtulemus.* In his dictis accipitur de Dei miſericordia: alibi uſurpatur pro remiſſione culpæ & pœnæ æternæ. Eſa. LXI. 1. *Miſit me prædicare captivis indulgentiam.* Apoſtolus 1 Cor. VII. 6. uſurpat pro permiſſione: *Hoc dico ſecundum indulgentiam.* In primitiva eccleſia uſurpatur pro relaxatione pœnarum canonicarum, quæ publice delinquentibus imponi ſolebant. GERHARDUS.

(*) Huc etiam reſpicit Alexander Guaghinus, Veronenſis, eques auratus, peditumque præfectus, quando in deſcriptione Sarmatiæ Europææ de religione Moſcovitarum, omniumque Rhutenorum hæc verba ponit: *Funebre autem ſacrum pro defunctis ideo faciunt, quod iis ſuffragiis tolerabiliorem animabus locum impetrari ſperant, ubi facilius extremum diem judicii exſpectare poſſint, imo etiam cum aliquis magnæ auctoritatis vir moritur, tunc Metropolitanus ſive epiſcopus epiſtolam ad S. Petrum ſcribit ſigillo ſuo & manus ſubſcriptione munitam, quam ſuper pectus defuncti ponit, dans teſtimonium de bonis piisque operibus ejus, utque in cœlum facilius poſt diem judicii admitteretur, & chriſtianæ religionis catholicæ agnoſcatur, ſubſcribunt.* GERHARDUS.

eus
anus.

§. CXXXVI. Nos jubilæo illi Romano, ex κακοζηλίᾳ jubilæi judaici, maxime vero ex pontificum avaritia originem ducenti, nimus jubilæum chriſtianum, de quo Eſa. 2. Luc. IV. 18. ſalvator pronunciat: *Do-r miſit me, ut praedicarem annum benepla-ehovae;* (annum acceptabilem ſeu placa-ı) hic nihil aliud eſt, quam lætiſſimum gelii præconium ex ſinu æterni Patris a Chriſto ım, in quo gratis omnibus vere pœnitenti- in Chriſtum credentibus adnunciatur libe- ab omnibus peccatis & peccatorum pœnis er unicum Chriſti meritum, quod benefi- miniſterio verbi & ſacramentorum itemque utionis privatæ hominibus offertur, ac pro- cujusque fide adplicatur, non centeſimo aut uageſimo quoque anno, ſed quocunque ore jam inde ab initio mundi poſt editam iſſionem de ſemine mulieris contrituro ca- erpentis, maxime vero in nov. teſt. exhibito Chriſto, ac prædicato per univerſum or- evangelio.

iam de-
agere
ntiam?

§. CXXXVII. Atque hæc de partibus pœnitentiæ pontificiæ dicta ſufficiant, redeundum tandem ad veræ ac ſalutaris pœni- doctrinam ſuperius inchoatam. Dixi- pœnitentiam complecti contritionem & in Chriſtum, quam ſequatur nova obe- a; quæritur porro: quinam debeant agere entiam? Bellarminus libr. I. de pœnit. cap. rop. 4. ſic ſcribit: *Pœnitentia non eſt um hominum, ſed tantum peccatorum, ju- um Deus non poſuit pœnitentiam, ut legi- in oratione Manaſſe,* & Dominus Luc. 7. dicit: *Juſtos non indigere pœnitentia.* contra dicimus, concionem pœnitentiæ poſt n eſſe *univerſalem*, & ad omnes homines ere, quod demonſtrant evidentia ſcriptu- ſtimonia: I.) in quibus omnibus absque diſcrimine pœnitentia prædicari jubetur. XXIV. 47. *Sic oportebat Chriſtum pati & gere & praedicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, initio facto Hieroſolymis.* Act. XVII. 30. *Deus adnunciat hominibus, ut omnes ubique agant pœnitentiam,* πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν παραγγέλλει, v. 31. *eo quod ſtatuit diem, in quo judicaturus eſt orbem in aequitate,* ubi triplex univerſalitatis ſignum occurrit. II.) In quibus Chriſtus & ſancti ipſo actu omnes ad pœnitentiam vocarant. Matth. IV. 17. Marc. I. 14. & 15. *Cœpit Ieſus praedicare & dicere, pœnitentiam agite, adpropinquavit enim regnum cœlorum.* Eadem fuit prædicatio Johannis baptiſtæ Matth. III. 2. Marc. I. 4. eadem omnium apoſtolorum Act. II. 38. &c. III.) In quibus omnes dicuntur peccatores coram Deo, utique ergo omnibus neceſſaria eſt pœnitentia. Exod. XXXIV. 7. *Coram Deo nemo innocens eſt.* 1 Reg. VIII. 46. 2 Par. VI. 36. Eccl. VII. 21. *Non eſt homo, qui non peccet,* Job. XV. 14. *Quid eſt homo, ut mundus ſit, & ut juſtificetur natus ex muliere?* v. 15. *Ecce in ſanctis ſuis non poſuit ſtabilitatem, & cœli non ſunt mundi in conſpectu ejus:* v. 16. *quanto magis abominabilis & contemtibilis homo, qui bibit velut aquam iniquitatem?* Pſalm. XXXII. 6. *Pro remiſſione peccatorum deprecabitur ad te omnis ſanctus.* Pſalm. CXXX. 3. *Si peccata imputare decreveris, quis ſuſtinebit?* Pſalm. CXLIII. 2. *Ne intres in judicium cum ſervo tuo, quia coram te non juſtificabitur omnis homo vivens.* Prov. XX. 9. *Quis poteſt dicere: mundus ſum in corde meo, mundatus ſum a peccato?* Rom. III. 23. *Non eſt diſtinctio, omnes ſunt peccatores & egent gloria Dei.* Rom. V. 12. *Per unum hominem intravit peccatum in mundum.* 1 Joh. I. 10. *Si dixerimus, nos non habere peccatum, mendaces ſumus.* Jac. III. 2. πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. Atque hæc omnium ſanctorum ab initio mundi confeſſio eſt, quorum communis vox: *Domine dimitte nobis debita noſtra.* Breviter: *omnis chriſtianus quotidie pœnitet,* (pœnitentiam agit) *quia quotidie peccat, non quidem admittendo crimina, ſed non faciendo legem. In carne enim adverſante vivit uſque ad mortem, donec caro quoque & corporaliter & ſpiritualiter tota intereat.*

tereat. Incipit igitur in pœnitente contritio, ſed non ceſſat per totam vitam uſque ad mortem, ut ſcribit Lutherus tom. I. fol. 14.

Orat. Manaſſ. pœnitentia non eſt poſita juſtis.

§. CXXXVIII. Quare igitur Manaſſes dicit, *Pœnitentiam non eſſe poſitam juſtis, ut Abrahamo, Iſaaco, Iacobo, &c. ſed tantum peccatoribus?* Reſp. 1.) Oratio Manaſſis non eſt in canone, cum nec in Hebræo, nec in Græco legatur. 2.) Verba illa non ſunt accipienda *abſolute* & ſimpliciter, quaſi Abrahamus, Iſaacus & Jacobus ac reliqui ſancti non fuerint in peccato originali concepti, ſed ab illo ac peccatis actualibus omnibus plane liberi, cum non ſolum generalia ſcripturæ dicta, ſed ſpecialis cujusque hiſtoria teſtentur contrarium. 3.) Verum *comparate* hoc intelligendum, videlicet de notoriis ac atrocibus delictis, de tanto peccatorum cumulo ac gradu, in quem Manaſſes ſe præcipitaverat. Eodem modo dictum Chriſti Luc. XV. 7. a quibuſdam exponitur, videlicet diſcrimen ſtatui inter juſtos ſtantes & peccatores e cœno peccatorum, in quod prolapſi erant, iterum emerſos, ex quo tamen nondum ſequitur, juſtos ſtantes ab omnibus interioribus peccatis ac infirmitatis nævis plane immundos eſſe, cum omnes cogantur dicere: Pſalm. XIX. 13. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.* Sed enim textui conformius videtur, ſi dicatur *juſtorum* nomine intelligi *hypocritas* juſtitiarios, quales erant phariſæi, *qui confidebant in ſe ipſis, quod eſſent juſti*, Luc. XVIII. 9.

Luc. XV. Juſti non indigent pœnitentia.

ac perſuaſione juſtitiæ propriæ tumidi relic aſpernabantur (*).

Quo temp agenda ſit pœnitenti

§. CXXXIX. Ex his facile colligitur, quid reſpondendum ſit ad quæſtionem: *Quo tempore pœnitentia ſit agenda?* Bellarminus libr. II. de pœnit. c. 9. circa finem hac de re ſic ſcribit: *Præceptum de p tentia cum ſit adfirmativum, non obligat q tempore, ſed ſolum certis temporibus, ut verſamur in periculo vitae, cum acceden eſt ad confeſſionem, cum Deus peculiari inſ tione nos ad pœnitentiam invitat, &c.* quanto rectius Auguſtinus epiſt. CV. ad Sel *Pœnitentia eſt bonorum & humilium fide pœna quotidiana, dum pectora tundimus, centes:* Domine dimitte nobis debita noſtra, *que in his verbis humiliantes animas no quotidianam quodammodo pœnitentiam a non ceſſamus.* Hieronymus in cap. X. M *Ne ſemel putemus, ardorem fidei poſſe ſuff ſemper crux portanda eſt, ut ſemper Chri amare doceamur. Ita apoſtolus portabat ter carnis mortificationem in corpore ſuo, qui facit, omni tempore ſemper orat, ſem pœnitet.* Epiſt. 45. *Quia ſemper peccamus, per pœnitentiam agere & reſipiſcere deben* Gregorius in libr. 2 Reg. cap. II. *Quia quo delinquimus, quotidie ad pœnitentiae lam curramus.* Cum quo conſentit illud Lut tom. I. propoſ. de indulg. theſ. 1. *Dominus Magiſter noſter Jeſus Chriſtus, dicendo:* pœ tentiam agite, *omnem vitam fidelium pœni tiam eſſe voluit.* Atque hæc eſt illa abneg no

(*) Gregorius intelligit de *juſtis tepidis, qui pigri remanent ad exercenda præcipua bona.* Alii *tumidos phariſæos, qui ſe ſolos juſta agere & pœnitentia nulla indigere præſumebant*, ut eſt apud Barradium tom. III. libr. 3. cap. 19. in conc. c. 94. pag. 672. Alii intelligunt *juſtos non* ἁπλῶς *& ſimpliciter ita dictos; cum omnes orare neceſſe habeamus;* dimitte nobis debita noſtra, *ſed* κατά τι *tales, ſcilicet qui non petulanter, perſeveranter, mortaliter peccant, & gratiam Dei excutiunt, qui a peccatis immunes quidem ſunt, verum hujusmodi, quæ gratiam Dei excludant:* ut ait Lucas Brugenſis tom. poſ Luc. XV. vel qui veritatem amplexi ſun obliti eorum, quæ ſunt a tergo, extend ſe ad præfixam metam, quibus nihilomi ſemper orandum: *dimitte nobis debita* nec tali indigent pœnitentia, quali illi, ex profeſſo ſunt peccatores. Bucanus Luc. Salmeronius, Barradius, Beza ad h. l. G HARDUS.

; mortificatio carnis, & quotidiana crux ›iorum, quam ab omnibus ſuis quotidie :us requirit. Interim nobis non eſt adver- diſtingui inter pœnitentiam illam renato- *uotidianam*, & inter *ſpecialem* illam ſive em, quæ graviores lapſus ſequitur, vel unioni euchariſticæ præmittitur, vel cala- bus excitatur; ſed hæc *ſpecialis* ſive ſo- nequaquam *eſſentialiter*, ſed tantum gra- & externis forte actibus a *quotidiana* illa .

: veræ :ntiæ.

CXL. Ecquis autem veræ & ſalutaris pœnitentiæ fructus? Multiplex omnino, cum per veram pœnitentiam nobis obtingat 1.) ſio peccatorum. Pſalm. XXXII. 5. *Dixi, bor adverſum me peccata mea, & tu di- mihi iniquitatem peccati mei.* Jer. XXXVI. 2. *ibe in libro omnia verba, quae locutus ſum; 3. ſi forte audiant domus Juda omne ma- quod cogito eis facere, ut revertantur uisque a via ſua mala, & propitius ſim :ati eorum & peccato eorum.* Sap. XII. 19. ·ίδας ἐποίησας τὺς υἱὺς σε, ὅτι δίδως ιαρτήμασι μετάνοιαν. Lutherus: *Daß du ! Buſſe für die Sünde annehmen*, alii ſic nt: *in peccatis das locum pœnitentiae.* . I. 4. *Johannes praedicabat baptiſmum :ntiae in remiſſionem peccatorum.* Luc. . 47. *Sic oportebat Chriſtum pati & in :e ejus praedicari pœnitentiam & remiſſio- eccatorum.* Act. III. 19. *Agite pœnitentiam nvertimini, ut deleantur peccata veſtra.* . V. 31. *Chriſtum exaltavit Deus ad dan- pœnitentiam Iſraeli & remiſſionem pecca- ı.* 2.) Gratia Dei. Eſa. LXI. 1. Luc. IV. *Dominus miſit me, ut adligarem contritos , ut praedicarem captivis libertatem & : apertionem carceris, ut praedicarem an- beneplaciti Jehovae.* Luc. XV. 7. *Gaudi- rit in cælis ſuper uno peccatore pœniten- agente, plus quam ſuper nonaginta novem , qui non indigent pœnitentia*, quod ibidem rabola filii prodigi, quem cum gaudio pa- excipit, pulcerrime declaratur. 3.) Juſti- ram Deo. Luc. XVIII. 13. Publicanus in vera ac ſeria pœnitentia ingemiſcit: *Domine propitius eſto mihi peccatori*; mox ſubjungitur: v. 14. *Deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam.* 4.) Donatio ac inhabitatio Spiritus ſancti. Eſa. LVII. 15. *Sic dixit excelſus & ſublimis habitans in ſeculum, & cujus nomen ſanctus &c. habito cum contrito & humili ſpiritu, ut vivificem ſpiritum humilium, & ut vivificem cor contritorum.* Act. II. 38. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque veſtrum in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti.* 5.) Exauditio precum. 1 Joh. III. 21. *Cum cor noſtrum non condemnat nos, fiduciam habemus erga Deum, & quod petimus, accipiemus:* 6.) Salus & vita æterna. Act. XI. 18. *Ergo & gentibus pœnitentiam Deus dedit ad vitam!* 7.) Liberatio a pœnis temporalibus, vel certe earundem mitigatio. Jer. XVIII. 7. *Repente loquar adverſus regnum, ut evellam & confringam & perdam;* v. 8. *ſin autem convertatur gens illa a malo, contra quod locutus ſum, pœnitebit & me mali, quod cogitaveram facere ei.* 2 Paral. XII. 12. *quia humiliati ſunt, averſa eſt ab eis ira Domini, nec deleti ſunt penitus.* Jon. III. 10. *Vidit Deus opera eorum* (Ninivitarum), *quod converſi eſſent a via ſua mala, & pœnituit ipſum mali, quod locutus fuerat, ſe facturum illis, & non fecit.* Luc. XIII. 3. & 5. *Amen dico vobis, niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Ergo a contrario ſenſu per veram pœnitentiam mala impendentia averti poſſunt. De nova obedientia, quæ itidem fructus ac conſequens eſt pœnitentiæ, diximus ſuperius. Obſervandum vero hoc loco: a.) pœnitentiæ hæc tribui non ratione *contritionis*, quaſi illa ſit meritum quoddam ac cauſa remiſſionis peccatorum, ſed ratione *fidei*, quæ eſt eſſentialis pars pœnitentiæ, quæ adprehendit Chriſtum, & in Chriſto gratiam Dei, remiſſionem peccatorum, juſtitiam, donationem Spiritus ſancti, & vitam æternam gratis accipit; quod ergo partis & quidem primariæ proprium eſt, illud uſitata ſcripturæ phraſi toti tribuitur, præſertim cum vera ac ſalvifica fides cum vera contritione & novæ obedientiæ ſtudio ἀδαμαντίνως ac nexu indivulſo ſit conjuncta. b.) Per veram pœnitentiam remiſ-

remiſſionem peccatorum ac reconciliationem cum Deo ſemper impetrari, interim tamen bono ac ſapienti Dei conſilio vere pios in hac vita cruci ac calamitatibus, tum communibus, tum ſingularibus quandoque ſubjectos eſſe, quinimo ad extremum uſque vitæ ſpiritum ſub pondere crucis interdum laborare, cujus rei cauſæ Deo conſtant juſtiſſimæ & æquiſſimæ, ac nobis ipſis utiliſſimæ, ut ſuo docebitur loco, quo pertinet illud Auguſtini libr. II. de civit. Dei cap. 23. *Iudicia Dei plene comprehendi non poſſunt, juſte reprehendi non poſſunt.*

Quæ ad pœnitentiam agendam nos excitare debeant?

§. CXLI. Quodnam tandem efficacius ὁρμητήριον ac incentivum (ut loquuntur) pœnitentiæ agendæ eſſe poſſet, quam multiplex illa veræ converſionis utilitas? Sed accedunt inſuper cauſæ aliæ non minoris momenti atque ponderis, utpote I.) Dei præcipientis *majeſtas* Jer. III. 12. *Revertere ad me, rebellis Iſrael, dixit Dominus.* v. 14. *Convertimini filii rebelles, dixit Dominus.* Joel. II. 12. *Convertimini ad me ex toto corde.* Talia celeuſmata in ſcripturis veteris ac novi teſtamenti paſſim obvia ſunt, quinimo omnium concionum, a patriarchis, prophetis, ab ipſo Chriſto, Johanne baptiſta & apoſtolis habitarum, ſumma hæc eſt: *Agite pœnitentiam, & credite evangelio.* Act. XVII. 30. *Deus jubet omnes ubique homines pœnitentiam agere; v. 31. quia conſtituit diem, in qua judicaturus eſt orbem terrarum in juſtitia.* Hoc mandatum Dei teſtatur de εὐδοκίᾳ ejuſdem, quod pœnitentia peccatoris delectetur. Ezech. XXXIII. 11. *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Tertullianus libr. de pœnit. pag. 554. *Audaciam exiſtimo de bono divini praecepti diſputare. Neque enim quia bonum eſt, idcirco auſcultare debemus, ſed quia Deus praecepit. Ad exhibitionem obſequii prior eſt majeſtas divinae poteſtatis. Prior eſt auctoritas imperantis, quam utilitas ſervientis. Bonum eſt pœnitere, an non? quid revolvis? Deus praecipit. At enim ille non praecipit tantum, ſed etiam hortatur. Invitat*

praemio ſalutem, jurans, etiam vivo dicen
cupit credi ſibi. O beatos nos, quorum ca
Deus jurat! O miſerrimos, ſi nec juranti De
no credimus! Quod igitur Deus tantopere c
mendat, quod etiam humano more ſub deje
tione teſtatur, ſumma utique gravitate &
gredi & cuſtodire debemus. Hæc Tertullia
Quemadmodum Deus ſummo odio habet pec
tum, ita quoque ſumme delectatur hominis p
nitentia. Quemadmodum ſumme placet ho
ni is, qui impugnat & deſtruit capitalem ip
hoſtem: ita quoque ſumme placet Deo is,
peccatum per pœnitentiam impugnat & expe
Peccatum eſt ſumma turpitudo, ſumma de
mitas & malitia extremo odio digna. Deus
ſummum bonum, ſumma beatitudo, ſum
pulcritudo, ſuper omnia amandus ac honor
dus: ex quo licet colligere, quam grata &
cepta ſit Deo hominis pœnitentia, per qua
ſummo malo ad ſummum bonum converti
II.) Dei promittentis *benignitas*: clementi
mus Dominus non ſolum ad pœnitentiam
mandatis ſuis excitat, ſed etiam promiſſis in
tat. Ezech. XXXIII. 11. *Convertimini a*
veſtris malis, ut quid moriemini Domus Iſra
Mal. III. 7. *Convertimini ad me, & conve*
ad vos, dicit Dominus Zebaoth. Matth. XI.
Venite ad me omnes, qui laboratis & one
eſtis, & ego reficiam vos. Tertullianus libr.
pœnit. pag. 553. *Qui pœnam per judici*
deſtinavit, idem & veniam per pœnitenti
ſpopondit, dicens ad populum: Pœnitere &
vum faciam te. *Et iterum*: Vivo, inquit I
minus: & pœnitentiam malo, quam morte
Ergo pœnitentia vita eſt, cum morti praepo
tur. Cyprianus ſerm. de cœna. *Non pati*
contriti cordis holocauſtum repulſam; quo
te in conſpectu Domini video ſuſpirantem, S
ritum ſanctum non dubito adſpirantem:
intueor flentem, ſentio ignoſcentem. Huc
ferenda etiam μακροθυμία Dei, qua exſpe
hominis converſionem, eundemque ad ſe rev
ſum cum gaudio ſuſcipit. Rom. II. 4. Luc. X
20. Ambroſius libr. I. de pœnit. cap. 4. pag. 1
Exſpectat Deus gemitus noſtros, ſed tempo
les, ut remittat aeternos, exſpectat lacrimas
ſtra

t profundat pietatem ſuam. Exſpectat onem noſtram, ut revertamur & ipſi iam. Taulerus ſæpe repetit: *GOtt iſt nach uns, als wolt ihm ſein götliches zerrinnen.* Raymundus de Sabunde in natural. cap. 301. pag. 359. *Deus vi-aliter homo tenet in domo ſua, ſcilicet ſuo, quod melius & nobilius hominis m eſt, Dei inimicum capitale & illud, eus ſumme odio habet, & quod Deo liſplicet, & non ſolum tenet, ſed defen-trit & abſcondit atque augmentat, & ipſum in domum ſuam voluntarie, imo lomum propriam, ſed in domum Dei,* or de vera juſtitia eſt habitaculum Dei) *net Deo. Etiam homo, quod pejus eſt, um inimicum, quia antea non erat, & ſemper, quomodo poterit multiplicare Omnia iſta Deus videt, &c. ideo mi-l & ſuper omnia mirabilia, quomodo ſtentet tantopere inimicos ſuos mortales. ſto adparet Dei immenſa clementia & ſic ſuſtinere & nutrire inimici ſui*) *receptatores ac celatores; nec poſſet onitas excogitari. Et ex hoc adparet, eus non vult hominem perire, ſed exſpe-um ad pœnitentiam; debet igitur homo tantam bonitatem & exſpectationem Dei ad pœnitentiam, & ſubito expellere a icum Dei & ſuum, &c.* Legitur in one Cantici Canticorum ſuper illud cap. *ri mihi ſoror mea,* dixiſſe Rabb. Iſſa: *anctus & benedictus ait: filii mei, ape-hi aperturam unam pœnitentiae, quanta men acus, & ego aperiam vobis aper-iſericordiae, per quas currus tranſire it.* Hujus loci propria eſt dulciſſima ſen-poſtoli 2 Cor. V. 20. *pro Chriſto lega-ngimur, Deo velut exhortante per nos, s pro Chriſto, reconciliamini Deo.* Au-um non ſolum offerre nobis reconciliatio-ſed & quadam bonitatis abundantia a nobis ut ſecum in gratiam redeamus. III.) rum *delectatio* & hilaritas Luc. XV. 10. *obis,* inquit Chriſtus, *gaudium erit co-gelis Dei ſuper uno peccatore reſipiſcente.*

Cauſas hujus gaudii expoſuimus in poſtilla german domin. III. poſt Trinitatis: Deus delectatur hominis converſione, cur non & angeli, quorum voluntas plene conformis eſt divinæ? Angelorum caritas ſincera eſt ac perfecta, quid mirum, quod in hominis converſione lætentur? Gaudent ſocietati ſuæ reſtitutos eſſe eos, quos in tenebris inferni ac ſatanæ poteſtate conſtitutos viderant. Tertullianus libr. de pœnit. pag. 558. *Laetantur cœli &, qui illic, angeli pœnitentia hominis. Heus tu peccator bono animoſis, vides, ubi de tuo gaudeatur, &c.* Hinc veteres paſſim repetunt: *Lacrimae pœnitentium ſunt vinum angelorum: dum hic ex animo lugemus commiſſa, diem feſtum angeli agunt in cœleſti curia: quoties bene agimus, gaudent angeli, triſtantur daemones; quoties a bono deviamus, diabolum laetificamus, & angelos noſtros ſuo gaudio defraudamus.* IV.) Vitæ noſtræ *fragilitas* ac fugacitas. Pſalm. XXXIX. 5. *Scire fac me, Iehovah, finem meum & menſuram dierum meorum quae ſit.* v. 6. *ecce ut palmos poſuiſti dies meos & aevum meum tanquam nihil coram te.* Pſalm. XC. 12. *Doce nos, ut ſciamus numerum dierum noſtrorum, ut ambulemus corde ſapienti.* Jac. IV. 14. *Quae eſt vita veſtra? vapor eſt, qui ad exiguum adparet, & deinde evaneſcit.* Non eſt in hominis poteſtate, vel unius horæ ſpatium vitæ ſuæ addere, quare cum morte nihil certius ſit, ac nihil incertius hora mortis, quomodo quis audebit ſciens ac volens in tanto remanere periculo, per quod incurrere poteſt pœnam æternam ac triſtitiam infinitam? Ne deſperando augeamus peccata, propoſitus eſt pœnitentiæ portus; ne ſperando augeamus, datus eſt dies mortis incertus. *Qui pœnitenti indulgentiam promiſit, ſecure in peccatis pergenti diem craſtinum non ſpopondit,* ut loquitur Proſper in ſentent. Auguſt. Quo pertinet illud Cypriani tract. I. contra Demetr. pag. 105. *Quando iſthinc exceſſum fuerit, nullus jam locus pœnitentiae eſt, nullus ſatisfactionis effectus, hic vita aut amittitur aut tenetur, hic ſaluti aeternae cultu Dei & fructu fidei providetur.* Ergo non differamus noſtrum ad Deum reditum, donec mors nos conjiciat in loculum, ne *cras*

illud corvinum convertat nobis Deus in *ſare. Daß nicht das Leben werde zum Nebel, und der Leib zur Leich.* Sicut corvus ex arca Noæ egreſſus, non eſt reverſus amplius, ſed ſuper cadavera requievit: ſic procraſtinator pœnitentiæ ad eccleſiam non revertitur, ſed foetoribus mundanarum cupiditatum inſordeſcit. Auguſtinus in Pſalm. CII. *Non quaerit Deus dilationem in voce corvina, ſed confeſſionem in gemitu columbino.* V.) Vitæ impœnitentis *noxa* ac deformitas. Rom. II. 4. *An divitias bonitatis divinae & patientiae & longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* v. 5. *tu autem ſecundum duritiem tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die irae & revelationis juſti judicii Dei.* (ϑησαυρίζειν notat paulatim acervari Dei iram, ut tandem univerſa depromatur inſtar theſauri. Deut. XXXII. 34. *Nonne eſt reconditum apud me, ſigillatum in theſauris meis* v. 35. *mea eſt ultio, ego retribuam.* Jer. L. 25. *Dominus aperuit theſauros, & arma irae ſuae produxit.*) Quid aliud eſt impœnitentis vita, quam periculoſa a Deo alienatio, angelorum offenſio & ſervitus diabolica? Baſilius in orat. exhortat. ad bapt. τὴν ἁμαρτίαν σήμερον ποιεῖν ὑποβάλλει Σατανᾶς, τὴν δὲ δικαιοσύνην εἰς τὴν αὔριον πείθει, λέγων· τὴν σήμερον ἐμοὶ καὶ τὴν αὔριον τῷ Θεῷ. *Hodiernum mihi, craſtinum Deo.* Tom. I. pag. 448. *Serpens eſt & ad decipiendum argutus; intelligit enim, quemadmodum nos homines praeſens libenter recipimus tempus, omnisque actio humana in praeſens contendit atque ſpectat. Quamobrem hodiernum tempus nobis furatur aſtute, & ſpem facit craſtini. Poſtquam craſtinum venerit, rurſus malus diviſor ſibi hodiernum, craſtinum vero Domino dari petit.* Sanguis Chriſti pro peccatis totius mundi effuſus eſt, ideo clamat ad omnes peccatores, ut veniant ad pœnitentiam, & recipiant fructum pretioſiſſimi hujus ſanguinis, videlicet mundationem a peccatis: quisquis igitur in impœnitentia pergit, ſanguinem Chriſti veluti conculcat (*). Quemadmodum balſamum non exſerit vires ſuas, ſi in ſaxum quoddam duriſſimum effundatur; ita Chriſti ſanguis cor durum ac impœnitens non abluit a peccatis. Sicut pœnitentia glorificat Deum, quippe per quam juſtitiæ & miſericordiæ divinæ teſtimonium reddimus; ita impœnitens vita ignominia Deum adficit, cum non agnoſcat, Deum eſſe juſtiſſimum judicem ac ſeveriſſimum peccatorum vindicem. Apoc. XVI. 9. *Non egerunt pœnitentiam, ut darent gloriam Deo.* Quid? quod impœnitenti cordi mala conſcientia ſemper conjuncta eſt; quid vero ea miſerius eſt atque acerbius? *Habitat Deus in corde contrito & humiliato;* Eſa. LVII. 15. ſed *peccata noſtra*, quæ per pœnitentiam non tolluntur, *dividunt inter Deum ac nos.* Eſa. LIX. 2. Ephrem. libr. I. de compunct. cordis cap. 2. *Dicito mihi, ſi quis te in lutum cœni projecerit & ibi ſemper te eſſe fecerit, libenter hoc feres? Si tu, cum ſis cinis & vermis, hoc ſuſtinere non potes, quomodo vis, ut impollutus Deus, qui cum ſanctis & in ſanctis requieſcere ſolitus eſt, in te, qui totus fœtidus es ac cœnoſo horrore repletus, habitet?* VI.) Scandali aliis dati *atrocitas.* Qui diligit iniquitatem, occidit animam ſuam; nec ſolum ſuam animam occidit reatu, ſed etiam proximi animam perverſo exemplo. Matth. XVIII. 7. *Vae homini, per quem ſcandalum datur.*

§. CXLII. Hæc omnia non ſolum pœnitentiam agere jubent, ſed etiam differre ac procraſtinare eandem prohibent. Quamvis enim in iſto adhuc mundo manenti nulla pœnitentia ſit ſera, modo ſit vera, quo pertinet aureolum illud Cypriani ſerm. de

Pœnitentiam non eſſe differendam.

(*) Remiſſionem peccatorum non habere locum ſine pœnitentia, docet Chriſtus Luc. XXIV. ubi conjungit *praedicationem pœnitentiæ & remiſſionis peccatorum* Pſalm. XXXII. *Dixi, confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Typus hujus rei pulcerrimus proponitur Levit. XVI. ubi uno eodemque die Iſraelitæ in die propitiationis adfligunt animas ſuas, & hircus portat iniquitates eorum in deſertum. GERHARDUS.

de cœna Domini fol. 503. *Nec quantitas criminis, nec brevitas temporis, nec horae extremitas, nec vitae enormitas (ſi vera contritio, ſi pura fuerit voluptatum mutatio) excludit a venia, ſed in amplitudine ſinus ſui mater caritas prodigos ſuſcipit revertentes, & nolit velit Novatus haereticus, omni tempori Dei gratia recipit pœnitentes.* Itemque illud Fulgentii epiſt. VII. pag. 555. *Nulla prolixitas temporis vel aequitati divinae vel pietati praejudicat, pœnitentia nunquam apud Deum eſt ſera, in cujus conſpectu ſemper pro praeſentibus habentur tam praeterita quam futura.* Quin & illud Rabb. Samuelis in Medras Thehillim: *Portae orationis quandoque ſunt clauſae, quandoque apertae, ſed portae converſionis nullo tempore clauduntur, ſicut ſcriptum eſt: Spes omnium finium terrae & in mari longe, ſicut enim mare apertum eſt, & quilibet poteſt ſe in eo abluere, ita quandocunque quis converſus fuerit, eum obviis ulnis Deus excipit;* referente Weidnero in præfat. libri, in quo exponit loca fidei chriſtianæ præcipua pag. 28. Hac tamen doctrina ad carnalem ſecuritatem abuti nequaquam debemus, cum multos ſoleat ſerotina pœnitentia decipere. Auguſtinus de vera & falſa pœnitentia cap. 17. *Cum raro verum ſit, quod ſerum, ideo graviter nos hortatur Spiritus ſanctus* Pſalm. XCV. 7. 8. *Hodie ſi vocem ejus audieritis, ne obduretis cor veſtrum,* ex quo ita concludit epiſtola ad Hebræos cap. III. 12. *Videte, fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum & incredulum, quod diſcedat a Deo vivo,* verſ. 13. *Sed adhortamini vos ipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ne quis ex vobis obduretur fallacia peccati.* Eccl. V. 8. *Ne differas converti ad Dominum, nec diem ex die ducas.* verſ. 9. *Nam ſubito erumpet ira Domini, & cum ſecurus eris, profligaberis; ac in die ultionis peribis.* Ambroſius in exhort. ad pœnit. *Agens pœnitentiam ad ultimum, & reconciliatus ſi exierit, an ſecurus hinc exeat, ego non ſum ſecurus, pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum. Quod dico, attendite, ego illud planius exponam, ne aliquis me male intelligat. Nunquid dixi, damnabitur? non dico, ſed nec liberabitur, dico. An aliud mihi dicis, ſancte epiſcope? Quid tibi dicam, neſcio. Dixi: non praeſumo, non promitto, prorſus neſcio de voluntate Dei. Vis frater a dubio liberari, vis, quod incertum eſt, evadere? age pœnitentiam, dum ſanus es.* Cyprianus epiſt. LII. ſect. 15. f. 119. *Non eſt dignus in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum, quique in infirmitate demum atque in periculo cœperit deprecari, ubi rogare illum non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit.* Auguſtinus homil. 41. tom. X. f. 526. *Si vis agere pœnitentiam tunc, quando peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa.* Salvianus libr. I. de avarit. pag. 35. *Peccare non deſiit, quem in extremis ſitum recedere a criminibus ſola tantum facit impoſſibilitas, non voluntas. Qui enim a malis actibus tantum morte diſcedit, non relinquit ſcelera, ſed relinquitur a ſceleribus; ac per hoc neceſſitate excluſus a vitiis & tunc puto peccat, quando ceſſaverit, quia quantum ad animum needum deſiit.* Bernhardus ſerm. I. Epiphanius coll. 69. *Sicut benignitas* (Dei) *apparuit ultra omnem ſpem, ultra omnem aeſtimationem, ita ſimilem exſpectare poſſumus judicii diſtrictionem. Noli ergo contemnere Dei miſericordiam, ſi non ſentire vis juſtitiam, ſed iram, ſed indignationem, ſed furorem. Vt enim ſcires, quanta diſtrictio ſuccedit, tanta illa manſuetudo praevenit. Ex magnitudine indulgentiae magnitudinem ultionis attende. Immenſus enim Deus eſt & infinitus in juſtitia, ſicut & in miſericordia, multus ad ignoſcendum, multus ad ulciſcendum &c.* Valde igitur periculoſum eſt, ad finem uſque vitæ pœnitentiam differre: 1.) quo diutius differtur pœnitentia, eo redditur poſtea difficilior Prov. XXII. 6. 2.) Pœnitentia ex amore Dei filiali, non ex timore pœnæ ſervili procedere debet, atqui in extremis pœnitens timore mortis & gehennæ ut plurimum ad pœnitentiam inducitur. 3.) Qui in hora mortis pœnitentiam demum agit; is non tam relinquere videtur peccata, quam a peccatis relinqui. 4.) Morbi quandoque cum doloribus intenſiſſimis & paraphroſyne ſunt conjuncti, quomodo

igi-

talis ad Deum converſio, qua peccator per Spiritus ſancti gratiam ac miniſterium verbi interius movetur, ut agnitis ex lege peccatis ſuis ac ira Dei, adverſus illa ſerio doleat, ac fide in Chriſtum ex evangelio concepta ſeſe viciſſim erigat, propter ipſum peccata ſibi remitti certo ſtatuens, quam fidem melioris vitae propoſitum ac ſtudium, & bona opera tanquam fructus Deo grati & pœnitentia digni conſequuntur. Converte nos, o Deus, ut ad te convertamur; alliga animæ noſtræ vulnera, ut ſanemur,

Amen!

SUPPLEMENTUM EDITORIS DE ATTRITIONE ET CONTRITIONE.

Loco de *pœnitentia*, quem copioſe hactenus pertractavit GERHARDUS noſter, nonnulla, quæ ad primam pœnitentiæ partem, ſcilicet *contritionem*, eamque tam perfectam, quam imperfectam ſeu *attritionem*, propius ſpectant, heic ſubjungemus. Licet enim laudatiſſimus vir ſupra *cap. VIII. ſect. I.* argumentum de *contritione* data opera pertractaverit, & *loc. cit. §. XCVI. p. 273.* quæſtionem de contritione imperfecta ſive *attritione*, quæ *oritur ex timore ſervili*, paucis tetigerit, controverſiam tamen famoſiſſimam in ipſa eccleſia Romana inde a longo tempore hac de re agitatam, prorſus intactam reliquit. Neceſſarium proinde eſſe ducimus, ut ea, quæ a GERHARDO plane fuerunt prætermiſſa, data opera heic ſuppleamus. Quod ipſum melius exſequi haud poſſumus, quam ſi diſſertationem noſtram valedictoriam, Gœttingæ ann. *MDCCXXXIX.* ſub titulo: *eccleſiae Romanae de attritione & contritione contentio, ex dogmatum hiſtoria breviter delineata, atque examini theologico ſubjecta*, luci publicæ expoſitam, nunc vero diligenter recognitam, noviſque illuſtratam acceſſionibus, lectoribus noſtris heic exhibeamus.

* * * * * * * * * *

§. I. Nemo eſt, qui ignoret, eccleſiæ Romanæ filios proteſtantibus, ob diſſenſiones ac lites mutuas, queis ii ſe invicem agitant, dicam ſcribere, ſui autem cœtus unitatem miramque in doctrina conſenſionem plurimum iactare, quin & eandem, tanquam infallibilem veræ eccleſiæ notam, miris prædicare laudibus (1). Nolumus iam anceps hoc atque ſpinoſum de eccleſiæ unitate argumentum data opera excutere, atque ea, quæ inter viros doctiſſimos PETR. NICOLIUM, ac PETR. IURIEUM, exeunte ſeculo ſuperiori, acriter fuerunt diſputata (2), adcuratiori examini ſubmittere. Hoc unicum duntaxat notamus, eccleſiæ Romanæ defenſores, qui proteſtantibus diſſenſum exprobrant, non videre id manticæ, quod in tergo eſt. Etenim quamplurimas de graviſſimis religionis chriſtianæ capitibus diſſenſiones ac contentiones in ſinu fovet

(1) Evolve, ſi placet, ROBERTUM BELLARMINUM, patrem purpuratum, qui in *diſputationibus de controverſiis chriſt. fidei adverſus huius temporis hæreticos, tom. I. P. II. L. IV. de notis eccleſiæ cap. VIII.* ſeptimam hanc veræ eccleſiæ notam ponit *unionem membrorum inter ſe, & cum capite.*

(2) Ediderat PETR. IURIEUS L. cui titulus: *le ſyſteme de l' Egliſe*, quem, cum refutaret P. NICOLIUS, in libro gallico, A. MDCLXXXVII. edito, *de l' unité de l' Egliſe, ou refutation du nouveau ſyſteme de Mr. Iurieu*; reſpondit IURIEUS, in *traité de l' unité de l' Egliſe & des points fundamentaux*, Roterd. MDCLXXXVIII. in 8. Conf. PETR. BAELIUM, in *dict. hiſt. & crit. tom. III.* voce *Nicole, not.* (D) *p. 504.* edit. noviſſ.

fovet eccleſia Romana, unitatem iſtam tantopere dilaudatam prorſus tollentes. Non provocabimus jam ad famoſam de auxiliis gratiæ controverſiam (1), quam dum finire voluerunt antiſtites Romani, novas ſubinde lites excitarunt. Neo adlegabimus contentiones dominicanorum ac franciſcanorum de immaculata b. virginis Mariæ conceptione, magnis olim animorum motibus agitatas. (2) Neque commemorabimus nuperas lites, occaſione conſtitutionis *unigenitus* in Gallia cum primis exortas, ubi a præſule Romano ad concilium fuit adpellatum. (3) Sed iis recenſendis dijudicandiſque heic immorabimur, quæ de attritionis ſufficientia, vel contritionis neceſſitate, ad obtinendam peccatorum remiſſionem, ultro citroque diſputata ſunt in eccleſia Romana. Vt vero, quæ nobis conſtituta ſunt, rite exſequamur, primo, quid attritionis & contritionis vocibus intelligatur, explicabimus breviter; tum originem dogmatis de attritionis ſufficientia inveſtigabimus, ejusque in eccleſia Romana progreſſum & fata paucis, & eundo ſaltim per ſumma rerum capita, exponemus; tandem, quid theologi proteſtantes in doctrina Romanenſium deſiderent, indicabimus, noſtramque, absque partium ſtudio, expromemus ſententiam.

§. II. Vt itaque a vocibus *attritionis* & *contritionis* dicendi faciamus initium, ante omnia notamus, adpellationes iſtas a dolore, qui ex peccatorum agnitione ac diſplicentia oritur, pectusque hominis peccatoris, in malo obfirmatum, frangit, deſumtas eſſe. Hic ipſe autem dolor cum ex variis cauſſis oriri queat, ſuosque habeat gradus, iis deſignandis diverſa eccleſiæ Romanæ adſeclæ adhibent nomina. Scilicet dolorem iſtum, quem quis ex intrinſeca peccatorum turpitudine, vel ex pœnarum, inprimis infernalium metu concipit, *attritionem*; dolorem vero ex peccatis, ut ſunt offenſa benigniſſimi Numinis, acceptum, *contritionem* adpellare ſolent; ajuntque, ſolam contritionem dolorem perfectum eſſe, utpote qui caritate formetur; cum contra attritio dolor imperfectus, &, ſi recentiores ſcholaſticos audiamus (4), omnis caritatis expers ſit (5). Addunt, ipſam attritionis & contritionis etymologiam hunc expoſcere ſignificatum. *Atteri* enim quid dici poſſe, cum

(1) Hanc enarrarunt duumviri doctiſſimi, AUGUSTINUS LE BLANC, ſeu, qui ſub hoc nomine latuit, JACOB. HYACINTHUS SERRIUS, dominicanorum ordini adſcriptus, & LIVINUS DE MEYER, ſocietatis Jeſu theologus, ita tamen, ut in præcipuis hujus hiſtoriæ momentis plurimum a ſe invicem diſcrepent.

(2) Harum contentionum hiſtoriam dedere LVCAS WADDINGVS, PETRVS DE ALVA & ASTORGA, FR. ULR. CALIXTUS, JO. HENR. HEIDEGGERUS, ELIAS VEIBLIUS, IO. GE. WALCHIUS, multique alii.

(3) Lectu digniſſima eſt b. cancellarii IO. LAUR. MOSHEMII diſſert. *de Gallorum adpellationibus ad concilium, unitatem eccleſiæ ſpectabilem tollentibus*, Helmſtadii MDCCXXVI. edita. Jungi meretur liber gallicus, cui inſcriptio: *l'unité, la viſibilité, l'autorité de l'Egliſe & la verité renverſée par la conſtitution de Clement XI. unigenitus* &c. à Amſterdam MDCCXV. 8.

(4) Quod enim ad antiquiores ſcholæ doctores attinet, ii attritionem cum aliquo Dei amore conjunctam eſſe, ſtatuerunt, prout ex iis, quæ in ſequenti paragrapho dicemus, adparebit.

(5) Ut diſcrimen, quod attritionem inter ac contritionem intercedit, clarius pateat, varias differentias, quas inter utramque conſtituunt Romanenſes, ex IO. MALDONATO, celebri ſocietatis Jeſu ſacerdote, heic adducemus. Prima eſt, *quod contritio habet ſemper pro fine Deum. Eſt enim dolor propter Deum: attritio non ſemper.* Secunda eſt, *quod contritio originem ſumat ex timore, qui vocatur filialis: attritio vero ex timore ſervili.* Tertia eſt, *quod contritio non eſt poſita in viribus noſtris, ſed indiget divina gratia: attritio vero, quia dolor quidam naturalis eſt, naſcitur plerumque ex ſolo libero arbitrio.* Quarta *eſt in effectu, quod contritio habeat vim remittendi peccata; attritio non habeat, ſed tantum ſit diſpoſitio quædam.* Quinta *ſpectatur in forma. Contritio ſemper eſt informata gratia ac caritate: attritio non ſemper. Hinc ſequitur, maiorem eſſe dolorem contritionem, quam attritionem genere ſuo.* Hactenus MALDONATUS *diſputat. tom. II. part. IV. p. 27.*

illud corvinum convertat nobis Deus in *ſare. Daſs nicht das Leben werde zum Nebel, und der Leib zur Leich.* Sicut corvus ex arca Noæ egreſſus, non eſt reverſus amplius, ſed ſuper cadavera requievit: ſic procraſtinator pœnitentiæ ad eccleſiam non revertitur, ſed foetoribus mundanarum cupiditatum inſordeſcit. Auguſtinus in Pſalm. CII. *Non quaerit Deus dilationem in voce corvina, ſed confeſſionem in gemitu columbino.* V.) Vitæ impœnitentis *noxa* ac deformitas. Rom. II. 4. *An divitias bonitatis divinae & patientiae & longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* v. 5. *tu autem ſecundum duritiem tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die irae & revelationis juſti judicii Dei.* (θησαυρίζειν notat paulatim acervari Dei iram, ut tandem univerſa depromatur inſtar theſauri. Deut. XXXII. 34. *Nonne eſt reconditum apud me, ſigillatum in theſauris meis* v. 35. *mea eſt ultio, ego retribuam.* Jer. L. 25. *Dominus aperuit theſauros, & arma irae ſuae produxit.*) Quid aliud eſt impœnitentis vita, quam periculoſa a Deo alienatio, angelorum offenſio & ſervitus diabolica? Baſilius in orat. exhortat. ad bapt. τὴν ἁμαρτίαν σήμερον ποιεῖν ὑποβάλλει Σατανᾶς, τὴν δὲ δικαιοσύνην εἰς τὴν αὔριον πείθει, λέγων· τὴν σήμερον ἐμοὶ καὶ τὴν αὔριον τῷ Θεῷ. *Hodiernum mihi, craſtinum Deo.* Tom. I. pag. 448. *Serpens eſt & ad decipiendum argutus; intelligit enim, quemadmodum nos homines praeſens libenter recipimus tempus, omnisque actio humana in praeſens contendit atque ſpectat. Quamobrem hodiernum tempus nobis furatur aſtute, & ſpem facit craſtini. Poſtquam craſtinum venerit, rurſus malus diviſor ſibi hodiernum, craſtinum vero Domino dari petit.* Sanguis Chriſti pro peccatis totius mundi effuſus eſt, ideo clamat ad omnes peccatores, ut veniant ad pœnitentiam, & recipiant fructum pretioſiſſimi hujus ſanguinis, videlicet munda[tionem] a peccatis: quisquis igitur in impœnite[ntia] pergit, ſanguinem Chriſti veluti conculcat(Quemadmodum balſamum non exſerit v[ires] ſuas, ſi in ſaxum quoddam duriſſimum eff[un]datur; ita Chriſti ſanguis cor durum ac im[pœ]nitens non abluit a peccatis. Sicut pœnite[ntia] glorificat Deum, quippe per quam juſtitiæ miſericordiæ divinæ teſtimonium reddimus; impœnitens vita ignominia Deum adficit, c[um] non agnoſcat, Deum eſſe juſtiſſimum judicem ſeveriſſimum peccatorum vindicem. Apoc. X[VI.] 9. *Non egerunt pœnitentiam, ut darent gl[ori]am Deo.* Quid? quod impœnitenti cordi n[ulla] conſcientia ſemper conjuncta eſt; quid verc miſerius eſt atque acerbius? *Habitat Deus [in] corde contrito & humiliato;* Eſa. LVII. ſed *peccata noſtra*, quæ per pœnitentiam [non] tolluntur, *dividunt inter Deum ac nos.* Eſa. L[IX.] 2. Ephrem. libr. I. de compunct. cordis cap. *Dicito mihi, ſi quis te in lutum cœni proje[cerit] & ibi ſemper te eſſe fecerit, libenter hoc fer[res?] Si tu, cum ſis cinis & vermis, hoc ſuſti[nere] non potes, quomodo vis, ut impollutus De[us,] qui cum ſanctis & in ſanctis requieſcere ſol[itus] eſt, in te, qui totus fætidus es ac cœnoſo h[or]rore repletus, habitet?* VI.) Scandali aliis [datis] *atrocitas.* Qui diligit iniquitatem, occidit [ani]mam ſuam; nec ſolum ſuam animam occ[idit] reatu, ſed etiam proximi animam perve[rſo] exemplo. Matth. XVIII. 7. *Vae homini, [per] quem ſcandalum datur.*

§. CXLII. Hæc omnia non ſolum pœnitentiam agere jubent, ſed etiam differre ac procraſtinare eandem prohibent. Quamvis enim in iſto adhuc mundo manenti nulla pœnitentia ſit ſera, modo vera, quo pertinet aureolum illud Cypriani ſe[...] *Pœnitentia non eſſe diſ[fe]rendam.*

(*) Remiſſionem peccatorum non habere locum ſine pœnitentia, docet Chriſtus Luc. XXIV. ubi conjungit *praedicationem pœnitentiæ & remiſſionis peccatorum* Pſalm. XXXII. *Dixi, confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Typus h[uj]us rei pulcerrimus proponitur Levit. XVI. ubi [...] eodemque die Iſraelitæ in die propitiatio[nis] adfligunt animas ſuas, & hircus portat iniq[ui]tates eorum in deſertum. GERHARDUS

bricoſi iſti doctores, *an ad juſtificationem ſola ſufficiat attritio?* Licet enim nonnulli ex iis, quos modo nominavimus, in ea ſteterint ſententia, juſtificationem ex ſola attritione fieri, contritionem vero juſtificationis effectum eſſe, eandemque ſubſequi; alii tamen hoc ipſum negarunt, exiſtimantes, motum attritionis praecedere juſtificationem, tanquam praeparationem quandam; contritionem autem eandem comitari, inque ipſo juſtificationis actu jam adeſſe. Atque hanc poſteriorem ſententiam THOMAS DE AQUINO (1), BONAVENTURA (2), aliique adoptarunt. Nec defuerunt, qui, contritionem natura atque ordine juſtificationem praecedere, dixerunt, illique diſpoſitionis ad juſtificationem tribuerunt efficaciam. Denique nec de eo inter ſe prorſus convenerunt ſubtiles ſcholae magiſtri, *an contritio neceſſario requiratur ad ſacramentum poenitentiae?* Adſeruerunt enim nonnulli, ſolam ſufficere attritionem, quae, ſi poenitens eandem probabiliter credat eſſe contritionem, *frequenter ob confeſſionem ſuperadjunctam & abſolutionem ſacerdotis formetur per gratiam, ut fiat contritio* (3). Alii tamen, contritionem ante abſolutionem neceſſariam eſſe, docuerunt, neminemque, ſine praevia contritione, peccatorum, in poenitentiae ſacramento, remiſſionem accipere, pronunciarunt. Atque hanc ſententiam, quae priori illa longe eſt antiquior, amplexus eſt RAYMUNDUS DE PENNAFORTI (4), natione Catalaunus, ordinisque praedicatorum magiſter generalis, vir magnae ſua aetate celebritatis, & a Clemente VIII. praeſule romano, in ſanctorum ordinem relatus. Nec alienus ab hac ſententia eſſe videtur THOMAS DE AQUINO, doctor angelicus (5), licet nonnulli ejus ſectatores contrarium nobis perſuadere adnitantur (6). In alia tamen omnia abit IO. DUNS Scotus, novae inter ſcholaſticos ſectae conditor, qui ſane abſolutionis virtutem ita evehit, ut vix ullam in poenitente praeparationem internam neceſſariam eſſe exiſtimet. Verba ejus ita ſeſe habent: *parum attritus, etiam attritione, quae non habet rationem meriti ad remiſſionem peccati, volens tamen recipere ſacramentum poenitentiae, ſicut diſpenſatur in eccleſia, & ſine obice in voluntate peccati mortalis in actu, in ultimo inſtanti illius prolationis verborum, in quo ſcilicet eſt vis ſacramenti iſtius, recipit effectum iſtius - - - - ex pacto Dei, adſiſtentis verbo ſuo* (7). Ceterum vel tribus notamus, Scotum primum fuiſſe, qui laxiora iſta de attritione adoptaverit principia, ab aliis deinceps, ut infra videbimus, magno conatu defenſa.

Xx 2 §. IV.

(1) *L. IV. diſt. XVII. quaeſt. 1. art. 4. quaeſt. 2.*

(2) *L. IV. diſt. XVII. quaeſt. 3.*

(3) Sunt haec verba BONAVENTURAE, *loc. excit. art. 91.* Idem *art. 95.* obſervat, *neminem abſolutionis effectum recipere, niſi caritatem habeat, ſaltim in principio confeſſionis, vel in medio, vel in fine.*

(4) Vid. ejus *ſummam de caſibus poenitentialibus, libr. III. de poenit. & remiſſ.* §. XI. Noviſſima hujus libri editio ea eſt, quam HONORAT. VINCENT. LAGET Lugduni MDCCXIX. fol. edidit.

(5) Ex multis, qui adlegari poſſent, locis, unicum duntaxat, eumque praecipuum heic excitabimus, illum nimirum, qui *in ſupplem. quaeſt. X. art. V.* extat, ubi expreſſis verbis dicitur, *confeſſionem operari, praeſuppoſita contritione, quae culpam deleat.*

(6) Sunt nimirum nonnulli ex Thomae adſeclis, qui magiſtri mentem ita interpretantur, quaſi pronunciaſſet: *attritionem eſſe ſufficientem ſacramento ſuſcipiendo praeparationem.* Primi, qui in hanc deſcenderunt ſententiam, fuerunt HENRICUS Gandavenſis, qui viginti circiter annis poſt Thomae mortem claruit, itemque RICHARDUS DE MEDIAVILLA, qui eadem cum Henrico aetate floruit. Atque huic tempori adſignanda eſt aera, a qua quaeſtionis iſtius *de attritionis ad poenitentiae ſacramentum ſufficientia*, in ſcholis agitatae, aetas computanda eſt, obſervante IO. MORINO, in *exerc. de contritione & attritione P. I. c. VII. p. 49. ſeqq.* Conferenda ſunt, quae de ſententia Thomae Aquinatis diſſerit IO. LAUNOIUS, *tom I. opp. P. I. p. 194.*

(7) Vid. ejus *comment. in L. IV. ſentent. diſt. XIV. quaeſt. IV.*

talis ad Deum converſio, qua peccator per Spiritus ſancti gratiam ac miniſterium verbi interius movetur, ut agnitis ex lege peccatis ſuis ac ira Dei, adverſus illa ſerio doleat, ac fide in Chriſtum ex evangelio concepta ſeſe viciſſim erigat, propter ipſum peccata ſibi remitti certo ſtatuens, quam fidem melioris vitae propoſitum ac ſtudium & bona opera tanquam fructus Deo grati & pœnitentia digni conſequantur. Converte nos, o Deus, ut ad te convertamur; alliga animæ noſtræ vulnera, ut ſanemur,

Amen!

SUPPLEMENTUM

EDITORIS DE ATTRITIONE ET CONTRITIONE.

Loco de *pœnitentia*, quem copioſe hactenus pertractavit GERHARDUS noſter, nonnulla, quæ ad primam pœnitentiæ partem, ſcilicet *contritionem*, eamque tam perfectam, quam imperfectam ſeu *attritionem*, propius ſpectant, heic ſubjungemus. Licet enim laudatiſſimus vir ſupra *cap. VIII. ſect. I.* argumentum de *contritione* data opera pertractaverit, & *loc. cit. §. XCVI. p. 273.* quæſtionem de contritione imperfecta ſive *attritione*, quæ *oritur ex timore ſervili*, paucis tetigerit, controverſiam tamen famoſiſſimam in ipſa eccleſia Romana inde a longo tempore hac de re agitatam, prorſus intactam reliquit. Neceſſarium proinde eſſe ducimus, ut ea, quæ a GERHARDO plane fuerunt prætermiſſa, data opera heic ſuppleamus. Quod ipſum melius exſequi haud poſſumus, quam ſi diſſertationem noſtram valedictoriam, Gœttingæ ann. *MDCCXXXIX.* ſub titulo: *eccleſiae Romanae de attritione & contritione contentio, ex dogmatum hiſtoria breviter delineata, atque examini theologico ſubjecta*, luci publicæ expoſitam, nunc vero diligenter recognitam, novisque illuſtratam acceſſionibus, lectoribus noſtris heic exhibeamus.

* * * * * * * * *

§. I. Nemo eſt, qui ignoret, eccleſiæ Romanæ filios proteſtantibus, ob diſſenſiones ac lites mutuas, queis ii ſe invicem agitant, dicam ſcribere, ſui autem cœtus unitatem miramque in doctrina conſenſionem plurimum iactare, quin & eandem, tanquam infallibilem veræ eccleſiæ notam, miris prædicare laudibus (1). Nolumus iam anceps hoc atque ſpinoſum de eccleſiæ unitate argumentum data opera excutere, atque ea, quæ inter viros doctiſſimos PETR. NICOLIUM, ac PETR. IURIEUM, exeunte ſeculo ſuperiori, acriter fuerunt diſputata (2), adcuratiori examini ſubmittere. Hoc unicum duntaxat notamus, eccleſiæ Romanæ defenſores, qui proteſtantibus diſſenſum exprobrant, non videre id manticæ, quod in tergo eſt. Etenim quamplurimas de graviſſimis religionis chriſtianæ capitibus diſſenſiones ac contentiones in ſinu fovet

(1) Evolve, ſi placet, ROBERTUM BELLARMINUM, patrem purpuratum, qui in *diſputationibus de controverſiis chriſt. fidei adverſus huius temporis hæreticos, tom. I. P. II. L. IV. de notis eccleſiæ cap. VIII.* ſeptimam hanc veræ eccleſiæ notam ponit *unionem membrorum inter ſe, & cum capite.*

(2) Ediderat PETR. IURIEUS L. cui titulus: *le ſyſtême de l'Egliſe*, quem, cum refutaret P. NICOLIUS, in libro gallico, A. MDCLXXXVII. edito, *de l'unité de l'Egliſe, ou refutation du nouveau ſyſteme de Mr. Iurieu*; reſpondit IURIEUS, in *traité de l'unité de l'Egliſe & des points fundamentaux*, Roterd. MDCLXXXVIII. in 8. Conf. PETR. BAELIUM, in *dict. hiſt. & crit. tom. III.* voce *Nicole*, *not.* (D) *p. 514* edit. noviſſ.

logus itidem Pariſienſis, qui magna cum eruditionis laude Baſileenſi concilio hoc ſeculo celebrato interfuit. Statuit enim, *contritionem ordine naturae & frequenter etiam temporis indulgentiae collationem & effectum illius praecedere* (1). Nec prætermittendus heic eſt IOANNES CAPREOLUS, Tholoſanus, ordinis prædicatorum monachus, ac doctrinæ thomiſticæ vindex acerrimus. Is enim attritionis inſufficientiam clariſſimis docuit verbis, inque eam deſcendit ſententiam, veram perfectamque contritionem prorſus neceſſariam eſſe, ſi quis gratiam ac peccatorum remiſſionem in ſacramento pœnitentiæ impetrare velit (2). Ceterum paucis monemus, etiam eos, qui attritionis ſufficientiam hoc ſeculo ſtatuerunt, neceſſitatem tamen amoris divini, ſaltim inchoati, in ipſa attritione ſimul adſtruxiſſe; prout ex BERNHARDINI Senenſis (3), qui franciſcanorum religioni nomen dedit, itemque ANTONINI (4), qui dominicanorum ordini addictus, atque ab Hadriano VI. P. R. in ſanctorum numerum relatus fuit; nec non aliorum iſtius ævi ſcriptorum monumentis facile oſtendi poſſet, ſi inſtituti noſtri id paterentur limites.

§. VI. Ineunte ſeculo decimo ſexto, quo diu exoptata eccleſiæ emendatio, opera beati MARTINI LUTHERI, felicibus auſpiciis ſuſcepta fuit, ſcholaſticorum de attritione & contritione diſputationes novis concertationibus, Lutherum inter ejusque adverſarios agitatis, dederunt occaſionem. Docuerat olim laudatiſſimus Lutherus, *peccatorum recordationem ante amorem juſtitiae nemini eſſe ſalutarem, veramque contritionem incipiendam eſſe a benignitate & beneficiis Dei, praeſertim a vulneribus Chriſti, ut homo ad ſui ingratitudinem primo veniat ex intuitu divinae bonitatis, & ex illa in odium ſui, ac amorem benignitatis Dei* (5). Huic vero ſententiæ acriter ſeſe oppoſuit JO. ECCIUS, vir ſua ætate celeberrimus, &, ipſius Lutheri judicio, *in ſcholaſticis erroribus incomparabilis*, ſed ſacrarum litterarum rudis. Evulgavit is menſe Februario *A. MDXIX.* varias *poſitiones* (6) Lipſiæ ventilandas, in quibus, inter alia, Lutheri quoque de attritionis inſufficientia ſententiam *tanquam evangelio & ſanctis patribus contrariam*, e civitate chriſtiana proſcribendam eſſe cenſuit. Secutæ vero ſunt menſe Aprili ejusdem anni *poſitiones* Lutheri, Eccianis oppo-

liber iſte *de imitatione Chriſti*, ſi codicibus quibusdam fides habenda, tribui debeat. Uberius hoc ipſum comprobavit LUD. ELL. DU PIN, in eruditiſſima diſſert. *de auctore libri, cujus inſcriptio eſt: de imitatione Chriſti*, quæ noviſſimæ editioni operum Gerſonii præmiſſa eſt. Conf. *la bibliothèque critique de Mr. de SAINIORE*, ſub quo nomine *RICH. SIMONIUS* latet, *tom. I. p. 18.* ubi obſervatur, Anſelmum Pariſienſem librum contra Mabillonium edidiſſe, in quo comprobaverit, nullum unquam Gerſenium, ſeu Geſſenium, ut a nonnullis adpellatur, in orbe litterato vixiſſe. Tacemus recentiſſimos, qui argumentum hocce excuſſerunt, ſcriptores, in quibus eminent EUSEBIUS AMORT, & GERHARDUS CASTEEL.

(1) Verba hæc ex codice MSCto collegii Navarrici exhibet IO. LAUNOIUS, *tom.* I. *opp. part. I. p. 151.*

(2) Vid. ejus *comment. in L. IX. ſentent. diſt.* XXI. circa finem.

(3) Apud NAT. ALEXANDRUM in *theol. dogm. & morali T. I. L. II. propoſ. VII. p. 501.* edit. Colon.

(4) Vid. ejusdem *ſummam P. IV. tit. XIV. cap. V.* Vitam Antonini dedit VINCENTIUS MAINARDUS.

(5) Vid. Lutheri *reſolutiones* A. *MDXVIII.* editas, *concluſ. XXVIII.* Conferri quoque meretur ejusdem ſermo *de pœnitentia*, eodem anno typis exſcriptus. Ceterum conſtat, Lutherum in ſua de contritione ſententia ſibi conſentientem habuiſſe JO. STAUPITIUM, ordinis ſui, h. e. Auguſtiniani, per Germaniam vicarium generalem.

(6) Exſtant iſtæ poſitiones *tom. I. opp. Witteb. Lutheri p. 241.* b. atque *actis diſputationis Lipſienſis* A. *MDXX.* evulgatis adjectæ conſpiciuntur. Inſertæ quoque ſunt *VAL. ERN. LOESCHERI*, theologi quondam Dresdenſis, *vollſtändigen reformations-actis*, *tom. III. p. 210. ſeqq.*

ſitæ (1), in quarum tertia eos, qui aſſerunt, *opus bonum & pœnitentiam a peccatorum deteſtatione ante dilectionem juſtitiae incipi*, *inter pelagianos haereticos* numeravit. Tandem die *XXVII.* Junii ejusdem anni celebris illa diſputatio Lipſienſis (2) cœpta eſt, ubi, poſt Caroliſtadium, b. Lutherus cum Eccio in arenam deſcendit, atque, poſt varias de aliis argumentis concertationes, die XII. Julii de pœnitentia ejusque vera indole cum eodem diſceptavit. In hoc certamine litterario b. Lutherus ſibi comprobandum ſumſit, pœnitentiam incipere ab amore Dei, ita tamen, ut timorem *filialem* non excluſerit, ſed tantum *ſervilem*, ex pœnarum conſideratione oriundum, gratiamque penitus excludentem. Ex altera vero parte Eccius ſententiam eorum, qui pœnitentiam veram a timore pœnæ initium ſuum ſumere contendunt, acriter tutatus eſt, licet negare haud ſuſtinuerit, *laudabiliorem & perfectiorem fore pœnitentiam, ſi ab amore juſtitiae inciperet. Quod ipſum tamen fragilitas noſtra non patiatur.* Finita diſputatione Lipſienſi Eccius victoriam ſe reportaſſe gloriatus eſt, multasque contra Lutherum ſparſit obtrectationes. Hinc nata Luthero eſt occaſio, ſcribendi *reſolutiones ſuper propoſitionibus ſuis Lipſiae diſputatis* (3), in quibus diſputationis Lipſienſis hiſtoriam candide ediſſeruit, atque, inter alia, ſuam quoque de pœnitentia ſententiam vindicavit (4). Eccius vero Romam profectus, curiam Romanam de religionis in Germania ſtatu, ſummisque, in quibus res ejus verſentur, periculis edocuit, effecitque, ut, qui ſedi Romanæ tunc præfuit Leo X. edita bulla (5) tum alias Lutheri theſes, tum illam quoque *de contritione* (6) condemnaret. Nec tacuit tamen Lutherus, ſed cauſam ſuam ſtrenue egit, ſententiasque a pontifice damnatas, editis duobus libellis (7), maſcule defendit, quin & bullam Leonis & una totum jus pontificium,

(1) Exhibentur *poſitiones* iſtæ *locis citatis*.

(2) Acta hujus diſputationis correctius, ac quidem factum fuerat adhuc, edidit laudatiſſimus LOESCHERUS *loc. excit. p. 292. ſeqq.* qui & *p. 545. 546. ſeqq.* eorum, quæ de contritione Lutherum inter atque Eccium Lipſiæ fuerunt diſputata, compendium exhibet, ſuamque de hac controverſia ſententiam exprimit.

(3) Exſtant iſtæ *reſolutiones tom. I. opp. Lutheri latin. Witteb. fol. 279. ſeqq.* nec non apud LOESCHERUM, *loc. cit. p. 733. ſeqq.* add. illuſtrem SECKENDORFIUM *in hiſt. lutheraniſmi, lib. I. p. 83.*

(4) Vid. *reſolutiones Lutheri concluſ. III.* apud LOESCHERUM *loc. excit. p. 768. ſeqq.*

(5) Prodiit hæc bulla A. *MDXX.* Exemplum ejus, cum adnotationibus ULRICI DE HUTTEN, *tom. I. opp. Lutheri lat. Jen. fol. 474. ſeq.* exſtat. Inſerta quoque fuit hæc bulla tomis conciliorum, in fine concilii Lateranenſis.

(6) Vid. *bullam* modo excitatam, *propoſ. 6.* & 7. Ceterum hoc unicum heic adjicimus, facultatem quoque Pariſienſem A. *MDXXI.* die *XV.* Aprilis varios articulos ex Lutheri libris extractos, interque eos poſitiones quoque iſtas Eccio oppoſitas, contritionis dogma ſpectantes, condemnaſſe, uti adparet ex *tomo II. Jenenſi opp. Lutheri f. 422.* Verum inconſultam iſtam damnationem dictione faceta confutavit PHIL. MELANCHTHON, in *apologia pro Luthero adverſus furioſum Pariſienſium theologaſtrorum decretum*, quæ *loco excitato f. 427. ſeqq.* nec non in utraque operum Melanchthonis editione exhibetur, atque ab ipſo Luthero in germanicum ſermonem converſa, ac *tomo I. opp. Altenburg.* inſerta eſt.

(7) Qui prior prodiit libellus, inſcribitur: *adverſus execrabilem anti-chriſti bullam*, atque *tom. II. opp. lat. Jenenſ. f. 286. ſqq.* inſertus eſt. Alterius vero libelli, qui *loc. cit. f. 292.* exhibetur, index ita ſe habet: *aſſertio omnium articulorum Martini Lutheri per bullam Leonis X. noviſſime damnatorum.* In priori libello non ſolum pontificis bullam explodit Lutherus, ſed & dogmatum quorundam a pontifice damnatorum veritatem egregie commonſtrat. Obſervat inter alia, ſuam de pœnitentia ſententiam hanc eſſe, quod illa *nullius ſit momenti, niſi in fide & caritate fiat*, id quod ipſimet quoque adverſarii ipſius doceant, niſi, *quod nec quid fides, nec quid caritas ſit*, intelligant. In altero vero libello quadraginta & unum articulos a Leone condemnatos, ſingulatim explicat atque defendit. Speciatim *loc. cit. fol. 300. ſeqq.* copioſe oſtendit, *contritionem quantumlibet magnam, niſi fiat amore juſtitiæ, & in caritate Dei, non veram eſſe, ſed ſimulatam*; immo eandem hominem *facere magis peccatorem.*

eium, convocata Wittebergæ omni juventute ſcholaſtica, Vulcano tradidit. Ceterum, ſi quis poſteriora b. Lutheri ſcripta cum actis diſputationis Lipſienſis contulerit, facile deprehendet, Lutherum in illis argumentum de pœnitentia plenius atque adcuratius, quam antea factum fuerat, evolviſſe (1), atque, ſcholaſticorum de attritione & contritione quisquiliis penitus proſcriptis, egregie oſtendiſſe, præcipuam pœnitentiæ partem eſſe fidem in Chriſtum, qua juſtificatus homo, ſtatim in caritate, a Spiritu ſancto in corda credentium effuſa, efficaciter operetur.

§. VII. Jam vero præter Joannem Eccium, de quo modo diſſeruimus, alii quoque fuerunt Lutheri antagoniſtæ, Eccio tamen multum inferiores, qui ſane Luthero ſolum victoriarum augendi numerum præbuerunt occaſionem. Ex magna eorum cohorte duos tantum heic excitabimus eccleſiæ romanæ contra Lutherum defenſores, eosque dominicanorum ordini adſcriptos, SYLVESTRUM nimirum PRIERIATEM, ſive DE PRIERIO, Thomæ alias ſectatorem, ſacrique palatii magiſtrum; itemque AMBROSIUM CATHARINUM, Senenſem, ad epiſcopales dignitates a pontifice evectum, atque ex concilii Tridentini actis celebrem. Ut vero de eo, quem ultimo nominavimus loco, ſcriptore dicendi faciamus initium, is, in *apologia pro veritate catholicae & apoſtolicae fidei* (2), tum alia Lutheri dogmata, tum ejusdem quoque de pœnitentia ſententiam, ſupra recenſitam, refutare adgreſſus eſt (3), atque *ſermonem*, quem laudatiſſimus Lutherus de hocce argumento olim habuit, *diabolicum* adpellare non dubitavit. Quod vero ad SYLVESTRUM PRIERIATEM attinet, is Thomæ veſtigia heic prorſus deſeruit, attritionisque dogma ultra omnes limites extendit. Laxiora enim, quam ipſe Scotus vel quisquam alius ſcholaſticorum doctorum, heic adoptavit principia, atque ne quidem attritionem actualem ad pœnitentiæ ſacramentum neceſſariam eſſe ſtatuit, ſed ſufficere exiſtimavit, *ſi quis eandem vellet habere*; rationem hujus adſerti hanc reddens, *quia talis virtualiter ſit attritus*, ac proinde *in abſolutione virtute clavium juſtificetur* (4).

§. VIII. Abſit tamen, ut ea, quæ SYLVESTER PRIERIAS, laxioris doctrinæ magiſter, ſcribere haud dubitavit, omnibus, qui Lutheri ævo vixerunt, eccleſiæ romanæ doctoribus tribuamus. Non defuerunt enim temporibus hisce in ipſo dominicanorum ordine viri docti, qui contritionis in pœnitentiæ ſacramento propugnarunt neceſſitatem; veluti LUDOVICUS VIVALDUS (5), patria Pedemontanus, & GUILIELMUS PEPINUS (6), natione Gallus, ut alios aliorum ordinum theologos haud memoremus. Quin & ii, qui attritionis ſtatuerunt ſufficientiam, magna in adſtruendo hoc dogmate moderatione uſi ſunt, atque amorem Dei, quem *inchoatum* vocare ſolent, in ipſa attritione neceſſarium eſſe, adſeruerunt. In hancce claſſem haud immerito referri

(1) Idem ante nos obſervavit b. LOESCHERUS *loc. cit. p. 548.* Ceterum, ſi quis primorum eccleſiæ reformatorum de attritione & contritione ſententiam adcuratius noſſe voluerit, præter *comment.* LUTHERI *in epiſtolam ad Galatas*, ac MELANCHTHONIS *locos theol. cap. de pœnitentia*, aliaque ſcripta, cumprimis evolvere debet *apologiam auguſtanæ confeſſionis art. V. de pœnitentia p. 162. ſeqq.* & *p. 175.* nec non *articulos ſmalcaldicos, art. III. de pœnitentia p. 322. ſeqq.* edit. Rechenb.

(2) Prodiit hæc *apologia A. MDXXI. 4.* atque eodem adhuc anno a b. Luthero fuit refutata. Exſtat hæc refutatio, *tom. II. Jen. f. 370. b.* Conf. illuſtr. SECKENDORFIUM in *hiſt. Luth. L. I. ſect. 45. §. CVI. p. 173. ſeqq.*

(3) *L. IV. apol. diſput. VII. p. 253. ſeqq.*

(4) Vid. ejus *ſummam*, voce *confeſſio 1. n. 24.*

(5) Vid. ejus tractatum, Pariſiis *MDXIX.* editum, ſæpiusque poſtea recuſum, *de veritate contritionis, cap. CXIII. & CXVIII.*

(6) In *ſerm. II. de myſterio abſolutionis.* Floruit vero PEPINUS circa A. *MDXXXIII.* Vid. *biblioth. ordinis prædicatorum tom. II. p. 87.*

ferri poſſunt cardinalis CAIETANUS (1), dominicanorum familiæ adſcriptus, ANDREAS VEGA (2), e franciſcanorum ſodalitate, RUARDUS TAPPERUS (3), theologus Lovanienſis, ab imperatore Carolo V. in magno olim pretio habitus, itemque MELCHIOR CANUS, gente hiſpanus, ordini dominicanorum addictus; qui ſane attritionis dogma, quod, ſcholæ libertate uſi, tantiſper adſeruerunt, pro certo atque indubitato venditare auſi non ſunt. En, quid aiat CANUS (4): *Contritio ponitur pars ſacramenti, quia eſt certa & indubitata materia. Quod autem attritio ſufficiat, quamvis verum ſit, non eſt tamen adeo certum & indubitatum, & ideo concilium Florentinum communisque ſententia, tenens certum, relinquens incertum, ponit contritionem partem eſſe hujus ſacramenti.* Tacemus reliquorum, quos modo excitavimus, ſcriptorum ſuffragia, quæ eo majoris apud eccleſiæ Romanæ filios ponderis eſſe debent, quod eorum auctores concilio Tridentino interfuerunt, magnaque in eodem valuerunt auctoritate.

§. IX. Quænam vero ipſius concilii Trid… de argumento hoc fuerit definitio, diſputa… demus in ipſa eccleſia Romana. Qui enim… tritionis urgent neceſſitatem, eandem in co… hujus decretis ſtabilitam eſſe volunt (5), contra ii, qui attritionem reliquis ſacra… pœnitentiæ partibus junctam ſufficere arbitr… patres Tridentinos ſecundum ſe pronun… contendant (6). Qua quidem ratione m… ſibi erroris notam inurunt ii, qui Romanæ… caſtra ſequuntur, eccleſiæque ſuæ tum veri… tum unitatem alias tantopere jactare … Mediam veluti viam ii eligunt, qui dicunt … cilium Tridentinum neutri theologorum ſen… feciſſe præjudicium, ſed quæſtionem han… ram reliquiſſe theologis, ut, quam ve… amplecterentur opinionem. Atque hanc ſ… tiam, occaſione contentionis de contritio… attritione in eccleſia Catalaunenſi magnis a… rum motibus quondam agitatæ, defend… exornandamque in ſe ſuſcepit vir longe do… mus, IO. LAUNOIUS (7), quem … ſunt NATALIS ALEXANDER, præc…

(1) Exſtat ejuſdem peculiaris de hocce argumento tractatus, cujus præcipua capita indicantur in DU PINII *biblioth. des aut. eccleſiaſt. tom. XIV. p.* 126, 127.

(2) Evolvi meretur ejuſdem opus copioſum de *juſtificatione*, in quo argumentum de attritione & contritione quoque pertractatur.

(3) Vid. ejus *expoſitionem articuli IV. Lovanienſis de contritione.*

(4) *P. V. relectionis de pœnitentia.* Ceterum ex iis, quæ hactenus diſſeruimus, facile patet, falſum eſſe, quod ſcriptor quidam Gallus contendit, *que Melch. Canus a été le premier patriarche de l'attrition.* vid. *les nouv. de la republ. des lettres*, ad A. *MDCLXXXVI. p.* 131. Profecto diu ante Melch. Canum attritionis dogma a quibusdam ſcholaſticis propugnatum, a Cano vero, qui alias ſcholaſticorum errores perſtrinxit, ſumma cum modeſtia adſertum fuit.

(5) Ita mentem theologorum Tridentinorum explicant FRANCISCUS SYLVIUS, theologus Duacenſis, MICHAEL SANROMANUS, ſocietatis Jeſu ſacerdos, paſtores Gandavenſes in peculiari ſcripto, CORN. JANSENIUS, JO. NEERCASSELIUS, PETR. NICOI… aliique. Nemo tamen ex eccleſiæ Roma… ſeclis in ſententia concilii tridentini illuſ… explicandaque majorem collocavit indu… IO. MORINO, in exercit. ſupra laud… *contritione & attritione, parte II.*

(6) Ex iis, qui hoc fecerunt, nominari c… mis merentur PAULUS & MICHAE… PALATIO, HENRICUS, doctor Salma… ſis, GABRIEL VASQUEZ, Jeſuitæ Lov… ſes, LUDOV. ABELLY, epiſcopus Rho… & CAROLUS JOSEPHUS DE TRO… capuccinorum ordini addictus, qui non … patres Tridentinos, ſed ipſum quoque … ſtinum attritionis dogma ſtatuiſſe con… Ut infinitos alios taceamus.

(7) Vid. ejus librum *de mente concilii Tri… circa contritionem & attritionem in ſacra… pœnitentiæ;* qui A. *MDCLIII.* in 8. pr… poſtea vero ejus *operibus tom. I. P. I. p.* 14… inſertus, a SEBASTIANO DU PASQ… autem, ordinis minorum monacho, atque … rimo attritionis defenſore, refutatus … Vid. infr. §. XIII. *not.* (1)

tum ordini adſcriptus, (1) nec non anonymus quidam Gallus (2). Nobis, ſubductis probe rationibus, poſtrema hæc ſententia reliquis omnino videtur præferenda. Quodſi enim præcipuorum, qui concilio huic interfuerunt, theologorum ſcripta evolvamus, ſtatim deprehendemus, eos non unam eandemque tenuiſſe mentem, aliis quidem contritionis neceſſitatem (3), aliis contra attritionis ſufficientiam (4) propugnantibus. Si porro SFORTIAM PALLAVICINUM, patrem purpuratum, qui hiſtoriam concilii Tridentini edidit, audiamus, patrum Tridentinorum intentio nunquam fuit, ſcholaſticam de contritione & attritione quæſtionem dirimere, quam ſane pauciſſimi in concilio attigerunt; ſed conſtitutum potius ipſis fuit, ſententiam Lutheri, *contritionem imperfectam hominem facere hypocritam & magis peccatorem*, pronunciantis, condemnare (5). Si denique ipſum Tridentinorum de contritione decretum, quod *ſeſſ. XIV. cap. IV. can. V.* exſtat, probe ponderemus, facile adparebit, illud neutri theologorum Romanenſium ſententiæ adverſari, ſed Luthero oppoſitum eſſe, ſententiamque Leonis X. contra Lutherum latam confirmare. Verba hujus canonis ita ſe ſe habent: *Si quis dixerit, eam contritionem, quae paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitet annos ſuos in amaritudine animae ſuae, ponderando peccatorum ſuorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem aeternae beatitudinis, & aeternae damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitae, non eſſe verum & utilem dolorem, nec praeparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, demum illam eſſe dolorem coactum, & non liberum & voluntarium, anathema ſit.*

§. X. Cum itaque, ut modo vidimus, concilium Tridentinum neutram diſſentientium confirmaverit ſententiam, mirum prorſus videri haud debet, utramque opinionem, tum eam, quæ attritionis ſufficientiam defendit, tum illam quoque, quæ contritionis adſtruit neceſſitatem, finito iſto concilio, ſuos in eccleſia Romana inveniſſe fautores ac propugnatores. Et ad attritionis quidem defenſores quod attinet, ii in *timidiores*, ſeu eos, qui ſuam de hocce argumento ſententiam non uſque adeo certam eſſe, ingenue faſſi ſunt; & *audaciores*, qui attritionis doctrinam ad ſummum laxitatis moralis gradum provexerunt, quin & eandem inter fidei repoſuerunt dogmata, haud incommode diſpeſci poſſunt. In *priorem* claſſem jure meritoque referimus celebres quoſdam ſocietatis Ieſu ſacerdotes, qui concilio Tridentino fuerunt ſuppares. Inter hos principem merito locum tenet FRANCISCUS SVAREZ, patria Granatenſis, qui ſuam hac de re ſententiam hiſce ediſſeruit verbis: *Licet ſit opinio probabilis, attritionem cognitam cum ſacramento ſufficere ad juſtificationem, tamen non eſt certa & poteſt eſſe falſa. Ergo, qui ſciens & videns ita ſe mori permittit, voluntarie exponit ſe periculo aeternae damnationis, cum illa opinio nec valde antiqua, nec multum communis ſit* (6). Suarezio jungi meretur PAU-

(1) In *theol. dogmat. & morali*, *L. II. propoſ.* VI. *p. m.* 495.

(2) Vid. *l' éclairciſſement de la queſtion, ſi le concile de Trente a decidé ou declaré, que l' attrition concüe par la ſeule crainte des peines & de l' enfer et ſans aucun amour de Dieu ſoit une diſpoſition ſuffiſante pour recevoir la remiſſion des pechés & la grace de la juſtification* &c. à Paris 1685. 8.

(3) Hanc ſtatuerunt FRIDERICUS NAUSEA, Viennenſis epiſcopus, FRANCISCUS RICHARDOTUS, epiſcopus Atrebatenſis, SIMEON VIGOREUS, archiepiſcopus Narbonenſis, GENTIANUS HERVETUS, canonicus Themenſis, & IO. ANTON PANTUSA, epiſcopus Litterenſis. Loca recitavit JO. LAUNOIUS *loc. cit. parte poſteriori, cap. II.*

(4) Hanc ſententiam amplexi ſunt CANUS, VEGA & TAPPERUS, de quibus ſupra §. *VIII.* jam diſſeruimus. Jungi iis poſſunt ALPHONSUS SALMERON, celebris ſocietatis Jeſu theologus, & DOMINICUS SOTO, patria Segobienſis, ordinis prædicatorum monachus.

(5) Vid. PALLAVICINI *hiſt. concil. Trid. L. XII. cap. X.*

(6) Vid. ejus tract. *de pœnitentia quaeſt. XC. art. IV. diſp. XV. ſect. IV. num.* 17.

Paulus Comitolus, gente Italus, qui eadem fere ratione mentis ſuæ ſenſa explicuit (1), *non usque adeo certum eſſe*, pronuncians, *pœnitentis attritionem ſufficere. Quocirca ſacerdotis partes eſſe debeant, verae contritionis motum in corde pœnitentis, auxiliante Deo, elicere.* Nec prætermittendus eſt Martinus Becanus, acuto vir ingenio, magnaque præditus eruditione, qui Ferdinando II. imperatori quondam a confeſſionibus fuit. Hic enim, licet attritionem tantiſper defendat, eorum tamen accedit partibus, qui *tutius eſſe* ſtatuunt, *cum contritione accedere ad confeſſionem* (2). Denique commemorandus quoque heic venit Thomas Sanchez, patria Cordubenſis, qui ingenue faſſus eſt, ſententiam de attritionis ſufficientia *non eſſe forte veram*, illumque, qui in mortis articulo attritus tantum ſit, *damnationis ſe exponere periculo* (3). Vt alios, idem ſentientes, taceamus.

§. XI. Pergimus jam ad enarrandos audaciores iſtos laxioresque attritionis promachos, qui doctrinam hanc non ſolum tanquam evidentiſſimam veritatem omnibus propugnarunt viribus, ſed & eandem novis civitatique chriſtianæ antea ignotis commentis contaminarunt. In hacce vero claſſe omnino collocari merentur illi ſocietatis Ieſu ſacerdotes, qui, triginta circiter poſt concilium Tridentinum annis, adeoque exeunte ſeculo decimo ſexto, & ineunte decimo ſeptimo, veſtigia Thomæ, quæ ex voluntate fundatoris ſui ſequi debuiſſent (4), paullatim deſerere (5), totamque doctrinam moralem, cum primis vero graviſſimum de pœnitentia hominis peccatoris argumentum valde multumque corrumpere occœperunt. Docuerunt nimirum iſti laxitatis moralis magiſtri, dolorem ex ſolo pœnarum metu conceptum, licet mere naturalis, nec cum ullo Dei amore, quem ſane veteres ſcholaſtici heic non penitus excluſerunt, conjunctus ſit, ad juſtificationem peccatoris in ſacramento pœnitentiæ prorſus ſufficere. Quin immo nonnulli eousque progreſſi ſunt, ut, veram contritionem non ſolum minus neceſſariam, ſed & noxiam eſſe, pronunciare haud dubitaverint. Poſſemus quidem, ut adſertioni noſtræ eo majorem conciliaremus fidem, ex ipſis Jeſuitarum libris, Gregorii cumprimis de Valentia, ſcriptoris Hiſpani, ex ſcriptis contra proteſtantes editis ſatis noti, Vincentii Filiuccii, gente Itali, Antonii Sirmondi, natione Galli, qui cum Iacobo Sirmondo confundi haud debet, aliorumque idonea in medium ad-

(1) *Libr. I. reſponſorum moralium quæſt. XXXII. num. VII. & VIII.* Ceterum vel tribus heic notamus, Comitolum, qui rigidiora in morum doctrina adoptavit principia, pauciſſimos in Jeſuitarum ordine inveniſſe ſectatores, ejusque *opus reſponſorum moralium* ſemel duntaxat iterumque fuiſſe impreſſum. Noviſſima ejus editio eſt Rotomagenſis, quæ vero præter Jeſuitarum conſilium facta eſt. Vid. *tubam magnam, mirum clangentem ſonum, tom I. p. 478.*

(2) *Tr. I. c. IV. quæſt. IX. de bonitate & malitia humanorum actuum.*

(3) In *ſumma L. I. c. IX. n. XXXIV.*

(4) Inter leges, quas ſuis præſcripſit, hancquoque dedit Ignatius Loiola: *In theologia legatur vetus & novum teſtamentum, & doctrina ſcholaſtica ſancti Thomæ.* Nec tantum præcepto, ſed & exemplo ſuo, quod ſane imitari deberent diſcipuli, hoc ipſum docuit Ignatius. Unde Franciscus a Monte, pater purpuratus, hac cum primis laude eundem coram Gregorio XV. ut apotheoſin impetraret, ornavit: *Novas opiniones nunquam admiſit, & in doctrina ſcholaſtica doctrinam angelici doctoris* (ita ſcil. vocari ſolet Thomas de Aquino) *ſecutus eſt.*

(5) Factum hoc eſt inde ab eo tempore, quo Jacobus Lainez ſocietati præfuit. Hic enim ſodalitati huic adſcriptis libertatem conceſſit, ſequendi auctorem quemcunque, *qui temporibus eſſet adcommodatior.* Vid. Augustini le Blanc, ſeu potius Jac. Hyacinthi Serrii *hiſt. congregationis de auxiliis gratiæ, L. I. c. I. p. 6.* Conferri tamen omnino meretur Rich. Simonius, dans *les lettres choiſies*, in quarum editione ſecunda epiſtola extitat lectu haud indigna, *de la liberté des ſentimens, qui eſt dans la ſocieté des Jeſuites.* Jungi poteſt ejusdem *bibliotheque critique tom. III. cap. VII. p. 78. ſeqq.*

adducere teſtimonia. Verum, cum hoc ipſum jam præſtiterit LUDOV. MONTALTIUS, ſeu, qui ſub hoc nomine latet, BLASIUS PASCALIUS (1), vir doctiſſimus, labore hoc in rerum præſentia ſuperſedere poſſumus. Ceterum, ex hac ipſa Jeſuitarum de attritione ſententia facile intelligi poteſt, quid de amore Dei ſentiant laxi iſti morum præceptores. Scilicet, cum attritio ex ſolo pœnarum metu oriatur, atque, ſaltim ex mente Jeſuitarum, amoris divini prorſus expers ſit; cum porro, ſecundum ſententiam doctorum iſtorum, attritio hæc cum ſacramento pœnitentiæ ad juſtificationem omnino ſufficiat, nec opus ſit contritione, quæ caritate formata eſt; prono inde fluit conſequentia alveo, aliquem coram Deo juſtificari, æternamque conſequi poſſe ſalutem, licet Deum, ens iſtud ſummum atque amore cultuque noſtro longe digniſſimum, nunquam in tota vita ſua dilexerit. Nec eſt, quod forte nobis objicias, eſſe hoc conſectarium odioſum, quod reverendis ſocietatis Ieſu patribus, ſi legem caritatis chriſtianæ, prout par eſt, obſervare velimus, a nobis imputari haud debeat. Ut enim taceamus, ipſam ſanam rationem ſenſumque communem hoc poſtulare, ut conſequentiæ legitimæ, neceſſariæ, evidentes, logicæ, ex principiis rite deductæ, erroribus, quin & ſubinde iis, qui eosdem defendunt, poſthabitis tamen omnibus adfectibus, imputentur (2); ipſi profecto ſocietatis Ieſu theologi hocce conſectarium haud reſpuunt, ſed admittunt lubentiſſime, magnaque cauſſæ ſuæ fiducia defendunt. Evolve, ſi forte majorem hac in re fidem a nobis poſtulas, evolve, inquam, ANTONII DE ESCOBAR & MENDOZA *theologiam moralem* (3), tanto cum adplauſu a Loiolæ filiis exceptam, ut eandem quadraginta impreſſionibus dignam judicaverint. Evolve ANTON. SIRMONDI, ſupra a nobis excitati, libellum, quem *virtutis defenſionem* inſcripſit. Evolve auctorem explicationis *decalogi* (4), quæ ſub finem ſuperioris ſeculi, Inſulis prodiit, ubi ſententia, quod quis *ad amandum Deum obligatus haud ſit etiam in mortis articulo*, pro opinione probabili maximeque tuta venditatur. Evolve denique alia ſcripta, ab iis, qui ſe ſervatoris Ieſu ſocios eſſe gloriantur, in lucem publicam edita; neque de adſerti noſtri veritate ulla amplius dubitabis ratione. Nec tantum libri Ieſuitarum hanc, quam ipſis tribuimus, ſententiam, ipſorum ſodalitati propriam eſſe, abunde teſtantur; ſed & eorum ſcholæ ac cathedræ hoc ipſum clamant. Profecto Jeſuitæ Muſſipontani impiam iſtam poſitionem, quod *amor Dei non ſit neceſſarius*, die *XIV*. Jan. *MDCLXXXIX*. publice defendere auſi ſunt; quorum vero copias profligavit ANTONIUS ARNALDUS (5), vir præſtantiſſimus.

§. XII. Ut vero mirandum progreſſum, quem laxior iſta de attritionis ſufficientia doctrina in Jeſuitarum ſcholis fecit, perſequamur, præcipuos iſtius propugnatores, prout memoriæ ſeſe offerent, heic memorabimus, lectoremque harum rerum curioſum ad ipſos fontes, quos infra in notis nominabimus, remittemus. Ex Hiſpanorum gente, præter auctores ſupra excitatos, commemorandi cumprimis veniunt FRANCISCUS TOLETUS (6), qui primus ex Jeſuitarum

(1) Vid. ejusdem *litteras provinciales*, *epiſt. 10.*

(2) Valet nimirum heic illud LUCANI:

In fabrica ſi prava eſt regula prima,
Omnia mendoſe fieri atque obſtipa neceſſe eſt.

(3) Nolumus loca ESCOBARII, aliorumque, quos ſupra excitavimus, auctorum heic recitare; cum otium hac in re nobis fecerit PASCALIUS *loc. cit.*

(4) Vid. CLERICUM dans la *biblioth. univerſ. tom. XX. p. 23.* Ceterum iis, qui, præceptum amoris divini non omni tempore obligare, contendunt, ex recentioribus Jeſuitis jungi poſſunt TOURNEMINE & BRISSONIUS, de quibus vid. *les nouvelles eccleſiaſtiques du 25. Juillet*, & 24. *Août*, *de l'année* 1730.

(5) Vid. ejusdem libellum, cui index: *hereſie impie contre le commandement d'aimer Dieu, renouvellée apres les condamnations ſolemnelles de l'Egliſe, par une theſe ſoûtenüe chez les Jeſuites. MDCXC. 12.*

(6) Vid. ejusdem *ſummam caſuum conſcientiæ*, ſive *inſtructionem ſacerdotum*, ſæpius recuſam, inque varias linguas converſam, *libr. III. cap. V.* §. 3.

rum ſodalitate purpura fuit ornatus, HENRICUS HENRIQUEZ (1), natione Luſitanus, qui philoſophiam æque ac theologiam in Ieſuitarum collegiis Cordubenſi ac Salmanticenſi magno cum adplauſu olim profeſſus eſt, STEPH. FAGUNDEZ (2), patria Vianenſis, qui in collegio Olyſſiponenſi moralem docuit theologiam, IAC. DIDACUS GRANADO (3), patria Gaditanus, qui Granatenſe collegium rexit, CASPAR HURTADO (4), theologus Complutenſis, & MATHÆUS de MOYA (5). Ex Italis huc advocamus THOMAM TAMBURINUM (6), gente Siculum, &c, qui recentiori ætate laxiora caſuiſtarum principia magno ſtudio, ſed infelici ſucceſſu, propugnavit, BALTHASAREM FRANCOLINUM (7). Jungendi his veniunt ANTONIUS RÉ & THOMAS USSENCO, qui theſin iſtam de attritionis ſufficientia in collegio Romano, A. *MDCCVI.* menſe Julio, acriter tutati ſunt (8). Ex Gallorum gente, præter SIRMONDUM, quem ſupra jam citavimus, in hancce claſſem referri merentur STEPHANUS BAUNIUS (9), qui mor theologiam per multos annos Lutetiæ do FRANCISCUS PINTHEREAU, (10.) *MDCLXIV.* Pariſiis demortuus, HONC TUS FABRI (11), ANTON. BONNE qui epiſcopum Caſtorienſem adortus eſt (patres item Pariſienſes collegii Claromontan Jeſuitæ Rhemenſes (14), aliique. Deniq Belgis huc præcipue pertinent FRANCIS COSTERUS (15), patria Mechlinienſis multis in ſocietate collegiis præfuit, AEGI ESTRIX (16), qui theologiam ſcholaſ olim Lovanii profeſſus eſt, nec non alii J Lovanienſes, contra quos paſtores Ganda calamum ſtrinxerunt (17).

§. XIII. Antequam ad alia digrediamur, cis notamus, præter ſocietatis Ieſu ſacerd alios quoque in eccleſia Romana ſcriptores tionis dogmati ſubſcripſiſſe, idque omnibus pugnaſſe viribus. Fecerunt hoc ex Minorit ordine FRANCISCUS SEBAST. DU PA

(1) *L. IV. ſummæ de pœnitentia, cap. XI.*

(2) *Præc. 2. t. 2. cap. IV. num. 13.*

(3) In *3. part. cont. 7. tr. 3. d. 3. ſec. 4. n. 17.*

(4) Vid ejus *L. de ſacramentis d. 6.*

(5) In *ſelectis quæſtionibus*; apud HON. FABRI in *apolog. doctr. mor. S. I. P. II. p. 317. ſeqq.*

(6) Spectant huc ejus *explicat. de ſacramentis.*

(7) Edidit is *clericum Romanum contra nimium rigorem munitum*, Romæ *MDCCV.* quem librum BLASIUS MAIOLIUS DE AVITABILE aliique refutarunt. Cum primis tamen huc pertinent ejusdem *libri. 2. de dolore ad ſacramentum pœnitentiæ rite ſuſcipiendum neceſſario*, Romæ *MDCCVI.* editi.

(8) Vid. *les memoires de Trevoux, ad* A. *MDCCVI.* menſ. Jul. p. 1255.

(9) Vid. ejus *ſummam caſuum conſcientiæ*, tract. *de confeſſ. cap. XLII. p. 687.* Copioſe quoque Baunii de attritione ſententiam ediſſerit auctor *de la morale des Jeſuites, tom.* II. *p. 40. ſeqq.*

(10) Ejus verba recitavit MONTALTIUS in *litteris provinc. epiſt X p. 391.* edit. latinæ, quæ Coloniæ MDCC. 8. prodiit.

(11) In *apolog. doctrinæ moralis ſocietatis Je p. 2. 312. ſeqq.* & *621.*

(12) Vid. ejus *opuſcula* Tholoſæ A. MDCCI.

(13) In *theſibus* die XXIII. Mart. & V *MDCXLIV.* defenſis. Verba exhibet TALTIUS *loc. cit. p. 395.*

(14) Vid. *la republ. des lettres*, ad A. *MDCLX p. 131. ſeqq.*

(15) Vid. ejus *enchiridion controv. præci noſtri temporis de religione, cap. de conſ* Conf. *diſput. Sedan. tom. I. p. 684.* & *p. 6*

(16) Edidit is varia ſcripta huc pertinentia *diſſ. hiſt. theol. pro mente concilii Tridenti attritionis* &c. Mechliniæ *MDCLXIX.* ro *minime paradoxum, paradoxo nupero trititione diſſipando*, Lovanii *MDCLXXI* non *ſummulam ſummarum de controverſia nis* &c. ibid.

(17) In peculiari ſcripto, *de contritione ad ſac tum pœnitentiæ requiſita*, quod *litteris pro libus tom. I. p. 425. ſeqq.* inſeruit WILH. DROCKIUS, ſeu, qui ſub hoc nomine l PETR. NICOLIUS.

ER (1), gente Gallus, ex S. Dominici familia NATALIS ALEXANDER (2), vir longe doctiſſimus, ex Auguſtinianis BARTHOLOMÆUS RICCI (3), Neapolitanus; ex Capuccinis CAROLUS IOSEPHUS DE TROYES (4), ſcriptor Gallus; ex Barnabitis ALEXANDER MADERNUS (5); ex ordine Carthuſienſi, IOSEPHUS ROSSEL (6), domus montis Hilaris profeſſus; ex clericis regularibus ANTONIUS DIANA (7), gente Siculus, patria Panormitanus; ex canonicis regularibus AUGUSTINUS MICHEL, ſcriptor Bavarus (8). Ut HUMBERT. GUIL. A PRECIPIANO (9) archiepiſcopum quondam Mechlinienſem ac totius Belgii primatem; itemque LUDOVICUM ABELLY (10), epiſcopum Rhodenſem; nec non ARMANDUM RICHELIUM (11), patrem purpuratum, qui clavum imperii tum eccleſiaſtic[illegible] moder[illegible] NELY, [illegible] que haud [illegible] cundo loco [illegible] ſuitarum ſodalita[illegible] tes, quibus laxiora [illegible] plerisque ordinis ſui [illegible] diſplicuerint; ex quibus, [illegible] NATUM (13), qui in [illegible] laſtica laudabilem collocavit [illegible] que antiquiores, in primis [illegible] NICOLAUS CAUSSINUS, qui [illegible] XIII. Galliarum regi quondam a confeſſion[illegible] fuit, eo vero, quo cardinalis Richelius a [illegible] latere fuit, tempore, ob rigidiora, ut [illegible] obtendunt, morum principia, aula excedere juſſus eſt (14).

(1) In libro, cui index: *l'attrition ſuffiſante pour la remiſſion des pechez dans le ſacrement de penitence*, a Lion *MDCLXXXVII.* 4. Pertinent quoque huc theſes a patribus minoribus Antverpiæ *MDCLXXIV.* defenſæ.

(2) Vid ejus *theol. dogmat. & moralem*, *tom I. p. m. 491. ſeqq.* In eo tamen a laxioribus Caſuiſtarum principiis prorſus diſcedit vir doctiſſimus, quod ad attritionem amorem Dei, ſaltim inchoatum, atque dolorem, ex motivo ſupernaturali conceptum, requirit.

(3) In peculiari diſſ. *de attritione*, quam vero refutavit PETR LAMB. LE DROU.

(4) In libro Pariſiis *MDCLXXIX.* edito. Vid. *les nouvelles de la republ. des lettres* ad ann. *MDCLXXXVI. p. 135.* & quæ ſupra §. IX. *pag. 351. not.* 7. diximus.

(5) In *pec. tract.* qui Romæ MDCLXXV. prodiit.

(6) In *tract. ſ. praxi deponendi conſcientiam in dubiis & ſcrupulis circa caſus morales occurrentibus*, *cap.* XX. *p. 162.* edit. ſecundæ, quæ Bruxellæ *MDCLXI.* in 12. prodiit.

(7) *Reſolutionum moralium P. V. tr. 13.* ubi, recenſitis aliorum opinionibus, eorum adſtipulatur ſententiæ, *qui docent, peccatorem non teneri præcepto contritionis, niſi in articulo mortis, aut in periculo, quando medio ſacramenti pœnitentiæ juſtificari non poteſt.* Ceterum conferenda ſunt quæ de libro Dianæ in *diſſ. priori de probabiliſmo mor. p. 24. not.* (h) diximus.

(8) Vid ejus *diſcuſſionem theol.* PETR. LAMB. LE DROU oppoſitam.

(9) Is juvenis adhuc A. MDCXLVIII. ſub præſidio LUDOV. DE SCHILDRE, ſocietatis Jeſu theologi theſes quasdam, interque eas illam quoque de attritionis ſufficientia defendit. Cum vero poſtea ad archiepiſcopatus adſcendiſſet dignitatem, atque decreta contra Janſenii adſeclas edidiſſet, quidam Janſenii partibus addictus, quem nonnulli ANT. ARNALDUM eſſe crediderunt, contra eundem inſurrexit, eumque, edita *cenſura*, variorum errorum poſtulavit. Verum partes archiepiſcopi in ſe defendendas ſuſcepit DIDACUS DE OROPEGA, theologus Lovanienſis, qui *MDCXCI. confutationem* iſtius cenſuræ edidit, inque ejus *cap.* II. archiepiſcopi de attritione ſententiam vindicare adniſus eſt.

(10) Vid. ejus *medullam theol. de ſacram. pœnit. c. V. ſect. X num. V.*

(11) Ejusdem de attritione ſententiam edisſeruit b. cancellarius MOSHEMIUS, in *theol. morali*, germanice edita, *tom.* II. *p. 490.*

(12) Vid. ejus *curſum theologicum ſcholaſtico dogmaticum*, *ſive prælect. theolog. tom. IV. part.* I. *p. 51. ſeqq.* inprimis vero *p. 54. ſeqq.* ubi contritionem imperfectam, ſeu *attritionem*, bonam & laudabilem eſſe, argumentis in medium adductis comprobare adnititur.

(13) *tom II. de pœnitentia P. IV. c.* I.

(14) Ita quidem ARNALDUS refert, cujus hæc ſunt verba: *On a ſçu par des perſonnes très-dignes de*

§. XIV. Enarratis, pro inſtituti noſtri ratione, iis eccleſiæ Romanæ ſcriptoribus, qui attritionis ſufficientiam adſeruerunt, hancque doctrinam, ab antiquis ſcholæ doctoribus adinventam, ad ſummum laxitatis moralis gradum provexerunt, ad eos auctores calamum jam dirigimus, qui rigidiora in morum doctrina principia adoptarunt, ac contritionis urſerunt neceſſitatem. Inter hos vero primum præcipuumque merito locum damus MICHAELI BAIO, qui doctoris ac profeſſoris theologiæ munere in academia Lovanienſi olim functus, tandemque ad dignitatem cancellarii ac inquiſitoris Belgii generalis evectus eſt. In deliciis habuit vir iſte eruditus ac pius methodum tradendi theologiam ſcripturariam atque Auguſtinianam, ſcholaſticæ, tum temporis ubique dominanti, oppoſitam, ac, præter alios ſcholaſticorum errores, attritionis quoque dogma proſcribere auſus eſt, male tamen eapropter exceptus, non tantum a ſorbona in Gallia, quæ *XVIII. propoſitiones*, ab adverſariis Baii collectas, A. *MDLX.* condemnavit; ſed & a Pio V. ſummo eccleſiæ Romanæ præſule, qui A. *MDLXVII.* cenſuram contra Bajum edidit (1), atque, inter alia, ejusdem de contritionis neceſſitate ſententiam obelo notavit. Baio ad latus poni meretur CORNELIUS IANSENIUS, epiſcopus Iprenſis, qui Baji veſtigia preſſit, hacque ratione magnas in eccleſia Romana turbas excitavit, in hunc usque diem nondum ſopit Nolumus vero hiſtoriam iſtarum turbarum h ediſſerere, ſiquidem hoc ab inſtituti noſtri r tione prorſus eſt alienum. Hoc unicum pau notaſſe ſufficiat, virum iſtum egregium ea ſcriptis ſuis adoptaſſe principia, quæ evange cam ſpirant pietatem, atque laxiora Jeſuitaru de attritione placita penitus deſtruunt (2). Ide quoque fecit amicus Janſenii intimus, IO. VE GERIUS DE HAURANNE, abbas San-C ranus, Jeſuitarum primo diſcipulus, poſtea h ſtis, qui de emendanda ſcholaſticorum doctri morali multa cum Ianſenio conſilia egit, inq argumento de pœnitentia longe aliam, qua laxiores ſcholæ doctores, viam iniit, eam op mam judicans reſipiſcentiam, quæ *ſita in amo Dei* (3). Si ſcriptoribus quibusdam fides h benda, hæc ipſa de contritionis neceſſitate ſe tentia cauſſa fuit carceris Vincennenſis, quem ex mandato cardinalis Richelii, paſſus eſt Ve gerius; licet alii alias ejusdem adlegent rati nes (4). Poſt Vergerium nemo Janſenii part majori ſtudio propugnavit, cauſſæque Jeſuitaru magis nocuit ANTONIO ARNALDO, doct re quondam ſorbonico longe doctiſſimo, qui t men, ob cauſſam Ianſeniſmi acriter defenſam Galliam relinquere, exiliumque ſubire coact fuit. Ex ſcriptis ejus contra perverſam Jeſuit rum doctrinam moralem in lucem editis, qu ru

de foy de la vieille Cour, que vôtre P. Cauſſin, étant confeſſeur du feu Roy, ſe crut obligé de l' avertir, que cela (ſavoir l' attrition par la ſeule crainte de l' enfer) *ne ſuffiſoit pas, & qu' on ne pouvoit être juſtifié ſans aimer Dieu. Ce qui fut une occaſion au Cardinal du Richelieu, qui ſe defioit de luy, de le faire chaſſer, & releguer a Quimper, en perſuadant au Roy, que cette doctrine ne valloit rien.* Vid. *l' avertiſſement de la* IV. *denonciation de l' hereſie du peché philoſophique.* Adde LANCELOTUM dans *les memoires de la vie de S. Cyran, tom* I. Alias tamen rationes easque politicas fuiſſe, propter quas Cauſſinus a cardinale Richelio aula fuit expulſus, obſervat PETR. BÆLIUS, *dans le dict. hiſt. & crit. tom.* II. *art.* Cauſſin, *p. 111. not.* b) & c).

(1) Exſtat hæc cenſura, cum Baji retractatione, in *collectione bullarum* Gallica, Montibus Hannoniæ *MDCXCVIII.* impreſſa *p.* 1. alibique pa ſim. Vid. DU PINIUM dans *la biblioth.* *aut. eccleſ. tom.* XVI. *p. 41.* Add. *l' hiſtoire* *Bajaniſme par* IEAN BAPTISTE DU CH SNE. MDCCXXXI. 4.

[2] Vid. ejus *Auguſtinum L. V. c.* XXIV. & ſe ubi ſcholaſticorum de attritione dogma refell

[3] Vid. *tom.* I. *opp. epiſt.* LXXIV. *p.* 542. Co LEYDECKERUM in *hiſt. Janſeniſmi p.* 6 Ceterum licet Jeſuitæ, abbatem San-Cyranu hæreticum fuiſſe, clamitent; hoc ipſum tam non obſtitit, quo minus clerus Gallicanus ej dem opera, magnis condecorata laudibus, p blico ſumtu ſplendide edi curaret. Prodiit h editio Pariſiis MDCXLVI. fol.

[4] Vid. præter alios b. WEISMANNUM, to II. *hiſt. eccleſ. p.* 452.

ri nonnulla alibi indicavimus (1), cumprimis : ſpectat ejusdem liber *de frequente commune* (2), PETRO DE SESMAISON, Jeſui-, oppoſitus. In eo namque abbatis San-Cyi Janſeniique theologiam moralem circa eu-riſtiam ac pœnitentiam amplius exponere, , quo modo homines ad veram contritionem vitæ morumque correctionem perduci debe-, antequam ad ſacram admitterentur com-inionem, commonſtrare annifus eſt. Nec etermittendus heic eſt alius Arnaldi libellus, quo Jeſuitarum de amore Dei ſententiam, ra a nobis recenſitam, arctoque cum attritio-dogmate nexu conjunctam, ſub examen re-cavit (3). Arnaldo adjungimus duumviros eſtantiſſimos, BLASIUM PASCALIUM ac TRUM NICOLIUM, quorum *ille* ſub LUD. ONTALTII nomine latitans, *litteras pro-ciales*, magno orbis litterati adplauſu exce-s, edidit (4), inque iis, tum alios Jeſuita-n errores, tum attritionis quoque, prout ojolæ filiis tradi ſolet, doctrinam ſale mor-ci perfricuit (5); *hic* vero litteras iſtas ad ovincialem ſcriptas ex gallico in latinum con-ſas ſermonem, atque erudito commentario, quo Paſcalii cauſſa contra Jeſuitas defenditur, inſtructas, luci publicæ expoſuit (6). Duumviris hiſce longe celeberrimis ad latus poni meretur IOANNES NEERCASSELIUS, epiſcopus quondam Caſtorienſis, inque Batavorum provinciis vicarius apoſtolicus, qui Ant. Arnaldo aliisque Janſenii adſeclis plurimum favit, atque eadem cum iis, de contritionis atque amoris divini neceſſitate, adoptavit principia. Exſtat ejus liber, gallico conſcriptus ſermone, cui index: *amor pœnitens* (7). In hujus præfatione, & quidem ſtatim ab initio, obſervat vir egregius, *diſputari magna animorum contentione, utrum timor gehennae cum comitante aut lavacro regenerationis, aut lacrimoſo pœnitentiae baptiſmo, ſit per ſe ſufficiens, quamvis illum actuoſus amor Dei non nobilitet, ut peccato mortuum revocet in vitam, & divinae exoſum juſtitiae, ei gratum & amabilem reddat?* Ex quo ſolo controverſiæ ſtatu facile intelligitur, quales errores epiſcopus Caſtorienſis heic depingat, inque toto opere ſibi cumprimis confutandos ſumſerit, laxiora nimirum Jeſuitarum placita de doloris mere naturalis, omnemque amorem Dei excludentis, ſufficientia. Ubi deinceps in ipſo opere ſuam de veræ pœnitentiæ indole ſententiam expromit laudatiſſimus vir, eandem hiſce ediſ-

[1] In *diſſ. priori de probabiliſmo morali p. 39. ſeqq.* Conf. *l' hiſtoire de la vie & des ouvrages d' Mr. Arnauld*, à Cologne MDCLXXXV. 8. itemque BASNAGII *hiſtoire des ouvrages des ſavans*, menſe Nov. A. MDCXCIX. *p. 141.*

[2] Prodiit hic liber Pariſiis anno MDCXLIII. 8. Præcipua ejus capita indicavit MELCHIOR LEYDECKERUS, in *hiſt. Janſeniſmi P.* II. *L.* III. *c.* IX. *p. 490.* De iis vero, qui calamum contra hunc librum ſtrinxerunt, evolvi merentur THOM. ITTIGIUS, in *heptade diſſert.* quæ *adpendici de hæreſiarchis ævi apoſtol.* ſubiuncta eſt, *p. 402 ſeqq.* & b. BUDDEUS, in *iſag. ad theol. univ. p. 1264. ſeqq.*

[3] Titulum libelli ſupra §. XI. *p. 355. not.* 5. exhibuimus. Jungi eidem meretur aliud ARNALDI ſcriptum, cui index: *quatrième denunciation de l' hereſie du peché philoſophique.*

[4] Hiſtoriam harum litterarum in diſſert. noſtra modo excitata *p. 36. ſeqq.* enarravimus.

[5] Spectat huc *epiſtola decima*, ubi lenimenta ſacramenti pœnitentiæ perſtringuntur.

[6] Vid. *diſſ. cit. p. 38. ſeqq.* Ceterum iis, quæ in comment. ad *epiſt.* V. Paſcalii adnotavit NICOLIUS, addi merentur ea, quæ in libro gallico: *inſtructions theologiques & morales ſur le premier commandement du decalogue &c. tom.* I. *p. 78. ſeqq.* de eodem argumento diſſeruit. Prodiit hic liber poſt obitum auctoris, Pariſiis, anno MDCCIX. 12. Conf. *les memoires de Trevoux* ad A. MDCCXII. *p. 1984. ſeqq.*

[7] Prima hujus libri editio, quæ anno MDCLXXXIII. lucem adſpexit publicam, inquiſitoribus Romanis plurimum diſplicuit, qui per decretum ejusdem lectionem prohibuerunt. Secuta eſt anno MDCXCIII. nova hujus libri editio, ab ipſo auctore recognita, multisque in locis immutata. Vid. DU PINIUM *dans la biblioth. des aut. eccleſiaſt. tom.* XVIII. *p. 137.* Ceterum librum hunc epiſcopi Caſtorienſis refutare adgreſſus eſt SEBASTIAN. DU PASQUIER in ſcripto, ſupra §. XIII. *not.* [1] excitato.

edifferit verbis: *Sine amore Dei nullum peccatorem in gratiam cum Deo redire poſſe: amorem hunc non tam frequenter aut momento adoleſcere, ut vulgo creditur; ſigna pœnitentiae potius ex factis, quam ex verbis, potius ex fructibus bonorum operum, quam ſponſionibus & promiſſis dignoſcenda eſſe.* Ut alia loca huc ſpectantia brevitatis ſtudio prætermittamus. Denique commemorandus quoque heic venit PASCHASIUS QUESNELLUS, oratorii Berulliani quondam presbyter Pariſienſis, qui novum teſtamentum gallicum, *reflexionibus moralibus*, animo lectoris ſanctiora principia atque ad emendandam vitam haud parum facientia inſtillantibus, illuſtratum edidit (1). Verum propter acres, quibus laxior Caſuiſtarum theologia in iisdem paſſim pungitur, aculeos, meditationes iſtæ prorſus egregiæ ſocietatis Jeſu ſacerdotibus plurimum diſplicuerunt, qui ſane malis ſuis artibus effecerunt, ut liber iſte, licet adprobatione LUDOVICI ANTON. DE NOAILLES, epiſcopi primo Catalaunenſis, poſtea archiepiſcopi Pariſienſis, aliisque quamplurimis aliorum epiſcoporum Gallorum ſuffragiis, munitus, poſt multorum annorum decurſum, quaſi poſtliminio a præſule Romano damnaretur; qua de re infra copioſius diſſeremus.

§. XV. Præter iſtos, quos in ſuperiori paragrapho laudavimus, Janſenii adſeclas, alii quoque in eccleſia Romana exſtiterunt viri verit[...] virtutisque ſtudioſi, qui, repudiato attriti[...] dogmate, contritionis adſtruere neceſſitat[...] adlaborarunt. Eminet inter eos CLAUDI[...] SEGUENOT, presbyter oratorii Pariſien[...] die *VII.* Mart. *MDCLXXVI.* vivis erept[...] qui libro Auguſtini *de ſancta virginitate*, gallicum ſermonem abs ſe converſo, notas [...]jecit (2), in quibus, contritionem in po[...]tentiæ ſacramento prorſus neceſſariam, abſ[...]tionem autem pro declaratione juridica pec[...] jam remiſſi habendam eſſe, oſtendere con[...] eſt. Male tamen hæc ſcribendi principiis in eccleſia Romana dominantibus contradic[...] di libertas ceſſit viro præſtantiſſimo, ſiquid[...] ejusdem ſententia ab ordine theologorum P[...]ſienſium, quem *ſorbonam* dicunt, condem[...]ta (3), ipſe vero carceri mancipatus fuit ([...] Seguenoto ſocium damus JO. MORINU[...] ejusdem oratorii presbyterum, qui opus, [...]borioſum ſane ac multiplici refertum erudi[...]ne, *de ſacramento pœnitentiae* edidit (5), [...] quo contritionis quoque propugnavit neceſſ[...]tem (6). Idem vir doctiſſimus in peculi[...] quadam *exercitatione* (7) comprobandum [...] ſumſit, concilium Tridentinum eorum ſent[...]tiæ, qui ex ſolo timore ſervili veram pœnit[...]tiam formari, ac peccatorem juſtificari, co[...]tendunt, neutiquam favere. Morino ſuc[...]dat alius oratorii Gallicani presbyter, itidem e[...]ditio

(1) De novo teſtamento Queſnelliano copioſe diſſerunt duumviri celeberrimi, C. M. PFAFFIUS, in *introd. in hiſt. theol. litt. P. I. C. I.* ad §. *VII.* p. 123. & C. E. WEISMANNUS *tom.* II. *hiſt. eccleſ. p. 588.* ut alios taceamus.

(2). Prodiit hic liber anno MDCXXXVIII. Vid. de eo DU PINIUM dans la *biblioth. des aut. eccleſ. tom.* XVII. *p. 190.*

(3) Factum hoc eſt in comitiis generalibus A. MDCXXXVIII. Verba ipſius cenſuræ contra Bajum editæ, bona cum lectoris venia, heic adſcribemus: *Quæ tradit de attritionis ſufficientia, & contritionis ex perfecta caritate abſoluta neceſſitate, ad recipiendum ſacramentum pœnitentiæ; & quæ addit & adprobat de abſolutione, quod nihil aliud ſit, quam declaratio juridica peccati jam remiſſi, damnavit quoque facultas, & cenſuit, has propoſitiones eſſe quietis [...] marum perturbativas, communi & omnium [...] praxi eccleſiæ contrarias, efficaciæ ſacramenti [...]nitentiæ imminutivas, & inſuper temerarias [...] erroneas.*

(4) Vid. DU PIN *loc. cit.* & conf. *les memo[...] ſur la vie de S. Cyran, tom.* I.

(5) Hocce opus Pariſiis primum anno MDCL. [...]cuſum, poſteaque Bruxellis MDCLXXXV. Venetiis MDCCII. fol. recuſum fuit.

(6) Nimirum *L. VIII. cap. II. & III.*

(7) Hæc exercitatio ſupra jam a nobis fuit lau[...]ta, atque MORINI *operibus poſthumis* [...]ſerta.

onis laude clarus, cui nomen eſt CASPAR ... ENIN. Proſtat ejusdem *commentarius hiſtorico-dogmaticus de ſacramentis* (1), cum ... gno in eccleſia Romana adplauſu exceptus, ... quo neceſſitatem amoris divini in ſacramento ... nitentiæ, contra laxiores morum doctores, ... em tutatus eſt. Triumviris hiſce præſtantiſſimis adjungimus CHRISTIANUM LUPUM, ... ologum Lovanienſem, qui ordinem Eremitarum S. Auguſtini in provincia Flandro-Belgica olim rexit. Exſtat ejusdem *diſſertatio dogmatica de avito ſenſu SS. patrum circa chriſtianam contritionem & attritionem* (2), Caſtrarum recentiorum principiis oppoſita, lectu que haud indigna. Nec omittendus heic eſt ... COBUS BOILEAU, theologus Pariſienſis, ... no hujus ſæculi decimo ſexto defunctus, qui ... culiarem *de contritionis neceſſitate* libellum, ... lico ſermone conſcriptum, luci publicæ exſuit (3). In eodem argumento dilucidando ... genii vires exercuit Jacobi frater, NICOLAUS BOILEAU, poëta Gallus, isque venuſtiſſimus, anno hujus ſeculi undecimo denatus, ... epiſtolam *de amore Dei* ad abbatem Renaudium ſcripſit (4), inque ea attritionis defenſores plurimum exagitavit. Nec prætermittere nobis licet JACOBUM BENIGNUM BOSSUETUM, epiſcopum quondam Meldenſem, qui inter præſtantiſſimos, queis eccleſia Romana hactenus gaviſa eſt, athletas principem ſibi vindicat locum. Ex ſcriptis ejus contra proteſtantes editis præcipue huc ſpectat opuſculum ejus gallicum PETRO JURIEO, celebri inter reformatos theologo, oppoſitum (5), in quo oſtendere voluit, concilium Tridentinum attritionem, omnis amoris Dei expertem, haud docuiſſe, multosque pontifices, & epiſcopos, quin & integros theologorum ordines, laxiorem iſtam ſententiam condemnaſſe. Proximum a Boſſueto locum concedimus LUDOVICO ELLIES DU PIN, vaſtiſſimæ eruditionis viro, qui inter alia ſcripta, quibus æternam nominis famam ſibi peperit, tractatum prorſus egregium *de amore Dei* (6) compoſuit, in quo Eſcobarium, Sirmondum, aliosque hujusmodi ſcriptores, qui certum tempus, quo homo ad amandum Deum ſit obſtrictus, adſignarunt, ſolide confutat, atque ſaniora de caritate Dei, omni tempore ac loco neceſſaria, principia inculcat. Auctoribus heic recenſitis adjiciendus eſt PETRUS LAMBERTUS LE DROU, Huyenſis, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui

(1) Hujus commentarii, qui primum anno MDCXCVI. typis fuit exſcriptus, nova editio A. MDCCV. prodiit.

(2) Hæc diſſert. primum ſeorſim impreſſa, deinde vero auctoris *opuſculis poſthumis* inſerta fuit. Vid. CLERICUM, dans *la biblioth. univ. tom.* XX. *p.* 22. 23. & *acta erudit.* ad A. MDCXC. *pag.* 583.

(3) Titulus libelli eſt: *Traité pour prouver, que la contrition eſt neceſſaire pour obtenir la remiſſion des pechez dans le ſacrement de penitence*, MDCLXXVI. Pertinet quoque huc ejusdem auctoris *diſquiſitio theologica de caritate, ad obtinendam veniam peccatorum in ſacramento pœnitentiæ neceſſaria*, Embricæ MDCLXXXVI. 8. conf. DU PIN *loc. cit. tom.* XIX. *p.* 66.

(4) Vid. *les oeuvres de* NIC BOILEAU, tom. I. *epitre* XII. *p.* 358. *ſeqq.* edit. Amſtel. Obſervat vero auctor notarum, quæ recentiſſimæ hujus libri editioni adjectæ ſunt, & quidem *p.* 215. *ſeqq.* Boileavium neque in hac, quam modo excitavimus, epiſtola, neque alibi in ſuis ſcriptis, dogmaticum agere, litibusve Janſeniſtas inter ac Jeſuitas agitatis ſe immiſcere voluiſſe. Provocat, ut hoc ipſum comprobet, ad litteras ipſius Boileavii, die VII. dec. MDCCIII exaratas, ubi hæc leguntur verba: *Pour ce qui regarde le demelé ſur la grace, c'eſt ſur quoi je n'ai point pris parti, étant tantôt d'un ſentiment, & tantôt d'un autre, de ſorte que m'étant quelque fois couché Janſeniſte, tirant au Calviniſte, je ſuis tout étonné, que je me reveille Moliniſte, approchant du Pelagien.*

(5) Titulus libelli eſt: *le troiſiéme avertiſſement &c.*

(6) Inſcriptio libelli hæc eſt: *Traité philoſophique & theologique ſur l'amour le Dieu, dans lequel on établit & on explique les verités catholiques contre les erreurs de quelques nouveaux theologiens*, à Paris MDCCXVII. in 8.

qui *IV. diſſertationes de contritione & attritione* (1) edidit, atque cum AUGUST. MICHEL, ſcriptore Bavaro, contentionis ſerram reciprocavit (2). Ut theologos Lovanienſes, qui A. *MDLXXXVII.* cenſuram contra LEONH. LESSII ſcripta evibrarunt (3); ut varios Galliæ epiſcopos, Senenſem cumprimis (4); ut parochos Pariſienſes, qui attritionis dogmati maſcule ſeſe oppoſuerunt (5); ut paſtores Gandavenſes, ſupra jam laudatos (6); ut paſtores quosdam Cadomenſes, ob contritionis ſententiam, in ſermonibus factis propoſitam, in exilium actos (7); ut IO. LAVNOIU abbatem GENEST (9), BON DE M BES (10), ſcriptores item anonymos (aliosque, taceamus.

§. XVI. Ordo jam poſceret, ut de apo quas ſocietatis Jeſu ſacerdotes adverſariis Janſenii cum primis adſeclis, Paſcalio, Ni Arnaldo, aliisque, oppoſuerunt, nonnul ceremus. Verum, cum alibi jam breve rum dederimus recenſionem (12), e heic prætermittimus, atque ad enarranda

(1) Prodierunt hæ diſſertationes Romæ MDCCVII. poſtea vero Monachii MDCCVIII. fuerunt recuſæ.

(2) Vid. de hac controverſia cel. WALCHII *Einleitung in die Religions-Streitigkeiten auſſer der evangeliſch-lutheriſchen Kirche, part. II. pag. 452. ſeqq.*

(3) Vid. *l' apologie hiſtorique de deux cenſures de Louvain & de Douay ſur la matiere de la grace, par M.* GERY *P. III.*

(4) Vid. NICOLIUM in *comment. ad epiſtolas provinc. tom. I. p. 415.*

(5) Vid. eundem *loco excitato.*

(6) Vid. ſupra §. *XII. p. 356. not.* (17).

(7) Vid. *l' Egliſe de France affligée* &c. *par Mr.* POITEVIN, qui liber Coloniæ MDCLXXXVIII. 8. prodiit.

(8) Vid. ejus differt. ſupra jam laudatam *de mente concilii Tridentini circa contritionem & attritionem* &c. Licet vero LAVNOIUS exiſtimet, concilium Tridentinum controverſiam de hoc argumento in eccleſia Romana agitatam non definiviſſe, ſed eandem in medio reliquiſſe, eorum tamen propius accedit partibus, qui contritionis urgent neceſſitatem.

(9) Vid. ejusd. *theol. moralem*, laudatam a DU PINIO, *dans la bibl. des aut. eccl. tom. XVIII. p. 109.* ubi & fata hujus libri prorſus egregii edifferit.

(10) Pertinet huc ejusdem *ſumma chriſt. & orthodoxa morum* &c. quæ, duobus voluminibus in fol. comprehenſa, Pariſiis MDCLXXXIII. prodiit.

(11) Indicabimus heic nonnulla ſaltim ſcrip nyma, ad argumentum noſtrum ſpec prout menti ſe ſe offerent. Præcipuum ea locum tenet *la theologie morale d.s* A. MDCLIX. edita, de qua in *diſſ.* noſt *ri de probabiliſmo mor. p. 39. ſeqq.* quædam mus. Huic ſcripto jungi merentur *le penitent.* &c. Coloniæ MDCLXXXVI. 8 exſcriptus, itemque *la morale des Jeſui* cujus *tom.* II. *c.* 2. totum de pœnitenti mentum copioſe pertractatur. Vid. de bro *diſſ.* noſtram modo *citatam p. 41.* nulla quoque huc pertinentia exhibentu *ba magna, mirum clangente ſonum*, cuju editio, duobus conſtans tomis, Arg MDCCXVII. 8. lucem adſpexit publicam primis huc ſpectat diſſertatio anonymi *tritione in ſacramento pœnitentiæ neceſſar* quæ Pariſiis MDCCXVI. 8. prodiit. N termittendus eſt libellus gallicus: *Paral la morale des Payens avec celle des Jeſuites* ſtelodami MDCCXXVIII. editus, in *cap.* IV. de metu ſervili, *cap.* V. autem more Dei differitur. Cum vero MATTI PETITDIERIUS libelli hujus auctore riretur, edito ſcripto, cui index: *Juſti de la morale & de la diſcipline de l' Egliſe me* &c. eundem mox depexum dedit mus, in opuſculo, cui titulus: *Reponſe à theur du parallele à l' ecrit de Monſeigneu vêque de Macra* &c. Amſterd. MDCCXX Ut ſcriptum, belgico ſermone A. MDCC in 8. editum, quod inſcribitur: *Jeſuiten of de maalryd der Jeſuiten* &c. & *p.* 182. nulla de attritionis dogmate continet, ſcripta, quæ magni ſubinde momenti ſunt, taceamus.

(12) Fecimus hoc in *diſſ.* noſtra *priori de bilismo morali p. 41. ſeqq.* ubi de PIR

ones, quas antiſtites Romani in famoſiſſi- ıc de attritione ac contritione controverſia- unt, nos jam convertimus. Poſt PIUM V. ıt ſupra vidimus (1), BAII de hoc ar- ıto ſententiam edita bulla condemnavit, ıo commemorari meretur ALEXANDER qui, licet impia Caſuiſtarum dogmata pri- improbare videri voluerit, eadem tamen ıe papali ferire auſus non eſt; quin potius ietatis Ieſu ſacerdotum, præcipue Pallavi- ocelli ſui, gratiam, die VII. Maji *IDCLXVII.* conſtitutionem (2) edidit, lvas Baſilicæ Petri, & in acie campi Flo- aliisque locis adfixam, qua *ſub excommuni- is pœna* præcepit, *ut nemo audeat alicujus gicae cenſurae, alteriusve injuriae, aut neliae nota taxare alterutram ſententiam, ıegantem neceſſitatem aliqualis dilectionis in praefata attritione ex metu gehennae pta, quae hodie inter ſcholaſticos communior tur; ſive adſerentem dictae dilectionis ne- tem; donec a ſancta ſede fuerit aliquid hac definitum.* Alexandro, qui quinto ac de- , poſt editam feralem hancce bullam, die m XXII. Maji A. *MDCLXVII.* magno li Romani gaudio, vivis exceſſit, ad latus nus præſulem, ſede Romana longe digniorem, nimirum INNOCENTIUM XI. qui ma- ı conſecutus eſt probitatis famam, eccle- ıe reformationem molitus eſt. Inter acta ; pontificis laude digna numerari meretur decretum, die *XI.* Martii, A. *MDCLXXIX.* ın, quo *LXV.* propoſitiones morales, ex tarum libris excerptas, maximamque ſui em impias ac religioni chriſtianæ penitus rſas, condemnavit (3). Ex propoſitioni- vero iſtis, a pontifice proſcriptis, tres tan- tum heic nominabimus, attritionis dogma ſpe- ctantes. Prima ita ſe ſe habet: *probabile eſt, ſufficere attritionem naturalem, modo hone- ſtam* (4). Altera hæc eſt: *non peccat mortali- ter, qui actum dilectionis Dei ſemel tantum in vita eliceret* (5). Tertia his concepta eſt ver- bis: *probabile eſt, ne ſingulis quidem rigoroſe quinquenniis per ſe obligare praeceptum carita- tis erga Deum* (6). Mirum vero haud imme- rito videri poterat, præſules Romanos, qui In- nocentium præceſſerunt, propoſitiones ab eo condemnatas, anathemate publico ferire no- luiſſe, cum tamen pleræque diu antea a Caſui- ſtis in publicis ſcriptis fuerint propugnatæ. Forte non erraverimus, ſi dixerimus, anteceſ- ſores Innocentii Jeſuitarum partibus nimis fuiſſe addictos, atque, ex præpoſtero in Janſenii ad- ſeclas odio, laxiora morum principia tolerare maluiſſe, quam Lojolæ filios hæreſeos ſuſpe- ctos reddere. Ab hocce autem partium ſtudio, quod ſane neminem minus, quam ſupremum eccleſiæ antiſtitem, decet, immunis fuiſſe vide- tur Innocentius, ægre id ferentibus ſocietatis Jeſu theologis, qui ſane, ut alibi (7) jam no- tavimus, de pontificis ſui orthodoxia dubitare cœperunt, immo alicubi pro illius converſione ſacra fecerunt. Aſt mittamus Innocentium, at- que ad ejus ſucceſſorem ALEXANDRUM VIII. anteceſſoris ſui veſtigia haud raro deſerentem, nos convertamus. Mediam veluti viam is eli- gere voluit inter laxiora Jeſuitarum, & rigi- diora Janſeniſtarum placita. Hinc in congre- gatione generali, die *VII.* Novembris A. *MDCXC.* Romæ habita, non ſolum quaſdam Jeſuitarum ſententias, puritati morum doctri- næ adverſas, acriori cenſura notavit; ſed & alio decreto *XXXI.* poſitiones, ex Janſeniſtarum, quos

HONOR. FABRI, AMADÆO GUIMENIO, ſeu MATTH. de MOYA, DANIELE, aliis- que, copioſe diſſeruimus.

[1] Vid. §. *XIV. p. 358.*

[2] Vid. de ea HEIDEGGERUM in *hiſt. papa- tus p. 473.* & *diſſ.* noſtram modo adlegatam *p. 48. ſeqq.*

[3] Vid. *diſſert.* noſtram modo *excitatam p. 50. not. (c).*

[4] Vid. INNOCENTII *bullam num. LVII.*

[5] Vid. *loc. cit. num. V.*

[6] Vid. *loc. cit. num. VI.*

[7] In cit. *diſſertatione* noſtra *p. 50.*

qui in eccleſia Romana *rigoriſtas* (1) vocare ſolent, ſeverius defendunt, conſtat (2). Inter poſitiones iſtas, quas in Jeſuitis damnavit pontifex, hæc quoque habetur: *Deum non tenetur homo amare, neque in principio, neque in decurſu vitæ ſuæ moralis.* Quod vero ad Janſeniſtarum attinet ſententias, inter alias, hanc quoque *num. XV.* condemnavit antiſtes Romanus: *Attritio, quæ ex gehennæ & pœnarum metu concipitur, ſine dilectione benevolentiæ Dei, propter ſe non eſt bonus motus ac ſupernaturalis.* Facilius tamen illum leviorem ictum perferre poterant Lojolæ filii, multis quippe aliis a pontifice beneficiis mactati, quam quidem Janſenii ſectatores, qui profecto cenſuram contra ipſos editam ægerrime tulerunt, eandemque libellis haud paucis in vulgus ſparſis traduxerunt, calamum contra eos ſtringente ANTONIO MARIA BONUCCI, ſocietatis Jeſu preſbytero, qui ſtatutorum pontificalium æquitatem omnibus propugnare viribus annisus eſt (3).

§. XVII. Supereſt, ut de CLEMENTE XI. qui exeunte ſæculo ſuperiori cathedram papalem conſcendit, eandemque usque ad annum *MDCCXXI.* occupavit, pauca adjiciamus. Nemo eſt rerum, quæ noſtra hac ætate geſtæ ſunt, adeo ignarus, qui neſciat, præſulem hunc PASCHASII QUESNELLI *reflexiones morales in N. T.* ſupra a nobis laudatas, &, quæ ex iis erutæ ſunt, CI. propoſitiones, præcipitata in Vaticano ſententia, condemnaſſe, atque inclementem bullam, quæ incipit: *unigenitus Dei filius*, A. *MDCCXIII.* edidiſſe (4). Nec quisquam eſt, qui ignoret, quantas turbas, quantosque motus hæc ipſa conſtitutio in eccleſia Romana, cumprimis Gallicana, excitaverit. Nolumus jam harum controverſiarum enarrare hiſtoriam, ſingularumque, quæ in hac conſtitutione condemnatæ ſunt, propoſitionum examen inſtituere. Hoc unicum obſervaſſe ſufficiat, Clementem, qui Jeſuitarum ſodalitio quidvis indulſit, in bulla iſta ſollicite caviſſe, ne attritio, a Lojolæ filiis tantopere dilaudata, aliquid caperet detrimenti, iſtasque Queſnelli poſitiones, quibus ſtatuitur, pœnitentiam ex ſolo ſupplicii timore ortam haud ſufficere, caritatemque prorſus neceſſariam eſſe (5), obelo notaſſe, atque adeo Jeſuitarum ſcita non tuliſſe tantum, ſed & collaudaſſe ac vindicaſſe. Quem ad modum vero tota iſta conſtitutio Clementina, utpote doctrinæ ſaniori juribusque eccleſiæ Gallicanæ penitus adverſa, viris in Gallia longe præſtantiſſimis plurimum diſplicuit; ita ſpeciatim cenſuræ iſtæ, queis *rigoriſtarum*, quos vocant, de pœnitentia veraque in Deum pietate notiones a præſule Romano condemnatæ fuerunt, multorum eorumque graviſſimorum in Gallia virorum querelas provocarunt. Ipſe cardinalis DE NOAILLES, archiepiſcopus quondam Pariſienſis, qui, ut ſupra vidimus, reflexiones Queſnellianas adprobaverat, cum aliis Galliæ epiſcopis, conſtitutioni Clementinæ diu fortiter reſtitit, inque *inſtrumento adpellationis*, [illegible] Aprilis *MDCCXVII.* condito (6), [illegible]

(1) Vid. de hac adpellatione *diſſ. cit. p. 55. ſeqq.* [illegible]

(2) Exſtat hæc bulla in h. [illegible] cancellarii quondam Tubingenſis [illegible] Cont. h. WEISMANNI [illegible] tom. II. [illegible] Ceterum hæc atque pontificum Romanorum [illegible] ALEXANDRI VII. INNOCENTII XI. atque ALEXANDRI VIII. decreta [illegible] MDCCXV [illegible] ... *theologica* [illegible] *P. III. p. 55. ſeqq.*

(3) In *vindiciis æquiſſimi decreti* ALEXANDRI VIII. P. R. *adverſus propoſitiones XXXI.* [illegible] Romæ MDCCIV. 4.

(4) Inſerta ea eſt h. cancellar. [illegible]

(5) Vid. *propoſ. LIII.* usque ad *LVIII.* itemque *LXI. & LXII.*

(6) [illegible]

ique conqueſtus eſt, quod cenſuræ pontificis ruptæ doctrinæ moralis defenſoribus plurimum erviant, ad labefactanda prima theologiæ mos fundamenta, negandam amoris divini neitatem, atque attritionis ſufficientiam adſtrulam (1). Cum vero eodem adhuc anno, quidem die XXV. Martii *Breve*, quod voit, ad Noaillium daret pontifex, eidem die . Maii reſpondit pater purpuratus (2), eannque repetiit querimoniam (3). Neque cardiis tantum de Noailles animi ſui ſenſa liberius in iis ſcriptis expoſuit, ſed totus etiam theologon Pariſienſium ordo idem fecit; prout ex *actis pellationum ad concilium generale* (4), ſatis liet. Ibi enim, graviſſimum ſe concepiſſe animi lorem, teſtantur laudatiſſimi theologi, quod conſtitutione unigenitus *damnentur propoſitio-, quae genuinam ſacrorum de pœnitentia canum mentem ſpirent. Damnentur etiam quamrimae propoſitiones, quae perpetuam eccleſiae ctrinam contineant, cum circa timoris inſuffintiam ad excludendum omnem adfectum erga catum, veramque juſtitiam obtinendam; tum ca neceſſitatem caritatis ſeu amoris Dei, ut imum legis divinae praeceptum religioſe ſerur; ſinguli ad Deum tanquam finem ultimum ſus referantur, ſincera morum converſio, veraque peccatoris cum Deo in ſacramento pœnitentiae reconciliatio habeatur* (5). Quin immo tota univerſitas Pariſienſis ab archiepiſcopi ſui ſtetit partibus, atque menſe Decembri *MDCCXVIII.* a conſtitutione pontificia ad futurum concilium generale adpellavit (6), inter alias adpellationis cauſſas hanc quoque adducens, quod in memorata conſtitutione *anathemate percutiantur propoſitiones plurimae, quibus ſtatuantur neceſſitas, excellentia, & fructus amoris divini - - - parique cenſurae ſubjiciantur alii articuli, quibus timor pœnarum, quamvis bonus ſit & utilis, minime tamen ſufficere declaretur, ut excludat adfectum peccandi, & voluntatem ad Deum convertat.* Subiungit laudata univerſitas Pariſienſis: *Hanc damnationem favere & patrocinari pravae Caſuiſtarum doctrinae, ſpemque falſam adferre peccatoribus, fore; ut poſt conſumtam in graviſſimis ſceleribus & flagitiis vitam, ſi vel ipſo mortis momento pœnarum ſolo metu percutiantur, aeternam ſint conſecuturi ſalutem, quamvis nunquam in omni vita Deum dilexerint* (7). Ceterum, licet cardinalis de Noailles, poſt obitum Clementis P. R. anno nimirum *MDCCXXI. articulos irenicos*, ſeu *corpus doctrinae* confecerit, atque, ſecundum illius normam, cum multis Galliæ epiſcopis, conſti-

vit Io. Mich. Heineccius, Halae MDCCXVIII. 4.

(1) Audiamus, ſi placet, ipſum cardinalem de Noailles, ſuum aliorumque dolorem, ex conſtitutione Clementina acceptum, hiſce verbis exponentem: *Les fideles ſont d'autant plus allarmez de la condamnation des propoſitions 44. 46. 47. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. qui concernent la charité, que dans ces propoſitions le terme de charité eſt pris dans le même ſens, dans lequel il eſt employé dans l'Ecriture ſainte - - Les corrupteurs de la doctrine des mœurs s'appuient de cette cenſure pour anéantir les fondemens de la morale chrétienne, pour détruire la neceſſité & l'etendüe de l'amour de Dieu, qui eſt le premier & le plus grand commandement de la loi; ils pretendent, que la Conſtitution favoriſe leurs excés, puis qu'elle condamne les propoſitions 47. & 53. les expreſſions, qui marquent la neceſſité de cet amour - - - Les mêmes defenſeurs de la morale corrompüe ſe fondent ſur la cenſure des propoſitions, qui regardent la crainte des peines, pour ſoutenir, que l'amour de Dieu n'eſt point neceſſaire pour la converſion du coeur, & que la ſeule crainte ſurnaturelle des peines de l'enfer ſuffit pour produire cet effet, & pour nous reconcilier avec Dieu dans le ſacrement de la penitence &c.*

(2) Litteræ iſtæ cardinalis de Noailles, italica lingua conſcriptæ, exſtant in *actis conſt. unig. p. 600. ſeqq.* verſio vero gallica exhibetur *loc. cit. p. 327.*

(3) Vid. *loc. cit. p. 330.*

(4) Exſtant hæc acta *loc. cit. p. 431. ſeqq.* Jungi vero his meretur *corpus doctrinæ moralis*, a facultate theologica Pariſienſi concinnatum, editumque Pariſiis MDCCXVI. quod Tubingae MDCCXVIII. recudi curavit, notiſque erudítiſſimis illuſtravit laudatiſſimus Pfaffius.

(5) Vid. *loc. cit. p. 455.*

(6) Vid. *loc. cit. p. 507. ſeqq.*

(7) Vid. *loc. cit. p. 552.*

conſtitutionem *unigenitus* tandem acceptaverit (1); articulis tamen iſtis irenicis ab epiſcopis adpellantibus mox fuit contradictum; quin immo ipſa Sorbona atque univerſitas clerusque Pariſienſis ab archiepiſcopo ſuo prorſus diſſenſerunt (2). Ut taceamus, ipſum Noaillium ſuam de *timore pœnarum* ſententiam in corpore iſto doctrinæ ea propoſuiſſe ratione, ut, eundem laxioribus attritionis principiis minime favere, quin potius cum Quesnello prorſus conſentire, ſagacioribus facile adpareat (3).

§. XVIII. Recenſitis iis, quæ de attritione ac contritione in eccleſia Romana in utramque partem fuerunt diſputata, quænam theologorum proteſtantium de hocce argumento ſit ſententia, breviter ediſſeremus. Supra jam obſervavimus, b. LUTHERUM, ſtatim ſub primordiis ſuſceptæ reformationis eccleſiæ, attritionis dogma impugnaſſe, atque in poſterioribus cum primis ſcriptis latius oſtendiſſe, ad veram ac ſalutarem pœnitentiam non tantum requiri agnitionem peccatorum, animique dolorem, quo quis ob admiſſa peccata graviter adficiatur; ſed & fidem in Chriſtum redemtorem, per quam malefactorum conſequamur remiſſionem. Hanc ſententiam, ex verbo Dei hauſtam, cum amplexi fuerint omnes ii theologi, qui repurgatæ per Lutherum religionis ſcita vel explicare, vel tutari ſunt adgreſſi; pronum eſt colligere, eos nec attritionis, nec contritionis in eccleſia Romana adſertoribus ſuum præbere potuiſſe adſenſum, cum utraque diſſentientium pars fidem in Chriſtum, cum fiduciali meriti ejus adprehenſione conjunctam, a pœnitentia prorſus excludat. Speciatim attritionis, ut a laxioribus caſuiſtis traditur, doctrinam paſſim in ſcriptis ſuis refutarunt purioris fidei doctores, ex quibus præter PHIL. MELANCHTHONEM, quem ſupra jam laudavimus (4), in primis nominari merentur MARTINUS CHEMNITIUS (5), LEONHARDUS HUTTERUS (6), IO. GERHARDUS (7), IO. FABRICIUS (8), theologus Altorfinus, IO BRUNSMANNUS (9), theologus Hafnienſis, IO. FRANC. BUDDEUS (10), CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUS (11), & Io. FRI-

(1) Vid. *le mandement de ſon Eminence Monſeigneur le Cardinal de Noailles, archevesque de Paris, pour la publication de la Conſtitution unigenitus, ſuivant les explications approuvées par un grand nombre d'Evêques de France*, a Paris MDCCXXI. 4. Compendium harum explicationum, quæ *le corps de doctrine* adpellari ſolent, confecit, ſententiaſque Noaillii ſub incudem orthodoxiæ revocavit b. PFAFFIUS in peculiari *diſſert.* Tubingæ MDCCXXI. luci publicæ expoſita. Ceterum, ſi conſtitutionis Clementinæ defenſores audiamus, cardinalis de Noailles, paullo ante obitum ſuum, conſtitutionem iſtam ſimpliciter admiſit, eumque in finem die XI. Octobris MDCCXXVIII. *mandatum acceptationis* condidit. Verum contradicunt huic relationi, qui a Janſenii ſtant partibus, atque mandatum iſtud pro ſpurio ac ſuppoſititio habent. Vid. omnino *les actes, lettres, & diſcours de feu M. le Cardinal de Noailles; qui montrent l' oppoſition, qui ſe trouve entre les ſentimens conſtans & uniformes, qu' il a conſervés jus' qu' à la mort, & le mandement d' acceptation de la bulle, du 11. Octob. MDCCXXVIII. qui a parû ſous le nom de S. E.* Prodiit hocce ſcriptum, lectu haud indignum, menſe Septembri, *MDCCXXIX*. Conf. *les nouvelles eccleſiaſtiques du 10. & du 28. Nov. MDCCXXIX.*

(2) Vid. PFAFFII *diſſert. p. 4, 5.*

(3) Vid. *diſſ. excit. art. V. p. 16. ſeqq.*

(4) Vid. ſupra §. VI. *p. 350. not. 6.*

(5) In *examine concilii Tridentini*, *P. II. cap. IV. p. 526.*

(6) In *locis theologicis art.* XXI. *de pœnitentia, cap. III. p. 762.*

(7) Vid. hunc ipſum tomum *locor. theol. cap. VIII. ſect. I. §. XCVI. p. 273.*

(8) In *ſyſtemate theol. p. 574. ſeqq.*

(9) Vid. ejus *apologiam eccleſiae lutheranæ, contra Boſſueti de amore Dei in ſalvandis non neceſſario calumnias.* Hafniæ *MDCXCIV.*

(10) In *theol. morali P. I. c. V. §. VI. p. 365.*

(11) Vid. *la verité de la religion proteſtante, p. 57.* itemque diſſert. *de vitiis eorum, qui ſacris operantur*, in *inſtitutionibus theol. dogm. & mor.* recuſam, p. 85. Addi quoque meretur ejusdem diſſ. *de corpore doctrinæ moralis ſorbonico p. 20.*

Frickius (1). Nec prætermittendi heic ſunt theologi reformatæ eccleſiæ addicti, qui in graviſſimo de pœnitentia hominis peccatoris argumento in eandem cum noſtris theologis deſcenderunt ſententiam, atque laxioribus attritionis doctoribus maſcule ſe ſe oppoſuerunt; veluti Petrus Molinaeus (2), theologiæ quondam profeſſor in academia Sedanenſi, Io. Henricus Heideggerus (3), theologus Tigurinus, Io. Jac. Hottingerus (4), atque Io. La Placette (5), ſcriptor Gallus. Adiungeremus iiſdem Marcum Anton. de Dominis, archiepiſcopum olim Spalatenſem, qui deſerta eccleſia Romana, ad proteſtantium caſtra tranſiit, atque in eruditiſſimo *de republica eccleſiaſtica* opere, ſcholaſticorum de attritione doctrinam paſſim reprehendit (6); niſi conſtaret, hunc inconſtantis animi virum, poſt paucorum annorum decurſum, Romam rediiſſe, ibique palinodiam ceciniſſe.

§. XIX. Haud parum laboris, in evolvendis aliorum libris, ac recenſendis diverſis auctorum, de attritione & contritione, ſententiis, hactenus contrivimus. Juſtituti jam poſtulat ratio, ut aliorum cogitata modeſto ſubjiciamus examini, noſtramque de iis, absque omni partium ſtudio, expromamus ἐπίκρισιν. Optaremus vero, ut ſubtilis illa inter attritionem ac contritionem diſtinctio, quæ non niſi ad inanes lites ſerendas apta eſt (7), nulloque innititur fundamento, in theologorum ſcholas nunquam fuiſſet recepta. Neque enim in divinis litteris, neque in antiquiſſimis eccleſiæ doctorum monumentis, ullum conſtitui videmus diſcrimen inter dolorem de peccatis, qui ex caritate Dei profluit, atque illum dolorem, qui ex conſideratione turpitudinis peccati, & pœnarum, cum primis infernalium, metu oritur. Utrumque potius tanquam motivum pœnitentiæ mortalibus a Spiritu ſancto proponi deprehendimus, nempe & theſaurum iræ divinæ, quem ſibi recondunt impœnitentes (8); & gravem, quam peccatores ſubeunt, offenſam benigniſſimi Dei, qui obvia manu recipit, quos malefactorum ſerio pœnitet, ſuique amantes veræ ſolidæque ac in æternum duraturæ felicitatis reddit participes (9). Uterque itaque motus, tum amoris, tum timoris, veram operari poteſt contritionem, nec ullum heic obtinet diſcrimen, niſi quod illa, quæ ex motivo caritatis oritur, contritio in regenitis, ac pœnitentia ſtantium (10), quam vocant; altera vero, quam timor gignit, in irregenitis, ac pœnitentia lapſorum in primis locum habeat. Ad hos enim quod attinet, ii amoris Dei, quem fides generat, prorſus ſunt expertes, & vix ullo alio medio, quam poenæ metu ad meliorem mentem ac ſeriam peccatorum deteſtationem adduci poſſe videntur. Lu-

cu-

(1) In *inclementia Clementis examinata, diſſ. ſecunda*, C. III. p. 163. ſeqq.

(2) In *theſ. theol. de ſacramento pœnitentiæ P. II.* Inſerta eſt hæc diſſertatio *theſauro diſput. Sedanenſ. tom. I. p. 682. ſeqq.*

(3) In *tumulo concil. Trident. tom. I. p. 976. ſeqq.* nec non in *corpore theol. tom. II. p. 322.*

(4) In *diſſert. de pœnitentia eccleſiæ rom.* quæ in *biga exercit. theol.* exſtat, *p. 243. ſeqq.*

(5) Vid. ejus *diſſertations ſur divers ſujets*, quæ Amſtelodami *MDCCIV.* in 4. prodierunt, *diſſ. II.*

(6) *L. V. de rep. eccl. c. VII.* §. 43. & §. 83.

(7) Quamplurimas, easque plane otioſas, ex hac diſtinctione controverſias exortas eſſe, latius oſtendi poſſet, niſi hoc cum tædio quodam diſquirentium eſſet conjunctum. Adeat, qui eas noſſe voluerit, ipſos, quos in præcedentibus paragraphis adlegavimus, fontes, & videbit, tenebricoſos ſcholæ doctores ſedulam dediſſe operam,

bullatis ut ſibi nugis
pagina turgeſcat dare pondus idonea fumo.

Dudum vero, & quidem jure meritoque, optarunt cordatiores theologi, ut doctrina ſanctior a nugis iſtis ſcholaſticis tandem purgaretur.

[8] Vid. *Rom. II, 5.*

[9] Vid. *1 Cor. II, 9.*

[10] Neque tamen a pœnitentia ſtantium timorem pœnæ prorſus excludimus. Ipſos enim pios, quando ſegnitia ipſis obrepit, iique ad bona opera fiunt languidiores, pœnarum comminatione ſubinde excitari a Deo, ſatis ſuperque conſtat.

culentiſſimum hujus pœnitentiæ, ex pœnarum metu ortæ, exemplum in Ninivitis nobis conſpiciendum exhibet ſanctior ſcriptura. Hi enim metu exitii, & temporalis quidem, a peccatorum via reverſi ſunt, ac, veræ contritionis oſtendentes ſigna, pœnam, ſibi a Deo, per os prophetæ, adnunciatam, averterunt, miſericordiamque ſunt conſecuti (1). Illuſtre hoc exemplum optimus ſervator in novo teſtamento imitandum nobis propoſuit (2), qui & ipſe argumento a metu deſumto mortales ad pœnitentiam hortatus eſt (3). Atque ex his facile intelligitur, ſi quis ex formidine pœnæ de peccatis ſerio doleat, non ſolum attritionem, ut doctores ſcholaſtici, &, qui eorum veſtigia premunt, Romanenſes ſomniant, ſed ipſam contritionem oriri. Hanc vero, accedente fide, quæ in ſanguine redemtoris peccatorum remiſſionem quærit, & per caritatem *timorem ἔξω βάλλει foras ejicit* (4), ad impetrandam gratiam omnino ſufficere, ex ſanctioribus litteris abunde conſtat.

§. XX. Præmiſſa obſervatione generali, quid ſpeciatim tum in attritionis, tum in contritionis, prout in eccleſia Romana tradi ſolet, dogmate jure meritoque deſiderari queat, breviter indicabimus. Equidem, quod ad attritionis, prout ea ab antiquioribus ſcholæ doctoribus tradita fuit, doctrinam attinet, illa, prima fronte, nihil monſtri alere videri poſſet, cum, uti modo obſervavimus, nihil obſtet, quo minus is vere pœniteat, qui propter ipſam peccatorum fœditatem, ac pœnarum, cum primis infernalium, metum, intimo dolore adficitur; modo dolor iſte ſit ſincerus, atque ad omnia peccata ſe ſe extendat, eique ſuccedant fides & caritas. De vocabulis itaque tantum diſceptari, aliquis forte exiſtimaverit, an ſcilicet is, qui ex peccati turpitudine pœnarumque timore dolorem co[...] *attritus*, an vero *contritus* dici debeat? [...] longe aliter ſe ſe res habet, ſi doctrinam [...] ſticorum in nexu ſuo ſyſtematico paullo a[...] tius conſideremus. Primo enim de attri[...] quæ ſit ſalutaris, atque ad juſtificationem [...] nis peccatoris ſufficiens, ita diſſerunt, ut [...] pateat, eos viribus liberi arbitrii haud paru[...] tribuere. Licet enim attritionem, ut ſupr[...] mus, ad gratiam gratis datam referant, [...] tamen ita definiunt, ut vel exinde ſatis ad[...] eos ſtatuere, liberum hominis arbitrium [...] rari gratiæ divinæ; quæ quidem adſertio [...] gianam ſapit hæreſin, atque e diametro [...] ſatur ſanctioribus litteris. Hæ enim di[...] docent verbis, Deum *dare pœnitentiam* [...] totamque hominis converſionem gratiæ d[...] in ſolidum adſcribendam eſſe. Deinde & [...] a ſubtilibus iſtis ſcholæ magiſtris peccari [...] prehendimus, quod attritionem a fide in [...] ſtum prorſus ſejungunt, atque attritioni [...] ſpectatæ reconciliationem cum Deo remiſſi[...] que peccatorum promittere non dubitant. [...] fecto, ſi ſacras conſulamus litteras, ſoli fi[...] Chriſtum, quæ poſtremam equidem, ſe[...] cipuam pœnitentiæ partem conſtituit, noſtr[...] Deo reconciliatio tribuenda eſt. In C[...] enim *habemus remiſſionem peccatorum, p[...] guinem ejus, ſecundum divitias gratiae ej[...]* Hunc ſervatorem qui vera fide adpreh[...] ejus pectus, ob peccata olim commiſſa ſer[...] lens, conſolatione longe præſtantiſſima pa[...] prorſus divina perfunditur. Cum contra [...] ſtatio peccati, ex ſolo motivo timoris pro[...] atque fiduciam in Chriſtum redemtorem p[...] excludens, nullam vitæ ſpem relinquat, ſe[...] ſperationis fomes ſit; ut exemplum Judæ [...] ditoris abunde docet (7). Denique & h[...]

[1] *Jon. III.* 5, 6, 9, 11.

[2] *Matth. XII.* 41.

[3] Vid. *Luc.* XIII. 3, 5. add. *Matth.* X. 28. Eodem argumento uſus quoque eſt Joannes baptiſta, *Matth. III.* 10.

[4] 1 *Joh.* IV. 18.

[5] 2. *Tim. II.* 25. *Act. V.* 31.

[6] *Eph. I.* 7. Adde loca *Act.* X. 43. XIII. 3[...] 9. *Phil. III.* 9.

[7] Vid. *Matth. XXVII.* 3. *ſeqq.* De eju[...] luctu exitioſo ita canit VIRGILIUS L[...] *Aeneidos verſ.* 273, 274.

quibusdam ſcholæ doctoribus omnino reprehendi meretur, quod pœnitentiæ ſacramento, verbisque, quibus ſacerdos dicit pœnitenti: *abſolvo te &c.* tantam vim tribuunt, ut attritum repente mutare, gratiaque ac caritate perfundere queat, adeoque, ut eorum phraſi utamur, *ex attrito* faciat *contritum*. Hæc enim adſertio abſurdiſſimum errorem, de ſacramentorum ex opere operato efficacia (1), quem dudum profligarunt theologi proteſtantes, ſupponit, nulloque prorſus verbi divini teſtimonio innititur, atque inſuper quotidiana refellitur experientia. Hac quippe edocemur, eos, qui a ſacerdote ſunt abſoluti, ſæpiſſime in priora relabi ſcelera, quin &, fiducia abſolutionis impetratæ, reddi nequiores, tantum abeſt, ut meliores evadant. Addimus & hoc, ſi ſufficiens ſtatuatur attritio, ut quis a ſacerdote expetat abſolutionem, eandemque accipiat; nullam adparere rationem, cur eadem ad abſolutionem, vel peccatorum remiſſionem, ab ipſo Deo petendam atque obtinendam, ſtatuatur inſufficiens. Ceterum, nemini facile poteſt eſſe obſcurum, hanc de attritione doctrinam eo præcipue fine a ſcholaſticis inventam fuiſſe, ut virtutem clavium mirum in modum evehere, atque inveteratis peccatoribus facilem ad cœlum aditum promittere poſſent.

§. XXI. Qui veterum ſcholaſticorum preſſeſunt veſtigia, Caſuiſtæ recentiores, ac cum primis ſodalitium Jeſu profeſſi, magiſtrorum ſuorum errores, in attritionis dogmate commiſſos, non repudiarunt, neque emendarunt; ſed retinuerunt, immo, ut ſupra innuere cœpimus, novis iisque longe graviſſimis adauxerunt erroribus. Talem quippe effinxerunt attritionem, quæ mere naturalis eſt, pœnitentiamque non ex gratia ſupernaturali, ſed ex viribus liberi arbitrii repetendam eſſe duxerunt; qua quidem ratione pelagianiſmo propius acceſſere, quam antiqui ſcholæ doctores. Tantam quoque attritionis ſtatuerunt efficaciam, ut voluntatem peccandi prorſus excludat; cujus adſertionis abſurditatem facile perſpiciet, quicunque attritionis naturam probe cognitam habet atque perſpectam. Scilicet, attritio oritur ex formidine pœnæ; qui autem, hac ſola inductus, a peccato abſtinet, repugnans & invitus, immo coactus abſtinet. Perſiſtit itaque in ejusmodi homine voluntas prava, & ad omne peccatorum genus prona, ſi vel maxime pœnarum metu cohibeatur, ne in actus externos erumpat; recteque pronunciavit AUGUSTINUS (2): *Deſiderium peccandi non extinguitur, niſi contrario deſiderio faciendi, ubi fides per dilectionem operatur.* Jam vero hanc ipſam fidem, quam tantopere in ſcriptis ſuis commendavit laudatiſſimus Hipponenſium præſul, recentiores iſti attritionis doctores ex pœnitentia prorſus eliminarunt, ſecuti hac in re veteres ſcholaſticos, quorum errores ſupra perſtrinximus. Illud vero ſummam iſtorum hominum prodit impietatem, quod ſuam de attritione doctrinam ita inflectere adlaborarunt, ut caritati quam veteres ſcholaſtici heic non penitus excluſerunt, nullus plane locus relinquatur. Horreo ſane, & vix oculis credo, quando hæc LEONH. LESSII verba lego: *Non omnibus diebus feſtis, nec in articulo mortis, nec cum aliquis ſingulari aliquo beneficio a Deo adficitur, nec cum vult baptiſmum ſuſcipere, nec cum tenetur actum contritionis elicere, nec cum rationis uſum adſecutus eſt, tenetur quis actum amoris elicere, nec cum martyrium ſubeundum eſt. Quia tunc ſufficit attritio* (3). Indigna

Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus orci.
Luctus, & ultrices poſuere cubilia curæ.
& CICERO, *paradoxo II.* ait: *Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum: te metus exanimat judiciorum atque legum; quocunque adſpexiſti, ut furiæ, ſic tuae tibi occurrunt injuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt.*

[1] Varia tamen ratione hanc efficaciam explicant Romanenſes, prout videri poteſt apud HEIDEGGERUM, in *tumulo concilii tridentini, tom. I. p. 595.* Confer ex noſtris theologis CHEMNITIUM, in *exam. concil. trid. p. 294. ſeqq.* & GERHARDUM. in *confeſſ. cathol. p. 1086.*

[2] *L. II. contra adverſ. legis* &c. *c. XII.*

[3] Vid. ejus *tract. de præceptis decalogi, ſect. III. art. I.* Supra vero jam obſervavimus, theologos Lovanienſes A. MDLXXXVII. cenſuram in lectiones ac ſcripta LEONH. LESSII, Je-

digna profecto hæc ſunt, quæ ſerio refutentur, immo indigni ſunt, hæc vel ſimilia proferentes verba, qui optimi ſervatoris nomen gerant. In faciem enim contradicunt Jeſu Chriſto, qui præceptum de dilectione ſeu caritate non ſolum explicuit, ſed & ſerio inculcavit (1), quin & *ſuum*, cum magna emphaſi, atque *novum* præceptum adpellavit. Reprehendunt Joannem, qui in omnibus ſuis ſcriptis nihil magis urſit, quam ut *diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexerit nos* (2). Repugnant Paulo, cujus zelus pro caritate undique per aureas, quas nobis reliquit, epiſtolas emicat; immo qui *anathemis* in eos pronunciavit, *qui non amant dominum noſtrum Jeſum Chriſtum* (3). Uno verbo, virtutis ſtudium in animis hominum exſtinguunt, ipſaque religionis omnis, non revelatæ ſolum, ſed & naturalis, fundamenta ſubruunt, qui magnum iſtud amoris præceptum, unde *univerſa lex pendet & prophetae*, violare non dubitant (4). Judicent vero jam æqui lectores, quo jure Romanenſes iis, qui repurgatæ religionis placita ſequuntur, exprobrare queant, quod ii ſua, de juſtificatione hominis per fidem, doctrina, amoris divini neceſſitatem explodant (5).

Nemo ſane ex proteſtantibus theologis un[...] fuit, qui fundamentalem iſtam in dubium [...]verit veritatem. Omnes potius illud ap[...] Pauli ingeminant: *In Chriſto Jeſu neque ci[...]ciſio aliquid valet, neque praeputium; ſed [...] quae per CARITATEM operatur* (6[...] [...]jori procul dubio jure objectio iſta, in prot[...]tes evibrata, in Romanam retorqueri pot[...] cleſiam. Hæc enim attritionis promach[...] ſinu ſuo fovet, omnem amoris divini nec[...]tem negantes. Nec eſt, quod forte re[...] laxiorem iſtam de attritione, caritatem p[...] excludente, ſententiam a pontificibus Ro[...] fuiſſe condemnatam, neque adeo eccleſia[...]manæ imputari poſſe. Licet enim INNO[...]TIUS XI. improbam iſtam doctrinam, [...] diplomate, proſcripſerit; ii tamen, qui [...]tionem, ſine amore Dei, ad ſalutem ſ[...] contendunt, non tolerantur tantum in e[...] Romana, ſed & foventur; quum contra i[...] in pœnitentia dilectionem Dei requirunt, i[...] exilioque haud raro mulctentur (7). A[...] quod CLEMENS XI. ſummus eccleſiæ Ro[...] antiſtes, in famoſa iſta conſtitutione *unig[...]* laxioribus attritionis doctoribus pollicem p[...]

ſuitæ, vibraſſe. Addimus jam ſupplementi loco, cenſuram iſtam compoſitam fuiſſe ſtilo HENRICI GRAVII, qui Romæ anno MDXCI. deceſſit, Vaticanæ præpoſitus bibliothecæ. Licet vero theologi Lovanienſes A. *MDCLXXIX.* legationem Romam miſerint, atque hujus cenſuræ petierint confirmationem, eandem tamen obtinere non potuerunt, renitentibus ſocietatis Jeſu theologis, qui Leſſium ſuum tanto cultu proſecuti ſunt, ut digitorum ejus aliquem, quibus libros ſuos ſcripſit, conſecraverint, atque oſculandum aliis porrexerint; ſi quidem vera ſunt, quæ refert GERIUS, dans *l'apologie hiſtorique de deux cenſures de Louvain & de Douay, ſur la matiére de la grace*, P. I. n. 5.

[1] Vid. *Matth.* XXII. 37. *ſeqq.*

[2] Vid. 1. *Ioh. IV.* 19.

(3) 1. *Cor. XVI.* 22.

(4) *Matth.* XXII. 40. Equidem variarum diſtinctionum fucum adhibere ſolent attritionis adſertores, ut turpitudinem ſuæ de dilectione Dei ſententiæ qualitercunque obtegant. Diſtinguunt nimirum inter amorem *affectivum* & *eff[...]* itemque inter præceptum *rigoris* & *c[...]* Verum exploſit iſtas diſtinctiones WILH. [...]DROCKIUS, ſive PETRUS NICO[...] in *commens.* in *epiſt. X. ad provincialem* ſc. *not. IV. ſect. II. p. m.* 446.

(5) Hanc objectionem contra proteſtantes re[...] ævo cumprimis urſit JAC. BENIGN. [...]TUS, quem vero confutavit IO. BRUN[...]NUS, ſupra jam nobis laudatus.

[6] *Gal. V.* 6.

(7) Nolumus exempla CAUSSINI, VER[...] SEGUENOTI, ac paſtorum Cadome[...] ſupra jam ſuis locis adducta, heic re[...] Provocamus potius ad exemplum recen[...] ſcopi S. Pontii Thomeriarum, cujus libr[...] primis ille, quem reducendorum ad e[...] Romanam hugonottarum cauſſa ediderat [...] alio, tum hoc nomine, quod auctor a[...] ſaltim *inchoatum* ad pœnitentiam nece[...] eſſe, ſtatuerit, ſub Clemente XI. Rom[...] runt damnati. Vid. *acta eruditorum* *MDCCV. p.* 109.

re, impiaque eorum ſcita, ut vere chriſtiana, collaudare, ferre, ac vindicare, ſibi religioni haud duxerit. Ignoſcent proinde eccleſiæ Romanæ adſeclæ nobis proteſtantibus, quod ab eorum cummunione prorſus abſtinemus. Quo modo enim ejusmodi cœtui adſociare nos poſſumus, in quo hodienum in utramque diſputatur partem: *an homo ad amandum Deum obſtrictus ſit, nec ne?* multis in negantem ſententiam propendentibus (1).

§. XXII. Quid in attritionis dogmate jure meritoque deſiderari queat, ex hactenus dictis ſatis, ut opinor, liquet. Pergimus jam ad eorum, qui contritionis, in eccleſia Romana, neceſſitatem defendunt, ſententiam. Hæc quidem multis iisque haud exiguis, præ altera illa, quæ attritionem ſtatuit, prærogativis ſe ſe commendare videtur. Nihil enim viribus liberi arbitrii, omnia gratiæ divinæ adſcribunt, qui doctrinam iſtam cumprimis propugnant, Janſenii adſeclæ. Nec abſolutionis ſacerdotalis efficaciam tantam eſſe ſtatuunt, quantam heic fingunt, qui pro attritionis ſtant ſententia. Amoris quoque divini neceſſitatem non tantum admittunt, ſed & ſerio urgent, virtutisque haud fucatæ ſtudium ore calamoque inculcant Nec ſane ullum eſt dubium, quin, ſi Janſenii ſectatores in principiis iſtis moralibus iisque rigidioribus defendendis vindicandisque ſubſtitiſſent, omnium, qui virtutem amant, adſenſum, ſaltim in eccleſia Romana facile fuiſſent impetraturi. (2). Verum, licet ſententiæ hujus adſertores ſaniora fovere videantur principia, nonnullos tamen dogmati principali admiſcent errores, eosque longe graviſſimos. Primo enim fidem, prout ea adprehenſionem Chriſti pro nobis mortui denotat, a contritione plane divellunt; cum tamen contritio ab iis deſcribatur ut actus amoris, adeoque cum fide, utpote quæ per caritatem eſt efficax (3), tanquam effectus cum ſua cauſſa, indivulſo nexu ſit conjuncta. Deinde & in eo graviter hallucinantur contritionis fautores, quod juſtificationem a contritione ſuſpendunt, hancque cauſſam remiſſionis peccatorum eſſe contendunt (4). Licet enim certum ſit, Deum non remittere peccata, niſi pœnitentibus ac vere contritis; ipſa tamen peccatorum remiſſio a ſola Dei gratia, ac ſanguine redemtoris Chriſti (5) pendet; nec proinde contritionis virtuti eſt adſcribenda. Illud quoque huic dogmati, prout in eccleſia Romana doceri ſolet, haud leve adfert præjudicium, quod illud conſcientias excruciat magnaque implicat anxietate. Nunquam enim de juſta ac debita, uti vocant, contritione, eique adjuncta caritate, certa reddi poteſt conſcientia; quum, quicunque ſemet ipſum ſerio explorat, facile deprehendat, pravas cupiditates ſæ-

[1] Adpoſite ad mentem noſtram ſcribit PETR. JURIEUS: *On peut fort raiſonnablement s' abſtenir d' une communion, pendant quelle nous laiſſe dans l' incertitude, ſi nous ſommes obligez d' aimer Dieu.* Vid ejus *preſervatif.* &c. itemque *les nouv. de la repub. des lettres* MDCLXXXVI. p. 136, 137.

(2) Agnovit hoc ex ipſis ſocietatis Jeſu ſacerdotibus, RICH. SIMONIUS, cujus hæc ſunt verba: *Je ſuis ſûr, que ſi les Janſeniſtes n' avoient attaqué les Jeſuites, que ſur la morale, ils avoient eû preſque tout le monde de leur coté. Il n'y a perſonne, quelque méchant, qu' il ſoit, qui oſe ſe declarer en faveur de la mechante morale.* Vid ejus *lettres choiſies, tom. IV. p. 186.* Ceterum probe notandum eſt, laxiora morum principia non omnibus in univerſum ſocietatis Jeſu theologis eſſe adſcribenda. Sunt enim inter eos, qui ſaniora fovent principia, ſanctificationisque neceſſitatem ſerio urgent. Tales cumprimis ii ſunt, qui ſermonibus ſuis ſacris magnam in eccleſia Romana conſecuti ſunt celebritatem; in quibus LUD. BOURDALOUE principem tenet locum.

(3) Vid. *Gal. V. 6. 1 Theſſ. I. 3. 1 Tim. I. 5.*

(4) Diſſentiunt tamen Romanenſes, an contritio juſtificationis *meritum* dici queat, an vero ſit *diſpoſitio* ad juſtificationem? Utraque profecto ſententia longe falſiſſima eſt, hominesque a centro ſalutis, Jeſu Chriſto, abducit, eosque a fide ad opera, a gratia Dei ad infelix meritum abripit. Vid. quæ copioſius hanc in rem diſſerit JO. JAC. HOTTINGERUS, in *exercit. de pœnitentia eccleſiæ Romanæ* §. XXXI. *ſeqq.*

(5) Vid. *Apocal. I. 5.*

ſæpe recurrere, ipſumque ad relictas retrahere voluptates. Quod ſi vero homo de contritionis ſuæ perfectione certus haud ſit, de peccatorum quoque remiſſione perpetim dubitare neceſſum habebit. Addimus denique & hoc, ſi contritionis, cum perfecta caritate conjunctæ, tanta ſit vis, tanta efficacia, ut hominem Deo reconciliet; ſponte inde conſequi, nec *confeſſione*, nec *ſatisfactione*, in quibus tamen ſalutis proram & puppim quærunt Romanenſes, opus eſſe mortalibus. Probe argumenti hujus vim perſpexerunt patres ſodalitium Jeſu profeſſi, atque eapropter contritionis elevarunt neceſſitatem, ut ſcilicet abſolutionis & neceſſitatem & efficaciam eo facilius tueri, eoque magis evehere poſſent.

§. XXIII. Reſtat, ut, quid in patrum Tridentinorum decretis, ad argumentum noſtrum propius ſpectantibus, jure deſiderari queat, breviter indicemus. Heic vero ante omnia notandum venit, patres iſtos minime laudandos, ſed vituperandos potius eſſe, quod, ex reſpectibus mere humanis, ne ſcilicet alterutram irritarent partem, controverſiam iſtam de attritione & contritione, tanto cum ſtrepitu in eccleſia Romana inde a longo tempore agitatam, in medio reliquerunt. Hac ipſa enim ratione ſcepticiſmo theologico, qui animum infinitis turbis objicit, dederunt occaſionem, atque conſcientiis, de pœnitentiæ ſinceritate anxiis, haud leve crearunt periculum. Quin & hac ipſa tergiverſatione meliori ſententiæ, quæ contritionis neceſſitatem urget, inſigne conciliarunt detrimentum, attritionis vero defenſoribus frigidam addiderunt, quorum numerus, ut ſupra vidimus, inde a ſynodi hujus temporibus, valde multumque fuit adauctus. *Secundo* loco in eo plurimum errarunt Tridentini, quod a contritione ſua ſacramentali Chriſtum, & fidem erga ejus miſericordiam, quæ tamen ſola pœnitentiam ſalutarem ab exitiali diſtinguit, prorſus excluſerunt. Ita enim ſonora voce pronunciarunt: *ſi quis dixerit, duas eſſe tantum pœnitentiae partes, terrores ſcilicet incuſſos conſcientiae, agnito peccato, & fidem conceptam ex evangelio vel abſolutione, qua credit quis, ſibi per Chriſtum remiſſa peccata, anathema ſit* (1). Nec *tertio* in eo excuſandi ſunt, quod veterum ſcholaſticorum, de remiſſione peccatorum per contritionem impetranda, errorem, ſupra a nobis profligatum, ſtabilire haud dubitarunt (2). *Quarto* in eo etiam hallucinati ſunt patres tridentini, quod contritionem, quæ ad gratiam diſponat, tanquam dolorem *liberum* ac *voluntarium* (3) deſcripſerunt, adeoque converſionis gloriam inter Deum & hominem immani inſolentia dividere auſi ſunt. *Quinto* denique perperam egerunt patres iſti, quod ſententiam Lutheri, pronunciantis *attritionem facere hominem hypocritam & magis peccatorem*, repetito anathemate damnarunt. Nihil enim certius eſt, quam quod attritio, ſi ex naturalibus corruptæ naturæ viribus procedat, atque ex metu pœnarum infernalium oriatur, fideque ac caritate deſtituatur, peccatum non imminuat, ſed adaugeat potius, ac deteſtandæ hypocriſi ſuppeditet occaſionem. Nam, ut bene monet CHEMNITIUS (4), ejusmodi *peccator ad peccata phariſaicam perſuaſionem de naturalibus ſuis viribus & meritis adjungit*, atque, licet a peccatis externis ſubinde ſibi caveat, pravam tamen voluntatem ſtudiumque peccati intus gerit, ſimilis adulteræ, flagitium perpetraturæ, niſi viri timore reprimeretur. Ceterum in hac ipſa, quam contra patres Tridentinos vindicavimus, ſententia, b. Lutherus, præter divinas litteras, præeuntem ſibi habuit Auguſtinum, cujus veſtigia religioſe coluit.

(1) Sunt hæc verba *ſeſſ. XIV. can. IV.*
(2) Vid. *concil. Trident. ſeſſ. XIV. cap. IV.* confer *catechiſmum Romanum*, ex decreto concilii Tridentini concinnatum, *cap. V. quæſt. XXX.*
(3) *Seſſ. cit. canone V.*
(4) In *examine concilii Tridentini p. 590.*

CONSPECTUS
LOCORUM
CAPITUM ET CONTENTORUM
IN TOMO HOC VI. OCCURRENTIUM.

Locus XIV.
DE LEGIBUS CEREMONIALIBUS ET FORENSIBUS.

Proœmium.

Traditur *connexio* hujus loci cum præcedente. §. I.

TRACTATUS I.
DE LEGIBUS CEREMONIALIBUS ET FORENSIBUS CONJUNCTIM SUMTIS.

Oſtenditur diſcrimen *legum ceremonialium* ac *forenſium a morali*,

a) Reſpectu patefactionis. §. II.

b) Reſpectu obligationis. §. III.

c) Reſpectu durationis. §. IV.

d) Reſpectu finium. §. V.

Indicantur *criteria* ad diſcernendas leges morales ab aliis. §. VI.

TRACTATUS II.
DE LEGIBUS CEREMONIALIBUS IN SPECIE.

Datur legum ceremonialium *etymologia* §. VII. & *diviſio*. §. VIII.

Agitur de *ſummo ſacerdote*, ejusque relatione *typica* ad Chriſtum. §. IX. X.

* In notis hæc variis citationibus corroborantur, inprimis diſſeritur de *Urim* & *Thumim*.

Monſtratur, quomodo *ſacramenta vet. teſt.* pertineant ad leges ceremoniales. §. XI.

Indigitantur varii *ſacrificia dividendi* modi §. XII. & recenſentur XII. eorum *ſpecies*. §. XIII.

* Largiſſima hic occurrit obſervationum ſeges, quæ vel *literariæ* ſunt, vel diviſiones Gerhardi *emendant*, vel materiam magis *illuſtrant*. Eminent ea, quæ de *ſacrificio pro peccato*, de *Azazele*, de *primitiis* ac *decimis*, nec non de *vacca rufa* adnotata ſunt.

Indicantur ſacrificii *requiſita*, & evincitur, *primum* eorum *ortum divino niti mandato*. §. XIV.

* Subjunguntur in notis binæ obſervationes, quarum una novo argumento hæc theſis firmatur, in altera vero probatur, homines ad ſacrificandum *ratione* duci non potuiſſe.

Agitur de *loco* ſacrificiorum. §. XV.

* Adnotantur hic quædam de *ſacrificiis poſt captivitatem babyl. oblatis*, & in *2 Maccab. I. 18-23.*

Traduntur eorum *fines*, *principalis*, §. XVI. & *minus principales*. §. XVII.

* Obſervantur hic nonnulla notatu digna de *agnis in ſacrificium oblatis*, coll. *Joh. I. 29. 36.* de *pecoribus immaculatis*, de *uſu ſalis in ſacrificiis*, nec non de *eſu ſanguinis*.

Tractatur de *utenſilibus ſacris*. §. XVIII-XX.

* Frequens hic eſt obſervationum copia, quæ agunt maxime de *thuribulo aureo*, de *arca fœderis* ejusque reſpectu typico, de *urna aurea manna continente*, de *virga Aaronis*, de *tabulis decalogi*, de *forma των cherubim*, de *propitiatorio*, de *candelabro aureo*, de *menſa aurea*, ejus *vaſis* ac *panibus facierum*, de duobus *altaribus*, & denique de *labro æneo*.

Agitur de *locis ſacris*. §. XXI.

* Notata hic quædam ſunt de *tegminibus* & *velis tabernaculi*, de *atrio* Judæorum & Gentium, & de ſignificatu tabernaculi *myſtico*.

De *temporibus ſacris*. §. XXII.

* In notis adpellantur ſcriptores hanc materiam pertractantes, deinde agitur de *neomeniis*, de feſtis *Paſchatos*, *Penteceſtes*, *Propitiationis*, *Tubarum*, *Tabernaculorum*, nec non de *annis ſabbatariis* ac *jubilæi*, ita, ut ea,

quæ habet *Gerhardus*, vel illuſtrentur, vel augeantur, vel corrigantur.

Adjectæ ſunt *privatæ* quædam *obſervantiæ*

1) de *diſcrimine animalium mundorum & immundorum.* §. XXIII.

* Adjectæ obſervationes ulterius materiam evolvunt, dictum *Lev.* XI. 43. explicant, *cauſas* de ejusmodi præceptis exponunt, & de *odio Judæorum in porcos* diſſerunt.

2) de *immunditie levitica.* §. XXIV.

* In notis maximam partem literariis materia ulterius evolvitur. Agitur etiam de *ſanatione leproſi.*

3) de variis *ordinationibus* in *cibo, veſtitu operisque œconomicis.* §. XXV.

* Obſervationes etiam heic adjectæ conſpiciuntur variæ de *eſu ſanguinis*, de *eſu morticinii*, de *matre cum pullis nido non eximendis*, de *vinea diverſo ſemine non conſerenda*, de *veſte ex lana & lino non facienda*, de *bove & aſino ſimul arantibus*, de *fimbriis veſtium*, de *hædo in lacte matris non coquendo*, de *præputiis arborum*, de *tonſura orbiculari*, de *inciſione pro mortuo* facta. &c.

Denique *fines* legum ceremonialium exponuntur, §. XXVI. ipſarum *abrogatio* evincitur, §. XXVII. ac nonnulla ſubjunguntur, *partim* eccleſiæ Romanæ, quæ ad imitationem cultus Levitici congeriem theatricarum ceremoniarum inſtituit, *partim* Judæis, uſum ceremoniarum leviticarum adhuc hodie neceſſarium eſſe diſputantibus, oppoſita. §. XXVIII.

* In notis refutatur *Spencerus*, laudantur auctores, uberius hocce argumentum pertractantes, & exhibentur argumenta pro *abrogatione legum ceremonialium.*

TRACTATUS III.

DE LEGIBUS FORENSIBUS IN SPECIE.

Exhibentur *nomina* harum legum, earumque *deſcriptio.* §. XXIX.

* Auctores, qui ſingulas haſce leges illuſtrarunt, in nota adlegantur.

Recenſentur eædem leges *juxta ordinem præceptorum decalogi*; & quidem ad *primum*: conſtitutio de pœna idololatrarum; ad *ſecundum*, conſtitutio de pœnis maleficarum, ſagarum &c. De pœna blasphemiæ; ad *tertium*: de pœna mortis ſabbati violatoribus irroganda; de ſabbato ſeptimi anni. §. XXX.

Continuatur hæc *recenſio ad* præceptum decalogi *quartum*; quo refertur manumiſſio ſervorum; de pœna injuriæ & contumeliæ parentibus illatæ; de pœna contumacis filii; de cauſſis matrimonialibus variis. §. XXXI.

* In notis textui ſubjectis variæ percenſentur opiniones de *origine legis de uxore fratris defuncti poſteriori fratri elocanda*; refutantur quoque ii, qui in hac lege *fratris* nomine *cognatos* proximos intelligunt, nec non ii, qui de uxore fratris adhuc vivi ſermonem heic eſſe contendunt.

Enumerantur porro hæ leges juxta *quintum* præceptum, quo pertinent: conſtitutio de homicidio voluntario & fortuito, de ritibus expiandæ terræ, cadavere pollutæ; de jure belli; de pœnis homicidii aliarumque læſionum; de operibus miſericordiæ. §. XXXII.

* Oſtenditur in notis, quis dicatur *homicida involuntarius?* atque de *urbibus refugii*, *de exiliis & aſylis* gentium, de *origine* aſylorum chriſtianorum horumque apud pontificios *abuſu*; de *fine* aſylorum apud Hebræos; de *myſterio* ſub his aſylis & ſub ſanguinis vindice latente diſſeritur.

Recenſentur porro juxta præceptum *ſextum*; conſtitutiones de pœnis ſtupri, adulterii &c. §. XXXIII.

* De *diverſo mortis genere*, quo adulterium apud Hebræos olim puniebatur, itemque de legibus civilibus adulterii pœnam ſpectantibus, in notis copioſe agitur.

Ad *ſeptimum* præceptum pertinent conſtitutiones de plagii pœna; de pœnis ſimplicis furti; de pauperie, quam quadrupes fecerit; de damno dato; de depoſito; de amiſſo; de commodato & conducto; de mutuo & uſuris; de pignoribus. §. XXXIV.

* Singulæ fere leges in notis illuſtrantur; præcipue vero de genuino ſenſu legis *de non perdendis uſuris*; item *de jure fœnerationis* uberius diſſeritur.

Ad *octavum* præceptum referuntur leges: de repudiando unius teſtimonio in judiciis; de pœna falſi teſtis; de pœna calumniæ & falſæ adcuſationis. §. XXXV.

Quæ ad ſpeciale aliquod præceptum commode referri nequeunt, ut: de illis, qui ab honoribus publicis arcendi ſint, de removendo ſuſpenſi cadavere ante ſolis occaſum, exhibentur §. XXXVI.

* Binæ hæ leges in notis copioſius explicantur, & quid per *ingreſſum in congregationem domini*;

&

& per *Manzerem* Deut. XIII. intelligi debeat, oſtenditur; inque *rationes* legis de *ſepeliendo cadavere* inquiritur.

Traditur *diſtinctio* legum forenſium. §. XXXVII.

Chemnitii diviſio harum legum exponitur & dijudicatur. §. XXXVIII.

Leges forenſes *abrogatas* eſſe, multis argumentis probatur. §. XXXIX.

* Diſtinctio *eorum*, quæ in lege forenſi fuerunt *juris particularis*, ab iis, quæ fuerunt *juris univerſalis* in notis inculcatur.

Antitheſis.

Error *Carolſtadii* de legibus forenſibus recitatur & refutatur §. XL.

Argumenta *Judæorum* & *Judaizantium* pro *perpetua Legum Moſaicarum* obſervatione adferuntur & refutantur. §. XLI.

* In notis authentia loci *Joh.* VIII. *11.* vindicatur.

Abrogationem legis moralis in *N. T.* factam haud eſſe comprobatur §. XLII.

* De antinomis in nota nonnulla adducuntur in medium.

An *aliquo* ſaltim *modo* hæ leges poſſint dici *abrogatæ*, inquiritur & negatur. §. XLIII.

* Eadem quæſtio determinatius ſolvitur in nota.

Uſus legum forenſium & ceremonialium in N. T. §. XLIV.

* Hocce argumentum in notis uberius pertractatur.

Locus XV.

DE EVANGELIO.

Cap. I.

Proœmialem προθεωρίαν complectens.

Traditur *nexus* hujus loci cum iis, quæ tradita ſunt de lege Dei, §. I. quæ ante lapſum ſola ſuffeciſſet. §. II.

Indicatur evangelii *etymologia* §. III. *definitio nominis* §. IV. & *ſignificatus* cum apud profanos, tum apud ſacros ſcriptores varius §. V. & VI.

Docetur, quando *γενικῶς* & *ἰδικῶς* uſurpetur? §. VII.

Adlatis denique evangelii *ſynonymis*, quæ in claſſes digeſſit *Chemnitius*, §. VIII. ſummariæ ejus deſcriptiones exhibentur vel *propriæ* §. IX. X. XI. vel *parabolicæ* ac *typicæ*. §. XII.

Cap. II.

De propria Evangelii Doctrina.

Oſtenditur genuina *evangelii doctrina*, §. XIII. ejus *beneficia*, §. XIV. & centrum *remiſſio peccatorum propter Chriſtum*. §. XV. XVI.

* Quod ſit concio de *remiſſione peccatorum*, nota illuſtratur.

Excutitur ſententia ſcholaſticorum, in evangelio *nova præcepta eſſe tradita* §. XVII. quam defendit *Bellarminus* §. XVIII. & XIX.

Contra quem defenditur, in evangelio neque *leges* §. XX. neque *promiſſiones conditionales* contineri. §. XXI-XXVIII.

Cap. III.

De Cauſa Principali ac Miniſteriali Evangelii.

Docetur *cauſa* evangelii *principalis* tum ratione *decreti* §. XXIX. tum ratione *patefactionis* §. XXX. ubi etiam contra *Becanum* adſeritur, *filium Dei non eſſe evangelii συναίτιον* §. XXXI.

Adfertur *cauſa* evangelii *organica* §. XXXII. & *organum adprehendens*. §. XXXIII.

* In notis docetur, cur apoſtoli nomen *evangeliſtarum* geſſerint, quod ſibi etiam jure vindicavit *Lutherus*, qui idem *angelus apocalypticus* dictus eſt.

Cap. IV.

De Tempore Patefactionis Evangelii.

Indicatur *tempus* patefactionis evangelii §. XXXIV. quod in vet. ac novo teſt. unum idemque fuit. §. XXXV.

* In notis contra *Photinianos* diſputatur, & dictum *Gen. IV. 1.* explicatur.

Refellitur commentum, homines primum *lege* *ræ*, deinde Moſis, denique *evangelii* ſalvato §. XXXVI - XXXIX.

Cap. V.

De Forma, Objecto, Effectis & Fine Evangelii.

Oſtenditur *formam* evangelii conſiſtere in *promiſſionibus* iisque gratuitis §. XL. atque *univerſalibus* §. XLI. quamvis adjecta ſit fidei *conditio*. §. XLII. XLIII. XLIV.

Effectus evangelii monſtrantur §. XLV - XLVII.

Reprehenduntur hic, qui *Johannis* evangelium geſtant. §. XLVIII. & qui efficaciam ſpi verbo evangelii ſeparant. §. XLIX.

Finis evangelii indicatur. §. L. & LI.

Cap. VI.

De Diſcrimine Legis & Evangelii.

Convenientia primum, deinde *diſcrimen* legis & evangelii commonſtratur §. LIII. LIV.

Docetur etiam, quam utile ſit & quando ſumme neceſſarium, hæc duo diſtinguere §. LII - LV.

Dicta *veterum* hanc in rem citantur §. LVI. a dicantur §. LVII. Deinde *ſcholaſticorum* ſe §. LIIX. & qui horum veſtigiis inſiſtit, *Bel* §. LIX - LXIII. ſub examen revocatur.

Cap. VII.

An Chriſtus ſit Novus Legislator?

Oſtenditur, Chriſtum non eſſe *novum legislatorem*. §. LXIV.

Diluuntur argumenta adverſariorum, quibus ſtum novas leges tuliſſe, evincere ſtudent §. LXX.

Cap. VIII.

Error Photinianorum

de perfectioribus mandatis a Chriſto additis.

Docetur, Photinianos ſtatuere, perfectiora præcepta legi a Chriſto eſſe adjecta. §. LXXI.

* In nota adferuntur varia, contreverſiam illuſtrantia, quæ hic nobis cum *Socinianis*, *Arminianis*, itemque cum *Anglis* quibusdam, deinde cum *Grotio*, *Anabaptiſtis* ac *Pontificiis* intercedit. *Expenduntur* denique quæſtiones: *an & quo ſenſu Chriſtus legislator & an novus le dici queat?*

Indicatur, quid cuique præcepto decalogi ad a Chriſto ſtatuant *Sociniani*, eorumque erro felluntur. §. LXXII - LXXXI.

* Occurrunt hic notulæ, ea, quæ de *addit* ad præceptum primum, ſextum & ſep dicta ſunt, illuſtrantes.

Cap. IX.

Error Pontificiorum de conſiliis evangelicis.

De *conſiliis evangelicis* mens pontificiorum exponitur. §. LXXXII.

* Additæ heic ſunt notæ, quarum *prima* e evangelica ex phariſaiſmo deducit,

in originem diſtinctionis inter *conſilia* & *praecepta* inquirit, *tertia* tria monachis impoſita vota tradit, *quarta* aliquid de concione Chriſti in monte obſervat.

Refellitur opinio de *conſiliis evangelicis.* §. LXXXIII. & LXXXIV.

Exhibentur argumenta pro noſtra theſi, atque exceptiones Bellarmini hiſce oppoſitæ diſcutiuntur. §. LXXXV - XCI.

* Obſervatio in nota ad §. LXXXVII. de *ſervis* omnia facientibus & tamen inutilibus adſpergitur.

Etiam ex *patribus* noſtra opinio adſtruitur. XCII.

Examinantur ipſa *Bellarmini* argumenta pro ſtabiliendis conſiliis evangelicis, quorum IV. ſunt claſſes, a) ex *ſcripturis* §. XCIII - CI. b) ab *exemplis primævæ eccleſiæ* §. CII. c.) ab *aſſertis patrum* § CIII. & ex *ratione* petitæ. §. CIV.

Cap. X.

An Evangelium ſit Praedicatio Pœnitentiae?

Tres diverſæ de hac quæſtione recenſentur ſententiæ *Pontificiorum*, *Antinomorum*, & *Crypto-Calviniſtarum.* §. CV.

Oſtenditur, nodo curatius evoluto, in quantum evangelium *pœnitentiæ prædicatio* dici queat & in quantum non? §. CVI - CIX.

Reſpondetur ad argumenta eorum, qui probare conantur, evangelium *proprie* dici poſſe prædicationem pœnitentiæ. §. CX - CXVI.

Notantur quædam in *Phil. Melanchtonem* atque *Bucenum.* §. CXVII. & CXVIII.

* In obſerv. error de *prima locorum Melanchtonis edit.* emendatur.

Cap. XI.

De Diſcrimine Vet. & Novi Teſtamenti.

Indicantur errores *Pelagianorum*, *Scholaſticorum*, *Pontificiorum*, *Anabaptiſtarum.* §. CXIX.

* In nota horum erroribus adduntur ſententiæ *Socinianorum* & *Arminianorum.*

Evolvitur quæſtio, an unum ratione materiæ ſit teſtamentum? §. CXX - CXXII.

Oſtenſo diſcrimine inter utrumque §. CXXII. reſpondetur ad argumenta pro eſſentiali utriusque teſtamenti identitate. §. CXXIII - CXXVI.

Cap. XII.

De uſu & abuſu doctrinae de Evangelio.

Oſtenſis convitiis *Romanenſium* contra doctrinam evangelii §. CXXVII. ejus *abuſus* & verus ac genuinus *uſus* indicatur. §. CXXVIII & CXXIX.

Denique ſubjungitur evangelii *definitio.* §. CXXX.

Locus XVI.

DE POENITENTIA.

Proœmium.

Indicatur *nexus* pœnitentiæ cum lege & evangelio ejusque neceſſitas. §. I. & II.

Cap. I.

De Etymologia, Homonymia, & Synonymia Vocis Pœnitentiae.

Inveſtigatur ſignificatus vocum: *pœnitentia*, de qua ſunt quædam *Pontificiorum* in nos calumniæ, *μετανοια*, *μεταμέλεια* & תְּשׁוּבָה §. III - VIII.

* Largiter heic quoque adſperſæ ſunt notæ philologicæ.

Deinde exhibentur *ὁμώνυμα*, *συνώνυμα*, & periphraſes pœnitentiæ. §. IX - XIII.

Cap. II.
De Exiſtentia Pœnitentiae.

Adcuſantur *Novatiani* negatæ pœnitentiæ. §. XIV.

* In notis heic frequentioribus declaratur, quid ſtatuant *Photiniani* atque *Arminiani*. Præterea adduntur varia maxime ex hiſt. literaria controverſiam *Novatianam* illuſtrantia.

Oſtenditur, quomodo veteres controverſi[am] tractaverint. §. XV.

Refelluntur argumenta *Novatianorum*, quor[um] ... marium eſt ex Ebr. XI. 4. §. XVI. & XV[II]

Cap. III.
Deſcriptiones Pœnitentiae.

Exhibentur deſcriptiones pœnitentiæ maxime ex patribus. §. XVIII.

Cap. IV.
De Pœnitentia tanquam Sacramento.

Declaratur, quod & quo fine *Pontificii* pœnitentiam ſacramentum ſtatuant. §. XIX. XX.

Commonſtratur, non eſſe vel *Montaniſtas* vel *Novatianos* eos, qui ſecus hic ſentiant. §. XXI. neque etiam nos in hac re ſeceſſionem ab Auguſtana confeſſione feciſſe. §. XXII.

* In notis ulterius docetur, ſæpius, at ſano ſenſu Auguſt. confeſſ. pœnitentiam dixiſſe *ſacramentum*.

Argumentis adſtruitur noſtra theſis, quod pœ[nitentia] non ſit ſacramentum. §. XXIII - XXIX.

* Adjecta hic eſt obſervatio de *exomolog*[e]... rum & gloſſa juris canonici, quæ *conf*[eſſiones] *auricularem* juris divini eſſe negat.

Argumenta pro ſententia *Pontificiorum* ſcriptur[a] ... patriſtica deſtruuntur §. XXX - XXXII.

* In nota textui ſubjecta recenſentur ſcri[ptores] qui teſtimonia patrum huc ſpectantia ... runt.

Cap. V.
De Diviſionibus Pœnitentiae.

Agitur heic primo loco de diſtinctione pœnitentiæ in *exteriorem* & *interiorem* §. XXXIII.

Deinde variæ exhibentur ejus *diviſiones* §. XXXIV.

* Additæ heic ſunt obſervationes de *pœn*[itentia] *lapſorum* eccleſiaſtica & de *ſatisfactioni*[bus ve]terum.

Cap. VI.
De Cauſa Efficiente & Inſtrumentali Pœnitentiae.

Cauſam pœnitentiæ *efficientem* eſſe Deum ex ſcriptura ac patribus probatur. §. XXXV. & XXXVI.

* In nota liber *de fide ad Petrum* Auguſtino abjudicatur.

Excluditur humanæ voluntatis *συνεργία*. §. XX[XVII.] XXXVIII.

Porro oſtenditur, cauſam *inſtrumentalem* eſſe v[erbum] Dei. §. XXXIX.

Cap. VII.
De Partibus Pœnitentiae in Genere.

Evincitur, partes pœnitentiæ eſſe duas, *contritionem* ac *fidem*. §. XL - XLII.

Laudantur multa veterum dicta huc ſpectantia. §. XLIII.

* Occurrunt in notis textui ſubjectis var[iæ ob]ſervationes, illuſtrandis effatis ex *Petro* C... cenſi, *Antonio Marinario* & *Jacobo Veldio* ... hardo adductis, inſervientes.

R[...]

Reſpondetur *Bellarmino*, qui theologis evangelicis in enumerandis pœnitentiæ partibus diſcordiam exprobrat. §. XLIV.

Examinantur V. Bellarmini propoſitiones, quibus diſquirit, an inter partes pœnitentiæ referri debeant

a) *terrores*. §. XLV - XLIIX.

b) *fides*. §. XLIX - LII.

c) *bona opera*. §. LIII - LV.

d) *mortificatio* & *vivificatio*. §. LVI.

e) vel potius, quod ipſe ſtatuit, *contritio*, *confeſſio* & *ſatisfactio*. §. LVII.

* In notis excitantur ſcriptores heic conſulendi, & commemorantur, qui præter Pontificios vel *contritionem*, vel *fidem* e partibus pœnitentiæ excludant. In aliis *Beza* refellitur, & verba quædam *Piſcatoris* exhibentur.

Deſtruuntur argumenta, quibus *Bellarminus* ſuam propugnat ſententiam. §. LVIII - LXI.

Cap. VIII.

De Partibus Pœnitentiæ ex mente Pontificiorum.

Sect. I.

De Contritione.

Agitur de voce *contritionis* §. LXII. ejus complexu §. LXIII. LXIV. ac ſignis externis. §. LXIV. LXV. LXVI.

* Obſervationes hic adſperſæ ſunt de *ſciſſione veſtimentorum*, de more *pronum ſe in terram abjiciendi*, *adſpergendi pulverem capiti*, *pectus percutiendi*, ac denique *de poſitione manuum ſuper caput*.

Monſtratur a) contritionis cauſa *efficiens* §. LXVII. & diſcrimen inter contritionem ſalutarem & exitialem, legalem & evangelicam. §. LXVIII. LXIX.

b) deinde cauſa *inſtrumentalis* §. LXX. & quæ huic miniſtrant, *συνεργα*. §. LXXI. & LXXII.

c) quo *fine* requiratur contritio. §. LXXIII.

Inſtituitur diſputatio contra Bellarminum §. LXXIV. ubi quæritur

a) qualis actus ſit contritio? Formatæ ſunt hic denuo quatuor aliæ quæſtiones. §. LXXV. LXXVIII.

* In notis oſtenditur, male pro *actu libero* pontificios habere contritionem, cum eam tamen quoque *dolorem* adpellent.

b) an contritio eſſe queat ſine ſpeciali auxilio Dei? §. LXXIX.

c) an includat odium peccati? §. LXXX.

d) an includat propoſitum recte vivendi? §. LXXXI.

e) an ſit neceſſaria ad juſtificationem? §. LXXXII.

f) quanta eſſe debeat? §. LXXXIII. LXXXIV.

g) an ſit cauſa remiſſionis peccatorum? §. LXXXV. quæ theſis impugnatur, refutato Bellarmino, qui eam munivit dictis ſcripturæ §. LXXXVI - XCI. auctoritatibus patrum, §. XCII. ac rationibus. §. XCIII.

* In nota ad §. XCI. explicatur locus perdifficilis Luc. VII. 47.

h) an remittat peccata ante abſolutionem? §. XCIV.

i) an omnia peccata per eam remittantur? §. XCV.

k) an attritio bona ſit? §. XCVI.

Sect. II.

De Confeſſione.

Agitur de *confeſſione*, quæ eſt vel *publica* vel *privata*. §. XCVII. XCVIII.

* In notis occurrit Lutheri explicatio vocabuli *Beichten*, & tripartita confeſſionis diviſio.

Docetur, quænam confeſſio utilis ſit. §. XCIX. C. & quæ improbetur, nempe *auricularis* & pontificia, §. CII. CIII. contra cujus neceſſitatem argumentis pugnatur. §. CIV - CX.

Deinde proferuntur argumenta contrariæ partis, cujus cauſam egit cardinalis *Bellarminus* dictis atque auctoritatibus patrum & conciliorum nec non rationibus. §. CXI - CXVI.

* In notis varia illuſtrationis gratia adpoſita leguntur, maxime loca excerpta ex ſcriptis vel noſtræ vel adverſæ partis. Ad §. CX. brevis hiſtoria *pœnitentiæ publicæ* exhibetur.

Denique agitur de *abſolutione*. §. CXVII.

Sect.

De Satisfactione.

Agitur de *ſatisfactione*

1) coram *Deo.* Probatur hic, Chriſtum non modo pro *originali* peccato, ſed etiam pro *actuali*, nec non pro *pœnis* peccatorum ſatisfeciſſe. §. CXVIII-CXX. Unde fluit, nos pro peccatorum pœnis ſatisfacere non poſſe.

* In obſerv. verba quædam Auguſt. confeſſ. in art. *de abuſu miſſæ* contra *Bellarminum* vindicantur, & alia *Lutheri* ut emphatica adponuntur.

2) coram *hominibus*, eaque vel *publica* vel *privata*. §. CXXII.

Commemorantur *controverſiæ* cum pontificiis, eorumque diſſenſiones in hac materia. §. CXXIII. deinde exhibentur argumenta *Bellarmini*, ad quæ reſpondetur. §. CXXIV-CXXXI.

* Ad §. CXXV notatur, quo ſenſu adflictiones pœnæ dici queant; ad §. CXXVII. opera quædam ſatisfactoria principum perquam moleſta referuntur.

Agitur de *indulgentiis.* §. CXXXII-CXXXIV, nec non de *jubilæo.* §. CXXXV-CXXXVI.

* In notis heic ſatis frequentibus multa ad illuſtrandam materiam de *indulgentiis* adjecta ſunt. Speciatim in nota ad §. CXXXIV. explicantur loca *Col. I. 24.* & *Job. VI.*

Indicatur, a quibus & quo tempore agenda ſit pœnitentia. §. CXXXVII. & CXXXVIII.

Monſtrantur *fructus* & *incitamenta* veræ pœnitentiæ. §. CXL. & CXLI.

Adducuntur rationes, cur *pœnitentia* non ſit *differenda* ac procraſtinanda, §. CXLII.

Quæ ad *contritionem* itemque *fidem* excitandam meditari debeamus, oſtenditur §. CXLIII. & CXLIV.

Tandem ſuppeditatur *definitio* pœnitentiæ atque huic tractationi imponitur finis. §. CXLV.

SUBJUNGITUR

SVPPLEMENTVM EDITORIS

DE ATTRITIONE ET CONTRITIONE.

Inſtituti ratio oſtenditur. §. I.

Explicatur *attritionis & contritionis* notio. §. II.

* In nota textui ſubjecta *differentia* inter utramque ex Jo. *Maldonato* Jeſuita & *Thoma* de *Aquino* diſtinctius exponitur.

Origo hujus diſtinctionis a ſcholaſticis repetitur, quorum variæ quæſtiones atque diſſenſiones de ea inveſtigantur. §. III-V.

* In adjectis notulis hæc ulterius illuſtrantur, ac ſpeciatim diſtinctio inter gratiam *gratis datam* & *gratum facientem* adcurate evolvitur. Ad §. V. oſtenditur, librum de imitatione Chriſti *Jo. Gerſonio*, non vero *Jo. Gerſenio* cuidam adſcribendum eſſe.

Exponuntur *Lutheri* cum *Eccio* aliisque de *attritionis inſufficientia* controverſiæ. §. VI. VII. & nominantur, quinam tum temporis in ipſa eccleſia romana mitius ſenſerint. §. VIII.

Evincitur, concilium *tridentinum* nihil de hac lite determinaſſe. §. IX. unde utraque ſententia ſuos in eccleſia romana invenerit fautores ac defenſores.

Recenſentur primum patroni *attritionis*, iique vel *timidiores* §. X. vel *audaciores*, maxime *Jeſuitæ.* §. XI-XIII.

Deinde nominantur fautores *contritionis* §. XIV. *Janſeniſtæ*, aliique. §. XV.

Oſtenditur deinceps, quomodo ſe curia romana quoad hanc litem geſſerit. §. XVI. inprimis dicuntur nonnulla notatu digna de famoſiſſima bulla *Unigenitus.* §. XVII.

Hiſce præmiſſis exponitur theologorum tum *Lutheranorum* tum *Reformatorum* de *attritione* & *contritione* ſententia. §. XVIII.

Subjungitur auctoris *ἐπίκρισις*, eaque

a) *generalis.* §. XIX.

b) *ſpecialior.*

1) de dogmate *attritionis*, prout in eccleſia Romana tradi ſolet. §. XX. XXI.

2) de dogmate *contritionis* prout in eadem eccleſia docetur, §. XXII.

Tandem indicatur, quid in patrum Tridentinorum decretis, ad argumentum hoc propius ſpectantibus, jure meritoque deſiderari queat? §. XXIII.

DEC 2 - 1955